
Bertazzoly
Cons Crim
A II
13

CONSILIORVM SEV RESPONSORVM Criminalium, & pęnalium

BARTHOLOMEI BERTAZZOLII I. C.
In vtroque foro versatissimi.

ADVOCATI INTEGERRIMI, ET CELEBERRIMI, & Serenissimi Ferrariæ Ducis Consiliarij.

Liber Secundus.

Præter criminum materiam pœnarum vtriusque iuris, & vtriusq; fori perpulchros, & in actu practico maxime vtiles casus complectens.

Non sine additionibus amplissimis, Excellentissimi BERTAZZOLII Iunioris.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS,
Apud Ioannem Baptistam Somaschum.
M D L X X X V.

ILLVSTRISSIMO
ATQ; EXCELLENTISS. PRINCIPI PHILIPPO ESTENSI MARCHIONI S. MARTINI ETC.

Claudius Bertazzolius I.C. Ferrarienſis.

NOVVM hoc eſt veteris noſtræ propenſæ, ac promptæ in te voluntatis teſtimonium, quod à nobis inter illuſtres ac generoſas excelſi tui muneris occupationes, & curas tibi Illuſtriſsime, & Generoſiſsime Princeps re quidem ipſa fortaſſe tenue, at munifica certe voluntate locupletiſsimum adfertur. Et nouo hoc licet per exiguo litterario munere dum te appellando grati animi ſignificationem aliquam præbemus antiquiſsimo noſtro obſequimur deſiderio, tum inſcribendi tibi aliquid depromptum ex noſtris ciuilibus ſtudiis, tum efferendi, ac deprędicandi quoad fieri poſsit tuas ſingulares virtutes, tuamq; ſummam prudentiam, & chriſtianam in rebus maximis animi moderationem. Et nouum denique etiam videtur opus ipſum, & noua noſtri conatus induſtria; ſiquidem nemo non libenter ſatebitur noſtri ordinis homines in ciuilibus controuerſijs plùs iuſto amplificandis, & locupletandis miro, atque ambitioſo exarſiſſe ſtudio, & ſingulari, atque prodigioſa prope cupiditate flagraſſe; in criminalibus autem pręter modum eorundem ingenia obtorpuiſſe, & diriguiſſe, atque à ſemetipſis maximopere defeciſſe, & quaſi degeneraſſe. Faceſſat interim quam longiſsime (quod ad me attinet) vt non nihili eſſe credam noſtra hæc auctaria, aut ſerium aliquod puerilem noſtram congeriem, cum & ſi quam antea de me ipſo opinionem aliquam ſuſceperam plane omnem depoſuerim. Agnoſco floſculos eſſe quoſdam ſolidioris quidem iuriſprudentiæ, quos olim florente item ætate ex latiſsimo atque vberrimo noſtræ cognitionis campo ad priuatam memoriam ſepoſueram, & quos nunc iam matureſcente cum ætate iudicio paternis intexui conſultationibus, vt eſſent quaſi contentius legendi, & lucubrandi illecebræ, & plurimi noſtro haud iniucundo fortaſſe labore faciliùs ad laborem allicerentur, neq;.n. eram neſcius

quantum oboriatur tædij, quantumq; fastidij studiosis plerisque dum nostra euoluunt de iure scripta omni prorsus ordine vt plurimum, cultuq, dicendi destituta. Crediderim tamen vir Illustrissime quicunque illi tandem sint tua aspirante fauoris lætiori aura, tuoq; adfulgente lucidissimo claritatis radio fructus aliquos in foro edere posse, quod non despero tum fretus tua in nos omnes omni tempore perspectissima humanitate, tum secundo quodam fato huius secundæ partis nostri operis, quo vt magis eluceret, & vtriusque patroni, & vtriusque partis nexus atq, consensio felicissime factum est, vt quod priori euenerat posterior quoque suum haberet præsidium, virum Principem eadem serenissima familia Atestina prognatum, & summa in me benignitate veteriq; in nostros omnes affectum beneuolentia, & Alphonso Duci Serenissimo tũ necessitudinis, tum amoris ac virtutis arctissimo coniunctum vinculo. Accipe itaq; quod solum præstare potest nostra tenuitas hoc animi nostri signum, ac mentis pignus. nam dici vix queat, quo vehementi affectu simus, quaq; animi propensione erga te tuaq; præclara, ac gloriosa, & (vt verbo dicam) vere Estensia facta. nos enim qui te adhuc adolescentem vidimus defensorem virtutis acerrimum, & admirati sumus morum grauitatem, illamq; christiano heroe dignam vitæ rationem, quæ nec facile vnquam visa est ludicris nouitatibus permoueri, nec se aliquando iuuenilis aliqua labe leuitatis passa est, aut decolorari, aut commaculari. nunc & te virum suspicimus, maximisq; laudibus efferimus tua militaria studia, & bellica consilia, & studiorum ac consiliorum maturitatem; Quibus rebus meritò iureq; optimo à serenissimo Allobrogum, Biturigum, ac Subalpinorum Duce in excelso, & illustri bellicæ laudis, gloriæq; rerum vrbanarum gradu, ac fastigio collocatus fuisti, & meritissimè tuo nutu atque imperio bellicosissimæ nationes reguntur, atque in officio continentur; intellexit sane gloriosissimus adolescens, ad cuius parentis serenissimi veterem familiaritatem & consuetudinem vinculum maximum affinitatis iampridem accesit, acerrimo suo iudicio quo supra ætatem præditus est te in Estensi familia natum esse ad omnem eximiam laudem, atque amplitudinem. Tu vero interim cum in te omnium oculos coniectos videas, vt tibi ipsi tuisque vitæ initijs constes, ac respondeas nullum respuis communi causa aut incommodum aut periculum & peregrinationis, & concursationis, & per auios montes profunda nocte perreptationis, nullumq; in difficillimis locorum angustijs montibusq; ad iter faciendum impeditissimis superandis discrimen capitis pertimescis, vt ostendas ferocissimæ regioni te ab

illa

illa perenni contestataq; virtute Atię gentis nihil degenerasse, quam in eodem agro superior ætas victricem conspexit, & faustis acclamationibus prosequuta est. Dicerem pluribus (vt tibi sum mirifice addictus) de summa tua in Deum pietate ac religione, quod ego in viro Principe in primis ex osculor, vitæ integritate atque candore, morum singulari comitate, qua dum homines aliqua præsertim litterarum disciplina excultos non solùm blande admittis, atque humane colloqueris, sed facilem ac obuium tete præbes admirabiles amoris igniculos in omnibus excitas, & consopitos ex suscitas. dicerem te non secus ac Herculem Ogmium prudentiæ atque eloquentiæ simulacrum, subactis atque domitis quasi monstris naturæ nostræ vitiosis motibus in gentem hominum multitudinē aureis catenulis reuinctam trahere, innexos uerò iucundissimis funiculis atq, honestissimis nec fugam cogitare, nec aduersus trahentem obniti, aut pedibus obsistere, sed alacres ac festinantes uincula & collaria gloriantes, ducentem admirari, insequi, anteuertere. At quoniam uereor, ne aut tu me quamuis nuda & ingenua oratione veritatem exponentem nimium esse blandum, & quasi tuæ diffidentem humanitati ad hoc artificium confugisse existimes, aut (quæ tua est modestia singularis, animique tui insita quædam & ingenerata submissio) ueras debitæ laudis ac gloriæ voces haud æquis auribus excipias, silentio omnia præteribo; tu enim vt es solidæ & syncerae gloriæ appetentissimus, dum humanæ politiæ christianam nauas operam Deum atque æternitatem cogitas, cætera humana omnia ut fluxa, vt caduca, te que non satis digna aut tuo animo nec quidem respicis. Noui ego iampridem tuum istum animum; nunquam iste his angustijs quas natura nobis ad uiuendum dedit contentus fuit, sed immortalitatis amore flagrauit semper, hinc tu ex amplissimo rerum publicarum administrationis munere non inanem gloriam, auramque popularem unquam es consectatus, sed tibi plurimorum salus ac Dei optimi maximi gratia (non enim ullam mercēdem tanta uirtus prēter hanc vnam desiderat) ante oculos constituta est. Deus itaque qui iustas & probauit, & tuetur politias diu te Heroem politicum, tuam dignitatem, & summos tuæ dignitatis fasces tueatur. Datum Ferrariæ kalend. Ianuar. M D LXXXV.

CLAVDIVS BERTAZZOLIVS
I. C. FERRARIENSIS
BARTHOLOMEO PATRI
S. D. M.

SECVNDVM nunc uides Parens optime tuarum lucubrationum criminalium, & pœnalium partum; opus sanè, si ex reliquis quæ ipse in iure ciuili scripsisti spectetur, non mediocre, si ex tua diligentia, ac sedulitate vtile admodum, ac necessarium, si ex omnibus omnium temporum hoc genus scriptoribus magnum fortasse, & cum illis aliqua ex parte comparandum; vides præterea uon nullas meas accessiones eodem nixu nescio quo modo propulsas, atque editas. Sed neque est vt credam his a me tibi satis adhuc factum esse, aut à te cæteris, ita video quæcunque noua ex iuris ciuilis fontibus emergant unumquemque limis oculis conspicere, imo despicere; hinc mihi temperare non possum Pater, vt apud te virum æquissimum de me ipso non dicam, de què toto meo consilia tua emittendi consilio; neque est quicquam, quod in tuam gratiam faciam libentius licet in re paulo diligentius exponenda, vt tibi satisfiat, pluribus fortasse verbis opus esset. Doles in primis typographorum iniuria totum opus inquinatum, contaminatum, & misere deformatum prodire; iustissimum dolorem tuum laudo, imo coniungam meos gemitus. nam licet multa conscripserim, ac omnia pertractauerim festinanti stylo, ac præcipiti, vt ita dicam industria, attamen longe grauiora sunt errata: quæ etiam vix tincto primis litteris ex scriptori obrepere potuissent, hinc qualem tu optabas alicui instaurationi, aut repurgationi adeo nullum relictum esse locum arbitratus sum, vt necessariam crediderim potius inductionis spongiam, quam reformationis penicillum; neque enim in hoc libro nostro resident tantùm labeculæ illæ librariorum incuria contractæ, quas uiri docti adhibito studio, & delere, & eluere non grauatè solent, sed ita turpibus totus est confossus, ac deformatus uulneribus, vt mihi diligentius cogitanti non visus fuerit naui è Veneto prælo Ferrariam aduectus, sed quasi è Veneto illo nauali prælio euasisse: patiamur itaque postquam equum insanum ascendimus, quo currente, nosq; corripiente desilire non possumus, deferri quocunque illi videtur intendere. Times præterea me interdum a te, tuaq; sententia recessisse; hoc nunquam à nobis scientibus factum est: adduxi quandoque alios contra sentientes, quod in primis ingenuum est, & candida mente dignum: Sed ego in iisdem terminis, vt nos loquimur, tecum sentio semper in præcipua tuæ consultationis disquisitione. Si quidem nostram sanguinis, amoris, studiorum societatem, atque communionem ob inuicem pugnantes sententias, ita turpiter discerpi, ac fœde dilacerari, & turpissimum, & fœdissimum arbitrarer, & sempiternæ coniunctum ignominiæ nostri nominis, tuam noui probitatem, iudicium reuereor, & à te solida, ac succiplena iuris cognitione instructum fuisse lubens agnosco, & si contra te patrem, & præceptorem meum aliqua in re sensissem iusta motus, & omnibus probata ratione, exemplo Celsi [a] filij ingenue faterer factum, nullaque excusationis
a L. 3. §. si quis quasi. ff. de condi. cau. dat. *diuerticula captarem. Addis etiam, te vereri ne minus aptè interdum videar vti nitido, & latino sermone, dum res tracto forenses, ac serias, huiusmodi delicias refugientes: neque in hoc à nobis est peccatum quicquam. Si quidem adhibui studium, vt cum ex Bartolo, Baldo, & alijs sequioris notæ hominibus aliquid explicandum fuit, statim ad vsitatum & notum loquendi modum a puro,*

& defecato declinarem, neque aliter etiam commode fieri posse credo. itaque confido etiam semicoctos causidicos, & rancidos rabulas sors mancipia non prohiberi suas sordes ex me haurire, suasq; faces deriuare, fateor tamen si quando de antiquorum litteris, ac responsis dicendum fuit, me paulo illustriore atque ornatiore oratione vsum fuisse, vix enim fieri potest, vt dum antiquorum monumenta tractamus, scriptionem quoque nostram ad illorum similitudinem non conformemus; quare si in barbarorum interpretum dictis barbare explicandis tantum absfuit, vt incorruptam Romanæ linguæ speciem atque effigiem retulerim, vt non abstinuerim à quacunque sordida verborum eluuie, non video cur omnibus, aut nemini non videar satisfecisse. Sed aliis, dices, difficilius est satisfacere, qui noua quæcunque scripta contemnunt, ac detestantur, neque aliud in iure nostro exposcunt ex Iustiniani præscripto [b] quam succinctos aliquot indices[b], & per titulorum subtilitatem admonitaria quædam seu paratitla. Ego vero priusquam adferam quid de hac re sentiam velim istos mihi respondere, cur permultos tamen omnibus ferè seculis, & hoc maxime, in his nouis conquirendis, atque addiscendis licet etiam dispari profectu operam ponere ne vtiquam piguerit? præterea si nihil est prætermissum à Bartolo, Baldo, Alberico, cur tam multos legunt præter illos? emunt enim non vili, & legunt non indiligenter Alexandrum, Iasonem, Decium, & alios innumeros, qui in Bartoli commentarijs nunc explanatoris funguntur munere, nunc tantum proprium adiungunt iudicium, ordinemque scribendi, nam & ipsi tractant locos antea vetustioribus sæpissime tractatos. Dicam itaque haud intelligere illos quæ fuerit superioribus seculis, & quæ sit hæc nostra ætate iuris ciuilis, ipsiusque Christianæ Reipublicæ facies, cum olim quasi ad ius dicendum asciscerentur Iurisconsulti, nunc verò ad respondendum de iure adhibeantur. neque admittimus quod pro constanti iactari solet Iustinianum intercisis Iurisprudentiæ fontibus atque abditis autorum monumentis immensa illa veteris Romanæ prudentiæ uolumina ad leges xij. tabularum, senatusconsulta, & alia à Iurisconsultis iam olim scripta in quinquaginta Pandectarum libros digessisse, cum imo, vt iuri doctissimi sentiunt, iustæ sint coniecturæ quæ nos impellunt vt aliud iudicemus, quod & ipse innuit Iustinianus in quadam sua constitutione, [c] & in alia nec vtique subticuit. [d] cui sententiæ plurimum fauent Theodosianus Codex, Caij & Vlpiani Institutiones, Iulij Pauli sententiæ, qui veterum Iurisconsultorum libri non redijssent ad lucem si omnia fuissent incendio absumpta. His accedat, si ius decemuirale breuibus verbis, & sententijs in morem apophthegmatum conscriptum, vt pote quod xij. tabulis contineretur tantam exegit interpretum copiam, vt Adriani temporibus innumera quasi conflato agmine prodierit Iurisconsultorum multitudo, quid nos inepte querimur, & angimur, si ad tot Digestorum volumina (vt nunc taceam emersam, & propagatam in immensum consuetudinum, & rerum varietatem) & principalium constitutionum explicanda, & interpretanda viri vndiq; eruditissimi accesserunt? non ne aduertimus ut hisce nostris temporibus, uera & Romana Iurisprudentia non modo cœperit paulatim oculos attollere, & sensim quasi ex diuturna cæcitate lucem aspicere, sed discussis superiorum temporum tenebris, recipiat tandem multum pristinæ claritatis ac splendoris? quis quæso ignorat hoc tam erudito seculo qui fuerint Alciatus, Duarenus, Montanus, Balduinus, Ferretus, Brissonius, Cuiaccius; sunt enim eiusmodi, vt in eis nihil desideret quod veterem illam Iurisconsultorum tum verborum, tum sententiarum maiestatem, & grauitatem non præseferat. Sed sat scio illos hæc admittere, dolere autem tenues homines & postremos, vt primum quid laude dignum sese excogitasse credunt in re litteraria statim illud in vulgus edere se ita de litteris ac studiis bene mereri clamantes, & qui ne puerilibus quidem isagogicè imbuti litteris ex uarijs, ijsque vulgaribus & circumforaneis lexicis, & indicibus ad ius ciuile conferentia excerpunt, ac suffurantur populo vt noua, vt inaudita, vt suo quæsita marte venditare. Iam uero, & huic malo medicinam confert temporum, & ingeniorum vicissitudo: quid? non ne credis Azonem, Bosianum, Accursium, Dynum, Fasolium, Martinum, Mattarelium Bulgarum, Gulielmos, & alios id genus sexcentos vetustioris, & rudioris æui homines, quorum nomina vix retinemus ingentes Commentariorum libros ac responsorum scriptitasse, quæ deinde omnia non iam temporis aut hominum iniuria, sed beneficio interciderunt? leuia enim cum essent, & nugatoria prima illa extincta editione sponte a bibliopolis

b L. vni. C. de uet. iur. enuc.

c L. vni. §. ne autem hoc. in fi. C. de cad. toll.

d L. vni. C. de uet. iur. enuclean.

permissa

permissa sunt interire, remansit Bartolus, Baldus remanserunt alij plerique in quibus certe agnoscas acumen quoddam, & admodum sanum iudicium; ferendum est itaque quod diuturnum futurum non est, neque enim de recentioribus aliter euenturum credas. Ego vt verum fatear abiecta hac cura, quæ me miseris modis coquebat iampridem omnes omnium conatus æqui boniq; consulo, accipio, perlego vt noua quæque conquiruntur, videntur enim tanquam cantilenæ, in quibus nouitas (vt ait ille) conciliat gratiam. Verum sentio me longius lapsum esse in peruulgato argumento quam & fortasse par erat, & sub initium constitueram. Restat nunc pater optime omnibus omnino relictis, quando tu licet ciuilibus curis addictus nunq; aut abiecisti, aut respuisti religiosa studia. Sed semper aliquid ex sacris litteris delibasti, vt exacto iam septuagesimo anno te totum dedas contemplationi, & in pusillam Quadretanam villam quam & emisti, & in hoc iam exædificasti, tanquã ex alto in portum concedas: Iam tempus est vt clauo deposito, & complicatis velis onerariam hanc tuam rimis vetustate dehiscentem subducas nauim; Ego si non ea vigilantia ac robore quo tu solebas, saltem ea alacritate, atque ardore quo Palinurus in puppi sedebo tibi succenturiatus gubernacula con uertens, ratemq; animose exponens fluctibus & scopulis nostri iuris dicundi. Tu senex amatissime tunc in portu securus quasi ex specula humana cogitabis naufragia humanos casus, incertitudinis euentus, & rerum humanarum ærumnas, quas iam traiecisti, Tu placidissime humanæ spectator eris tragediæ, qui ad catastrophen tuæ fabulæ adeo feliciter peruenisti, in qua non ambibis theatri plausum sed stabis vnius Dei arbitrio, cuius iudicium non à secundis populi admurmurationibus sed ab eius pendebit inflexibili æquitate. Tu liquidò tunc cognosces hominem natum & conditum esse ad contemplationem, & cultum Dei licet cuiusdam veluti obiecti fulgoris præstigijs fallacijsq; deceptus felicissimum esse ducat ciuilibus tricis & consenescere & immori, & in illis quandam summi boni speciem consectetur, quæ postea veluti sparsis nebulis offusisq; tenebris effugiendo eludit insidiosa auersione. Tu nostræ fragilitatis crimina frequenter elues, & frequentissime suscipies sacrosanctæ synaxis certissimum præsidium. Tu contemplaberis immensam rerum omnium multitudinem, varietatem, dispositionem, interimq; humiliter adorabis inconspicuum illum opificem à cuius manu singula producta atque profecta sunt, & cuius benignitate omnia sustinentur atq; ab interitu vindicantur, exsuscitabis interim animum alioqui suo pondere humi defixum, vt sensim in Dei maximi cognitionem ac noticiam deueniat, & in eo placidissime conquiescat. Hæc tu Pater. Nos interea proh dolor præstigiator hic mundus suis ludibrijs ludificabitur? suas ostentabit procul phaleras, & rerum eximiarum vmbras? Domine Lux inaccessibilis illumina, ac edoce nostram mentem, vt vnumquodq; suo pretio æstimemus, vt non appareant & magna & expetenda quæ re vera sunt & parua, & contemnenda. Vale Pater, & quando vis me ita te carere fac vt non caream diuinæ veritatis illustratione, hoc eueniet si dum te attolles in cælestem contemplationem mei memoria non carebis. ita fa xit Deus pro sua misericordia vt exutis huius ergastuli tenebris ambo æterna, & fulgentissima suæ veritatis luce non careamus. Datum Ferrar. ex nostris ædib. Kalen. Februar. M D LXXXV.

ILLVSTRI PHILOSOPHO
ATQVE INTEGERIMO VIRO
ANTONIO MONTECATINO
Serenissimo Ferrariensium Duci Alphonso Secundo a consilijs secretis,

Et Ferrariensis Academiæ Moderatori Sapientissimo.

Io. Franciscus Terzanius Cremona I.C. salutem.

PROFECTO videbar mihi non parum deesse singulari illi beneuolentiæ quæ inter me, & præclarissimos I.C. Bertazzolios multis ab hinc annis intercedit, nisi apud te quoque amplissime vir de criminalibus, & pœnalibus eorum consultationibus, & scriptis meum testificarer iudicium. Sanè illi uidentur mihi in hoc genere scribendi omnem nostris hominib. citra ullam iniuriam præripuisse laudem. non enim fuerunt similes quorundam, qui leuiter eruditi alienis insidiantes inuentis, ubi præsentiunt cogitare aliquem nouam, & plausibilem editionem, ambitione acti præcipites dum antevire uolunt, nec laudabiliter ipsi scribunt, nec eos qui laudabiliter scribunt ingenua agnoscunt confessione, quinetiam fit haud raro, ut nebulones istiusmodi aliena compilantes dictata paucis additis pro suis inuulgent. At desudauit totam ętatem Bartolomeus Bertazzolius in his studijs, & quę magnis uigilijs, & improbo labore collegit firmo maturata iudicio septuagenarius euulgauit. Accesserunt Bertazzolij filij nulla ratione non maximè laudanda auctaria. quinimo non poterat aliud mea sententia seni Bertazzolio quo litterarij illius labores absoluerentur, & ueluti fastigium attingerent accommodatius euenire, quàm vt Iuuenis filius supremam quasi manum illis imponeret. nam ut omittam quod Aristoteles in problematibus sensit, ætatem iuuenilem tum doctrinæ capessendæ uideri aptiorem, & esse memoria magis fida, tum etiam accendi gloria quam maxime affectat, potuit certe iuuenis Bertazzolij filius, quia iuuenis laborem studiorum, & peruoluendorum omnis generis doctrinæ tot voluminum facilius curam ferre; quia filius paterna sensa multo melius quàm quiuis alius assequi. Quibus omnibus factum est, vt quod præfatus sum consultationes hæ, & lucubrationes inter alias omnes id genus principem sibi locum vindicent; & quod est optabilius citra vllam apud eos, qui de alienis factis rectè iudicant authorum earum inuidiam. Quod cum ita sit tibi optimo viro, & ab omni prorsus iniqui animi labe puro gratum me etiam facturum putaui, si ex me ingenuum animi candorem quo scripserunt hæc, & emiserunt Bertazzolij à te vehementer dilecti intelligeres, nihil enim est, quod in quouis homine præsertim politico frequentius, & libentius efferri à te audiam quàm apertum, & rectum animum. Gratum etiam scio Bertazzolijs ipsis fecero quando illi te solidæ tantum studiosum gloriæ, quæ à virtute proficiscens virtutem comitatur, amant propterea, & obseruant. porrò quis etiam atque etiam non amet, & obseruet virum priorem de honesto curam quam de vtili habentem? bonos omnes secundum Deum Max. op. complectentem atque in oculis ferentem? in summa toto animo de Reipublicæ & Principis veris commodis, atq; ornamentis serio cogitantem? Tu quod facis fac, ita enim demereberis non dicam homines, non spectant hanc laudem uiri grauissimi; sed DEVM ipsum, qui bonorum hoc est tui similium merces est magna nimis. Vale Ferrar. ex ædib. VII. Kalend. Februar. M D L X X X V.

ARGVMENTORVM INDEX.

INDEX

R

S

T

V

FINIS.

INDEX
EORVM QVAE CONTINENTVR
TVM IN CONSILIIS,
TVM IN ADDITIONIBVS·
HVIVS SECVNDI LIBRI.

 procu-

INDEX

INDEX

B

INDEX

C

INDEX

dex

Coloni

INDEX

Confeßio

INDEX

Et

Secus

INDEX

D

unus

Deterio-

INDEX

Et

Quod

E

INDEX

re

INDEX

Fiscus

G

I N D E X

H

I

Immuni-

INDEX

INDEX

Index

I N D E X

Iuru-

L

Litteræ

M

Merces

INDEX

INDEX

MUTAN-

INDEX

P

Pactum

in ter-

probat

Pro-

e PROTE-

INDEX

INDEX

S

Senten-

Et

T

TESTIS.

In testium materia regulæ quædam generales.

Testis

INDEX

Testes qui probent uel non.

Quod

Testis

CONIVNCTIONE.

CORRVPTIONE.

CREDVLITATE VEL IVDICIO.

DISCORDIA ET VARIETATE.

FACTO PROPRIO.

FALSITATE.

INHABILITATE.

MAIORES OMNI EXCEPTIONE.

NVMERO.

RECE-

RECEPTIONE.

SINGVLARITATE.

VNICITATE.

V

VASAL-

Imo

Et

F I N I S.

CONSILIORVM, Seu Responsorum CRIMINALIVM ET POENALIVM D. Bartholomei Bertazzoli I. C. IN VTROQVE FORO CONSVMMATISSIMI:

Liber Secundus.

ARGVMENTVM.

Tractatur primò fusissime materia testium, demonstrando quomodo reijciantur hæbrei, varij, discordes, contrarij, & alij, hoc genus nitentes probare contractum vsurarium.

Præterea agitur de coniecturis, & probationibus, quibus defenditur, mulierem nobilem tutricem noluisse contractum vsurarium facere.

SVMMAE.

1 *Pœna decreti, vel proclamatis, vt imponatur alicui, debet ille esse confessus, & conuictus.*

2 *Criminalis causa exigit probationes luce clariores.*

3 *Testes contra reum debent esse omni exceptione maiores.*

4 *Testis qui dicatur omni maior exceptione.*

5 *Iudæi cõtra christianũ nõ admittũtur in testes.*

6 *Et est communis opinio.*

7 *Nisi alia concurrant præsumptiones.*

8 *Mediatores contractus vsurarij non sunt idonei testes.*

9 *Et efficiuntur socij criminis, & tenentur ad vsuras restituendas.*

10 *Mediatores illiciti contractus priuantur honore, dignitate, officio.*

11 *Mediatori non creditur dedisse pecuniam iudici corrupto, & illius dictum est tortura firmandum.*

12 *Testis non est idoneus, qui se prætendit damnificatum vel corruptum.*

13 *Testis habens affectum ad causam reijciendus.*

14 *Testis, qui habuit verba altercatoria, & est expulsus è domo, non est idoneus et cum tortura.*

15 *Inimicus quis sit, arbitrio iudicis remittitur.*

16 *Testis idoneus non est habens odium.*

17 *Inimicus ob verba iniuriosa nõ probat ut testis.*

18. *Testis affectãs condemnationẽ non est idoneus.*

19. *Testes discordantes de loco minime probant.*

20 *Testes aduersantes ab eodem producti se confodiunt.*

21 *Contrarietas testium etiam in circumstantijs est consideranda.*

22 *Testes plures patientes defectus sunt in totum reijciendi.*

23 *Obliuio ex modico tempore non præsumitur.*

24 *Testis est suspectus, qui non recordatur de eo, de quo est verisimile recordari.*

25 *Testis vnius verisimilia non deponentis dicto non est standum, etiam si statutum mandet.*

26 *Testis dictum debet de necessitate concludere.*

27 *Testes deponentes de tractatu non probant, si non probatur illius conclusio.*

28 *Testis dẽt magis recordari de loco, q̃ de tẽpore.*

29 *Testes non probant de cõtractu vsurario, licet singulariter tales contractus fecerint.*

30 *Et maximè si agatur criminaliter ad cõdẽnã.*

31 *Et non protestati fuerint, se nolle rescindere contractum, aut vsuras repetere.*

32 *Testis non est idoneus, qui tractat de suo commodo, & de se liberando.*

33 *Testis non facit indiciũ, qui deponit de facto à remotis, nisi probetur per duos testes.*

34 *Testis est considerandus quò ad personam, & quo ad dictum.*

35 *Fideiussor contractus non est idoneus testis.*

36 *Testis, qui potest pati damnũ non est idoneus.*
37 *Testes de auditu nõ sunt veri testes, nec pbãt.*
38 *Et maxime si audiuerunt ab illis, quibus nullo modo est credendum.*
39 *Identitas non præsumitur, maximè in criminalibus.*
40 *Testis non dans rationem dicti sui etiam non interrogatus, non probat.*
41 *Probatio nulla fit ex testis dicto non concludẽte.*
42 *Testis non probat nesciens plenè factum.*
43 *Testis qui absfuit mente non probat.*
44 *Negatiua probanda est affirmatiuè, & quõ.*
45 *Tortura non est inferenda nobili, & vsurario non nisi manifesto.*
46 *Decretum, quòd credatur dicto vnius testis, ambigitur, an valeat.*
47 *Testis omni exceptione maior cui soli sit credendum, non facilè inuenitur.*
48 *Condemnatio vt sequatur, qualitas statuti est probanda.*
49 *Qualitas testium, vt quòd sint bonæ opinionis, & famæ, de qua in statuto, est articulanda, & probanda.*
50 *Vel si exigantur testes eruditionis electæ.*
51 *Et hæc est communis opinio contra nonnullos.*
52 *Qualitas idoneitatis testium est articulanda, & probanda.*
53 *Qualitas testium in crimine vsurarum est maxime attendenda.*
54 *Numerus testium in criminalibus non supplet fidem.*
55 *Et idem est quando omnes sunt suspecti.*
56 *Probationes, vel coniecturæ semiplenæ in criminalibus non coniunguntur.*
57 *Testis vnus cum alijs præsumptionibus non coniungitur ad condemnandum.*
58 *Condemnatio non debet fieri etiam ex euidentibus indicijs.*
59 *Præsumptiones debent esse iuris nõ hominis, & probabiles nõ temerariæ vt quis condẽnetur.*
60 *Condemnari quis non potest præsumptionibus, & coniecturis.*
61 *Coniectura delictum excludens in pluribus contrarijs est eligenda.*
62 *Præsumptio vna tollit aliam.*
63 *Indicium vnum alio tollitur.*
64 *Vsurarius nõ præsumitur cõtractus, sed licitus.*
65 *Vsurarum à præsumptione quis excusatur ob bonam famam.*
66 *Et ex grauitate, & honestate personæ, & nobilitate.*
67 *Mulier præsumitur iuris ignara.*
68 *Mulier non præsumitur velle facere contractum vsurarium.*
69 *Mulier excusatur ignorantia in damnis.*
70 *Contrahens nomine alieno, vt tutor, non præsumitur facere contractum vsurarium.*
71 *Et maximè adhibito consilio, & assensu propinqui, vel iuris periti.*
72 *Protestans se velle facere contractum licitum, excusatur ab vsura.*
73 *Testes qui deposuerunt contrarium extra iudicium, habent præsumptionem contra.*
74 *Statuti dispositio non conuenit, vbi non conueniunt verba.*
75 *Possessionem turbantis, & illam auferentis pœna, non habet locum in eo qui turbauit solum.*
76 *Vsurarij pœna non conuenit Iudæo, qui non potest carere ecclesiastica sepultura.*
77 *Tutor non punitur in amissionẽ causę, licet producat falsos testes.*
78 *Possidentis appellatione venit possidens nomine proprio.*
79 *Pupillus an teneatur ob delictum tutoris, vt deinde habeat regressum contra illum.*
80 *Pupillus nõ põt teneri criminaliter pro delicto tutoris cõmisso in administrando noĩe pupilli.*
81 *Pupillus non tenetur pro tutore, administrationis præter ius delinquente.*
82 *Et indistinctè non tenetur pupillus etiam sine cessione contra tutorem.*
83 *Tutrix vsuram committens tenetur de suo ad restitutionem, non pupillus.*
84 *Mutuans in compensationem damni emergentis potest aliquid accipere.*
85 *Vsura non est, licet percipiantur fructus per illum in quem non est translatum dominium.*
86 *Tutor tenetur pupillares pecunias erogare, vel ad honestum lucrũ, vel in emptionẽ prædiorũ.*
87 *Alioqui posset agi contra eum tanquam pro damno illato.*
88 *Causa quælibet licet iniusta excusat à dolo.*
89 *Credens aliqua ratione sibi licere excusatur.*
90 *Sententia est ferenda placidè, si feratur ex indicijs, & coniecturis.*
91 *Pœna est minuenda propter sexum, & propter nobilitatem.*
92 *Pœnæ statutariæ non sunt augendæ nisi ex causa*

in

in sententia exprimenda.

93 Iudex quis possit pœnam augere in casu non solutionis condemnationis intra certũ tempus.

94 Et hoc dummodo non excedat modum multandi consuetudinum Principum.

95 Decreti de usuris pœna, quòd non habeat locum in ciue nouello, vel forensi.

96 Iurisdictio tribuitur ex delegatione ad se informandum, & referendum.

97 Innocentia rei si appareat; impeditur executio sententiæ.

98 Innocentia rei potest probari, quando post sententiam fit querela Principi.

99 Negatiua quomodo sit probanda.

100 Testes negantes pro reo præferuntur affirmantibus pro fisco.

101 Testibus inhabilibus ad defensam, ad probandum innocentiam creditur.

102 Testibus paucioribus, & minus dignis pro reo creditur.

103 Denunciator criminis non facit indicium contra denunciatum.

104 Testi deponenti se tentatum creditur contra tentantem.

105 Rota vertente ex amphora fit urceus.

CONSILIVM CCLI.

In Domino confido.

VISO rigoroso processu formato per magnificũ D. Capitaneum Iustitiæ ciuitatis Mantuæ, & rigorosiori sententia lata per ipsum cõtra magnificam & Illustrem D. Aureliam scotã vxorem. q. magnifici D. Bartholomei Pendalei, ac processu relationis ipsius causæ facto coram Illustre, & Excellente Senatu Serenissimi D. Ducis Mantuæ, cui causa ipsa per ipsum Serenissimum Ducem commissa fuit ad referendum celsitudini suæ. Et instantissime requisitus per ipsam magnificam Dñam, vt quid sentiã super iustitia, vel iniustitia ipsius sententiæ scribere velim. Omnibus maturè consideratis, & discussis, eius sum sententię, quod parum iustè, parumq; ęquè fuerit iudicatum contra ipsam magnificam D. Aureliam, Ipsamq; forè, & esse vti innocentem absoluendam, & liberãdam à d. processu, & inquisitione contra ipsam formata. & ita præfato Serenissimo Duci referendum esse, tum ex his, quæ hinc inde deducta fuere in primo processu dictę inquisitionis, cum etiam ex deductis, & probatis in d. causa relationis.

Et primò moueor, quia ad hoc ut ipsa Domina condemnari posset in pœnas decreti, seu proclamatis, in quas fuit condemnata, † debuit esse confessa legitimè, vel conuicta de prætenso delicto sibi imputato. l. qui sñiam. C. de pen. c. nos in quemquã. & c. teq;. 2. q. 1. trad. Marsi. in sua prac. crimi. in §. quinta quæst. in prin. & cõs. 15. in prin. & Bossi. in suis tracta. crimi. in titu. de conuict. nu-
2 mero secundo. † & In causa criminali exiguntur probationes luce meridiana clariores. l. fin. C. de probat. ita vt etiam vix ipse ea, quæ commisserit negare sufficiat. d. l. qui sententiam. in fi. Bossi. qui dicit omnes hoc scire, in d. ti. nu. 9. Iul. Clar. in sua praxi crimi. in §. fin. q. 66. versic. debent autem. & Anto. Gomes. in 3. tom. suorum tracta. c. 12. nu. 9.
3 † Testes verò qui cõtra reum recipiũtur, debent esse omni exceptione maiores, ut latè post Bart. Marsi. & alios per eum citatos trad. Iaco. Nouel. in sua pract. in prin. nu. 165. Bossi. Clar. & Gomes. in locis supra citatis, & Clar. in q. 21. vers. unus te-
4 stis. Et in proposito testes † dicunt omni exceptione maiores, contra quos nihil potest opponi, nullumq; patiuntur defectum. glos. in §. item verborum. Inst. de inuti. stip. in verbo, idoneos. & Nouel. ac Carer. in dictis locis, & Clar. in dic. §. unus testis. ac plerique alij in alijs locis. Et dicit etiam Bossi. & Saly. per eum illi citato in d. tit. de cõuict. nu. 13. Quòd probationes debent ita esse certæ, vt non possit illud probabiliter dissuaderi. At in proposito non uideo, quomodo fuerit ꝓbata intentio fisci ita, ut ipsa magnifica Dña, quæ cõtenta in inquisitione negauit, possit (ne dum dici) sed nec etiam suspicari conuicta. & percunctãdo omnia indicia, & omnes probationes curię contra ipsam Dominam, non video quomodo sententia ipsa ab errore, & iniustitia defendi possit.

Primò enim tres Iudæi, Iosephus de sacerdotibus, Marcus Grassetus, & Moyses de Regio, qui (ni fallor) dederũt causam huic uexationi huius nobilis Dominæ, nullam faciunt probationẽ ex
5 pluribus, primò, quia sunt Iudæi † qui contra christianum non admittũtur in testes. c. si hæreticus. 2. q. 7. glo. in cap. Iudæi. ubi Doct. de testi. Crot. in tract. de testi. nu. 36. Marsi. in l. 1. §. pręterea. nu. 5. ubi ampliat, etiam si de proximo sint effecti christiani. ff. de quæst. in sing. 41. Iudęus. 107. priuilegium, circa medium, & 278. notissimũ. 2. colum. ante med. Nouel. in d. titu. nu. 19. & ita dicit fuisse decisum. Afflict. decisione 214. quòd & ante eos uoluit Alexand. in consilio 70. viso processu. colum. pen. uersiculo, & primò. primo volum. Idem etiam tenet Hierony. Gyg. in tract. de crimi. lesę maie. libro secundo, in tit. quomodo, & per quos crimen lesę maiest. prob. q. 2. nu. 26. quam senten-
6 tiam dicit cõem. † Emanu. Soant. etiam, & ipse hębreus, in suo thesauro receptar. setẽtiarũ, post Fran. Viui. per eum citatum in verbo, Iudęus. nu. 207. cũ. n. sint Deo infideles, sunt ẽt infideles hominibus maximè christianis. Plot. in l. si quando. nume. 363. C. unde vi. & quod non admittantur.

trad.numero 401.& licet aliqui aliter aut vmaue
* rint communis * tamen opinio, ut ex supra cita-
tis liquet, est pro hac parte, quæ tãto clarius pro-
cedit, cum agatur ad pœnam criminalem, nec
cum dicto hæbreorum ipsorum concurrant, tot
7 aliæ præsumptiones, † quæ solæ sufficiant, ut erat
in casu Craue. qui opinioni contrariæ subscribit
in cons. 73.nume.18.

Secundò, dicti hæbrei, ut ipsi fatentur in suis
testificationibus, fuerũt nedum mediatores, sed
promotores huius contractus, cum ipsi persuase
rint ipsi dominæ Aureliæ, vt ipsi fatētur, quod eo
modo fieri poterat contractus quo factum fuisse
attestantur, quod etiam fatetur audiuisse ab illis
Angelus Furnus testis curiæ examinatus in pro-
cessu.fol.37.sed tales mediatores cum causa agi
8 tur † criminaliter, non sunt idonei testes, etiam in
crimine simoniæ.c.primo, de testi. in 6. & maxi-
9 mè, quia ipsi efficiuntur socij criminis, † & tenen
tur ad vsuras restituendas.glo.in l.si sciente, & il-
lic Marsi.numero quarto, & seq. ff.ad leg.Pomp.
de Paricid.in singulari 81. mandans. & in consi-
lio 27.numero quarto. quod etiam uoluit Rom.
275.fui interrogatus.Alexand. numero decimo.
Socin.numero secundo, & 12.& Ias.numero 15.
in l.tertia.§.si procurator.ff.quod quisq; iu.sed &
10 tales mediatores † illiciti contractus priuantur
honore, dignitate, & officio.Rom. singulari.730.
Proxeneta. & vtrunq; dictum firmat Io. Bernar.
Diaz.Hispanus in sua practi.cano.c.fi.numero 1.
tertio, & quarto.sic etiam nõ creditur mediatori
11 † attestãti dedisse pecuniam iudici corrupto, ex
quo est socius criminis. Bossi.in tit. de oppositio.
contra test.numero 58.& sequen. Nec dubiũ est,
quin saltem deberent dictum suum confirmasse
cum tortura ex trad.per Carer.in d.prin.nu.163.
4.col.& Plot.in.d.l.si quando.nu.144.& alios cri
minalistas in alijs locis, quos sciens prætereo.

Tertiò, dubium non est, quod ipsi habent in-
teresse in hac causa cũ prætendant se fuisse dam-
nificatos, & deceptos à dicta magnifica Domi-
12 na, ut in suis testificatibus apertè fatentur, † vnde
non sunt idonei testes. l.omnibus. C. de testib.&
l.nullus.ff.eo.& utrobique glos.& Doct. Marsi.in
consi.secundo, nume.45. Et habens aliquod in-
teresse in causa dicitur suspectus. Soc.Iun.consil.
135.numero 31. secundo volum. & idem est in
13 habente affectum ad causam, † quod repellatur,
Paris.cons.58.numero 18.& seq.in 4.& Soc.Iun.
cons.88.nume.24.& 25. 2.volum.

Quartò, ex suis met attestationibus apparet,
quod sunt inimici ipsius magnificæ Dominæ Au
reliæ, cum qua habuerunt uerba altercatoria, &
minatoria, ipsosq; illa expulit e domo sua verbis
iniuriosis, quo fit, vt non cẽseantur testes idonei,
14 † etiam cum tortura.l.prima.§.præterea.vbi latè
Marsi.ff.de quæst.Alex. cons.174.col.5.circa me
dium.2.vol.Gram.cons.38.nume.2.& 12.& seq.
Vbi loquitur, quando interuenerunt uerba mina
toria.& 55.num.17.& 46.nume.5.& seq.ubi latè
ampliat Bossi.in titu.de oppos.contra test.nu.52.
Iul.Clar.q.24.uersi.item quæro nunquid. Vbi q d
remittitur arbitrio iudicis, q s dicatur inimicus,
15 † & quæ dicatur capitalis inimicitia. & omnium
latissime.Gomes.dicto c.12.numero 14.& in ha-
16 bente odium, quod non sit idoneus testis. † Alex.
in cons.99.in causa inquisitionis.2.colum.primo
vol.Nat.cons.412.nu.24.& quòd inimicus ex ini
17 micitia orta ex uerbis iniuriosis non ꝓbet † trad.
Rol. à Vall. cons.24.nu.38.1.vol.& 37.num.12.
vol.3.Sed qđ non probet etiã si inter illos non sit
capitalis inimicitia, firmat Craue. cons.sexto, nu
mero 32. Quinimò cum ipsi tantum affectarent
Dominam hanc inquisitam condemnari, quod
satis, & super indicant sua testimonia, nõ sunt ido
18 nei testes † Paris. cons.152.nu.16.& 169.nu.31.
4.vol.& idem in iniuriato, & damnũ passo, quod
non sit idoneus testis, firmat Paris. ibi in d.cons.
52.numero 41.

Quintò, ipsi testes, sunt inter se contrarij, & di
scordes in multis, & præsertim in traditione pe-
cuniarum facta, vt dicunt, per Iosephũ dictę Do-
minæ.f.scutorum quadringentorum (quod est
essentialissimum in hac causa) cum vnus dicat, sci
licet dictus Iosephus, illas existentes in drappicu
lo, seu sudariolo dedisse illi in camera. Marcus, in
camerino. Moyses, in camera vel in camerino.
cum enim testes ipsi discordent in loco, sunt simi
les illis testibus Susannæ, à quibus fortè descen-
dunt, de quibus habetur Dan. c. 13. quorũ alter
deponebat illam cũ iuuene uidisse sub Schino,
19 alter sub Prino, & non probant. † glo.& Dect.in
l.testium. C. de testi. Soc. Iun. cons.86.nume.23.
& 88.nume.26.2.vol. & quod testes discordãtes
de loco nõ ꝓbent, trad.Alex.cons.116.posteaq̃.
prima col.vers.alio defectu.primo volu. & Alex.
de Neuo cons.64.nume.6.& septimo. Sed quòd
testes inuicem aduersantes ab eadem parte pro-
20 ducti non probent, & se inuicem † confodiant
trad. Io.And. & alij in c. in nostra. de testi. Marsi.
qui dicit communem in singulari.488.dignitas.
Gram. cons.26, nume.21.& 38.& in cons.ciuili.
154.num.8.& 9.sentit Bossi. in tit. de fal.nu.19.&
20.& Clar.in §.falsam.uersi.conuincitur. & trad.
Dec.in l.repugnantia.nume.3.de reg.iur.& Iusti.
Ronde. in 2.& vlt. tom. consiliorum .crimi.cons.
54.nume.9. Ioan. de Arno, qui loquitur etiam in
criminalibus, exceptis.cõmentario 24. in multis
& sequitur Carer.in dicto numero 165.colum.5.
quibus additur Alex.qui ante eos secundũ hanc
sententiam sępè respondit in cons. 18. Viso pro-
cessu.ante finem, primo volu. 43.visis.5.colum.
ante fin.in 4.& 53.numero decimo, in 7.uolum.
Nec dubium est, quod huiusmodi contrarietas
tollat fidem testibus, ex quo est super facto essen
tiali, nempè in loco traditionis pecuniarũ, quæ si
non fuissent traditæ ipsi Dominę, & ipsa soluisset
de suis, corrueret hoc totum iudiciũ criminale,
21 si enim contrarietas † testium in circunstantijs,
tendat & ordinetur ad inducendum facilius iudi
cem

rem ad credulitatem negotij principalis est pon deranda, & tollit fidem illorum, Ruin. cons. 149. numero vigesimoseptimo, & sequen. & consilio sequen. numero nono, in 5. quanto magis illa cõtrarietas, quæ est super cardine negotij, debet eorum dicta tollere?

Et cũ testes ipsi tot, & tantos defectus patiantur, nullam penitus poterunt facere probationẽ, vel indiciũ. 53. in totum & penitus erant reicien-
22 di † licet alioquin diminuerentur de fide, Marsi. singulari. 385. dicit quoddam. & cons. 102. numero 12. Gram. cons. 45. nu. 23. & Carer. d. numero 165. colum. quinta, versiculo, item intellige. Et hæc quoad omnes dictos hæbreos generaliter, nunc singulariter alios eorum particulares defectus addemus, quæ tanto clariorem reddent iustitiam ipsius magnificæ Dominæ.

Primus ergo Iosephus deponit dictus Franciscus fuit damnificatus in dicto contractu in suppositione, seu permutatione bonorũ mobilium facta cũ argentis, & alijs preciosis ostensis in con tractu, cum hæc valerent scutis, quingentis, vel circa, & illa, centum vel circa, vt in suo primo testificatu, sed in hoc conuincitur de falso ab alijs duobus hæbreis attestantibus, quod erant cõcor des, quod ipsi acciperent à dicto domino Francisco dicta omnia mobilia, & illi soluerentur scuti 1250. computato frumento, & quod ipsi illa om nia acceperunt, & soluerunt dictum precium dicto domino Francisco adeò, qđ nihil damni ipse propterea passus fuit, sed si quid dãni alicui accidisset, id pertinuisset hæbreis, qui tamen consenserunt dictæ permutationi bonorum, tam ante, quam post instrm, & fuerunt concordes in pretio, & illis fuit satisfactum. Sic etiam, & secundò dicit testis, qđ fuit ostensus pannus sericeus auro contexus, quem brocatum vocant, in cõtractu, quem ipsa Domina retrohabuit, nec pro eo aliquid fuit datũ. d. Francisco, vel ei factum restaurum. Sed etiam in hoc conuincitur de mendacio ex dicto Marci sequentis testis, qui affirmat data sibi fuisse alia bona loco dicti brocati. Cũ igitur ipse ab alijs testibus conuincatur de mendacio, ipsiq; inuicem aduersentur, nullus ipsorũ ꝓbat, vt sup. Tertiò cum ipse Iosephus, tertio loco exa minatus in processu fol. 155. testificatus vnde habuerit illas pecunias, quas tradiderat (vt deposuit) magnificæ dñæ Aureliæ, nesciuit respondere, à quibus habuerit, & tamen non est verisimile, quod tam breui tẽporis spacio, de facto tam
23 notabili, & recente oblitus fuerit, † neque id præ sumitur. Rom. singulari 376. tabellio. Mars. cons. 34. numero nono. Iacob. Filip. & Port. cons. 6. numero 43. & testis quod non recordatur de eo, qđ
24 debet verisimiliter recordari, est suspectus † de falso. Craue. ex Cora. cons. nono. nume. nono, & Ioan. Bap. Plot. 110. nume. 5. primo volum. cõsiliorũ priorũ crim. Sicut deponens non verisimilia non probat. Mars. cons. 20. numero 61. 31. numero 26. & 74. numero 16. Carer. in d. prin. suæ pract. nume. 107. Plot. qui ampliat etiam in casu quo statutum disponit esse standum dicto alicu-
25 ius, ut illi non sit standum † si non uerisimile disponit. in d. l. si quando. nu. 807. sed & aliud in dicto testificatu dicit ipse testis, qđ hẽt plures amicos, quos nominatim exprimit, qui sibi inseruiũt libenter, & mutuò dant pecunias ad sui libitum, & tamen in suis testificatibus præcedentibus dicit, opus fuisse suppignorare argẽta, & torquem gemmarũ vxoris d. Amoroti, & sic sorori ipsius testis, ut mutuò haberet uel cõmodato ipsas pecunias, quod non potest esse verum, vel saltẽ non est uerisimile, si habebat amicos, qui illi inseruirent sine pignore. Vt omittam aliud, quod ipse dicit illic, quod non recordabatur babuisse scuto centum à Sãsone Trabotto eius sorori, nisi uidisset eius testificatum, quia non est verisimile ꝙ ipse fuerit tã citò oblitus, ut sup. & minus, quòd ipse uiderit eius testificatum existẽtem penes notarium curiæ, & reuelauerit illi secreta curiæ, & uerisimilius est, quod ipse secretò dederit nomẽ illius mag. Capitaneo, ut illum in testẽ reciperet, cum alias ipse non potuisset uerisimiliter scire à quo habuisset d. pecunias nisi ab ipso Iosepho.

Marcus prędictus, & testis ultra alia præfatam notabilem cõtrarietatem deponit, quod ipsa domina Aurelia promisit ipsis hębreis dare saccos. 25. melicæ loco nonnullorum argentorũ ostensorum tempore cõfectionis instrumenti. scilicet cuiusdam saleriæ argenteæ, & quod postea illa nunquam dare uoluit, licet retro accipere argentum ipsum negando se promisisse, quòd falsum est, & conuincitur de mẽdacio à Moyse eius con socio examinato pro curia in processu ad char. 108. ubi fatetur se habuisse melicã ipsam, & absoluisse dictam magnificam Dominam ab ea, & à rosetis aureis, & argento deficiente in pondere, licet non fuisse sibi satisfactum de dictis rosetis, & argento. præterea ipse testis in 2. examine affirmat, ꝙ Iosephus dedit dictas pecunias, scilicet scutos quadringentos ipsi Dominę in sudariolo, sed illos non uidit, sed tantummodo intellexit tales, & tantos esse ab ipso Iosepho, quo casu non probat de tali numorum solutione, cum esse possit puod non fuissent pecuniæ, nisi in modica summa, vel non essent pecuniæ. testis enim
26 vt fuit dictum sup. debet de necessitate † concludere. l. non hoc. C. vnde legi. & c. in præsentia. de probat. maximè in criminalibus Boss. in titu. de opposit. contra testes. numero 45. Et debent con cludere probationes non per possibile, sed de necessitate. Foller. in practi. ciuilium delictorum 2. parte 2. partis principalis in verb. dentur capitula, quod suffocauit uxorem. numero secundo, & sequen. Marsi. in rubr. de probat. numero 350. & sequen. Vbi, quod dubia, & incerta probatio contra producentem interpretanda, ut est uulgatum dictum. Nec testes deponentes de tra-
27 ctatu † probant, si non probatur conclusio, cum multa tractentur, quæ non perficiuntur. Alexan.

consilio 88.numero quarto,quarto volum.Dec.
consilio 133.nume.4.& latè Tiraquel.in tract.de
retract.in fin.2.tit.numero 24.

Moyses tertius testis illorum consocius labo-
rat eodem morbo,nescit enim pecunias fuisse in
dicto sudariolo, nisi ex relatu d.Iosephi, cui non
creditur,ut sup.præterea dicit solutionem uel tra
ditionem fuisse factam in camera, vel camerino,
& præcisè de loco non recordabatur,quod arte,
& calliditate quadam factum censetur,ut aliquo
modo (si possibile fuisset)concordaret cum alijs,
sed cum non præsumatur obliuio tã modico tem
pore, & in facto tam notabili, ut supra ipse non
28 probat, & tanto minus, quia debent testes † tan-
to magis recordari de loco, quàm de tempore.
Bossi.de opposit.contra test.numero 41.& testis,
qui dicit non recordari de his, quæ eodem con-
textu gesta sunt redditur suspectus. Craue.consi-
lio 115.nume.11.& 134.numero 13.Discordat
etiam ab alijs,quia dicit uidisse illam ponere pe
cuniam in capsula existente in dicto camerino,
quod non dicunt alij,nec est verisimile,quod re-
posuerit,ex quo statim debebant ostendi, & sol-
ui in contractu: Ex quibus luce ipsa Meridiana
clarius constat hos infideles hæbreos, qui hanc
coniurationem fecerunt, nullam faciebant, vel
faciunt probationem,sed potius erant,& sunt pu
niendi de delicto per ipsos tractato, & conclu-
so ut dicunt, & de falso. l. qui falsi, vel uariè. ff.
de testibus.

Deuenio modò ad discussionem aliorum te-
stium.Ex qua (ni fallor) apertissimè constabit ne
dum ipsam Magnificam dominam Aureliam nõ
fuisse conuinctam, sed nec etiam extitisse contra
ipsam inditia ad torturam,si in causa huius impu
tationis ad torturam potuisset deueniri, Primò
enim Aloysia Ancilla ipsius Dominæ tanto rigo
re capta,& carcerata nihil deponit, quod noceat
ipsi Dominæ,quia licet brocatum, & alia argen-
ta fuerint restituta,nec ea habuerint hæbrei, ha-
buerunt tamẽ loco eorum pannos, vestes, & alia
mobilia, prout inter ipsas partes fuit conuẽtum.
Sed quid ad contractum vsurarium, pro quo in-
quiritur,& fuit condemnata? quinimmò potius
deponit contra testimonia aliorum quàm, quod
illa iuuet,sic etiã Bartolomeus seruitor D.Amo-
roti nihil ad rombum deponit, uel concludit.do
minus Franciscus Lonzanus, qui fecit illum con
tractum nullam, uel minimã facit probationem
contra ipsam Dominam, quia primò, sibi nõ cre
ditur,ex quo pecuniam ad vsuras (ut dicit)acce-
pit,uel cõtractum vsurarium fecit, ex quo habet
interesse in causa,quinimò non probarent etiam
plures testes,qui singulariter tales contractus fe-
29 cissent, † ut in terminis concludit Feder. de Sen.
dicens etiam statutum episcopi aliter disponen-
tis non valere.in consilio 64.pridie.ante fi.Rom.
singulari.360.uolo probare.& ibi in nouis addi-
tionibus.Fel.in c.ueniens.il primo, nume.18.de
testi.Marsi.in consilio secundo, nume.46.& 29.
numero 26.& 27.Bossi. in titu. de oppos. contra
test.numero 55.Arno. soliloquio. 36. capitulum
quod maximè procedit, ubi agitur criminaliter
30 † ad condemnandum.Craue.consilio sexto, nu-
mero 102.Folle.in pract.crimi.cano.cap.20. uel
vsuram committere. in fi. & idem Craue. distin-
guit in consilio 73.numero trigesimoquarto,Di-
dac.Couan.libro tertio, suarum varia.resolut.ca
pit.tertio,numero quinto.& Iul.Clar.in d. pract.
* quęst.53.ubi attestatur de cõmuni * in versiculo
sed quid si episcopus.Quod tanto clarius proce-
dit,cum ipse dominus Franciscus nõ fuerit prote
status,quod nolebat repetere aliquid, vel rescin
31 dere contractum, † sed illi statur, quod fuisset ne
cessarium, ut docet Bald. in l.dictantibus. nume-
ro tertio.C.de testam.ubi alij. Alexand. consilio
174.colum.quarta,in 2.Craue.dicto consilio se-
ptuagesimotertio,numero vigesimonono, & nõ
nulli alij ex supra citatis.

Secundò, cum ipse prætendat se imodicè læ-
sum ex dicto contractu, ut ipsemet fatetur in suo
testificatu,& quatenus contractus ipse esset vsu-
rarius,annullaretur virtute decreti Ducalis, du-
bium nõ est quin ipse commodum, & utilitatem
consequeretur ex suo testificatu, & ex sententia la
ta,qua fuit annullatus contractus,quòd ipse non
32 negat.Vnde non potest esse testis, † nec ullam fa
cit probationem.d.l.omnibus,& l.nullus.cũ alijs
supra citatis. Et quod testis tractans de se libe-
rando non probet, trad.Gram.consil. trigesimo-
quinto,numero 33.

Tertiò, est uarius,& cõtrarius,ac discors cum
dictis hæbreis,cũ dicat pecunias fuisse datas per
dictum Iosephum in camera, quas ipsa ingressa
in camerinũ reposuit in capsa, vel capsula; cum
alij, maximè Marius dicat, fuisse datas in cameri
no,& dominus Amorotus de quo statim dicetur
idem cẽsetur deponere, cum dicat ipsam Domi-
nam ingressam fuisse camerinum, & post illam
cum pecunijs ingressum fuisse Iosephum: quo fit
ut nullam penitus ex hoc potuerit facere proba-
tionem, ut superius fuit ostensum super testifica-
tibus dictorum hæbreorum.Quinimò audio, qđ
ex euidentia facti potest etiam hic testis conuin-
ci de falso, ꝗ stans in ea camera in loco ubi sem-
per stetit, dũ omnia gesta per partes fuerunt,non
poterat uidere in dicto camerino, maximè in an
gulo ubi erat capsula, & ex euidentia facti cõuin
cuntur testes de falso, vt per Bald.in l.si quis testi-
bus.in fi.C.de testi.Alexan. consilio 116. colum.
fin.primo volum.& Mars.in rub. de prob. nume-
ro 161.Moyses de Pisis hæbreus nihil deponit,
quod conculdat contra hanc Dominam,quia li-
cet ipse fuerit requisitus à dicto Iosepho ad mu-
tuandas pecunias ostendendas in contractu, uel
argenta, & commodauerat ipsa argẽta, quæ ea-
dẽ die fuerunt sibi restituta,nihil facit ad contra
ctum usurarium,quod nõ probet hoc esse, quod
ab hoc contingit abesse. dic.l.non hoc.& potuit
ipse Iosephus uti hac arte, ut sibi pararẽt indicia

contra

contra dictam Dominam. Vltra quod est Iudeus qui non admittitur contra christianum, ut supra comprobatum extitit, & deponit etiam de facto
33 à remotis, quod non facit indicium, † nisi probetur per duos testes. Marś. post alios qnos citat in cons. 12. nu. 16. 15. nu. 13. 29. nu. 21. Matth. Brun. in 2. & vlt. tom. consiliorum crimi. cons. 115. numero 71. & idem est si sit probandū aliquod indicium, vel coniectura, qđ exigitur probatio duorum testiū. Alex. de Neuo. cōs. 38. nu. 14. eo. tom. dominus Amorotus examinatus ꝓ curia in processu fol. 32. nullam etiam facit probationē, siue consideremus ipsum quò ad personam, siue quo
34 ad dictum, † prout testes considerandos esse docet Bossi. d. tit. de conuict. nu. 18. quo ad personā, ipse est affinis dicti Iosephi, cum habeat sororem ipsius Iosephi hæbream effectam christianam in uxorem, qui Iosephus totum hoc bellum indixit huic nobili Dominæ, ut dicetur super probationibus factis in causa relationis, & hoc audio fuisse bene notum præfato Magnifico domino Capitaneo, de quo dicetur super dicto processu. præterea fuit fideiussor ipsorum hebreorum pro scutis octuaginta pro solutione datij liuelli uendendi per d. Frācíscum domino Alexandro Pupillo, & filio ipsius Magnificæ dominæ, cuius casus firmo stante dicto cōtractu poterat euenire, & sic ex eo contractu poterat damnū pati, vt de obligatione cōstat ex chirographo in processu registrato fol. 165. quo stāte ipse non potest esse idoneus testis,
35 ut in fideiussore † contractus trad. Alex. cōs. 154. viso themate. 2. col. in prin. 5. uol. Marś. in rub. de fideiuss. q. ult. nu. 381. & tanto magis cum non facile possit conseruari indemnis à dictis hæbreis, & præsertim à dicto Iosepho, qui (vt audio) iam decoxit, & carceratus est, tam pro debitis ciuilibus, quàm pro imputationibus delictorum, & quando testis potest pati damnū nō est idoneus
36 testis. † Cepha. cons. 65. num. 32. & 35. & Augusti. Bero. cons. 124. nu. 27. in primo, & 164. num. 22. in 3. uol. & quod indistinctè fideiussor non sit idoneus testis, trad. Crot. in d. trac. de test. nu. 187. & ibi in addit. Quò uero ad dictum ipsius nullam etiam facit probationem, uel indicium, nam ipse non interuenit tractatui facto inter partes de faciendo dictum contractum, & fingendo, & simulando, pro ut prędicti testes deponunt factū fuisse, nec ullum uerbum audiuit unquam super hoc à domina Aurelia, sed tantummodo ea audiuit à dicto Iosepho, & dicto Francisco quo casu nullā, uel minimam facit præsumptionem, cum testes
37 † de auditu non probent, nec sint ueri testes. c. licet quadam. de testi. Vbi Doct. Marś. cons. 20. numero 5. 42. nume. 8. & 26. nume. 5. Ang. de Cast. in primo uolu. consiliorum præfatorum. crimi. cons. 94. nu. 27. & in 2. uol. eorundem consiliorū. Calepi. de Calepi. cons. 52. nu. 19. Sed tanto minus probat, cum audiuerit ab his, quibus ea testificantibus non creditur, ut sup. unde repellitur testis, cuius repelluntur auctores, ne plus credatur copiæ, quam originali, ut trad. Crau. alios citans in consilio sexto, numero 67. 41. numero secundo, & 112. numero 13. alias esset inuenta uia pro bandi id, quod per testes non admittendos, vel suspectos nō posset probari, si ipsi pluribus alijs, ea retulissent, quæ ipsi facta fuisse affirmauissent,
38 † ut etiam animaduertit Craue. dicto numero decimotertio. testes enim debent esse clari, & depo nere super delicto ipso, vel per indicia indubitata. Bossi. dicto titu. de conuict. numero vigesimosecundo, & numero 58.

Secundò, inquantum deponit vidisse pecuniā in sudariolo in manibus Iosephi, & subinde ingressum fuisse cum eis in camerinum post ipsam Dominam, & exire sine eis, non probat illas dedisse ipsi Dominę, nec quot essent, cum possit esse quod nō dederit, & quod essent minoris summę, & datæ ex alia causa, & cum nesciat quid esset in dicto panniculo, nisi ex relatu dicti Iosephi, non video quam probationem potuerit facere ille testis per prædicta. Et licet ipse addat, quod in ipso contractu, ipsa Magnifica domina protulerit in mensa illum sudariolum cum pecunijs præfatis, & marsupium cum scutis ducentis, omnia tanq̄ propria ostendēs in celebratione instrumēti, nō tamen vllam reddit rationem, quomodo nouerit illum fuisse eundem met sudariolum, quem dictus Iosephus habebat in manibus, cum non præ
39 sumatur identitas, † maximè in criminalibus. Crane. consil. 244. numero secundo. Pet. Foller. consilio 140. numero 17. primo tom. cōsiliorum criminalium. Nec probat testis in causa criminali receptus, si non dederit rationem dicti sui, etia
40 non interrogatus † Craue. consilio secundo, numero tertio. Nouel. latè in pract. crimi. titu. de testi. numero quinto, fol. 71. Carer. in dicto princ. numero 168. & Iul. Clar. q. 53. versi. vltimo. Nam debuerunt diligenter testes interrogari, & maiori cum subtilitate, vt fieret indagatio veritatis secundum consilium, & doctr. Bossi. in d. tit. de conuict. nume. 12. Cum itaque testis dictum nō concludat necessariò, nullā potuit facere probatio-
41 nem † ex doctr. not. Bal. in l. conuenticulam. numero quinto, versiculo ex prædictis. C. de epis. & cleri. quem sequitur Alex. in cōsilio 24. animaduersis. colum. septima, ad fin. nume. 29. secundo volum. Quod vbicunque oppositum eius, quod testis deponit potest stare cū veritate causę, per quam testis fundat dictum suum, testis deponēs nunquam probat, quia ad concessionem causæ impertinentis, vel inferentis non requiritur concessio antecedentis. & de ratione testis latè scribit, & magistraliter Bald. in d. l. numero quarto, versiculo nō uenio ad testes. & quod dictum debeat esse concludens trad. etiam Bossi. in titu. de oppos. contra test. numero 45.

Tertiò ipse testis, qui negat pecunias fuisse traditas in camera ipsi Dñæ, & infert traditionē potius fuisse factam in camerino, contradicit alijs deponentibus, quod immò id fuit in camera, &

ab eis debilitatur eius testimonium, ita quod
nec ipse probat.

Io.Angelus Furnus nihil ēt deponit, qđ offi-
ciat intentioni ipsius Dominæ, vel iuuet partem
fisci,cum nihil sciat de tractatu, & minus de con
clusione ipsius contractus.& discordat etiam ab
alijs in solutione pecuniarum puta in contractu,
cum dicat Iosephum posuisse in mensa sudario-
lum cum pecunijs;licet postea in secũdo exami-
ne fateatur errorem suum, & aliter dicat,ſ.quod
vidit illum aperire,& dissoluere dictum sudario-
lum,in quo erant pecuniæ, & videtur conclude-
re, quod pecuniæ essent scuta aurea sexcentum,
cum tamen essent scuta in rationem libr. quinq;
& sold. octo pro quolibet scuto, quo casu tan-
42 to minus probat,cum conuincatur † nescire ple-
nè factum. Alex. cons. 18.nu.9.& 10.1.vol.88.ad
fin.vol.6.& 94.nu.1.eo.6.vol.vltra quod ipse fuit
mediator pro parte hæbreorum,& proxeneta,&
ab eis habuit scutos quinque, vt probaẽ per ea,
quæ deducta supra fuere in oppositionibus con-
tra proxenetas, seu mediatores, hæbreos.

Simon Hieronimi alius testis pro parte curiæ
examinatus eodem morbo laborat, cum & ipse
fuerit mediator, & babuerit ꝓxeneticũ scutorũ
quatuor ab hæbreis prædictis. ꝑterea nihil scit
nisi ex auditu ab hæbreis, vnde sicut illis non cre
ditur,nec ei ab eis audienti, vt sup. & licet dicat,
quod audiuit ab hæbreo sororio Iosephi, quod
mutuò dederat pecunias Iōsephō,vt darẽtur ipsi
Dominæ, tamen hoc non obest,cum ipse de hoc
nihil sciret nisi ex dicto Iosepho, cui non credi-
tur,vt sup. Et licet testis ipse etiam dicat,qđ om-
nia retulit præfatæ dominæ, quæ negauit rece-
pisse dictas pecunias, asserens imò eas pecunias
accepisse ex sua capsa pręsente quodã Horatio
Bastario,qui exinde examinatus dixit nõ uidisse
eam pecuniam per eam accipi ex capsa; non ta-
men propterea conuincitur de mendacio, cum
vnus tantum testis,scilicet ipse Simon, deponat,
quod ipsa dixit dicta verba,& non probatur indi
ciũ à remotis, nisi per duos testes, vt sup.tũ quia
non conuincitur de mendacio, licet dicat quem
fuisse præsentem extractioni dictarum pecunia-
rum,& ipse neget, cum potuerit esse præsens cor
pore, absens autem mente, & intellectu, & non
43 animaduertere † ad illum actum.l.1.§.fi.vbi Bar.
ff.de aucto.tuto.Gram.cons.19.nu.2.& Bosi. de
opposit. contra test.nu.45. Et posito quod men-
daciũ fuisset probatum, non fecisset etiam indi-
cium ad torturam secundum communem * do-
ctorum sententiam. Gram. vot.30.nu.15.in fi.&
Clar.in d.pract.q.21.versic.me dicit.

Sanson de Trabotis hæbreus nullam etiam fa
cit probationem,tum quia hæbreus,tum quia so
rorius d.Iosephi à quo intellexit de dicta osten-
sione pecuniarum facienda, & non probat vltra
id,quod probet ipse Iosephus.& est etiam singu-
laris, vt non probet indicium aliquod. & postre-
mo nihil facit, quod dictus Iosephus babuerit il-
las pecunias mutuò, quia non sequitur,illas de-
dit dictæ Dominę, & sic militant quàm plura fun
damenta supra adducta contra alios testes.

Hortensius prædictus nihil etiam ex suo testi-
ficatu nocet præfatæ Dominę, cum non conclu-
dat,nõ uidisse illam accipere pecunias ex capsa,
44 & opportebat probare negatiuam † affirmatiue.
ſ.quod non potuisset accipere, quin ipse uidis-
set.Iuxta trad. per Bosi.in tit.de defens. reorum.
nu. 15. & in alijs locis inferius ad hoc propositũ
citandis; & facit pro intentione ipsius Dominę,
dum dicit, vidisse in mensa tres cumulos aureo-
rum:quod ostendit, quod non solùm fuerunt so-
lutæ pecuniæ existentes in marsupio, seu crume
na,& in sudariolo sed etiam in chartis, quod con
cordat cum constituto primo ipsius Dominę, &
cũ testificatu dicti Ioan.Angeli. Quod autem di-
cit ipse audiuisse ab hębreis, qui detulerunt di-
ctos scutos 400.quos ipsa fingebat soluere dicto
Lonzano, nihil plus iuriũ habet, quàm testifica-
tus dictorum hębreorũ, pro vt supra abundè cõ-
probatum extitit.

Lonzanus hæbreus, qui deponit de brocato
commodato Marco, vltra quod est hæbreus, &
non probat,nihil facit ad contractum vsurarium
vel illicitum, cum fateantur ipsi hæbrei habuisse
tot alia bona ęquiualentia dicto broccato, ultra
quod est unicus, & nullum habet contestem, &
sic non probat indicium à remotis.

Magister Ventura della Lena, & Mag.Anton.
Sutores, ꝗ deponũt æstimasse dicta bona mobi
lia,& broccatũ,& credunt fuisse illud sibi osten-
sum,nihil faciunt negotij contra ipsam dominã,
tum quia non sequitur, hoc est illud broccatum,
quod traditum fuit, siue uenditum in contractu
secundum iudiciũ ipsorum,ergo non erat pupil-
li,& qđ sic per ipsos bæbreos fuisset datũ uel uẽ-
ditum ipsi Simoni hæbreo,qui illud nunc habet,
maximè cum non constet fuisse proprium nisi ex
testificatu dicti Lonzani, cui non creditur vt sup.

D.Sigismundus Lonzanus est fideiussor dicti
D.Francisci,& cum eo obligatus, & sic non pro-
bat per ea quę sup.deducta fuere cõtra testifica-
tũ d.Amaroti, præterea deponit de auditu à di-
cto Iosepho, quod oportebat dare pecunias in
manibus dictæ Dominę,quas ipse erat cõsequu-
turus ex suppignoratione argẽtorum, sed nihil
scit nec de contractu, nec de solutione pecunia-
rum illi facta. Ex quibus patet, quod nulla legiti
ma vel ualida probatio,uel legitimum indicium
militabat contra ipsam Magnificam Dñam ne
dum,vt posset dici conuicta (sed & vt supra dixi)
ne etiam sufficiẽs ad torturam, ad quam summè
propter eius nobilitatem non erat deueniendũ,
45 † ut per Gomes.in d.c.12.ad fin.3.tom. tum quia
in crimine usurarum,si usurarius non est manife-
stus, non potest ueniri ad torturam secundũ Fol-
ler.in dicta pract.crim.c.20.num.16.post Ang.&
alios illic citatos.

Nec obijciatur mihi,quod licet ex dispositio-
ne

ne iuris communis exigerentur plenę, & urgentes probationes ad condemnandum ipsam Dominam, secus tamen est vigore decreti præfati prohibentis vsuras, quo cautum est satis esse probare delictum, etiam quo ad condemnationem in pœnas in eo contentas per vnum testem idoneum, cum alia coniectura, quæ videbitur sufficiens iudici. Quia primò illud decretum non potest habere locum contra tutorem pecunias pupillares dantem ad vsurã, vt inferius speciali fundamento demostrabo. secundò quia, an valeat
46 huiusmodi decretũ, † quod credatur dicto vnius testis ambigẽdum est, vt per Rom. singulari. 715. an Papa. tertiò admisso sine prę iudicio veritatis, quod dictum decretum posset sibi locum uendi-
47 care, non video vbi sit iste testis idoneus, † qui debet esse omni exceptione maior. glo. in §. item verborum. sup. allegata iuncta tex. Inst. dè inuti. stipul. Abb. in c. j. 1. not. nume. 5. de consangui. & affi. vbi id mandat notan. pro statutis. Alex. cons. 71. num. 12. 2. vol. Crot. in tract. de testi. nu. 10. & Paris. cons. 24. num. 14. 3. vol. & ex cribratione testium pro curia examinatorum sup. facta aptissimè constat, nullum ex eis fuisse idoneũ, vel omni exceptione maiorẽ, quinimò illos pati multas, & graues exceptiones, vt abundè sup. comprobatũ extitit. quibus adstipulatur, quod trad. Bossi. in tit. de captu. nu. 47. quod si statutum mandat stari dicto alicuius, ille dicitur exceptione maior.

Prętere a & secundo, opus erat pro parte curię probare, qđ talis testis in quo ipsa ueluti in idoneo fundamẽtũ faciebat, erat idoneus, per alios testes super hoc specialiter receptos, quia regulariter qualitas à statuto requisita est probanda,
48 ut possit sequi condemnatio. † Marsi. in l. si quis ne quæstio. nume. 130. ff. de quæst. & in singulari. 186. qualitas. Plot. in d. l. si quando. nu. 345. 355. & 851. & in cons. 130. num. 74. primo tom. crimi. Bossi. d. tit. de captu. num. 46. Iul. Clar. q. 85. versi. vbi agitur. & Cephal. cons. 206. nume. 8. & consi. 223. nu. 17. Et propius ad casum nostrum, quando statutum vult probationem aliquam esse plenam, quæ alias plena non esset propter optimam qualitatem ipsius probationis tunc articulanda, & probanda est ipsa qualitas, vt in exemplo statuti Bon. quod mors alicuius probetur per tres testes optimæ opinionis deponentes. de fama,
49 † quę debeat articulari, & probari illos esse tales decidit Ang. in l. 2. §. diem. nu. 4. ff. quemadmodũ testa. aper. Alex. cons. 82. in causa vertente. col. 2. post prin. in primo. Cephal. cons. 57. num. 7. & 8. Barb. cons. 47. col. 9. in 1. Soc. cons. 274. col. 10. in 2. Deci. cons. 37. col. 4. Marsi. in l. si quis ne quęstio. nu. 136. de quæstio. & in rubr. de probat. nu. 441. Gram. cons. 35. nu. 38. vbi exigebatur pro-
50 batio per testes eruditionis † electæ, Affl. in cõst. si quis posterum. 3. not. nu. 22. in tit. de defensis oppositis, & contemptis, & Pet. de Moncad. in add. ad tracta. Crot. de testi. nume. 392. Carer. in prin. nu. 165. Alcia. qui loquitur, quãdo exigebatur probatio per testes omni exceptione maiores, in tract. præsump. 3. regula. præsumptione secunda. nu. 9. & idem Soc. Iun. in cons. 12. nu. 2. in primo. & 39. nume. 62. 2. vol. ubi in terminis vult posse obijci hæc cõtra iudices in causa crim. Idẽ tenet Paris. d. cons. 24. nu. 14. in 3. Pet. Beninten-di conclusione 62. nu. 15. vsq; ad finem. Et licet Felin. Cur. & nonnulli alij pauciores contrarium
51 tenuerunt, cõmunis * tamẽ opinio est † pro hac * parte, vt ex sup. citatis liquet. Sicut etiam licet aliqui voluerint restringere decisionem Ang. quando statutum exigit probationem per testes optimos, vel optimæ opinionis in superlatiuo gradu, illud tamen non est communiter receptum, sed attenditur, an probatio, quę nunc cum hac qualitate à statuto exigitur, num faciebat plenam probationem de iure, quod ponderat Ang. loco prę citato, & ita etiam declarat Didac. Couar. in c. relatum il primo. nu. 2. versi. 2. & versi. 4. de testam. licet Paris. in d. cons. num. 17. arbitretur statutum disponẽs de idoneo, loqui in superlatiuo gradũ. sed quod qualitas huiusmodi identitatis à statu-
52 to exigente probationes per testes idoneos, † sit articulanda, & probanda in terminis, & in indiuiduo trad. Barb. in cons. 32. 8. col. versi. præterea accedat. primo vol. Vbert. Zuccar. qui dicit hoc sæpissime sibi fecisse honorem in l. fi. nu. 83. C. de edict. Diu. Adr. tol. & propius ad casum nostrũ, in decreto contra vsurarios loquente de testibus fide dignis Ioan. de Amo. in epitom. 14. in tractatu, vbi inuehit contra iudices, qui nedum hanc qualitatem necessariam, sed etiam testes nõ fide dignos admittunt ad vexationem proborum, nõ vt vsuræ restituantur, sed potius vt suis commodis bona applicent. qui ad propositum nostrum videndus est, quem sequitur Carer. in d. prin. numero 164. & de qualitate testium in hac materia
53 attendenda † videndus est Didac. in d. 3. lib. resolut. variar. c. 3. nu. 5. 2. col. Cum itaq; nedũ non fuerit probatum, sed nec etiam allegatum aliquẽ ex testibus pro fisco receptis esse idoneum, cum in rei veritate non posset etiam allegari, vel probari, stantibus tot rationibus contra eos sup. deductis, sumus extra aleã omnium difficultatum etiam respectu dicti decreti.

Nec dicatur etiam pro parte fisci, quod cum contra ipsam magnificam Dominam plures testes extarent, licet forte non sint idonei, & plures præsumptiones, vel coniecturæ, quod delictum hoc admiserit, potuerit condemnari in pęnas dicti decreti, quia præter id, qđ negamus aliquas probationes, præsumptiones, vel coniecturas cõsiderabiles extitisse contra ipsam Dominam,
54 videtur primò quod numerus † testium in criminalibus non supplet fidem eorum, Marsi. singulari. 477. in testibus. & cons. 109. nu. 6. Gram. cons. 45. nu. 30. & latè Ant. Gabr. lib. primo, suarũ conclusionum, tit. de testi. conclu. 6. nu. 5. Et idem est
55 quãdo omnes sunt suspecti, ut in casu isto. † Nat. cons. 520. nu. 18. post Ancha. quem citat; & Lau. Sylua.

Sylua.conſ.91.nu.23.vel quando nõ plenè pro-
bant factum.Iacob.Aemil.conſ.19.nu.11.Et idẽ
eſt quando teſtes habent intereſſe, & deponunt
ad proprium commodum.Gabriel.dicta conclu
ſione ſexta, ſecunda limit.nu.8.quę omnia caſui
noſtro optimè conueniunt; Sic etiam ſemiplenę
probationes, vel coniecturæ in criminalibus nõ
56 coniunguntur† ad aliquem cõdemnandũ,Boſſi.
57 d.tit.de conuict.nu.22.& 23.ſicut nec vnus † te-
ſtis cum alijs cõiungitur præſumptionibus. Ant.
Gom. d.c.12. nu. 26.Et licet indicia habeãtur ꝓ
quadam ſpecie probationis, tamen etiam in eui
dẽtibus inditijs reperitur quem fore deceptum,
vnde ex talibus inditijs non debet quis condem
58 nari, † vt inquit Calep.de Calep.conſ.52.nu.33.
& 34.& ſeq.2.vol.cõſiliorum criminal.primorũ.
Sicut etiam non poteſt damnari ex præſumptio-
59 nibus hominis, † ſed iuris,nec ſufficiunt temera-
riæ,ſed probabiles exiguntur.Pet.Calepha. cõſ.
86.nu.31.& ſeq.2. vol. dictorum priorum conſi-
liorum,& Gom.d.nu.26.Sed & coniecturæ mul-
tum ſunt conſiderandæ.Iuxta ea,quæ latè docet.
Foller.in d.ſua praxi cãno.cap.29.in verſ.auditis
aduocatis.nu.31.& ſeq.& probandę erant per te
ſtes in hac materia vſurarum, vt no.declarat Ia-
cob.Menoch.in trac.de arbitr.iud.lib.2. cẽtur.3.
caſu.235.nu.29.Vbi dicit indicia,& coniecturas
non eſſe probationes de ſe probandi aliquẽ eſſe
uſurarium, ſed eſſe modos ſuper quibus exami-
nantur teſtes,& ex illis reſultat probatio,illũ per
illas vſuras exercuiſſe vſuras, & dat plura exem-
pla, ſubdens quod extantibus coniecturis teſti-
bus probatis reſultat talis effectus. Vnde cũ nul-
læ ex his coniecturis ſint probatæ plenè, in illis
nullum poteſt fieri fundamentum.nam etiã ſtan-
te ſtatuto,quod ſit ſtandum inditijs contra impu
tatum,inditia debent probari per duos teſtes,ut
ex Ang.Marſi. tradit in ſingulari. 269. alias dixi.
Vnde cum in caſu iſto nullæ ſint coniecturæ, uel
præſumptiones plenè probatę ceſſat omnis ſcru
60 pulus, tametſi etiam ex præſumptionibus, † &
coniecturis quis nõ debeat damnari, Boſſi. d.tit.
de conuict.nu.11.Gom.d.c.12.nu.25.& Marſi.in
d.rub.de probat.nu.241.etſi ſint indubitatæ,Fol
ler.in d.pract.crimi.ciuil.in dicto verſ. dentur ca
pitula.numero 24.

Cæterum quatenus dici poſſet aliquas extitiſ
ſe probationes,præſumptiones, vel inditia con-
tra ipſam magnificam Dominam, certè illa om-
nia cẽſebantur eliſa,& ſublata ex multis aliis prę
ſumptionibus, & coniecturis militantibus ꝓ in-
nocẽtia ipſius Dominæ,quibus magis erat adhę
rendum ad abſolutionem ipſius Magnificæ do-
minæ,quia quoties concernunt plures coniectu
61 ræ contrariæ, illa eſt eligenda, † quæ delictum
excludit.Gram.conſ.13.num.9.25. nu. 10. & 31.
nu.12.& deciſ.18.nu.5.Foller.d.verſ.dentur capi
tula.nu.52.& conſ.39.nu.18. 1.tom. criminaliũ.
62 Nam vna præſumptio† tollit aliam.l.Diuus.ff.de
in inte.reſti.Marſi.conſ.109.nu.29.in l.1.§.diuus
Adrianus.nu.30.ff.ad leg.Corn.de Sica.num.28.
Gram.vot.3.num.12.Nouel.in tract.ad defenſ.in
tit.an indicia pro reo danda ſint. nu. 155. fol.66.
& in terminis vſurarum Crau.conſ.145.nu.11.Et
63 idem eſt de indicijs, † ꝙ vnum ab altero tollitur
& reuocatur.Gram. Marſ. & Nouel. in d.locis, &
de coniecturis,quod etiã una tollatur per aliam,
Marſ.in d.§.nu.30.& Nouel.d.tit.nu.156.& Foll.
d.verb.dent capitula.nume.47.

Prima itaque præſumptio,& coniectura, quæ
erat,& eſt pro innocẽtia ipſius Magnificæ domi-
64 næ eſt,quia contractus † de iure præſumitur lici-
tus non vſurarius.vt Bal.trad.in l.rogaſti.§.ſi tibi.
ff.ſi cert. pet. Cęp. in trac.de ſimula.contract.26.
præſumptione.nu.85. Alex.cõſ.200. nu.4.6.vol.
Roch.de Cur.in tract.de conſuetu. nu.92.Marſi.
conſ.132.nu.13.Craue.conſ.48.nu.8.& 145.nu-
mero 2. cum alijs citatis à Roland.à Val. cõſ.96.
nu.11.2.uol.& 40.nu.j.2.uol.58. nu. 3. cũ ſequen.
& 95.nu.10.in 4.Gab.de crim.lib.7.cõcl.2. nu.3.
& 4.Soc.Iun.conſ.22.nu.12.in 4.Burſat.cõſ.117.
nu.4. Rim.Iun.conſ.85.nu.17.& Paſet.conſ.73.
nu.8.& 84.num.j.Nec eſt dubium quod præſum-
ptio iuris operatur,vt fortior probatio cõtra præ
ſumptionem ipſam per ſe habentem exigatur.
c.quia ueriſimile. de præſump. glo.in l.fi.in prin.
& ibi Doct.ff.quod met.cau. Alcia. in tract. præ-
ſump.reg.3.præſump.7.nume.3.

Secunda,eſt bonæ famę ipſius Magnificæ do-
65 minæ, quæ illam excuſat à præſumptione † uſu-
rarum, Craue. in terminis conſ. 145.nu.24. Ro-
lan.d.conſ.96.nume.20.

Tertia,nobilitas ipſius Dominæ, nã grauitas,
& honeſtas perſonæ imputatæ minuit fidẽ pro-
66 bationum † contra eam.Bar.in l.3.§.ſi ex impro-
uiſo.ff.de re milita. Socin.Iun.conſ.34.nume.36.
2.uol.Ferrant. Garzia. in primo tom. cõſiliorum
crimi.poſteriorum conſ.124.nu.23.& in nobile
trad.Iaco.Phi.Porr.conſ.5.nu. vlt.factum.n.à ta-
li perſona præſumitur potius factum erronee, ꝗ
doloſè.Rolan.à Val.conſ.11.num.75.3.vol. & in
terminis Barb.conſ.65.nu.3.in quarto.

67 Quarta, quia mulier, † quæ præſumitur iuris
ignara.Ruyn.conſ.191.nume.11.1.uol.Soc.Iun.
conſ.116.nu.16. 2.vol. & non præſumitur uelle
68 facere contractum vſurarium. † Bald. & Fulg. in
l.cum allegas.C.de uſuris.Iaſ.nu.32. & Claud.nu
mero 31.in l.ſi quis id quod.ff.de iuris. omn. iud.
Tiraquel. in tract. de retract. tit.2. in prin.nu.34.
& ſeq.& Plot.in d.l.ſi quando.nu.327.& in dam-
69 nis mulier† excuſatur ignorantia,etiam ſi potuit
conſulere peritiores.Alex.conſ.165.nu.7.6.vol.
nec in ea præſumitur dolus.Horat.Lucius.in pri-
mo tom.conſiliorum crimi.cõſ.112.nu.13.

Quinta, quia non nomine proprio contraxit,
70 ſed ut tutrix,†quæ ex contractu facto.noĩe pupil
li ſibi regulariter non præiudicat. Gram.conſ.ci-
uili.104.nu.1.& 114.nu.2. nam tutor nõ tenetur
ſi accuſat aliquem tutorio nomine de falſo, niſi
ſit in euidenti calumnia.l.2.C.qui accuſ. nõ poſ.

vbi dicit no.Bald.quod officium excusat quem à
calumnia præsumpta,quæ potest velari prętextu
officij,& quod officiũ uelat maleficium in re ob-
scura non in re aperta, sicut excludit malam præ
sumptionem. Et tanto magis militabat præsum-
ptio, cum non constaret lucrum aliquod perue-
nisse ad ipsam Dominam. Marſ. conſ. 62. col. 3.
Craue.conſ.75.numero 13.& Port.Imo.consilio
95.numero 17.

Sexta est præsumptio, quod ipsa Domina fe-
cit dictum contractum cum cõſ. peritorũ in iure,
cuius etiã ſtipulationi interfuit ex. iur. ut doctor,
& procurator ipsius Dominæ, vt deponunt plu-
res testes in dicto primo processu examinati, &
maximè Mich.Pigotius.Ciprianus Tucca. domi
na Aloysia, & R.Dominus Ioan.Michael.de Giã
71 tnenis,quo casu debuit excusari à pœna † Doc.in
l.iuris ignorantia. C. qui admitti. sic etiam tu-
tor excusatur à dolo, & à culpa si facit actum no-
mine pupilli cum consilio coniuctorum pupilli,
licet ipse alioqui posset incidere in pœnam, ut
trad. Bal.& omnes in l.Polla. C. de his quibus vt
indig.& Marſi. singulari.417. præsentia.& quod
quando cessat dolus, & adest bona fides tutoris
cesset etiam illius pœna,trad.Menoch.in trac.de
recuper.poſſ.8.remedio.q.8.nume.94.

72 Septima,est protestatio † facta per ipsam Do-
minam tutricem ante contractum, quod non in-
tendebat illum facere nisi esset licitus, & legiti-
mus,& oblatio facta tam ante cõtractum, quàm
post præfato domino Francisco,quod non fieret
dictus contractus, & factus rescinderetur si præ-
tenderet se ex eo læsum, ut dicti testes, & alij etiã
per eam examinati affirmant; protestatio enim
animum protestantis declarat,ad trad.per Doct.
in l.non solum.§. morte. ff. de oper. no. nun.& in
c.cum.M.Ferrariensis. de consti.& trad.Nat.con
silio 627.nume.9.

Octaua, & vltima est pręsumptio,quod post ce
lebratum ipsum contractum ipsi contrahentes.ſ.
Lonzanus hæbrei, & Amorotus fecerunt alium
contractum inter se absente dicta Domina tutri-
ce super datio soluẽdo eueniente casu, quo post
sex annos daretur liuellus insolutum pupillo, in
quo fatentur ipsos scutos sexcentum mutuò fuis-
se datos per eam dicto Lonzano, & omnes sub-
scripserunt, ut in dicto scripto producto in pro-
cessu fol. 165. Vnde cum ipsi omnes testes postea
examinati in causa criminali extraiudicialiter af
firmauerint cõtrarium eius, quod postea depo-
73 fuerunt,habeant præsumptionem † contra eos,
vt debilitaretur eorum dictum, & diminueretur
de fide.Boſſi.in d.tit.de opposit.contra test.nu.3.
& Iul.Clar.in q.53.verſ.primus casus.imò potuis
sent,& debuissent propter hanc præsumptionem
torqueri.Boſſi.in tit.de tortura testium.nume.21.
& Iul.Clar.q.25.versic.sed pone.

Stantibus itaq; tot, & tantis præsumptionib.
pro parte ipsius Dominæ, quæ nedum tollebant,
& debilitabant probationes, & præsumptiones,
vel coniecturas fisci,sed etiam sustulissent,uel sal
tem elisissent plenam probationem, quæ extaret
contra eam,ita,ut eius vigore non posset cõdem
nari;certe negari non potest, quin ipse Magnifi-
cus Capitaneus valde errauerit, & iniustè cõdẽ-
nauerit ipsam Magnificam Dominam,cum nihil
sibi constiterit, vel probatũ fuerit ex his,quæ fue
re narrata in inquisitione,ut ex deductis sup. cõ-
stat. Vltra quæ dicitur etiam, quod respectu fru-
menti uenditi d.Francisco nullibi constat, quod
tempore contractus valuerit tantummodo libris
decem, vt dicitur in inquisitione nisi ex testifica-
tu ipsius d.Francisci interesse habentis, & potest
esse,quod ipse cõtractus valuerit dictis libris 18.
& qđ statim perfecto contractu frumentũ ipsum
diminutum fuerit in pretio iux.trad.in l.precia re
rum.ff.ad leg.Falc.sicut etiam nullibi constat,qđ
ipsa sciuerit ipsum ex dicto contractu nõ conse-
cuturum vltra scuta.1250.Et pariter quod moni
lia, & alia preciosa ęstimata in cõtractu scutis du
centum viginti duobus darentur pro scutis 281.
& postea posset reluere,& retro emere pro scutis
222. nullibi probatur nisi ex dicto ipsorum Iu-
dęorum de quorum interesse tractatur, & qui pa
tiuntur tot exceptiones, quot fuerunt supra enu-
meratæ, Nec est uerũ, quod propterea Lõzanus
aliquod damnum passus fuerit,cum omnia bona
uendiderit dictis hębreis pro precio inter eos cõ
uento;& sic hoc (etiam quod esset verum,) nihil
habet commune cum labe vsurarum,sicut etiam
fuit iniusta inquisitio in parte decem saccorũ fru
menti,qui defecerunt in quantitate cõuenta sac-
corum 150. cum vt affirmat Moyses præfatus in
suo testificatu, ipsa dederit saccos vigintiquinq;
melicæ loco ipsorum, & idem dicendum est de
brocato cuius precium fuit compensatum in pre
cio aliorum bonorũ mobilium ipsis hæbreis ven
ditorum,ut ipse Moyses fatetur, quæ etiam nihil
habent commune cum delicto vsurarum,nec in-
ferunt ad aliquod aliud delictum, & tamẽ etiam
de his ipsa d.Domina fuit inquisita.

Secundò, principaliter admisso sine præiudi-
cio veritatis, quod fuisset plenè probatum asser-
tum delictum contra ipsam magnificam Domi-
nam,vel per testem fide dignũ, uel idoneũ cum
aliqua alia coniectura iuxta tenorem dicti decre
ti (quod certè non est,per ea,quæ supra deduxi-
mus) non tamen potuit ipsa Domina condemna
ri in dictam pęnam decreti, cum in illo non com
prehendatur tutor, qui pecunias pupillares ad
usuram mutuat,& nomine pupilli, nec in eo uer-
ba statuti possunt sibi locum uendicare, & ubi nõ
74 conueniunt verba non conuenit † statuti disposi
tio.l.4.§.toties.ff.de dam.infect. Alex.conſ.212.
num.1.& seq.6.vol.& Felin. in c.nonnulli.nu.34.
verſ.ubi uerba. de rescrip.sic etiam statutum pœ
nale aliquid præsupponens nõ habet locum nisi
præsuppositũ in eo posset verificari, ut notat glo.
& Doc.in l.mancipia.C.de ser.fugi.quod si statu-
tum disponat,quod si quis aliquem turbauerit in
sua

ſua poſſeſſione centum ſoluat, & poſſeſſionem re
5 ſtituat, † ſiquis turbauerit, ſed poſſeſſionem non
abſtulerit locum nō habet ſtatutum, ex quo præ
ſuppoſitum ſtatuti verificari non poteſt. quā deci
ſionem tenet Rom. in ſingulari 495. ſtatutum. &
latè Felin. in d. c. 9. uerſi. ampli. 1. Marſi. ſingulari.
339. cui non conueniunt. Dec. in conſ. 9. nume. 3.
Rui. conſ. 83. nu. 5. 5. uol. Cur. Iun. conſ. 156. nu. 9.
ubi multa adducit ad propoſitum, & propius ad
terminos noſtros ſcribit Aret. 158. copioſè in 3.
dub. quod diſpoſitio. c. quanq̃. de uſuris in 6. pœ
nas irrogantis uſurario manifeſto non habet lo-
76 cum in iudęo, † cui non conuenit pœna, ut eccle
ſiaſtica careat ſepultura. ſequitur Soc. in cōſ. 119.
nu. 13. in 4. & plenè proſequitur Alcia. in c. cum
nō ab homine. 2. not. nu. 8. & pluribus ſeq. de iud.
Cum itaq; dictum decretum præſupponat cōtra
facientem facere contractum nomine proprio,
& de ſuis pecunijs, & poſſe admittere ſortem da-
tam ad uſuram, & pręſuppoſitum ipſum nō poſſit
uerificari in tutore, qui non ſuo nomine, ſed pu-
pilli dat pecuniam, & cum non conuenit diſpoſi-
tio, quod poſſit admittere ſortē, quæ non eſt ſua,
ſed pupilli, certè eius diſpoſitio nō poteſt etiā lo
cum habere in contractu fęneratitio tutoris. Et
in terminis tutoris, quod non incurrat in pęnam,
quæ ſibi non conueniat. trad. ad propoſitum in
l. Polla. præallegata, ubi Caſtr. dicit, quod ſi ſtatu
tum punit producentem falſos teſtes in amiſſio-
77 ne cauſę, tutor † non poteſt puniri illa pœna, quę
ſibi non conuenit, & idem trad. in l. iubemus na-
uem. ad fi. C. de ſac. ſanc. eccleſ. & ſequitur Brun.
in trac. de conſtitu. & ſtatu. in verbo tutor. in verſi
culo pen. Pro quo facit, quod ſtatutum loquens
78 de poſſidente, † debet intelligi de poſſidente no
mine proprio, non nomine alieno. Cur. Iun. con-
ſilio 108. numero 28.

Nec dicatur quod licet tutor non incurrat pœ
nam ſtatuti, vel decreti, quando deliquit in admi
niſtrando, uel negotiando nomine pupilli, tamē
79 pupillus tenetur ad eam pœnam, † qui poſtea ha
bet regreſſum contra tutorē, ut in d. l. Polla, & in
d. l. iubemus. & trad. Bar. & alij in l. 1. §. ſi procura
tor. ff. ſi quis ius dic. non obtempera. & ad propo
ſitum Pau. de Caſtr. in locis præcitatis, quia hoc
ceſſat in caſu noſtro, primò, quia ipſa magnifica
Domina non fuit inquiſita vt tutrix, nec cōtra eā
ut tutricem proceſſum, nec ut talis condemnata,
ſed nomine proprio, quaſi ipſa deliquiſſet nomi-
ne ſuo, & ad ſui utilitatē, alias ipſa non fuiſſet car
cerata, ſeu in domo tam diu cuſtodita, cum ſatis
conſultum fuiſſet filio, ex quo pupillus eſt diues
in eo territorio, vel dn̄io, quo caſu nō loquuntur
Doc. allegati, & hoc caſu videtur, quod potuiſſet
inquiri pupillus pro quo tutor, vel cum eo potuiſ
ſet comparere, vt in accuſatione de pupillo facta
trad. Menoch. de arbitr. iud lib. primo, quæſt. 81.
numero 65. & ſeq.

Secundò, quia pro delicto tutoris etiam com
miſſo in adminiſtrando ſeu gerendo nomine pu-
80 pilli, non poteſt pupillus † criminaliter teneri, ita
probat ineuitabiliter tex. in l. meminerint. & ibi
omnes. C. vnde vi. ubi Bar. illum intelligit. nu. 10.
quando tutor ab initio deliquit, ſecus ſi ab initio
legitimum agebat, & probatur in l. neque inter-
dicto. ff. de reg. iur. Bald. in d. l. 2. nu. 6. in fin. c. qui
accuſ. non poſ. quod non admittunt omnes, ma-
ximè in d. §. ſi procurator. & ſolū datur actio con
tra pupillum ad id, quod ad eum deuenit ex ma-
lo facto tutoris. d. l. meminerint. ubi Bart. nu. 2. &
Salyc. ante fin. Menoch. in d. tract. de recup. poſſ.
8. remedio. q. 9. nu. 94. & probatur etiam in l. ſi ex
dolo. ff. ſi quis omiſſa cau. teſtam. Et idē eſt quan-
do tutor delinquit præter ius adminiſtrationis,
81 † quia non tenetur pupillus. Bald. in d. l. 2. num. 7.
& Menoch. d. 8. remedio. 8. q. num. 92. Sic etiam
contrahendo ſi tutor delinquat, tenetur pupillus
ſi approbet contractum, ex quo aliter in eo, niſi
ita qualificato non poteſt ſe fundare. Bal. in d. §. ſi
procurator. nu. 2. ſecus igitur, ſi contractum non
approbet. & idem etiam non tenetur pupillus qn̄
actus ſonat in delictum, quia delinquere non eſt
in adminiſtratione, ut Bald. trad. in d. l. 2. nu. 7. &
ſequitur Cagno. in d. §. ſi procurator. nu. 39. 40. &
42. Nec hoc caſu cum pupillus non teneatur, exi
gitur ceſſio contra tutorem, vt volunt exigi Doct.
in alijs caſibus, vt aduerſus Bar. trad. Alex. qui di
82 cit, quod indiſtinctè non tenetur pupillus, † & ſe
quuntur Iaſ. nu. 21. Cur. Iun. & Claud. in fi. & Ca-
gno. nu. 39. in d. §. ac Dec. in d. l. neq; interdicto.
Et per hæc reprobatur opinio Caſtr. in d. l. Polla.
& in d. l. iubemus. in ea parte in qua tenet pupil-
lum teneri pro tutore falſos teſtes producente
ad amiſſionem cauſę, cum enim hoc ſit apertè de
lictum nō poteſt tutor teneri, ut tenet Inno. in c. 1.
col. fi. circa medium, vt lite penden. & Cagn. qui
in ſpecie reprobat Caſtr. in d. §. ſi procurator. nu-
mero 41. his accedat, quod trad. Bal. in d. §. ſi pro
curator. 2. lect. ſeu addit. nu. 2. & in vlt. lect. 1. col.
ante medium, qđ tutor non poteſt facere cadere
dominum in pœna, niſi teneatur ex diſpoſitione
legali, ut in d. l. Polla. vel ſit obligatus ſub pœna
ad dādum, vel faciendum. Quibus adſtipulatur,
quod trad. Menoch. in dic. tract. primo remedio.
q. 4. nu. 62. & 9. remedio. q. 10. nume. 103. quod ſi
ſtatutum diſponit, quod qui violentiā alicui fece
rit in eius poſſeſſione teneatur certa pœna, illud
non habet locum in pupillis, quorum conſenſus
in uiolentia non acceſſit. Cum itaq; hæc tutrix ſi
fęnus exercuiſſet delictum commiſiſſet. c. ſuper
eo. & in c. in omnibus de vſur. Socin. poſt Bald. in
d. l. 3. §. ſi procurator. nu. 11. ff. quod quiſq; iur. nō
83 poteſt teneri pupillus † pœna dicti decreti, licet
teneretur tutrix pœna iuris communis ad reſtitu
tionem uſurarum de proprio, vt per Caſtr. nu. 1.
Alex. numero decimo, & alios in d. l. 3. §. ſi pro-
curator. per glo. in cap. ſicut non ſuo. 46. diſt. nec
poſſet teneri de iure ciuili ad aliquam pœnam ſe
cundum Bal. in l. improbum. nu. 2. C. in quib. cau.
infam. irroga. Dec. conſ. 120. Crauet. conſ. ſexto,

nu. 101.

nume. 101. Foller. d. c. 20. nume. ſecundo, & ſeq.
Rolan. à Val. cõſ. 25. in primo. licet de iure cano
nico poſſet aliqua pœna extraordinaria puniri
ſecundum Menoch. in d. trac. de arbitr. iud. lib. 2.
centur. 4. 1. & 4. caſu. nume. 34.

Tertiò, licet præſupponatur in toto hoc pro-
ceſſu hunc contractum eſſe vſurarium, & illicitũ,
quod cũ ipſa Domina nollet emere liuellum, de
quo in cauſa, pro filio pro illis duobus millibus
aureis, quẽ ſi emiſſet, habuiſſet pupillus annuos
redditus ſcutorum centum, & uoluerit à d. Lon-
zano ſcutos ſexcentum pro dictis ſex annis fin-
gendo illos ei mutuare, vt dicunt dicti hæbrei ha
buiſſe factum, non tamen hoc ego habeo pro cla
rò, & expedito, cum ſciam licere aliquid accipe-
re in recompenſationem damni emergentis, vel
84 lucri ceſſantis etiam in mutuo, † ut damnum mu
tuans euitet, ut trad. Ang. de Clauaſ. in ſua ſum-
ma Angeli, in verbo uſura. il primo. nu. 15. & eſt
pulcherrimum, & plenum conſilium in hac mate
ria Corſet. in 2. & vlt. tom. crimi. conſ. 25. nu. 66.
& ſeq. & nume. 106. Rebuff. in repetitione. l. uni-
cæ. C. de ſenten. quæ pro eo, quod inter. profer.
vlt. glo. nu. 46. Cagno. in l. curabit. nume. 7. C. de
actio. empt. Soc. Iun. in conſ. 66. nume. 10. 2. vol.
Tiraquell. in tracta. de retract. tit. j. §. 1. glo. 18. nu
mero 71. & in fi. 2. titu. nu. 64. Didac. d. lib. tertio,
reſolutionum. c. 4. nu. 2. uerſic. quibus accedit. &
nume. 5. col. 2. verſi. item & illud. & nume. ſexto,
verſicu. 10. nec contractus poteſt dici vſurarius
85 † licet quis percipiat fructus rei, cuius in ipſum
non ſit translatum dominium, cum illos habeat
in recompenſationem pretij ſoluti, ut per Soc. in
l. fin. ante nuptias. nume. 2. ff. ſolut. matr. ubi dicit
ita conſuluiſſe, & fuiſſe ita iudicatum, ut ſic con-
ſuluit latè in conſ. 170. in ſecundo vol. quod latiſ
ſimo folio diſcutit Tiraquel. in dicto fine dicti. 2.
titu. 8. q. nu. 63. & ſeq. & ſequitur etiam Didac. in
d. c. 4. nu. 8. quod tanto facilius admittitur, quan
do à principio poteſt conſtare de intereſſe certo
futuro, tunc enim etiam in ipſo initio fieri poteſt
taxatio, Rebuff. d. vlt. gl. nu. 45. & Craue. cõſ. 179.
num. 8. Cum itaq; ipſa Domina tutrix poſſet pati
damnum uendendo dicta bona pro ſcutis duob.
millibus, & relinquendo liuellum dicto Lõzano
pro quo ſoluerat precium, & priuãdo filium hac
vtilitate dictorum ſcutorum 600. in dictis ſex an-
86 nis, cũ teneretur erogare pecunias pupilli, † vel
in emptionẽ prædiorum, vel ad honeſtum lucrũ
Rom. ſingulari 129. iure hodierno, & ibi in addi.
Ang. in d. verbo vſura. nume. 47. nonus caſus. Di-
dac. d. lib. 3. c. 2. nu. 1. Menoch. d. tract. centur. pri
ma. caſu. 49. nu. 6. & poſſet agi cõtra eam ꝓ omni
87 damno illato ex dicta cauſa per eum pupillo † vt
latè per Plot. in d. l. ſi quando. nu. 215. certè ęquũ
videtur, & iuridicum, quod vt ſe conſeruaret in-
demnem, & in recompẽſationem damni patien-
do per pupillũ, illa potuiſſet exigere dictas vſuras
recompenſatorias vſque ad ſummam dicti liuel
li in rationem quinq; pro centenario, ut commu
niter ſolui ſolet, nec poſſet dici, feciſſe contra-
ctum vſurarium.

Et ſaltem negari non poteſt, quin ipſa magni-
fica Domina potuerit ex hoc habere iuſtam cau-
ſam credendi contractum eſſe licitum, & nõ vſu-
88 rarium, ſi enim quælibet cauſa † etiã iniuſta ex-
cuſat à dolo. l. igitur. ff. de libera. cau. vt eſt com-
mune dictum Tiraquell. in tracta. de pœn. cauſa
43. quãto magis ſi ipſa habuerit aliquas rationes
89 quibus potuit credere † id ſibi licere? vt in non
ab ſimili caſu trad. Iaſ. conſ. 46. num. 4. 3. vol. ubi
quando quis credidit quid ſibi licere, & decre-
tum ipſum non ligare, vel eſſe iniuſtum. & ſequi-
tur. Octau. Cacher. in deciſ. pedemon. 71. nu. 16.

Quartò loco, apparet de iniuſtitia, & errore
ſniæ, cũ negari non poſſit, quia ipſa magnif. Inqui
ſita fuerit condemnata magis ex præſumptioni-
bus, & indicijs, quam ex iuris probationib. quæ
in rei ueritate non extant, quo caſu cum de maxi
ma pęna ageretur nempè de omnibus bonis, vel
maxima parte ipſius Dominę ex indicijs etiã vio
lentiſſimis, etiã omnibus ceſſantibus quæ unique
militant, vt ſup. nõ poterat ipſa Domina condem
nari in pęnam dicti decreti. Sed temperãda erat
90 ſententia, † vt declarat Boſſi. in d. tit. de conuict.
nu. 36. & plurib. ſeq. Et quod ſit minuenda pœna
quãdo quis ex præſumptionibus, vel indicijs nõ
ex ueris probationibus damnatur, præter Innoc.
& alios in c. quia uerisimile, de præſumpt. tradit
Marſi. in l. vnica. nu. 131. C. de rap. virgi. in l. 1. §.
Diuus. nu. 37. ff. ad leg. Corn. de ſicar. conſ. 7. nu-
me. 86. & 10. nu. 14. Gram. deciſ. 42. nu. 6. Marc.
Aſin. in 2. tom. poſteriorum conſiliorum crimin.
conſ. 107. nu. 2. & latiſſime. Iul. Clar. q. 20. uerſic.
ſcias tamen, & q. ſeq. 21. verſ. ſi aliquis. quinimò
pœna erat minuenda, & propter ſexum, quia mu
91 lier, † & propter nobilitatẽ ipſius magnificæ Do-
minæ, vt de primo trad. Tiraquel. in tract. de pœ-
nis. cauſa 10. & de 2. 31. Gram. deciſ. 23. nu. 6. &
39. nu. 2. ac Rolan. à Val. conſ. 2. nu. 76. 3. volum.

Sed nec ipſe magnificus Capitaneus, nè dum
non minuit pœnam ordinariam decreti, ſed pro
ſigillo omnium ſuorum errorum auxit magis, &
alterauit illam addita pœna tertij pluris, ſi infra.
15. dies illam non ſolueret, & tamen pœnę ſtatu-
92 tariæ † non ſunt augẽdę niſi ex cauſa, quæ debet
etiam per iudicem exprimi in ſententia, vt latè
per Tiraquel. in d. tract. de pœn. in pręfatione. nu
mero 15. & ſeq. & nu. 59. ad fi. Bal. in pract. crimi.
fol. 73. nume. 21. & ſeq. & Barth. tegi. in ſuis tract.
crim. par. 3. nu. 16. & ſeq.

Et licet ſciam multos fuiſſe illius ſententię, qđ
93 iudex † magnus habẽs merum imperium poteſt
hanc multam irrogare condemnato ob cõtuma-
ciã, ut per Ang. Aret. & illic in addi. in trac. de ma
leſi. in gl. quas ſi non ſoluerit. ſcio ẽt alios tenere
contrariũ nõ extante ſtatuto, uel cõſuetudine id
admittẽte, quo caſu cõdemnationẽ, vel multam
ipſam tenet nõ ualere. Clar. in d. prac. q. 93. verſ.
quæro nunquid. tum quia eo modo iudex poteſt
præci-

præcipere si euidēter præsumit contumaciã, vel maliñã cōdemnati. Et hoc pacto talem multam valere censuit Spec. in tit. de sentent. §. 2. num. 5. versi. sed nunquid. atqui certissimum erat hoc casu esse impossibile hãc Dominam ex proprijs bonis soluere hanc pœnam, etiam infra plures menses, vnde non poterat, nec euidenter cōstare, nec aliter suspicari, quod cessat propter cōtumaciã, ideo parum iusta etiam in hoc fuit sentẽtia ipsa, ex quo certissimum erat illam etiam in augumentum hoc pœnæ incidere debere.

Preterea, licet dicant posse iudicem etiam magnæ autoritatis multam hanc addere condemnato, non tamen fatentur ipsum id pro sua voluptate facere posse, sed frænum ita ponunt legale
94 eius arbitrio scilicet, vt non excedat † modũ multandi à constitutionibus principum traditum, ut in l. fi. C. de fisca. vsur. lib. 10. & Pau. de Cast. in l. 2. §. fin. ff. de iud. & cum Bart. transit Aret. in d. gloss. quas si non soluerit, at qui nedum ipse magnificus Capit. multauit in sex vncias, sed in duodecim libras, & vltra. Ex quibus concluditur, quod quo quo nos vertamus, apparet ipsum magnificum Capitaneum toto cœlo, vt aiunt, errasse in cōdemnãdo ipsam magnificam Dominã, quod pace tanti uiri dixerim, cum quandoq; bonus (vt prouerbio dici solet,) dormitet Homerus, & ita referendum esse per Illustrem illum Senatum illi Serenissimo Principi.

Possem etiam non iniuria facere fundamentũ in alio, quod ipsa Domina erat quodãmodo forensis, vel saltem ciuis nouella in ciuitate Mãtuę, & ignara illius decreti, & plures decisiones adducere Doct. tenentium illam posse excusari à pœ-
95 na, † de quibus abundè per Iul. Scardat. in consi. 115. num. 6. d. tomo. primo, cōsiliorum crimi. sed quia scio hanc opinionem cōtrouersam, & satis, & super extat, & tantis fundamẽtis, & rationibus apparet de innocentia ipsius magnificæ Dominæ, & iustitia eius causæ, ut vix credam in animũ rectè sentientis contrarium credere posse, hanc disputationem consultò missam faciam.

Deuenio modo ad processum relationis factũ post sentẽtiam ipsam coram Clarissimo Senatu, super quo, etiã ipse Illustrissimus Senatus habet referre, cũ ex delegatione ei facta ad se informãdum, & referendum sit illi tributa iurisdictio,
96 † vt in hac forma delegationis trad. Pet. Benintendi, conclusione sua 5. num. 1. & 6. præter id, quod quando constat de innocentia rei etiam post sententiam, non debet sententia condemnatoria
97 † contra eum lata executioni demandari. Marsi. singul. 72. per totum, & consil. 81. nu. 61. & 2. nu. 26. Ruin. consi. 21. num. 2. in 4. Bossi. in tit. de supplicatio. aduer. rem iud. nu. 5. & Clar. q. 93. vers. sed nunquid. & quando post sententiam sit que-
98 rela Principi, potest probari innocentia † condemnati etiam ex nouis probationibus. Imol. consil. 146. in causa Nauis. pen. col. num. 12. & Bossi. in tit. de querel. contra sentent. nu. 7. super quo breuis ero, tum quia nimis fuerim prolixus, grauitate certè causæ ita suadente, super quæsito principali, cum ẽt, quia probationes in eo factæ ad pauca, sed bona rediguntur, super quibus non est opus nimis insistere, cum satis sint clara, & aperta. Dico igitur quod posito, quod adhuc ob probationes vel præsumptiones, quæ videbantur militare, vel pugnare potius contra hanc Dominam in causa principali spina aliqua, vel scrupulus mi
8 nimus remansisset, certo certius ex dictis nouis probationibus in hoc processu factis, tollitur, & penitus exploditur. Namquè pro cæteris duo sunt probata, ex quibus necessariò, & concludenter reprobantur omnes testes aduersarij in eo pũcto substantiali, & essentiali traditionis pecuniarum factæ (vt ex aduerso prætendebatur) per Iosephum in illo pãniculo dictæ Dominæ, quæ exinde in contractu fuere solutæ Lanzono. nam primo probatum est per dictam Dominam Aloysiã testem in causa principali receptam pro fisco, cō tra quã respectu personę nihil obijci potest. l. si quis testibus, vbi Doct. C. de testib. & per Palmerinum seruitorẽ ipsius Dominæ, Ioannẽ de Vazza Romanum, D. Franciscum Pedrozzanum notarium rogatum de instrumento, & Cyprianum Tuccam, qui fuit ille, qui pecunias solutas accepit de mãdato prefati D. Francisci Lanzoni, vno ore concludentes, quod quando ipsi Lanzonus, & cæteri cum dictis Hæbreis iuerunt in domum ipsius magnificæ dominæ pro celebrando domino instrumẽto, ipsi omnes ingressi fuerunt cameram in qua fuit stipulatum instrumentum, in qua tunc nõ erat ipsa Domina, sed illuc venit post certum spatium temporis, & quia ipsa detulit pecunias tunc sc utas in quodam marsupio, seu crumena nõ in sudariolo aliquo, qui nec interuenit, nec visus fuit in dicta instrumenti celebratione, licet ipse Cyprianus pecunias ipsas recipiẽs eas in suo sudariolo reposuerit affirmantes, quod aliter esse non potuisset, quin ipsi vidissent, cum toti illi negotio semper, & continuè præsentes fuissent, ex quibus proculdubio concluderetur ne-
99 gatiua † probatio, vt per Boss. in titu. de defens. reorum. num. 15. Iul. Clarus. q. 52. ver. scias aũt. & Ceph. cons. 288. num. 16. Quò fit, vt certissimũ sit reprobatos esse testes fisci, qui contrarium de dicto sudariolo cum pecunijs, & de existentia ipsius Dominæ in dicta camera in qua aliqui eorũ affirmãt, pecunias illi datas fuisse per Iosephum tempore aduentus dictorum Christianorum,
100 & Hæbreorum, tamẽ & si testes † negantes pro reo debeant etiam præferri affirmantibus pro fisco, vt per Roland. consi. 63. in fi. 2. vol. & fuit probatum per dictam D. Aloysiam, & Palmerinum, quod cũ ipsa magnifica domina Aurelia ingressa fuit in dictam cameram, & exinde camerinũ illi cohærens, nulla persona Christiana vel hębrea cum ea, vel post eam ingressa fuit dictum camerinum, nec ingredi potuisset quin ipsi vidissent, qđ reprobat dictum dicti Amoroti affirmantis, Iose

phum

phum cum ea fuisse ingressum dictũ camerinum,
& in eo cum ea colloquutum.& Marci hebrei at-
testãtis idem in suo 2.testificatu, quod Iosephus
cum ea ingressus fuit camerinum, & in eo pecu-
nias illi soluit,vel tradidit.Et licet testes sint fami
liares ipsius Dominæ,tamen illis creditur, alio-
101 quin inhabilibus † ad defensam,&ad proban-
dum innocentiam rei. Marsi. singulari. 59. inno-
centibus. & in l.vnius. §.cogniturum.nu.49.ff.de
quæstio.Nouel.in pract. in tit. de testi.in materia
criminali.nu.48.Bossi.in tit.de crim.lesę maie.nu
mero 114.& seq.Crauet.cons.2.num.10.Piot.in
d.l.si quando.nu.141.&Ceph. cons.110.nu.31.
& 140.nume. 8. & 9. Vltra quod creditur potius
102 testibus deponentibus pro reo, † quàm contra
reum in causa criminali, etiã si sint pauciores, &
minus digni.Carer.in d.sua prac.in prin. nu.157.
& Rolan.cons.63.nu.44.in 2.

Secundò, probatum est etiam per dictum Pal
merinum de inimicitia extante inter dictum Iose
phum, & ipsam magnificam Dominam, qđ etiã
deponit dictus Ioãnes Romanus propter verba
inuicem iracunda,& contumeliosa habita,& qđ
dictus Iosephus momordit sibi digitum minãdo
ipsi Dominæ,ita quòd iustè verẽdum est, ne ipse
fuerit delator,vel denunciator huius criminis,vt
autumant plures ex dictis testibus,fuisse,quo ca-
su tanto minus fecisset aliquod indicium, vel su-
103 spitionem † contra ipsam Dominam. Specu.in
tit.de testi.§.j.vers.item quod ipse est testis;& ac-
cusator. & Iodol. Damhoud.in suo tract. crim.in
tit.de reprobat.testi. c.51.num.22. ubi exclamat
contra iudices,qui accusatores, & denunciato-
res huiusmodi in testes recipiunt.

Tertiò, probatum fuit per dictum Cyprianũ,
quod d.Iosephus tentauit, & solicitauit ipsum,
vt vellet in ipsa causa testificari,fuisse tẽpore con
tractus per ipsum Iosephum traditam magnam
quantitatem pecuniæ in quodam sudariolo, di-
ctæ magnificæ dominæ Aureliæ, quod testis ipse
recusauit deponere ex quo talia non viderat, cui
104 testi † deponenti se tentatum, ut sup. vt falsum
deponeret est credendum contra tentantem, se-
cundum Bal.in cons.429. ante mandatarium.ter
tio vol.Aret.cons.13.viso diligenter.col.12.vers.
præterea.Marsi.singulari.112.in orc. & in l.1.§.j.
nu.3.& 4.ff.de fals.Gram.cons.1.in fi. & Ant. Ga-
bri.d.titu. de testi.conclus.1.nu.24.5.limit.lib.1.
Et quod testis deponens contra corrumpentem
probet,trad.etiam Mars.in cons.61.nu.32.quod
autem propter hoc dictum ipsius Iosephi peni-
tus tollatur, trad.etiam Cępol.consilio 67.nume
ro nono, & decimo.

Quartò, probatum est ipsum.d.Amorotũ fuis-
se,& esse affinem dicti Iosephi,cũ habeat in vxo-
rem sororem ipsius Iosephi, ut deponunt plures
ex dictis testibus. Vnde cum ipse Iosephus fuerit
quodãmodo principalis in hac causa ad nocen-
dum ipsi Dominę,& haberet interesse in ea testi-
monium eius redditur suspectum; & debilitatur
ultra alias exceptiones,quas ipsum pati superius
ostensum fuit,ut de affine in causa criminali trad.
Alex.in cons.179. in causa Angelorum. 2. col. in
prin.in 2.Dec.in cons.133.nu.4.& 463.num.13.
Crot.in tract.de testi.nu.73.Sylua. in cons.17.nu
mero 9.& 10.& Bossi.in tit.de opposit. contra te-
stes.nu.105.quibus si addatur fuisse etiam proba
tum per dictos testes, quod ipse D.Amorotus ni-
mis solicitauit perfectionem dicti contractus, in
quo & ipse habuit interesse,ut exigeret à d.Fran-
cisco liuellos sibi debitos ꝓ dote eius uxoris per
eũ etiam illi debita, & quod ab eo habuit etiam
per anticipatam solutionem alias pecunias pro
liuello multorum annorũ futurorum, vt in instru-
mento in causa principali producto, fol.177.tan
to clarius suspicio eius dicti apparebit propter af
fectionem, quam habebat etiam ad dictum Lan
zonum, à quo & commodum, & utilitatem pro-
pterea fuit consequutus.

Quintò, fuit probatum per dictam Dominam
Aloysiam, & Palmerinum,& etiã per D.Vincen-
tium Tartaleonum, quod ipsa magnifica Domi-
na per paucos dies ante exigerat ab ipso Tarta-
leono scutos sexcentum debitos dicto eius filio
pupillo, quos ipsa etiam non curabat ab ipsò exi
gere,& post exactionem voluit illos relaxare pe-
nes eum, sed tamen ille recusauit penes ipsum re
tinere, ex quo oriuntur duæ aliæ præsumptiones,
pro innocẽtia, ipsius Dominę, altera, quod cum
ipsa tempore cõtractus haberet pecunias penes
se, non erat opus tam anxiè quærere, etiam acci-
piendo argenta commodato suppignorãda pro
habendis dictis pecunijs ostendendis in contra-
ctu, quod dicunt factum fuisse testes aduersarij,
cum ipsa illas pecunias potuisset tradere in con-
tractu, quas illi restituisse, pro ut dicũt fecisse de
argentis,& alijs gemmis, & rebus preciosis repo-
sitis in stabulo,& demum illi redditis. secũda est
quod cum ipsa malè libenter, & quodammodo
inuita, retineret pecunias pupillares penes se, ne
fortè sibi accideret, quod uiro illius euenisse om
nibus notum est, cum præsertim sibi non se offer-
ret res aliqua in qua possent pecunię ipsæ eroga-
ri, pręsummẽdum est, quod illa gratis mutuo de-
derit verè, & realiter dicto domino Francisco, &
tanto libẽtius, cum ipse fortè passus fuisset aliqđ
damnum ex dicto cõtractu, vendendo bona illa
mobilia hæbreis pro longe minori precio, quam
fuerint ęstimata, & in rei ueritate ualerent. Et ex
his concludo tam ex deductis super primo pro-
cessu inquisitionis, quàm super secundo relatio-
nis, apertissime constare partes Illustris, & Excel
lentis illius Senatus esse debere in referendo ad
fauorem ipsius magnificæ Dominæ, eam ut inno
centem etiam absoluendam, & liberandam a di-
cta sententia, & processu prædicto; Ipsumq; cla-
rissimum Senatum interea exorans, ut prolixita-
tem hanc meam excuset in scribendo præter mo
rem, & intẽtum meum, cum mihi euenerit quod
105 ex Hiero. trad. Io. And. in prohem. Spec. quod
vertente

vertente rota amphoram facit, qui vrceum facere conceperat.

Bartho. Bertaz.

In hac eadem causa consuluit D. Bursat. consilio 135. & post longam disputationem, non obstante prima sententia, fuit absoluta denique Illustris hæc Domina.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

In casu præcedenti, an Illustris D. Rea possit torqueri, & de tractatu multa.

SVMMAE.

1 *Aduocatus an iuste cogi possit ad testificandum contra clientulum, & reuelandum secreta suæ causæ.*

2 *Et quòd sit probandum pro parte curiæ veritatem aliter non potuisse haberi.*

3 *Contractus semper in bonam & meliorem partem est interpretandus.*

4 *Tractantur multa quæ non fiunt, & ideo tractatus non arguit contractus naturam.*

5 *Sed in hoc standum est instrumentis, & contentis in eis.*

6 *Tractatus præsumptio militat, quando statim subsequitur contractus.*

7 *Non autem si alia coniectura est in contrarium.*

8 *Debitorem plus debito soluere voluisse non est verisimile.*

9 *Vacillatio, sed non super re delictum concernente, non facit indicium ad torturam.*

10 *Innocentissimi quandoq; præsentis iudici turbantur, vt sunt natura timidi.*

CONSILIVM CCLII.

In Domino confido.

AVDIVI dubitari per aliquem excellentissimis Senatoribus Mantuæ, dum cum eis colloquium haberem in hac causa magnificæ dñæ Aureliæ Pedaleæ, ex indicijs nouiter assumptis per magnificū Capitaneum iustitiæ, contra illam posse deueniri ad torturam, & licet, vt etiam tunc respondebā, eius sim certæ sententiæ, quod stantibus probationibus factis in causa relationis pro eius parte cesset omnis scrupulus, & maxime cum ad eius fauorē fuerit facta relatio per ipsos clarissimos. dd. senatores ex multis, quæ aliàs in alijs meis scriptis adducta fuere. Attamen domum reuersus volui etiam considerare obiectiones, quę fiebant contra illam, an possent facere aliquod indicium, quòd ipsa commiserit delictum illi imputatum, & aliqua etiam pro tempore scribere super illis. Dico igitur, quod admissa etiā validitate processus facti super huiusmodi receptione indiciorum per dictum D. Capitaneum, de qua iure dubitari potest, ex quo causa ab ipso erat auocata per principem, & in ea non poterat se interponere. c. vt nostrum. vbi Dec. post alios de appellat. & omisso

a an iuste potuerit cogi procurator, & a aduocatus

1 † ipsius Dominæ ad testificandum cōtra eam, & reuelandum secreta suæ causæ, quod etiam non

b videtur iuridicum b per trad. per Neuiz. in sylua nupti. lib. 3. nu. 47. & maximè, quia non cōstabat, quod aliter veritas haberi nō posset, quo casu tales possunt admitti, vt per Aufre. in tract. de reprobat. testi. in verb. aduocatus. nu. 8. in fi. & per

2 Neuiz. illic, † quod erat probādum pro parte curiæ, vt per Alex. cons. 64. viso themate col. pen. 1. volum. Caref. in pract. crim. in prin. num. 165. colum. 3. versic. quod tamen intellige. & Polt. in l. quando. nu. 149. C. vnde vi.

Nullum indicium legitimū esse posse, nèdum ad torquendum ipsam Dominam, vel terrēdum, sed nec ad eam inquietandum, & propterea eam omnino liberandam esse. Namq; indicium illud in quo audiui fieri tam magnum fundamentum, quod fuerit tractatum de emēdo illum liuellum à Lanzono pro duobus millibus scutis auri, qui soluebantur in precio mobilium, & scutis ducentum, quæ quidem emptio non habuit effectum propter dubium, nè decedente pupillo in pupillari ętate, ex quo erat feudalis, reuerteretur ad Dominum feudi, & non transmitteretur ad hæredes pupilli. & propterea maluerit ipsa Domina facere contractum secundum tenorem instrumēti de quo in causa, in quo dedit electionem Lanzono soluendi pecunias, vel dandi liuellum primū pupillo post tempus sex annorum præfixorum solutioni, & argumētatur, quod vt haberet redditum dicti liuelli simulauit mutuo dare illos sexcentos scutos d. Lanzono, licet in veritate non dederit; mihi nullū negotium facit ex multis, primò, quia non constabat, quod in alienatione facienda de dicto liuello tractato vt sup. tempore contractus traditio, vel quasi ipsius liuelli esset facienda ipsi Dominæ, vel dicto pupillo, & fructus illius illi statim detenti, quod negat ipsa Domina tractatum fuisse, quod auribus applaudet, quia si traditio se quuta fuisset perfecta, potuisset ipsa magnifica tutrix illum alienare, & precium illius percipere, ac consequi, & effugere periculum, seu dubium nè deuolueretur ad Dominum ob mortem pupilli. Vnde cum non constet, quod fructus eo casu ad illam peruenirent, non potest etiam suspicari, quod illa eos voluisset consequi hac alia via indi

3 recta, ex quo contractus † semper in bonam, vel in meliorem partem venit interpretandus, vt ad propositum trad. Craue. in cons. 48. nu. 8. & 145. nume. 2. & in specie quando fit argumentatio ex tractatu

tractatu ad probandum contractum fœneratitiũ Alcia.in l.Titia. §.primo. numero septimo. ff. de verbo.obligat.

Secũdò, vt ex tractatu facto præsummatur cõtractus subsequutus simulatus, vel vsurarius, opus est constare, quod tractatus fuerit firmatus, & conclusus, secus si habitum sit tantũmodo colloquium, & nudus tractatus sine cõclusione, hoc enim casu, qui est casus noster, constat cessare omnem suspicionem, ex quo multa dicuntur,
4 & tractantur † quæ non fiunt, vt voluerunt Bald. numero secundo. & Saly. num.6. in l.multum interest.c.si quis alteri.vel sibi.Aret.in prin.Ias.in 2. col.in 2.limit.numero quarto. & Alcia. num.9.in d.§.1. & scribentes. in l.si quis cum alter.ubi Pet. Pic.post alios.nu.7.& 8.ff.de uerb.obliga. hoc.n. casu standũ est instrumẽto licet testes deponunt, quod prius fuerit tractatũ aliter, quia ei aliquid additur recessum est à sermonibus præcedentib. & nouus contractus est celebratus, & propterea reus absoluendus est, quia coniecturæ nudæ non officiunt instrumento, & quia non plenè probatum, & quia in aliam formam reducit negotium negotij forma, & materia mutata.ita notabiliter declarat Bal.in consilio vigesimoprimo.punctus quæstionis.nu.tertio.quarto vol.& nume. secun-
5 do.dicit standum esse instrumento, † nisi contrarium dilucidè probetur per plures testes, qđ etiã voluit Dec.cõsilio 463.numero nono. quod hoc casu efficaciores probationes exiguntur, & ante eum. Ioan. de Ana.in cons.261.secunda colum. in princ.inter consilia Castri. secundo volum. de quo etiam per Bero. in consilio 147.numero 34. & 35.secundo volum.

Tertiò, illa præsumptio, quæ colligitur ex tractatu præhabito ad probandum contractũ simulatum procedit, quando incontinenti subsequi-
6 tur contractus, † ut omnes tradunt. in dic. §.1.in dic.l.si quis cum aliter.& in l.pacta nouissima.ubi Dec.numero decimo. C. de pact. at in proposito post habitum illum tractatum nõ fuit subsequutus contractus, sed alij contractus fuerunt tractati cum alijs, ut probari potest, ergo cessat fundamentum curiæ.

Quartò, quando alia coniectura est in contrariũ cessat omnis difficultas, quia præsumptio tra-
7 ctatus † non officit, ut Bald. trad. in l. item quia. colum. fi. vers.tertio requiritur. in prima lectura. ff.de pact.Zas.in d.§.1.in fi.2.fallen.& Alcia. numero 10. at in proposito duplex est cõiectura in contrarium, prima, quia Lanzonus non promisit soluere illos scutos sexcentum huic Dominæ, & dicto pupillo in instrumento intra sex annos singulo anno centũ scutos, ut percipiebatur ex redditu liuelli, & sic in rationem quinq; pro centenario, sed intra sex annos quatuor tantum, quo casu soluere conuenit ultra sex pro centenario inspecto interusurio temporis, quod facit plus celere solutum, qđ nõ est uerisimile voluisse debitorem
8 facere, vt ex Ang. in cons.287. visis. in fi. & Tira-quel.in trac.de retract.lignag.§.1.glos.18.nu.35. alias dixi in hac causa. Vnde sicut qñ executio cõtractus correspondet tractatui, etiã qñ tractatus non fuit conclusus, militat præsumptio simulationis, ut per Saly.in d.l.multum interest.nu.6.sic in casu cõtrario tanto magis tollitur, si executio est contraria, & diuersa à tractatu. Altera, & secunda est coniectura efficacissima, quod post illũ priorẽ tractatum dissolutũ fuit factus alius tractatus inter ipsam Dñam, & hæbreos pxenetas, qđ ultra bona mobilia ualoris duorũ millium scutorum, mutuo darentur etiam scuti sexcenti d. Lãzono, prout ad vnguem factum fuit in d. contractu, qđ tollit testimoniũ ipsorum falsorũ hæbreorũ, qui de hoc tractatu nunquã meminerunt, de quo apparet ex scriptura Moysis de Regio ynius ex ipsis hebreis. & hic tractatus facit pſumptionẽ pro ipsa Domina ex quo parum post subsequutus fuit cõtractus. Ex quibus luce ipsa clarius apparet nullum posse fieri fundamentum in d. tractatu priore ad probandum simulationem.

Obijciebatur etiam variatio, vel vacillatio ipsius Dñæ in suis nouis constitutis, sed cum illa nõ sit super re delictum cõcernente, nullum facit in-
9 dicium, † saltẽ ad torturam, Mar.cons.15.nu.15. vers.pręterea, & Carer.in prac.in d.prin.nu.119. & 120.& Bossi. in tit. de indic. & considerat ante eum.nu.38.& seq. sed facit tantummodo aliqualem præsumptionem, cum multi sint adeo natura timidi, vt turbentur ad præsentiam iudicis, vt nesciant quid dicant, etiam si sint innocentissimi, vt
10 † ex Parid.de Put.trad.Iul.Clarus in sua praxi crimi. §.fi.q.21. vers.cæterũ. prout contingit in hac Domina, quæ an debuerit timere seueritatem dicti magnifici Capitanei nemo est qui nõ videat.

Adducebat & scriptura ipsius Dñæ in pcessu pducto, in qua fit mentio scutorũ ducentorũ. sed (vt tunc rñdi) non dr in ea, qđ darent scuti ducentum, sed quod dare supplementũ vsq; ad scutos ducentũ, qđ non conuenit contractui Lanzoni, & sm intentionem curiæ. Et quia replicabat pro curia ad tollendũ rñsionem ipsius Dñę, q illa scriptura fuit facta pro liuello faciendo cũ D. Roberto Malatestio, qđ nũquam fuit tractatum de dãdo pecunias in dicto cõtractu dicto D.Roberto, rñdetur, quod immo contrarium est verius vt ex multis testibus comprobari põt, qui interfuerũt illi tractatui, & sicut quod fuit tractatum de dando vltra pannos, & mobilia, & pecunias dicto D.Roberto, licet ipse (vt audiui) in suo examine dicat nescire, an fuerit habitus tractatus de dan. etiam illi pecunias.

Postremo loco obijciebatur aliquid indicij facere, quod quantitas bonorum mobilium datorum, & venditorum Lanzono non peruenit ad scutos duo mille, quod ex calculo dignosci põt, sed (vt audio) hoc in facto non est verum, quia si rectè fiat calculus & omnia considerentur, immo apparebit ad eam summam ascendere, licèt cum ipsi hæbrei accepto voluerint oĩa, & libera-

uerint ipsam Dominam, non sit vlterius quærendum, sed propter permutationem bonorum inter partes factam orta est aliqua difficultas, uel dubietas in calculo.

Sed cum militent tot, & tantæ præsumptiones pro ipsa Domina, de quibus abūdè in alijs meis scriptis. & tantummodo cōtra eam extent leuia, & futilia, certè iure optimo venit tandem à tam magna uexatione, & molestia liberanda.

Laus Deo Op. Max.

Bartho. Bertaz.

ADDITIONES.

a Nam & aduocatus nullam facit præsationem. c Romana. de testibus in sexto. Crot in tract de testib. nu. 34.

b De hac re uide omnino Decia. consi. 93. num. 21. in 2. Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Rursus eadem tractatur materia quasdam resoluendo dubitationes ab Illustri Senatu emissas.

SVMMAE.

1 *Testimonium hæbrei non valet contra christianum ex communi.*

2 *Statutum exceptiuè loquens militat secundum terminos exceptionis.*

3 *Probationes habiles veniunt in voce, probationibus quibuscunque.*

4 *Testis repellitur cui solo est credendum, si agitur de illius commodo, & debet esse omni exceptione maior. vt nume. 6.*

5 *Statutum mandans, vt vni testi credatur, an valeat ambigitur.*

7 *Testes deponentes, de tractatu non probant cōclusionem.*

8 *Soluit minus qui tardius soluit.*

9 *Soluere ante tēpus aliquem voluisse, & sic inter vsurium medij temporis non præsumitur.*

10 *Solutio præsumitur facta, ex pecunijs primo habitis, ex breuitate temporis.*

11 *Testium æquiuocatio parum refert.*

12 *Seruitor ad probandum innocentiam Dominæ admittitur.*

13 *Testium dicta sunt intelligenda, secundum mentem partium.*

14 *Contractus, vt sit vsurarius magis præsumendus, vt animæ faueamus.*

15 *Lex eadem extenditur ob animæ fauorem, sed restringitur respectu pœnæ.*

16 *Nobilitas, & bona fama tollit omne cōtrarium indicium.*

CONSILIVM CCLIII.

In Domino confido.

DVBIA subtiliter excitata contra magnificam, & Illustrē D. Aureliā Scotā de Pēdaleis nō obstant (iudicio meo) absolutioni de ea faciendæ à sentētia contra eam lata ad fauorem Ducalis fisci Mātuæ per multa, quæ fusissimè adduxi in cons. meo ad eius fauorem edito, & quæ adhuc vigent, & militant, nec sublata, vel elisa sunt per adducta in dubijs, quę prima facie videntur vrgere, quod contractus per eam factus cum D. Francisco Lāzono videatur usurarius. Nam primo, quò ad testificatus hæbreorū deponentium nullius possunt esse considerationis, siue ius cōe, siue municipale inspiciamus. de iure communi est communis opi-
1 nio, † quod nō admittantur, ut in cons. ostensum
fuit. quam etiam opinionē admittit decis. Pedemont. in dubijs citata. 72. nu. 5. Et licet Crauet. in cons. 73. etiam per me citato uoluerit in casu suo admitti posse, quando concurrebant aliæ coniecturæ, de quibus ipse illic differit, ex quo in casu isto illæ non cōcurrunt cessat eius decisio cessante ratione decisionis. l. quod dictum. ff. de pact. De iure uerò municipali etiā nullam faciunt probationem, si uersamur in causa decreti prohibentis usuras per plura, quæ abundè in cōs. fuere adducta, quæ aliter non repetam. Nec statutū de probationib. fiendis in causis criminalibus illos admittere, vel habilitare censetur, tum quia nō admittit illos testes, qui in totum repelluntur à iure, & sunt omnino inhabiles, ut iudęi contra christianum. c. si hæreticus. 2. q. 7. cum alijs citatis in cōs. sed tantummodo, quj non sunt omni exceptione maiores, qui tū admittūtur ad faciendum aliquā probationem, uel præsumptionem, seu indiciū, vt exemplificat statutū in socijs de participib. cri-
2 minis, cū. n. statutum exceptiuè loquatur, † exceptio declarat regulā, ut intelligatur in terminos exceptionis. l. nā quod liquidè. §. fi. ff. de pen. leg. Cagn. in l. 1. nu. 27. ff. de reg. iur. tum quia illa uerba generalia, uel vniuersalia (per quoscunq; testes) recipiunt restrictionem de habilitate. l. 3. in
3 fi. cum glo. ff. de oper. no. nunc. & in † probationibus quibuscunq;, quod de habilibus sit interpretandum, probatur in l. 3. cum gl. & ibi Doct. C. de
* fide instr. lib. 10. trad. cōmuniter * omnes contra
Bart. in l. prima. C. de sac. sanc. eccle. ubi Cagnol. numero 12. loquitur in probationibus, quinimò Bart. ibi in l. 1. §. nunciatio. de oper. no. nunc. admittit, quod recipiat restrictionem de habilitate dispositio, quæ continet noui iuris concessionem. l. vt gradatim. §. primo. ff. de mune. & hono. tametsi alij indistinctè communiter teneāt de habilibus, & idoneis esse intelligendum. cum etiam quia cū testes ipsi habeant interesse in contractu ipso, & tractetur de eorum commodo, non pos-
4 sunt, vt testes admitti, † ut in cōsilio quod & tract.

ad

ad propositum dicta decisione Pedem. nt. nu. 7. & postremò cum sint periuri, & conuincantur de falso, ac contrarium sit probatũ ex testibus ipsius magnificæ Dominæ, ut alias comprobatum fuit. Sumus etiam in casibus exceptis per dictum statutum, quod etiam erat in casu dictæ decisionis; vt illic nume. 7. Vt non omittam, ut ualiditas statuti huiusmodi videtur habere difficultatẽ, dum vult unicum testem ad condemnationem sufficere, concurrente iam fama, & alijs indicijs, ut ad
5 propositum de statuto, quod credatur † uni testi in causa usurarum, trad. Fed. de Sen. in consil. 17. quæstio talis. numero decimo. Vbi dicit, quod non potest esse rationabile statutum, quod absorbet ius alterius, & per quod innocentia pôt confundi, & ueritas occultari. sequitur Aret. in tract. malefi. in verbo. fama publica. colum. 15. versic. quæritur ludo. & ibi August. in addit. & Ias. in repet. l. admonendi. numero 191. ff. de iure iuran. & Ant. Gabr. 1. libro suarum conclusionum, in ti. de testi. conclus. 1. numero decimo, sed quicquid sit de ueritate huius opinionis dubium nõ est, quod talis testis cui soli est credendum, vt sup. cum in-
6 ducat probationem † irregularẽ debuit esse omni exceptione maior. Ias. in repet. dic. l. admonendi. numero 297. Brun. in tract. de consti. & statut. in verb. prolatio. colum. octaua, vers. statuto, vel lege inducente, & Plot. qui alios citat. in l. si quãdo. numero 279. septima limitatione. C. vnde vi. Et in proposito nõ uideo aliquem ex testibus curiæ, esse omni exceptione maiorem, cum omnes maximas patiãtur exceptiones, & penitus fuerint reprobati, ut habẽtes interesse, inuicem contrarij, & etiam falsi pro maiori parte.

Secundò, nihil faciunt ad coadiuuationem dicti Iosephi testimonia Sansonis, Moysis, & domini Amoroti, per ea quæ specialiter contra eorum depositiones adducta fuere in consilio, & cũ non appareat, quod ipse Iosephus mutuo, vel cõmodato acceperit dictas pecunias, quas dixit dedisse ante contractum ipsi magnificæ Dominæ, nisi pro quadam parte scutorum centum, & non recordetur à quo, vel quibus reliquum habuerit, quod non est uerisimile, ut alias fuit dictũ. Vltra quod cum ipse Iosephus tentauerit corrumperẽ Cyprianum, testem approbatum, etiam à curia, & tot, & tantas patiatur exceptiones, nihil est qđ eius testimonium possit iuuari dicto aliorum, qui non interfuerunt contractui, ut ipsorum hæbreorum, qui etiam ut hæbrei repelluntur, ut sup. & Amorotus est contrarius alijs, suspectus, & conuincitur de mẽdacio, ut super eius dicto latè primo loco scriptum fuit.

Tertiò, testificatus Angeli Furni, pariter non officit ipsi Dominæ, tum quia ipse conuincitur mendacium dixisse in depositione sudarioli cum pecunijs super mẽsa facta per Iosephũ, cuius contrarium omnes attestantur, & ipse met in suo testificatu posteriori se correxit, & in quantitatib. pecuniarum, quo casu in aliquo ei non est credẽdũ, Doct. in l. si ex falsis. C. de trãsact. cũm etiam quia deponit de tractatu habito inter partes, sed nihil scit de conclusione, quæ fuit diuersa a tractatu, multa enim tractantur, quæ non perficiunt. vnde
7 testes deponentes † de tractatu non probant. Alex. cons. 13. ex his quæ in themate. colum. pen. vers. alij uero testes, & 18. viso processu. col. 1. in fi. vers. quinimo. 1. uol. Dec. cons. 133. col. 4. uersiculo testis. cũ alijs citatis per Tiraquell. in tract. de retract. tit. 2. in fi. nu. 24. Quò fit, ut licet uerum fuisset (ut ipse asserit) quod ipsa Domina recusauerit emere illam proprietatem Lanzoni feudalem, ne filio obeunte sine filijs amitteretur, non tamen sequitur, quod non potuerit uendere illa bona pro scutis duobus millibus auri, & mutuo etiam dederit d. Lanzono illos scutos sexcentos realiter, ut ex instrumento apparet. Et tanto magis, quia apparet, qđ restitutio harũ pecuniarum erat facienda non infra sex annos prox. futuros, quibus erat facienda solutio liuelli annui scutorũ centum, sed infra tres annos, & quatuor menses, ut in instrumẽto. quo casu ipsa excessisset ultra, qđ prius fuisset tractatum, scilicet quinque pro cen-
8 tennario, quod pungitur in dubijs. qui enim maturius soluit plus soluere cẽsetur, sicut minus sol uit qui tardius soluit. Inst. de act. §. plus. cum alijs, trad. per Tiraquell. d. tract. titu. 1. §. 1. glo. 18. numero 34. & 35. nam nec uerisimile est, quod ipse Lanzonus uoluisset ante tempus soluere. & inter
9 usurium medij temporis ammittere, † ut arguit in simili Ang. cons. 137. uisis in fi. & sequitur Tiraquell. dicto nume. 35.

Quartò, quod dictum Lãzoni adminiculetur, licet habeat interesse in causa, intentioni curiæ, expressè negamus, cum secundum communem opinionem penitus reijciatur, vt latissime osten-
* sum fuit in cons. & quod hoc casu * cõiter explodatur consilium sextum. Cald. de testib. habetur in d. decis. Pedemont. nu. 6. prætera patitur alias exceptiones contrarietatis, & reprobationis, ut alias comprobatum extitit, quo fit ut nullum in eius testificatũ possit fieri fundamentum.

Quintò loco mouere non debet excellentiss. Senatores prætensa suppositio bonorum uenditorũ, in quo ipsa magnifica Domina, male se gessisse uideatur, quod vr̃ etiam deponere Aloysia eius Ancilla ab ipsa approbata, vnde aliqua præsumptio vrgere vr̃ ex regula, semel malus. quia certè nõ video, quid in hoc mali fecerit ipsa Dña si erat in cõcordia cum d. hæbreis de dando alia bona loco aliquorũ argentorũ, & iocaliũ uenditorũ in instrumẽto pro pretio inter eas partes cõuento, & fuerit ipsis hæbreis satisfactũ, ut in quitatione illi facta præter id, qđ nõ uideo qua simi litudo sit inter hanc prætensam suspitionẽ cõcordem, & partibus uolentibus factam cum contractu fœneratitio, nec quod propterea ipsa Domina se à religione aliena ostenderit.

Sextò, non obstat, quod urgeat verisimilitudo contra dictam Dominam, quod noluisset gra

tis, & mutuò dare illos scutos 600. Lanzono, cũ
posset illos exteris dare, & ex his pcipere lucrũ,
& quod potius illa ratio dandi fuerit, quia res e-
rat feudalis, & maximè, quia ratio per eam ad-
ducta videtur diuersa ab ea, quæ in instrumento
continetur, vnde aduersus eam suspicandum sit,
quia cum appareat ex testificatu Tartulioni, &
aliorum testium alias citatorum, quod ipsa Do-
mina voluisset penes eum pecunias relinquere,
& ipse noluerit acceptare, sed omnino uoluit
illos soluere, & liberari, non est mirum, vel in ue-
risimile, quod ipsa mutuo noluerit dare pecu-
nias Lanzono potiusquam alijs, vel tenere eas pe
nes se cum periculo, & maximè, vt libentius ipse
emeret illa mobilia, ex quibus modicum lucrum
faciebat, ut in alio releuaretur, quamuis in instru
mento, ut coloraretur huius mutui datio ad effe-
ctum, vt in reditione rationis malæ excusaretur,
non tam apertè hæc causa fuerit expressa. licet ẽt
non sit expressa penitus diuersa, sed ferè eadem,
& cum aliæ verisimilitudines, & probationes, ac
præsumptiones vrgeant in contrarium, ut alias
fuit ostensum, non est faciendum fundamentum
ad hæc leuissima, ad præsumendum contractum
vsurarium, & maximè, quia non est uerisimile,
quod Lonzanus voluisset soluere ante tempora,
quibus liuellus debebatur, vt sup.

Septimò, quod pecuniæ fuerint datæ d. Iose-
pho per Cyprianum, ut ipse fatetur in suo altimo
testificatu, quod indicat verum fuisse eas pecu-
nias, scilicet scut. 400. illuc attulisse, ut in dubijs,
mihi nihil probat. quia si dabantur, ut restitueret
his à quibus mutuo, vel commodato habuerat,
quare tota summa scutorũ 600. illi tradita fuit?
verisimilius igitur est, quod id fuerit procuratum
ab Amoroto eius sororio, cui maior pars harum
pecuniarum erat soluenda, ut traderetur ipsi Iose
pho à quo facilius haberet, quod apparet, quia
ipse Amorotus statim misit vna cum Lõzano ser-
uitorem suum ad uocãdum ipsum Iosephum, ut
ad eos rediret, prout redijt. Et cum appareat qđ
eo die ex dictis pecunijs fuerint soluta dicto Cy-
priano scuta quadringenta, & alio die sequenti
domino Amoroto, scuta 400. quę pręsummũtur
10 ex breuitate temporis † soluta ex pecunijs habi-
tis ex mutuò prædicto. Iuxta trad. per Bar. & Rip.
numero decimo. in l. si ventri. §. eorum. ff. de priu.
credi. prout de solutione dictorum scutorũ 400.
apparet ex fide instrumẽti in causa producti, nec
constat, quod prius Lanzonus habuisset alias pe
cunias ab hæbreis, certè apparet etiã ex hoc fal-
sum esse, quod ipse Iosephus de dictis pecunijs
per eum solutis attestatus fuit.

Octauò, non obstat dum obijciuntur in dubijs
cõtrarietates, quæ euidentissimæ sunt inter ipsos
testes eos non reprobare, ex quo potius viden-
tur equiuocationes à camera ad camerinum. &
11 similiter parum refert, † quod pecuniæ fuerint in
sudario, vel marsupio ex trad. per Alexand. consi
lio quinto, primo volum. Quia Alexan. met. in di
cto consilio fatetur contrarietatem nocere, quan
do est circa substantialia negotij principalis, seu
locum, uel tempus ipsius facti principalis, ut per
eum illic colum. pen. vers. quia respondeo. & in
casu suo contrarietates erãt circa alia, & quidem
minima, at in proposito contrarietas testium est
super loco, & super facto principali solutionis,
scilicet scutorum quadringentorum factæ per Io
sephum huic Dominæ, qua sublata, & falsa exi-
stente omnia corruunt. Cum itaque in loco solu-
tionis discordẽt testes proculdubio explodi de-
bent, nec possunt saluari, quod fuerit ęquiuoca-
tio, q̃a sic potuissent saluari presbyteri deponen-
tes contra Susanam de quibus loquuntur. glo. &
Doc. in l. testium. C. de testi. & in alijs locis in con
silio citatis, & Alcia. in l. secunda. §. creditum. in
verbo, si post nuptias. in fi. ff. si certum pet. Vltra
quod contrarietas etiam in circunstantijs, quæ
tendunt, & ordinantur ad inducendum facilius
iudicem ad credulitatem negotij principalis, est
in consideratione babenda, quia tollit fidem te-
stium, ut alias dixi citando. Ruin. consilio 149. nu
mero vigesimoseptimo. & consilio seq. numero
nono, quinto volu. Et cum etiam super facto prin
cipali, quod ipsa magnifica Domina non fuerit
in eo loco, tempore quo accesserum ipsi hæbrei
cum Lanzeno in dictam domum, & cameram, &
quod ipsa non detulerit pecunias aliquas in ali-
quo panniculo, vel sudariolo, ut deponunt testes
curiæ. deponunt quatuor testes ipsius magnificæ
dominæ Aureliæ optimè negatinam concluden-
tes, & etiam notarius dominus Franciscus, licet
non tam concludenter illam affirmet, non uideo
quare sit dubitandum, quod ipsa magnifica Do-
mina non sit in casu absolutionis per ea, quę latè
adduxi in consilio quæ superuacuò nõ repetam.

Nec obstat, quod pungitur in dubijs, quod te-
stes curię videãtur pręualere, ex quo testes ipsius
magnificæ Dominæ non videntur fide digni. q̃a
quo ad Aloysiam est approbata à curia, duo alij
non habent interesse in causa Ioannes, & Cypria
nus, additur Palmerinus seruitor ipsius Dominę,
12 quod eriam ad probandum innocentiam † ad-
mittitur, ut per Marsyl. in singulari. 59. innocenti
bus. & in alijs locis in consilio citatis. & cũ exce-
dant numerum regularem tanto magis probant.
l. tertia. §. eiusdem. ubi Doc. ff. de testi. Io. de Ami.
consi. octauo. numero 37. & sequen. & 61. nu. 20.
& alijs locis, quod etiam iuuat testimonium Pe-
drãzzoni, ut sup. testes uero curiæ omnes patiun-
tur exceptiones, & quidẽ non leues; ut alias ostẽ-
sum fuit, quo fit, ut omnino stãdum sit his magni
ficæ Reæ, ut ex Carer. & Rolan. à Val. consil. 63.
numero 44. in secundo, alias dictum fuit. Nec ui-
deo, quæ cõtrarietas sit inter hos testes, & ipsam
magnificam Dominam in eo, quod ipsi deponũt
fuisse pecunias delatas in marsupio seu crume-
na, & ipsa dicat in suo primo cõstituto, quod de-
latæ fuere in marsupio, & chartocijs, & duabus
chartis, quod etiam deponit Io. Angelus Funus

testis

testis curię, cũ talia chartocia, vel chartę cum pecuni, si fuerint etiam in marsupio adeo, quod uerum est vtrunq; dictum, quod fuerunt delatæ in marsupio, & in marsupio, & chartis, quod declarauit Cyprianus repetitus pro curia in fine processus concilians hanc leuissimam dissentiam, & cum dicta testium non sint bene clara contra dictum partis, immo secundum eam possunt intelligi, prout declarauit Cyprianus, vt sup. debent
13 interpretari secundum intentionem † partis, ut declarat Dec. in d. l. secunda. §. creditum. numero octauo. versic. 3. prima conclus. ff. si cert. pet.

Postremo loco non obstat, quod in dubio. sit facienda interpretatio, quòd contractus fuerit vsurarius, cum per talem præsumptionem magis consulatur saluti animæ, quæ cuicunque detri-
14 mento bursali † est præferenda, Calc. cons. octuagesimoquarto. alias octuagesimoquinto. numero decimosexto, & Alcia. responso. tertio. numero decimoquinto, & decimosexto. quia prima contrarium est verum, quod in dubio contractus præsummi non debeat fęneratitius, ut ex multis autoritatibus. Bal. Craue. & aliorum, ac Rolan. à Val. alias citatis in cons. 96. numero secundo, in secundo volum. alias comprobaui. Preterea Calca. & Alci. non loquũtur quando agitur criminaliter ad pœnam, sed ciuiliter ad restitutionẽ vsurarum, inter quos casus longa est differentia, & hic non agitur de saluanda anima ipsius Dominæ, sed ea punienda pœna maxima, quæ exuit illam omnibus suis bonis. nã sępe videmus, quod
15 una, & eadem lex extenditur † propter animę fauorem, tamen respectu pœnæ restringitur. in l. si quis maior. Aret. Rim. & Alcia. tradidere. C. de transactio. volentes propter iuramentum animã ligans contractum obseruãdum esse, secus uerò quo ad pœna. extensionem ultra casum illius. l. esse faciendum, de quo etiam Ioan. And. & Imo. in c. si fortè. de elect. in 6. & in c. dispẽdia. de rescrip. eod. lib. ubi cõstitutio extenditur, quo ad principale dispositum, ut obseruetur statutum, tamen extensio non procedit quo ad pœnam infligendam, quod & voluit Dec. in l. factum. §. in pęnalibus. numero septimo. ff. de reg. iur. & ita in terminis tenet Craue. ex Bald. consilio quadragesimooctauo. numero octauo. & cum non extet aliquis testis nèdum omni exceptione maior, sed nec etiam idoneus simpliciter contra ipsam Dominam. Coniecturæ uero, quæ contra eam possunt considerari sunt leuissimæ, & alijs pluribus, & validioribus traduntur, vt latissime. in dicto meo
16 consilio comprobaui, & præsertim nobilitas † & bona fama probata, quam etiam multum ponderat dicta decis. Pedemon. numero duodecimo. certè non video quomodo iure possit defendi illa sententia magnifici domini Capitanei, qui si hæc uidisset, & percunctatus fuisset nunquam illam, ut arbitror, condemnasset. Hæc sunt, quæ pro breuitate temporis congerere potui pro responsione dubiorum escitatorum nimis occupatus in arduis negotijs Serenissimi Principis mei, vt vix tãtum otij subtrahere potuerim, & hęc pauca scribere, quæ tamen satis, & superesse arbitratus sum, stãtibus maxime alijs plusquam sufficienter in cõsilio adductis. Et quia scio causam agi coram vndequaq; consumatissimis iuris, quibus sat est rem quasi per indicem ostendere.

Laus Deo Op. Max.

Bartho. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Vsura est dare pecunias sub cãbijs siccis, vt quid certum soluatur pro qualibet feria, donec retinentur pecuniæ.

Et ex tali contractu non posse quid exigi etiam respectu lucri cessantis, aut interesse alterius probatur.

SVMMAE.

1 *Pacta sunt seruanda modo non sint inita contra leges. vel in earundem fraudem.*
2 *Nundinæ fiunt Lugduni quatuor in anno.*
3 *Cambia sicca sunt illicita, & vsuraria.*
4 *Vsura est dare pecunias ad cambia, de nundinis in nundinas.*
5 *Cambia non continent vsuram, si non excedunt communem consuetudinem.*
6 *Secus autem est si non fuit seruatus modus, qui est seruandus.*
7 *Quantitas certa non potest à principio deduci in conuentionem.*
8 *Promissio de soluendo certum quid pro pecunijs acceptis non valet.*
9 *Lucrum debitum nõ debetur illi qui indebitum pactus est.*
10 *Actio non potest mutari in tertia instantia.*
11 *Libellus non potest mutari in causa appellationis.*
12 *Lucra conuenta si sunt licita debentur ex actione ex stipulatu.*
13 *Interesse datur per officium iudicis.*
14 *Interesse censetur remissum à recipiente sortem.*
15 *Interesse non potest deferri sine mora.*
16 *Mora non adest, si nullus terminus fuit solutioni præfixus.*
17 *Testes quomodo faciant probationem.*
18 *Mora debitoris non potest sine culpa procedere, & ideo est probanda.*
19 *Testis optime probat deponens de facto proprio ad vtilitatem tertij.*

20 *Interesse lucri cessantis non debetur non solito mercari.*
21 *Lucrum ex deposito est illicitum, & quando.*
22 *Lucrum illicitum non debetur à moroso.*
23 *Mercatorum stylus est seruandus.*
24 *Creditorum duæ partes ex tribus possunt concordare in aliorum præiudicium super sorte cum creditore.*
25 *Decoctio unius socij non infert decoctionem aliorum.*
26 *Usura usurarum non debentur, & quando?*
27 *Lucrum cessans non debet in infinitum procedere, sed pro unà vice tantum debetur.*

CONSILIVM CCLIIII.

In Domino confido.

DVO proponuntur dubia aduersus magnificum Guiciardinum, alterũ, quòd
teneatur ad lucra conuenta in chirographo, alterum, q; saltem teneatur ad
lucra cessantia Capitanci Peppi, quæ in processu
probata videntur. Quo ad primum, licet regulariter pacta sint seruanda. l. iurisgentiũ. §. prætor ait.
1 ff. de pact. illud tñ procedit † in pactis aduersus leges, vel saltem in fraudem earundem non initis,
vt tex. ille met declarat. & est etiam tex. in l. pacta
quæ contra. C. eo. tit. vt in proposito non est dubitandũ, quin promissio lucrorum pro cambijs facta per D. Laurentium in dicto chirographo fuerit fęneratitia & vsuraria, quæ vsuræ omni iure
sunt prohibitę, & propterea nullo modo tenetur
ad eius obseruantiam. cum. n. promiserit d. Capitanco eidem soluere in rationem scutorũ trium
pro qualibet marcha, & sic in rationem quinque
vel parum minus pro centenario aureorum pro
qualibet feria, seu singulis nundinis Lugduni,
2 quæ quater in anno fiunt † ut testes deponunt, &
testatur etiam Hieronymus de Luca, in tract. de
cambijs. in §. 1. in fin. & sic in rationem scutorum
viginti pro cẽtenario plus minusvè, cui dubium,
q; est cõtractus vsurarius, & pessimus, cuius vigore, nedum ipse agens non deberet lucra, seu magis usuras has conuentas consequi, sed grauiter
puniri de crimine sm formam, statutorũ ę cõcludunt. n. omnes de huiusmodi cambijs scribẽtes,
3 quòd cambia † ista, quæ sicca vocant, sunt illicita, & usuraria. dicitur autẽ cambium siccum, sm
Bal. in cons. 447. ad euidentiam. nu. 11. 5. uolum.
quando sub nomine simulatæ cambiationis aliquid extorquetur ultra sortẽ. & loquuntur Doct.
in casu magis dubio, scilicet quando est possibile, quòd cambia crescant, & decrescant, & sic accipiens pecuniam ad cambium non teneatur ad
a aliquid ultra sortem, [a] cum tamen à communiter
accidentibus cambia soleãt plus valere. ita trad.
Laur. de Rodulph. in repet. ca. consuluit. in prima
par. 23. quæst. & latius in tertia par. prima quæst.
de usur. Ang. in sua summa Angeli. in uerb. usura.
il primo. §. 54. Hiero. de Luc. d. tract. de cambijs.
nu. 25. §. fin. & numero 43. & quando fiunt huiusmodi contractus, quòd debitor teneatur pro pluribus nundinis, & sic de nundinis in nundinas,
est execrabilior talis contrahens cæteris, ut per
Ang. d. §. 54. colu. tertia, & in his terminis, quòd
b talis cõtractus sit usurarius [b] pulchrè comprobat
Roma. in consilio 237. pro habenda. per totum,
4 quem sequitur Ioan. † Pyrrhus. in l. quatenus. colum. tertia. ff. de reg. iur. quod etiam sentit Alex.
in allegato consilio 61. nu. 7. & seq. in 6. col. sub
eodem nume. secundo volum. Et licet ualeant
5 cambia, † & usuram non contineant quando nõ
c excedunt communem consuetudinem, [c] ut per
Bald. in Rubr. C. de consti. pecu. in prin. & per Ias.
in l. prima. C. de summa. tri. & fid. catho. in utra q;
lectu. quæst. sexta, col. 14. tamen secus est si nõ ser
6 uetur solitus † mos qui seruandus est. Parisius
consilio 91. numero 24. primo uolum. per præfata. non enim potest à principio dans pecuniam,
etiam licitè, vt ad mercationem honestam, pacisci ut certa quantitas † sibi quotannis soluatur,
7 etiam si sit dictum ex lucro, Bald. cons. 453. committere. tertio uolum. Rom. cõs. 520. circa propositum. ubi loquuntur de pacto soluendi de octo
pro centenario, sequitur Dec. in cons. 116. secundo dubio. quod procedit etiam inter hæbreos
Alex. in cons. 80. circa primum, ubi de promissione. 12. pro centonario. quanto magis igitur hæc
procedunt in tã exorbitanti, & enormissima quãtitate promissa? hanc etiam conclusionem, quòd
8 non ualeat huiusmodi certa † promissio à princ.
facta firmant, Pyrrhus in d. l. quatenus. 2. pag. prima regula. Pet. Rebuf. in repe. l. vni. C. de senten.
quæ pro eo quod inter. profer. in glos. ult. nu. 34.
& Craue. consilio octuagesimoseptimo, numero
quinto. & 189. numero septimo. primo casu. de
quo etiam per Cagno. in d. l. uni. numero quadragesimonono. Solutum igitur est primum dubiũ,
quòd huiusmodi lucra conuenta non debentur
tãquam illicita, & omni iure reprobata. quo fundamento stante non est disputandum, an chirographum pręfatum debeat intelligi secundũ cõsuetudinem Lugduni, ut scilicet lucrorum solu-
d tio sit facienda, pro primis tantum nundinis [d] nõ
etiam pro omnibus inde sequẽtibus, ut interpretantur testes examinati pro domino Laurentio,
quorum interpretationi adstipulãtur ea quæ nõ
extra propositum, trad. Paris. d. consilio nonagesimoprimo, numero quarto. quia si intelligamus
ipsum prout in dubijs dr, & prout in ueritate sonare uidentur verba, ut teneretur dominus Laurentius quousque teneret dictam sortem: procul
dubio est contractus magis usurarius, ut dicit
Ang. dic. §. quinquagesimoquarto, prout etiam
non est opus quærere, an propter decoctionem

D. Lau-

Dom. Laurentij ipse à talibus lucris censeretur
liberatus, quod in secundo dubio tractabitur. Et
cum indebita fuerit pars huiusmodi lucrorum so
luta dicto Peppo, quam partẽ solutam ipse fate-
tur in suo libello, cui standũ est. l. cum precum. C.
de liber. cau. ęquum esset si reformando priores
sententias ipse cõdemnaretur ad restitutionem,
ad quam tenetur per præfata.

Quò vero ad secundum dubium eius sum sen-
tentiæ, vt nunquam ipse actor possit obtinere ex
pluribus, primò, quia cũ illa promissio de lucris
soluen. pro cãbijs esset vsuraria, & lucra ipsa non
e debeantur e vt sup. ostensum est, etiam nõ potest
actor lucrum quod fortè sibi iustè deberetur pe-
tere, quasi utile p inutile vitietur. ita in terminos
9 firmat Ioan. Copel. in repe. c. per uestras. in 6. no.
numero 9. pag. 245. de don. inter virum, vt vxo.
Lauren. Sylua. in cons. 10. nume. 46. & Rebuf. in
d. l. vni. in d. vlt. glo. nume. 40.

Secundò, cũ in prima instantia egerit Peppus
ad lucra cambiorum conuẽta vigore Chyrogra-
phi, quæ non possunt deberi, vt sup. in primo du-
bio; certum est, quòd in hac tertia instantia non
potuit mutare actionem propositã, & aliud q. dẽ
diuersum à primo, in causa principali petito, pe-
10 tere, ut Bal. no. † trad. in addi. Spec. in tit. de app.
col. nu. 15. versi. petij à te bouem. cum versic. seq.
Vbi dicit, quòd si petij bouẽ, & fuisti absolutus,
non possum in causa appellationis petere ęstima
tionẽ, uel quid aliud diuersum, quia libellus non
11 potest † mutari in causa appellationis, quã Bald.
decisionem sequitur Perus. in c. cum in ecclesia.
colum. fin. de appella. & Marant. in Spec. aur. vlti
ma par. secundo actu. nume. 151. & quòd in cau-
sa appellationis non possit mutari libellus com-
probat. Rom. pluribus medijs in consilio 381.
quęstio est. quod tenent Dec. numero 54. Claud.
numero 63. & Alciat. in verb. mutari in secunda
pag. in l. edita. C. de eden. Quomodo fuerit facta
mutatio rei petitæ ambigen. nõ est, cum alia sint
lucra conuenta in rationem viginti, vel circa pro
centenario, pro toto tempore, & alia sint interes-
se ex causa lucri cessantis debita, quę tantum ue-
niunt a tempore moræ, vt etiam dicetur inferius.
sed ne dum mutauit actor rem petitã, sed etiam
12 actionem, cum ad dicta lucra conuenta, † si fuis-
sent licita, haberet actionem ex stipulatu. l. pri-
ma. ff. de verborum obligat. ut trad. in terminis.
Rebuf. in dict. l. vni. in glo. in alijs. numero tertio,
vel ex literarum obligatione. Inst. de liter. obli. &
13 ad huiusmodi interesse detur † officium Iudicis,
vt per Bart. & omnes in d. l. vni. Ign. nume. septúa-
gesimotertio, & septuagesimooctauo, & Pyrrhũ
in quarta regula in d. l. quatenus. rectè igitur, &
Iustè consuluit Excellentissimus Cepharus, dum
reseruauit huiusmodi asserta interesse peten. in
alio iudicio.

Tertiò, cum huiusmodi interesse debeãtur of-
ficio iudicis non actionis virtute, vt in præceden
ti fundamento, sequitur, quòd cum actor sortem
14 suam receperit huiusmodi interesse † censeatur
remisisse. l. fin. vbi glos. Bartol. & omnes. ff. de eo
quod certo loco. Matthe. no. 91. not. singularem,
& in his terminis. Rebuf. dicta glo. in alijs. nume-
ro vndecimo.

Quartò, ipse actor non potest ullo modo pete
re dicta interesse, cum non constet dominũ Lau-
rentium vllo tempore fuisse constitutum in mo-
ra restituendi sibi sortem, sine qua omnes cõclu-
dunt non deberi. Pyrrhus. dic. l. quatenus. quarta
pag. Craue. dicto consilio octuagesimoseptimo,
15 numero quinto, & Benue. † Strach. in tracta. de
mercatu. in tit. de contracti. numero secundo, se-
cunda pagi. Et q dominus Laurentius non cense
16 retur in mora † ex quo nullus terminus restitu-
tioni fuerat præfixus, sed cõuentum fuerat, quòd
donec teneret pecunias solueret illa lucra. ad p-
positum trad. Aret. in consilio 152. uiso themate,
secundo dub. colum. fi. Nec per testes video pro-
batam fuisse moram domini Laurentij, cum duo
primus, vt ultimus deponant de auditu, quibus
non est credendum. l. testium. C. de testi. qui tan-
tum faciunt aliqualem præsumptionem. Castr.
17 consilio decimoseptimo, in causa quæ † uertitur
Parmæ, sexta colum. versi. sunt & alij, in antiquis.
& Alexan. consilio septuagesimoseptimo, in cau
sa accusationis, secunda colum. in prin. 1. uolum.
quam suspitionẽ vocat Alcia. in tracta. præsump.
tertia regula, psumptione vigesima, ad fi. de quo
etiam per eundem in l. prima, in verb. Celsus. ff. si
cert. pet. Secundus testis qui deposuerat de ueri-
tate interpellationis, nõ probat similiter, ex quo
ex post facto iuramẽto suo contrarium deposuit
declarando dictum suum, quòd illud sciebat ex
auditu, quo casu negari non potest, quin eius pri
mum dictum debilitetur, & concutiatur. Alexan.
consilio 19. col. quarta, Craue. consil. septuagesi-
moquinto, numero trigesimo. & Alcia. in tracta.
præsumptionum, secunda regula, præsump. vige
simanona, numero septimo. & cum mora debi-
18 toris † non possit sine eius culpa procedere de-
buit clarè & specificè probari, ut per Craue. cõsi
lio 151. numero undecimo. Et si aliqua extaret
præsumptio pro parte agentis illa tollitur ex de-
positione domini Iuliani Ginorij testis omnem
exceptionem superantis, qui contrarium depo-
nit, quòd scilicet parum ante decoctionem dicti
Laurẽtij fuit requisitus actor, an uellet suas pecu-
nias, & ipse respondit quòd non, quinimò alias
eidem daret si haberet, cuius testis optima qua-
litas per alios testes cõprobata est, & cui magis
est credendum, ex quo de facto proprio à se ge-
19 sto ad utilitatem † tertij deponit. Castr. in l. qui-
cunq;. in fi. C. de ser. fug. cũ alijs citatis per Crot.
in tract. de testi. numero 209. & Dec. in consilio
quinquagesimosexto, numero quarto, & 366. nu
mero tertio, & alios in alijs locis.

Quintò, non video quomodo actor uelit hu-
iusmodi lucrum cessans obtinere, cum non pro-
bauerit esse mercatorem, uel solitum negotiari

& mercari, quo casu omnium consensu huiusmo
20 di lucrū f† peti nō potest, vt per Doct. in d.l.vni.
f etiam si alia ratione lucratus fuisset. Rebuf. in di-
cta gl. vlt. numero 22. & sequen. & non sufficeret
etiam, quòd semel mercaturā exercuisset, ut per
eum ibi, numero 31. Nec testes aliquid faciunt
deponentes, quòd si Peppus habuisset illas pecu
nias, potuisset deponere Lugduni in deposito re-
g gis, & percipere illud donum regis g de quo de-
ponunt testes. nā nō minus crediderim cōsequi
illud lucrum vsuram committi, quàm consequi-
illa lucra cambiorum conuenta, cum deponens
debeat liberaliter deponere, & non spe lucri ha-
bendi, quia alias Euāgelium repugnat, mutuum
dantes nihil inde sperantes: quod in casu huius
depositi non cōcurrit, præterea plura exiguntur,
vt possit licitè huiusmodi lucrum percipi, quę nō
constat in proposito interuenire, & ideo etiam il
lud lucrum esset vsurarium, ut per Ang. in d. sum-
ma. loco præallegato. nume. 55. & 77. & Rodul.
21 † in d.c. tertia par. quæst. quinta, numero vigesi-
moquarto. & quando lucrum cessans esset illici-
22 tum etiam morosus † ad illud non tenetur. Alex.
in indiuiduo loquens de huiusmodi lucro, quod
fit per tales depositiones, in consilio 210. nume-
ro septimo, in septimo uolum.

Sexto, & vltimo, cum ex stylo & consuetudi-
ne mercatorum, de qua tot testes deponunt, qui
quidem stylus seruandus est, per ea quæ trad. Pa
ris. consilio 96. numero quinto, primo vol. pro-
23 pter decoctionē fuerit † liberatus dominus Lau-
rentius, videtur etiam cessare omnis scrupulus,
cum enim duę partes ex tribus omnium credito
rū possint præiudicare tertiæ parti in concordan
do etiam super sorte cum debitore fallito, à quo
quid vix extorqueri potest, vt alias trad. fuit per
magnificum coaduocatum, & trad. Castr. in cōsi
24 lio 179. secūdo volum. nouissimorū & Beneuen.
Strach. in tract. de decocto. sexta par. nume. quin
to. quanto magis id videtur tenendū pro huius-
modi vsuris tam odiosis? & licet ex decoctione
Domini Laurentij nō inferatur ad decoctionem
omnium sociorum, sed tantum ipsius socij vt di-
25 citur in dubijs, † & trad. Strach. in d. tract. tertia
par. numero 50. Tamen, non est propterea, quin
ille sit decoctor, & pro sua obligatione gaudeat
beneficio talium decoctorum. & maximè cum
non constet eius culpa, vel dolo processisse, cum
culpa non præsumatur, sed perspicuè probanda
sit vt sup. & trad. Craue. cons. octauo, numero vi-
gesimo. Et cum ex præfatis apertè constet. d. Lau
rentium nō teneri ad huiusmodi interesse, tanto
26 minus † tenerētur ad vsuras vsurarū, vel interusuria
interusuriorū, quicquid tenuerit Ruin. in allegato
consilio 103. in primo uolum. qui non loqui-
tur in his terminis, & contrarium etiam uidetur
tenere in consilio 55. in secundo uolu. Cui etiam
aduersatur, quòd huiusmodi lucrum cessans non
debet in infinitum procedere, sed pro una uice
27 tantum debetur, ut per † Dec. in c. cum uenerabi
lis. numero decimoquarto, de excep. Cur. Junio.
in d.l.fi. numero 49. & Benuenu. Strach. in d. trac.
in tit. de cōtract. merca. numero quarto. quorum
opinio uidetur ęquior, quàm altera, quam non-
nulli amplectuntur. Laus Deo opt. Max.

Bartho. Bertaz.

Et ita secundum hæc fuit iudicatum per duas
sententias conformes.

Clau. Bertaz.

ADDITIONES.

a Dicitur cambium siccum, quia campsori inde nulla lucri iusti potest fieri accessio, ut trad. Domi Soto lib. 6. de iust. & iur q. 8. art. 2. colum. 2 quem sequitur in c. Nauiganti de vsur Lup. commenta. 3. §. 2. nu. 53 sed Nauar. in d c. nume. 10 & 28. sequitur aliam deriuationem, quę fuit Rodulf. in c. consuluit. par. 3. q. 1.

b Cambium cum sit, aut minutum, aut loci, aut temporis, illud quod est temporis est illicitum, quia habet rationē mutui, ut optimè disputando cōcludit Sot. d. lib. 6. q. 10. art. 2. cambia itaque ista sico esse illicita, & vsurari scriptum est, ab antiquioribus à Caiet & Hierony. de Luca in tract de camb. a Caieta in sum. in verbo cambium. Ang. in verbo vsura il primo num. 51. Nec minus hoc idem adfirmarunt ex recentioribus Nauar. tum in d.c. Nauiganti. tum in Manual confess. c. 17 nu. 283. Sot. d lib. 6 q. 11. art. 1. Lup. in d.c. Nauiganti § 2. nu. 67 cum seq. Medic in sum pec. 1. part. q 95. in fi. Sed de hac re duo sunt diplomata pontificia alterum est Pij IIII. alterum Pij V. ex his poterit vnusquisque intelligere, quæ cambia prohibeantur & quatenus vtrumq: diploma refert tum Nauar. in Manual. tum Lup in d. c Nauiganti.

c Probatur hoc si cōsuetudo sit bona, quæ tamen bona pręsumitur, nam si apparet omnes ita cambiare, & confiteri, & absolui à cōfessarijs, utique hos omnes, & illorum confessarios damnare velle non fit sine temeraria coniectura, ut dicit Calder cons. 11. tit. de vsur. Sed Nauar, d c. 17 nu. 283, lit. n, rem disputat, & concludit nulla cō suetudine esse licitum cambium, nisi transeat in aliquas ex septem speciebus, quas ibi enumerat & ego cum viro isto erudito transeo. sanè sicuti perpauci hanc materiam assequunti sunt, ita minime Bald. & Ias. hic allegati hos quæ meritò reprehendit Lup. in d. cap. Nauiganti. numero 64. §. 2.

d Sed quicquid sit, quando cambia sunt realia, de qua re tractat Sot. in d. lib. 6. q. 2. art. 5. qui certè cæteros in cognitione huius tractationis præstat illud certum est contrarium esse verius in cambio sicco, quia recipiens potest solum ad primā feriam astringi, vt est decisum per Rotam Genuæ. decis. 37. nu. 10. in fi.

e Extat etiam alia decisio eiusdem Rotæ ibid num. 11 qua conclusum est pro cambio sicco non deberi interesse si tradens pecuniam neque sit mercator, neque interpellauerit, quam decisionem omni casu amplector, cum vsurarij contractus non debeatur verum interesse, ut hic dicitur. & cons. sequen.

f Sed quid si mercator abstineat à uero cambio precibus indigentis, poterit ne consequi interesse ueri pro ficto cambio? Pro affirmatiua parte respondit Caietan. in opuscul de camb. c. 4. & Nauar. in d.c. Nauiganti. numero 26. hus tamen reprobat Lup in d.c. Nauiganti. numero 69. Sed certè opinio. Nauar. potest defendi, nā si mercator abstinet à uero cambio, debet posse cōsequi illud quod lucratus fuisset si non abstinuisset deductis tamē impensis, quæ solent fieri in uero cambio, & hoc prætextu lucri cessantis. certū enim est deferi interesse cambij solito dare pecunias cambio, ut est decisum in Rota Genuæ. decis. 08. numero sexto, & decis. 134. nume. 3. sed vt Tutius hoc fiat, est à principio aliqua consigenda

mora

mora non autem sine tempore tradenda pecunia. Percipere illud donum regni.

g Vsura tamen est mutuare regibus sub lucro, & pacisci pro dono 5. aut 2. pro centenario, ut multis probat egregiè Nauar in Manual. d c. 17 num. 183. lit. o. nisi qui mutuaret, uel prædia, vel census posset emere vel mercaturā exercere, vt definit Sot. d. l. 6. q. 1. art. 3.
Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

De eadem re tractatur hic de qua superius. Et quando testes, vel probationes receptæ in vna causa faciant fidem in alia.

SVMMAE.

1 *Testes in alia examinati causa etiam inter partès ipsas faciunt fidem, si ad eundem finem causa agatur.*

2 *Probationes faciunt fidem in secunda causa, si in ea parit exceptionem rei iudicatæ sententia lata in prima.*

3 *Creditor vt possit consequi interesse lucri cessantis, debet probare debitorem fuisse in mora soluendi.*

4 *Mora incurritur elapsa die certa apposita ad soluendum.*

5 *Mora nulla potest impingi ex contractu vsurario.*

6 *Testis de auditu solum illam facit præsumptionem, quæ suspicio dicitur.*

7 *Dictum primum testis tollitur, uel debilitatur ex declaratione ipsius testis.*

8 *Mora est plene probanda.*

9 *Et quando Iuramentum in supplementum locum sibi vendicare non possit.*

10 *Testis licet vnicus plene probat, si deponat de facto à se gesto ad vtilitatem tertij.*

11 *Debitor excusatur à mora ob petitionem partis indebitæ.*

12 *Lucrum cessans possunt consequi illi tātum, qui mercatores sunt, & sunt soliti negotiari.*

13 *Interesse lucri cessantis, vt quis possit consequi lucrum, debet esse quasi certum.*

14 *Vsura est aliquid consequi pro deposito.*

15 *Lucrum cessans non debetur, si lucrum est illicitum, & ex contractu vsurario.*

16 *Contractus cambij est vsurarius, & quando.*

17 *Vsurarius non potest petere interesse illud, quod sibi iustè deberi posset.*

18 *Mercatorum stylus est obseruandus.*

19 *Creditores excedentes duas partes ex tribus in casu decoctionis, possunt præiudicare cæteris creditoribus in concordio.*

20 *Paupertas debitoris excusat à mora.*

21 *Lucrum cessans non debetur ob paupertatem.*

22 *Decoctio præsumitur obuenisse sine dolo, & culpa.*

23 *Dubitans excusatur à mora.*

24 *Mora censetur remissa ob receptionem sortis.*

25 *Interesse præsumitur remittere creditor, qui nulla facta de illo mentione partem debiti recipit.*

26 *Lucra lucrorum non debentur ex veriore, & æquiore opinione.*

CONSILIVM CCLV.

In Domino confido.

ABSOLVENDVS omnino venit magnificus Guiciardinus ab iniusta peritione capitanei Hieronymi Pepi. Sicut etiam fuit absolutus in alijs causis etiam iniustè motis per eum. Pluribus rationibus (iudicio meo) irrefragabilibus. Primò enim, ipse actor nihil probauit de intētione sua, quo casu ex vulgata regula succumbere debet. l. qui accusare. C. de eden. c. cum Ecclesia ad fin. de causa pos. & pp. Et licet ī dubijs magnificus. D. consultor dubitet, quod probationes factæ, in alia causa inter partes versa, in hac nunc mota faciāt fidem. Tamen de hoc non est dubitandum, quia cum illa causa ad alium finē tenderet, in ea enim petebantur cambia seu pecuniæ pro cambijs cōuētæ in Chyrogapho à quibus meritò fuit absolutus. D. reus, in ista petūtur interesse lucri cessantis, & sententia in ea lata nō parit exceptionē rei iudicatę in ista, probationes in ea causa factę nulla faciunt fidem in hac causa. Siquidem in hoc articulo duæ præ cæteris sunt opiniones à Doct.
* communiter * receptæ cæteris reiectis, prima Innoc. quam sequitur Bald. ibi in c. causam quæ il primo num. 8. de test. & Bart. in l. 2. nu. 5. ff. Iud.
1 † sol. & Dec. infra l. 2. in allegāda. nu. 62. firmātes testes in alia causa examinatos etiam inter ipsas partes ita demū fidem & probationem facere,
a si ad eundem finem causa [a] agatur. Altera verò Cyn. & Bal. in l. 2. num. 21. C. de eden. quod testes & probationes huiusmodi fidem non faciunt nisi secunda causa talis esset, vt sententia lata in pri-
2 ma † exceptionem rei iud. in ea pareret, quam tenent ibi Alex. nu. 26. Ias. col. fin. vers. limita quattuor modis. & Claud. [b] qui dicit magis commu-
b
** nem. ** num. 33. ac Alcia. qui vtrunque coniungit pen. pag. & idem tenet Aret. col. pen. nu. 27. & Feli. num. 4. in d. c. causam quæ. Ful. in consi. 165. in quæstione proposita. num. 3. & Ruin. cons. 59. num. 54. vol. Ex quibus istud primum fundamentum

tum firmum, & stabile esse constat, quòd cum in hac causa agatur ad diuersum finem, & sententia lata in illa causa nõ parit exceptionem rei iud. in hac cã. (nec, n. potuisset de nouo agere si id esset) probationes in illa causa factæ ipsum non releuant, nec faciunt fidem in ista. Et propterea remanet actor sine aliqua probatione.

Secundò, posito, quòd standum esset illis probationibus in ea causa factis (quod tamẽ falsum est, vt sup.) adhuc dicitur etiam actorẽ intentionem suã minimè probasse. Vt enim creditor possit obtinere interesse lucri cessantis, oportet probare debitorem fuisse in mora soluẽdi, alias obtinere non potest, vt per Felin. in c. cum venerabilis. nume. 8. de excep. Dec. consil. 116. in fi. Ruin. cons. 55. nu. 4. & seq. 2. vol. & cons. 48. nume. 1. in vers. Benuenut. Strach. in trac. de mercat. in titu. de contract. mercat. nu. 3. & seq. Plot. in l. si quando. nu. 861. C. vnde vi. & Craue. in cons. 320. numero 2. qui hoc extendit etiam si fieret pactum de soluendo huiusmodi interesse. At in proposito non constat alicubi ipsum magnificũ Guiciardinum vnquàm fuisse in mora, vel per appositio-

4 nem diei certę † ad soluendum pręfixæ. l. magnã. C. de cõtra. & commit. stip. vel per interpellationem. l. mora. ff. de vsur. & l. si ex legati causa. ff. de verb. oblig. & Ruin. d. cons. 55. num. 5. ergo ad lucrum cessans teneri non potest. Ex tenore enim Apochę seu chirographi debiti ipsius magn. rei cõstat nullam fuisse appositam diem solutioni. Sed promissum solui vsuras (non est enim dubiũ contractum ipsum fuisse vsurarium, vt in illa causa coram magnifico Mirolio plenè ostendi a dicetur etiam infra) donec fuerit sors restituta, quo casu nulla mora potuit impingi. d. reo. vt ĩ his ter-

5 minis trad. Aret. in cons. 152. viso † themate. col. fin. & sequitur Ioan. Lop. in repet. ca. per vestras. 6. not. nume. 9. fol. 245. secũnda colum. de don. inter virum & vxo.

Nec testes in ea causa examinati probant interpellationem, vt in dubijs dicitur. nam Libertus primus, & Malchiauellus sup. testes deponũt

6 de auditu interpellationis factæ † quo casu non probant. l. testium. C. de testi. c. licet ex quadam. cum ibi no. eo. tit. & tantũ faciunt aliqualem præsumptionem. Cast. in cons. 17. in causa quę vertitur Parmę, sexta col. versi. sunt, & alij in antiquis, Alex. cons. 77. in causa accusationis. 2. colum. in prin. 1. volum. quam suspitionem uocat Alcia. in tract. præsump. 3. regu. pręsumptione 20. ad fi. de quo etiam per eundem Alcia. in l. 1. uerb. Celsus. ff. si cer. pet. Secũdus uerò Laurentius Barbigius, qui de uisu uidebatur deposuisse. dictũ suum declarauit, affirmando non fuisse præsentem interpellationi, sed de ea tantũ audiuisse ab ipso acto-

7 re. quo fit ut non probet. † cũ eius primum dictũ,
c uel tollatur, uel debilitetur c Soc. in d. l. 2. nu. 6. C. de eden. Alcia. in tracta. præsump. 2. reg. pręsumptione 29. nu. 7. & Craue. cons. 75. nu. 30. Dubiũ autem nõ est moram ipsam quæ sine culpa etiam

8 nõ potest, plenè debuisse probari, † ut per Crau. cons. 151. nu. 11. nec enim in hac causa iuramentum in supplementum sibi locum uendicare po-

9 test, † ut per omnes in l. quatenus. ff. de reg. iur. & in l. uni. ubi Cagnol. nume. 147. C. de senten. quæ pro eo quod inter. profer.

Præterea cum per aliũ testẽ omni exceptione maiorem D. Iulianum Ginorium nunc defunctũ. cuius fides, & optima fama, ac pbitas ex alijs testibus fuit comprobata, fuerit probatum immo D. Guiciardinum ante eius carcerationem obtulisse se restituere Pepo suas pecunias, & ipse recusauit illas accipere, tollitur omnis probatio moræ ipsius D. Rei, & cum ipse testis fuerit is qui talẽ pro ipso D. Reo oblationem fecerit, deposueritq; de facto à se gesto ad utilitatem tertij, plenè

10 probat, & si unicus sit, per trad. per Cast. in l. quicunque. in fi. C. de ser. fugiti. cum alijs trad. per Dec. in cons. 56. nu. 4. & 363. num. 3. Crot. in trac. de testi. nu. 209. & saltem plus probat, & sibi magis est credendum, quàm alias regulariter crederetur. Crauet. cons. 73. nu. 30. 220. nume. 17. & in quam pluribus alijs suis consilijs.

Accedat, quòd omnes testes præfati deponũt aduersarium petijsse sortem cum lucris, seu potius usuris, ad quæ quidem lucra, uel usuras non tenebatur D. Reus, ut iam decisum est, per duas sententias conformes, quo fit ut ex tali interpellatione, si probaretur factam fuisse, non fuisset cõstitutus in mora D. Guiciardinus, quia ob petitio-

11 nem partis indebitæ excusatur debitor à mora,
d si nõ soluit interpellatus, nisi creditor se offerat d partem uerè debitam accipere. Bar. in l. qui solidum. in prin. ff. de leg. 2. Castr. & Alex. in l. diuus. ff. ad leg. Falci. Ias. in l. properandum. §. si autem alterutra 5. quæst. numero 17. C. de iudi. & trad.

** magis communiter ** moder. in l. 1. §. si stipulari. ff. de uerb. oblig. Dec. & Cagno. numero sexto,

* ubi dicit communem. * in l. non potest uideri improbus. ff. de regu. iur.

Tertiò principaliter ad hoc, ut creditor possit obtinere huiusmodi lucrũ cessans, necesse habet probare se esse mercatorẽ, uel solitum negociari. ut admittunt omnes hanc q. tractãtes, & trad.

12 Dec. in d. cap. cum uenerabilis. nume. 14. Ruin. d. consi. 48. numero tertio, in quinto. Pet. Rebuff. in repet. d. l. unicę. ult. glo. nume. 22. & sequen. & Benuenu. in loco præallegato. nume. sexto, nec sat est si cõstaret, quòd semel merces emerit, uel negotiatus fuerit, ut trad. Dec. in l. certi conditio. §. quoniam. numero sexto. ff. si cer. pet. & in l. ut liberis. numero 11. C. de collat. per text. in l. tertia. §. fin. ff. de eo quod cer. loco. & expressius Rebuff. & Benuenu. in locis proxime allegatis. Cum igitur in processu non constet ipsum actorem fuisse vnquàm mercatorẽ, sed militem. & tãtummodo

e deposuisse e semel Lugduni in deposito Regis, seu banco Regis aliquam pecuniarum quantitatem. vt deponunt illi testes examinari Lugduni, non potest dici probatum esse illum fuisse solitũ nego-

negotiari, vel mercari, vt huiusmodi lucrum sibi debeatur.

Quartò, vt creditor lucrum cessans petere, & obtinere possit, huiusmodi lucrū debet esse quasi tecum. non autem incertum & in aere, vt hoc
13 † casu, quo necesse habuisset Pepus e ciuitate Ferrariæ transmittere pecunias exactas in Galliam, vt deponerentur super dicto deposito vel banco Regis. tale enim lucrum incertū in nulla debet esse consideratione, vt trad. Cast. & Ias. in d. l. 4. §. fi. Dec. consi. 322. num. 5. & secundum hanc opinionem fuit decisum in cons. Neapo. vt refert Afflict. decis. 20. quam sententiam tenet etiam Rebuff. in d. glo. fi. nu. 29 Ioan. Pyrrhus. in d. l. quatenus. in 3. regu. secūda colum. Plot. in d. l. si quando. num. 861. & Crauet. d. consi. 220. tertio dub. Et licet Cagnol. in d. l. vni. num. 42. voluerit satis esse, si probaretur creditorem fuisse mercatorē talis artis vel negotiationis, & quòd tales similes mercatores erant soliti tantum lucrari pro cē tenario singulis annis. eius opinio nihil facit cōntra. D. Reum, tum quia non videtur vera nec communis, vt ex præfatis, & allegatis per eum ibi constat. tum quia cum etiam non versemur in casu simili suæ practicæ, vel decisioni cessat difficultas, dubium autem nō est quin in casu in quo versamur huiusmodi lucrum sit omnino incertū. cum multa potuissent accidere, vt nihil lucratum fuisset. arg. §. illud quæsitum. in fi. Instit. de rerum diui. quid si in itinere nuntius deferens pecunias deponendas spoliatus fuisset, vt sępe accidit? q d iam si campsor cui hic solutæ fuissent, qui literas cambij dedisset ad campsores Lugduni decoxisset, vt sæpissime euenit? vel si Rex Galliarum, vt annis proximis contigit, nedum retinuisset huiusmodi lucra, & dona dari solita, sed etiam sortem ipsam restituere denegasset? Certè non possumus dicere lucrum huiusmodi aliquid certitudinis habere, vt meritò ab eius pētione sit actor repellendus.

Quintò dico, vt etiam dicebam in alia causa cum disputaretur, an huiusmodi lucrum debere tur. in qua tādem fuit absolutus magnificus Guiciardinus, quòd lucrum huiusmodi, quod ex tali deposito percipi solet. non est licitum, sed est vsurarium. nam repugnat lex nostra, mutuum dātes nihil inde sperantes. & hic deponentes non solū sperant, sed non deponerent nisi pro comperto haberēt se cōsequuturos huiusmodi lucra. quod est illicitum, vt probatur ex trad. in fortiori casu per Laur. de Rodul. in repet. c. consuluit. de vsur.
14 in tertia † par. q. 5. nu. 24. & Angel. de Clauas. in eius angelica sum. in verb. vsura. nu. 55. & 77. & ad propositum trad. Alex. in consi. 210. num. 7. septimo volum. vbi dicit administratorem non teneri ad talia lucra illicita. Dubium autem non est omnes Doctor. tenētes debitorem morosum teneri ad lucrum cessans sólito negotiari, sentire
15 de lucro licito nō de illicito † & reprobo, vt in casu isto. & ita ad propositum trad. Rebuff. d. gl. fin. nume. 22. & sequen. cum certum sit, conuentionem factam inter partes super mutuo datarum pecuniarum fuisse fœneratitiam, & vsurariam per
16 trad. per Roman. in consil. 237. pro † habenda. per totum. quem sequitur Pyrrhus. in d. l. quatenus. col. tertia & per Alex. consi. 61. num. 7. & sequen. 6. vol. & latius alias deduxi, & ita fuit obtētum per duas sententias conformes vt supra, sequitur quòd in odium fœnerantis ipse nō potest aliud interesse petere, quod alioqui sibi iuste deberi posset. vt per Ioā. Lop. in d. c. peruenieīs. loco supra allegato post Aret. in d. consi. & idem tenet
17 † Laur. Sylua. in consil. 10. num. 46. & Rebuff. in d. glo. vlt. nume. 40. vbi dicunt hoc casu, vtile f per inutile vitiari. f

Septimò cōstat ex testimonijs quam plurium testium examinatorū in dicta causa, & etiam ex fide sexcentorum mercatorum consuetudinem esse generalem, quòd mercatore effecto decoctore, non tenetur ad aliqua interesse ad quæ ante decoctionem tenebatur ipse mercator. quæ
18 quidem consuetudo, † & stylus mercaturæ debet obseruari, vt per Paris. consi. 96. nu. 5. tertio vol. si enim possunt alij creditores duas partes ex tribus excedentes in casu decoctionis præiudicare cæteris creditoribus dissentientibus in
19 cōcordio faciendo etiam super sorte † cum decoctore iuxta ea, quæ trad. Castr. in consi. 179. secundo volum. & Benuenu. in d. tract. in tit. de decoctoribus, sexta par. num. 5. tanto magis consuetudo videtur hoc inducere posse in damnum creditoris. quæ quidem consuetudo iuuatur etiā
20 ratione. quia paupertas † debitoris excusat à mora. Petr. Rebuff. in tractat, de priuileg. Scol. in 90. priuilegio, nu. 13. & pro paupertate impedi-
21 tus soluere, non teneat † ad idem lucrum cessans. in his terminis, firmat idem Rebuff. in d. l. vni. vlt. glo. num. 32. & Afflict. citando Theologos in dicta decisione 20. num. 3. vbi dicit ita iudicatum. g Et profectò mirum videtur, quòd cū à debitoribus, qui decoxerunt, vix vnquàm pōt extorqueri sors, vt recentia exempla habemus in hac ciuitate plurium, cum quibus etiam ducalis camera compositionem fecit de recipiendo minus sorte, etiam post longas dilationes, velit hic Pepus D. Guiciardinum teneri ad interesse passa per eum, dum ipse ob decoctionem, quæ absque eius dolo & culpa sibi obuenit, prout præ
22 sumitur † Iuxta trad. per Crauet. consil. 8. nu. 26. stetit carceratus in castro huius ciuitatis, quod quàm pium & æquum sit, videat magnificus Cōsulere habēs, vltra quòd saltem iusta dubitatio, an teneatur stante hac consuetudine nec ne, ex-
23 cusauit ipsum à mora † Crauet. d. consil. 220. numero secundo.

Octauò, cum actor receperit sortē sibi debitā per magnificum Guiciardinū statim quod exiuit carcere in quo tot annis stetit detrusus, & nullum verbum fecit de huiusmodi interesse, certū est, quòd cēsetur moram remisisse, si in aliquam

suisset

24 † fuisset incursus D. Guiciardinus, vt per Rui. cõs. 155. nu. 5. & seq. 5. vol. vbi voluit idem esse, & si partem tantum debiti creditor recipiat. & idem dicendũ est de interesse, qđ debetur officio Iudi
25 cis † vt in casu isto, vt per Bart. & alios in d. l. vnica. Ign. in d. l. quatenus, num. 73. & 78. & Pyrrhus in 4. regula. namq; censeantur remissa sicuti pœna, & alia accessoria, habetur in l. fi. vbi glo. Bart. Ias. & cæteri. ff. de eo, quod cert. loc. Mathes. not. 91. not. singularem. Ias. latè in l. 1. C. de iudi. & ad propositum Paris. consi. 5. num. 202. in 4. & Rebuf. in d. l. vni. in glo. in alijs. nu. 11.

Nonò & vltimo, ex superabundanti dicitur, ꝙ quatenus aliquod interesse lucri cessantis deberetur (quod falsum etiã ex suprascriptis liquet)
26 tamen non potuisset teneri D. Reus † nisi pro prĩmo lucro vnius anni, non autem etiam pro alijs annis, & pro lucris lucrorũ, vt voluit Cagnol. in dubijs allegatus in d. l. vni. nu. 46. & in l. curabit. num. 69. C. de actio. emp. quia in hoc non bene videtur sentire Cagnol. & contraria opini. videtur verior, & æquior, quam tenent Dec. in d. cap. cum venerabilis, num. 14. Cur. Iun. in d. l. vnica, num. 49. & Benuenu. in d. tit. de contract. mercat. num. 4. & de vsuris seu lucris lucrorum Rui. cons. 55. 2. vol. pro quo primo lucro fuit satis, & super aduersario satisfactum, vt in processu.

Ex quibus sublata sunt omnia dubia contra dictum d. Reum excitata, & clara resultat conclusio, actorem ipsum succumbere debere. reumq; absoluendum esse cum victoria expensarum, iuxta l. eum quem temere. ff. de iudi.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

ADDITIONES.

a Istis adde Matthesi. qui dicit communem * in sing. 192.
* Not. singulare. & ibi in additio. Ioã. de Amic. consi. 137. num. 10. Paris. consi. 89. col fi nu. 55. & seq. in 30.

Sed quid si testes alias examinati non sine maxima difficultate possunt repeti propter absentiam, vel aliud ? Saly. in l. gesta col. fi. C. de re iudica. sensit, quòd interim sit standum illis testibus, sed illius opinio habet locum quando testes sunt examinati inter partes, & non fuerunt publicati, quo casu si sunt mortui, vel in remotis ita, vt frustra petantur examinari, tunc eorum dicta possunt publicari per alium iudicem, quod etiam ibi tenuit Bal. prima col. num. 5 & latius Fely. in cap. causam quæ il primo, num. 15. de testibus. Intelligas itaque Saly. dictum in illo casu, quando testes sunt examinati inter partes in eadem causa, non diuersa, & propterea videmus quòd Felyn. qui hanc materiam optime pertractat in eo. c. post Docto. in l. 2. C. de eden. distinguit casus, quando testes examinati in una causa faciant fidem in alia, vel quando in eadem, & non fuerunt publicati, quo casu loquuntur Saly. & alij.

Secundò, intelligo dictum Salyc. quando nè dum difficile, sed firmè est impossibile, quod poss. ut iterũ examinari, & aduerte quòd hæc difficultas est non solum alleganda, sed probanda. nam non admittitur quis ad probandum, uel per testes alias inhabiles, vel per probationem alioqui extraordinariam; nisi probet non posse alias probare intentionem suam, per trad latè per Marsi. in sing. 73. Plures. & Latius Ploc. in l. si quando, num. 149. C. vnde vi. & idem in hac q. tradit Purpura. in d l. 2. num. 121. C. de eden. vbi dicit negligentiam imputari agenti, vel nun producenti.

b Fatetur quidem Claud. ibid. hanc esse magis communem opinionem * * sed eo. num. 33. versi. sed aduerte, videtur redarguere omnes Docto. de æquiuocatione, illamque vult probare per trad. per Bald. in alleg to c. consu. uit. sed fallitur, quia Bald. non loquitur quando secunda causa agitatur ad alium finem, quasi diceret contra decisionem suam in d. l. 2. non recedas itaque ab his receptis opinionibus.

c Et ita debilitatur, vt eius vigore sententia ferri non possit, licèt si lata sit non retractetur, quod tenet Aret consi 71. diligenter. col. 4. versi. his tamen non obstantibus. Marsi. sing. 282. communis & in l. cos. num. 17. ff. ad l. Corn de fals.

d Sed est ne opus, quod ipse debitor fateatur se debitorẽ de parte, vel offerat partem debitam ? respondendum est pro parte negatiua, cum non sit verisimile, quod totum petens partem sit recepturus. l. curor. §. Lucius ff. de vsur. ut dicit Bat. in d l. qui solidum. quod etiam ex legenibus. § si quis stipulanti. l. 1. ff. de verborum oblig. clarius tradunt Ceot in prima lectu. col. fin. num 10 & Galliaul. in fi. num. vlc inquatum & Plot in l si quando, num 184. uersi. 10.

Scio tamen alios aliter sensisse, vt Abb. in cap 1. de plus pet. & Alcia. in d §. si stipulanti. ad fi. sed istorum opinio, neque communia est, neque recepta.

Rursus obstat dictum Alex. consi. 102. numer. 7. in prin. ex cuius doctrina uidetur hanc debitoris oblationem non fuisse legitimam, sed distingue, aut debitor tenetur rationes reddere, & tunc ut morã euitet multa facere debet, ut per Alex. ibi. aut tenetur solum soluere, & hoc casu sola oblatio uerbalis sufficit, cum creditor recipere recusat l. qui Romæ. ubi not. in prin. ff. de uerborum obligat. trad. Alexan. & alij in l. si mora. ff. soluto matr. cum alijs citatis per Tiraquel. in tract. de retract. tit 2. §. 4 g'o 6 num. 6.

e Sed deponere non est mercari, quia depositum est mutuum interpretatiuum. l. certi condictio § deposui. ubi Dec. num 4. ff. si cert. peta. & l. 1. §. si pecunia. ff depos. & in eo habent locum omnia, quæ de mutuo loquuntur. Roma. consi. 500. col. penul. & consi 510. in princ. at mutuo dans pecunias non dicitur mercari, uel negociari, Benuenut. in tract. de merca. prima par. nu. 40.

f Adde Neniz. consi. 74. num. 3. & maximè quando non agitur contra dolosum, & morosum. Plot in l. si quando. num. 453.

g Adde Rol. consi. 35. num. 25. in primo consi. 87. nume. 44. in 20. Medic. in tract. de fortui. casibus. part. 2. q. 4. num. 27 facit, quia paupertas est casus fortuitus. l. 2 §. eo tempore. ff. de admini. rer. ad ciu pertinen. Afflic. decis. 172. num. 2. Tiraquel. in l. si vnquam. uersi. bona. num 5. C de reuo donatio. ergo non debetur interesse à fortuito effecto paupere, cũ ob casum nemo obligetur l. illicitas. ff. de offi. præsid. glo. in c. ad aures. in prin. de ætat. & qualit. Dec. consi. 473. num 7. & 523. num. 3. Ceph. consi. 20. num. 12. Medic. in d. tract. prima par. q. 16. num. 1.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Quando quis excusetur à pœna commissi, vel quia prætendat se immunem, vel non dolo, sed errore non soluerit.

S V M M AE.

1 *Vector mercis si ignoranter fecit contrabannum, & ita amisit currum & boues, habet regressum contra dominum mercium.*
2 *Exceptionem non opponens sibi debet imputare.*
3 *Dictio, videlicet, stat limitatiuè, & restrictiuè.*
4 *Gabella de plaustro, pro plaustro non integro non est soluenda.*
5 *Statutum gabellæ est strictè interpretandum.*
6 *Gabella non est soluenda pro instrumentis pertinentibus ad agriculturam.*
7 *Mercatores res vendunt in eadem specie, artifices vero in aliam formam vertunt.*
8 *Consuetudo semper attenditur in exactione gabellarum.*
9 *Et hæc interpretatur statutum de gabellis.*
10 *Obseruantia declarat immunitatem.*
11 *Priuilegium suum non amittit ciuitas, vel castrum, licet transeat ad alium successorem.*
12 *Immunitas est latissimè interpretanda.*
13 *Dolus requiritur in fraudatione gabellæ.*
14 *Et excusatur consuetudine & obseruantia.*
15 *Credens se non teneri ad gabellam, & habens iustam causam ita credendi excusatur à commisso.*
16 *Error non soluentis gabellam facit, vt quis solum teneatur ad gabellam duplicatam.*
17 *Interpretatio est facienda contra gabellam tanquam rem odiosam.*
18 *Condemnatus iniustè est absoluendus.*

CONSILIVM CCLVI.

In Domino confido.

IACOBVS Callearius habitator in villa Sancti Possidonij districtus Mirandulę, dedit duas rotas ligneas nouas à plaustro duobus bubulcis, qui conducebant vinum Concordiam Ioannis Sentinę, conducendas pariter ad dictã terram Concordiæ absque licentia aliqua daciarij Mirandulæ, & cum fuissent reperti ipsi Bubulci secus confinia Concordiæ, ab executoribus fuere capti, quasi contrabannum commiserint. & licèt fuerint absoluti dictus Io. & dicti Bubulci pro extractione, & conductione vini, fuit tamen condemnatus ipse Ioannes occasione cõductionis ipsarum rotarum in pęna amissionis curruũ, & boum
in libris decem, & fortè in alijs pœnis. Quæ omnia prætendit ipse Io. condemnatus repetere posse à dicto Iacobo domino ipsarum rotarum, qui non accepit bulletam, vel soluit gabellam daciario Mirãdulæ. Quæritur an possit? & in partẽ negatiuã procliuior sum plurib. rationibus. Namquè cum præsupponatur ipsum Ioannem, qui dictas rotas conducendas accepit, sciuisse nullam licẽtiam fuisse petitam, vel bulletam acceptam, & conduxerit scienter dictas rotas faciendo cõtrabannum, sibi est imputandum, nam eo casu amittit currum, & boues, secus vero si ignoranter, quia aut non amitteret, aut si statutum etiam expressè disponeret, ꝙ confiscarentur boues & currus alieni, quòd tamen nõ disponit statutum
1 Mirandulę, tunc haberet † regressum contra dominũ Rei. ita declarant Albe. Imol. Castr. & Cuman. in l. cætera. §. dominus. per illum text. ff. de public. Bertach. in tract. de Gabel. vltima part. q. 9. num. 15. Rip. in tract. de pest. in tit. de præseruati. remed. c. deuenio nũc ad modum, nume. 132. & seq. & Iul. Ferret. in tractat. de Gabell. & publican. nume. 55

Secundò, cum dicta sententia lata contra ipsum Ioannem fuerit iniusta, & etiam ipse nõ opposuerit exceptiones ex quibus poterat se tueri,
2 & illas non probauerit, sibi est † imputandum, l. exceptione. cum ibi not. ff. de fideiussorib. Namque primò, nõ est dispositum per aliquod ex statutis datiorum Mirandulæ, ꝙ de huiusmodi rotis datium solui debeat. Et licèt statutum in rubric. datium uasorum lignaminis laborati. disponat soluendum esse datium de lignaminibus laboratis, tamen loquitur restrictiuè & limitatiuè per di
3 ctionem, videlicet, quę est limitatiua, † & restringit. Paris. consil. 17. num. 38. & 63. num. 2. 3. volu. exprimendo plura vasa laborata videlicet, vegetũ taleriorum, scutellarum, concharũ, beuinarũ, & similium rerum. certum est autem, quòd rotæ à curribus non sunt vasa, vel similes res expressis, ideo non potest fieri fundamẽtum in ipso statuto, ꝙ etiam non loquitur de extrahente res huiusmodi extra districtum, sed de transeunte, vel transeunte per illud, quod est quid diuersum. & cum disponat, ꝙ pro curru onerato, seu plaustro dictorum vasorum soluendos esse sol. sex tãtum,
4 non erat etiam soluenda Gabella, † cum non esset vnum plaustrum integrum, secundum doctri. Bar. in l. ita autem. in prin. ff. de admi. tuto. & certum est etiam statutum loquens de Gabellis stri
5 ctè esse † interpretandum. Ang. consi. 9. pro euidentia. in princ. & consi. 385. statutum. in prin. & Nat. consi. 274. num. 7. & 8. in tantum, ꝙ non potest etiam extendi de similibus ad similia, Bal. in l. prima. num. 9. C. quæ sit longa consuetudo, & loquens in vno non potest extendi ad aliud, Bertachi. in tract. de Gabel. 8. par. tertio membr. qõ. 3. num. 4. Quinimò cum rotæ huiusmodi sint instrumenta ad exercendum agriculturam pro eis
6 non est soluendum † vectigal, l. vniuersi. C. de vectigal.

ctigal.& comis.& Ferret.d. tracta.numer. 229.&
numer.534.
Nec etiã ex aduerso potest fieri fundamen-
tum in statuto vltimo datiorum in Rubri.datium
vniuersale rerum non cõtentarum in statutis da-
tiorum, neque trauersiæ. quo disponitur datium
esse soluendum pro mercantia, vel re spectante
ad mercantiam, quæ non sit specificata in statu-
tis datiorum, & trauersia. tum quia loquitur in da
tio trauersię non extractionis, vt supra, cũ ẽt quia
hic non agimus de aliquibus mercibus, vel reb.
pertinentibus ad mercantiam, sed de rebus per-
7 tinentibus ad artificium. quia mercatores † ven-
dunt res in eadem specie qua emerunt, artifices
verò in aliam formam vertunt, & mutant. Fe-
de.de Sen.consi.207.nos Griffolus.num.2.Abb.
consi.6.secundo dub.in primo vol.Feli.in prohe.
Gregor.ante fi.Alcia.qui not. declarat. in l. mer-
cis.ff. de verb.signif.& Benuenut.Strach. in tract.
de mercato.prima par.num.22.& 23.& cum nõ
constet de dictis rotis fuisse soluen. datium ali-
quod vt supra, non potest etiam fieri fundamen-
tum in alio statuto, de extrahentibus,& cõducen
tibus aliquid Concordiam. disponens de eis re-
bus dimidiam datij tantum esse soluendam.
Secundò, stante statuto Mirandulæ datiorum
in Rubric. quod habitantes in locis hic expressis
possint conducere vinũ, & omnia legumina Con
cordiam nihil soluẽdo. quo disponitur habitan
tes in villa Sancti Possidonij posse conducere si-
ne solutione gabellæ vinum, blada, legumina, ad
terram Concordiæ; videturq; etiam impunè hæ
rotæ ligneæ potuerint illuc cõduci, sicut possunt
aliæ res expresſę in statuto etiam sine licẽtia, vel
bulleto, & sine periculo contrabanni, cum maxi-
mè præsupponatur fuisse, & esse antiquissimam
cõsuetudinem, q; omnes res sine licentia, vel bul
letto illuc extrahi possint, in exactionibus enim
8 Gabellarum consuetudo † semper est attenden-
da, l. locatio. §. earum rerum. & l. si publicanus. §.
fi.ff. de publica.& vectigal.& l.fi.C.vecti.nou. in-
stit.non poss.Ferret.d.tracta.num.236.Bal. consi.
340.si pater.num.4.in 3.Roland. à Val.consi.79.
num.80.& seq.in 3.Bursat.consi.138.num. 42. &
Fran.Ber.in consi.96.in princ.iuncto nu.18. Quæ
cõsuetudo interpretata fuit dictum statutum, vt
omnes res indistinctè cõduci, & extrahi possint,
ad dictam terram Concordiæ sine licentia, uel
bulleto, aut solutione gabellæ. quam consuetudi
nem satis apparet sciuisse dictum Ioãnem & eius
Bubulcos, ex quo vinum illuc conducebaut sine
aliqua licentia datiarij Mirandulæ, quod tñ non
omnino licitum est ex dicto statuto, sed imò con
ducens incurrit pœnam solidi unius cum dimi-
dio, pro quolibet quartario vini, & tamen, in om
nibus fuit absolutus, vt audio, ipse Ioãnes, quòd
fieri non potuisset, nisi prætextu dictę consuetu-
9 dinis, quæ quidem consuetudo † interpretatur
statutum, cap. cum dilectus. de consuetu. Alex. in
terminis, consi.216.in fi.6.vol.Dec.consi.48. nu.
1.versi.& primo. Soci. Iun. cons. 2.nu. 24. & seq.
primo vol.& Ioseph.Ludo.conclu. sua 38. versic.
infertur 32.& versi.infertur 41. & ex obseruantia
subsequuta talis immunitas concessa dictis habi
10 tantibus in dicta uilla, & alijs illic nominatis † in
dicto statuto declaratur. Bar.cons.59. commune
spoleti, num.3.Soci.consi.149.2. col. in princ. &
consi.36.num.21.versi.12.in 4.Beci. d. consi.96.
num.13.& 14.& latissimè Ioseph. dicta cõclusio-
ne ferè per totam. Quod tanto clarius in casu isto
procedit, ex quo dicta villa S. Possidonij olim
erat de districtu Concordiæ, nec tenebantur ad
aliquod datium habitatores conducentes res ad
dictam terram Concordiæ, licèt tempore captæ
Mirandulæ fuerit effecta de districtu Mirandulæ.
nam non propterea debet amittere eius priuile-
11 gium † licèt transeat ad alium successorem, vt ex
Bal. trad. Ferret. d. tract. nu. 97. Immunitas autem
quæ habitantibus in dicta villa concessa est, la-
12 tissimè † venit interpretanda, vt ad propositum
trad. Iacob. Emil. cons. 107.num. 16. Cepha. con-
sil.6.num.3.& 418, num.36. Alcia. cons.18. num.
4.& seq. lib.4. Rolan. à Vall. consi.42.num.22. se-
cundo vol.& 50.num.41.in tertio. Menoch.con-
sil.2.num.54.& Decia. responso. 22.nu.13.1.vol.
13 Tertiò, cum dolus exigatur † in frandatione
gabellæ. l.fi.§. diui quoque.ff. de publica. & vecti.
Bar. Ang.& Imol. in l. commissa.ff. eod. titu. Abb.
cons.68.primo vol. Bertach. in tract. de Gabel.9.
par.2.q.nu.3.& tertia q.num.6. Rolan. consi. 42.
num.15.& 18.in 3.vol. Menoch.consi.98.nu. 22.
& Beci.cons.98.num.6. nec possit iustè dici dictũ
mittentem uel conducentem fuisse in dolo, cum
habuerit iustam causam credendi non teneri ad
petendum licentiam, vel soluẽdum datium stan-
14 te dicta consuetudine, & obseruantia † quæ ex-
cusat à dolo. Bal. cõsi. 211. proponitur. post med.
uersi. prima opinio. 3. volu. non poterat etiam ex
hoc capite dictus Ioannes condemnari, & quod
15 excusetur is qui credat se nõ † teneri, & habeat
iustam causam sic credendi trad. Tiraq. in tracta.
de pen. caus.43.num.2.& seq. Osasc. decis. pede-
mont.71.num.17.& Fran. Bec. d. consi.96.nu.16.
Quartò, cum ex iusto errore non fuerit soluta
Gabella non potuissent rotæ, nec currus, uel bo-
nes incidere in commissum, vel condemnari con
16 ducens ad aliàs pœnas, quàm ad † Gabellam du
plicatam. d. l. fi. §. diui. l'vltimo. ubi Doc. ff. de pu-
blica. Bertachi. d. tracta. de Gabell.9.par.2.q. nu.
3. Ferret. d. tracta. numer. 103. & Rolan. à Vall. d.
consi.42.nu. 13.& seq. in 3. licèt cum habuerint
probabilem ignorantiam excusentur etiam à du
plicata Gabella. Comen. consi.5.& Rolan. d. con
si.num.17.
Postremò loco, quando casus fuisset dubius
(prout iudicio meo est clarus) ad fauorem & bu
bulcorum, & domini, rotarum, cum Gabella sit
17 res odiosa contra eam erat facienda † interpre-
tatio. Emil. consi.60.num.8. Osasc. d. decisio. 71.
num.7. Nat. cons.274.num.8.& latè Ioseph. Lud.
conclu-

conclusione 15. versic. sed isthæc. cum seq. & per
consequens ipse Ioannes erat absoluendus, non
condemnandus, si igitur iniustè fuit condemna-
18 tus † non tenetur dictus Iacobus l. Herennius. §.
fina. ff. de euictio. cum similibus.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM

Qui sub fideiussione non poterat egredi camerã, an si egrediatur credens Commentariensi dicenti, id posse fieri ex permissione iudicis, relinquat fideiussores excusatos?
Credens fide digno quo casu non puniatur?

SVMMAE.

1 *Carceratus pro quo aliqui fideiusserint, an sit sub custodia fideiussorum, an vero Commentariensis?*
2 *Carceratus non debet credere Commentariensi, quando agitur de præiudicio tertij.*
3 *Fideiussores carcerati, vt dicantur esse illius custodes, necesse est, vt illis traditus sit in custodiam.*
4 *Et quando si ille fugiat possint puniri eadem pœna etiam corporali?*
5 *Carceratus datus in custodiam fideiussorũ non propterea est liberatus à custodia Capitanei carcerum.*
6 *Credens officiali, vt excusetur à pœna sufficit, quòd ille officium habeat.*
7 *Sacerdos ex iusta credulitate ministrans sacramenta in aliena parochia excusatur.*
8 *Credens officiali de re pertinenti ad suum officium est dignus excusatione.*
9 *Excommunicatio ut euitetur homines debent esse omnino cauti.*
10 *Credens homini fide digno excusatur à pœna.*
11 *Credulitas qualibet excusat à pœna.*
12 *Etiam si sit iniusta secundum communem opinionem.*
13 *Iniusta autem excusat à dolo, sed iusta à culpa.*
14 *Quod procedit licèt agatur de pręiudicio tertij.*
15 *Credi potest impunè personæ fide dignæ, si nulli sit præiudicium.*
16 *Et maximè esse debet locus excusationi quando fiscus tractat de lucro captando, & reus de damno vitando.*
17 *Credulitas vt excuset multum refert, quód relatum sit verum.*
18 *Et sufficit probare causam non plenè.*
19 *Et si quod creditur est verisimile.*
20 *Credens aliquid sibi licere, non potest teneri pœna aliqua.*

CONSILIVM CCLVII.

In Domino confido.

ADHVC non obstantibus subtilibus
responsionibus magnifici dom. Ad-
uocati scribentis ad fauorẽ fisci con-
tra D. Franciscũ magnifi. Clauenam,
eius sum sententiæ, vt ipse liberandus sit a pœna
conuenta, licèt exiuerit Camerinum pro carce-
re sibi assignatum, motus asseueratione Capita-
nei carcerum, affirmantis se habuisse licentiam à
magnifico Domino consultore, vt in processu,
per ea quæ abundè scripsi in alijs allegatis. Qui-
bus licèt fuerit responsum ex aduerso, re tamen
vera fundamenta nostra non fuerunt, nec subla-
ta, nec elisa. Namquè ad duo principaliora, ꝙ
ipse Clauena habuerit iustam causam credendi
commentariensi & custodi, & tanquàm fide di-
gno, & propterea excusetur à pœna, & tantò ma-
gis ex quo exigebatur dolus, in cõtraueniendo,
nititur ipse magnificus Aduocatus ostendere, ꝙ
ipse Clauena non erat amplius sub custodia di-
cti Capitanei, sed suorum fideiussorum, per ea
1 quæ ipse adduxit † & quæ adduxerunt etiam D.
Rim. Iun. in suo consi. 135. quod ego non admisi
in dictis allegationib. & quia cũ ageretur de prę-
iudicio tertij, nẽpè Ducalis Camerę, cui fuit pro-
missa pœna, non facile debuit credere dicto Co-
2 mentariensi affirmanti habuisse licentiam † ex-
eundi de dicto Camerino pro ipso carcerato, ex
trad. per Castr. consi. 295. primo vol. nu. 1. quem
fuit sequutus Fely. in c. cum contingat, num. 4. de
rescrip. & in c. cum in iure, num. 1. de officio dele.
cum alijs adductis in suis allegat. verùm respon-
siones ipsæ non tollunt ipsa nostra fundamenta.
Namquè primò, quòd ipse carceratus non esset
amplius sub custodia ipsius Capitanei, propter
fideiussores datos de non exeundo de Cameri-
no sibi pro carcere assignato, sed sub custodia
fideiussorum, iudicio meo non est verum, cum
imò remanserit sub custodia ipsius Capitanei. ut
3 enim transeat carceratus † in custodiam fideius-
sorum non satis est, quod ipsi promittant, ꝙ non
exibit locum assignatum pro carcere, sed quod
tradatur eis, ut custodibus, tunc. n. ipsi tanquàm
comentarienses tenerentur ad custodiam illius
4 adeo, quod si fugeret possent † eadẽ pœna etiam
corporali puniri, qua fugiens puniri posset. & ita
declarauit Saly. citatus ex aduerso, & p D. Rim.
in d. consi. nume. 23. & declarat apertius Roder.
Soarez. in tit. de fideiuss. in caus. crim. qui est om-
nium ultimus post eius allegationes, num. 26. &
seq.

ſeq. quem ſequitur Menoch. in citato caſu. 351.
num.37.& idem firmat Celſ. Hugo, etiam ex ad-
uerſo citatus in conſi. 121. num. 1. cum igitur cu-
ſtodia ipſa expreſsè non fuerit commiſſa fideiuſ-
ſoribus, ſed tantum per eos promiſſa pœna caſu,
quo ille exiret: qui eſt alius caſus diuerſus, quo
non poſſunt teneri fideiuſſores, niſi ad illam pœ-
nam pecuniariam cõuentam, cuſtodia ipſa pro-
culdubio remanſit penes Capitaneum, vt prius,
nec hoc caſu erat opus dare alium cuſtodem.

Pręterea, cum à principio fuerit data cuſto dia
ipſius rei domino Capitaneo, licèt fuiſſet exinde
datus in cuſtodiam fideiuſſoribus (quod certè
non eſt) non propterea fuiſſet liberatus à cuſto-
5 dia dicti Capitanei, † vt in terminis tradit Barto.
quem alij ſequuntur in l. ſi vt certo. §. ſi. de me. nu.
2. ff. commoda. cui deciſ. non video bene ſatisfa-
ctum ex aduerſo.

Cæterum in hac materia, vt credatur alicui ra
tione officij, & habeat ille credens iuſtam excuſa
tionem, non eſt opus quod officialis ipſe habeat
6 cuſtodiam carcerati, ſed ſufficit † habere officiũ
aliquod, vt in caſu not. in quo ſcripſit Lap. alleg.
126. inferius citanda de presbytero qui credidit
mulieri, quæ pio, & charitatiuo officio inſeruie-
bat carceratis, quòd habuiſſet licentiam à paro-
7 cho ad quem pertinebat † miniſtrare ſacramen-
ta carceratis, qui erant ſub ſua parochia, vt ſa-
croſanctum Euchariſtiæ ſacramentum, cuidam
carcerato infirmo deferret. ex quo illud pertine
bat ad eius officium, cap. fraternitatis. de frigi. &
malefi. vt per eum ibi ſub num. 3. verſ. re deundo.

Quò ad ſecundum, quòd dictus Reus habue-
rit iuſtam cauſam credendi dicto Capitaneo af-
firmanti habuiſſe licentiam illum exeundi: vltra
quod erat de pertinentibus ad ſuum officiũ, quia
eſt homo fide dignus, & propterea non poſſit te-
neri aliqua pœna ultra ea, quæ in prioribus ſcri-
8 ptis † adduxi, rad. Alber. & Ang. in l. mariti. §. ple
ctitur, num. 2. ff. ad l. Iul. de adult. Lap. ad propoſi
tum in d. allegatione 26. vtique reſpondit pre-
sbiterum illum excuſari à pœna excommunica-
tionis, miniſtrando ſacramenta in parochia alie
na ſine licentia illius parochi, ex quo credidit il-
li mulieri affirmanti ab eo licentiam habuiſſe. &
tamen negari non poteſt quin ageretur de præiu
dicio tertij, & de pęna excommunicationis, quæ
9 facilius incurritur, & ad quam † euitandam ho-
mines debent eſſe cautiores, & nõ faciles ad cre-
dendum, vt eſt tex. in c. illud. de cleri. excom. uel
depo. & obſeruandum eſt, quòd caſus illius deci
ſionis eſt omnino ſimilis huic noſtro, & omnia in
hoc concurrunt, quæ in eo concurrebant. primò
enim audiuit à perſona fide digna, & quæ affir-
mabat ſic eſſe in pertinẽtibus ad ſuum officium,
relatio non erat facta ſuper malo, ſed ſuper bono
pro valetudine carcerati conſeruanda, ex quo
æſtu, & nimio calore torquebatur, & agebatur
res extra iudicium, nec fiebat pręiudicium alicui
ſaltem graue, quia nihil propterea fiſcus amitte-
bat, quin potius potuiſſet amittere, ſi fuiſſet infir-
matus reus, vel obijſſet. cum fortè condemnatio-
nem pro delicto, delicto debitam exigere nõ po-
tuiſſet, nec emolumentum aliquod ipſe Capita-
neus poterat conſequi ex falſa relatione, vnde
non erat putandum, quod moueretur falſo ad ea
referẽdum, & cum pateretur periculum infirmi-
tatis, non erat quęrendum, an verum eſſet de di-
cta licentia, nec nè. Et maximè, quia ipſe referẽs
falsò de ſuo tenebatur, hęc omnia concurrunt in
hoc caſu, & ideo hęc deciſio optimè conuenit ad
deciſiones huius cauſæ, quam Lap. deciſionem
ſequitur Alex. in conſi. 190. num. 7. in 7. Felyn. in
d. c. cum contingat, num. 3. & Antonius Gabr. in
allegata concluſione 7. ampliatione 8. nume. 36.
& plures alij, quos conſultò omitto. hanc etiam
concluſionem principalem, quòd excuſetur à pę
10 na ille qui credidit † homini fide digno tenet ẽt
Marſi. in conſi. 62. num. 10. Plot. in conſi. 108. nu.
93. verſi. 47. in primo uolu. conſiliorum crimina-
lium, alias eſt conſi. 19. in ſuo uolu. Bec. conſi. 60.
num. 14. & ſeq. ubi plura citat. 95. num. 21. & 96.
num. 16. Burſat. conſi. 77. num. 16. 279. nume. 12.
318. nu. 13. & 321. num. 24. Menoch. conſi. 107.
num. 25. & Decia. in conſ. 29. num. 19. ubi loqui-
tur in famulo hoſpitis, primo uol.

Quæ ſententia tanto clarius procedit, ex quo
dolus exigebatur ad incurrendũ illam magnam
pœnam mille aureorum, quæ excedit valorem
omnium bonorũ dicti Rei. nam ut dixi aliàs nul-
la eſt difficultas, cum quælibet credulitas excu-
11 ſet à pęna, quod etiam ultra † alios citatos trad.
Ang. in d. §. plectitur, & Alber. ibi in §. quæſitum.
qui citat antiquos, & illic eſt text. expſſus id pro-
bans, quod uoluit etiam Barb. conſi. 67. col. ſi. cir
ca med. 2. uol. Dec. conſi. 178. colu. 3. circa med.
Fely. in conſi. 23. num. 11. & ſeq. & Beci. d. conſi.
60. & Cepha. ex aduerſo citatus conſi. 75. nu. 13.
12 & ſeq. Quinimò hoc caſu credulitas iniuſta † ex-
* cuſaret ſecũdum cõmunem * opinionem, ut per
Ang. ibi per l. igitur, ff. de libera. cauſ. Soarez. in
Theſaur. recepta. ſenten. in uerb. credulitas, &
Clar. in §. ſi. q. 60. uerſic. & generaliter, ubi dicit,
13 quod iniuſta credulitas † excuſat à dolo, ſed iu-
ſta, à culpa. ſequitur Burſat. in d. conſi. 279. num.
12. & 290. num. 8. & Bec. conſ. 96. num. 16.

Nec obſt. conſi. Caſtr. quem multi ſequuntur,
quia primò opin. illius non uidetur uera indiſtin
ctè, ut non excuſetur qui credit fide digno, etiam
in præiudicium tertij, pro ut ſunt tot deciſiones
Doctorum, aliàs, & ſupra allegatorũ firmãtium,
14 quòd imò excuſatur, etiam ſi agatur † de pręiudi
cio tertij, & maximè de pœna. & hoc caſu eſſe li-
mitandam opinionem Caſtr. intellexit Fely. in c.
licèt Heli. 6. not. & in c. per tuas, il ſecundo, num.
2. uerſi. in glo. prima, de ſimon. quod tenet Balb.
in repet. l. Celſus, in prin. num. 39. uerſ. & ideo pu
to. & ita tenet Gabr. d. concl. 8. num. 46. cum ſeq.

Præterea animaduertendum eſt, quod Caſtr.
in eo conſi. loquitur in diuerſis terminis caſus no

ſtri,

ſtri, nam ibi ille reſpōdit in caſu, quo contra con
uentionem quis receptauit gētem armatorum,
quæ potuiſſent alteri nocere. & ibi etiam ſe fun-
dat, quod notificatum fuerat per partem, ꝙ non
aſſenſerat dictæ receptationi, quæ non concur-
runt in caſu iſto, in quo nullum preiudicium poſ-
ſet pati fiſcus ex tali exitione, & ſpaciatione ad
capiendum frigus opacum. nam quādo nullum
ex eo actu cuique fit præiudicium, poſſe impune
15 † credi perſonæ fidedignæ omnes admittunt, &
præſerum Abb. num. 6. & Fely. num. 6. in d. cap. li
cet Heli. Nam in hac materia ut ſcribit Fel. in d. c.
cum contingat, num. 2. in fi. non poteſt dari certa
doctrina, ſed debet inſpici materia ſubiecta. Vn
de cum hic reus tractet de damno uitando, & fi-
16 ſcus de lucro captando † excuſatur is, qui credi-
dit alteri, cum ſecus fortè eſſet, ſi vterq; tractaret
de damno. Alber. in l. 2. ff. quòd falſ. tuto. aucto.
Quod, & ſi iuſtè potuit credere reus dicto Capi-
taneo referenti de dicta licentia cōceſſa pro una
vice, potuit etiam credere fuiſſe conceſſam pro
pluribus vicibus illo ſic affirmāte. ſicut etiam ceſ
ſat id quod conſideratur, quòd non ſit credend.
dicto teſti unico, & ſingulari, quia Doctor. magis
* communiter * firmant hoc caſu unicum ſuffice-
re, vt quis habeat iuſtam cauſam credulitatis, &
excuſetur à pœna. quod tanto magis procedit,
quando non conſtat id, quòd fuit relatum fuiſſe
falſum. nam poteſt eſſe, quòd magnificus D. Ni-
grellius talem licentiam conceſſerit, licèt de ea
fuerit oblitus ob multitudinem negotiorum, &
quia memoria labilis eſt, & multum intereſt, ꝙ
17 conſtet relatum fuiſſe † verum, uel falſum, ut per
Alber. diſtinguentem in d. §. qui quæſitum. & ꝙ
18 ſufficiat probare † cauſam non plene, ex Alex. &
Cur. in prioribus allegation. comprobatum fuit,
& trad. etiam Gabr. d. concluſione 8. num. 64. &
ſeq. ubi alios citat. & cum ipſe Capitaneus retule
rit licētiam habitam ab ipſo domino Conſulto-
re præſente, & exiſtente in ciuitate, tanto clarius
19 ei credendum † erat per ea, quæ poſt Roman. &
alios ſcribit Gramat. deciſione 36. nu. 26. & 27.
& cum vt ſupra probatum eſt, Capitaneus ille eſ-
ſet cuſtos carceris, & Comentarienſis, ei pro-
pter officium ſuum erat credendum.

Nec eſt etiam verum, quòd in caſu iſto non
exigeretur dolus ex quo de pęna pecuniaria age
batur, quia cum agatur de maxima pœna exce-
dente longe bona rei, & tractetur de contraue-
niendo contractui, non poteſt negari quin do-
lus exigeretur ex adductis in allegationibus pri-
mis, & in hoc Caſtr. non bene loquitur præſuppo
nendo, quòd in ſuo caſu exigeretur dolus, imò ſi
ſatis fuiſſet culpa cum iuſta fuerit cauſa creden-
di excuſatur credens, ut ſupra ex communi ſen-
tentia comprobatum fuit. Et cum crediderit id
20 ſibi licere non poteſt aliqua pœna † teneri, ut,
ultra alias adductos tenet Burſat. d. conſil. 325.
num. 84. & Feder. Scot. tom. 2. ſuorum reſponſo-
rum libro tertio, reſponſo 42. numer. 12. & ſeq.
ex quibus omnibus in contrarium adductis ſal-
tem virtualiter patet reſponſum.

Laus Deo Opt. Max. Barth. Bertaz.

Conſilium de quo hic ſæpe, eſt in primo uol. &
adhuc pendet hæc cauſa.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM

Ex quibus dicatur animal mortuum fuiſſe culpa
conductoris, & quando ab illa excuſetur ille.

SVMMAE.

1 *Animal quomodo cognoſcatur, an mortuum ſit ex morbo prius concepto, & inueterato, vel ex recenti.*

2 *Animalis excoriatio & diſſectio eſt facienda, ut cognoſcatur quomodo interierit.*

3 *Caſus fortuitus eſt, ſi animal morte naturali moriatur.*

4 *Animalis mortem ſufficit conductori probare.*

5 *Culpa non præſumitur, ſed eſt per allegantem probanda.*

6 *Diligentia præſumitur.*

7 *Actus ad delicti excluſionem præſumitur factus tempore debito, & licito.*

8 *Culpa nō imputatur illi, qui non facit id, quod non eſt profuturum.*

9 *Iugaticam habens non tenetur ob mortem animalis, niſi ob leuem culpam.*

10 *Et an teneatur probare benè & legaliter cuſtodiam adhibuiſſe.*

11 *Culpa non eſt in eo, qui ad unguem ſeruauit ſtatutum.*

12 *Diligentia cuſtodiæ, & gubernij animalis, an ſit probanda à conductore.*

CONSILIVM CCLVIII.

In Domino confido.

Sententia lata aduerſus D. Alfonſum latioſum per D. Poteſtatem Parti, tanquam iniuſta uenit reuocāda. & illam in melius reformādo, venit abſoluen. à petitis per Baptiſtam Baionum actorem. Namquè ſtante ſtatuto noſtro. Quæ dicatur bona, & legalis Iugatica, fol. 210. in 2. facia. verſi. ſi verò præſati boues. & probationib. factis pro parte ipſius D. Alfonſi. ipſe non tenetur de morte bouis, cum diuino iudicio, & naturaliter obierit, vt expreſsè diſponit ſtatutum ipſum. Cum enim vt deponunt plures teſtes domini Alfonſi, bos ipſe fuerit excoriatus, & apertus poſt eius obitum,

& repertum fuerit habere iecur fracidum & pu
tridum, vt attestatur tertius testis, quartus, quin-
tus, & sextus. adeo quòd etiam canes ex eo no-
lebãt comedere. vt expertus fuit quartus testis.
a certè apparet, quòd ex morbo [a] concepto longè
1 ante ipse bos obijt. † vt ad propositum trad. Ioã.
Andr. in addit. ad Specula. in tim. de empt. & ven
dit. in §. sciendum, in versi. & not. quòd in vendi-
tionibus, in versi. variè. Quod dicit Bal. esse fa-
cien. quando dubitatur, an animal sit mortuum
2 ex passione morborum † interiori. in l. secunda,
col. quarta, sub numero 4. versic. & si dubitatur.
C. de rescin. vend. & Ioan. And. sequuntur alij plu
res, vt per Fab. de monte, in tracta. de emptio. &
vendit. sexta quæstio. 13. memb. nume. 59. Boer.
decisione 323. num. 12. & Gaspar Cabal. in tract.
de ædil. ædict. capit. 2. nume. 26. cum enim tales
morbi in intestinis generantur, & præsertim in ie
b cure & hepate, [b] non potest aliter dici nisi, quod ani
mal diuino iudicio moritur, & sic morte natura-
li. quæ hoc casu dicitur casus fortuitus in anima-
3 libus. † Guid. Pancirol. qui plura in id citat in con
silio 147. num. 20. & 21. Et in his terminis, quòd
4 sufficiat probare mortem † per conductorem
trad. Imol. in l. cum ita. §. species. ff. de legatis pri-
mo, & idem multis rationibus & auctoritatibus
comprobat Lauren. Sylua. in consi. 29. numer. 7.
9. & 10. & in non absimili casu voluit Cor. in con
si. 108. 2. & 3. col. primo vol. Est verum, quòd sta
tutum priuatum addit (nisi dolus, lata culpa, aut
leuis tenentis ad iugaticam præcederet) sed in
hoc statutum ipsum non obligat conductorem
ad probandum dolum, vel culpam non interue-
nisse. sed id probandum est per allegantem. Et
quòd non fuerit probatum inferius apertissimè
ostendetur. non enim præsumitur dolus, vel cul-
pa, sed probandus & probanda est, vt appositis-
simè tetigit magnificus procurator in sua infor-
5 matione, & quòd non præsumatur, † sed per al-
legantem sit probanda culpa fusissime ostendit
Bec. in consi. 37. num. 11. & quòd præsumatur di
6 ligentia † voluit Ruin. consi. 93. nume. 7. in 5.

Solùm uidendum est, an ipse D. Alfonsus fece
rit, vel probauerit ea fecisse, quæ disponit statu-
tum ipsum teneri facere illum, qui bouem ad iu-
gaticam conducit. & arbitror quòd sic. primo n.
mortuo boue, & absente Baiono habitãte in Vil-
la Consandoli, vt legitur in suo mandato facto,
in processu. fol. 11. ostendit illum mortuum qua-
tuor testibus supra citatis, qui uiderunt eum mor
tuum, & excoriari ac aperiri, & habere iecur pu-
tridum, vt supra, quod est primum requisitum di
cti statuti. secundo probatum est, quòd denun-
ciauit infirmitatem bouis ipsi Dominico, & mi-
sit ipsum vocatum, vt veniret ad uidendum illum
infirmũ. hoc enim fatetur ipse aduersarius respõ
dendo positionibus in processu, fol. 13. ad secun
dum capitulũ. & idemmet fatetur in suis capitu-
lis idem Dominicus fol. 18. in secundo capit. ubi
etiam fatetur, & iuisse & misisse ad illũ uisendũ.

Idem etiam deponunt plures testes pro D. Alfon
so examinati, maximè tertius, & sextus, qui id
expressè deponunt. & licèt non affirmant preci-
sè id fuisse factum ea die, vel sequenti, quo fuit
infirmatus, quàmuis ex uerbis illorum constet,
quòd id fuerit in ipso initio infirmitatis. tamen
id præsumitur ex regula illa, quòd quando actus
potest esse licitus uno tempore, & alio illicitus,
præsumitur factus tempore licito, & debito non
7 indebito † vt per Bar. in l. nõ solum. §. sed vt pro-
b ari. vbi etiam Ale. & alij. ff. de oper. nou. nun. &
Fely. in c. in præsentia. num. 12. de probat. ac Al-
cia. in tracta. præsumpt. regula tertia, præsumptio
ne prima, num. 2. tertio probauit ipse D. Alfon-
sus, quòd usus fuerit omni possibili diligẽtia pro
medela, & salute ipsius bouis. nam testes sui de-
ponunt primò de diligentia sua in genere in te-
nendis bestijs & custodiendis illis. quod non ne-
gat etiã actor in processu fol. 15. & in specie om-
nes deponunt, quòd fuit ei datum fœnum in eius
infirmitate. licèt antea fuerit data palea. & de cu
ra adhibita propter scabiẽ deponit secundus, &
sextus, sed cum omnis cura & diligẽtia omnisq;
medella uana fuisset propter morbũ existentem
in incure incurabilem. etiam quòd nihil diligen-
tiæ in hoc fecerit, non esset ei culpa adscribenda,
8 quæ non potest imputari † illi qui non facit id,
quod non est profuturum, Beci. qui alios citat d.
consi. 37. num. 29. & cons. 105. num. 20. ultimum
c quod est notificatio [c] mortis, satis est etiam pro-
batum, quia misit pellem ipsius bouis mortui, &
excoriati dicto Baiono, quæ fuit ei relicta eo ab-
sente in eius domo. ut ipse fatetur in primo actu
processus causæ principalis. Et quòd miserit mor
tuo boue pellẽ dicto Dominico. D. Alfonsus de-
ponunt tertius, & sextus testes. Ex quibus cõstat
quòd à primo ad ultimum ipse D. Alfonsus om-
nia fecit, adimpleuitque sibi incumbentia ita, ut
nihil ei possit imputari.

Et licèt ipse aduersarius nixus fuerit probare
per aliquot testes, quòd D. Alfonsus defecerit in
cura, & gubernio dicti bouis. tñ in veritate id
non probauit, maximè ex quo contrarium depo
nunt alij testes ipsius D. Alfonsi. Vltra quòd dicti
testes aduersarij fatentur, quòd bobus proprijs
D. Alfonsi, quorum vnus erat etiam scabiosus da
batur palea. & cum hoc casu cõductor boum ad
9 iugaticam non teneatur, nisi de leui culpa † vt ex
statuto priuato decisum est. quod de iure com-
muni, voluit etiam Corn. dicens teneri ex cõtra-
ctu innominato simili locationi, in d. consi. 108.
2. col. & in repet. l. si pascenda, nu. 48. C. de pact.
& sufficit quòd tandem curã & diligentiam adhi
buerit rei alienæ sicut propriæ, ad not. in l. quod
Nerua. per Bar. num. 26. ff. depo. & Cagn. in l. con
tractus, num. 17. & sequen. ff. de reg. iu. ex quo est
diligens paterfamilias, vt supra, licèt in casu isto
cessset hæc disputatio cum imò, vt deponunt te-
stes dicti appellantis, fuerit datum fœnũ, & gu-
bernatus bene, & diligenter bos ille. Quod au-
tem

tem aliquid passus fuerit bos, qui incidit in quandam foueam lutosam in curtile existētem, nihil officit, quia cum appareat causa morbi nempè vlcera iecoris, non est curandum de illo casu, ex quo propter illud non obijsset.

Et ex his etiam tolluntur ea, quæ subtiliter in dubijs adducuntur. nam primò, quòd teneretur probare D. Alfonsus legaliter, & bene guberna-
10 re † fecisse dictos boues ex Alexan. in cons. 101 in fin. num. 7. vol. 2. ex Bal. in l. item illa. de consti. pecu. tollitur, quia quando bos moritur morte naturali, & diuino iudicio, ut hic. nō tenetur conductor, nisi ad ea, de quibus supra, quæ optimè impleuit. & dato etiam quòd teneretur. probauit ex testibus productis, ea anima fecisse & adimpleuisse, ita ut ob eius culpam bos ipse non obierit. sicut etiam probauit denunciasse infirmitatē, vt supra, & propterea dominus accessit, & misit etiam ad uisendum bouem ipsum, vt supra. Et cum obseruauerit ad unguem dispositionē d.
11 statuti, satis dicitur docuisse † culpā ab eo abfuisset, licèt etiam consilium Alexan. 158. num. 3. in 2. non faciat ad casum istum, ex quo in eo conductor per expressam conuentionem se obligauit. & de iure communi non uidetur expeditum,
12 qnòd tenetur † ad talem probationem, licèt Dec. in d. l. si pascentia, aliter uoluerit in alijs terminis, vt per Imol. Corn. & Syluan. supra citatos. Vltra id, quòd sumus extra aleam omnium difficultatum, ex quo ne dum est probatum de diligentia. d. condnctoris, qui impleuit (vt aiunt) omnes numeros, in faciendo id quod debebat, sed constat de causa mortis bouis irremediabilis, vel incurabilj morbo, quo obijt, quo casu nō loquuntur aliqui ex Docto. quos uiderim in hac materia. ex quorum dictis possit suspicari teneri D. Alfonsum.

Laus Deo Op. Max.

Bartho. Bertaz.

ADDITIONES.

a Sed obstat, quia uidetur culpam præcessiue conductoris, cum recens agritudo, uel mors ad præcedentes referatur causas. hinc decedētem intra 40. dies ex uulnere decedere præsumitur, ex Ang. in l. prima C. de emen. seruo. Fely in capitul. præsbyterum, numero primo, de homicid. Menoch de arbit. casu. 275. numero secundo, & de peste resurgente Rip. de reme. curat. pest. numero 182. & in bac materia Bald. in l. prima, numer. duodecimo, C. de ædilit. actio. Sali. in dicta l. prima, numero secundo. Abb. in capit. iniustum, nnmero sexto, de rerum permutat.

Itaque est distinguendum, aut constat, quid factum esse à conductore, unde ob illius culpam, uel morbi, dicitur, uel egrum factum est animal, aut non. primo casu procedunt superiora. secundo uero non, quoniam si à principio adfuit morbus, & conualuit deinde animal, & rursus infirmum fit, & moritur, tunc procedunt, quæ de vulnerato, & de peste adferontur, vulneratus, namque decedens infra quadraginta dies præsumitur ex uulnere obijsse, quia constat a principio fuisse vulneratum. secus autem est, quando nulla culpa apparuit conductoris, quia tunc naturæ potius est adscribendum, culpa autem conductoris aderit; si bos usus erit uel malo cibo, uel intempestiuo labore, verum licet sciam multos multa scripsisse in hac materia, & in materia ædilitij edicti, attamen arbitror uia posse, quid statui, quod certum solidumquè sit, & boni iudicis non requirat arbitrium. Nam mors diuerso modo cuncta conficit, atque extinguit, & morbus quisque non eodem modo terminatur, nec uniuersalis natura in indiuiduis extinguitur, sicuti neque ars in artificio.

b In hepate. res uidetur clara, nam cum sit hepar sanguinis offi ina, non potest in illo enasci morbus qui non proueniat à tota substantia, & ideo, & morbum, & mortem potius naturæ, quam alterius culpæ referre debemus.

Quæro itaque quid iuris sit, si disiecto animali appareat pulmones esse uitiatos, (est enim casus frequens in huiusmodi animalibus) & appareat in thoracis capacitate humoris collectionem & suppurationem, & in pulmonum substantia obstructionem, & in causis quasi gypseos orbiculos? res est dubia quia aliquando culpa conductoris aliquando casu potest enasci morbus.

Casu quandoque moritur, uel imfirmatur animal, si fortuito, vel plumulum deuoret, uel flosculum, nam quod ita inter bibendam edendumque in guttur, & asperam arteriam quandoque illabitur, ut nulla ui abstergi, ac dimoueri possit, protinus in pulmones relabitur, & tubercula atque vlcera generat humorum deinde properanti colluuione. & tunc non crederem de re iusta magis teneri conductorum, quàm hic dicitur numero tertio.

Quandoque autem potest hoc idem euenire culpa conductoris, refert enim Iordanus Rustus lib. de æquorum cura, cap. decimo octauo, ex pinguedine nimia morbum in pulmonibus originem sumere. nam si diu animal exerceas colliquato adipe facile in arterias circa pulmones lentus ille humor, & gypseus generari potest, hoc casu probata nimia exercitatione tenebitur conductor. hanc rem definiet iudex ex consilio eorum qui hæc tractant, quibus inter se dissentientibus magis standum erit illis qui referunt adfuisse morbū, quàm non adfuisse. Alex. consi. 148 libr. 2. cui ibi addit Nat. Bal. in auth. omnes peregrini. in fi. C. commu. de successio. & Fely. in cap. presbyterum, col. 2. nume. primo, de homicid.

c Ratio est, quia hic desideratur denunciatio, ut simpliciter quid sciatur non, ut noui quid fiat. tunc enim requiritur omnino etiam quod scienti fiat, ut declarat Bartol. in l. denunciasse: in prin. ff. ad l. Iul. de adulter. & in l. 2. §. uoluntatem. ff. solu. mat Bal & Ang. in l. qui absentem. ff. de procura. Ang. & Castr. in l. in executione. §. insolidum. in l. cum ex causa ff de uerb. oblig. Dec. qui
* communem * dicit consi. 74. num. 2. Soc. Iun. consi. 4. in fi. in 2. Vrbanius tamen agunt illi, & sincere magis, qui uocato domino medicum adhibēt, & medicamenta, ut oculata fide posit ipse locator bonam conductoris mentem agnoscere.

Fallit tamen, si denunciatio vel statuto, uel consuetudine esset necessaria, & uel nulla facta esset, vel facta post tempus, nam dolus tunc præcederet, & esset locus statuto huic nostro, si quidem denunciationem omittēs doli tenetur, ut scripsit Bal. consi. 395 pro D. Dinaldo, col. 2. in secundo Cranet. consi 97. num. 7. & consi. 120. genero. num, 275. & rursus qui non paruit notæ, & vulgatæ consuetudini in denunciando in dolo est, ita arguit Curt. Iun. consi. 132. numero nono, & undecimo. Paris. qui in eodem casu consuluit. consi. 91. numero 10. in prin.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

7 præsumitur † mandasse. Alex.consi. 157.viso in-
strum.nu. 12.2.vol.Afflic.decis.308.nu.6.Vant.
d.ult.tit.num.94.Neuiz.d.consi.19.nu.10. Anto.
Gabr.lib.2.tit.de procur.concl.1.num.12.Bursa.
consi.74.num.73.Ludo.d. decis.110.nu.10.&
sequen.& decis.Lucen.43.num.9.& in proposi-
to de scientia dicti Herculis apparet ex pluribus
notificationibus ei factis, & præsertim ex notifi-
catione sententiæ, ut etiam inferius dicetur.

Quarta præsumptio est, quando procurator
facit expensas nomine dñi. nam tũc præsumitur
8 habere mandatum † nec expendere de proprio.
Rot.in tit.de caus. pos.& propr. decis.2.in antiq.
Cnrt.consi.77.col.5.nume.23.Cassad.d.decis.3.
num.4.Neuiza.d.consi.19.vbi loquitur in his ter
minis, quando procurator expendit in processi-
bus & notarijs, nu.8. Viui. prima par. suarũ com.
opinionũ.opi.207.col.fi.num.4.Iun.consi.139.
num.11.& sequen.3.vol.& Ludoui.d. decis.110.
num.7.8.& in proposito procurator fecit multas
expẽsas in lite, in copijs scripturarum, & alijs, vn
de mandatum est præsumendum.

Quinta est, quia sententia fuit notificata ipsi
Herculi, in qua fiebat mentio de procuratore.
quo casu, aut uolumus dicere illum acquieuisse
eidem sententiæ, & non appellasse, nec fecisse
mandatum ad appellandũ, & habemus intentũ.
9 quia præsumitur habuisse † mandat. ut trad. in ter
minis Gozad. consi.96.num.13. aut quòd fece-
rit mandatum ad appellandum, & sic appellaue-
10 rit. & tunc censetur † ratificasse gesta per procu-
ratorem. Vant.d.ti.ult.nu.103.10.idem ẽt forct.

Sexta est præsumptio, qñ cõstat in actis, quòd
11 fuit productum mandatum. quia † licèt non re-
periatur præsumitur pro eo. Imol.in d.l. sciendũ,
col.5.Gozad.d.consi.96.num.15.& Viui. d. opi-
nio.pagi. ult. versic. 3. & in proposito apparet ex
actis causę appellationis, quòd Cremonius pro-
duxit mandatum suum cum appellatione. ergo
præsumitur illum habuisse.

Ex his omnibus iuris aptissimis præsumptio-
nibus apparet sublatã esse omnem difficultatem
huius mandati. quæ si singulariter sufficiunt ad il
lud præsumendum. quãto magis si omnes simul
concurrant. & agamus etiam de ratificatione fa-
* cta mandati facti per fratrem. * quæ ratificatio
12 † secundum omnes facilius præsumitur, quàm
mandatum. Ant.Gabr.d.concl.1.7.lim.nu.14.

Laus Deo Opt. Max. Barth.Bertaz.

Adhuc pendet controuersia ista non hactenus decisa. Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM

Rursus tractatur de mandati præsumptione non nullas euacuando dubitationes.

Pendente appellatione banniti, an sententia sit ferenda contra eum, vel illius procuratores, an verò sit citandus fiscus?

SVMMAE.

1 *Nullitatis dictio est exclusa elapso tempore statuti, ad dicendum de nullitate.*

2 *Mandatum tacitum, vel præsumptum non sufficit, si ex statuto expressum debuit adesse.*

3 *Processus non est nullus, licet procurator rei sit auditus sine mandato.*

4 *Procurator saltem admittitur cum cautione rati, si habet scripturas.*

5 *Procuratorem admittens in causa non potest opponere de exceptione mandati.*

6 *Mandatum præsumitur facta litis contestatione cum procuratore.*

7 *Mandare videtur si non contradicat, scines aliquem agere nomine suo.*

8 *Scientia principalis de processu agitato nomine suo per procuratorem arguit mandatum.*

9 *Expẽsa præsumitur facta ab eo qui est debitor.*

10 *Procurator pro domina absente tenetur ad expensas processus.*

11 *Mandatum præsumitur per non reclamationem principalis etiam sine auxilio temporis?*

12 *Idem si ex actis apparet productum esse.*

13 *Præsumptio illa est admittenda, quæ fit pro validitate actus.*

14 *Mandatum finitur morte ciuili mandantis.*

15 *Secus aũt est si tpe banni res non erat integra.*

16 *Procurator defuncti delinquentis potest condemnari, si fuit litem contestatus.*

17 *Instantia transit in fiscũ in causa appellationis.*

18 *Fiscus non trahit causam ad suum forum, quando instantia non transit in illum, sed remanet penes suum iudicem.*

CONSILIVM CCLX.

In Domino confido.

ADHVC non obstantibus subtilissimis responsionibus Excellentis D. Imolę, aduocati pro Ducali camera persisto in eadem sententia. quòd sententia lata contra Herculem de Pellizzarijs bannitum ualuerit. nec opus sit nouo iudicio contra fiscum. per ea quæ abundè in alijs allegationibus comprobaui. quas si defendero ab impugnationibus magnifici Domini Aduocati aduersarij, proculdubio pronuntiandum erit ad fauorem D.Horatij agentis.

Primò itaq; dicebatur pro parte nostra, nos versari in duab. sententijs cõformibus, in quibus non põt dici de nullitate ex forma statuti nostri.

An à fnīa lata in causa appellationis, &c. in prin. nec hoc casu fiscus pôt habere plus iuris, quam habuerit Hercules condemnatus. Nec dicatur, q possit opponi in executione, quia cum statutum
1 ipsum statuat dilationem quinque dierum † ad dicēdum de nullitate, omnino est exclusa nullitas. Perus. in repetitione, c. dilecto. q. 54. nu. 150. de appell. Rolan. à Vall. consi. 83. num. 16. primo volum. & Bursat. consi. 242. nume. 7. & maximè, quia non sumus in nullitate notoria, quam admittit statutum nostrum de executione sententi. prim. fac. Verùm & si posset deduci ī disputationem, & in dubium refricari validitas sententiarum latarum contra dictum Herculem, quia respectu aliarum snīarum, vt dixi, nulla subest difficultas, adhuc tamen pronunciandum esset illas fuisse, & esse validas & executioni demandādas. nam nullitas ipsarum pendet ex mandato, quod à dicto Hercule nō videtur habuisse Cremonius, qui pro eo comparuit, quod quidem mandatum præsumitur interuenisse ex tot præsumptionibus quæ in casu isto cōcurrunt, & defendi possunt ab impugnationibus partis, vt inferius ostendam. Vnde si una, uel duæ ex eis sufficerent ad sustinendū processum tāto magis tot cōcurrentibus. sed videamus, an impugnationes veræ sint, nec nè.

Primò, itaque impugnatur validitas sententiarum, ex quo mandatū non fuit productum, prout fieri debebat ex statuto, De modo procedendi in causis à libris 20. supra. vnde cum expressum esse debuisset non sat fuisset tacitum, vel præ
2 sumptum. † Bal. in l. si vxorem, nu. 3. C. de cond. inser. Ias. in l. licet, num. 1. C. de procur. Rip. post alios in l. 2. §. voluntate. num. 3. ff. soluto matrim. sed certè ista prima impugnatio facilè tollitur. quia illud statutum loquitur in actore, vt processus sit nullus mandato in actis non producto. secus autem est in reo, qui tenetur producere mandatum, alias procurator nō debet audiri ad eius beneficium. sed si audiatur processus non est nul
3 lus † quia id, quod in eius damnū est introductū non debet ei prodesse. c. intelleximus. vbi Dec. num. 5. de iudic. & ad propositum tenet Vant. in tracta. de nullita. in tit. de nullitate ex defectu inhabili. seu manda. comparen. nu. 51. vnde cum pars possit, si vult, admittere procuratorem rei sine productione mandati, non potest propterea reus ad sui beneficium allegare processum fuisse nullum.

Secundò, non obstat, quòd præsumptio mandati ex traditione scripturæ non faciat præsumi mandatum, nisi constet fuisse ei traditas à domino, & in proposito potest esse. q fuerint illi traditæ per alios fratres. namquè ultra id q potest respondere, multos tenere non esse necessariā probationem traditionis scripturarū. negari tamen non potest, quin hęc præsumptio multum faciat,
4 vt saltem debeat admitti † procurator cum cautione rati. ut per Vant. alias citatum vltimo titul. d. trac. num. 97. & sequen. & decis. Perus. 110. nu. 6. Vnde saltem iunctis alijs mādatum probatur.

Tertiò, ad secundā nostram præsumptionem, q præsumatur mādatum ex eo, quòd procurator perstitit in iudicio, vsque ad finem causæ, ex Soc. & alijs alias citatis respondetur, quòd illa procedit quādo quis admittit procuratorem in causa. quia cum illum cōstituat in quasi possessione officij, vt per Alex. in l. licet, nu. 5. vbi alij, C. de pro-
5 cur. non potest opponere de eius mandato, † secus est in eo pro quo aliquis sine mandato comparuit, quia imò tam Soci. quàm alij per me citati affirmant hanc esse præsumptionem mandati, ne possit dici sententia nulla, quam partem tenēt etiam alij allegati per Ioseph. Ludoui. citata conclusione sua 31. prima ampliatione. quod fuit ēt sequutus Decia. responso. 18. nu. 10. primo vol. Quinimò multi uoluerunt, quòd facta litis con-
6 testatione † cum procuratore præsumatur mandatum, vt post Gozad. trad. Craue. in trac. de antiqui. tempo. 2. par. num. 60. & Franc. Beret. cons. 136. num. 14. Et quæstio ista distat ab ea, quam ponit Inno. in c. ex parte decani. de rescrip. de eo
7 qui scit aliquem agere nomine suo † quòd videatur mandare si non contradicat. ex quo hic agitur in procuratore rei conuenti in causa, qui habuit scientiam à principio, & fuit citatus pluries, & procurator defendit causam à principio, usq; ad finem processus, hoc enim casu præsumēdum est omnino mandatum, ut per Soci. & alios alias citatos.

Quartò, respōsio ad tertiam præsumptionem de scientia principalis, quæ conuenit d. q. Innoc. tollitur ex eo, quòd communis opinio uidetur
8 esse cum hac parte, ut tenent ad propositum † tot alij per me citati, & illā defendit Ioseph. Ludo. in d. decisione 110. vbi reprobat consilium Alexā. 80. in 4. ex aduerso citatum.

Quò autem ad quartam, respondetur non constare, quòd procurator de suo impenderit, cum alij fratres potuissent facere impensam. non tollit præsumptionem mandati in his, quæ exigunt impensam. & cum non constet alios illam fecisse præsumitur facta ab eo, qui petijt copiam scripturarum, ex qua petitione effectus fuit debi
9 tor mercedis notariorum † unde expensa ab eo præsumitur facta, secundum doctrinam Bartol. in l. cum seruus. ff. de uerborum obligationibus. & Craue. consi. 400. num. 23. nam & procurator
10 pro domino absenti † tenetur ad expen. processus. Cassad. decisione prima, de procura. num. 1. Vestr. in sua praxi iudi. lib. 3. c. 4. num. 3.

Quinta, etiam præsumptio de notificatione sententiæ illi facta ex consi. Gozad. 96. non tollitur per responsionem, quòd in eo casu concurre
11 bat etiam diuturnitas temporis † ex qua ista præsumptio per non reclamationem principalis sine auxilio temporis confirmatur, licèt in casu Gozad. concurreret utrumque, & ita hanc præsumptionem, etiam firmat Borgni. decisio. 45. num. 12. 2. colum.

Etidem

Et idem est dicendũ de sexta, & vltima, quan-
12 do ex actis apparet fuisse † productum manda-
tum, quod etiam voluerunt Craue. & Fran. Bere.
in locis supra citatis. Nec est verum, quòd man-
datum productũ à Cremonio probet Herculem
non constituisse illum procuratorem, quia nõ lo-
quimur de productione illius mandati facta in
causa principali, sed de alia facta in causa appel-
lationis, quæ inducit hanc præsumptionem. Et
cũ sententia prima transiuerit in iudicatũ, si pro-
curator non habuisset mandatum ad appellan-
dum, & etiam ultima à qua nõ fuit appellatum,
nec põt amplius opponi exceptio mandati, Bur-
sat.d.consi. 242. num. 12. Quod tanto minus ad-
13 mittenda est ex quo præsumendum est † pro va-
liditate actus. l. quoties. ff. de rebus dub. Alcia. in
tractatu præsumpt. regu. 3. præsump. 34. in princ.

Superest nunc uidendum de alio puncto, an
præsupposito, quòd Hercules fuerit bãnitus, pen
dente eius appellatione potuerit ferri sententia
contra eum, vel eius procuratorem, vel esset ci-
tandus fiscus. In quo clarissimus D. Aduocatus
aduersarius tenet finitum fuisse mandatũ, ex quo
14 mortuus † fuit ciuiliter, vt per Docto. in l. 1. C. de
hær. insti. Alcia. consi. 125. quod est 24. nume. 3.
lib. 8. & Deci. num. 86. num. 38. in 3. unde non est
disputãdum, an instantia trãsiuerit in fiscum, nec
nè. ex quo sententia fuit lata contra procurato-
rem, cuius mãdatum erat finitũ. Sed hoc iudicio
meo, nihil facit, quia admisso hoc pro uero. cum
tempore banni res non esset integra, mandatum
15 non potuit expirare † cum duret etiam post mor
tem naturalem constituentis. §. rectè. Insti. mãd.
& quòd non finiatur morte, sed possit cõdemna-
16 ri † procurator defuncti, qui fuit litem contesta-
tus, trad. Doct. præsertim Alexan. in l. nulla. C. de
procur. Marãt. de ord. iud. 3. par. 6. num. 108. &
Vant. d. tract. titu. de nulli. ex defect. inhabili. seu
manda. comp. nume. 170. nec enim mors ciuilis
potuit maiorẽ uitã habere, quam mors natura-
lis. igitur cum res non esset integra mandatum
durauit, & valuit sentẽtia contra procuratorem.
Et propterea necesse est videre, an in filios tran-
17 seat instantia. † & in causa appellationis certum
est, quòd sic. ut ex Saly. & Bos. alias ostẽsum fuit,
quod additur Franc. Luca. in tract. de fisco & pri-
18 ui. eius. q. 70. nu. 70. nec hoc casu fiscus † trahit
causam ad suum forum, sicur quando instantia
non transit in illũ, quinimò remanet penes suum
iudicem. nec Cagnol. in l. venditor. nu. 17. de iu-
di. aliter loquitur, nec tex. in l. si constante, §. fi. ff.
solu. matr. procedit in reo. sicut nec in causa ap-
pellationis, vt supra. & cum durauerit mãdatum
rei potuit causa finiri cum procuratore, nec erat
necessario citandus filius.

Nec obstat, quòd ultimæ rationes per me ad-
ductæ non faciãt ad propositũ huius causæ, quia
imò faciunt & inseruiunt uictoriæ nostræ. nam si
uera est illa conclusio, quòd bannum latum in
cõtumaciam rei non noceat tertio, certè nec no-
cebit huic actori sententia ipsa banni, & confi-
scationis illius, quin possit habere executionem
suarum sententiarum, quia alias sibi præiudica-
ret sicut & ultima ratio, quòd si prima sententia
transiuit in iudicatum ex ea nata fuerit obligatio
& hypotheca, & tanto magis præponderẽt iura
actoris, non nihil facere uidetur. Et cum ex pro-
cessu constet de iustitia actoris in hoc fideicom-
misso, etiam quòd casus esset dubius, quo ad va-
liditatem sentẽtiarum, ad euitandum circuitum
pronunciandum esset pro eo. l. dominus in fin. ff.
de condi. indebi.

Laus Deo Op. Max.

Bartho. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Qui rem habuit cum vetula affine ab ea prouocatus ignorata affinitate, an teneatur incestus? Et an rumpat cautionem de non offendendo, & quando?

SVMMAE.

1 *Incestus à pœna excusatur, qui ignorauit cognationem.*
2 *Delictum illud est puniendum, in quod consensit inquisitus non aliud, in quod non consensit.*
3 *Incestus qui pœnam meretur debet esse incestus secundum ius ciuile, non secundum ius canonicum.*
4 *Incestus pœna est eadem, quæ est adulterij.*
5 *Pœna debet esse eadem in delictis æquiparatis.*
6 *Delicta si duo inter se æquiparata committantur, tunc non est imponenda maior pœna pro vno, quàm pro alio.*
7 *Cautio de non offendendo, non comprehendit casum adulterij, quod potius fit libidinis causa, quàm animo iniuriandi.*
8 *Et hæc est magis communis opinio, secundum quam consuluerunt viri eruditi.*
9 *Et an debeat constare, quòd quis magis motus sit ex libidine, quàm ex odio.*
10. *Delinquens nolle, vel minus velle aliquem semper est præsumendum.*
11 *Præsumptio delicti exclusiua in dubio est capienda.*
12 *Prouocatus ad delictum libidinis à muliere est excusandus aliqualiter.*
13 *Mulier senex & deformis non facit magis delinquere illam vitiantem, si & vitians erat vilissimæ conditionis.*

CONSILIVM CCLXI.

In Domino confido.

INQVIRITVR Ruffinus de Fellc-
tis de Comaclo de adulterio, & ince
stu commisso cum D.Philippa uxore
Simonis Caballerij.ei per cognatio-
nem in tertio gradu coniuncta. & quòd etiam id
fecerit animo iniuriãdi, & frangendi cautionem
datam de non offendendo ipsum Simonem. su-
per quo subtiliter dubitatũ fuit per magnificum
dominum Potestatem ipsius ciuitatis Comacli.
Et quia ipse delictũ fassus est videndũ est quibus
poenis possit teneri. Et quo ad adulterium sta-
tutum Ferrariæ hunc casum decidit in Rubric.
poena cognoscentis mulierem carnaliter volun-
tariam.fol. 154.in versicu. si autem fuerit mulier.
vbi imponitur poena, lib. 25. communi Ferrariæ,
& alia similis aliarum libra. 25. marito appli-
candarum. Respectu verò incestus dubium fa-
cit statutum, poena committentis coitum ince-
stuosum, fol. 152. in quo censetur imposita pęna
extraordinaria citra mortem, vt in eo. Super
quo ad aliqua animaduertere debere ipsum ma
gnificum D.Potestatem censeo ad fauorem hu-
ius carcerati iuuenis. Et primò, quod is certè nesci-
uit se committere incestum coeundo cum dicta
muliere, ex quo verisimiliter ignorabat illã esse
sibi consanguineam. prout id communiter igno-
rabatur in dicta ciuitate, vt multi testes deponũt
super hoc examinati. qui licèt sint attinentes par
tium ignorabant tamen hanc cognationem. quę
1 quidem ignorantia illum à poena † incestus cen
setur excusare, secundum communem opinio-
* nem * quam ex Bal. nouel. refert Iul. Clar. in sua
praxi.crimi.in §. incestus, versic. excusatur & est
regulare, vt ignorantia excuset in delictis. Anto.
Gabr.lib.6.suarum. tit. de reg. iur. concl. 2. num.
8. & licèt Bar. in his terminis aliter voluerit in l. si
adulterium cum incestu. in princi. num. 9. ff. ad l.
Iul. de adult. quem alij sequuti sunt, quasi id tan-
tummodo procedat si incestus committatur sub
velamine, vel colore matrimonij; attamen id ui-
detur æquum etiam in alio casu, ut non puniatur
de delicto, quod delinquens nesciebat commit-
tere. licèt sciret aliud diuersum committere, in
2 quo consentiebat † iuxta trad. per Doct. in l. 1. C.
de summ. Trin. & fide Cathol. ubi Ias. num. 31. in
prima lect. & in secunda, num. 69. & Seucri. num.
145. & sequen. de quo per Gabr. d. sexta conclus.
num. 34. & seq. & in casibus tactis illic per Doct.
militant etiam diuersa ratio, quia licèt quis igno
ret poenam maiorem impositam delicto, cum ta
men id uelit omnino cõmittere sibi est imputan-
dum secundũ opinionem Bart. secus vero si cum
intẽderet committere adulterium, vel stuprum.
ignorans foeminam esse sibi coniunctam sangui-
ne. committit etiam aliam speciem delicti ince-
stus scilicet, & in hoc non videtur constituenda
differentia, an sit commissum hoc delictum ma-
gis uno modo, quàm alio. Et quicquid sit de hac
opinione, an à pęna incestus possit reus in totum
liberari, nec nè, in quo me remitto religioni ma-
gnifici D. Iudicare debentis. Negari non potest
quin hæc sit causa iusta minorandi poenam, iux-
ta trad. per Gabr. d. conclusione, num. 24. & latè
Tiraq. in tracta. de poen. caus. 13. ferè per tot. &
statutum ipsum hæc expressè disponit, dum re-
mittit poenam arbitrio Iudicis, qualitate facti, &
conditione personarum inspecta.

Secundò, animaduertendum est, quod cum statu
tum nostrum imponat poenam huic incestus de-
licto. uidetur etiam intellexisse de eo incestu, qui
3 secundum ius ciuile † est incestus, non secũdum
ius canonicum iuxta trad. per Anchar. cons. 391.
vĩ prima facie. Cald. in consi. 2. in ti. de consang.
& affin. Ale. cons. 229. nu. 6. 6. vol. quæ opin. pla-
cuit etiam Clar. in d. §. incestus, versi. quæro nun-
quid. & in proposito de iure ciuili, non videtur
prohibitum hoc casu matrimonium inter partes.
§. duorum. Insti. de nupt.

Tertiò, est etiam animaduertendum, quod cum
4 poena incestus † eadem poena puniatur, qua pu-
nitur adulterium Bar. in d. l. si adulteriũ cum ince
stu. nu. 2. & 5. Boss. in ti. de coitu dam. & punib. nu.
4. cum per legem veterem fuerint æquiparata. &
per statuta apposita poena adulterio de qua sup.
5 illa pariter debet censeri addita incestui † per re
gulam de æquiparatis. de quo multa scribũt Do
cto. in l. si constante. in prin. vbi Rip. nu. 69. ff. sol.
mat. & ita trad. Bar. in d. l. si adulterium cum ince
stu. d. nu. 5. & idem etiam in terminis voluit Petr.
Follc. in consi. 79. nu. 1. 2. tract. cons. criminalium
secũdo impressorũ. quo fit, vt dato, quod posset reus
maiori poena puniri, ex quo vtrunque delictum
6 cõmiserit † secũdum Bar. ibi, tamen non esset im
ponenda maior poena pro incestu, quã pro adul-
ter. & hoc casu temperandum esset arbitrium da
tum iudici per dictum statutum, & tanto magis
etiam cõcurrentibus alijs supra deductis. & pro-
bata maximè ignorantia attinentiæ, uel consan-
guinitatis, co modo quo probari potest. & quæ
certa probata satis clare censetur cũ partes non
sint de eadem agnatione, sed de diuersis. & iuue
nis iste tpe mortis patris remansit puer. & non
poterat diuinare hanc consanguinitatem, quam
etiam maiores natu, & attinentes in proximiori
gradu ignorabant. Et per hæc arbitror satisfa-
ctum primæ parti dubiorum.

Quò vero ad secũdam partem poenæ conuen
tionalis de non offendendo dictũ Simonem, uel
filios, & fratres illius. illum omnino absoluendũ,
esse censeo, quia illa promissio de nõ offendẽdo,
non comprehendit hunc casum adulterij. quod
7 potius fit † libidinis causa, quã animo iniuriandi
aliquẽ, vt tenuit Io. And. in reg. frustra, 2. & 3. col.
de reg. iur. in 6. & fuisse determinatum per Guid.
de Suzar. refert Bar. qui per illum tex. idem tenet
in l. uerum, nu. 4. ff. de furt. Castr. in l. qui seruum,

num.

num.3.ubi Ias. num. 4. & sequen.ff. de uerborum
oblig. secūdum quam non semel respondit Ale.
ut in cons. 113. viso instrumento. nume.3. & seq.
in 2.& consil. 115. Viso themate.nu.5.in 4.Com.
cons.51.secunda,& tertia col.in 1. vol.42. 2.col.
in 2.& 44.col.3.in fi.in 4.quam opin.ferè omnes
* dicunt communem, * vt D.Lud.Car.1.vol.consi
liorum crimi.primo impressorum.cōs.99.nu.13.
& in eodem volum.eam tenet Melchior. Faei.cō
silio 78.nu.35.& seq. Marc. Mant. cons.169.nu-
mero 12. in primo, & secundum hanc respondit
pluries Rom.ante illos. in cōs.183.in casu propo
sito.nume.1.& 258.nu.3.& in d.1.cons.Mandos.
** etiam affirmat magis communem ** in secunda
addit.quam tenet Corset.in tract.de priuil.Paris.
vers.31.numero 11.& Nouel. in pract.crimi.in §.
quoniam vt decet. vbi trāstulit ferè totum eundē
tracta. versiculo vigesimonono. quadragesimo-
sexto.& 109.vbi etiam loquitur de incestu.& ra-
8 ptu. & secundum † quam respondit Mars. consi-
lio secundo. nume.quarto. & vigesimoprimo.nu
mero tertio, & quarto.Gomes.in §.ex maleficijs.
numero tertio. Insti. de actio. Iul. Ferret. in tract.
de feri.numero 78.& sequen.Clar. in pract.§.fin.
q.47.vers.sed quid si vnus.Franc. Hercul. in trac.
de cautio.de non offenden.c.17.nu.6.& eam cō-
munem affirmat. licet non uiderit tot auctorita-
tes. Eman. Soarez. in suo thesau. recept. senten.
in verb.adulterij.nume.92.

Nec obstat, vt dicitur in dubijs, ꝙ opporteret
9 constare, ꝙ magis † motus fuerit libidine, quàm
odio,ut per Ang.in d.l.verum. quod non videtur
præsumendū,cum maximè, cum sumus in mulie
re vetula, & ferè turpi.quia opin. Ang. non vide-
tur communiter recepta,cum in dubio sit præsu-
10 mendū quem nolle delinquere, † vel minus de-
linquere.Rom.cons.113.pro decis.num.1.Mars.
in rubr.de fideius.nume.47.& seq.& cons.21.nu-
mero secundo, & seq. Io.de Ami. cons. 60. nu.7.
Gram. uot.10. nu.30.& cons. 13.nu.8. ac decis.
18.nu.5.ac Alcia.in tract.præsumptionum regu-
la tertia, præsumptione prima. Et ꝙ quando con
11 currunt præsumptiones contrariæ † semper illa
sit amplectenda,quæ excludit delictum, respon-
dit Roma.cons.68.visis.nume.8. Vbi Mandos.in
addit.Gram.cons.31. num.12.& cons. ciuilibus.
7.in fi.& 19.nume.31.Verùm cum in casu isto ap
pareat ex constitutis ipsius Rei, ꝙ illuc accessit ad
12 ipsum delictum committendum accersitus † ab
ea.nec constat contrariū alicubi, uersamur extra
oēm aleam, ꝙ ille ad eam accesserit, ut offende-
ret virū principaliter. & eo casu, vt prouocatus,
& incitatus ab ea potest dici minus deliquisse. &
13 non consideratur, ꝙ mulier sit senex, † uel parū
formosa, quia vt scribit Cyn.in l.prima. secunda
quæst.C.de rap.virg.numero quarto. quis nō est
adeo pulcher,& nobilis quòd requisitus à mulie
re ei quantumcunque vilissimę nō annuat.sequi-
tur Ias.in addit. ad Christ. Port.in §. gallinarum.
Insti. de rer.diuis.vbi addit excusatum esse delin
quentem incitatum à re, vel persona cum qua,
vel supra quam deliquit, & sic satisfactum est,
etiam secundæ parti dubiorum, vt hoc respectu,
ipse inquisitus sit penitus absoluendus.

Laus Deo Opt.Max.

Bartho.Bertaz.

Pendet adhuc ista controuersia.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

An valeat promissio, an vero sit usuraria, quam facit socer genero promittens se soluturum quinque pro centenario, donec soluatur dos infra certum terminum solui promissa.

SVMMAE.

1 *Promissio non valet, quam facit socer genero de soluendo certum quid donec dos refundetur.*
2 *Nec promissum potest exigi.*
3 *Mora nulla, vel regularis, vel irregularis interuenire potest data dilatione.*
4 *Usuræ dotis non solutæ à socero possunt licite exigi à genero ex communiore.*
5 *Emptor promittens soluere annuam summam donec pretium soluat, tenetur, & valet promissio.*
6 *Dotis usuræ si sint promissæ pro alimentis, vel interesse possunt exigi, secus si simpliciter sit facta dilatio.*
7 *Et contraria opinio. Butr. est reprobanda.*
8 *Dilatione elapsa morosi debitores tenentur ad quantitatem conuentam.*
9 *Maritus paciscens cum socero usuras dotis non solutæ licite facit, modo summa promissa non excedat quantitatem alimentorum, & correspondeat interesse debito.*
10 *Etiam quòd non sit solitus lucrari, & pecunias exercere.*
11 *Nam potuisset emere fundum, & fructus percipere.*

CONSILIVM LXII.

In Domino confido.

ORITVR dubium, nunquid ualeat promissio facta per socerum genero, de soluēdo quinque pro centenario, donec sibi soluatur dos infrà certum terminum solui promissa, & quòd nō ualeat promissio, nec promissum exigi possit, fuit consultū.

D.Arbi-

D. Arbitris corā quibus huiusmodi quæstio vertitur. nunc petitur quid iuris sit in hoc articulo, de quo prius ante dictū consilium non hęsitabatur. Ego autem omnibus rectè, pēsatis, intrepidè cōcludo contrarium verius esse. & ne obiter, & inconsultè hanc quæst. decidere videar, more cōsulentis per contraria procedam. Iuxta tex. quē ibi not. Por. in §. illud quæsitum. Insti. de rerum diui. non oblitus etus, quod Bald. scriptum reliquit. in l. precibus. 8. col. versi. modo sup. nume. 33. C. de Impub. & alijs substi. Quod quasi ferro viam aperit, qui per contraria transit.

Videretur igitur prima facie concludendū dictam promissionem nō valere, siue inhæreamus
1 opin. Io. And. & non † nullorum aliorum in c. salubriter. de vsur. Laur. de Rodul. in c. consuluit. de vsur. q. 53. quibus standū esse affirmat. Soc. cons. 179. col. 3. 2. vol. & cōs. 130. col. 2. in 4. vol. quam videtur etiam sequi Corn. cons. 165. colum. fi. in quarto volum. siue Ant. de But. in d. c. salubriter.
2 hanc q. in indiuiduo decidentis, † & affirmantis promissionē non valere nec promissum exigi posse, quod videtur etiam tenere Pau. de Cast. in cōsilio 11. viso dicto libello. in tertio dub. primo volum. Alex. cons. 221. super titu quæstionis. 2. uol. Soc. in dictis consilijs. & videtur etiā tenere Dec. in cons. 119. col. 3. & Rub. cōs. 88. & cons. 108. & Cranet. cons. 189. col. 5. versi. 5. casus. & mouen-
3 tur ea ratione, q͞a data dilatione nulla mora † soceri regularis, vel irregularis interuenire videtur, quo casu ad nullū interusurium, vel vsurā debet teneri, ut ibi per eos, secus vero esset secundū Soci. in dictis consilijs, si nulla esset assignata certa dilatio, sed tantum fuisset promissum, quid annuum donec dos solueretur. quia priori casu, debitor non posset ante terminum soluere, & se liberare ab vsuris. secundo vero sic. iux. doct. Bar. in l. qui Romæ. in prin. ff. de verb. oblig.

Quibus nō obstantibus contraria pars uerior,
** & communior ** etiam dignoscitur. quam tenēt
4 Cald. Abb. & pleriq; alij. in d. c. salubriter. † relati per Craue. d. cons. Imo. & Rom. in l. in Insulam. §. Vsuras. ff. sol. mat. & Bal. nouel. in tract. dot. 7. par. priuileg. 3. per totum. vbi dicit Butr. communiter reprehendi. & huic parti videtur etiam adhęrere Campez. in eo tract. secūda par. q. 6. in 1. memb. & Alex. in cons. 200. 6. uolum. & Soc. in cōs. 176. colum. 2. 1. vol. dup. cons. 103. in quarto volum. & latè eam prosequitur. Dec. expressè. in c. cum venerabilis. nume. 14. de excep. & eam defendit, & pluribus validissimis rationibus comprobat. Ruin. cons. 73. nu. 3. vers. alius est casus, & nu. seq. primo volum. & Purpur. & Alcia. in l. rogasti. §. si tibi. ff. si cer. pet. & huic parti videtur etiam assentire. Paris. in cons. 60. num. 32. 1. vol. dum allegat Dec. in d. c. cum venerabilis.

Confirmatur ista opin. quia pari passu incedūt hic casus, & casus vēditionis factæ cum termino ad soluendum pretium, vt interim certa summa annua vēditori soluatur. ut affirmant Soc. & Crauet. in locis in contrarium allegatis. Et tamen in hoc secundo casu habemus plures alios affirmā-
5 tes talem promissionem † valere, vltra præallegatos quorum nonnulli loquuntur etiam in hoc secundo casu, hoc enim tenet Pau. de Castr. in l. Iulianus. §. ex uendito. ff. de actio. empt. Alex. cons. 121. visis & ponderatis. 5. vol. Beltra. cons. 109. 3. par. priorum. Cacialup. in repe. l. cunctos populos. col. 44. C. de summa tri. & fid. catho. Dec. dicto cons. 119. col. fi. & cons. 111. etiam col. fin. & cum his videtur etiam transire. Craue. allegando Dec. in d. c. cum venerabilis. in cons. 105. nu. 11. & Rebuff. in repet. l. vni. C. de sent. quę pro eo q͞d inter. proser. in gl. ulti. nu. 45. & Purpur. in l. lecta. nume. 70. ff. si cer. pet.

** Ex quibus patet hanc opin. cōtorem ** esse, & temere, non esse ab ea recedendum, propter opinionem contradicentium, q͞ meritò rationib. reprobantur, ut in locis præallegatis ad plenum liquere potest, vltra quòd licet allegetúr cōsilium Castr. 11. pro contrario. nihil facit ad rem istam, quia non loquitur quando aliquid pro alimētis, vel interesse promissum extitit, ut in casu isto. nā
6 si simpliciter sit concessa dilatio, † potest sua opi. procedere quę fuit aliorum. in d. c. salubriter. vbi etiam Idem tenet Ambr. de Vignate. nu. 13. quia socer non est in mora, sed si nō sit data dilatio, & sic sit in mora, quæ statim contrahitur cum maritus onera matrimonij sustinere cępit, ut per Bald. in l. fi. §. pręterea. C. de iure dot. & tunc valet promissio. & ita opin. Ambr. videtur etiam cōformis huic nostræ opin. de qua sup. similiter Alexan. in consil. in contrarium allegato non affirmat opin. But. sed suam partem defendit ab illa decisione alijs rationib. & inter cæteras ex eo, quòd in casu suo nō fuerat data dilatio aliqua ad soluendū, sed tātum promissum solui certum quid annuum donec sors solueretur, & sic non discutit, an uera sit opin. But. nec nè, data dilatione. Sic etiā Dec. in allegato cons. 119. non contradicit huic opin. immo sentit pro ea d. num. 4. col. 4. vers. & primo quòd ualet. & col. fin. vers. 6. non ob. tenet valere conuentionem, modo verificetur interesse cōiumcum, & sic non affirmat conuentionem esse reprobatam.

Et sicut opin. Butr. quæ est in terminis nostris
* contraria reprobatur communiter, * ut ex supra-
7 dictis liquido constat, † ita ēt alia opin. Io. Andr. loquentis in remotioribus terminis crebrius reijcitur, ut per Ambr. d. c. salubritur. nu. 12. Alexan. cons. 31. nume. 4. 10. sexto vol. Corn. cons. 212. in prin. & cons. 164. 2. colum. 3. vol. & Ruin. d. cons. 73. quam etiam reprobant plerique alij ex supra allegatis.

Nec ratio But. & sequacium in isto casu locum sibi uendicat, quia aliud est concedere dilationē simpliciter, & aliud cū promissione soluendi q͞d annuum, quia priore casu imputandum est cōcedenti, secundo vero non, cum sibi prospexerit recipiendo promissionem pro suo interesse, & alias

non

non fuisset dilationem concessurus, vt respõdent Bald. Nouel. Dec. & Purpur. in locis præallegatis. Et licet Crauet. in d. cõs. 189. conetur tollere hãc rationem, duplici ratione, primò arguendo ab absurdo, quòd attenta hac ratione etiam talis cõuentio in mutuo valeret. secundò retorquendo hanc rationem contra Dec. & cęteros, quia imputandum est creditori cur dederit dilationem, & potius non fuerit stipulatus vsuras in casu moræ. Tamen facile tollitur argumentatio Craue. quia Doct. non affirmauit, qđ propter hanc tantum rationem ista conuentio valeat. sed quia cum in dote sint promissę vsuræ marito, propter onera matrimonij. d. cap. salubriter. vbi no. & in d. §. vsuras. possunt in pactum deduci, vt possint accipi, etiã pendẽte dilatione, quam simpliciter maritus nõ esset concessurus, sicut etiam non esset concessurus uenditor emptori. vnde sibi debentur interusuria in recompensationem fructuum. l. curabit. vbi Doct. C. de actio. empt. qđ in mutuo pro quo nunquam debẽtur vsuræ non procedit. sic etiam retorquutio nihil facit, quia cum maritus intendat facere dilationem socero alicuius temporis. stipulando interusuria in tempus moræ, amitteret illa pro tẽpore quo dilatio duraret, & sic sibi plenè non esset succursum.

Rursum cum Soc. Rub. & alij contrariam partem fouẽtes, autument promissionem ualere, nulla dilatione ad soluendum data. cum liberum sit debitori soluendo se liberare ab huiusmodi usuris, quod data dilatione secundum eos non vide tur procedere, eorum opin. non videtur attẽdenda, si ostendatur nullam inter casus istos differentiam existere, nã quòd data dilatione ad soluendũ, etiam cum promissione interesse interim soluendi, possit debitor soluere, & se liberare ab huiusmodi interusurijs, quando cõtractus eius gratia factus, & dilatio concessa censetur, prout isto
* casu præsumitur, trad. Ang. & communiter, * oẽs in d. l. qui Romæ. in princ. quod affirmat. Pau. de Cast. & cæteri sequuntur procedere, quando debitor est amicus creditoris, vnde cum hic sit gener, non videtur dubium, quòd liceret soluere. & sic cessat ratio differentię Doct. & per consequẽs eorum decis. l. quod dictum. ff. de pac. & habetur per Dec. in c. cum cessante. de appella.

Illud etiam non ommittam, quòd extra oẽm difficultatem esse videtur, quòd promissor tenetur, & successiuè eius heredes tenentur ad quanti
8 tatem conuentam † post dilationem lapsam, cum fuerint in mora, ut post Imo. & Socin. quos allegat. trad. Rub. d. cons. 88. in fi.

Est bene verum, quòd dicta conuentio nõ ualeret eatenus, quatenus summa promissa excederet quantitatẽ alimentorum præstitorum vxori, & oneris matrimonij, ut per Doct. in d. §. usuras. & in d. c. salubriter. & tenent pleriq; ex sup. allegatis. tamen quando inspecto cõi cursu, & uerisimi
9 litudine, † summa promissa correspõdet interesse debito, valet, & tenet conuentio, ut per Dec. in d. c. cum venerabilis. & latissimè. Paris. d. cõs. 60. nume. 32. & seq. vltra quòd idem est dicendum quando summa promissa, scilicet quinq; pro centenario, est a iure taxata. ut per Affllic. decis. 284. in fi. & Paris. d. cons. nu. 29. & etiam est consueta solui pro dote promissa, ut etiam plura allegãdo, trad. Paris. in loco præallegato. Quæ tria optimè concurrunt in casu isto, cum alimenta vxoris ad quæ tenebatur promittẽs, vt per Doct. in d. §. vsuras. & per Rui. cons. 61. nu. 6. 3. uol. non potuissent esse minoris quantitatis interusurijs promissis, & cõsuetudo, & ius commune admittunt hãc summam quinq; pro centenario. Et sic remanet indubitata conclusio, quòd dicta conuentio ualuit, & tenuit, & dicta interusuria debent solui omnino pro interesse olim mariti præfati in recompensationem dictorum alimentorum, ut supra, etiam
10 quòd nõ esset solitus lucrari, † & pecunias exercere, ut uidetur exigere Abb. in d. c. salubriter. q. a sat est, quòd alimenta ueritt uxorẽ, ad quæ alimenta tenebantur promissor, & eius hæredes. & extat cõsuetudo, & ius commune talem summam admittẽs, ut sup. Vltra quòd cum, ut alias dixi super alio pũcto in hac causa, potuisset maritus emere
11 fundũ, & fructus † in eadem summa annuos percipere, ut per Alex. d. cõs. 31. in 6. & Rub. d. cons. 108. ad fi. huius interesse posset haberi ratio.

Quo ad alium punctum, an hæredes promissoris teneantur ad interesse à tempore mortis vxoris citra, quo ea casu cessare videtur cõuentio. quia alias tetigi, & resolui, ut in primis scriptis, nil scribam, sed remittam me ad priora dicta, prout etiã ommittam scribere super tertio puncto tacto in consilio facto pro hęredibus promissoris, cum in facto præsupponatur D. Arbitris constare, fuisse petitam dotem, & interusuria in præteritum. quo casu cessat difficultas de remissione, quę non tam passim est præsumenda, ut per Aret. & Ias. in §. fuerat. Insti. de actio. Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

ADDITIONES.

Vt absolutam habeamus cognitionem huius tractationis, necessaria est hæc distinctio, an quid est conuentum à genero pro usura dotis, non solutæ, aut nihil prorsus est conuentum secundo casu dubium est maximum, an possit gener aliquid petere, si nihil pactus est.

Et primum certum est non posse percipere hoc lucrum tanquàm dotis vsuram, cum omni iure vsurarum prosequutio prohibeatur. c. super eo. & tot. tit. de usur. & demonstrat Cagnol. in l. curabit. in prin. C. de actio. empt. latissimè Ofasc. decis. 137 nu 6 Bursat cons. 320. num. 1. & Rim. iun cons. 349. nu. 47. Falluntur nam què illi, qui credunt de iure pontificio usuras fauore dotis specialiter licitè exigi, quia hoc nequaquam est uerum, cum illæ tãquam proprium interesse petantur, & exigantur, ut dixit Bart. in l. insu'am. §. vsuras. ff. solut. matr. & docent Parisien. in consuetudi. §. 1. glo. 9 numero 19 & in tract. de vsur q 74 nume. 5 25 Lup in l. curabit. §. quarto, numero 80.

Si verò aliquid petatur tanquàm interesse, vtiq; ante omnia necessaria est mora debitoris, quæ necessario præ

suppomt

ſupponiſ in petitione intereſſe.dic.§.uſuras,ubi omnes Doct. & in l.de diuiſione,eo.titu.& communem * eſſe referi Plot.in l.ſi quando, nu.460.C unde ui.Itaq; nulla erit mora, ſi vel dies ſolutioni præfixus non erit exactua iuxta no.in l magnam,C.de commiſſen. & contrahen.ſtipula. vel nullo præfixo die neceſſaria erit interpellatio,alias promittens non poterit dici in culpa,& in mora,nec teneri ad interuſuria.l.mora. ff de uſur.

Prçterea licet adſit mora,ſi intereſſe petetur lucri ceſſantis,hoc non debebitur niſi genero ſolito negotiari,in quo ſolo tale intereſſe conſideratur ſecundum Docto. communiter * in l.fi.C.de ſenten. quæ pro eo quod inter.Alex.in l.diuortio.col.9.ff ſolu mat Nat.conſ.450. nu.2.Rurſus ſi petetur tanquam intereſſe damni emergentis,gener debebit probare quantitatem damni paſsi ob dotẽ non ſolutam,nec poterit agere ad certã quantitatem.Caſtr.& cæteri.in l.inſulam d.§.uſuras.Alexan. conſ.229.col.pen.in 3.Nat conſ.490.num.5.Plot.qui hanc dicit communem opinionem * in d. l. ſi quando. nume.455. & ita arguit in ſpecie. Alexand.conſil.141. colum.prima,in quinto.

His minime obſtantibus contrariam ſententiam amplector,& arbitror uerißimam eſſe hanc cõcluſionem, interuſuria dotalia marito deberi vtroque iure,ob retardatam dotis ſolutionem.ita trad.Doct.in d §.uſuras. & in Cano.in c.ſalubriter.de uſur.Bar.in l.at qui natura.§. non tantum.ff.de nego.geſt.cum alijs multis congeſtis ab Oſaſc.deciſ.132.in princip. & hanc eſſe frequentem omnium * ſententiam teſtatur.Alex.conſ.79 colum.j. in quinto.idem conſ.31.in ſexto. Grat. conſ.57. in primo,& tum in iudicijs, tum in ſcholis eã probatam eſſe dicit.Nat.conſ.495.

Ratio concluſionis eſt, quia maritus cum ſuſtineat matrimonij onera non habet interuſuria tanquàm uſuras,quæ in lucro conſiſtunt,ſed tanquam uerum,& proprium intereſſe.ita dicunt Doct. in d.§.uſuras.& in c.ſalubriter.& Bal.in Rub.C.de uſu q 4.& licet non nullorum ſit opinio,quod intereſſe hoc eſt tum lucri ceſſantis,tum damni emergentis, ut poſt antiquiores. Ioan. Andr.Butr.Abba.in d.c.ſalubriter.tenet Bologni.conſ. 39.& alij ex Theologis,quos cumulat Didac.lib.3.variar.reſolut.c.1.nu.3.& Plot.in d l.ſi quando, §.11.numero 21.qui communem * referunt, ut ſcribit Lup.in l.curabit.§.4 nu 79 attamen verè ratio. c.ſalubriter.unica eſt & ſolum intereſſe damni emergentis reſpicit, ibi enim dicitur (cum frequenter dotis fructus non ſufficiant ad onera matrimonij ſupportanda) hoc aduertit. Nauar.in c.ſi fœneraueris.14.q.3.num.71.& Sot.lib.6. de Iuſt.& iur q.1.art.2.col. 7.itaque intereſſe hoc dãni emergentis dicetur,ut ait Caſtr.in d §.vſuras. & ſequitur Alex.conſ.63 nu.4 uol.4.& conſ.74.col.1.in quinto.& conſ.31.col.2. in ſexto, ubi ait, quod habita relatione horum interuſuriorum ad aliud antecedens,quod eſt onus matrimonij reſultat contractus, facio ut des, & hoc pacto non eſt uſura,ſed quædam recompenſatio de iure permiſſa Idem probat Corn.conſ.250.col. 2.in primo.& Nat d.conſ.495 num 1.hinc intereſſe hoc deberi etiã non ſolito negotiari concludit Caſſane.in commentar.ſuper conſtitutio. Burgun. Rubr. quarta.§.23. in prin.nume.quinto.

Neque obſtat, quòd mora interuenire debeat cum petitur intereſſe, quia non illa requiritur regularis, & ordinaria,quæ uel per lapſum diei,uel propter interpellationem cõtrahitur. d l magnam. & l.quod te.ff.ſi cer. pet.quia ſufficit mora irregularis, quæ contrahitur ſi maritus uxorem domum traducat. & onera ſuſtinere incipiat, promiſſor uerò dotis ex parte ſua non impleat. hoc enim caſu in mora cõſtituitur ipſa re ipſa, & ſine aliqua interpellatione,quod euenit in quolibet contractu reciproco ultrò citroq; obligatorio,d.l.curabit. & l.Iulianus.§.ex uendito.ff.de actio.empt.Nat.conſ. 162. numero 18.& hoc procedit maximè in hoc contractu dotis. nam eſt rationi conſonum maritum,qui uxorẽ alendo exgrauauit ſocerum, quid percipere ab eodem, qui ad alimenta tenebatur,ita trad.Alex.conſ.147. in 5.ubi ſubiungit hanc opinionem * eſſe magis approbatam. & reſpõdet ad tex.in l.fi.§.præterea.C.de iur.dot.oſtendens,quòd ille procedit in extraneo dotante,ſecus in patre qui ad dotandum tenetur.ad idem eſt glo.in l.de diuiſione.& ibi Docto.ff.ſolut.matr.& illam cõmuniter * approbatam eſſe, dicit Socin.conſ.179.col. 1.in ſecundo,& Alex.ſequitur Caſſane.in dic.§.13.ſuper tex.ſeru ſuffiſſament.nu.3.idem ſequitur Bauer. in tract.de mora ſecunda par.nu.14.uerſ. 4.principaliter,ubi loquitur etiam ſi maritus fuerit in aliqua negligentia.Et cũ maritus alat uxorem,& patris gerat negotium utile, utiq; tenetur pater actione negotiorum geſtorum,Rui.conſ. 61.num.6.in 1.Et quòd hęc interuſuria debeantur ſtatim marito incipienti ſuſtinere onera,tenet Caſt.in l.peculium eſt.in prin.ff.de pecu.& in l.iubemus. la ſecunda in §.ſane.C.de ſacroſ.eccl. Corn.conſ.59.lit.d.in tertio. ſubdens omnes communiter * ita tenere, quando dos fuit promiſſa à muliere,uel eius patre,ſequitur Cagno. in d.l.curabit.nu.41 Rol.in trac.de luer. dot.q.8.

Secundo modo contrahitur mora,ſi labatur bienniũ ante dotis ſolutionem, quia hoc caſu non ſolum pater, ſed etiam extraneus tenetur interuſuria ſoluere, ita.n. apertè decidit tex.in d.l.fi.§ præterea.C.de iur. dot.ubi Bal.& cæteri idem Bald.conſ. 464 in 3.Alex.conſ.74.in primo.Rui.conſ.224.col.1 in 1. ſed in patre, ſine difficultate procedit,ut per Roma.ſingu.202.quando dicitur & ibi in nouis additio,Socin.conſ.288.col.14.verſ. comprobatur hoc idem in 2.Ruin.conſ.61.nu.5. in 1. Boer conſ.6.in prin & per tot.

Ampliatur primò hæc concluſio,ut procedat licet ſocer promiſerit ſoluturum dotem ad omnem inſtantiam & uoluntatem generi,quia hoc caſu etiam non interueniente interpellatione promiſſor eſt in mora, & tenetur ad interuſuria,illa n.uerba non ſunt cõditionalia nec ſuſpendunt, ſed fuerunt apposita ut citius, & ſine mora dos ſoluatur. l. ſi decem cum petiero. ff. de uerb.oblig. tex.eſt in l.cum ſtipulatus ſim mihi à Proculo.ubi Bar. & communiter Docto.ff.eo.ita in his terminis ampliationem noſtram probat.Corn.conſ.145.conſ.3.ſub lit. c.in ſecũdo.& quod ſocer ſi promiſit ſoluere dotem ad omnem petitionem, & uoluntatem generi non propterea excuſetur à mora licet nõ fuerit interpellatus,admiſſit Rui conſ. 32.in primo.& lapſo biennio hæc opinio non habet difficultatem,ut per Socin. in dic.conſ.288. d.uerſ comprobatur.

Amplia ſecundò,ut idem procedat ſi dos promiſſa ſit ſoluenda infra terminos ab arbitris declarandos.Corn. conſ.150.col.5.ſub lit.D.in ſecundo. Cagnol.in d.l.curabit.nu.42.quod uerum eſt etiam quòd dotis quantitas arbitrio tertij remittatur,quia debentur interuſuria dotis,licet declarandæ, ut ibi dicit Cagnol. qui adducit Hercula in d.§.de diuiſione.col.7.ff.ſolu.matr. & idem expreſſe firmauit Nat.conſ 495.nu.2.

Amplia tertiò, ut idem ſit licet labatur decennium antequam maritus petat,& licet uideatur aduerſari text. in l.cum quidam.§.Diuus.ff de uſur.& authoritas. Bal. conſ.464.in tertio.& Marſ.ſing.360.& ea quæ latè pro contraria ſententia adducit.Alcia.de præſump.reg.prima,præſump.32 nu.6. quam opinionem uidetur ſequi Alex.cõſ.74.nu.8.in 5.& Balb.de præſcrip.4 par.quartæ par.prin.quæſt.36.attamen magis communiter * reprobatur,hancquè opinionẽ pluribus reprobat Ang. Aret.in §.fuerat.nu.5.Inſtitut.de actio.& ibi Iaſ.nu.21. pluribus rationibus idem confirmat, atq;,quòd ſi caſus eueniret iudicaret,& conſuleret contra Bal.quem etiam

repro-

test imponi etiam à supremo iudice.

3 *Iudices supremi nō possunt multare vltra duas vncias auri.*

4 *Et quid de consuetudine.*

5 *Officiali non creditur asserenti habere mandatum à Principe de sic proclamando.*

6 *Iudex in suo banno non potest applicare aliquā partem accusatori.*

7 *Banno non tenētur credere subditi propter appositionem pœnarum insolitarum.*

8 *Subditi si habent iustam credendi causam bannum non valere, excusantur à pœna etiam si valeret.*

9 *Ignorantia proclamatis probatur ex infirmitate subditi.*

10 *Infirmitas, & absentia æquiparantur.*

11 *Infirmitas præstat iustam causam restitutionis in integrum.*

12 *Ignorantia præsumpta excusat ignorantem.*

13 *Scientia contrafacientis est probanda per curiam, quando delictum omittendo perficitur.*

14 *Exempti non comprehenduntur in proclamate generali.*

15 *Et maximè si per sententiam sit exemptio confirmata.*

16 *Dolus requiritur ad incursum magnæ pœnæ.*

17 *Et excusatur ob causam etiam iniustam, & fatuam.*

18 *Consuetudo etiam irrationabilis excusat nō parentem proclamati ibid. nu. 19.*

20 *Citatione omissa, secundum formam statuti sententia est nulla.*

21 *Etiam si statutum expresse sententiam non annullaret.*

CONSILIVM CCLXIII.

In Domino confido.

SI fuissent visę, & auditæ defensiones Menghini Guaraldi carcerati, & condemnati, vix credere possum, ꝙ fuisset condēnatus, vel carceratus. quia certè iustam fouebat causam, & debuisset omnino absolui pluribus validissimis rationib. Et primo quia proclama illud cuius vigore fuit inquisitus dictus Menghinus. publicatū de anno 1581. fuit editum nomine, & de mandato magnifici domini Commissarij Centi, sine expresso mandato Serenissimi D. Ducis nostri. quod minime fieri potuit. & propterea subditos nō obligauit. cū ultra prohibitionem ordinariam quam habent officia
les huius status de non faciēdo aliqua proclamata, vel banna sine expressa licentia ipsius Serenissimi Ducis. ex sua potestate ipse magnificus D. Commissarius nō potuit alterare pęnas à iure impositas, & minus facere delictum id, quod nō est delictum de iure communi. ut est conducere sua blada in aliquam terram, vel castrum, nec de
1 nunciare personas, vel buccas suæ familiæ, † ut
uoluit. Paris de Pute. in tract. syndi. in verb. tortura. in §. an in causa pecuniaria. nu. 3. & 4. & sequitur. Gram. decis. 47. nu. 9. Et tantominus apponēdo tam magnam pœnam scutorum duorum, pro qualibet corbe nō conducta. quæ impertabat rei
2 amissionem, † & confiscationem. quàm non potest comminari, vel imponere etiam supremus iudex. l. vnica. vbi Cyn. Alber. Saly. & alij. C. ne sine ius. princi. cert. iudi. liceat confis. Ias. ad propositum cons. 46. nu. 1. 3. vol. Iul. Clar. in prac. crim. §. fin. quæst. 78. vers. quæro nunquid. Et in confesso
3 est etiā summos iudices † non posse multare vltra
sex vncias auri. l. fin. C. de mod. multan. Doct. in l. 1. in princ. si quis iudici non obtempe. Vbi Cagnol. nu. 14. & seq. Alcia. in l. funus. §. inter multā. ff. de verb. sign. ubi tenet pręsidem vsque ad duas tantum uncias multare posse. Et licet Spec. fuerit in opin. quòd dispositio illius. l. de consuetudine.
4 non seruet. r tñ eius opin. non admitteretur † nisi
talis consuetudo probaretur, quæ non est uniuersalis nec creditur de credul. attestanti, ut per Cagnol. illic. nu. 19. Nec etiam hoc casu creditur offi
5 ciali † asserenti se hr̄e mandatum Principis de sic
proclamādo, vt ferè in terminis trad. Osas. decis. 71. num. 12. tametsi ex lectura ipsius proclamatis appareat, ꝙ imò non habuit mandatum sic ꝓclamandi a Principe. sed tantum inhærendo alijs ordinibus, & proclamatibus Principis illud proclama edidit, & publicari mandauit. & tamen in aliquo proclamate edito de mādato ipsius Serenissimi Principis non constat, quòd fuerit factū præceptum de denūciando personas, vel buccas ali-
6 quas. Vltrà quòd etiam iudex in suo banno † non
potest applicare aliquam partē accusatori. Bossi. in tit. de senten. nu. 31. Concluditur itaq;, ꝙ respectu potestatis non ualuit bannū, nec ligauit subditos, quòd illi non tenebantur credere propter ap
7 positionem pœnarum insolitarum, † & pręsertim
confiscationis rerum, ut trad. Ias. nu. 3. 2. Claud. nu. 4. in d. l. 1. §. 1. ff. si qs ius. dicen. non obtēp. Ias. d. cons. 46. nu. 4. & Brun. cons. 87. nu. 41. Et quan-
8 do subdit † habent iustam causam credendi ban
num non ualere. & si alioquin ualeret, tamē excusantur à pœna. Ias. in d. cons. 46. numero 3. & 4. & d. dec. Pedemont. nu. 16.

Secundum est fundamentum. & quidem iustū & ęquum, quòd probatum est in processu ipsum Menghinum tempore publicationis ipsius ꝓclamatis, & ante, & post per plures menses fuisse infirmum. & quidem magna infirmitate cubantem in lecto. vltra ꝙ abest eius habitatio à terra Centi per sex mille passus, & ultra. ex qua quidem infir-

mitatis

9 mitatis probatione resultat probatio † ignorantiæ publicationis ipsius edicti.c.fi.ubi gl. & Doc. qui matri.accus.pos.Bart.per illum tex. in l.is pôt nu.7.& illic Marant.in repet.nu.306.ff.de acqui. hære.Lud.Gomes.in regula de infirm. resignan.
10 q.9.nu.7.priuil.4.Et infirmitas, † & absentia æquiparantur.l.si longius.ff.de iudi.iuncta l.quæsitum. ff.de re iudi.& trad. Gasp.Valas.in repet. l.imperium.num. 188.ff.de iuris. omn.iud.sed & infirmi-
11 tas præbet † iustam causam restitutionis in integrum.Io.Maurit.de resti.in integ.c.339.Igitur ob hanc præsumptam ignorantiā debuit ipse inqui-
12 situs † excusari à pœna.c.cognoscētem. ad fi.de const.ubi Aret.in fi.citat.d.c.fi.& Bero.ibi nu.29. & 55.loquitur expresse de ignorantia causata ex infirmitate.& etiā Menoch.in tract. de arbit.iud. lib.2.cons.186.nu.15.& seq. Quinimò hoc casu
13 cum sit delictum in omittendo † uoluerunt Ias.in d.cons.nu.2.& d.decis. Pedemont. nu.36.& seq. debere pro parte curiæ constare de scientia contrafacientis.& talem ignorantiā iuramento probari uoluit etiam Osas.d.decis.nu. 23.& seq. ubi nu.28.citat gl.in d.c.fi.quod t.loquitur. de ignorantia eorum, quæ publicæ fiunt propter impedimentum infirmitatis,& q causa colorata excuset Ias.firmat in d.cons.46.col.3.vers.5.

Tertium est fundamentum, quòd eū illi de Casumario sint immunes, & exempti, & possint extrahere ex priuilegio illorum, & uigore sentētiarum alias latarum, blada sua extra territoriū cēsi. non comprehendebantur illo banno, vel procla-
14 mate gñali. † ut ad propositum uoluit Castr. cōs. 187.notandum est.secundo dub.2.uol.Curt.Iun. cōs.107.nu.12.& seq. Bos. in tit. de princ. & eius priuileg.nu.151.& Ruin.cons.219.num.5.1.uol. Quod tanto clarius procedit, ex quo per senten-
15 tiam † immunitas ipsa fuerat confirmata. Alex. cons.36.ponderatis.1.col.in vers.Nat.cons.524. num.23.& seq.& cons.seq.num.52.& seq. Vnde non tenebatur ad pœnam comminatam. Castr. ad propositum cons.317.viso & examinato. primo dubio.primo vol.Et cum solitum esset etiam in proclamatibus ducalibus nominatim faecere mentionem de villa Casumarij, ut in proclamatibus præfatis. & in hoc eius vigore actum fuit. & inquisitus reus de hominib.ipsius villæ nō fuerit facta mentio, certè ipse Menghinus iustam habuisset causam creden. non esse comprehensum in eo proclamate. Et licet ipse fuerit præsens uni ex proclamatib. publicatis de anno 1567.in quo de dicta villa Casumarij fiebat expressa mentio. ex hoc nō potest inferri, quòd sciret publicationem factam de anno 1581. & sit per 14. annos post, tempore quo erat infirmus. vltra q ei non noceret ex quo, fuit factum de mandato D.Com miss.nulla facta mētione de hominib.Casumarij.

Postremò nullo modo poterat condemnari reus, non cōstito de eius dolo. qui eum agebatur de tā magnis pœnis oīno exigebatur ad earū in-
16 cursum. † Dec.cons.83.col.2.vers.3.respōdetur. & Plot.in l.si quando.nu.765.C. vnde ui.& si cau-
17 sa etiam iniusta, & fama † excusat à dolo & pœna, ut per * omnes.in l.iustè possidet.ff.de acquir. pos.& Plot. in 1.volum. cōsiliorum criminalium primo impressorum cons.108.nu.93.quanto ma-
18 gis excusauit † illum consuetudo, quòd possent de suis bladis disponere, & illa extrahere d.homines Casumarij vltra immunitatē illorū, & sen-
19 tentias pro eis latas. ex quo consuetudo † etiam irrationabilis excusat à pœna. Mars.in l. 1.nu.99. ff.ad l. Corn. de sica. & cōsilijs 90.nu. 18.& e.numero 19. Plot. d.cons.nu.22. ac Gram. decis.50. nu.3. Quæ omnia si fuissent visa & cōsiderata per magnificum D. Iudicem antequam sententiam suam tulisset, utiq; credere nō possum, quòd tam fulminanter, & velo (quod aiunt) leuato processisset ad condemnationem illius.& repentè ad illius executionem, & capturam, ac pignorationē factam cum tam magno dispēdio, & ruina huius rustici certè uiri probi, & ignari.licet diuitis.

Et si verum est (ut audio uerissimū esse) quòd ipse Menghinus fuerit condēnatus nulla citatione de eo facta ad sententiam. sententia fuit nulla ex forma statuti Cēti in Rubr. de modo procedendi in causis criminalibus. in fi. Vbi est expressum non valere sententiam.& cum statutū hoc expresse disponat vlterius non est quærendum, ut ad pro-
20 positum similis † statuti respondit Curt.Senio.in cons.60.Dux Philippus.col.2. nume.38.& Mars. cons.117.nu.13.Quod procederet.etiam si statu-
21 tum expresse non annullaret † sententiam ex quo forma nō est seruata statuti, nec reus legitimè citatus. Mars.cons.64.nu.20.& seq. & num. 53.97. nume.21.& 130.nume.15.& pluribus alijs consilijs.Bos.in tit.de citatio.numero 13.& seq.

Laus Deo Op.Max.

Bartho.Bertaz.

ARGVMENTVM.

De pœna morosi debitoris, & quomodo teneatur ad omne damnum passum per creditorē, & si ob moram debitæ solutionis fuit coactus recipere pecunias sub usuris.

SVMMAE.

1 *Debitor morosus non soluens in termino cōuento tenetur ad omne damnū passum creditoris, & si cogatur recipere pecunias sub usuris.*
2 *Vel ob non solutionem amittat pignus suum.*
3 *Pactum de soluendis usuris, quas creditor ob moram debitoris soluere compelletur, valet.*
4 *Creditori licet accipere pecunias ad cambia, & recambia debitore moroso non soluente.*
5 *Dies interpellat pro homine.*

6 Mora

6 *Mora magis incurritur, si in instrumēto extat iuramentum.*

7 *Solutio est facienda per hæredes defuncti debitoris.*

8 *Debitor, ut teneatur ad vsuras recompensatiuas damni creditoris, quæ requirantur. & nu mero 9. 10. 11.*

12 *Mora incurritur etiam per hæredes ob diē statutam solutioni.*

13 *Interesse est soluendum ab hæredibus, & filijs ob factum patris.*

14 *Interpellatio requiritur licet dies sit statuta, quando agitur de re magni præiudicij.*

15 *Cambia sunt licita, quia quandoq; nullum afferunt damnum.*

16 *Interesse conuentionale semper debetur.*

17 *Solutiones in dubio cedunt in duriorē causam.*

18 *Vsuras censetur remittere qui sortem recepit.*

19 *Procurator non potest præiudicare domino remittendo vsuras.*

20 *Interesse nō censetur remissum propter receptionem sortis.*

CONSILIVM CCLXIIII.

In Domino confido.

PRO Illustriss. D. Marchione. D. Francisco Estense, cum his fratribus de Orabono, abūdè fuit scriptum, & voce allegatum. ideo breuiter satisfaciam. ostendendo quòd ea, quę ex aduerso fuere adducta per magnificum Aduocatum aduersarium, minimè obstant victoriæ ęquissimę ipsius Illustrissimi Marchionis. Conclusio est omnium receptissima. quàm etiam nō fuit ausus negare ipse. d. aduersarius, quòd † debitor morosus qui non soluit in termino conuento debitum creditori, te
neatur ad omne damnum passum per creditorē,
1 siue ex eo, q pecunias sibi debitas, habere nō potuit, fuit coact⁹ alias recipere sub usuris, vel aliud quodpiam damnum passus fuit, emergens patri-
a monio suo.[a] ut est communis * opin. Doct. Inno.
* But. Abb. & Io. de Ana. in c. 1. de vsur. Bal. Saly. & Castr. in l. 2. C. eo. tit. Anch. cons. 376. Secūdo dubitatur col. 1, ad fi. vers. & pro hoc d. Alex. cons. 220. super titulo. post prin. 2. vol. quod admittit. cons. 141. viso themate. 1. col. in fi. 5. uol. Nat. cōs. 490. nu. 10. Plot. in l. si quādo. nu. 423. C. vnde vi. & ante ipsos. Ias. in l. numis. 4. not. num. 5. ff. de in
2 litem iur. † Vbi idem dicit procedere in casu quo creditor, ob non solutionem sibi factam, amitteret pignus suum. quod ex pecunia sibi debita reluere potuisset. quam opinionē admittit Rolan. à Val. in cōs. 35. in prin. 1. vol. quam esse communem affirmat Cagnol. in l. curabit. nume. 72. C. de act. emp. & secundum quam fuit decisum in Rot. vrbis, vt refert Mandos. in add. ad consiliū. Rom. 94. citans decisionem. Io. Mona. primam in ti. de vsur. quæ decisiones adhuc non sunt impressę.
3 Et tanto † magis tenetur debitor, si fecit pactū
b de talibus vsuris[b] soluendis. ut in casu isto expressè fuit conuentum, valet. n. tale pactum Roman. d. cons. 94. in prin. & Alex. d. cons. 220. 2. col. Et in pacto quòd debitore non soluente. liceat cre-
4 ditori recipere pecunias ad cambia. † & recambia, in indiuiduo. trad. Rom. cōs. 101. propositę. 1. col. post princ. Nec hoc casu, quo tale interesse debetur respectu damni emergētis est facienda distinctio. an creditor sit solitus negotiari. vt fit in lucro cessante. ut per Cagno. in l. vnica. nu. 48. C. de senten. quę pro eo, quod inter. profer. & Plot. in d. l. si quando. num. 467. Quo stante cum appareat. D. Orabonum conductorem non soluisse debitis temporibus pensiones. debitas ipsi Illustrissimo Marchioni, quas soluere tenebatur, cū dies
5 ipsum † interpellaret. l. magnam. C. de cōmitten. & contrahen. stipu. l. quod te. ff. si cer. pet. & c. fin.
6 loca. † & fuit constitutus in mora tanto magis, cū in instrumēto extaret etiam iuramentum, ut per Menoch. in tract. de arbitr. iudi. lib. 2. centur. 3. casu 220. nu. 21. & 44. Rolan. à Val. cons. 25. nu. 22. 2. vol. & Senat. Pedemonta. decis. 49. num. 6. 7. & 12. & 71. nu. 57. nec probauerunt solutiones fa-
7 ctas per eum illius hæredes † ad quos pertinebat.
* l. 1. C. de probat. l. fi. C. de solut. gl. & cōiter * oēs in l. 2. C. de iure emphy. & in l. in illa stipulatione. si calendis. vbi Rip. nu. 15. de verb. oblig. & Affli. decis. 91. nu. 2. Certè negari non potest, quin heredes ipsius. D. Oraboni teneantur ad omnia interesse passa per ipsum Illustrissimum dominum Marchionem, in rationem octo cū dimidio pro quolibet centennario. prout ipse soluit pro cambijs, & recambijs per dicta tempora. vt deponūt testes examinati in processu. reseruata in sententia. D. Cippelli. uel saltem in rationē septem pro centennario, solutorum ipsimet. D. Orabono per eundem Illustrissimum Dominum, in contractu cum eo facto vēditionis, & locationis. cum nimis esset iniquum, quòd ipse exegisset interesse suarum pecuniarū, & retinuisset penes se tot annos pecunias debitas ipsi Illustrissimo Marchioni.
Non obstāt modo ea, quæ nimis subtiliter pro euitatione huius tam claræ cōclusionis in mediū adducebantur ex aduerso. Et primò, quòd ut habeat locū oportet quòd tanta summa pecuniarū punctaliter. & ad unguem fuerit vigore pacti acc epta ad cambium & recambium. ut uidetur vel-
8 le. † Alex. d. cons. 191. nu. 3. & Rom. d. cons. 101. quia nō est verum, quòd nec Alex. nec alij exigāt, quòd omnino tāta, nec maior, vel minor summa accipiatur. quia si creditor eget maiori quantitate, & illā accipiat tenetur debitor pro rata sui debiti. sicut si non egeret tanta summa, & minorē acciperet, non teneretur debitor nisi pro summa accepta.

accepta.& hoc est, quod uoluit dicere. Alex.in d. cons. q teneatur debitor si creditor accepisset totidē pecunias sub usuris. quia si accepisset maiorem summam non teneretur pro excessu. si minorem tantūmodo ad acceptum. quod satis colligitur ex dictis p Alex. ibi. q debitor tenetur ad quodcūq; aliud damnū passum per creditorē. & & sic gnaliter complectitur omnia damna passa. quæ eū ita sint. non est dubium, q cū ipse Illustr. Dñs maiorē quantitatē pecuniarū acceperit ad cambia.& etiam à d.Orabono vendendo, & conducendo dictam possessionē ab eo. & passus fuerit dammum, ut sup. id sibi non sit reficiendum.

Secundò, nō obstat q duo exigebantur ēt ꝓbanda.ad finē, ut debitor teneretur ad istas usu-
9 ras recōpēsatiuas dāni creditoris.necessitas† accipiēdi.& q aliter sine usuris, vel interesse nō posset pecunias habere, ut per Ambr. de Vignain e. salubriter. num.264.de vsur.Ang.in verb.usura.il primo.nu.20.& syluest.ēt in sua summa. eo.verb. quia præter id, q loquuntur quo ad forū poli.& consciētię. nō aūt quo ad forū fori.quo loquuntur Sot.Doct.sup.citati. In casu isto cessat ois scrupulus.cū appareat d.Illustriss. Marchionem accepisse de anno 1548.ad cambia maiorem quantitatem pecuniarum pro indigentijs suis, ut deponunt testes.& ulterius ēt de anno 1551.uendidit possessionem Orabono.& contraxit illud debitū. soluendo septem pro singulo centenario.quis.n. arbitretur, q nisi fuisset in necessitate constitutus talia debita adeo grauia contraxisset.cum nemo præsumatur suū velle iactare.l.cū de indebito.de probat.& q si potuisset hēre mutuos accepisset fę-
10 nore.& in hoc casu stat dicto † illius, q si habuisset pecunias se liberasset à debito, ut per Alex.in d.cons.220.2.col.ad fi. Et qn constat de dāno nō
11 est opus ꝓbare per creditorē, q si habuisset† pecuniā dānū nō icurrisset.Rui.cōs.104.nu.6.3.vol.

Tertiò, non obstat, q ipsi rei conuenti sint hæredes patris. & per cōsequens non possint teneri ad hæc interesse.tū quia cū esset statuta dies cer-
12 ta solutionibus † faciendis, ēt hæredes fuissent cōstituti in mora.l.ad diem.ff.de verb.obl.Nat.in cons.226.nu.4. tum quia hic nō agitur de interesse decursis post mortem patris. nisi per quatuor, vel quinque menses.cum d.Orabonus obierit de anno 1560.& de mense Augusti. Iudicium verò motum contra filios fuit motū de anno sequenti de mēse Ianuarij, per qđ fuerunt cōstituti in mora ad trad.in l.1.C.de iudi.nec dubitādum est, qn
13 ex facto patris teneantur† ad talia iteresse.l.ex qua ꝑsona.eū ibi no.ff.de reg. iur. trad.gl.& Doc.in l.fi. C.de reuoc.dona.vbi Rip.q.70.numero 236.

14 Quartò, nihil officit q exigeretur† interpellatio d.D.Oraboni ex quo agebat de re magni præiudicij.l.1.§. licet. ff. de peri.& commo.rei uend. Aret.nu.7. & Ias.nu.14.in l. si ex legati causa.ff.de verb.oblig.tum quia illic est casus specialis, cum agatur de totius rei amissione, ut admittunt Doc. ibi.& Port.in cōcl.sua 23.1.limit.lib.4.& in ꝓposito hic non ag.tur de summa rerum. sed de cambijs, quæ aliqn nullum afferunt damnū, & ꝓpea
15 sunt licita, ut trad.Rom.in cons.238. pro habēda substātia.nu.9. vers.5. certissimū est. nota qa cum in pacto fuerat cōuentū licere d.Illustr.Marchioni accipere pecunias fęnore, & ad cambiū absq; alia interpell. cessat ois disputatio, qa pacta rumpunt leges, ut dicunt vulgares.glo.in c.cōtractus. de reg.iur.in 6.Cagno.in l.contractus. num.97.ff. eo.& cū ipse Illustriss.Dñs iam recepisset d.pecunias ad cambium. & durante d. tpe sibi nō fuerit satisfactū debitis tpib.& soluerit cābia. potuit illa repetere ex dispositione iuris cōis de qua sup. cum passus fuerit damnū emergens. qđ nullā exigit interpellationē.ut ex decis. Doct.sup.citatorū videlicet. Et tanto minus qn sumus in interesse
16 conuentionali, quod semper † debetur. Mant. cons.185.nu.3.2.uol. nulla opus erat interpellat.

Quintò, non obstat qđ ex aduerso obijciebatur, q solutiones factę p D.Orabonū in dubio ces-
17 serint † in antiquiorē.& duriorem causam.l.1.& l.cū ex pluribus.vbi Bar.de solut. Rom. d. cōs.94. nu.2.& ibi in addi.quia hoc non tollit fundamentum nostrū. & si uerū esset, cū nunq ipse debitor solueri, quin etiā esset debitor in alia quantitate quæ subintrauerit, pro qua fuisset in mora.unde cum ob eius non solutionē ipse Illustr. Dñs dictū dammum passus fuerit.non uideo quare omni casu non teneatur ad dictum interesse.

Sextò, & vltimo non obstat, q ex quo ipse Illustriss.Dñs sortem recepit pluries.censentur remis-
18 sisse usuras, maxime concurrente lapsu† aliquorum annorū. Alb.& Fulg.in l.cum quidā. §.diuus. de vsur.quia primo non apparet, q ipse Illustriss. Marchio vnq nisi semel habuerit sortem, & hoc de anno.1561.post sniam latā.& sic cessat consideratio.Alber.quam ēt non tenet illic Fulg. præterea solutio facta fuit eius procuratori, q nō po-
19 terat præiudicare Dño remittendo† usuras, cum esset donare. Bar.in l.procurator.ad fi. de procur. & Rimi.cōs.84.nu.6.text. ēt ille in d.§. diuus.loq̄t qn cōstabat creditorem expectare gratiam à debitore, ut per glo.ibi. Alber.& Fulg.& loquitur in vsuris non in interesse. quod non censetur remissum ēt per receptionem sortis.nē facto debitoris creditor remaneat in damno.Castr. in d.l.2.nu.3. in fi.C.de usur.Et q ille tex.nō obstet, nec habeat
20 locum † nisi in usuris non in interesse.Rom. cōs. 517. nume. 14.& alij plures de quibus per Dec. cons.571.Gram.decis.70.vbi dicit ita fuisse iudicatum,& Mando.in addi.ad Rom. in d.cons.

Bartho.Bertaz.

ADDITIONES.

a Addes illos oēs ex nostris, quos refert Gabr. lib.3.cōmu. conclus.10.concl.tit.de solutio. vers.1. amplia. & Ioan. Bapt.Lup.in l.curabit.§.6.nu.101.& ex Theologis plures, ac plura refert Sot lib 6. de iust.& iur. q.1. artic.3. Nanar.in Manual.c.17.nu.211. & in commentar. sup. cap.si fœneraberis.14.q.4.nu.44.& 45. ubi de coacto recipere pecuniam, sub usuris.

Quærimus nos, an liceat pacisci à principio interesse

sc? est frequent quęstio in materia pœnali, & criminis usurarũ.pro intelligentia est distinguendum,quandoq; in pactum venit interesse damni emergentis, quandoq; lucri cessantis.rursus quandoq; quis paciscitur interesse incertum;quandoq; taxat certum. Tertiò interdũ conuenit,ut interesse taxatum debeatur ante moram,quandoque post moram. his ita explicatis.

Prima est conclusio,interesse in genere potest deduci in pactum debitum post moram illius facta probatione.hoc expresse dicitur hic, &in terminis tenet Socin. cons.176.col.3.vers.septimo confirmatur.in primo.sequitur Dec. cons.119. col.3.uers.si ergo.Crauer.cons.189.ubi reprobat Alex.ratio est apertissima,quia si hoc interesse debetur de iure.poterit etiam deduci in pactũ, ita argumentatur.Menoch.cons.110.num.49.& seq.

Amplia, ut procedat in quocũq; interesse siue lucri, siue damni,& in quocunq; contractu etiam mutui ob regulã de qua supra,quod quicquid debetur de iure pôt venire in pactũ . at quod interesse lucri sit omni iure ẽt pontificio permissum,tenent post Abba. Fely. in c.cum venerabilis.nu.7.& Dec.nu.14.de excep. Ias.in l.1.numero 50.& ibi omnes.C.de sum.trinit.& fid.cath. Gabriel.omnes referens d.lib.3.conclus.10. tit.de solutio. vers.primo amplia.& in contractu mutui, quòd mercator possit ex pacto interesse lucri petere,post Io.Andr. & Abb.in c.nauiganti.de usur.trad. Grat. cons.87. numero 20.in primo.& licet uelit hoc procedere etiã ante moram,attamen illius dictum erit intelligendum, ut inferius dicet. quid verò sit præstãdum, quomodo sit probandum interesse, & quomodo mora dicatũ incursa nõ est nostri instituti,aut muneris disquirere, nam solum in eam curam incumbimus, ut casus demonstremus in quibus excusetur quis ab usura .

Secunda est conclusio,interesse etiam certum potest taxari à principio debitum post moram,modo per creditorem probetur postea tanti sua interesse , quantum fuit taxatum.nam per subsequntam probationem sustinetur illa conuentio alioqui illicita in uim probationis deducta.Alexan.cons.200.in 6.Dec.cons.111.col.vlt.& cons.322.nu.4.Didac.lib.3.resolut.c.4.nu.5. illatio.7. Dec.in d.c.cum venerabilis.nume.14.vers.taxatio.Rube cons. 88 in fi.Pet.Anch.q.33.num.4.in 2. par.Rot. Genu.decis.193.& est communis * opinio Theologorum,ut dicit Lup.in d.l.curabit.§.6.nume.126.communem * etiam dicit ex modernis. Parisiensib.cons.41. nu.8.Bursat.cons.320.nu.54.

Et hæc conclusio procedit tam in interesse lucri,quã damni,si honesta est quantitas à principio taxata,ut dicit Lup.in d.nu.126 modo petatũ,ut debitum per morã, ut loquitur Lup. in d.nu.hinc labitur Bursat. qui adducit hanc conclusionẽ in casu societatis in quo nulla aderat mora.nam licet etiã conster de interesse lucri, & constet mercatorem esse creditorem,attamen ante moram nihil debetur,ut per glo.& Dec.in d.nu.14. in d.c.cum venerabilis.& probat tex.cum gl. in l.socium qui in eo. ff. pro soc. & ita facti contigentia fuit decisum à Rot. Genuen.d.decis.193.nume.11.

Amplia conclusionem,ut procedat etiam si appareat in fine nullum futurum interesse, quod à principio pactum fuit, modo illud fuerit taxatum moderatum , & uerisimile.ita dixit Medin.in c.de restitutio.& illi consentit.Sot.lib.6.de iust.& iur.q.1.art.tertio,& utrumq; refert Nauar.in Manual.c.17.lit.N. versi.4 quod licet.

Ampliatio secunda est illa, quæ desumitur ex Abba. cons.54.Visis.col.tertia,in primo. ubi uult posse taxari certum interesse, si taxatio fiat post perfectum contractum, sequitur Rebuff. in l.1. glo.ult.nu.47.C.de sent. quæ pro eo quod inter.mouetur Abb.primo quia post perfectum contractũ cessat illa anxietas inueniendi mutuum . secundo conuentio hæc est quædam liberalitas & recognitio seruitiorum, & resarcitio damnorum .

Non possum ego huic subscribere ampliationi, amplam enim uideo aperiri fenestrã, & uideo quasi ex alta quadam specula magnam illicitarum contractionum cateruam aduenientem , nec obstat prima consideratio . Abba.nam iustum & iniustum non in bonitate animorum,aut intentionum prauitate consistit, sed in rerum, & operum externorum consistit ęqualitate,aut inęqualitate,ut dicit Arist.2.& 5.Ethico.& D.Thom.secunda secundæ.quæst.38.art.10.& quæst.59.art.secundo.Corruit pariter secunda consideratio, quia illud quod licitè potest accipere mutuans ob gratitudinem illicitè deduci in stipulationem adeo , ut neque etiam antidoralem obligationem illam , qua unus alteri ad rependendum similem gratiam tenetur possit pactione firmare,ut per omnes quos refert.Didac.lib.3.resolut.c.2.num 5.Sot. d.lib.sexto.quæst.1.art.tertio.Nauar.in Manual. c.17. nume.220.& in c.si fęneraberis nume.1.Lup.in c.nauiganti.de usur. §. 1. numero 42. in fi.& nos diximus.in cons.secundo. lit. G.Hactenus de interesse post morã, videamus modo,an liceat pacisci interesse tanquàm debitum ante moram .

Tertia,itaq; est conclusio uniuersaliter negatiua,non licere pacisci interesse,uel certum,uel incertum tãquàm debitum ante moram,siue illud sit damni, siue lucri. faciunt quæ à nobis superius probata fuere, & quæ not. Fely.in d.c.cum venerabilis.nu.9.Dec.cons.116. nu.2. Rebuff.in d.l.1.glo.ult.nu.34.Crauet.cons.87. num.5. Lup.in d.l.curabit.§.6.nu.121.

Fallit hæc conclusio, uel non est uera ubi agitur de interesse damni,quia creditor potest pacisci hoc etiã ante moram data dilatione ad soluendum etiam in mutuo D.Thom.2.2.q.78.art.2.Domi Sot.d.quæst.1.artic.3. col.3.de hoc interesse nemo * discrepat. Lup.in d.l.curabit.§.6.nume.124.

Idem procedere in interesse lucri scribit Didac.d.l.3. resolut.c.4.nu.5.sed Didac.coarguit Lup. in d.§.6. nu. 125.& pluribus eum reijciendum esse probat , contra urget tum authoritas Didac.maxima certè, tum eorum quos Didac authores huius opinionis laudat . Equidẽ quid certum in hac re adfirmare pericoli plenũ est. Ego Didac.adstipulor si mutuans illis adhibitis conditionibus contrahat non quas Conrad.sed quas Nauar.recenset in Manual.c.17.nu.212. Vel detur dilatio, quia uel mora immineat, uel debitor ex re debita fructus percipiat.alius est etiam casus , de quo est decisio. Rot. Genuens.34.nu.4.5.quando incertum est interesse, & partes conuentione taxant quid certum ad euitandam probationis difficultatem,tunc enim dicuntur quasi transigere super incerto euentu.arg.tex.in l.pen.& l.cum proponas.c.de pact.trad.Dec.in l.1.nu.74.C.de senten.quę pro eos.Nec distinctio quæ fit inter lucrum amissum,& damnum,habet locum in casu in quo creditor est mercator,& solitus merces emere,ac lucrari,qui licet nõ dicatur damnum aliquod pati qui perdit lucrũ.l.qui Proculus.ff.de damn.infect.l.1.§.1.ff.de aqua pluuia arcen. Rui.cons.29.nu.12.in 1. & cons.98.nu.12.in 4.attamẽ secus est quando lucrum est radicatum , & patrimonio incorporatum, quia tunc uenit appellatione damni, & præiudicij.Rip.in l.damnum.nu.12.13.ff.de dam.infec. Cassanens cons.11.num.3. Rol. in trac.de lucr.dot.q.4. nu.16.Gomes.in reg.de non toll.ius quæsit.1.q nu.12. & propter hæc potest defendi cons.Grat.49.in 2.quod alioqui maximam patitur difficultatem , & in illius casu ego requirerem ea quæ in materia cambij in hoc uolumine alias scripsimus .

Sed postquàm è re nata in cambij mentionem incidimus,illud nequaquàm est silentio præterundũ hoc ipso propter extrauagantem Pij V.constitutionem,inutilem esse in cambio uniuersam hanc disceptationem , illa.n.

dispositum

dispositum est nō licere à principio aliquid taxare. hæc cōstitutio refertur tum à Nauar.in Manual.c.17.lit.N. tum à Lup.in c.nauiganti de vsur.& licet idem Lup.intelligat hanc constitutionem vēdicare sibi locum in mutuo,ut in l.curabit.§.6.num.122.attamen Nauar.supra vers. sexto dicit quòd utraque pars potest defendi, sed quòd negatiua est tutior.

Præterea fallit superior negatiua conclusio, quando quis coactus à Principe,uel Repub.pecuniam credit.nā hoc casu nulla intercedente mora potest pacisci interesse,& damni,& lucri,ut per Sot.d.l.6 q.1. artic.3.col.3. Caieta.in sum.in verbo Lucrum usurariū.in 3.casu.Nauar.in commentar.de vsur.nu.46 Lup.in d §.6.nu.121. ubi reijcit Cranèt.aliter sentientem in cons.189.col.5. in primo casu.

Vltimò fallit quo ad interesse damni in mutuo, si creditor damnum præuidens illud in pactū deduceret, ut refert tot oēs quos adducit Lup.in d.§.6.nu.112.Sot.& Nauar. ubi sup.hoc idem procedere credere respectu lucri cessantis,si mutuans habuisset pecunias paratas mercationi.& lucro.per ea quæ.contra Inno.in c.fi.de vsur. & Sot.disputat Nauar.in d.cōmentar.in not.15.ubi 14. rationibus reprobat opinionem, quam ipse met Sot.in d.art.3.dicit esse communem, * & non damnandam.& ex his hanc tractationem intra breuissimos,ut fieri potuit conclusimus terminos.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

An teneatur pœna.l.1.c.de famos.libel.ille, qui obscenitates effinxit, & ulterius officinæ appendit.

SVMMAE.

1 *Libelli famosi pœna nō habet locum nisi crimen oppositum mortem mereatur:*

2 *Pictura obscęna in mulieris dedecus fabricata maximam pœnam meretur.*

3 *Secus autem si fiat ob masculum,quia tunc iniuriæ versali equiparatur.*

4 *Pœna iuris communis cessat stante illa statuti.*

5 *Pœna est minoranda ratione minoris ætatis.*

CONSILIVM CCLXV.

In Domino confido.

MAGNIFICVS adolescens D.Vincentius de personalib.de Mirandula, cū esset debitor in aliqua summa magistri Hieronymi de Cupinis sutoris, & adhuc inter eos nō fuissent calculatę rationes, fuit in ius vocatus ab ipso creditore. quod egrè ferens ipse.D.Vincentius, volensque ulcisci iniuriam quam arbitrabatur sibi ex ea causa factam. pinxit seu scripsit in quodā folio plures priapos ad summam aureorū quos pretendebat eius creditor illū sibi debere,& præter alia verba obscena descripta sub alio priapo magno inscripsit folium ipsum à tergo sub his verbis *Lista di debitori di Bottega.Lire* 10.*soldi* 5. & folium ipsum affixit appothecæ creditoris. Et tandem pluries interrogatus ac multis constitutis, & carcere defatigatus fassus fuit ea uera fuisse nunc agitur de pęna quæ pro tali scriptura,uel pictura ueniat inferenda.

In quo puncto primò illud certum esse censeo, quòd non est agendum de pœna famosi libelli, de quo ī l.vnica.C.de famos.libel. ex quo ex hac scriptura nihil fuit imputatū sutori,quod crimen
1 illius tangeret ex quo pœna posset † puniri. quo casu bene locum habet pœna illius.l.glo.prime. ibi.Vbi Cyn.& Saly.nume.3.qui dicit quòd alio qui agitur ciuiliter actione iniuriarum.& idem tenet Iodoc.Domhaud. in suo enchirid. rerū crim. c.115.num.6.Ant.Gomes.tomo 4. suorum tract. c.6.tit.de Iniur.nu.1.& Pet.à Plaz.in suo epitome delicto.lib.primo.cap.3.num.2.an.fi.Sicut etiam non est agendum de pœna graui. prout factū fuisse
2 se refert in casu similis picturæ † in ignominiam, & iniuriam mulieris.cōsuluisse Par.de Put.in tracta.de syndi in verb.iniuria officialis.num.6.& sequitur.Clar. in sua practi. criminali. quæst.64.in verb.libelli famosi.Quia non fuit habita conside consideratio alicuius mulieris.scilicet tantum ut retunderet iniuriam sibi factam uocando ipsum in ius.ut ipse fatetur in suis constitutis. vnde non potest teneri alia pœna, quàm pœna iniuriarum imposita per statutum Mirādulæ in Rubr.de verbis iniuriosis. quæ pęna est lib. trium ex quo hęc
3 iniuria equiparatur † iniuriæ verbali, ut firmat Rom.in cōs.378.quo ad primum in prin.& ibi in addi.Plot.in l.si quando.numero 730.C.vnde vi. per text.in l.lex Cornelia.§.si quis liberum.ff.de iniur.idem tenet idē Plot.inter cons.crim. primo tom.postremo impress.cons.131.nu.10.quod est consilium 35.nu.18.in suo vol.consiliorū. Idem in eadē causa consuluerunt Bursat.cons.94.nu.5. & Cephal.cons.341.nu.34.Et cū statutum Mirandulæ hoc casu prouideat de pęna cēsetur reces-
4 sum à pęna † iuris cōis.Bal.in l.data opera. col.4. nu.19.vers.item notandū.C.qui accusa.non pos.
* quæ opi.cōiter* recipitur,& in praxi obseruatur Gram.cons.35.nu.36.& Carer.in pract. crim.§.7. nu.14.& ī his terminis Bursa.d.cōs.94.n.4.& seq.

Et cum arbitrer ipsum.D.Vincentium esse minorem nedum annis 25.sed 20. ex capite etiam
5 minoris ętatis veniret † minoranda pęna delicti. l.auxiliū.§.in delictis.ff.de mino.Dec.& Cagnol. in l.in oīb.ff.de reg.iur.Dec.cōs.535.nu.5.Carer. in practi.§.6.nu.5.Gram.cons.36.nu.23.& decis. 23.nu.11.Nat.cons.458.nu.12.Tiraquel.in trac. de pęn.caus.7.Por.à Plaz.qui attestatur de cōmuni d.suo epito.delicto.c.32.nu.11.& seq.D.Rimi.nr Inn.cons.135.nu.10.& seq.Menoch.de arbitr. iud.lib.2.casu 329.Gomes.d.3.tom.c.1.de delicti.nu.62.& seq.Rol.à Val.cons.77.nu.6.& seq.3. Pet.Io.Anch.in 4.lib.suarū quæst.q.64.& latè Ioseph.Lud.decis.lucen.17.Vbi plura adducit.

Laus Deo Op.Max.

Bartho.Bertaz.

Ignoramus quid egerit D.ille Prætor.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM

Qui coactus à latronibus alterius hostium pulsauit, & aperuit, quo casu excusetur.

SVMMAE.

1 *Tortura tollit non solum indicia, sed plenas probationes.*

2 *Quod procedit etiam factis protestationib. per iudicem.*

3 *Tortus præsumitur dicere, & dixisse ueritatē.*

4 *Delinquens coactè, & compulsus excusatur.*

5 *Receptans per vim bannitos non meretur pœnam.*

6 *Furtum probatur si apparet euersio marsupij viro bonæ famæ.*

7 *Indicia etiam ad torturam tolluntur per spontaneam comparitionem.*

8 *Furti indicium tollit bona fama imputati.*

CONSILIVM CCLXVI.

In Domino confido.

MAGISTER Natalis de Nursia Inqsitus per spectabilē D. potestatē Crispini uenit absoluēdus ab inquisitione contra eum formata. Cum satis, & super purgauerit per torturam in eius personam bis illatam omnia indicia, si quæ extarent contra eum. nā tortura nedum purgat, & elidit indicia.
1 sed etiā tollit plenas † probationes quæ urgerent contra reum. Alber. & Mars. in l. edictum. nu. 2. ff. de quæst. & idem Mars. in practi. crimi. in §. quoniam. nu. 42. & in singulari 262. quòd potui. Crp. cons. 32. nume. 10. & Gram. cōs. 64. nu. 10. Quod
2 procedit etiam factis protestationibus † per iudicem. Gram. decis. 96. numero 2. & Boss. in titu. de confes. nume. 29.

Et cum ipse Inquisitus ex purgatione ipsa per
3 torturam † censeatur puram ueritatem dixisse dicta l. edictum. vbi gl. & Albe. & Gram. d. decis. 96. nu. 2. & ipse affirmauerit, ꝙ vi compulsus ab illis Latronibus, & scelestis hominib. & metu mortis quam ei minabantur accessisse ad domum. d. Alberti Canossij ad illum uocandum, & faciendum eius hostium aperiri. & propterea illos Latrones ingressos fuisse, & abstulisse ei pecunias, & alia eius mobilia. id certè ei credendum est, & uenit excusandus a delicto propter talem coactionē,
4 & † cōpulsionem. ut per Mars. in l. j. §. præterea. nume. 11. ff. de quæst. Blanc. in l. fi. nu. 17. ff. eo. titu. Gram. cons. 13. nu. 21. & seq. & 31. nu. 24. & seq. Clar. in §. fi. q. 160. vers. quæro. Mars. in sua pract.
5 crimi. Et in eo qui ui compulsus † receptauit bannitos, quòd excusetur Mars. in d. §. præterea. numero 17. & in l. 1. in prin. num. 97. ff. ad l. Corn. de sica. & in §. diuus, ea. l. nume. 13. Carer. in pract. crim. in §. quarto. numero 172. & in tracta. de hæret. nu. 171. Nouel. in tract. de defens. in tit. primo. Homicida quibus ex caus. à pœna mort. excusc. nu. 69. & seq. de quo etiam per Menoch. in tract. de arbit. iud. lib. 4. casu 354. nu. 2. In dubio autem ad excludendum delictū præsumitur metus adhibitus, ut per Gram. decis. 18. nu. 5.

Quibus accedat, ꝙ per plures testes ipse magister Natalis probauit d. Latrones ipsum & derobasse, & deprædatos fuisse. q audiuerūt ipsum & totam eius familiam conqueri de hoc maleficio. & fuerunt in eius domo ea nocte, & uiderunt omnia euersa, & marsupia euacuata. hoc enim casu furtum, vel derobatio, quæ est difficilis pba
6 tionis, satis censetur probata. † maximè attenta probitate, & bona fama ipsius inquisiti, ut latè trad. Mars. in d. sua prac. crim. in prin. nu. 7. & seq.

Præterea cū ipse magister Natalis fuerit prior in faciendo querelam de tali furto, & de rubatione, & narrando hoc factum prout se habuit, & reuocatus a D. Potestate sponte cōparuit, & in carceres se coniecit. certè eius spontanea præsenta-
7 tio † sustulerat omnia indicia quæ fuissent contra eum etiam ad torturam. ut per Mars. in d. sua practi. in §. diligenter. nu. 204. & in cons. 117. nu. 49. Gram. cons. 29. nu. 13. & 60. nu. 3. & pulchrè Nouel. in d. tracta. in tit. de responsiones reorum in cōstitut. nu. 10. & seq. Blanc. in practi. crimi. in §. primo. nu. 131. Fol. 136. Alba. cons. 94. ad fi. Horat. Luc. in primo tom. consiliorum criminalium consilio 161. in fi. & Thob. Non. cons. 101. nume. 2.

Vt non omittam, quòd cum potuerit, & possit probari bona fama ipsius magistri Natalis, illa
8 quoq; sustulisset † & tolleret indicium si qđ contra eum superesset (quod certè non superest) ut per Mars. in d. §. diligenter. num. 196. in cons. 109. nu. 27. 120. nu. 36. 37. Gram. cons. 35. nume. 46. & d. 60. in princ. Paris. cons. 151. nu. 13. & 153. nu. 3. 4. volum. Lancel. Conrad. in suo præfer. in titu. de negatio. crimi. nume. 11. Iul. Scarlati. in secundo tom. consiliorum criminalium. cons. 105. nu. 10. Rolan. à Val. cons. 3. nume. 51. in 3. & Franc. Deci. cons. 67. nume 21. Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Si Princeps faciat gratiam cōdemnationis, quomodo sit facienda remissio conductori condemnationum.

Idem si faciat proclamata, ob quæ impediatur exactio.

SVMMAE.

1 *Gratia facta à Principe de condemnatione, conductor illarum debet facere compensationem cum pensionibus.*

2 *Locator debet curare, ut conductor percipiat fructus ex re conducta.*

3 *Gabellæ exactio non est impedienda facto locatoris.*

4 In-

4 *Interesse est soluendum conductori à locatore ob illata impedimenta in perceptione fructus.*
5 *Condemnationes si non fiant, quia dilatæ sint ad finem processuum, & pereant, cuius debeat esse damnum.*
6 *Consuetudo est in primis attendenda etiam si iudex secundum ius, & consuetudinem deberet iudicare.*
7 *Remissio est facienda conductori cessante aliquo emolumento.*
8 *Locator si non remoueat impedimentū in damnum conductoris tenetur facere remissionem.*

CONSILIVM CCLXVII.

In Domino confido.

MAGNIFICVS Capitaneus Hippolytus Rocchius, olim Ducalis massarius, & conductor gabellarum ciuitatis Mutinæ. Iustitiam fouet in suis petitionibus, & prætensionibus propositis.

Et primo respectu cōdemnationum tam illorum de Ferrarijs, quàm aliorum de quibus inferius dicetur, pro quibus fuit facta compositio nomine Ducalis cameræ, & fuerunt gratiati eodem natiuicasus non vi habere aliquam difficultatem. ex quo deciditur per capitulum 17. cōductionis ipsius officij massariæ. In quo expressè deciditur, quòd dimidia condemnationum maleficiorum pertineat ad ipsum conductorem. & licet fiat gratia per Principē, q nihilominus dimidia ipsa debeat computari, & compensari in pensionibus, & affectibus cōuentis. & cum habeamus casum instrumenti res est clara, sicut qn̄ habetur casus legis. Craue. ex Bald. in cons. 31. nume. 7. Et cùm ob gratiam ipsis condemnatis factam per excellentiā suam ipse conductor non potuerit, vel posset exigere suam partem condemnationum præfatarum, proculdubio ipsi est facienda compen-
1 satio, † vt sup. vel potest retinere dictam partem ex pensionibus non solutis. ut ex Castr. ad propositum trad. Soc. cons. 72. nume. 44. vol. Ruin. cons. 89. nume. 19. primo volu. & admittit Laur. Sylua. cons. 31. nume. 6. & sequitur Boer. decis. 213. in fi.
2 Debet enim locator † curare, vt conductor fructus percipiat ex re cōducta, qui cēsetur promittere nihil facere per quòd gabellę ex actio impe
3 diatur. † Corn. post Bal. per eum citatum in cons. 13. tertia col. post med. 2. volum. & 38. penul. col. eod. volum. Rom. in cons. 178. pro decis. in princ. & Rip. in tract. de peste in tit. de priuileg. contra-ctu numero 95. Et in cōfesso est locatorem teneri ad omne interesse conductoris, si facto suo impeditur fructus percipere rei conductæ. l. si fundus. §. primo. ff. loca. habetur per Bar. in l. si uno. §. item cùm quidam. ff. eod. trad. Aret. in cons. 139. quia consultatio. in prin. Io. de Ana. cons. 74. col. fin. & ibi Bologn. in addi. Pet. de Anch. cons. 4 14. viso Instrumento. 2. col. nume. 2. Alexand. cons. 84. numero tertio. & seq. 6. volum. Soc. cons. 156. colum. quarta. versi. 3. loco. & in fi. cons. 2. volum. Rip. loco præallegato. numero 87. & seq. Ruin. cons. 65. numero tertio. primo volum. Paris. cons. 40. numero secundo, & tertio. primo vol. Craue. cons. 95. nume. octauo. & sequitur Boss. in trac. de remissio. merced. conduct. nu. 65. quam opinionem dicit communem * Alciat. inter cōs. Sylua. cons. 6. nu. 4. alias est cons. ipsius Alcia. 93. lib. 8.

Et eisdem rationibus debentur ipsi D. Capitaneo conductori Capsolda (quæ vocant) pro exactione dictæ condemnationis seu cōdemnationum ipsorum de Ferrarijs. Iuxta tenorem. c. 16. locationis. & idem est respectu capsoldorum aliarum cōdemnationum per alios exactarum, cum exactio ipsa, & emolumentum ipsius exactionis vigore dicti capituli ad ipsum pertineret.

Respectu verò cōpositionis factæ cum Petro Naua. & alijs imputatis de monetis tōsis, & de pœnis illorum in quas erant condemnandi. decis. iu pra adductæ respectu præfatorum de Ferrarijs pariter in his etiam militant.

Idem procedit in alijs condemnationib. pro quib. fuit facta gratia, vel compositio per Excel. D. Ducē nostrū, quę fieri nō potuit in pręiudiciū d. D. Cōductoris. ut in cōdemnatione Capitanei Camilli Cimiselli. D. Ioan. Baptistæ de Curte.

Quo ad priuilegia cōcessa militib. durante locatione, ob quæ multę cōdēnationes fieri nō potuerunt ut in casib. D. Pauli Cauallarini. & aliorū de quib. in petitione deciditur ex c. 12. ipsius locationis. in quo conuenit excellentia sua nullā facere immunitatem, vel priuilegium alicui in præiudicium redituum dictę massariæ. alias teneatur illud damnum conductori resarcire.

Quod verò attinet ad cōdemnationes non factas sed dilatas finitis pcessibus, esset cōsiderādū
5 quis fuerit in culpa ne fierent. & hoc casu † teneretur is qui causam dāni dedit. l. qui occidit. §. in hac. ff. ad l. Aquil. & c. fi. de iniur. & dam. dat.

Subsequitur condemnatio Gratiadei, seu mulcta scutorum ducentorum de eo facta, super qua, cum sciatur illam fuisse cācellatam, & annulatam ut iniustam. aliud non scribam nisi quòd cū ipse Dño Conductor illam exegisset, & exinde fuisset coactus eum restituere: debet cancellari eius partita, in qua pro dicta summa exacta fuit creatus debitor Ducalis cameræ. ex quo causa reducta est ad non causam. & in hoc non puto posse fieri aliquam difficultatem.

Sic etiam idem dicendum est de condemnatione librarum centum quinquaginta exacta a Domina Catherina Apparuta, quæ fuit illi restituta, ut in instrumento, quia cum de hac et fuerit creatus debitor camerę, debet eius debitū cancellari. Verū cum appellatio ipsius D. Catherinę sit deserta. & prima sntia remanserit confirmata.

dimidia ipsius condemnationis ad dictum dominum Conductorem spectat.

De vectigali cadauerum trãsuectorum per dictam ciuitatem Mutinæ. & vigore cõmissionum Ducalium sine solutione uectigalis abductorũ, cum de consuetudine gabella debeatur. ut constat ex attestatione magnifici D. Ioan. Baptistæ, Moltij, & cõstabit etiam ex attestationibus aliorum. tali cõsuetudini standum est. l. de quib. ff. de
6 quibus. ff. de legi. imò prius est attendenda † consuetudo. etiam si in cõmissione diceretur, quòd iudex secundum ius & cõsuetudinem iudicaret. ut Bald. trad. in titu. de pace constant. §. sententię quoque. in fi. & Roch. Curt. in Rubr. de consuetu. numero 53.

Rursus respectu partitę pecuniarum nõ solutarum in rei ueritate per magnificum Montecasinum pręcedentẽ massarium. licet promissarũ pro affectu dictæ massariæ. si ueritas est, ut narratur in petitione. de quo potest hři informatio à Magn. dd. Factoribus. debet magis attendi ueritas, q̃ fictio, & simulatio iuxta tex. in Rubr. & nig. C. plus valere quod agitur, quàm quod simula. concipi.

Ad damnũ verò passum per ipsum conductorem propter prohibitionem factam per q. Illust. D. Herculem Pium. ne reditus ciuium Mutinæ suarum terrarum sitarum in dominio ipsius Dñi. possent extrahi. & conduci Mutinam. ut tpe conductionis erat solitum fieri. & ppea magnũ damnũ ipse conductor passus fuerit. duplici rõne facien. esse remissionem ipsi conductori arbitror. primò
7 quia † consideratur illud emolumentum, qđ ex gabella solitum erat percipi tpe locationis. & eo cessante ex aliquo euentu remissionẽ esse faciendam, uoluit Anchar. in cons. 402. plurib. rationibus. nu. 3. & sequitur. Craue. d. cons. 95. nu. 3. Altera est ratio, ꝙ cum iniustè ipse Illustriss. D. Hercules denegaret dictam extractionem redituum ad dictam ciuitatem, & fuerit sępissime interpellata Excellẽtia sua ad cõpellendũ illum, ut promitteret fructus ciuium extrahi. & id fuerit dilatum in damnum ipsius D. Conductoris. tenetur Excell.
8 D. Dux locator. qui neglexit † nec curauit remouere impedimentũ ipsum. ut pet Rom. dict. cons. 178. nu. 1. vers. 3. Alex. d. cõs. 84. nu. 2. & seq. Corn. d. cons. 12. 3. vol. Rip. loco præcitato. numero 96. Ruin. d. cons. 65. nume. 3. in primo. Bossi. d. nu. 65. in fin. & Alcia. d. cons. nume. 6.

Supersunt etiam alię compositiones, & gratię factæ per ducalem Cameram, & eius excellentiã cum Baptista Roncaleo, Daniele hæbreo, & illis de cautellis de monte Faustino. In quib. militant ea quæ sup. late ad condemnationes, & compositiones præfatorum. de Ferrarijs scripta fuere.

Laus Deo Op. Max.

Bartho. Bertaz.

ADDITIONES.

Si ego iudex habebit, & ius scriptum & nõ scriptum, magis inhærere debebit non scripto iuri deroganti iã scripto, modo cõsuetudo sit recentior. sed de his alibi.

Nunc vocamus nos in controuersiam hoc, quod hic dicitur in terminis legis pœnalis, an consuetudo deroget statuto, vel legi pœnã inducenti adeo, ut delinquens posit prætextu consuetudinis à pœna legis excusari?

Quia, ut in hoc eodem libro suo loco dicetur lex pęnalis quandoq; continet sententiam ferendam, quandoq. latam, ideo nulla est ferè controuersia consuetudinem non abrogare legem continentem sñiam ferendã. Difficultas est in secundo casu, quando lex imponit pœnam ipso facto, & ipso iure. nam hoc casu consuetudinẽ non posse derogare docet Hostiens. in c. 1. de treug. & pac. & eiusdem opinionis fuit Matthęus quidam relatus à Franc. Tabarella in clem. præmio. in §. uniuersitati. & And. Tiraquel. in l. si unquàm. in uerbo Reuertatur. numero 350 C. de reuo. donat.

Contrarium docuit Abb in d. c. 1. de treug. & pac & ibi argumentatur contra Hostiensem, quem reprehendit, sed Abbas multis verbis reijcitur ab Alph. de Cast. in lib. 2. de leg. pœn. c. 12. in prin. ver. ex hac eadẽ rõne.

Mouetur Cast. hac ratione in terminis. c. si quis suadente 17 q 4 si excõmunicationis pęna incurritur ipso iure & facto, & nullum desideratur iudicis officiũ ergo contra illam nunquam poterit incipere consuetudo, qa iudicis negligentia nunquàm poterit efficere, quòd ille non sit excommunicatus, cum statim post commissum delictum incidat in excommunicationem, & excommunicatione data succedit executio, quã secum trahit ipsa excommunicatio. c. Pastoralis. §. verum de appellat.

Ego arbitror Alfons. de Cast deceptum fuisse, & pro Abbate considero loquendo de lege humana ut ille loquitur. neque enim me præterit consuetudinem cõtra legem diuinam, vel naturalem nihil detrahere virtutis, imò quanto vetustiorem tanto grauioris causam esse peccati, quod docuit Dom. Sot. libro primo, de iust. & iur. quæst. 7. artic. secundo. vers. ad primum. considero inquam omnium legum esse conditorem, uel populum, vel Principem. Primo casũ si leges nulla alia ratione populum tenent, quàm quòd expresso populi consensu receptæ sint, utique ius postulat, quod pro lege habeatur illud, quod tacito consensu populus comprobauit. l. de quibus. cum legibus sequent ff. de leg §. ex non scripto. Instit. de iur. natu genr. & ciuil. c. consuetudo. prima distinctio si verò Princeps legem ferat dum patitur suam legem contraria cõsuetudine euerti, certè uidetur euersioni consentire, dum enim dissimulat eo modo suam patefacit uoluntatem, quod tamen est intelligendũ modo coniecturis colligatur Principem verè consensisse. nam si, uel impotentia, uel negligentia de reis pœnas non summeret, non hinc argueretur consensus, ut dicit Sot. dicto artic. secundo. tertia colum. hinc uidemus frequenter Principes sancire nullam præualere consuetudinem aduersus illorum constitutiones, quod facere posse est manifestum ex Sot. in d. art. colum. secunda in fin. & ex nostris. in l. si mihi, & tibi. ubi Alexand ff. de leg. primo. Ruin. cons. 13. numero duodecimo in secundo & cons 30. nume. 1. in 5.

Neque obstant rationes. Alfons. nam aut quęrimus de delinquẽte antequã sit inducta consuetudo, aut post. primo casu fateor peccare, secundo vero non, quia cum per consuetudinẽ sit adempta virtus legi utiq;, siue contineat sententiam latam, siue ferendã non habet uim legis. hinc in illam committens tanquàm in legem abrogatam non punit neqs obsistit, quòd lex ipso iure inferat pœnam, quia procedit illud in lege suam uim atque uirtutem habente, illius itaq; argumentum procedit solum antequàm abrogetur, tunc enim, quod & nos fatemur delinquens non excusatur, sed non quia lex latã sententiam contineat, sed quia adhuc non est abrogata.

At uerò Alfon. q a aduertit crebro euenire, ut excõicationes per latam sententiam contraria consuetudine

tollantur

tollantur, confingit quandam argumentationem, illiq; annectit ridiculam respõsionem. ait enim, quòd excommunicatio non tollitur per consuetudinem solam, sed per reuocationem præcepti, quod deinde præceptũ tollitur per consuetudinem, quasi quod eodem tempore non tollatur vtrunque, & posit excogitari hæc gradatio. quia consuetudo tollat præceptum, ut præceptum tollat pœnam, uel sit aliqua consuetudo quæ uelit tollere pœnam sine præcepto. nam cũ cõsuetudo sit actus, & præceptum respiciat actum equidem semper tollendum est præceptum, hinc deniq; illius conclusio. uel in id quod nos dicimus, uel in nihil incidit. Exposui ego hæc ita uerbosè, non ut ostendam me non reuereri maxime virum illum quem doctissimũ iudico, & de christiana republica optimè meritum. sed quia uideo tum illum in opere de leg. pœnal. tum alios pleros; theologos alijs in locis, dum doctores nostros, quos uel non legunt, uel non intelligunt, quasi ex alto despiciunt, non in iure solum, sed in naturali iudicio, ac communi sensu fœdissime errare ac decipi.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Facta confiscatione si debitor delinquentis soluat fisco, quando liberetur.

Et quomodo debeat esse compulsus, & coactus.

Et an teneatur denũciare delinquenti creditori?

S V M M AE.

1 *Debitor delinquentis soluens fisco liberatur, si exactio fiat à fisco in iniuriam creditoris.*

2 *Mora incurritur per lapsum diei, & hæc interpellatio plus operatur, quàm interpellatio hominis.*

3 *Debitor ex euentu diei constituitur in mora.*

4 *Debitor morosus soluens fisco, sibi non creditori debet imputare.*

5 *Et si compellatur à Principe ad soluendum, dēt adhibere omnem diligentiam ne soluat.*

6 *Et nisi faciat resistentiam, præsumitur spontè soluisse.*

7 *Soluisse debitum fisco debitorem non probatur confessione Principis, vel officialis compellẽtis.*

8 *Debitor qui se concordat cum fisco non liberatur, nisi ostendat veram solutionem.*

9 *Mandatum officialis constare debet ad quid attestandum.*

10 *Debitor antequàm soluat fisco, debet notificare præceptum creditori.*

11 *Non autem debet affectare, vel procurare talem coactionem alias non liberatur.*

12 *Collusio coniecturis probatur.*

13 *Sententia annullatur propter collusionem.*

14 *Liberatio quādoq; fit p p promissionē solutionis.*

15 *Aditio hæreditatis lucrosæ subsistit facta à minoribus sine solemnitatibus.*

CONSILIVM CCLXVIII.

In Domino confido.

CAVSAM hanc D. Abrami Francigenę hębrei adeò egregiè, & luculenter discussit. & omnes eius nodos subtiliter dissoluit, solertissimus Robertus pcurator, ut potuissem, sine alia additione, calculum album addere. Vt tamẽ clientulo ego quoq; satisfaciam. aliqua in medium adferam ad victoriam ipsius optimè conducentia.

Duæ itaq; difficultates pro parte reorum fiunt actori. altera ex parte ipsius actoris, altera ex parte reorum. prima, φ ipse nõ est amplius creditor. cum creditũ ipsius satis videatur extinctũ fuisse, ex exactione facta à cõmissarijs apostolicis à Vita salomonis eorũ patre, in iniuriá ipsius domini Abrami. quo casu ipse debitor videtur liberatus. l. si merces. §. culpę. ff. loca. l. penult. in princ. ff. sol.
1 mat. cum alijs trad. per Bart. † & alios. in l. creditor. in prin. ff. de solut. Dec. conf. 25. col. 1. Afflict. decis. 150. num. 12. & 18. & alios in locis inferius citandis. altera uero difficultas est, φ duo ex reis conuentis non solēniter. nec ſm formā statuti nostri. de contractib. minorũ, se immiscuerunt hæreditati paternę. vnde tanq̃ hæredes nõ pñt teneri.

Quo ad primam difficultatem arbitror illā pluribus ex rationibus cessare. quarum prima est, φ antequā ipse Vita debitor fuisset coactus, uel requisitus ad soluendum. ipse fuit cõstitutus in mora per lapsum diei. cum instrm̃ crediti, celebratũ de anno 1554. die 7. Deceb. continat obligationẽ soluendi per totum mensem Septembris anni futuri 1555. ut in processu. fol. 38. & tñ non apparet, φ fuerit cõpulsus debitor, vel requisitus ante dictum mẽsem finitũ Septemb. d. anni 1555. sed tantũmodo producitur quoddam bannimẽtum factum die primo Nouemb. d. anni. quo cogebātur debitores ad dandum in notam credita Portugensium, vel Lusitanorum hæbreorum. & de asserta solutione facta per Vitam. cõstat ex confessione cuiusdam Thomasij cessionarij, & assertæ depositarij cameræ Apostolicæ facta die 28. Iunij. anno 1557. ut in pcessu. fol. 54. quo fit, ut ipse debitor ante casum fuerit in mora cõstitutus per
2 diei lapsum. l. magnam. † C. de contra. & committen. stipul. c. fin. loca. cum alijs trad. per Ant. Gabr. lib. 3. suarum conclusionum. in tit. de solut. cõclusione nona. & Menoch. in tract. de arbit. iud. lib. 2. Centur. tertia, casu 220. nume. 43. & 44. & quę interpellatio plus operatur, quàm interpellatio hominis. Bart. in l. vinum. colum. penult. ff. si cer. pet. Dec. in l. quod te. in fi. Vbi Cagno. numero trigesimoquarto. & octuagesimonono. ff. eod. titu. Et licet in instrumento debiti fuerit addita clausula de soluendo per totũ dictum mensem Septemb. (& deinde in posterũ ad oẽm terminũ, & petitionem Abrahæ) hoc tamen nõ obest. quia ex euen
3 tu † diei debitor in mora fuerit cõstitutus, ut Bar.

in terminis trad.in l.cũ stipulatus sim mihi à Pro-
culo. in fi.per illum text.& illic no.alij.ff.de uerb.
obligat.Alex.in l.quoties.in diem secunda col.ff.
eo.tit.& Ant.Gab. d.conclus. 9.nu. 8. igitur.præ-
a suppofito, quòd ipse debitor fuerit in mora a sol-
4 uendi.casus † huius exactionis, & compulsionis
sibi.& non creditori uenit imputandus, ut uoluit
Bald.in d.l.creditor.in prin.& in consilio 62. alia
vice in fi. 2.volum. Barba. consilio 26.tertia col.
vers.sed posito 3.uolum.Imo.& Cuma. num.2.in
d.l.creditor.in princ.Afflic.d.decis.150.nu.31.&
seq.& maxime.numero 37.Ant.Gab.etiam cita-
tur per d. procuratorem. d.tit.de solut. concl.11.
nume. vigesimonono.& Iacob.Menoch. d.tract.
libro secundo.centur.secunda casu 137.numero
vigesimoquarto. & sequent.

5 Secunda est ratio, quòd debitor † qui compel
b litur à principe b vel superiore ad soluendum. de
bet adhibere omnem diligentiam, quam potest,
ne soluat. quia sponte soluens nunquàm libera-
tur.nisi fiscus, vel Princeps habeat nomẽ obliga-
tum.ut Bald.trad.in l.falsus.nume.30.& 31.C.de
furt.Vbi subiungit, quòd debitor erga creditorẽ
bonam fidem,& legalitatem obseruare debet.&
non nihil pro eo pati antequam soluat. ut passio
sit fidei testimonium. & deber agere quicquid,
salute sua salua,& honestè, potest. quæ omnia iu-
dex debet considerare, & ęquo suę mentis oculo
ponderare.quod etiam voluit. Castren. in l. 2.in
prin.ff.de iud.Vbi dicit.quòd debet resistentiam
6 facere,alias præsumitur sponte † soluisse.q a fortè
si restitisset, destitissent illi à iussu & coactione.Idẽ
uoluit Cast.in cõsilio 288. Visis his quæ superius
narrantur.colum.5.in prin. vers.secundo dico.in
antiquis.vbi dicit, quòd debet ostendere se con-
tradixisse præcepto. quam sententiam etiam te-
nuit.Afflict.d.decis.150. num.21.& seq. Calcan.
cons.112.alias 113.colum.1.in fi.Ias.in cons.26.
tertia colum.vers.accedat.3. vol. Ruin. qui idem
etiam tenet de contradictione necessaria, in cõsi-
lio 147. numero 16. primo volum. Gabr. d.con-
clusione.nume.20.& Menoch.d.casu 137.nume
ro septimo.& idem admittit in cons.68. num.11.
& 26.Cum itaque non constet in processu de ali-
qua cõtradictione per dictum debitorem facta.
quin potius constet de solutione voluntaria (qua
tenus soluisset) non potest dici liberatus à credi-
tore suo.

Tertia est ratio, q cum in casu isto agatur de lu
cro debitoris, quod fuit, si non cõstat uerè soluis-
se,& contra ipsum præsumatur.debet debitor li-
quido ꝓbare se uerè, & realiter soluisse. nec hoc
7 casu sufficit † confessio Principis. vel officialis cõ-
pellentis.ita declarat.Castr.in d.c.288.col.quar-
ta.ver.super tertio passu. Afflict. d. decis.150. nu-
mero 27.34.& 35.Ruin. d.cons.147.numero 13.
Gabr.d.cõclusione.numero 25.& Menoch.d.ca-
su.numero 16.Quod tanto clarius procedit quã-
do solutio dr̃ facta ex interuallo.ut per Cast. in di
cto cons.colum.fin. vers.Item quòd non soluerit.

8 Et quòd debitor † qui se concordat non sit libe-
ratus.nisi ostendat veram solutionem, ex quo tra
ctat de lucro.trad.Afflict.d.decis.nume.36.Ruin.
d.cons.nume.14.& Menoch.d.casu.nume.sexto.
At in proposito non video in processu probatum
de aliqua solutione reali.& verè facta.sed de cõ-
fessione illorum assertorum officialium.de quorũ
etiam auctoritate, vel mandato non constat. de
9 quo tamen constare † debuisset. Innoc. & alij in
c.cum in iure peritus.vbi est tex. & illic Felin. nu-
mero 4.& seq.de offic.deleg.

10 Quarta est, quòd salem antequàm debitor † sol
uat, debet notificare pręceptũ creditori.ut possit
se tueri ab eo, quod in casu isto minime factũ ap-
paret.Barb.d.cons.26.col.1.in fi.& col. penult.in
prin.Rui.d.cons.147.nu.7.q licet loquatur in cõ-
lono eius tñ decis. gñaliter.procedit in quolibet
debitore.ut declarat. Menoch. d.casu. nu.21.

Quinta est ratio, quòd debitor non debet affe
c ctare, vel procurare c talem coactionem, vel com
11 pulsionem alias nõ liberatur. etiam † realiter sol
uens, vt trad. Ias. d.cons.26. & Gabr.d.concl. nu-
mero 26.sicut etiam simulata. solutio ipsum non
releuat. Ias.illic 2. col. & Menoch. d.casu. nu.26.
At in proposito. si rectè processum intueamur. ui
debimus dictum virum fraudulenter,& mala fide
se gessisse.ut fraudaret creditorẽ. & ex eo præser-
tim, quòd cum esset liber à manibus dictorum cõ-
missariorum, & officialium assertorum apostoli-
corum.& iam cõmissa fuisset executio instrumen
ti contra eum pro parte creditoris in ciuitate Fer
rariæ. Vbi vterque habitabat die 13. Maij anni
1557.ut in processu fol.52.ipse Vita redijt Anco-
nam. & de d.anno die 28. Iunij procurauit cassa-
tionem instrumẽti.& liberationem sibi fieri à di-
cto debito, vt in processu. fol.54. nec cõstat de so
lutione aliqua, vt sup. quòd fictè, & fraudulenter
tantò clarius factum apparet: cũ ex testibus pro
actore examinatis, constet dictos commissarios
fuisse solitos componere solutiones dictorum de
bitorũ Lusitanorũ, in quinta parte, vel circa cre-
diti, videlicet ad rationem.20.pro cent.ut præser
tim deponunt primus & vltimus testes.

Nec obstat, q de anno 1556. de mẽse Maij fue-
rit processum contra Vitã debitorem, & lata fue-
rit snia contra eum de mẽs. Iunij. in quib. proces
su, & snia dr̃ fuisse propterea factum sequestrum
de bonis, & mercib. dicti Vitæ. & ẽt fuerit factus
alius processus de d.anno de mense Nouemb. ut
in processu hoc fol.56.& seq.& fol.91.In quib. est
ẽt registratum, & descriptum debitum ipsius vitę
d.D.Abrahæ. quia non propterea constat ipsum
vitam aliquid soluisse.nec etiã coactum fuisse ad
soluen.& obstãt aliæ rationes de quib. sup. Et cũ
dẽ sequestro facto aliter nõ appareat alicubi, nisi
ex enunciatione facta ꝑ partes. quib.nõ creditur
vt sup.in 3.ratione.parũ refert, q fuerit sententia-
tum, ut in ea. Et tanto minus hæc omnia nocent
actori.cum & si ea uera fuissent. oporteret consta
re quæ, & qualia bona fuerint sibi sequestrata.

cum

cum potuissent esse longè minoris valoris. quàm essēt debita dicti Vitę omnibus creditoribus Lusitanis in dicto processu descriptis. quo casu potius debuisset relinquere dicta bona, quàm soluere. sicut etiam oportuisset ostendere pro quibus creditis soluisset, cum esset debitor plurium; ut in dicto processu. Et certè negari non potest, quin ipse fecerit collusionem cum dictis officialibus;
12 † quæ coniecturis probatur. l. quia autem. §. non simpliciter, ff. si quis omis. cau. testa. Hier. Gyg. in tract. de pensio. q. 42. num. 4. propter quam collu
13 sionem etiam annullatur † sententia, ut per eundem ibi nu. 2. & Nat. consi. 537. num. 31. 232.

Sexta, & vltima est ratio, quòd cum ipse Vita esset in ciuitate Ferrariæ, de anno 1557. vbi tunc habitabat de mense Februarij, vel Martij. fuit interpellatus à D. Abramo. ad soluendum dictum suum creditum (quod tunc non soluerat) & promisit se soluturum. vt deponunt tertius, & quartus testes ipsius actoris. licèt tertius non bene cōcludat de ꝑmissione magis, quàm de dilatione. quod probat ipsum tunc non soluisse, vel si fuis
14 set † liberatus fuisset ficta liberatio. propter promissionem subsequutam, ut in simili trad. Docto. in l. in his. §. si vir. ff. solu. matrimo. Bal. in l. legem. num. 3. C. de pact. & Dionis. Perus. inter cons. vltimarum uoluntatum, cons. 44. nu. 2. & seq.

Quò uero ad secundam difficultatem, nihil vel parum addendum est. cum illam optimè soluerit D. procurator. Quibus addi potest, quòd cum dicti minores adiuerint hæreditatem. quæ
15 (vt audio) est lucrosa, † & aditio sit illis utilis. valuit etiam non seruata forma statuti. Dec. consil. 331. num. 4. cum alijs trad. per Tiraq. in tract. de legi. connub. in glo. 8. q. 8. num. 77. Et saltem negari non potest, quin teneantur eatenus, quatenus facti sunt locupletiores. & ad eos peruenit de bonis patris, vt admittit statutum nostrum de contractibus minorum, ultima pag. quod postea in executione sententiæ liquidabitur.

Bartho. Bertaz.

ADDITIONES.

a Quæ mora etiam incurritur, licèt non sit terminus præfixus si quis iurauit soluere, ut communiter * not. Canonistæ in c. breui, de iureiur. quicquid teneat Alex in l. quod te. ff. si certum petat. contrà quem tenent Dec. & Alciat ibi.

Ego præterea crederem non excusari illum, qui & alioqui fuit culposus & morosus per ea, quę scribit Afflict. d. decis. 180. num. 31. 32. exemplum est, si debitor esset tutor uel curator, qui debet erogare pecunias in emptionem prædiorum, l. 3. §. tutores qui ff. de suspect. tuto. l. ita autem, in prin. & l. tutor qui repertorium. §. 1. & 2. ff. de admi. tuto. alias de suo d. l. tutor qui repertorium, § si post depositionem, nam facta confiscatione mobilium tantum, vtique damnum accidit culpa, & negligentia ipsius tutoris & illi est imputandum, namque tutor, vel curator tenetur etiam de casu fortuito, etiando culpa, vel negligentia non facit, quod facere debet. l. 3. C. de pericu. tut. vel curat. possunt alia exempla etiam aptiora de culpa debitoris excogitari.

Cui Principi tenemur soluere, uel Iudici petere etiam non obstante iuramento, ut tenet Hostiens. in c. significauit, de censib. & sequitur Federi. cons. 239. super 5.

c Sed quid si debitor procurauit condemnationem, & instigauit iudicem? Certè cum occasionem damni dederit, est ac si damnum dedisset. l. qui occidit. §. pen. ff. ad l. Aquil. l. antepen. §. si cum seruum. ff. ui bono. rapto. C. si egressus. & c. fin. de iniur. ad hoc facit pulcherrima decisio. Bal. in d. l. falsus, pen. col. ubi limitat doct. Barto. in d. l. creditor & ait supradicta non procedere, quando creditor de facto fuit expulsus, & debitor fuit unus de expellentibus. l. 2. §. solet. ff. de hæred. uend. & sequitur Calca. d. consi. 112. hunc refert, ac sequitur Dec. d. consi. 152. col. & ideo etiam, quod in iniuriam creditoris pecuniæ essent ablatæ attamen, ex quo culpa debitoris id accidit ipse tenetur arg. l. nam & Seruius. in prin. vbi expressè gl. in uerbo iudicium in fi. & ibi Bald. & Angel. ff. de negoc. gest. & optimè faciunt quod not. Docto. in l. 2. §. fi. ff. de verbo. oblig. ad fi. & notandum est, quod dum in casu Bal. debitor solus debitorem nō expulsit, sed una cum alijs, ita habet locum nostra conclusio, si non procurauit solus condemnationem, uel non instigauit, nisi pro uno delicto, & pro alijs deinde fuit sequuta condemnatio, quia omni casu causam damni dedit.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

De re eadem rursus tractatur, & quando debitor fecit collusionem cum fisco.

SVMMAE.

1 *Pars una statuti, secundum aliam est intelligenda.*

2 *Statutum si deneget audientiam, non denegat tamen in casu, quo ex forma alterius statuti, vel illiusmet debet quis admitti.*

3 *Et multo magis in casu eiusdemmet statuti.*

4 *Liquidatio potest reseruari in executione sententia.*

5 *Fundamento cessante totum ædificium corruit.*

6 *Confiscatio debet constare, cum debitor delinquentis dicit fisco soluisse.*

7 *Principi non creditur affirmanti confiscationem ad sui beneficium.*

8 *Nec si dicat aliquem commisisse delictum, uel rebellionis, vel alterius generis.*

9 *Nec creditur de iustitia causæ.*

10 *Debitor delinquentis, an excusetur si soluit fisco motus bannimento generali.*

11 *Et an debeat aliquid pati antequam soluat.*

12 *Et tenetur notificare creditori omnia.*

13 *Fraus non probatur, nisi clarissimis probationibus.*

14 *Fraus,*

14 *Fraus, & simulatio quandoque probatur coniecturis, & præsumptionibus.*
15 *Temporis breuitas arguit multa.*

CONSILIVM CCLXIX.

In Domino confido.

DVBIA subtiliter, & copiosè excitata contra D. Abramum Fräcigenum hæ breuī (iudicio meo) victoriæ eius minimè obstant, per ea quæ in prioribus, allegationibus deducta fuere. quę per respō siones in dubijs allatas non tolluntur, vel eliduntur. Nam quo ad primum dubiū, quòd agi non potuerit contra fratres minores reos conuentos, ex quo fine solemnitatibus statuti nostri, de contractibus minorum, hæreditati paternæ se immiscuerunt. tollitur præcæteris ex illa responsione clara, quòd licèt non valuerit immixtio illorum, vt censeātur obligati insolidum creditoribus hæreditarijs, tenentur tamen ad restitutionem bonorum paternorum eatenus, quatenus sunt effecti locupletiores, ut disponit statutum ipsum ad fi. in uers. teneantur tamen. & in hoc ueniunt condemnandi, quatenus eorum immixtio non ualeret. Et licèt, ut obijcitur in dubijs, statutū ipsum deneget audientiam agenti ex contractu minoris facti sine solennitate. illud procedit ad finem vt insolidum minor teneatur, ac si contractus valeret, secus si ut teneatur quatenus sit effectus locupletior. & sic vna pars statuti secundum alte-
1 ram † venit intelligēda. l. unum. in prin. vbi Doct. maximè Castrē. ff. de petit. hære di. Et licèt statutum deneget audientiam, uel prohibeat opponi, vel aliquid fieri per partem, non intelligitur tamen denegare, vel prohibere in casu, quo ex for-
2 ma alterius † statuti, vel illiusmet debet quis admitti. ut uoluit Bar. in l. prima. §. & parui. num. 5. vbi etiam Ang. ff. quod ui, aut clam. trad. Felin. & Dec. qui alios citat in c. ex parte. il secundo, primus num. 6. alter num. 5. de offi. deleg. & quòd a
3 fortiori tāto magis admittatur † in casu eiusdemmet statuti, trad. Dec. in consi. 356. num. 4. & Mandos. in addit. ad Rom. consi. 244. litera C. Et licèt non sit liquidatum quid, & quantum ad eos peruenerit de bonis patris, id tamen in executione sententiæ poterit liquidari facta reseruatione,
4 † vt quotidie practicatur, & trad. Arc. in §. si duorum, in fi. Insti. de rerum diuis.

Quod vero ad merita attinet, dicitur fundamenta, aliàs ad fauorem actoris cōstituta, adhuc subsistere. nam præsupponitur in dubijs unum, quod non uideo in processu probatum. quod scilicet fuerint ob crimen hęresis, vel apostasiæ confiscata bona ipsius D. Abrahæ. quo præsupposi-
5 to cessante † totum ædificium super eo constructum corruit. r. q. j. c. cum Paulus. & l. egi. in prin. ff. de excep. rei iudi. & cum non appareat de confiscatione aliqua, sumus in alio membro Docto. quando sine confiscatione debitor fuit coactus soluere principi. nec est dubium quin Doctor. in hac q. scribentes exigant, vel præsupponāt debe-
6 re constare de confiscatione † vt per Dec. in allegato consi. 25. primo uol. & clarius Menoch. in allegato casu 137. num. 5. in tractat. de arbitra. iud.
7 nec hoc casu crederetur etiam principi id † affirmanti ad sui beneficium. Castr. in allegato consi. 288. col. pen. in tertio dubio. in antiq. & Ruin. in consi. 147. num. 13. primo uol. sicut non creditur
8 illi, quòd † reus commiserit delictum, vel rebellionis, vel alterius generis. vt per Rui. in d. consi. num. 8. & consi. 167. num. 7. 4. uol. vbi, quòd non
9 creditur de iustitia causæ. † & Gramma. decisione 105. nu. 1. & sequen. Cessant igitur omnia, quę super ædificata fuere in hoc fundamento confiscationis ea cessante. & præsertim cessat responsio, quòd stante confiscatione ipsa, non est attendenda mora debitoris, ut uoluit Ant. Gabr. in ti. de solut. conclusione 11. num. 8. & sequen. quia cum versemur in alio casu, quam confiscationis, habet locum alia opin. de qua per eundem Gab. ibi num. 29. & sequen. & Menoch. in dicto casu, num. 24. & seq. ubi alios citant.

Vt ex his corruit etiam secundum, quod adducitur in dubijs. quod ex quo in iniuriam creditoris debitor fuit exactus censeatur liberatus, maximè cum esset debitor quantitatis. quia cum fuerit in mora, id non procedit, tum etiam, quia obstant alia fundamenta, aliàs in primis allegationibus adducta, de quibus inferius uerba erunt facienda.

Ad tertium de bannimento generali sub pœ-
a na facto, quòd induxerit[a] iustum metū, ita quòd excusetur debitor, licèt nihil opposuerit, & nil
10 passus fuerit, nec hoc casu loquantur Bal. in l. falsus. C. de fur. & alij aliàs allegati, ut distinguendo uoluit Cur. Iun. in l. 2. num. 4. ff. de iudi. & Gabr. d. conclus. 11. num. 22. respondetur, quòd Doct. ei tati in primis allegationibus in secunda ratione, loquuntur indistinctè sequendo Bald. & Castr. & melius tenent. quia non potest dari diuersitas rationis bona inter casum, quando quis cogitur ad soluendū, quod alteri debet vigore banni generalis, vel uigore præcepti specialis, cum utroque casu debeat aliquid pati antequam soluat, & agens quicquid honestè potest, salute sua salua, ne soluat, ut Bal. trad. in d. l. falsus. ubi num. 31. id
11 † intelligit etiam facto bannimento, ut in uersic. in summa. & sequuntur Afl. & Menoch. aliàs citati. nec discrepat Calca. in allegato consi. 113. col. fi. sed certè non uersamur in casu, quo dubiū hoc locū sibi uendicare possit. si quidem dubium procederet quando debitor facto bānimento timore pœnæ soluisset, tunc ueniret excusandus. sed nō sic se habet factum. nam facto bannimento ipso debitor ne cogeretur soluere aufugit de ciuitate Anconæ, & venit Ferrariam habitatum, vt deponunt tres primi testes examinati pro parte actoris.

te actoris. & sic non soluit in executione bannimenti pœnalis, vt effugeret pœnam, cum steterit per biennium, vel circa ad soluendum. de anno enim 1555. primo Nouembris emanauit bannum, vt in processu fol. 137. & de anno 1557. die 28. Junij apparet absolutio facta per illum commissarium a debito. quod factū fuit, postquā fuit cōmissum ipsum capi in ciuitate Ferrariæ. quod fuit die 13. Maij illius anni, vt in processu, fol. 52. cum igitur bannū ipsum non ligaret, ex quo aberat, & non habuerat bona sequestrata ex processu nostri 1556. non potest negari, quin illuc accesserit, vt colluderet cum dictis commissarijs, & fraudaret creditorem. Vt non omittam, quòd cum fuerint sequestrata eius coria, & sic specialiter grauaretur, nihil penitus opposuit, vel vllam defensionem fecit, cum tamen hoc casu ad id teneretur omnium consensu. & sic penitus cessat dubium.

Quartò loco non obstat responsio data tertiæ rationi nostræ, quòd non sufficit probare de solutione facta per confessionem recipientis. quia illa non procedit, quādo apparet de confiscatione bonorum facta, vt ponderatur Castr. in d. consi. per magnificum Motiuātem. cum enim de nulla confiscatione constet, non est superfluò disputandum de hac q. & satis nobis est, quòd in casu in quo versamur, ex cōfessione non probatur solutio secundum communem * Doct. sententiam aliàs citatorum in dicta tertia ratione.

Quæ aūt quinto loco dicuntur de denunciatione non facta p̄p absentiā creditoris, tollitur ex eo, qnòd non constat de absentia aliqua eo tempore, quo p̄dicta gerebantur. sed cum ambo p̄st facta bannimenta habitarēt Ferrariæ, vt testes dicunt, quare non notificauit eidem hęc om
12 nia idem debitor? prout † tenebatur, vt ex Menoch. & alijs aliàs fuit comprobatum. qui Menochi. licèt dicat cogitandum esse, tamē quo ad se decidit q. vt de Docto. loquente per verbum forte, trad. Soc. in consi. 93. colum. 10. in prin. & Gul. Cassad. in tit. de præben. decisione 3. nu. 30. quæ opinio certè est æquissima. quia si denunciare-
b tur [b] creditori Ipse melius rei suæ prouideret. & potuisset tunc actor rem componere pro modica summa, ut per alios fiebat, vt deponunt testes, & fortè vt composuit aduersarius.

Ad id autem, quod sexto loco respondetur, quòd non constat de fraude, vel simulatione aduersarij, quòd iuerit Anconā, ut obtineret absolutionem ab hoc debito. & fingeret se absoluisse,
13 se, cum fraus non probetur nisi † probationibus luce meridiana clarioribus. Craue. ex Anch. consil. 21. colu. 2. & quia ipse illuc accessit faciendo secundum ius naturale, vt curaret, merces, & negocia sua, & vt in dubijs respondetur. primò, q imò constat de collusione & fraude, ac simulatione ex multis indicijs, præsumptionibus, & cōiecturis, quæ hoc casu sufficiunt ad plenam probationem, vt de collusione in alijs allegationib.
16 fuit comprobatum, de fraude † & simulatione, trad. Jasin l. cum ea quæ. C. de transact. num. 4. & 5. Dec. consi. 543. num. 13. & 587. num. 3. Cur. in l. nemo potest, num. 64. in fi. ff. de lega. primo. Paris. in consi. 53. num. 8. in princ. & 86. num. 29. in 3. volum. Cagnol. in l. imaginaria. num. 7. ff. de reg. iur. & idemmet Craue. rectius sentiens consi. 156. nume. 7. Quòd autem accesserit Anconam vt negotia sua gereret, vbi habebat merces, quas volebat tueri vt in dubijs. nō video, vbi sit probatum, imò præsumendum est, quòd vt fraudaret creditorem, qui instabat ad debiti solutionē illuc accessisset. & procurauerit habere illam absolutionem, quæ modica pecunia obtinebatur, vt dicūt testes. quod satis constat ex breuitate tēporis inter commissionem capturæ factam die 13. Maij, anni 1557. & dictam absolutionem obtentā die 28. mensis sequentis. per trad. per Rip. qui hanc
18 præsumptionem breuitatis † temporis inducit ad multa, in l. si uentri, in §. eorum ratio, num. 3. & seq. ff. de priui. cred. nam antequam ab eo grauaretur nunquam procurauit illam habere. an autem sciuerit commissionem executionis instrumenti contra eum, nec nē, me remitto conscientiæ magnifici domini Consultoris, qui bene nouit, quot exploratores habeant ij hæbrei in illo officio, & iam sæpissimè expertus sum.

Ad vltimū de promissione per eū facta de soluendo. non negamus, quin facta fuerit ante absolutionem, de eodem tamē anno 1557. sed illam inducimus ad hoc, quia cum ipse soluens promiserit, vel petierit dilationem ad soluendum, vt dicit alius testis, qui non bene meminit de altero horum duorum infertur, quòd tunc temporis ipse nihil soluerat, vel erat obligatus soluere pro dicta prætensa confiscatione, quia aliàs opposuisset non teneri soluere, non autem recognouisset debitum, vel promittendo, vel dilationem petendo. Vnde cum illinc ad quatuor menses plus minus nè, accesserit ad obtinendum dictam liberationē quasi soluerit, quis est, qui non uideat hāc manifestam fraudē? quod si soluit, vel totum, uel partem sua spōte, non coactè soluit, vt fraudaret dictum creditorem. & quòd cessant omnes disputationes Doct. & omnes dubitationes in hoc casu admodum claro. nec alicubi apparet, quòd per errorem fuerit facta dicta promissio, quę in facto proprio non sic præsumitur, vel tolerabilis est l. si. ff. pro suo, cum vulgaribus.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ADDITIONES.

a Inducitur autem iustus metus, & quis dicitur coactus si sciat se posse cogi. ut est tex. in l nouissimē. ubi Bald. & quod fals. tuto. aut cura & trad. Abb. in consi. 60. quoniam satis. in princ. Ancha. consi 159. Rationes quæ. 2. col. & 299. Visa supradicta Aret consi. 24. quatuor dubia. 3. dubitatio & consi 87. in præmissa consultatione. Fely. in cap. primo, de offi. delega & in cap. cum M. Ferrariensis,

rariensis, num. 21. vbi Dec. num. 34. de constitut. facit quod trad. Io. Andr in cap. bona fide. in prin. ubi dicit; quod inuitus quis soluere censetur, licèt nulla coactione soluat, si tamen scit se posse cogi. faciunt quæ habentur per Cyn. Alber. & Bald. in l. 2. C. quod met. cau. sed quicquid sit de his omnibus in terminis huius q. omnes Docto. speciale, uel generale præceptum exigunt, quòd cum non extet non procedunt supra allegata.

b Imò non solum debet denunciare, sed opponere confiscationi. & non illi adquiescere. Nec obstat sufficere confiscationem extare, pro qua præsumitur c. in præsentia; de renunc. l. Herennius. §. Gaia. ff. de euict. probabiliter enim potuit credere instrumento confiscationis, & ita in terminis trad. Dec. d. consi. 25. 2. col. Nam Bartol. in sua distinctione, in d. l. creditor. parificat casum confiscationis iniustæ, & nullæ confiscationis, uel non confiscationis. & Bar. cæteri sequuntur. nec in dubio præsumitur pro sententia, si extat notoria iniustitia, c. sollicitudinem, § si uero, de appella. trad. Fely. & alij. in cap. quoniam contra, de probatio. Alcia. in tracta. præsumpt. 3. reg. præsumpt. 9. num. 25.

Quod tamen intelligo si confiscatio esset iniusta, & iniqua manifestè & notoriè. facile enim est creditori opponere, cum & illa sine appellationis remedio irritetur, ut not. trad. Inno. quem ibi sequitur Albe. in c. fraternitatis, de frigi. & maleficia. Abb. in c. cum Apostolus. de censib. in cap. suborta. in fi. de re iudic. in c. inter cæteras, ubi egregiè Fely. num. 10. & Butr. in cap. suam, de pen. Abb. Imol Fely. in c. quoniam contra, de prob. & hoc casu si debitor proponeret nullitatem, licèt non doceret, nisi de euidenti iniustitia obtineret: tamen Inno. in c. cum Bertoldus, de re iudi Curt. Sen. consi. 60. Dux Philippus, nume. 27. cum seq. & consi. 66. super præmissa. 3. col. Soci. consi. 134. Visa petitione. 3. colu. Curt. Iun. consi. 74. num. 13. & consi. 74. numer. 13. & consi. 170. num. 8. Mars. singul. 473. Meminit.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Confiscatio an probetur ex transumpto authentico, & attestatione notarij rogati de sentẽtia? Rursus, quando debitor soluens fisco excusetur. Et quomodo probetur simulate soluisse, & collusisse.

SVMMAE.

1 *Confiscatio probatur ex transumpto.*

2 *Exemplum transumptum solemniter à rogitu non probanti non probat.*

3 *Et si desumatur à notario, qui de eo fuit rogatus actu cum suis solemnitatibus, nisi omnia hæc sint exemplata.*

4 *Notarius referens se ad alium suum rogitum non probat, nisi exhibeatur relatum.*

5 *Instrumentum de quo fit commemoratio à notario est solemniter edendum.*

6 *Notario non creditur attestanti de sententia.*

7 *Neque de citatione, tanquàm de actu præterito.*

8 *Citatio est necessaria in exemplatione, & transumptione.*

9 *Tenor instrumenti, vel sententiæ, ut probetur per testes, debent esse admodum periti testes.*

10 *Sententiam esse in actis non creditur notario, vel alteri enuncianti, nisi exhibeantur acta.*

11 *Confiscatio debet esse iusta ad hoc, ut debitor delinquentis, qui fisco soluit, excusetur.*

12 *Debitoris solutio facta fisco, an probetur ex confessione officialis fisci.*

13 *Debitor delinquentis excusatur, si soluat fisco facto generali bannimento de soluendo.*

14 *Debet tamen opponere, & contradicere, si illi fuit factum præceptum speciale.*

15 *Et non excusatur, si non soluit tempore bannimenti; sed longè post.*

16 *Nec tenetur sponte soluere, etiam si bona sint confiscata.*

17 *Appellari non potest à statuto generali, potest tamen reclamari, & querelari.*

18 *Et potest etiam appellari, si esset factum contra particularem personam.*

19 *Habitare præsumitur quis in loco ubi degit.*

20 *Denunciatio est facienda absenti saltem per edictum.*

21 *Quod habet locum in denunciatione facienda per emptorem.*

22 *Fideiussor debet appellare à sententia iniusta contra eum lata, ut habeat actionẽ mandati.*

23 *Procurator præsumitur certiorare Dominum de facto graui.*

24 *Error iuris in damnis excusat.*

25 *Error etiam si præsumatur debet allegari.*

26 *Iudex non debet ultra petita iudicare.*

CONSILIVM CCLXX.

In Domino confido.

POSTERIORA dubia excitata acutissimè per clarissimum D. Consultorem in hac causa D. Abramĩ, Francigenę (iudicio meo) facilè tolli possunt. Et ad primum, quòd constet de confiscatione bonorum hębreorum facta ex transumpto authenticato rogato per Ser Christoforum à Portu. In quo attestatur plures hæbreos, & præsertim dictum Abramum fuisse declaratos hæreticos, reorum bona fuisse confiscata cameræ Apostolicę. ut in sententijs de quibus ille fuit rogatus in libris officij, ex quo transumpto confiscatio
1 † videtur probari. Iuxta trad. per Bart. & alios, in

Auth.

Auth. si quis in aliquo. nu. 15. C. de eden. dum lo-
quitur de exẽplo scripto manu eius, qui scripsit
originale. quod probat saltem iuncta auscultatio
ne alterius notarijs facta cũ originali, & iudicis
auctoritate interposita, decretoq; suo, ac senten-
tia, q ei credatur & fides præstetur. de qua confi-
scatione etiam videntur deponere testes acto-
ris, & alibi etiam habetur.
Respondetur assertum exemplum, & transum
ptum productum non probare dictam assertam
confiscationem. primò, quia attestatio & fides il
lius Ser Christofori à porta, attestantis se fuisse ro
gatum de sententia dictæ confiscationis, nõ pro-
2 bat, nec fidem facit. Igitur † exemplum ab ea as-
sumptum etiam solenniter non probat. ut uolue-
runt Bar. & alij in d. Auth. si quis in aliquo. vbi Ca
gnol. declarat, num. 53. & trad. Didac. Couaru. in
c. 21. suarum practi. q. num. 4. Quod autem ille ro
gitus attestationis dicti notarij confiscationem
nõ probet. apertè cõstat, quia in eo non est exem
platus tenor sententiæ. de qua asserit ille se fuisse
rogatum, nec solennitates, quę interuenerunt in
eius probatione, & alia necessaria in instrumen-
to publico apponenda, vt in cap. i. de fide instr.
quæ si fuissent apposita, & descripta probaret. q a
3 esset exemplum † sumptum à notario. qui de actu
fuit rogatus cum suis solẽnitatibus, vt Bart. Dec.
num. 18. & alij in d. Auth. affirmant: Vbi Cagnol.
d. num. 53. sed tantum ille notarius attestatur de
actu de præterito, alio tempore facto, & per eum
rogato. quo casu non probat, nisi illud exhibea-
tur, vt in d. Auth. si quis in aliquo. cuius dispositio
4 procedit, etiam si notarius referat † se ad alium
suum rogitum. ut uoluit Ang. per illum text. in l. si
donatio. C. de donat. Ale. consi. 6. prudentis. nu.
7. 4. vol. & Moder. in d. Auth. si quis in aliquo. ubi
Ias. num. 7. & num. 33. Alcia. 2. pagi. vbi dicit, non
sufficere commemorationem fieri per notarium
5 de instrumento per eum rogato. † sed debet so-
lenniter edi. & Cagno. num. 64. 4. ampliatione,
& num. 86. & quòd quando solennitates non po
tuerunt interuenire tempore, quo notarius facit
talem relationem, non probet, admittunt om-
* nes * in dicta Auth. ubi Alcia. pen. pagi. & in sen-
6 tentia † quòd non credatur notario de ea atte-
stanti. ad propositum trad. Card. consi. 72. sigilla-
tim, num. 35. col. pen. quod etiam voluerunt post
Inno. Feli. num. 34. & Dec. num. 40. vbi referunt,
& sequuntur dictam causam Card. in c. quoniam
contra. de proba. & quòd attestatio notarij facta
de præterito non probet, trad etiam Alex. in con
sil. 106. viso instrumento. num. 6. 2. uol. post Inno.
in d. c. primo, de fide instrum. Quinimò oporte-
ret etiam constare, quòd pars fuerit citata ad il-
lam sentẽtiam confiscationis. si de ea constaret.
quæ citatio necessaria erat, etiam quòd reus es-
set in carceribus constitutus. nec hoc casu credi-
7 tur notario de ea attestanti, tanquam de actu de
præterito. ut Abb. trad. in consi. 92. contra senten
tiam. primo uolu. & sequitur Dec. dicto num. 40.

constat igitur apertissimè rogitum, seu attestatio-
nem illius notarij, nullam facere probationem.
Secundò, quatenus esset instrumentum publi-
cum, & solenne, & probaret confiscationem,
(quod falsum esse supra adducta ostẽdunt) cum
in dicta exemplatione, & transumptione nõ fue-
rit citatus dictus D. Abramus, cuius intererat, q
8 citatio † proculdubio necessaria est præter de-
cretum iudicis. ut omnes admittunt in d. Auth. si
quis in aliquo. vbi Ias. num. 5. tertia limitatione.
Dec. num. 9. & trad. Didac. d. c. 21. num. 4. versi. 3.
& Card. in d. consi. 72. tertio dub. num. 15. cessat
dubium, nec potest dici, quod non tractaretur de
interesse ipsius actoris. & quòd non esset certum
illum habere interesse in ea exemplatione facien
da. cum dicta exemplatio facta fuerit de mense
Augusti, anni 1572. & iam fuerat cœptum iudi-
cium hoc de dicto anno, & de mense Ianuarij, ut
in processu. Vt non omittam, quòd tanto minus
est adhibenda fides dicto instro attestationis
exemplato, & transumpto, cum appareat factam
dictam attestationem de anno 1557. die 4. Mar-
tij, & tamen à tergo apparet, q fuit exhibitum lõ-
gè ante, quàm scriptum fuisset, scilicet, de anno
1554. die 3. Aprilis. quod detrahit fidei ipsius, si
qua illi esset adhibenda: concluditur igitur dictũ
exemplum confiscationem non probare. etiam
si fuisset exemplatum a xx. vel plurib. notarijs, vt
trad. Castr. Ias. & cæter. in d. auth. vbi Cagno. nu-
me. 51. & 64.
Quod verò per testes actoris dicta confiscatio
probetur. iustè negari potest. ex quo testes ipsi
nullam illius rationem reddũt, & cum agatur de
probando tenore instrumenti sententię ipsius cõ
9 fiscationis, exigeretur. q † testes ipsi essent valde
periti, & deponerent de eius tenore, vt in c. cum
olim. il primo de priui. Bar. in d. auth. si quis in ali
quo. num. 6. in prima lect. & num. 19. in secunda.
& illic in addi. & aliqui alij etiam illic. & Feli. in c.
sicut, num. 2. de senten. & re iudi. sicut etiam non
creditur notario, vel alteri enuntianti illam in a-
10 ctis † nisi exhibeatur, per d. auth. si quis ĩ aliquo.
præterea nedum deberet constare de confisca-
tione ad excusandum debitorem soluentem: sed
11 q iusta fuerit † confiscatio. vt Bar. trad. in d. l. cre-
ditor, num. 2. ff. de solut. & alij sequuntur. Et licet
Doc. in consi. 25. col. prima, versi. nec obst. dicat
q Bart. velit non esse necesse probare iustitiam cõ
a fiscationis, * cum appareat de ea instrumentum
publicum, & cum præsumatur pro sententia rite
& solenniter lata, quod etiam alios citans voluit
Menoch. in tracta. de arbit. iud. alias citato lib. 2.
Centur. 2. casu 137. nu. 5. hoc tamẽ nobis in casu
isto non officit. In quo non constat de aliquo in-
strumento ipsius confiscationis quo casu versa-
mur in secundo membro distinctionis Bar. & cæ-
terorum, quando scilicet non constat de confi-
scatione.
Et cum non constet de confiscatione legiti-
ma, & saltem per publicum instrumentum, ex-
qua

qua fiſcus, vt hæres ſuccedit creditori, vt per
Bar.& alios, in dictis locis. ſumus extra diſputa-
12 tionem, an ex confeſſione illius officialis † pro-
betur ſolutio. cum hoc caſu certum ſit, quòd nõ.
ut ex Caſtr. Aff. Rui. & Gabr. in concluſione alias
citata 11. num. 25. in tit. de ſolu. lib. 3. ſuarum con
cluſionũ, in primis allegationibus oſtenſum fuit.

Et cum ceſſet hoc fundamentum de confiſca-
tione, militat adhuc fundamentum noſtrum, quod
ex quo debitor fuit in mora conſtitutus. ſibi eſt
imputãdum, ſi fuit exactus etiam in iniuriam cre
ditoris. quia id euenit culpa ipſius debitoris. ut
ex Bal. Imol. Cuma. & alijs, in d. l. creditor. com-
probatum fuit in prima ratione, in primis alle-
gationibus.

Obijcitur etiam in alia appoſtilla dubiorum,
quòd debitor facto bannimento generali excu-
13 ſatur ſi ſoluat, licèt nihil apponatur, † ſecus ſi ſpe
ciali præcepto grauetur, ut diſtinguit Cur. Iun. in
l. 2. num. 4. ff. de iudic. & Gabr. d. concluſione 11.
num. 29. cuius diſtinctioni, cum opiniones conci
liet ſtandum eſt Saly. in l. filiæ cuius. C. famil. her-
ciſcun. cum alijs deductis per magnificum con-
ſultorem in ſuo conſi. 50. num. 56. & rationem di
uerſitatis in dubijs adduxit poſt Bal. in l. omnem.
C. ad Tertul. & quia à præcepto ſpeciali iudicis,
ſicut à ſtatuto ſpecialiter aduerſus quem facto
poteſt appellari, ſecus à generali. Bar. in l. omnes
populi. num. 52. ff. de iuſt. & iu. Sed hæc obiectio
tribus rationibus refellitur.

b Prima eſt, quòd hic non agitur de præcepto, b
ſeu bannó generali tantum, ſed de ſpeciali facto
dicto Vitæ debitori de ſoluendo, ſequeſtrari fa-
ciendo coria ſua, vt in proceſſu. vnde etiam ſe-
14 cundum opinionem Cur. & Gabr. debuiſſet † op
ponere, & contradicere, non autem ſoluere. ut
voluerunt Bal. Caſtr. Afflict. & alij aliàs citati in
primis, & ſecundis allegationibus, quod ſi nulla
parte proceſſus factum apparet.

15 Secunda eſt ratio † (vt etiam aliàs reſpondi),
quod ex proceſſu conſtat ipſum Vitum nõ ſoluiſſe tẽ-
pore publicati banni, quod emanauit de anno
1555. die primo Nouembris. ſed per biennium
poſt, nulla interueniente coactione. & cum habi-
taret Ferrariæ. & iam fuiſſet cõmiſſa captura con
tra eum, & eſſet in libertate, Anconam redijt, ſol
uit, vel potius ſoluere finxit. & non conſtat, vt
dicitur in dubijs, quòd iuerit propter ſequeſtra-
tionem ſuorum bonorum, cum iam iudicium il-
lud ſequeſtrationis fuerit expeditum. vnde non
poteſt dici ipſum timore banni ſoluiſſe.

Tertia diſtinctio Curt. mihi non concludit, ut
facto præcepto generali non teneatur debitor fa
cere aliquas defenſiones, ſed ſponte ſoluere poſ-
ſit, quia etiam quando ſunt confiſcata bona, qui
eſt caſus fortior. quo magis liberatur debitor, ut
per omnes ſcribentes in hac materia, non debet
16 etiam ſponte ſoluere debitor, † vt expreſsè decla
rat Menoch. d. caſu 137. num. 6. ita intelligẽs Bal.
Iaſ. & Affli. quanto minus igitur id facere debet,
non facta confiſcatione, ſed facto tantum banno
generali. & in caſu Dec. in d. conſi. 25. etiam debi
tor fecerat reſiſtentiam, vt in 2. col. verſi. præter-
ea etiam narratur. & eadem ratio uiget in banno
generali, quæ in præcepto ſpeciali. vnde idem ius
eſt ſtatutum. l. à Titio. ff. de verborum oblig. & l. il
lud. ff. ad l. Aquil. Nec obeſt, quòd à ſtatuto gene-
rali non poteſt appellari. ſed à ſpeciali in odium
certè perſonæ editi poſſit, ut in dubijs. quia licèt
17 non poſſit appellari. poteſt tamen † reclamari &
querelari, ut per Abb. & alios. in c. cum omnes.
de conſt. præterea in caſu iſto non ſumus in ban-
no generali, vel uniuerſali. ſed in ſpeciali edito
contra debitores hæbreorum Luſitanorum, & in
odio illorum, quod potius dicitur ſpeciale. & à
18 quo poteſt appellari. ſicut † ſi eſſet factum cõtra
particularem perſonam. vt intelligunt Doctor. in
hac materia. & præſertim Pariſ. de Put. in tractat.
ſyndi. in tit. de exceſ. baronum. nume. 24. vbi lo-
quitur quando fit ſtatutum contra certas ſpecia-
les perſonas, puta hoſpitales, & ſimiles, quòd po
teſt appellari, quo fit ut cum bannum magis dica
tur ſpeciale, quàm generale ipſe debitor. etiam
ſecundum opinionem Curt. Iun. tenebatur reſi-
ſtere, & ſe opponere.

Non obſtat etiam (vt dicitur in alia appoſtilla
dubiorum;). quòd de anno 1556. vltimo Iunij
fuerit lata ſententia, in qua fuit confirmatum ſe-
queſtrum pro non ſolutis. & quòd ipſe tandem
ſoluerit de anno 1557. die 28. Iunij. Quia hoc ve
rum eſt, ſed non prodeſt debitori, quia licèt ipſe
conuentus fuerit in iudicio, & litigauerit per mul
tos menſes. nihil tamen appoſuit in toto illo pro
ceſſu, vt non ſolueret, verum potius ſe obtulit ſol
uere. Præterea tàm ex illo proceſſu, quàm ex alio
ſuper eodem facto de dicto anno 1556. vt in pro
ceſſu, fol. 98. & ſequen. non apparet, quòd fuerit
coactus ſoluere, vel quòd ſoluerit. nec etiã quòd
bona per illos commiſſarios ſequeſtrata impor-
tarent ualorem totius crediti ipſius actoris, & a-
liorum creditorum dicti Vitæ Luſitanorũ. quod
debuiſſet conſtare facere. Vnde cum non graua-
retur ab aliquo de anno ſequenti 1557. & eſſet
ac habitaret Ferrariæ. & non haberet aliqua bo-
na ſequeſtrata (quod conſtet) & acceſſerit An-
conam. poſtquam promiſerat ſoluere dicto acto
ri, ut deponunt illi duo teſtes. & etiam fuerit com
miſſa exequutio inſtrumenti contra eum. & ſol-
uerit, ſeu potius finxerit ſoluere pecunias debi-
tas illi, & aſſerto commiſſario. certè nil poteſt
dici verius, quàm quod ſoluerit (ſi ſoluit) ſponte
& nó coactè. & ut fraudaret creditorem ſuum.
& tanto magis cum pro obtinendis talibus libe-
rationibus, non ſoluebatur integra pars delicti.
ſed quinta, vel minor, vt dicunt teſtes examinati.

Non obſtat etiam, quod replicãdo adducitur
in alia appoſtilla ad fundamentũ noſtrum, quòd
debuit denunciari creditori per debitorem. quod
cum tempore ſolutionis ipſe Abramus eſſet Fer-
19 rariæ, vbi habitabat † prout præſumitur ex doct.

Bar.

Bar.& aliorum in l.is potest,ff.de acqui. hæredit. Aret.consi. 103.num.7.& Tiraq.de legi.connub. in glo.sexta, num. 30.non erat facienda denunciatio illi existenti in alio territorio.quia denunciatio ista non exigebatur tempore solutionis, sed ante,vt creditor posset se defendere, & prouidere ne suum creditum ei auferretur.& hoc ipse Vita potuisset facere millies, dum ambo essent Ferrariæ.& etiam in principio, dum erat ambo Anconæ, vbi erat domin. Abramus carceratus, quàm tamen minimè fecit. præterea quando q̃s alicui tenetur denunciare, licèt sit absens is, cui denunciandum est.non tamen excusatur, ut nullo modo denunciare teneatur. cum saltem tenea
20 tur † denunciare secundum formam clem. causam.§.fi.de elect.vbi Card.ad fin.loquitur de de-
21 nunciatione † facienda per emptorem venditori,quod voluit etiam Rip.in l.2.§.voluntatem. nume.24.ff.solut.matr.& Gaspar Cabal. in tract. de euictio.§.3.num.98.& hoc magis conuenit casui nostro,quàm trad.per Doct.in l. si filius. ff. de dã. infect.& in l.in prouinciali.§.si ego.vbi Alex.col. fin.ff.de oper.no.nunc. quæ adducta fuere in primis dubijs. quia emptor non tenetur denuntiare absenti.l. si ideo. §. præsenti. ff. de euictio. & tamen tenetur denunciare per edictum, & vt in dispositione dictæ clem. quia agitur de graui præiudicio venditoris,ne ius suum amittat. at in casu coloni, vel inquilini, vt in iuribus contrarijs si non denũtiat. quia absens sit dominus,ipse potest nunciare, vel petere cautionem damni in fecti.& sic dominus non damnificatur ex denunciatione nõ facta. cum eo casu teneatur colonus, vel inquilinus,cui adstipulatur tex.in l.si procuratorem.§.si ignorantes . in fi.ff.mand. vbi fideiuf-
22 sor, vt habeat actionem mandati † contra principalem debet appellare à sententia supra eum iniustè lata , vel saltem denunciare principali, aliàs non excusatur. quæ denunciatio est facienda ad instar illius,quàm emptor facere tenetur, vt per Doct.ibi.& sic etiam ex hoc capite non potest debitor excusari.

Cessat etiam illud, quod in alia appostilla dicitur,quòd non videtur constare de simulatione Vitæ.quia non uidetur habuisse scientiam executionis commissæ cõtra eum, die 13.Maij, ex quo fuit facta per procuratorem illius cõfessio eo absente, & accessit Anconam ut liberaret res suas à sequestro. Quia,vt dixi aliàs in secundis allegationibus,seu dubiorum solutionibus, satis præsumitur sciuisse, ex quo statim commissa executione, & captura abijt, & obtinuit liberationem & cassationem instrumẽti, nec enim unquam prius sale, quid procurauerit, nisi postquam timuit se posse cogi ad soluendum. & ex temporis breuitate inducitur talis præsumptio.& maximè,quia ex suspitionib. collusio,& fraus præsumitur, & probatur,ut aliàs deductum fuit præter id, quòd do minus à procuratore præsumitur coniuratus de
23 facto graui † & notabili.Rom.consi.481.colu.2. versiculo 2.quia præsumendum est. & Crauet. consi.40.column.secunda, versiculo facit, quod imputatur.

Præterea cum ex duobus testibus contestibus actoris sit probatum, quòd ipse Vita de mense Martij illius anni sciuisset, quòd dictus D. Abramus uolebat sibi per eum satisfieri de suo credito,& quòd illum interpellauerat ad soluendum. cui ille nihil opposuit de coactione facta de soluendo,quę tamen facta fuerat ex sequestratione facta suorum bonorum, & ex processib. agitatis contra eum.sed promisit soluere, vel dilationem petijt ad soluendum. & illinc ad aliquos menses nulla cogente necessitate (quod constet) accesserit Anconam,& impetrauerit liberationẽ. sed quis erit tam stupidus, vt non sentiat illud ab eo factum fuisse in fraudem creditoris. & ut liberaretur ab eo? certè ego aliter rem hanc intelligere nequeo.quia mihi apertissima videtur .& si essem iudex nunquam aliter iudicarem, conscientia mea,iustitia sic dictante informata.

Non obstat etiam, quòd ex quo solutio fuit facta post promissionẽ, de qua deponunt dicti duo testes,excusetur ipse debitor.quia imò præsumitur fraus & simulatio, vt supra deductum fuit. cũ ipse nullo cogente imperio, vel necessitate accesserit Anconam ad soluendũ, vt consequeretur liberationem. & hoc tollit , & penitus eneruat responsionem magnifici Consultoris,de qua in dubijs.quòd promissio debeat intelligi reb. sic stantibus.nam res in eo statu stetissent, nisi culpa uel fraus sua intercessisset,& culpa sua sibi debet nocere.regula damnum.de reg.iur.in 6. Quod autem ipse Vita errauerit in iure promittẽdo id ad quod soluere nõ tenebatur.& error iuris in dam-
24 nis † excusat.l. error. ff. de iur. & fact. ign. sed talis error nullibi probatur.nec etiam allegatur. &
25 tamen † etiam si præsumeretur, debuisset allegari.l.si adulterium cum incestu.§.idem Pollioni.ff. de adult.Bal.in l.cum quid. ff. si certum peta. Alc. in tract.præsumpt.regula secunda, præsumptione 12.nu.3. Vltra quòd nos prætendimus, quòd tractet de lucro,nõ de damno.cum negemus soluisse,ex quo de solutione non cõstat, nisi per confessionem illius officialis. & dictus D. Abramus tractat de damno uitando, & fauorabilior proculdubio est eius causa.

Ex quibus satisfactum est omnibus dubitationibus in appostillis excitatis.& apertissima, ac luculentissima apparet iustitia actoris.

Ad id autem, quod dicitur esse cogitatum, an si esset standũ confessioni illius Thomasij. reducenda sit sententia ad 20.per cent. arbitrarer nõ esse opus ulteriori cõsideratione, ex quo certum est ex tot.& tãtis fundamentis,& rationibus,non esse standum dictæ confessioni,& non fuisse liberatũ dictum debitorem.sed tamen quatenus aliter videretur clarissimo Consultori (quod uix credere possum) apud me non esset dubiũ, stantibus depositionibus testium, quòd passim liberabantur eo tempore debitores pro dicta summa,quòd pro ea tantum summa,præsumptiuè so luta

lpta fuiſſet liberatus debitor. aliàs fuiſſet in poteſtate ſua fraudare creditorem, & mala fide eius negocium gerere. quod eſt ab omni iure alienum.

An autem ipſe Vita, vel eius hæredes poſſent conſequi id, quod dicitur expendiſſe pro alimentis ipſius actoris, dum ſtetit carceratus Anconæ. cum pars id non petat, nec alleget pro eo ali-
26 quid impendiſſe, non debet Iudex ultra † petita iudicare; ex quo ſententia debet eſſe conformis petitioni.c.licèt Heli.vbi latè no. de ſimo. & in alijs locis, & paſſim dicitur fatuus eſſe iudex, qui ſuper non petitis iudicat. licèt ſi aliquid impendiſſet arbitraret ei compenſandum fore doctus de impenſa ipſa.

Laus Deo Opt. Max.

Barth.Bertaz.

ADDITIONES.

a Omiſſa opinione Specu. in tit. de obliga. & ſolutio.§. 2. ver.illud autem.vbi latè Ioan. Andr. quæ communiter explodiτur. doctrina eſt Bar. & ſequacium communi-
✠ ter * approbata, in d l.creditor.ff.de ſoluti. vt trad Dec. d conſi.25 prima col. Aut fuerant bona conſiſcata, & quidem iuſtè & tunc clarum eſt, quod debitor ſoluendo liberationem conſequitur. quia fiſcus loco hæredis habetur.l.ſi debitori deportato.ff.de fideiuſſ.l. 2. C. ad l Iul de ui publi.imò ſecundum Bald.in l.falſus.& Dec. in d conſi. etiam ante ſolutionem cenſetur debitor liberatus. contra quod uidetur tenere Nell in tract. de banni.in pen q.prima par tertij tempo.ubi hoc caſo noluit exigi compulſionem, & non ſufficere ſpontaneam ſolutionem.

Aut bona fuerunt confiſcata, ſed iniuſtè, & in hoc caſu duæ reperiuntur opiniones. prima fuit Bart.quem ſequitur Ang.Caſtr.Imol.in d.l. creditor. & refert, & uidetur ſequi Calca.in allegato conſi.112.& Nell. in d. q.pen & Dec.in d.conſi.25 prima colu quæ uerior ui-
✠ detur & communior. * qui omnes diſtinguunt, aut in iniuriam debitoris exigitur debitor, & tunc periculum ſibi eſt imputandum.d.l.creditor, aut in iniuriam creditoris, & tunc creditori eſt imputandum.l. ſi merces.§. culpæ.ff.locat.cum ſimil.aut ſimpliciter, & tunc aut erat ſpecies debita, & tunc periculum ad creditorem pertinet.aut quantitas, & tunc ad debitorem.

Secunda eſt opinio Bal in d.l.falſus. ſupra in hac materia allegata, col.pen.quam refert Calca.d. conſi. & uidetur ſequi Affl.d.deciſ.150.num. 32. qui tenet, quod etiam in caſu non confiſcationis, quando quis eſt compulſus per uiam facti, ſi fecit quicquid potuit ne ſolueret eſt excuſatus.

b Ego in aliquibus caſibus arbitrarer non excuſari ſoluentem debitorem, licèt illi fuerit factum præceptum.

Prima eſt, ſi præceptum eſſet factum de ſoluendo cum clauſula, ſi ſenſerit ſe grauatum. nam parte comparente præceptum hoc reducitur in uim ſimplicis citationis, vt habetur per Bar.in l. prima. C. de execu. rei iudi.& in l de pupillo.§. meminiſſe. ubi latè Alex. ff. de oper.nou.nunc.Bal in l.2.col.2.C. de epiſcop. audien. per Aret.in §.curate.Inſtit.de actio.& Iaſ.in l.nec quicquam.§.ubi decretum.ff.de offic.procunſ.col.3.

Secundus eſt caſus, ſi præceptum erat nullum, quia non fuerit ſeruata forma ſtatuti, uel alia de iure neceſſaria. cum fiſcus in dubio debeat uti iure priuati, niſi iure ſpeciali oſtendatur priuilegiatus.l.item veniunt.in §.in priuatorum. cum gloſſ.& ibi nota.ff.de peti. hæredita.l.1.& ibi Docto.C.eo.

Tertia eſt, ſi præceptum fuerit factum alternatiuè, vt aut ſolueret, aut allegaret rationes, quare non teneretur ſoluere, quia hoc caſu allegans rationes, & iura ſua non tenetur ſoluere. ut decidit Bal. in l. ea quidem. ante fi.C ſi mancipi.ita fuer aliena ubi de mente Inno. in c.ſi.in glo.in uerbo, item monitio. de cohabita. cleri. & mulie. dicit quod ſi fiat præceptum alicui, quod det vel compareat, ſi comparet ſatisfacit termino, & non tenetur ad dandum pro quo facit in alternatiuis ſufficere unam partem eſſe veram.l.ſi quis ita, & ibi omnes. ff.de verborum oblig.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Pace rupta ab vno ex parte vna, an ſi alius ex parte altera offendat vnum ex diuerſa parte Pax rupta dicatur?

SVMMAE.

1 *Pacis ruptæ à pœna non excuſatur pars illa, ex qua vnus non offenſus alium aduerſæ partis offendit, licèt alius ſuæ partis prius offenſus fuerit.*

2 *Et in hac materia non eſt locus plurium reorum conſtitutioni.*

3 *Hæredes promittentis pro pace tenentur, ſi illa frangatur, ſed ſi vnus partem aduerſam offendat, tunc cæteri hæredes non poterunt impunè offendi. uid num. 7. vbi contra.*

4 *Pace rupta ab vno vnius partis, quo ad omnes cenſetur rupta, & poſſunt omnes offendi: nec obſtant ſupra in contrarium adducta.*

6 *Pax cenſetur rupta reſpectu patris, ſi illius filius eſt offenſus.*

6 *Pacem fregiſſe dicitur, qui offendit conſanguineum eius, quem non offendere promiſit.*

8 *Hæredes à defuncto vltra hæreditarias portiones obligari nequeunt.*

9 *Pax rupta ex noua cauſa ſi ſit, releuatur offendens.*

10 *Nullitas notoriè ex actis conſtans admittitur aduerſus ſtatutum.*

11 *Punitur mitius, qui iuſto dolore compunctus deliquit.*

12 *Pœnæ ſunt molliendæ.*

CON-

CONSILIVM CCLXXI.

In Domino confido.

SPECIES proposita dubitatione, & difficultate non caret, ob Doct. opin. dissonas, quorum aliqui materiam hanc pluries pertractando, sibi ipsis parum constantes à plerisque visi sunt. Quid tamen hac in re ego sentiam magnifico domino meo breuiter infrascriptis aperiam.

Quòd non excusetur à pœna ruptæ pacis pars illa, cui prius per unum ex alterius partis hominibus in aliquem eius partis hominem illata fuerit offensa talis, quę pacem ruperit. Si alius ex ipsius parte personaliter non offensus aliū aduersæ partis hominem, qui neminem ex aduersarijs etiam offenderat, occidat, offendatur eo maximè prætextu, quod à diuersa parte prius pax † fracta fuerit. l. cum proponas. la 2. cum ibi not. per omnes. C. de pact. quod procedit etiam stante clausula, rato manente pacto. ut not. in l. quo fidem. ff. de transf. faciunt duo sat valida fundamenta.

1

Primùm est ex no. per Bar. in l. si. 2. q. ff. de duobus reis. & in Auth. hoc ita. 13. q. C. eo. tit. ubi decidit, quod si plures cum pluribus pacem ineat, & promittāt etiam insolidum se inuicem sub certa pœna non offendere, uno offenso non possunt cæteri ex illa parte agere, sicut non tenentur aliqui à aduersæ partis non offendentis. cum in hac specie non sit dare constitutionem plurium reorum, repugnante, & rei, & causę diuersitate. l. si id quod. ff. eo. Vnde concludit quemlibet & promisisse, & stipulatum esse pro sua offensa tantū actiua scilicet & passiua, non etiam pro aliena censeri, & cum Bar. transit Paul. de Cast. in d. l. id quod. in fi. & in effectu cōcordat Aret. in d. 2. q. eandem

2 sententiam, quod non sit locus † plurium reorum constitutioni. tenet idem Bart. per illum text. in l. operæ. ff. de oper. liber. nec ab ea discrepat Bal. in l. 2. col. 2. versi. item in isto iure. C. de liber. & eor. liber. referunt etiam, & sequuntur Alex. & Ias. in l. 4. §. Cato. in 6. aliàs 7. q. Bar. ff. de verb. obli. quàm in repeti. illius. §. etiam admittit Hormanno. ibi nume. 675. & supra nume. 411. eam etiam refert Marsi. singul. 337. sequutis homicidijs. circa medium. & in proprijs terminis Cor. consi. 218. in fi. 2. uolum. per quam q. nostram expresse decidit, eam etiam refert, & sequitur idem Cor. cōs. 167. 2. col. 3. uol. Vnde cum à tot, & tantæ auttoritatis patribus hæc sententia approbetur, & à nullo impugnari uideatur, non esset sani hominis contra eam consulere, vel iudicare.

Secundùm est fundamentum, quia posito, qđ omnes non teneantur in solidum, sed pro uirilib. vt Ale. censuit, ita intelligendo dicta Bar. in locis præallegatis, in consi. 114. uiso instrumēto pacis. in 4. uol. tamen nō propterea videtur, quod unus vltra pœnam pecuniariam conuentam, possit of-

3 fendendo quempiam ex aduersarijs in pœnam pacis ruptæ, quæ est, vt impunè possit pars offendens, reoffendi, partem suam, seu hominis partis suæ incidi facere. Exemplū habemus in proprijs terminis in pluribus hæredibus promissoris, qui viuens promiserat pro se, & heredes pro certa pena de quodam hæreditarijs portionib. respectu pœnæ pecuniariæ tenentur, ut Bar. in d. 6. aliàs 7. q. concludit. cum quo est cōis * Doct. sententia,

3 sed respectu huius alterius pœnę, † vt. s. cæteri cohæredes offendi impunè possent non tenentur, ut Ang. ibi vr uoluisse, cuius mēte declarat ibi Soc. & sequitur Hormanno. pe. col. nu. 683. ver. 3. limita. & Rip. ibi nu. 100. dicit ui deri uerū. Ita igitur idem in pluribus principalibus, sicut in pluribus hæredibus concludendum vr extante eadem ratione. l. illud. ad l. A qui. l. à Titio. de uerbor. oblig. Et hæc sunt, quę pro hac parte facere uidentur.

Pro contraria verò parte non desunt ēt autoritates rationibus suffultæ. Quod. n. non teneātur aliqui ex una parte, si unum, vel plures offendant de aduersa parte, qñ primo aliquis ex parte nūc offendente fuerit offensus. & sic in effectu, quod rupta pace per unum unius partis cēseatur rupta quo ad oēs suæ partis, & propterea oēs possint

4 impunè offendi, † sicut potest unus, qui primo aliū offenderat a b offendēte reoffendi, tenet Ale. consi. mihi 113. viso themate supra scr. 1. col. in 4. volu. vbi decidit maritum pp offensam uxori in pace comprehēsæ illatam pacem fregisse, & ppea impunè licuisse consanguineis mulieris offensæ ipsum offendere, Ex quo pro eius parte rupta fuerat pax. d. l. cū proponas. quod procedit ēt sin eū stante clausula, rato maēnte pacto. hoc idē vr sentire idem Ale. in cōsi. seq. 114. supra allegato, vbi tenet uno offenso oēs teneri ad pœnā ruptæ pacis pro virili in omnib. alterius partis offensę. & sic ostendit, quod non vr verum, quod fractio pacis consideretur inter offendentē, & offensum. nam hoc idem tenet Corn. in cōsi. 51. col. 3. uol. licet alleget Io. And. idem tenentem in addi. Spec. in tit. de treug. & pace. quem non reperio hoc dicere, & ibi dicit expressè, quod vno ex una parte offendente pax censetur rupta quo ad omnes, & ppea offensi possūt impunè aduersarios offendere. & hanc opinī. amplectitur idem Corn. in d cons. 167. licèt aliqualiter insolutè loquatur in 3. & magis apertè eam tenet in cons. 248. in 4. uolu. huius mentis ēt vr fuisse Soc. cons. 87. col. antepe. & pe. nu. 32. 3. uol. ubi consuluit licuisse Ill. D. Giberto de Carpo, & oībus suis adhærentibus impunè accipere arma contra Ill. D. Leonellum, & adhærentes, qui prius pacem ruperant. & sic sentit Soc. quod illa regula, quod offensus offendenti sine incursione pœnæ pacis ruptæ possit offendere, procedat ēt qñ pax est facta inter plures ex una parte, & plures ex altera, & plures ex una parte offenderunt, & ex post alij plures ex altera parte eos reoffendūt, & ij vltimi à pena excusantur. fm hanc sñiam tenet Boni. de Vill. in tract. malef. in tit. de pace, colu. 4. versi. sed nunquid si plures. vbi tenet, qđ facta pace inter duas partes, si unus

ex una parte cōtrouenitur, potest ab alio alterius partis impunè offendi, quæ oēs decisiones confundunt illud, quod dr ex aduerso solùm inter offensum, & offendentem pacem ruptā censeri ad effectū maximè, vt impunè possit offendēs offendi. Vltimò secundùm hanc opinio. consuluit etiā Paris. consil. 165. in quarto, vbi sequitur Alex. d. consi. 113. & loquitur qñ unus ex una parte non offensus alius ex altera parte non offendentem vulnerauit, & concludit, q ex quo prius per alios de eius offensi parte fuerat rupta pax, nō potuit p hanc vlterius rumpi, & sic ad nullā teneri pœnā.

Nec videntur supra adducta in cōtrarium obstare. Et primò doctrina Bar. in d. l. fin. & in d. Authen. hoc ita, quia ibi Barto. concludit, quod non possunt constitui plures rei, vt in solidum teneantur propter diuersitatem rei, & causę. sed non negat Bar. quin teneantur omnes pro uirili, iuxta l. reos. §. cum in tabulis. ff. eo. maximè quando est dictum, quod in solidum teneantur. nam obstante etiam diuersitate rei plures obligati simul tenentur pro parte, vt per Bartol. & Aret. in d. l. si id quod. ff. de duobus reis. Et maximè hoc procedit, quādo non est facta pax cum pluribus, vt pluribus, sed inter plures ex una parte, & plures ex altera, tanquàm duo corpora, prout in hac specie. quia primo casu si simpliciter adijciatur pœna censeretur adiecta secundum naturam præcedētis stipulationis, vt scilicet quilibet pro sua offensa censeatur se obligasse, & cuilibet pro sua offensa censeatur promissa pœna, licèt omnes non teneantur in solidum, tamen tenetur quilibet pro virili; & hæc videtur fuisse mens Bar. in locis prę allegatis dum distinguit, quando est simpliciter adiecta pœnalis stipulatio, vel quando in stipulatione sit ecpressum, quod pro una offensa sit pęna promissa cuilibet in solidum actiuè, & passiuè. & hanc mentem Bart. declarauit optimè Alexan. in dicto consil. 114. Vbi decidit ex offensa facta per vnum cæteros illius partis pro virilibus teneri. hanc eandem interpretationem videtur sequi Corn. in terminis nostris in dict. consi. 167. 2. col. ibi, & non promiserunt se inuicem non offendere. vbi facit differentiam, an sit promissum inter plures de se inuicem non offendendo. quo casu contrarium procederet, aut quod censeatur rupta pax si vnus offenderet. sed clarius ipse Corn. concordat cum Alex. d. consi. 248. col. 4. in prin. vbi respondendo dictæ doctrinæ Bart. declarat eam non procedere quando pax fit inter plures homines duarum partium, quia si promittat de non offendendo, tunc una pars alteri censentur consideratæ, ut duæ partes, & hoc respectu duæ stipulationes, & non tot quot erant personæ contrahentes. & sic tollitur contrarium de doctrina Bart. supra allegata per dictam declarationem, & potest Cor. à uitio contrarietatis defendi intelligēdo not. per eum in dicto consi. 218. procedere quando plures pluribus simpliciter promiserunt de non offendendo, & econtra secus. quæ vna pars alteri, & altera alteri, & sic quandò censentur duo corpora ut supra. Et ista pars mihi videtur verior, & æquior. nam quod etiam facta pace inter duas partes, puta duas agnationes, & facta promissione pœnali de non offendendo, vno offendente non cēseatur rupta pax, quo ad alios, sed tantum inter offendentem & offensum, & pro offendente, quod pœna tantum offenso debeatur nimis uidetur nouum. quid enim si filius unius fuerit offensus, nunquid etiam respe-
5 ctu patris non censeatur pax † rupta? certè concludendum est censeri l. 1. §. fin. & l. eum qui nocentem. in prin. ff. de iniur. vt videtur velle in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. in fin. ff. de verborum obligationibus. & expressè tenet Curt. in d. §. Cato. in d. 7. q. 2. lectura, num. 39. immò fortius voluit Ang. ibi, & sequitur Cor. dicto numer. 39. quod si est facta pax inter aliquos, & promissum de non offendēdo; si fuit offensus associans eum cui est facta talis promissio pax dicetur rupta. fortius uoluit Pet. de Anch. in capit. sciant cuncti. de elect. in 6. quod offendens consanguineum eius, quem promisit non offendere, principalem of-
6 fendisse, & pacem † fregisse dicatur, quod mandat notari Ias. in l. 1. ff. in ius uoc. ut eant. & sequitur Mars. in rub. de fideiuss. num. 231.

Secundò, non videtur etiam obstare secundū fundamentum, quia illa opinio de hæredibus, quod vnus non possit facere incidere cæteros in
7 pœnam pacis † ruptæ, vt impunè cæteri possent offendi, non uidetur uera, nec communis, primò Ang. de hoc nihil aperit. Imo ibi tenet contrariū, dicens insipida Ang. uerba. Aret. uerò qui satis aperuit hostium. Soci. tenet expressè cōtrarium; quod in casu, quod de consuetudine pax esset rupta quo ad omnes, poterit talis hæres cæteris tale præiudicium inferre. ita igitur etiam est si de iure quo ad omnes censeatur rupta. Socin. non est ausus affirmare, sed reliquit cogitandum. Horman. non tangit hoc expressè, nisi sicut Ang. Rip. affirmat, quod non probatur lege, vnde erubescimus. &c. ex l. illam. C. de colla. & licèt dicat quod videtur verum, tamen non firmat pedes, ut ex illo verbo, videtur, colligimus, & magis inhærere videtur contrariæ opinioni referendo Cor. d. cōsi. 51. siquidem vltimam opinionem censetur Doctor. approbare, ut per Aret. in §. responsa, nu. 4. Insti. de iure. nat. gent. & ciui. ex quibus patet periculosum esse in re tam seria, & tantæ importantiæ secundum hanc opinionem iudicare.

Præterea, & secundo, admisso dicto Soc. non videtur procedere in principalibus plurib. obligatis, sicut in pluribus hæredibus, quia hoc idem in hæredibus secundum eum iudicatum est, propter cautionem inter eos pręstitam de conseruatione indemnitatis, l. hæredes, §. in illa. ff. fam. hercis. & quia non possunt cæteri à cohærede offendente suum interesse repetere, ut per eū ibi. nam si posset etiam hoc periculum incurrere, posset accidere, vt tenerentur ultra suam portionem hereditariam,

reditariam, & hoc ex promissione defuncti, qui tamen vltra hæreditarias portiones hæredes
8 † obligare nequit.l. cum à matre.C. de rei vendi. & satis ad propositum trad.Horm. dicto. §. Cato. num.441. at in principalibus videtur diuersa ratio, nullæ præstantur cautiones, nec distinguitur, an possit necnè ab offendente solutum repeti, & principales magis delinquunt, quàm hæredes arg.dicto §.Cato. in fin. cum ex suo contractu teneantur, & aduersarius suam fidem approbasse censeatur, arg.l.eadem. ff. de duob.reis; & quod principales magis teneantur ex contractu suo, quàm hæredes ex alieno plura exépla apud Docto.in d.§.Cato.cernere est, vbi vnum ponit Alc. post cæteros, num. 99. Et pro veritate non uidetur posse negari, quod magis non teneatur principalis vnus, quàm vnus ex hæredibus. quia ille obligat se propter verba, vna cũ pluribus, quos nouit rixosos, & scandala generare solitos. vnde meritò est ei imputandum.l.nemo frandare.ff. de reg. iur. at iste ex facto, & contractu alieno tenetur, & per ignotum, & aliquando inimicum posset tale sibi parare præiudicium, & non excusandus est. Et ita puto iura illa loquentia de hæredibus in d.6. feu7.q.Bartol.locum sibi ex pluribus principalibus védicare non posse, quod & videtur velle Cor.dictis consil.218.in fi.& 167.2. col. vbi dicit, qđ alia est ratio, quàm in principalib.

Accedat, quòd notorie cõstat D.iudici, quod non ex antiqua, sed ex noua causa pax fuit rupta,
9 † quod quidem solum releuaret. Bart. in l.aut facta.§.causa.ff.de poen.& trad.Doct. supra allegati, & maximè latè Paris.dicto consi.& Marf. consi. 119. etiam prin. nisi diceremus Serenisſ. Ducis quidẽ rigorosum prohiberet nouæ causę allegationem, quod & si duorum tamen seruandũ est. l.prospexit.ff.qui.& à quibus.Sed licèt noua causa allegari nõ possit nõ videtur tamen exclusum, quod non admittatur, si de ea notoriè constat ex actis sicut de nullitate per statutũ exclusa, quod
10 tamen si notoriè ex actis deprahenditur † admittitur statuto non obstante, ut per Bald.in l.1.C.ne lice.tertio prouo.col.1.in fi.& latè examinat Petru. c.dilecto. q.51. de appell. & alibi sæpe Doct. quod & statutum Ferrariæ admittit sub rub. poena frangẽtis pacem factam. Et possent plura adduci, quod deberet admitti, quæ ego iam percepi ex allegationibus vnius Excellentisſ. Aduocati, qui in causa coram me pendẽte plura scripsit, quæ aliter nõ curo recensere nè sicut cornix alienis plumis indui uidear. maximè, quia scio D.V. plura, & plurima uidisse in hac materia, cum sit casus qui sæpè accidit in facto.

Confirmatur hæc opinio æquitate, quia non potest negari, quin offenso vno ex vna parte dolor iustus omnibus contingat, quẽ quidẽ difficilimũ est temperare. l. si adulterium cum incestu. §.Imperatores, ff. de adul. & propterea leges mitius delinquentem puniunt, qui iusto dolore fuit
11 compunctus, † & aliquem offendat d.§. Imperatores, cum alijs pluribus adductis per Marf. qui sufficiet pro reperto. d.cõsi.119.& alijs plur.seq.
12 Addo, quod sumus in pœnalibus. † & pœnæ sunt molliendæ.l.si pręses, & l.interpretatione.de pœn.& in terminis nostris Cor.d.consi.162.pen. col.l.factum cuiq;.§.in pœnalibus, ubi Moder.de reg.iur. fauorabiliores debemus esse in absoluen do, quàm in condemnando.l.Arrianus. de act.& obl.agitur contra reos pro fisco, vel pro interesse partis, qui in dubio debent absolui, & cum sint excusabiles.c.fine.de reg.iur.in 6.& l.fauorabilio res.ff. eod. nec puto delinquere, qui in causis dubijs contra fiscum iudicat.l.non puto, de iur. fisc.

Et cum ex suprascriptis plures habeamus decisiones in terminis pro ista parte, quibus in dubio standum est, si Neuiz. credimus, in hanc partem procliuior sum arbitrans durum esse contra eam iudicare. hæc enim scripsi, vt celeberrimo D. meo morem geram, licèt plura scripsissem si pluris ocij habuissem, nec morbo fontico impediret, quæ multam excusationem afferre possent. quid enim ab homine pluribus negocijs implicito, & parum valido expectandum est, nisi & implicita, & inualida?

Laus Deo Opt. Max. Barth.Bertaz.

ADDITIONES.

Ad materiam vide Ceph. 157 per tot. & pro hac fuit decisum pro qua consuluit Pater meus.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Institor qui vendidit frumentum immune, & in mandato mendacium dixit quomodo excusetur à commisso.

SVMMAE.

1 *Fraus uel dolus non pręsumitur, ubi non agitur de lucro, vel commodo.*
2 *Dolus præsumitur propter mendacium.*
3 *Relationem habens ad aliquid, si aliter dicat, quàm contineat relatum præsumitur errare.*
4 *Variatio non facit indicium, ad torturam, secundum magis communem.*
5 *Mendacium non inferens ad aliquod delictum non sufficit ad condemnandum.*
6 *Mendaciũ non dicitur sine uoluntate fallendi.*
7 *Litteræ cuius uirtute est quid factum, sunt exhibendæ ad exculpandum.*
8 *Fraus gabellæ coniecturis probatur.*
9 *Et in eo est, qui cum immunis sit ducit nomine suo res non immunes.*
10 *Furtum non fit rei, quæ existit apud tertium.*
11 *Res aliena potest uendi aliquo casu absque crimine furti.*
12 *Immunitas psonalis mutata psona extinguitur.*

13 *Dominium transfertur in emptorem statim habita fide de pretio.*

14 *Dare nemo potest, quod non habet.*

CONSILIVM CCLXXII.

In Domino confido.

VISIS allegationib. pro parte magnifici Massarij ducalis Lugi pro dubijs traditis ĩ hac causa D. Annibalis Bergamini, factoris Illustrium Comitis Cæsaris, & Co. Lucretię eius matris & tutricis de Calcagninis, illisque diligenter cõsideratis, persisto intrepidè in priori sententia mea. quàm optime (ni fallor) comprobaui in prioribus scriptis, absoluendum esse ipsum D. Annibalem non obstantibus adductis per magnificum ex aduer. allegantem, cum allegata per eum non tãtum non tollant scripta per me, sed uix ea tangant. Fundamenta autem nostra adeo sunt inconcussa, ut tradito negotio contraria disui possint. Et satis esset respondere, quòd allegata per eum non faciunt ad terminos istos, & illa expedire ex vulgata regula l. fi. ff. de calumn. & l. Papinianus exuli. ff. de mino. quòd ex diuersis non infertur. Verùm ut tanto clarior appareat iustitia ipsius rei, & dictorum DD. Comitum, sigillatim satisfaciam omnibus deductis ex aduerso. breuitate tamen utens, cum sciam causam agi coram excellenti uiro cui sat est per indicem (quod aiunt) rem ostendere.

Primò itaque animaduertendum est, quòd ea, quæ deducitur ex aduerso, non loquuntur in præsumptione doli, vel fraudis in factore, vel institore alicuius. qui iuxta commissionem domini transmittit frumenta, vel merces ad aliqua loca cum mãdato solito. nec hoc casu video, quomodo is possit teneri ad aliquam pœnam. per ea quæ adduxi in primo fundamento priorum allegationum. cõtra quod nec verbum quidem obijcitur. quo fit, vt cum allegata ex aduerso in principali loquantur, de cuius lucro, vel damno agitur. illa non militant in institore, qui nullum lucrũ
1 propterea sensit. Vnde fraus † vel dolus non est præsumendum, quando non agitur de lucro, vel commodo alicuius. vt plura citans scribit Craue. consi. 76. num. 13. & sequen.

Cæterùm admisso etiã, quòd essemus in principali de cuius interesse ageretur non in institore tantum. adhuc tamen ille venit absoluẽdus, cum præsuppositum, quod fit ex aduerso, frumentum scilicet cõductum fuisse D. Hippolyti Fabri, omnino falsum sit, ut satis & super fuit probatum in prioribus allegationibus. nec contrarium apparet probatum ex parte curiæ verè, vel præsumptiuè, vt inferius ostendam, respondendo singulis obiectionibus aduersarijs. & cum frumentũ non esset adhuc effectum dicti D. Hippolyti non erat opus de illo facere aliquam mentionem. & maximè cum mitteretur nominibus ipsorum DD. Comitum, & expensis illorum proprijs, ut aliàs factum fuit.

Non obstat primò, quòd uideatur constare de dolo ipsius factoris, qui in suo constituto fol. 8. videtur fateri se scripsisse in mãdato per eum facto super extractione dicti frumenti, quòd frumentum ipsum fuerat uenditũ nominibus dictorum hæredum olim Illustriss. Co. Herculis Calcagnini. & quod mandatum fuerat factum nomine dictæ Illustriss. dominæ. cum utrunq; falsum uideatur ex inspectione mandati in processu registrati fol. 27. in quo de uenditione uerbum nullum, nec quòd de mãdato, vel nomine ipsius Illustriss. do-
2 minæ id fecerit. † & propter mendacium præsumitur dolus l. si quis affirmauerit. §. fin. ff. de dol. cum alijs citatis per Plot. in l. si quando. §. 37. nu. 1. aliàs nume. 658. versi. 36. & sequen. C. unde ui. Quia primò non admitto, quòd ipse reus in constituto suo dixerit, quòd in mandato fecerit mentionem de venditione dicti frumẽti, cum in toto suo constituto fateatur nullam habuisse certam scientiam de uenditione ipsa. sed tantum de ea habere credulitatem. & propterea illud verbum (venduto) iudicio meo debet dicere (cõdutto) & si inspiciatur originale fortè reperietur uera littera. nec enim est verisimile, quòd dixerit fecisse, vel scripsisse in mandato id quod non scripsit. quinimò cum habeat relationem ad ipsum mandatum, in quo de conductione non de venditione fit mentio: si in constituto dixisset de venditio
3 ne † præsumeretur emisse. Card. Zabar. cõs. 111. de singulis. prima col. Alex. consi. 110. ponderatis. num. 12. in uersi. Dec. in l. curia. num. 86. & in c. quoniam Abbas. in fi. ubi etiam Fely. de offi. de lega. Dec. consi. 63. tertia & quarta col. Curt. Iun. consi. 92. num. 19. & D. Rimi. Iun. consi. 187. num.
4 2. Præterea cum mendacium, vel uariatio † non faciat & regulariter indicium ad torturam secun
* dũ magis cõmunem * opinionem Doct. ut post Parid. de Put. & alios per eum citatos scribit Carer. in practi. crim. in prin. num. 119. Clar. in practi. crimi. §. fi. q. 21. versi. mendaciũ. & decis. Pedemonta. 79. num. 17. tantò minus potest fieri fundamentum in eo ad condemnandum reum. & tanto etiam minus quando quis affirmat, vel negat aliquid, de quo si conuincitur mẽdax non in
5 fertur † ad aliquod delictum. Mars. consi. 55. nu. 67. & sequen. Horat. Lut. primo tom. consiliorum criminalium posteriorum, consi. 61. nume. 36. & Laur. ab ocha. in secundo thom. consi. 60. num. 51. ut in proposito cum siue fuisset uenditum frumentum alteri siue non, omnino pp immunitatẽ dictorum D. Comitum potuisset cõduci dictum frumentum ad Bastiliam, vel Rosseram, nec esset soluenda gabella, ut aliàs fuit ostensum, & dicetur etiam inferius, nõ potest fieri fundamentum in aliquo prætenso mendacio, & maximè, quia non est dictum, (si dictum fuit de quo valde dubito)

bito) cum voluntate fallendi, & propterea non
6 potest dici † mendatium. c. animaduertendum.
& c.is autem. 22.q.2. Asini in consi. 113.num.3. d.
secundo tom. consiliorum criminalium. Quæ autem dicuntur nimis subtiliter. quòd habuit commissioné à dicta Illustriss. D. Comitissa de faciendo duci frumentum ad Bastiliam, & tamen fecerit instrumentum nomimibus hæredum. Nec minus obstant, quia cum frumentum sit d. Co. Cæsaris hæredis, & etiã ipsius Illustr. Dominę hæredis usufructuariæ, & tutricis filij. non poterat fieri mandatum sub alio nomine, quàm hæredum, prout solent communiter fieri talia mandata.

Non obstat secunda cõsideratio, q dictus reus fuerit in dolo. quia responderit in suo constituto non recordari, an in literis sibi fuisset mandatum per dictam Illustrem dominam, q conduci faceret frumentum nomine dicti Hippoliti, ex quo respondit sub inuolucro verborũ, & non exhibuit
7 litteras ipsas ad ipsius † excusationem ad tradit.
per Craue. consi. 134. num. 17. & 152. nu. 19. quia ista est leuissima consideratio, & nullo iure probatur, quòd ex responsionibus factis per reos in cõstitutis conuincantur de dolo, licèt non recordentur de aliquibus de quibus interrogãtur, vel q teneantur exhibere suas scripturas si non petatur maximè earum exhibitio. nec hoc casu, vel simili loquitur Craue. in dictis cõsilijs, sed in alijs longè diuersis terminis, vt in eis uideri potest. Et cum idem esset exprimere, quòd frumẽtum erat dandum D. Hippolito, vel non exprimere cũ neutro casu deberet gabella, cessat omnis scrupulus.

Quæ autem adducũtur tertio loco de scientia dicti factoris, quòd frumentum erat uenditum. D. Hippolito, & propterea consignatio erat ei facienda. Vñ de hoc erat facienda mentio in mandato alioquin præsumitur dolus. Crauet. consil. 172. num. 52. & cum sciret pro eo esse soluẽdum vectigal, & sub nomine hæredum fecerit mandatum, videtur uoluisse fraudare gabellam, cuius
8 † fraus coniecturis probatur, Alex. consi. 88. in 7.
& Craue. consi. 115. num. 2. Tollũtur ex eo, quòd nullibi constat, quod dictum frumentum fuisset D. Hippoliti. tametsi illud emisset à non domino, ut inferius etiam dicetur suo loco, cũ pertineret ad dominos de Calcagninis in quorũ terris fuerat recollectum. ut testes probant. licèt esset consignandum D. Hippolito aũ Rossetã, vel Bastiliam. quo fuit cõductum per dd. Calcagninos & eorũ impensis. Vnde non erat facienda aliqua mẽtio de dicto D. Hippolito. Et cum etiam si facta fuisset non propterea gabella deberetur. quo modo potest iustè coniectari, q dictus factor uoluerit fraudare gabellam, quæ nullo casu ueniebat soluenda? Et cum exigatur dolus fraudantis gabellam, vt in primis allegationibus deductum fuit ex Abb. Roland. & alijs. nec de aliquo dolo hic constet huius factoris, qui fecit id, quod sibi fuit per dominam demandatum. non possum, nisi iniustam & temerariã fateri fuisse eius exationem.

Minus obstat, quod quarto loco ex aduerso
9 adducitur, quòd probetur fraus † si immunis ducat, dño suo res non immunes ad trad. per Par. in l. prima. C. de nauibus non excusan. lib. 10. & Ferret. in tracta. de gabel. nume. 184. & quòd nemo excusetur à gabellis. l. omnium. C. de vectigal. & Ferret. d. tract. num. 15. & quòd frumentum fuerit D. Ioan. Fran. Saraceni non constare ex instrumentis illius, quod facit rem claram, & manifestam, & ut in ipsis allegationibus. Namq; responderur, quòd hic non versamur in ea, quę. quando immunis res alienas non immunes suo nomine vehit. sed in alia quę nullam habet difficultatem. quando scilicet immunis ducit res proprias, & immunes, & in alio loco iuxta conuentionem alteri illas assignat, nec hoc casu põt teneri ad gabellam. Hoc instrumẽtum probat, vt etiam alias dixi, contra alios qui non interuenerunt in eo. vltra quòd non sequitur vendidit Saracenus factum ergo erat illius dominus. cum eo uoluerit uendere frumentum, quod erat in dominio alterius, & penes alium, quem exinde tertius iste postea daret emptori. ut etiam aliàs dixi. nec hoc casu committitur furtum per talem vẽditionem, cum
10 exigatur rei contrectatio, † quæ non potest fieri si res est penes tertium. Bal. & Saly. in allegata. l. prima. C. de vsucap. pro empt. & multi sunt casus quibus potest fieri uẽditio rei alienę mobilis,
11 † & non committitur furtum. ut per glo. & Doct.
in l. si in emptione. §. item. vers. emptor. ff. de contrahen. empt. Et licèt statim post instrumentum sequuta fuerit conductio, & consignatio frumenti. hoc non facit, quòd Saracenus qui nunquam vidit frumentum ipsum. fuerit effectus illius dominus. cum dominium illius permanserit penes dominos Calcagninos, quousq; fuerit facta consignatio D. Hippolito, vt alias fuit probatum. & fundamentum quod fit in verbis dicti Hippoli. in suo cõstituto de renouatione frumenti facta per dictos dd. de Calcagninis. non contradicit huic intentioni, sed magis illam iuuat. cum si renouetur frumentum, renouatum semper manet in dominio dñi, donec assignetur alteri creditori.

Cæterùm ad responsionem immunitatum ipsorum dominorum de Calcagninis, ad quas, vnico uerbo se expediens, magnificus ex aduerso scribens respondet, non habere locum, ex quo
12 sunt concessæ propter personas, † & mutata persona extinguuntur Nat. cons. 216. nu. 7. cum alijs allegatis. Replicatur, q valde fallitur eius opinio cum imò immunitates ipsę sint realis, & trãseant ad quoscunque successores, vt ex multis decisionibus apertissimis, & sententijs etiam latis fuit comprobatum in primis allegationibus. quibus oportet aliter respondere quam unico verbo, q non sunt reales. cum imò sint. & extenduntur ad omnes etiam emptores & conductores, vt toties fuit declaratũ tametsi temporibus nostris infœlicib. publicani oia conturbent, & procurent oẽs immunitates omnium nobiliũ infringere, & eos

ſine aliquo diſcrimine indebitè & temerè vexare. nõ minus quàm fieret tpe Vlpiani.vt in l.quãtę audactè.ff.de public.& vect.Et cum teſtes probent de recollectione, & conductione frumenti per dd.Calcagnones. licèt etiam fuiſſet menſura tum præſente D. Hippolito, vt non eſſet opus alia menſuratione tempore conſignationis. non ſequitur quòd fuerit fraudata gabella, & eſt diuinare, dicere quòd non eſt præſumendum, ꝙ nil fuerit ſolutum pro dicta conductione. ſed deberet concludenter probari. Vltra quòd cum eo caſu non deberetur gabella, vt ſupra ceſſant omnes amaritudines.

Poſtremò non obſtat, quòd propter proclamata immunis non poſſit extrahere fructus, vel res, vt tradat extra paſſus emptoribus.& ꝙ domi
13 nium † fuerit translatum frumenti ſtatim habita fide de pretio. Fab.de Monte tracta. de empt. & vend.5.q.num.37. Quia proclamata illa non habent locum quando immunis non vendidit frumentum alteri coducendo extra dominium, vel locum. ſed tenetur alia de cauſa alibi conſignare.& ſic remanet in eius dominium, quouſq; conſignetur, & tanto minus, quando exemptio & immunitas eſt realis, ita quòd nec etiam emptor tenetur ad gabellam. quod ſoluit omnem difficultatem. nec fides habita de precio per Saracenum tranſtulit dominium frumenti, quod erat penes
14 dd. Calcagnones, in Fabium. quia nemo † dat quod non habet. l.nemo plus iuris. ff. de regu.iur. l.ſi uniuerſæ. vbi Bar. C. de lega. Ex quibus apertiſſimè cõſtat, quàm iniuſtè, & indebitè fuerit factum hoc iudicium contra hunc reum. Et propterea cum uictoria expenſarum venit abſoluẽdus.

Laus Deo Opt. Max.

Barth.Bertaz.

Fuit lata ſententia abſolutoria.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

De pœna mariti adulteri, quo ad reſtitutionem dotis, & quomodo illius probetur adulteriũ; nec non ſæuitiæ quibus vſus eſt erga vxorem.

SVMMAE.

1 *Adulterium, & ſæuitiæ mariti ſunt in cauſa, vt matrimonium dirimatur, quò ad thorum, & dos reſtituatur.*

2 *Vxor non eſt reſtituenda viro etiam cum fideiuſſione, & quando.*

3 *Cautionis periculo non debet ſe committere vxor.*

4 *Matrimoniali in cauſa ſi agatur de reſtitutione dotis, ſufficiunt præſumptiuæ probationes.*

5 *Adulterium eſt difficilis probationis.*

6 *Et probatur per teſtes ſingulares, ſi criminaliter non agatur ad pœnam.*

7 *Teſtes ſingulares, quando agitur ciuiliter admittuntur ad probationem adulterij.*

8 *Sæuitiæ mariti erga vxorem ſunt difficilis probationis.*

9 *Teſtes ſingulares probant ſæuitias.*

10 *Et quando probent alia huiuſmodi.*

11 *Adulterium arguitur ex conuerſatione mariti cum illa muliere, cum qua prius ante matrimonium conſuetudinem habuerat.*

12 *Adulteriũ præſumitur ſi quis reperiatur in domo, vel camera pulchra mulieris.*

13 *Et ex oſculo, Ioco, riſu, & ſimilibus.*

14 *Et probatur ex confeſſione mulieris cum qua eſt patratum.*

15 *Cõfeſſio imputati plus probat, quã mille teſtes.*

16 *Verbera illata mulieri, quando probentur per teſtes.*

17 *Adulteriũ vt probetur ex ingreſſu in domum, an debeat conſtare, quòd illud euenerit de voluntate mulieris.*

18 *Inſtrumentum vt probet, debet produci.*

19 *Teſtibus deponentibus affirmatiuam magis eſt ſtandum.*

CONSILIVM CCLXXIII.

In Domino confido.

DVPLICI ex capite deueniendum eſt ad ſeparationem thori. & ad condemnationem Antonij Bertelli piſtoris, ad
2 reſtituendũ dotem huic D.Mariæ eius uxori. ob adulterium ſcilicet per eum cõmiſſum conſtante ipſo matrimonio.& propter ſæuitias quibus affecit dictam eius uxorem, & in eas vſus illis fuit. Et vtrunq; caput potens eſt ad eas
1 obtinendum. vt † de primo eſt tex. in cap. tuæ. de procura.& in c.primo, vt lite non conteſtat. Soci. Iun. latè in conſ.32.col.prima, ſecũdo vol. Didac. Couar. in ſuo epitome.in 4. decreta.ſecunda par.
* c.7.§.ſexto.num.6.& eſt communis opi.* ut trad. Iul.Clar. in ſua praxi crimi. in §.adulterium. verſ. alia quoque.& verſi.ſequen.& ſcias.& Franc.Viui.in ſuis communibus opinionib. in prima par. opin.222.mulier. De ſecundo eſt tex. in c. ex tranſmiſſa. vbi Doct. de reſti. ſpol.& in c.literas, in fi. vbi gl.& omnes eo. tit. trad. Didac. Couaru. in d.
2 c.7.§.5.num. 1. nec hoc caſu † cum ſatiſdatione venit reſtituenda uxor uiro, cum iuſtè peiora timeat. quia ſatiſdatio non mutat propoſitum maleuolum glo. in d.capi.literas. late Marſ. in l.vnicã.nu.259.C.de rap.virg. Fran.Marſ.deciſ.738.2. par.

par.& 762.nu.3.ea.par. Et dicit Igne.in repetitione.l.3.§.non aliàs,num.536.ff.ad Senatusconsul. Silla. vxorem non debere se cōmittere periculo
3 † cautionis, quod noluit etiam Pet. Foller. in sua praxi crimi.in gloss. dentur capitula,q suffocauit
b vxorem.nu.68.& 70. b

Sed tota difficultas in eo versari videtur,an in vtroque capite fuerit probata intentio iosius D. actricis,vel in altero tantum.& hue tendunt omnia allegata, per D.procuratorem aduersarium. In qua arbitror satis plenè constare de veritate facti tam respectu adulterij, quàm sæuitiæ. Et antequam deueniam ad eorum comprobationē Reuerendum D.Iudicem admonitum esse uolo, q hic non agitur de separatione matrimonij, sed de thoro,nec ad pœnam criminaliter infligendū, sed ciuiliter ad restitutionem dotis. adeo q causa ista non dicitur grauis, sed leuis, & in ea suffi-
4 ciunt probationes præsumptiuę † vt videtur voluisse Ioan.de Ana.in c.maius,col.2. super prima glo.de adulter.& Clarius Feli.in c.preterea,nu.3. de testi.idem notabiliter tenet Ioan.Bapt.Ferrer. in cons.164.num.4.5.& 20.& Soci.iun.in eadem causa consulens.in d.consi.32.nume.9. Vbi addit rationem, q ideo dicitur leuis præiudicij, quia partes possunt conciliari. Et quia hic agitur de probando adulterio,quod est de sui natura diffi-
5 cilis † probationis, sufficiunt probationes per præsumptiones,& coniecturas,vt per Soc.iun.in his terminis,in d.consil.32.nume.12.& 13.& nume.23. dicit sufficere probationem per famam. Et licet in probando adulterio, quando criminaliter agitur ad pœnam, dubium sit, an testes sint singulares id probent. In quo dubio etiam magis
6 opinioni affirmatiuę † videretur adhærendum Bal.cons.207. quia dicta domina 4. volum.Alex. consil.13.num.24.6.volum.Craue.consil.73. nume.33.& Alb.consi.25.nu.1.& sequen.in hac tamen causa, in qua ciuiliter agitur, testes singula-
7 res † admittuntur, Ferrer.d.consil.168.num.14. & 15.& ita not.declarat Iul.Clar.in sua praxi crimi.in §.fin.consil.53.versic.dixi etiam. Sic etiam respectu sæuitiarum,quæ à communiter acciden tibus in occulto fiunt, & vt plurimum in domo,
8 nō est dubiū,q sunt difficilis † probationis,& admittuntur etiam probationes non plenę, vt ad propositum trad.Alex. in consil.113. viso themate.colum.3.vers.accedit 4.volum.quem sequitur Bauer.in §.pater.nume.20.Instit.de testamen.& idem voluit Nat.in consil.160.nume.22.& in eis
9 etiam admittuntur † testes singulares.Card.consil.9.in facto dominæ Gaietæ.nume.8.& 18.& q
10 in his, & similibus probationibus † sufficiunt testes singulares.multa ad propositum trad.Iacob. Philip. Port.in his conclusionibus,& reg.iur.conclusione 34.1.limitatione.

His sic præfatis ostendo primò adulterium fuisse probatum,& subinde sęuitias. primò enim ipse Ant.ius fatetur, respondendo capitulis, quòd habuit practicam & conuersationem cum illa Violāte : & pluries fuit in eius domo habitationis. & licet dicat id fuisse antē contractum matrimonium,cum D.Maria testis tamen prima, & quartus deponit ad eam accessisse post contractum matrimonium. sed quicquid sit negari non potest quin regula semel malus.de regul.iur.in 6.
11 multum militet † contra eum, vt in his terminis ponderant Ferrer.d.consi.168. nu.6.& 7.& Soci. iun.d.consi.32.nu.24.

Secundò de accessu ad eam cum esset sola in camera, ex qua mater illius recedebat, vt daret locum iræ. & cum ea in talamo stabat, per aliquot horas, deponit dicta prima testis concludenter,& etiam quartus testis,qui tocando vidit illos more amantum exire talamum, & descendere scalam, quæ postea illi confessa fuit se habuisse rem veneream,in simul.cum enim quis reperitur in domo vel camera pulchræ mulieris,
12 præsumitur † adulterium, vt Bar. voluit.in l.2. in princ.ff. de furt. Et licet eius dictum simpliciter intellectum nō procedat. cum potuerit illam ingredi inscia, & inuita muliere, vt per Abb. & Felin. in capit.tertio loco de probat. quando tamen constat de voluntate, & consensu mulieris (prout apertissimè constat in casu isto) opinio Bartol.de Plano procedit, secundum Dec.in dicto cap.3.loco,nume.13.& in indiuiduo firmant Ferret.in dicto consil.nume.1.& Soci.iun. etiam in d.consil. nu. 16. deponunt etiam testes ipsi de tactu aperiēdo vestes ipsi mulieri muneribus,& xenijs transmissis,de iocis cachinis,& alijs huiusmodi,quæ inter amantes fieri solent. ex quibus
13 præsumptiuè probatur † adulterium, vt in osculo trad.Didac.dicto cap.7.§.6.nume.3.& Ferret. dicto consil.& nume.3.& Socin.iun.dicto consil. 32 numero 24. Vbi quando est mulier pulchra, & alebat eam viriliter, vt in casu isto deponunt etiam dicti testes,illam confessam fuisse.

Tertiò accedit confessio ipsius Violantis de qua deponunt primus,tertius, & quartus testes, ingenuè pluries fatentis se fuisse cognitam à dicto Antonio. Et licet confessio vnius non noceat alteri, illud procedit quo ad plenam probationem,sed quo ad faciendum aliquam probationem vel indicium, cum simus in socia criminis,
14 id negari non potest, † vt per Boss. in titu. de inquisitio.nume.43. & sequen. & de indic. & considerationibus ante tortur.num.182. Imò facit etiam indicium ad torturam. si iungatur illi alia præsumptio vel indicium, vt per eundem,ibi.numero 149.

Quartò etiam non nihil facit dictum secundi testis quòd ipsa mulier conquesta,fuit cum matre dicti Anton.quòd habuerat filium ex eo.& sibi non prouidebat de alimentis.nam regulariter hęc non solent fingi,nisi vera sint,& cum tot concurrunt,etiam q non essent grauia, faciunt probationem adulterij,& habet locum regula, quę nō prosunt singula multa iuuant: quam ad propositium adducit Socin. iunior, in dicto consilio

num.23.Vt omittam, quòd dicta uxor iuit ad domum scorti, ad quam accedēs maritus illic eam inuenit,& cum fuisset ab ea reprehensus. nihil respondit. sed recessit,vt deponit dicta prima testis quod videtur etiam conducere ad veritatem.

Respectu verò sæuitiarum clarior etiam res uidetur. cum ipse Antonius ingenuè fassus fuerit re
c spondendo capitulis. se illam bastonatis c percussisse. nulla enim est melior probatio confessione.l.generaliter.in fi.C.de non num.pecu.& pro-
15 bat plus † confessio, quàm mille testes contrariū deponentes. Inno.in c. cum cōtingat, circa prin. de offi.deleg.Bar.& alij in l.2.§.creditum.ff. si certum petat.Ioan.de Amic.in consi.16.num. 16. & 62.num.23. id etiam probatur ex secundo,& tertio teste,receptis pro actrice. quorum primus deponit de mala tractatione uiri erga ipsam. & de iniurijs quibus eam afficiebat. & de verberibus illi illatis.alter verò, & secundus deponit, quòd ipse Antonius Minatus illi fuit deponendo illam ad cathenam, si posset illam habere in eius domo. nec dubium est quin tales testes probent. ut
16 in testibus † deponētibus de verberibus.ad propositū trad.Car.din d.cōs.9.nu.11.& 13.& de minis,num.10. Verùm quia probationes sunt iudici arbitrariæ.l.3. versic.tu magis scire potes.ff.de testi.Dec.latè consi.410.secunda col.& in his terminis Soci.Iun.d.consi.32.num. 10. super eis vlterius non laborabo.veluti in re clara.

17 Non obstant † modo ea, quæ in responsionib. ad dubia Reuerendi D.Iudicis adducuntur ex aduerso.& primò responsio ad doctri.Bart. in d.l.2. vt omittam responsionem ad glo.& tex.in cap. si quis.33.q.j.quòd eius dictum sit erroneum.nam non est verum,quando constat,quòd de consensu mulieris quis accedat in eius domum, ut Dec. Ferret.& Soc.Iun.tradiderunt in locis supra citatis. Et cum tot alia concurrant, & agatur de causa ciuili,& non magni præiudicij. minimè negari potest fuisse adulteriū probatum. Et licèt confessio ipsius mulieris sola non esset potens,vt condemnaretur adulter uir. non tamen est, quin faciat aliquam probationem, & præsumptionem, vt supra, quæ iuuet testes singulares, iuxta trad. per Craue. post alios per eum citatus in tract. de antiqui.tempo.in 4.par.§.sed enim.num. 26.

Secundò responsio allata, quo ad sæuitias, quas non negat ex aduerso respondens, quòd illę fuerint remissæ interuentu Illustriss.D. Cornelij Bentiuoli, vt in instrumento producendo.cum tale instrumentum non sit productum, illi nō est.
18 adhibenda fides † Capr.in l.prima.§.editiones, post princ.ff.de eden.& Alex.consi.5.in 4. uol.ac Corn.consi.57.tertia col. in 3.uol.non debet iudex iudicare secundum allegata & probata.l. illicitas.§.veritas.ff.de offi.præsid. Quod eam percusserit in corrigendo, & ut compesceret eius linguam maledicentem, non est probatum. nec licet marito pro sui uoluptate bastono percutere uxorem.

Tertiò, quòd hic agatur de separatione matrimonij, & propterea causa sit ardua. unde testes debebant comprobari omni exceptione maio-
d res. d fallitur ipse.d.respondens. quia agitur de separatione thori, quæ est leuis præiudicij. & sufficiunt probationes præsumptiuæ, & persuasiuæ, vt supra fuit comprobatum.

Nihil etiam faciunt testes ex aduerso examinati ad probandum bonam,& quietam naturam
e dicti Antonij,& quòd non malè tractauerit e vxorem &c. (In quo tamen non uidi fieri fundamentum in responsionibus d. aduers.) tum quia sunt contra confessionem propriam illius, cui potius standum est,vt supra. tum quia deponunt negati
19 uam,& testes † uxoris affirmatiuam.Card.in terminis in d.consi. in fi. Et ex his remanet clarà iustitia ipsius Dominæ Mariæ.

Laus Deo Op.Max.

Barthol.Bertaz.

ADDITIONES.

a Dotem non solum tenetur restituere, sed amittit lucrū si propter illius ingratitudinem, & culpam fuit separatum matrimonium,ut probat Bal.in l.fi.in fi.C.de sententen.quæ sine cert.quant.& in l.1.in §.sed scimus. C. de lati libert.tollen.idem Bal consi. 110.consuetudo.in 2. quod uoluerunt Ale.& alij. in l. si ab hostibus. num. ff.solu matr.& in consi.122.num.10.in 7.Io Lopez. in Rubr.de dona.inter virum & vxor.§.20.ad fi. Dec. in l. 1.num.9.10.C. unde uir. & uxor. Rui. consi.8. col.2. in 2 Rim.consi.184.num.48.Boer.decis. 22. nu. 39. & 244.num.13.Emil.consi.153. num. 16. & quod quando est lata sententia separationis thori culpa uiri ipse amittat lucrum dotis,tenet Soc.Iun.consi. 27. ad fin.in primo.Folle in sua pract. crimin. ciuil. delict. in 2. par. secundæ par. principal. in glo. dentur capitula,qd̄ fusta cattit uxorem, ante fi.& propter ingratitudinem huiusmodi etiam lucrum amitti tenet Boss. in tracta. de lucri dot.q.64.num.10.& Fanut.in simil. tract. in uersi. soluto,num.10.

b Est tamen arbitrarium iudici, an debeat redire uel non, Abb.in d.c.literas.num.7.Paris. consi. 54. num. 36. in 4.& maxima est causa suspicionis mulieri si iam uirum in litem vocauit. Card.consi.9. in facto Dominæ. numero 7.in fi.

c Non licèt autem supra modum sæuire in uxorem & maximè sine iustissima causa, & moderatè, ut latè scribi Tiraquel.in tract.de leg.connub.in prima l.num. 22. & in octaua l. nu.13. alioqui potest aufugere à uiro,& petere,ut extra domum alimenta tradantur.Bal.in l.1.col. 2.vers 8.dubitatur.nu.9.C.de leg.Guid.Pap.decis.439. An uir num.6.& consi.127.num. 3. Franc. Mar. d. decis.num.3.& Foller.in d.loco.num.66. secus autem esset si & lege permitteretur verberatio, uel occisio, & vxor scelus de quo in lege committeret, tunc & quo ad forum animæ uxorem occidere licèt, ut in statuto Hispaniarum concludit Domi.Sot.lib.5.de iust. & iur. q.1 arti.3.in fi.

d In probatione tamen sæuitiarum requiruntur omni exceptione maiores,Paris.d.consi.54.num. 16.

e Duplex potest fieri probatio altera de bona natura, & fama in genere,altera de non mala tractatione in specie. si testes mariti non probent negatiuam in specie,de mala tractatione tunc standum est testibus uxoris deponentibus affirmatiuam, ut in terminis trad. Card. in dicto consi.9.in fi.

Præ-

Præterea testes deponentes de bona fama & qualitate in genere, debent postponi testibus deponentibus de mala fama & qualitate in specie. cum non tollant indicia, quæ in specie sunt contra producẽtem Carer. in sua pract. crimi. in prin. num. 158. Ale. consi. 77. in causa accusationis. col. 3 in prin. vers. nec prædictis in prin. Plot. in l. si quando. num 326. & 678. C. unde ui Blanc. in pract. crimi in § his sic præmissis. num. 29. & seq. fol. 138. Nat. consi. 399. num. 6. & 362. num. 5. Rol. consi. 63. nu. 40. in secundo Ferrant. Gagia. cons. 123. num. 20. in pri. crimi. posterio.

Clan. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Prohibitus vendere carnem ad minutũ excepta salita, an puniatur si carnẽ vendidit, quæ breui tempore sale fuit macerata adeo, ut recens videretur.

SVMMAE.

1 *Caro salita excepta à statuto etiam illa est, quæ parum habet salsedinis.*

2 *Grammaticorum authoritas probat cõmunem usum loquendi, in statutis potissimum præualentem.*

3 *Plus, & minus non differunt specie.*

4 *Caro semisalita, ut tertia species non comprehenditur statuto loquente de carne recente, & salita. & maxime in odiosis, & correctorijs. nume. 5.*

6 *Benignior interpretatio in pœnis est admittẽda.*

7 *Conatus non punitur pro delicto consummato leuibus, & in pœnis statutorum.*

8 *Furti non punitur repertus in loco, ad quem furandi animo se contulerat.*

9 *Statutum loquens in casu vero non potest in ficto militare.*

10 *Extrahendi animo repertus in via, an teneatur pœna extrahendi blada.*

11 *Conatus solus non punitur ex generali consuetudine, licet statutum non denotet actum consummatum, vel perfectum, ut nu. 12.*

13 *Et pœna etiam mitiore esset puniendus, omni casu.*

CONSILIVM CCLXXIIII.

In Domino confido.

1 CVM statutum † Fusigniani prohibeat fieri beccariam, & vendi carnem ad minutum, & excipiat vendentem carnem salitam, non arbitror esse iuridicum, ut inciderit in pœnam huius statuti Bellinus de Lolis, qui carnem salitam vendere voluerit, licet caro ipsa tantummodo per duos dies salem receperit. cum negari non possit illum versari in casu exceptionis ipsius statuti, tum ex proprietate verbi (salitæ) vel salsæ, quod significat, & importat id, quod saporem salis habet, ut per Grãmaticos teste Calepino in verbo salsus. quorum auctoritas à nostris iuristis sæpissime allegatur. Alex. cons. 71. numero secundo. in 6. vol. tum ex
2 communi usu loquendi, † qui in statutis potissimum præualet, etiam si ad literam essent intelligenda. Alex. ad propositum in cons. 211. num. 2. co. vol. qui quidem communis usus loquendi, facile probabitur iuxta trad. in l. Labeo. ff. de supell. leg. per Barnec propterea minus potest dici sali-
3 ta, licet non fuerit perfectè, † & penitus salita,
a quia plus, & minus nõ faciunt differe specie, text. est in l. fi. ff. de fun. instru. & instr. lega. & trad. Cag. in l. quod attinet. ad fi. ff. de reg. iur. fortius censerem, cum statutum prohibeat vendi carnem recentem, & permittat uendi salitam, ut ex statuto
4 colligitur quod caro † semisalita non cõprehenderetur tanquam tertia species, & casus mixtus iux. trad. per Doct. in l. 2. in prin. ubi Alcia. nu. 31. com pluribus sequentibus. ff. de verb. oblig. cum
5 maximè † simus in pœnalib. & odiosis, & in correctorijs. l. vni. C. de monopo. Rui. cons. 167. nu-
6 mero 20. vol. primo. & in † pœnis benignior interpretatio est admittenda l. factum. §. in pœnalibus. ubi Dec. & Cagn. ff. de reg. iur. & in alijs locis vulgaribus.
Præterea, cum dictus Bellinus carnem ipsam tantum venalem proposuerit, non etiã uendiderit, ut exigit statutum, non debet teneri pœna statuti. quia cum non simus in atrocioribus, sed in
7 leuibus, & in pœnis statutorum † conatus non punitur pro delicto consummato, ut per Catald. qui alios citat, & plura ad propositũ adducit in cõsilio 55. numero 57. in primo tom. consiliorum crimi. & Mars. in cons. 105. nume. 16. & seq. & ad propositum trad. Claud. de Seisel. in l. 3. §. si rem.
8 nume. 3. ff. de acquir. pos. post Aret. ibi, quod † repertus in loco ad quem furandi causa se contule-
9 rit non debet puniri pœna furti. Nec † statutum loquens in casu uero potest ad casum fictũ extendi. Paris. late cons. 82. nume. 15. in 3. Non obstãt modo, quæ in dubijs per magnificum D. Comissarium sunt adducta, quia ex supradictis tolluntur; licet enim ipse non potuisset obtinere licentiam uendendi carnem, non sequitur, quod non potuerit illam vendere permittente statuto, vel quod teneatur pœna si non uendiderit, & confes-
10 sio sua nihil facit. & licet in illã quæst. † de extrahente bladum, an teneatur pœna statuti, qui non extraxit, sed fuit repertus in uia controuertant Doct. de quo per Gand. in tit. de reb. non ex porte contra deue. colum. 4. Mars. de Fan. in cons. secundo tom. 2. consiliorum crimi. & alios in alijs locis
11 tamen stante † generali consuetudine Italiæ, quod conatus non puniatur non sequuto effectu, licet
12 statuta † non denotent actum perfectum, uel cõsumatum

b summatum non est locus pœnæ,[b] ut per Marſ.in
d.conſ.105.nu.18.& ſeq.& idem trad.Gram.vot.
8.nu.13.& ſeq.& conſ.25.nu.3. Tam etſi etiam in
13 caſu quo poſſet puniri † attentans puniendus eſ-
ſet mitius,ut per Gram. d.uot.8. num.12.& conſ.
36.nu.20.ſed quia caro iſta potèſt dici ſalita,ut
ſup.& hoc fundamentũ eſt tutum, maximè pro-
bato communi vſu loquendi, non eſt ſuper hoc
vlterius inſiſtendum. Laus Deo Op.Max.

Bartho.Bertaz.

ADDITIONES.

a Salita erit caro ſiue ſalſa facta fuerit, ſiue non, nam ſalire
eſt ſale condire ſi Priſcia.credimus lib. 10. modo ergo
caro ſit condita ſale licet non ſalſa, poterit uendi tanquã
ſalita, ſi proprietatem reſpicimus uocis, quam haurire
debemus ex Grammaticis, qui ex oratorum, & poeta-
rum obſeruatione cuiuſque uocis ſignificationem con
ſtituuot,ut hic dr̃, & notant noſtri in l.1. ff.ſi cert.peta.
Ego uero Grammaticis acquieſcerem, ſi de vſu lo-
quendi antiquiorum agendum eſſet, illum enim docent
Ciceronis, Cæſaris & aliorum authoritate ſuffulti, ſed
ſi agimus de interpretatione ſtatuti, uel lingua uernacu
li ſcripti, uel in Caſtro, aut Ruri condito ad quid eſt re-
currendum, uel ad Priſcianum, uel ad Varronem? cum
varius oriatur vario tempore & varijs in locis loquen-
di uſus. bonis ergo iudicibus iniunctum erit munus nõ
grammaticorum ineptas ac ſuperſtitioſas tricas reſpice
re, ſed bonæ fidei, & naturalis iuſtitiæ ſcopum attingere.
& ne noſtram egrediamus hypotheſim, quis non uidet
ſtatutum intelligere de carne, quæ communi obſerua-
tione ſalita uendi ſolet, non enim conſiderat quantita-
tem ſalſedinis ſed diuerſitatem carnis, nã alioqui ſeque-
retur, qđ ſuillæ carnis non eſſet licita uenditio niſi opti-
me eſſet ſale macerata, & tamen de illa intelligit ſtatutũ
cum ſoleat ut plurimum ſale condita uendi, & contra
poſſet quis, ſi reſpicimus uocis proprietatem, modico
ſub infuſo ſale integros boues tanquam ſalitos uẽdere.
b Aut ſtatutum continet ſententiam latam aut ferendam.
Primo caſu quo infertur pœna ipſo iure, licet quis cone
tur facere, modò non perficiat delictum, non incurrit il
lam. hoc notauit, & dixit ſemper menti tenendũ. Abb.
in ca. cum in cunctis. §. clerici ſanè de electio. io a. not.
Dec. ibid in 3. not. & ante illos, Io. And. in c. perpetuo,
de elect. in 6. & in cap. in pœnis. de reg. iur. in eo. lib. Ti-
raquel, in l. ſi unquam. in uerbo reuertatur nu.334. ubi
loquitur in atrocioribus delictis. C. de reuo. donatio.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Quando elapſa inſtantia in criminalibus delin-
quens ſit abſoluendus tanquam innocens.

SVMMAE.

1 *Inſtantia in criminalibus eſt biennij de iure cõ-
muni.*
2 *Inquiſitus elapſa inſtantia eſt abſoluendus tan-
quàm innocens, ſi in cauſa fuerunt recepti te-
ſtes pro innocentia.*
3 *Inſtantiæ non eſt computandũ tempus quo cau-
ſa ſtetit in conſiſtorio Sum. Pontificis.*
4 *Iudicis mora non debet obeſſe inquiſito ſi inſt.n
tia labatur.*
5 *Inſtantia in criminalibus præſtituta eſt in fauo
rem inquiſitorum, ut poſſint tãquàm innocen
tes abſolui.*

CONSILIVM CCLXXV.

In Domino confido.

LICET in cauſis criminalibus præfi-
1 xa ſit inſtantia † biennij ad illarum
expeditionem.l.properãdũ.in princ.
C.de iudi.& l.fi. C. ut intra cert. tem-
pus crimi.q.termi. alioqui reus ab obſeruatione
iudicij, & à proceſſu ueniat abſoluendus, ut per
gloſ.& Docto.in dictis locis. Quando tamen ſunt
in cauſa recepti teſtes ſuper innocentia rei. & fa-
ctæ ꝓbationes de illa,etiã diffinitiuè, & uti inno-
2 centem reum eſſe † abſoluendum uoluit. Pet. de
Bella perti.in d.l.fin.ante fi. quem alij non repro-
bant.& illum nominatim ſequutur alij magni no-
minis Doc.& præſertim Ioan.de Amic.cõſ.139.
nu.10.Thom.Gram.uot.31.nume.16. Ludo. Ca-
rer.in ſua praxi crimina.§.6.nume.169.& Io.Bap.
Aſin.in ſua practi.§.2.c.15.nu.19.& ſeq.
Præterea cũ cauſa ſteterit in conſiſtorio ſum-
mi Pontificis in Vrbe, quo fuere omnes iudices
vocati, per multos menſes. certè detrahendum
3 eſſet † hoc tempus, nec in inſtantia computandũ
arg.auth.ſed & his. C. de tẽp.& repara. appellat.
Calca. conſ.26.nu.9. Menoch.in tract.de arbitra
iudi.lib.1.q.8.nume.22.Pet.Rebuff. in trac.de ap-
pellat.artic.14.glo.vnica.nume.8.& detractione
hac facta non erit lapſum biennium.
Et cum veritas ſit, quod pro parte d. Illuſtriſ.
D.Comitis toties fuerit inſtitum ad eſpeditionẽ
eius cauſę tã apud ſanctitatẽ ſuã, quã apud Cla-
riſſimos Iudices.nec per ipſum uel eius partẽ ſte-
terit quin expediretur. mora DD.Iudicum illi
4 † nocere non debet ex trad. per Iaſ. poſt alios in
d.l.properandum.in prin.num.26.5.limitatione.
& optimè probat Ioan.Igne.in repe.l.4.§.elegan
ter.num.76.cum pluribus ſeq. ff.de ſenat.conſul.
Sillan. Vltra quòd cum prælixio ipſius inſtantiæ
ad fauorem reorum ex dictis conſtitutionib. fa-
5 cta ſit, ut tãdem liberari † poſſint & expediti. hoc
nnunc huic nobili redundaret in odium, ſi nõ de
beret, ut innocens abſolui, cõtra.l.quod fauore.
C. de legi. nec facile fortè inuenietur exemplũ,
quòd fiſcus vnquam ſe in diſpoſitione illorum
iurium ſe fundauerit ad excludẽdum abſolutio-
nem rei propter innocentiam.

Bartho.Bertaz.

ARGVMENTVM.

An per ſententiam latam cõtra principalem de-
linquentem ex cauſa pacis ruptæ poſſint gra-
uari fideiuſſores. Et quid ſi poteſtas poſt lapſum

sum sex mensium à delicto commisso ingressus est officium stante statuto, quod lapso tali tempore non possit potestas inquirere.

SUMMAE.

1 *Contumacia principalis an possit officere fideiussoribus, stante statuto &c.*
2 *Ex contumacia inquisiti confessio oritur,*
3 *Actus ab affectu iudicatur.*
4 *Inquisitus debet opponere omnem suam exceptionem si quam habet. alias contumacia illi obest.*
5 *Confessio valet etiam lapso tempore instantiæ in causa criminali.*
6 *Statutum apponēs pœnam iudici inquirenti post præfixum terminum non videtur ob id annullare processum, vel sententiam.*
7 *Iudex in præiudicium tertij cui aliquod ius quęsitum sit, non potest sententiam a se latam tollere, vel annullare.*
8 *Iudex habens plenum arbitrium à statuto non tenetur seruare instantiam præfixam inquisitioni faciendæ.*

CONSILIVM CCLXXVI.

In Domino confido.

MOTIVVM subtiliter excitatum per clarissimum D. Consultorem aduersus Fiscum Maranelli in hac causa pacis ruptæ, non obstat exactioni pęnę, stante sententia lata aduersus Iacobum Monesiũ principalem, quæ uenit exequēda contra fideius-
a sores,* ut in ducali Decreto, Mar. publicato dispo nente contumaciam principalis obesse fideiussoribus. dubium autem non est statutum hoc indu-
1 cere † potuisse, ut ad propositum inter cōsilia criminalia 2. tom. cons. 20. trad. Franciscus magistri voglię. num. 7. per tex. in l. 3. §. hæc uerba. ff. de negot. gest. ex quo tolluntur decis. Bar. & aliorum in l. cum filiusfam. in prin. de verb. obliga. & alia super hoc capite citata in dubijs.

Nec obstat, quod non potuerit inquiri de delicto d. Iacobi per D. Potestatē Spilimberti, ex quo iam lapsi erant sex menses ante eius officiũ adeptum potestariæ, quo casu non poterat de eo inquirere, stante statuto Mutinę inter cōstituta antiqua 2. rub. in quibus maleficijs cōmissis &c. iuncta prouissione. in eod. vol. fol. 7. addente d. statuto, quod statuta etiam seruantur in d. Castro Spilimberti. quo quidem statuto stāte nulla videtur
2 confessio, quæ oritur ex cōtumacia inquisiti † Bal. cons. 245. in 5. volum. Mars. in prac. crim. nu. 56. & 57. ubi alia citat. Nam fundamentum hoc, qđ totam difficultatem facere videtur, tollitur ex pluribus. primò, quia sumus in casu exceptionis illius statuti admittentis, posse vltra tempus limitatum procedi contra delinquentem pro pace scilicet rupta. cum enim vigore processus facti contra dictum Iacobum principalem ipse effectualiter teneatur ad pœnam pacisruptæ, pro ut etiā tenentur eius fideiussores vigore decreti præfati, nō potest dici, quin agendo vigore dictæ inquisitionis cōtra eum illa fuerit inspecto effectu causa pacis ruptæ, & satis de pace rupta ageretur. nam actus
3 iudicatur ab effectu, † à quo argumentum summi valide potest, ut latè per Euerar. in top. legal. in loco ab effectu per torũ. & trad. Cagn. in l. cuius effectus. ff. de reg. iur. & plura etiam ponit Neuiz. in Sylua. nup. in fi. primi lib. in argumēto ab effectu, & tāto magis hoc procedit cum in querela facta d. potestati, de hac pace rupta mētio facta fuerit, ex qua videtur fuisse motus ad procedendum in dicta causa.

Secundò posito, & non concesso, quod nō potuisset procedi, ob præscriptionem statutariā contra dictum Iacobum principalem, tñ ex quo ex facie inquisitionis nō constabat inquisitionem ipsam esse nullam, & delictum ipsum fuisse commissum tpe alterius potestatis, per sex menses ante, debebat inquisitus comparere: & tenebatur opponere hanc exceptionem præscriptionis, alias bannum fuit, & est validum, & contumacia sibi
4 obfuit, † ut tenet Bar. in his terminis. in l. 1. §. accusationem. nu. 3. ff. ad Turpil. & declarat Bal. in loc. anti. quem ibi sequitur Alex. & alij in l. si eum. in prin. ff. si quis caut. Aret. in tract. malefi. in verb. inchoata. col. 2. in fi. Balb. in tract. præscrip. 3. par. quartę par. principalis. 2. q. 8. limit. nu. 9. & secundum hanc partem cōsuluerunt Ludouicus de interamne, & duo alij Doct. subscribentes in hac q. inter consilia criminalia. 2. tom. cons. 60. nume. 9. & sep. ex quibus tolluntur dicta per Bald. in dicto cons. quod non loquitur in hoc casu, in quo ex facie inquisitionis, non constabat error expressus, ut in illo casu Bal. Quæ etiam Bal. opi. dum loquitur de confessione delinquētis, quod hoc casu esset valida, dubia redditur ex eo, quod uoluit ipse idem Bal. in fi. princ. in l. properandum. C. de iud. confessionem valere, etiam lapso tempore instan
5 tiæ ; in causa criminali. & ad propositũ in hac q. tenent Aret. in d. verb. inchoata 2. col. post Roma. per eum allegatum, & Alex. in l. fi. nu. 5. C. de dol. sequitur Aegid. Bos. in suis diuers. tracta. in tit. de senten. nu. 110. & cum valuisset cōfessio expressa dicti inquisiti, valuit etiam ficta inducta à statuto, quæ eundem operatur effectum, ut per Docto. in l. 2. C. qui testa. face. pos. & per Mars. in d. §. postq. numero 35.

Tertiò, eum statutum prædictum non dicat actum uel processum esse nullum si post dictũ terminum inquiratur delinquēs, sed irrogat pęnam libr. 300. Iudici inquirenti, non videtur quod sequatur annullatio processus, vel sententiæ, ut in

simili

similidicitur de sententia lata in causa criminali
6 ex instantia præfixa † non causæ sed iudici, sub pœna, ut trad.Bald.in l.fi.C. vt intra cert. tempus crimen quæ.termi.Paris de Pute.in tract.syndi.in verb.instantia.in §.dicit constitutio.vers.sed quatenus dirigeret.fol.mihi 123. Alex.in d. l.properandum.in prin.num.20.& Felin. in c.pen. nu.15. prima limit.de iudi.

Quartò,non videtur, quod illa attestatio potestatis affirmantis nunc in effectu tunc temporis, quo processit in dicta causa, fuisse lapsos dictos sex menses tempore præcedentis potestatis, cum ipse fuerit admissus potestas dicti Castri die 15.Octobris, anni 1562.& querela fuit facta de anno præcedenti 1561. die 13.Octobris possit obesse his quibus est ius quæsitum ex sua sententia. quia nõ potest iudex in præiudicium 3. vel partis cui aliquod ius quæsitum est, per confessionem suã sen-
7 tentiam † à se latã tollere, vel annullare, per trad. per Alex.in l.sciendum.nu.33.ff.de verb.oblig. & per Alcia.in tract.præsumptionum, tertia reg.numero 7.ubi alij citantur.

Posset etiam attentari, quod vigore prouisionis positæ in lib. præfato statutorum. fol.1.dantis arbitrium plenum potestati, in procedendo, & condemnando etiam vltra,&aliter, quam statuta disponant, non teneretur potestas ipse seruare
8 instantiam † præfixam inquilitioni faciendæ,per trad.per Bar.in l.si in lege.in princ.ff.loca.Marsin §.constante.nu.29.in pract.crim.& Gram.vot.31. nume.16.sed quia ex prioribus fundamentis res superat omnes difficultates vlterius nõ insistam.

Laus Deo Opt.Max.

Bartho.Bertaz.

Contra hæc fuit iudicatum, ut intelleximus, etiam à viro in iure nostro præstanti respectu fideiussorum.

Clau.Bertaz.

ADDITIONES.

a Contrarium autem est de iure, ut scribit Vulpel. in tract. de pact.q 104 nume.2.

Clau Bertaz.

ARGVMENTVM.

Quæ sit pœna vendentis scienter rem alienam dolosè ex l.seruus quem.§.si sciens. ff. de actio. empti.

SVMMAE.

1 *Vendens rem alienam scienter tenetur ad interesse, etiam si nundum esset res euicta.*

2 *Et potest repeti pretium, & emptor non tenetur soluere pretium non solutum, & contra uendentem iuratur in litem.*

3 *Emens rem ab alio recognitam non habet actionem de euictione, si euictio veniat propter naturam contractus, secus si procedat facto venditoris.*

CONSILIVM CCLXXVII.

In Domino confido.

DOMINVS Dyonisius de Macijs de Cõsilice vendidit. D.Vitalino de Corinaldis hæbreo non nullas terras sitas in territorio Consilicis. saluo iure Episcopatus Imolæ à quo ipse eas recognoscebat iure emphyteusis, vel alio iure. & à quo episcopatu ipse uenditor nullam habuit licentiam alienandi.Sed nec etiam receperat inuestituram, cum eas ab alio emisset.Et cum ipse emptor uellet à dicto episcopatu inuestiturã accipere, & laudemium soluere.Reuerendiss.ille episcopus eam denegauit.prętendens dictum D. Dyonisium uẽditorem ob inuestituram non acceptam, & fortè ob alias causas. cecidisse à iuribus suis dictarum terrarũ. Nunc defuncto dicto D.Vitalino emptore,prætendit uẽditor velle reliquum precium dictarũ terrarum, & hæredes ipsius teneri ad illius solutionem.hæredes verò ipsi prætendunt non teneri ad solutionem.cum certum sit rem ipsam ad dictum episcopatum pertinere. & ipsum uẽditorem scienter rem ipsam uẽdidisse.cum tamẽ inuestituram nullam accepisset, & per consequens à iuribus suis cecidisset. quæritur quid iuris.

In quo dubio breuiter teneo ipsos hæredes nõ teneri ad soluẽdum pretium præfatum.quinimò posse agere ad interesse contra uenditorem, qui scienter rem alienam uẽdidit dicto emptori, per tex.singularem. in l.seruus quem. §.si sciens. ff. de
1 actio.emp. vbi † propter dolum uenditoris uen-
2 dentis rem alienam tenetur [a] emptori . etiã quòd adhuc non esset res euicta.& illic tenent Bar.Bal. & alij,Spe.in tit.de actore.§.1.nu.60.vers.item repellitur uenditor.Idem voluit glos. quam oẽs sequuntur in l.qui rem.C.de euict.Idem tenent Bar. in fi.& Bal.2.col.nu.1,vers.2.quòd licet in l.at qui natura.§.si cum me absente. ff. de neg.gest.et idẽ Bal.in l.prima,quinta oppositione.nu.6.C.de act. emp.& in l.libera.nu.13.C.de senten.& inter.om. iudi.Alex.cõs.4.nu.1.3.vol.Cępol.cautel.256.in fi.& Osasc. decisione Pedemont.24.numero 2. vers.In contrarium.Et hoc casu posse repeti precium uoluit glo.in l.si rem.quam in prin.vbi Saly.
2 ff.de euictio.& q nõ teneatur soluere precium nõ solutum.uoluit etiam glo.in verb.præstat.in §.nouissimè.Insti.de suspect.tuto.quam ueram esse volunt Bar.ibi & Aret.num.4. quando est manifestũ & notorium rem esse alienam. prout in casu isto præsupponitur cõstare ex declaratione facta sup caducitate per dictum Reuerendiss. Episcopum. Et hoc casu quo uenditor rem alienam scienter vendit, potest in litem iurari cõtra ipsum. Io.Bap. Plot.in l.si quando.nume.476.C.unde ui.& idem

est

est si uendit rem obligatã, ut liberam. ut per eundem illic. nume. 677. Et licet quando quis emit rem emmphyteuticam ab ecclesia recognitam, si propter naturam contractus euincatur, uel auo
3 cetur per ecclesiam, nõ teneatur uenditor de euictione. cum sit imputandum emptori qui eã emit sciens illam ecclesiæ eo iure suppositam esse. id tamen uenit intelligendum, nisi euictio procedat facto uenditoris. ut quia uendidit illam sine licentia Domini, vel prælati, vel alia simili de causa. ut hic, ꝙ prius non acceperat inuestituram. ut uoluit Bal. in c. 1. §. rursus. nu. 3. in titu. quibus mod. feud. amit. & declarãt Imol. nu. 5. vers. item adde. Aret. etiam. nu. 5. Alex. nu. 32. Claud. nu. 82. & Rip. numero 46. in l. si aliquam rem. ff. de acquir. possi. ni emptor sciuisset uenditorem non accepisse inuestituram dictarum terrarum. & per consequens terras ipsas fuisse in casu caducitatis. proculdubio illas non emisset. & constante de dicta declaratione iam facta, arbitror nullo modo eius hæredes posse cogi ad soluendũ dictum residuum precij. sed posse agi ad repetendum solutum, & ad damnum, & interesse vt sup. Laus Deo Op. Max.

Bartho. Bertaz.

ADDITIONES.

a Vendere tamen licet rem alienam. l. rem alienã. ff de contrahen. emptio. cum alijs adductis per Alex. cons. 157. nu. 9. in 6 nec per uenditionem factam uenditor præsumitur Dominus, ut not. Bald. in l. fin. per illum tex. C. de assertio. tollend. sed hoc debet probari. l. 1. in uerbo docere, ubi Bal. & alij C de bon. mater. Nec emens censetur confiteri rem esse uenditoris secundũ Bertran. consilio 55. in prin. in 3 posterio. & latè ponit Neguf. in trac. de pigno. secunda par. 3. membr. nu. 63. 64. & in 3. par. 8. par. nume 9.

Sed uenditor tenetur ad restituendum pretium & rescindendum contractum, uel ad præstandum fideiussorem idoneum de euictione, cum quasi censeatur res uendita in casũ euictionis, cum euictio ipsa immineat in limine contractus. l pen ff. de pericu. & commo. rei uendit. & l. si post perfectam. C. de euict. & melius probatur. in l. creditor. §. prædium. ubi Castr. ff. de actio & in l. ex his prædijs. ubi sal. C. de euict. ubi etiam si non moueatur lis emptori potest agere contra uenditorem, ut liberet rem à debito, & obligatione, ut de obligatione conditionali Neguf. in tract. de pigno. & hypothe. 5. par. primo mem nu. 29. 30. & Rip. in l. 1. §. si hæres. nu. 31. ff. ad Trebell. sunt aliç pœnæ de quibus nunc non est agendum.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Socius qui utitur re communi dolosè quando teneatur furti, & ad omnia damna, & interesse alterius socij.

Et quando dicatur uti ad usum non destinatum, & probetur illius dolus, & culpa?

SVMMAE.

1 *Socius tenetur de dolo, & furto utendo re communi ad vsum non destinatum.*

2 *Et alienando, vel obligando ultra suam partem censetur dolosè se gessisse.*

3 *Non enim potest vltra suam partem alienare.*

4 *Et censetur in dolo rem prohibitam scienter faciens.*

5 *Socius socius tenetur de dolo, & culpa.*

6 *Quod procedit etiam in societate incidenti.*

7 *Et si est in dolo tenetur ad omnia damna, & interesse socij.*

8 *Et si vtatur re communi ad vsum non destinatum.*

9 *Socius rem communem dannificans tenetur socio ad emendationem.*

10 *Socius tenetur si eius culpa res communis sequestretur.*

11 *Mora difficilius purgatur, quæ consistit in faciendo.*

12 *Iuramentum contra dolosum probat quantitatem.*

13 *Iudex cognoscens sola facti veritate inspecta, potest credere persuasiuæ probationi.*

14 *Iudex potest ex officio suo æstimare, & taxare quantitatem incertam non autem debet absoluere.*

15 *Interesse emergens post litem cõtestatam etiam debetur.*

16 *Condemnatio potest sequi vna causa probata, & alia proposita, se cognoscatur sola facti veritate inspecta.*

17 *Condemnatio est facienda licet non sit plene probatum reseruata liquidatione in executione sententiæ.*

18 *Socius respectu rerum venalium censetur habere mandatum à socio.*

19 *Pignorare potest qui potest vendere.*

20 *Saldum solet fieri in fine societatis.*

21 *Societas, quæ sit incidens.*

22 *Mandatum habet socius à socio de utendo re ad vsum destinatum.*

23 *Mandatum habens ad vendendum non potest pignorare, vel obligare.*

24 *Socius res communes venales alienare potest.*

25 *Socius potest obligare rem communem in vtilitatem peculij.*

26 *Socius habet mandatum à socio ad expediendũ, & quæ sunt vtilia societati.*

27 *Socius pignorans nomine societatis non nomine proprio non tenetur furti.*

28 *Interpellatio iudicialis quando non releuet.*

29 Mo-

29 *Moram incurrit sine interpellatione qui negat velle soluere.*

30 *Interpellans quando non teneatur accedere ad locum destinatum.*

31 *Hypothecatam rem habens non potest eam vendere.*

32 *Expensæ quando sint soluendæ qui etiam unam obtinuit sententiam.*

33 *Reseruare non debet iudex, sed condemnare aut absoluere.*

CONSILIVM CCLXXVIII.

In Domino confido.

QVONIAM in hac causa D. Antonij
de Bertazzolis genitoris mei, tam in
principali causa, quàm in appellatio-
nis primæ causa. satis scriptum fuit in
allegationibus, & dubiorum solutionib. & uide-
re tot scripta, & responsiones fortè grauaret ma-
gnificos. DD. meos iudicare debētes. propterea
ad alleuiandum laborem ipsorum, & ut facilius
dignoscatur, vbi consistat punctus huius causæ. &
per consequens appareat quàm Iustè iudicauerit
iudex à quo. qui reuocauit sentētiam Domini Iu-
dicis causę principalis reducendo omnia tam in
facto, quam in iure hucusq; scripta ad cōpendiū
quoddam. quàm breuius potero ostendam sen-
tentiam præfatam tāquam iniustam, & iniquam
reuocandam, & in melius reformandam fore in
pluribus. Præmitto enim in primis constare ex
processu canabē existentem in officio Tanæ ciui-
tatis Venetiarum. illuc cōductam per D. Andro-
nicum aduersarium fuisse communem inter par-
tes præfatas, & in ea pręfatum d. Antonium habe
re milliaria vndecim, & libras septingentas sexa-
gintanouem, quam canabē tam spectantem ad
ipsum Andronicū quàm ad dictum D. Antoniū
suppignorauit ad hæbreos ipse Andronicus pro
magna summa pecuniarū. & fuit de ea factus cre
ditor hębreus in libris officij præfati penes quem
stetit per annos tres, plus minusvè, & tādem eam
deuastatam, & putridam (ut nonnulli testes pro
eius parte examinati affirmant) uendidit in ratio-
nem ducatorum decemnouem cū dimidio pro
quolibet milliario. cum tamen præfatus. d. Anto
nius reliquam suam partem sibi assignatā existen
tem in dicto officio uēdiderit ducatis viginti sex
pro quolibet milliario. & partem existentem Pa-
tauij ducatis triginta. prout & reliquam suam par
tem uendidisset, quæ fuerat suppignorata. si sibi
tradita fuisset, in rationem præfatam, & prout te-
stes pro eius parte examinati concludenter pro-
bant. Dominus Iudex causæ principalis sentētia-
uit. D. Andronicum teneri ad soluendū precium
dicti reliqui in rationem ducatorum viginti sex.
prout eodemet precio fuerunt uendita alia septē
milliaria ibi nobis consignata. & ad soluendum
quædam interesse per dictum dñm Antoniū pas-
sa, ut in eius sententia. Iudex verò à quo senten-
tiauit tantummodo teneri ad pretium in rationē
qua uēdidit idem Andronicus, scilicet dictorum
ducatorum decemnouem cum dimidio. Appel-
latū fuit pro parte dicti domini Antonij propter
dictam sentētiam iniustè grauati, & dicimus prę-
fatam sententiam confirmandam. secundā verò
infirmandam tāquam iniquam. Iniquitas modò
ipsius apertè apparet, cum ipse Andronicus fue-
rit in dolo & culpa, primò suppignorādo deinde
vendendo rem alienā, & sic partem. D. Antonij
Certum est enim partes nūquam destinasse eam
suppignorare siue inspiciamus tēpus quo primo
empta fuit. siue tempus quo societatē partes diui
serunt, saldando rationem, & conficiendo chyro
graphum in causa productum. sed debebat uēdi
immò quanto citius fieri posset. ut in d. Chyro-
grapho dictum fuit expressè, quo fit ut cū dictus
Andronicus eam suppignorando ea usus fuerit
1 † ad usum non destinatum, & priuauerit socium
a commoditate suæ partis, de dolo & furto. tenet.
l. si socius. vbi Bar. ff. de furt. trad. Alci. in tra. ꝑsum.
3. reg. ꝑsump. 1. in princ. & Paris. in cons. 88. nu. 7.
& seq. & cons. seq. nu. 20. & seq. primo volum. &
quòd alienando, vel obligando ultra suam partē
2 censeatur dolosè † se gessisse, firmat Corn. in cons.
126. col. fi. 1. vol. & cons. 128. 2. col. 3. vol. certum
3 est enim † socium vltra suam partem alienare nō
posse. l. nemo ex socijs. ff. pro soc. l. socius. vbi oēs.
ff. si cer. pet. pariter nec hypothecare. l. fi. C. de re-
bus alie. non alienan. & l. vni. C. si res com. pigno.
dat. sit cum igitur rem prohibitam à iure scienter
aduersarius fecerit. censetur in dolo versatū fuis-
se. Alex. in terminis nostris in socio rem commu-
nem damnificante, & ea utente ad usum nō desti
natum. in cons. 103. videtur prima consideratio-
ne. col. 6. 1. vol. sequitur Crauet. plura adducens
in cons. 193. nu. 2. 3. Quod tanto clarius procedit
stante pacto præfato, quo cōuentum fuerat inter
partes. ut quanto Citius fieri posset uenderetur.
contractus enim ex conuentione legē accipiunt.
l. 1. §. si conueniat. ff. depo. & graue est fidem falle
re. l. 1. in princ. ff. de consti. pecu. Vnde cum appa-
reat de dolo, & culpa dicti Andronici. de quibus
5 socius † socio tenetur. l. cū duobus. §. uenit. ff. pro
soci. Insti. eo. tit. §. fi l. contractus. vbi moder. ff. de
reg. iur. & Paris. dictis consilijs, quod procedit ēt
in societate incidente de qua inferius dicetur.
6 † Alex. cons. 74. in prin. 6. uolum. nemini dubium
7 est teneri ad omnia damna, † & interesse passa
per dictum D. Antonium etiam ratione lucri ces-
santis. Soc. cons. 24. col. 11. vers. 3. probat. 1. uol.
& Bertr. cons. 38. nu. 12. 2. volum. posteriorū. nāq;
socius vtens parte socij, & moram adhibens in re
stituendo tenetur ad vsuras socio in eo, quod in-
terfuerit socij. l. Socium. qui in eo. ff. pro soci. Et
8 qđ etiam socius † utens re communi ad usum nō
destinatum teneatur ad damna, & interesse con-

socij

socij est tex.& ibi not.Bar.in l.Sabinus.ff.com.diui.& trad.Bar.in l.Labeo.ff.de aqua pluu.arcen. sic
9 etiam socius † rem communem damnificans cōsocio ad emendationem tenetur.l.sed si ex causa. §.1.ff.ad l.Aquil.l.sed si causam.cum l.seq.& l.sed & nihilominus cum l.seq. ff.pro soci.Idem proba tur.in l.si fundus.ubi gl.& Fulgo.ff.pro soci.ad idē
10 tenetur consocius † si eius culpa res communis sequestretur.Pet.de Vbal.in trac.socie.8.par.principali 6.q.nu.7.prout etiam tenetur si eius negligentia in non exigendo, cōmunes debitores sint effecti non soluēdo,& in exigibiles.Marf.in sing. 381.socius.talis enim socius dubio procul ppter huiusmodi malefactum dolum,& culpam fuit cōstitutus in mora. quæ cum constiterit in faciendo
11 grauior fuit quā in ommittēdo,& difficilius † potuit purgari.l.1.§.si rem.ff.depo.Bar.& communiter * cæteri.in l.si insulam.6.q.ff.de verb.oblig.& proptus ad terminos istos in socio qui cōmunes pecunias in vsus suos conuertit, sicuti iste bonus vir canabis partem nostram fecit, quòd censeatur in mora, & teneatur ad interesse consocij. ex facto consultus respondit.Aretin conf.157.visis diligenter.in 2.dubio.

Accedant etiam interpellationes tamē extrajudicialiter,quam etiam iudicialiter factæ d.Andronico de quibus tam testes nostri,quàm etiam acta publica constant.quæ etiam in moram constituerunt dictum reum. l.si ex legati causa. ff. de verb.obligat.& l.quod te.ff.si cer.pet.cum ibi no. propter quam tenetur tam ratione damni emergentis,quàm lucri cessantis,ad interesse dicti dōmini Antonij.ut in iuribus præfatis no.& in l.vnā. C.de sent.quæ pro eo quod inter. profer.& in ca. cum venerabilis. de excep.

Damna modò, & interesse d. D. Antonij sunt maxima,& plura quàm potuerint probari:primò enim attendendū est pretium,quo ipse uendidit suam canabem eiusdem qualitatis eisdem loco, & tempore sibi cōsignatam.cum etiam reliquum eodem pretio.nempè ducatorum viginti sex cōmodè uendi potuisset. Secundò soluit pro interesse scutorum 253. acceptorum pluries ad cambium,& recambium vltra scut.octuaginta auri.ut cōstat ex computis,& rationibus mercatoris Veneti in causa productis iuncto eius testimonio,& testimonijs etiam aliorum testium super hoc examinatorum. Tertiò pro huiusmodi parte, canabis cōsequēda in eundo Venetias, & Patauium, in quibus locis oportuit qnq; stare per duos mēses,& qnq; per vnum.expendidit vltra scutos triginta auri.& licet non plenè,& perfectè huiusmodi expensę probari potuerint,tamen cum agatur
12 contra dolosum,† ut sup.per iuramentum nostrū ueniunt probandæ.l.in actionibus.cum ibi no.ff. de in litem iuran. & l.si quando.C.vnde vi. quod maxime procedit in casu nostro. in quo causa ex forma statuti debet cognosci sola facti ueritate inspecta. quo casu iudex potest credere pbatio-
13 ni tantum persuasiuę.†Bald.in l.solam.in fi.C.de testi.Aret.conf.34.diligenter.col.4.Dec.in c.dilecti.2.col.de iudi.& sicut Deus, uel princeps.Bald. in c.inuestituram.col.fi.de noua for.fideli.& Dec. d.c.Marf.sing.272.in hac inclita.& sing.494.probationes.debet enim iudex cum certa quantitas præcisè probari non possit ex officio suo ęstima-
14 re,† & taxare non autem absoluere,iuxta no.per Bart. in l.si quod ex Pamphila. ff. de leg. 2.& per moder.in d.l.vni. C. de senten. quæ pro eo qđ inter.vbi Rebuf.in glo.in aliis.nu.41.& nume.43.& super glo.vlt.nu.46.Et ita per pręfatam sententiā fuerat cōdemnatus dictus Andronicus ad soluendum ualorem canabis in rationem dictorum scutorum viginti sex. & pro dictis interesse cambiorum,& recambiorum in scutis quadragintaocto, & soldis decem nouem. licetin maiori summa teneretur. & ad expensam præfatā à tēpore interpellationis iudicialis citra liquidandas in executione sententiæ. Quartò passus fuit damnum, & interesse pendente lite præsenti.quæ iam durauit sex annis. ex eo, q necesse habuit soluere d. Gaspari ab armis singulis annis in rationem scutorum quinq; pro centenario.pro precio dictæ canabis ab eo emptæ, prout in instrumento in causa producto, de quo etiam deponūt testes aliqui pro parte nostra examinati. & ad interesse, quod
15 emergit † post litem cōtestatā tenetur reus iuxta not.per Bar.in l.1.ff.de actio.emp.per Bald.in l.cū propria.C.si quis alte.uel sibi.& hoc etiam procedit,& si petitum non fuerit cum ueniāt officio iudicis, tum quia cum agatur causa cognoscenda
16 sola facti ueritate inspecta,etiam†una causa proposita, & altera probata debet sequi cōdēnatio. l.Aemilius.ubi Bart.ff.de min.Alex.conf.94.nu.6. vol.6.Dec.& moder.in l.certi conditio.§.si nummos.ff.si cer.peta.& quādo de eo non esset plenē
17 probatum, condemnatio † tamen erit facienda reseruata liquidatione in executione sententiæ Iuxta no.in d.l.vni.C.de senten.quæ pro eo,quod inter.profer.vbi Rebuf.super glo.ult.nu.56.

Contra hanc tā claram, & perspicuam conclusionem obijcitur per partem aduersam. quòd cū dicta quātitas canabis esset vendenda, ut in chy-
18 rographo,† & socius respectu rerum venaliū censeatur habere mandatum à consocio.ut no.in d.l. nemo ex socijs.& in d.l.socius.& in l. de pupillo. §.si plurium. ff. de noui oper. nunci. sicut poterat Andronicus totam dictam mercē uenalē uendere,potuit etiam pignorare. l. si conuenerit. la 2.§. fi.ff.de pigno.actio.nec enim non debet cui quod
19 plus est licet, quod minus † est non licere. l.non debet cui.ubi mod.ff.de reg.iur.& i terminis.Rip. in l.1.nu.17.ff.de pigno.& ex hoc fundamēto motus fuit iudex à quo ad reuocandum præfatā sententiā.Quod tamen in casu nostro in nihilo obest ex pluribus.primo enim sciendum est, q licet fuerit inita societas a principio inter dictum Adronicum,& Hieronymum fratrem meum. & cōducta dicta canabis empta ex pecunijs paternis Venetias ibi uendenda. & plura negotia fuerint inter

eos

eos geſta.tamen eam ſocietatem diuiſerunt,& fa
ctis calculis,& rationib. ac ſatisfacto debito fra-
tris mei,fuit factum ſaldum productũ.In quo ap-
paret dictum Andronicum reſtitiſſe creditorem
ſocietatis iam finitę in,& dę libris 1209.marche
torum.ſibi ſoluendis ex precio dictæ mercis. iſta
igitur rationum calculatio,& ſaldum, quod in fi-
20 ne ſocietatis † fieri ſolet. ut per Pet. de Vbal. in
tracta.ſocie.q.12.in prin. & facit. l.neminem. vbi
Bart. C. de ſuſcept.præpo.& Anch.lib.10.probat
factam fuiſſe ſocietatis diſtractionem, quo caſu
ſine ſocietate dicta Canabis remãſit communis,
21 & ſic non amplius erat ſocietas † propriè ſed in-
cidens.ut eſt quãdo partes rem communem ſine
ſocietate habent. l.2.ff. com. diui. & l.ut ſit. ff.pro
ſoc.glo.& Doct.in §.item ſi inter aliquos.Inſti. de
oblig.quæ ex quaſi contra.in l.ſi vnus.in prin. vbi
Iaſ.ff.de pact.& Pet.de Vbal.in d.tract.prima par.
& in iſta communione ſeu ſocietate incidenti,nõ
procedit deciſ.eorum qui ſatetur ſocium habere
mandatum à cõſocio re cõmuni utendi ad vſum
22 deſtinatum,quia hoc caſu ſocius de parte † ſocij
diſponere nõ poteſt.ita declarat no.Iaſ.poſt Soc,
in l.ſtipulationes. non diuiduntur in repet.col.3.
ff.de verb.oblig. & idem tenet. in d. §.ſi plurium.
b prima col.verſ.tu reſponde.b nec hoc caſu in chy
rographo aliter fuit conceſſa licentia alienandi.
dicto Andronico,ſed tantum imperſonaliter di-
ctum fuit,quòd deberet uendi.quo caſu conuen-
tio ſecundum iuris communis diſpoſitionem ue-
nit interpretanda.c.cum dilectus.de conſue. cum
ſimilibus.

Secundò poſito,& non conceſſo,ꝙ adhuc du-
raret ſocietas, tamen non credo , ꝙ potuerit ipſe
Andronicus ſuppignorare partem noſtram, pro-
pter expreſſum pactum de vendendo eam.& cla
rum eſt , ꝙ habens mandatum ſpecificum ad ven
23 dendũ † non poterit obligare, vel pignorare rem
c vendendã,quia excedit fines c mandati.l.diligen
ter.in prin.ff.mand.& l.ſi procurator.vbi no.C.de
procur.& ita ad propoſitum limitant regulã præ-
fatam.l.non debet.cui Dec.& Cagnol. ibi. qui ẽt
limitant.Vbi militat diuerſa ratio. quæ proculdu
bio in caſu noſtro militat, quia cum ea ſit ratio,ꝙ
ſocius res venales communes alienare põt , quia
24 utitur † ad vſum deſtinatum, ut per Bal.& Pau.de
Caſt.in l.in familiæ.C.fam.hęrciſ. Bal.in Rubr. C.
pro ſoc.circa fi.& Dec.in d.l.ſi ſocius.nu.3. ſecun-
dum Rip.in l.ſerui electione. §.Labeo. nu.14.in fi.
ff.de leg.1.& ſuppignorando non utitur ad vſum
deſtinatum.certè ceſſare videtur deciſ. Rip. quæ
non poteſt hoc caſu locum ſibi uendicare. in quo
ſocius non habet liberam adminiſtrationem re-
rum communium,ſed tantũ reſpectu vſus ad quẽ
deſtinatæ ſunt,ſicut habet ſeruus,vel filius rerum
peculiarium.d.§.fin.

Tertiò, diſpoſitio d.§.fin. in quo ſe fundat Rip.
25 procedit quoties obligatio † eſt facta in utilitatẽ
peculij. gloſ. ab omnibus approbata. in l.prima.
§.1. ff. quæ res pigno. oblig.poſ.& trad. Neguſ.in
tracta.de pigno.3.par.1.memb.nu.13. verſ.3.de-
clara.ſic etiam ſocius habere cenſetur mãdatum
26 ad expediendũ ea quæ ſunt utilia † ſocietati.glo.
& Doct.in d.l.nemo.ex ſocijs.& in d. §.ſi plurium.
Rip.in d.§.Labeo.num.16.& Crauet.conſ.129.in
prin.In quo autem fuerit utilis hæc pignoratio ſo
cietati non video. bene tamen ſcio maximum
damnum conſocio attuliſſe, ut ſup.dictum fuit.

Quartò.d.§.fin.procedit,& ita ſecundum eum
deciſ.Rip. eſt intelligentia , quoties ſocius ſuppi-
27 gnoraſſet nomine ſocietatis † non nomine pro-
prio.ut per glo.in d.§.fi.nam hoc caſu non obliga
tur conſocius. ut habetur in dic. l.nemo ex ſocijs.
Dec.in d.l.ſocius.nu.3.& conſ.98.Crauet. d.conſ.
129.ad fi.& Benuenu,Strach.in trac. de mercato.
in Rubrica de contractib.mercato.num.15.& ex-
preſsè Rip.in d.l.1.nu.17.Cum igitur dicta pigno
ratio facta fuerit, finita ſocietate contra pactum
expreſſum de uendendo quanto citius fieri poſ-
ſet,ad utilitatem propriam pignorantis,& nomi-
ne ſuo proprio,neſcio quo ſpiritu ductus, potue-
rit iuſtè dictus Iudex ſententiare dictum Andro-
nicum non teneri ad damna, & intereſſe per nos
paſſa occaſione præfata. & uoluerit genitorem
meum teneri ſtare uenditioni factæ per d.Andro
nicum poſt tres annos, vel circa quibus ſtetit pi-
gnorata in d.officio Tanę, vbi effecta fuit putrida
& marcida. & minori pretio etiam uendidit illã,
cum haberet opus precium recipere, vt ſe libera-
ret ab uſuris hæbreorũ.nec enim dubiũ eſt , quin
pluris uendidiſſet ſi eam liberam habuiſſet, quia
emptores notant neceſſitatem uendere uolentis,
quod etiam apparet, quia ut ipſemet emptor ex
aduerſo examinatus deponit, eam uendidit ſta-
tim ducatis vigintiocto, & uigintinouẽ pro quoli
bet milliario . ęquidem neſcio quæ maior poſſit
eſſe iniquitas, nec puto aliquem etiam merca-
torem auſum fore contrarium affirmare, ut aſſere
bat ille bonus iudex multos extare id affirmãtes.

Nõ obſtat etiam, quod dicebatur per partem
aduerſam,ꝙ iſta pignoratio per aduerſariũ facta
nullum impedimentum præſtitit, quia ipſe domi
nus Antonius poſſet ſuam partem uendere argu.
l.quamuis.in prin.ff.de pign. actio. quia cum ipſe
etiam à principio ſe iniquè geſſerit faciendo ſcri-
bi in d. officio ſe ſolum Dominum dictæ mercis,
& ſuo nomine pignorauit, & fuit ſcriptum nomẽ
hæbrei tanquam Domini dictæ Canabis, ut in
libro dicti officij apparet, & in proceſſu probatũ
fuit, certo certius eſt dictum D.Antonium fuiſſe
priuatum facultate diſponendi de re ſua. quia li-
cet poſſet uẽdere ſicut rem etiam alienam quili-
bet uẽdere poteſt. l.rem alienam. ff. de cõtrahen.
emp.tamen non habebat facultatem rei tradẽdæ
emptori.nec poterat poſſeſſorem hæbreum con-
uenire cum quo nullum negotium cõtraxerat. &
iuſtè poterat dicere neſcio te.nec hoc caſu loqui
tur.d.l.quamuis.& cum habeamus ſenſum nõ eſt
opus quærere rationem teſte Auerroe.quẽ Doct.
ſæpè allegant.ut per Cagnol.in l.in ambiguis pro
dotibus.

dotibus.§.quoties. in fi.ff.de reg. iur.

Sic etiam non obstat,quòd interpellatio iudicialis † non releuet, ex quo non constat interpellantem fuisse in ciuitate Venetiarũ tempore quo assignatio fieri debuit, iuxta no.per Bart.in l.item illa.in prin.ff.de consti.pecu.quia vltra quòd hoc fundamento interpellationis quo ad constituendum in mora aduersarium,qui re ipsa, & suo malefacto ipso iure fuit in mora constitutus, vt sup. non egemus. tamen nõ obstat intentioni nostræ, cum ut ex responsione facta ad interpellationem ipsam, apparet quòd idem Andronicus nolebat illuc ire ad consignandum suam partem,imò petebat sibi iterum solui, qđ semel solutum seu cõpensatum fuerat, non erat opus aliter accedere ad locum præfatum.quia satis constituitur in mo
29 ra † sine interpellatione, qui negat se velle solue re,ut trad.Marcus Anto.Bauer. in tract. de mora. secũda par.9.limitatione.nu.16. tum etiam,quià quando creditor scit debitorem nõ habere rem solutioni paratam,prout in casu isto in quo à debitore ipso solo non depẽdebat assignatio,& traditio,sed prius erat reluenda ab hæbreo, non te-
30 netur ad locum destinatum accedere † interpellans.ita limitat Iac.de Ra.in d.l.item illa. & Io. de Ami. alijs rationibus comprobans in cons. 152. per totum.

Et sicut non licuit suppignorare partem dicti dñi Antonij dicto aduersario,minus licuit vendere eo prætextu, ut sibi satisfieret de eius credito. cum ad ipsum soluendum nunquam fuerit in mora idem dominus Antonius,& nulla vnquàm fuit eidẽ facta interpellatio,vel denunciatio,quo ca-
31 su etiam si habuisset rem † hypothecatam, cum tamen uendere nõ potuisset.l.cum soluendæ. vbi Bar.ff.de distract.pigno.& l.fi. C.de iure domi.im petr.trad.Pau.in l.si cõuenerit. la prima.ff.de pig. actio.& trad.Neguf.in dicto tract.de pigno. sexta par.in princ.

Concluditur itaque pronũciandum esse bene pro parte nostra fuisse appellatum, & male iudicatum in partibus cõtrarijs primæ sententiæ,cõdemnando etiam aduersarium ad dicta interesse passa durante lite,& causa huiusmodi.& cõdemnando partem aduersam in expensis,quæ etiam erat condemnanda per iudicem a quo respectu partis per duas sentẽtias conformes obtentæ, ma
32 ximè cum ex eisdem actis causa decidenda † uenit,quo casu nullam iustã causam aduersario tribuit litigandi iniusta sentẽtia ad eius fauorẽ pro parte lata.Iuxta trad.per Bal.in l.fi.in fi. C. quãdo prouo.non est neces.& in l.generaliter.vbi alij.C. de reb.cred.& iureiur.Lanfr.in sua pract. in uerb. expensæ. nu. 19.Aufr.in addi. ad decisionẽ Tholos.222.& Ioan.de Ami.consilio 83.numero decimo,& idem erat facienda cõdemnatio expensarũ ex eo, quod ipse dominus Antonius fuit absolutus ab iniquis petitionibus aduersarij.qui petebat iterum, quod sibi cõpensatum fuerat, & tamen non etiam fuit condemnatus in expensis.
imò cum renunciauerit nonnullis eius iniustis petitionibus non fuit etiam condemnatus in expensas contra not. in l.postquam liti. C. de pact. Reseruationes etiam factæ in dicta sententia per dictum Iudicem nequaquam fieri potuerunt. quia
33 debebat † absoluere,vel condẽnare dictum dominum Antonium.l.de qua re.ff.de iudi.l qui accusare.C.de eden.Bald.in terminis cons. 153.nouum dubium,primo vol.& in l.peremptorias.numero 30.C. senten.rescind. non pos.Alex. consilio 75.in prin.septimo uolum. & est de mẽte Pau. de Cast.in consilio 392. Viso quodam libello. in prin.in antiquis. & faciunt quæ idem Castr. trad. in consilio 319. Visis & ponderatis. primo & secundo dub.ead. impressio.& Rum. in cons. 38. & consilio 133. quinto volum. Et propterea reuocandæ sunt,& simpliciter confirmanda est prima sententia.Ex quibus constanter teneo nos esse in casu victoriæ. Reliqua supplebunt Excellentiæ vestræ pro earum summa integritate,& doctrina quibus me & dictum genitorem meum tam diu uexatum & distractum pro iustitia commendo.

Laus Deo Opt.Max.

Bartho.Bertaz.

ADDITIONES.

a Res tota ab eo pendet,an socius haberet potestatem uendendi.quia hoc casu concessa potestate uendendi censetur etiam concessa potestas obligandi.l.si conuenerit. §.fi.ff.de pigno.actio.ubi hoc not. Saly.l.fin. C.de rebus alien.non alienan.Rip.in l.1.nu.17.ff.de pign.ergo non est furtum commissum pignorando cum a delicto omnis causa excuset. l.& generaliter. § igitur. ff. de libera. caus. & ut furtum dicatur commissum necesse est, ut fuerit socio adempta commoditas rei suæ, & eius usu. ita dicit Ang.admonens aduocatos in d.l si socius post Bart. ibi. ff. de furt. & ob hęc fortasse iste Andronicus non fuit condemnatus ad damna, & interesse licet multa concurrerent de quibus inferius.

b Sed Ias.in d §. plurium. dicit in communibus mercibus uenalibus tacitum mãdatum inesse.sed hoc Ias dictum est intelligendum si sunt socij,secus si res sit communis sine societate, ut idem firmat Ias.in dic. § & clarius.in d.l.stipulationes non diuiduntur.in prin.

c Obstat tamen, quia aliud est habere mandatum quo ad unum, aliud est habere mandatum cum libera.primo casu hęc procedunt, secundo uero aliter uidetur dicendũ. sed socij in mercibus uidentur habere mandatum cum libera, ut ex multis posset probari,attamen etiam in secundo casu debent alia concurrere, dispositio enim.dicti §. fi.l si conuenerit.non procedit nisi fiat in utilitatẽ peculij,ut per Neguzan.de pign.3 par. primo mẽb.numero 27.& mandatum cum libera non facit, ut pignoratio fieri posit ad communem utilitatem,nec iure probatur huiusmodi distinctio mandati hominis, & legis, imò confunditur per l.1.§.1.ubi Bart.ff.quę res pigno. oblig. poss.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Tractatur rursus superior materia resoluẽdo non nullas dubitationes, & de pœna.l.si socius.ff. de furt.

SVMMAE.

1 *Alienare non potest socius ultra suam partem rei communis.*
2 *Furti tenetur socius, qui alienando rem communem aufert commoditatem suae partis socio.*
3 *Idem si rem conuertat in proprios vsus.*
4 *Dolus est in socio pignorante rem communem, vel illam damnificante abutendo. nu. 5.*
6 *Socius tenetur socio nõ solum de dolo, sed etiam de culpa lata, & leui.*
7 *Damna & interesse debentur socio, si alius socius vtatur re communi ad vsum non destinatum.*
8 *Socius inferens mortuum in fundum communẽ tenetur ad damna socij alterius.*
9 *Sequestratio si procedat ex culpa socij ille tenetur.*
10 *Quantitas potest probari iuramento contra dolum.*
11 *Causa quae cognoscitur sola facti veritate inspecta, quomodo sit cognoscenda.*
12 *Vel sit commissa de facto.*
13 *Clausula super quibus facit, ut libellans omne remedium sibi competens intẽtasse uideatur.*
14 *Debitor debet ante omnia requiri.*

CONSILIVM CCLXXIX.

In Domino confido.

PRO dissolutione dubiorum per magnificum dominum Iudicem in hac causa domini Antonij genitoris mei excitatorum praemitto, quòd agitur contra dominum Andronicum Pecinum, ad precium residui Canabis communis inter ipsas partes pro parte spectãte dicto domino Antonio, & ad damna, & interesse passa per ipsum D. Antonium. cuius intentio est fundata, ut latè in primis allegationibus dixi. Constat enim ex processu ipsum dominum Andronicum de anno 1548. & de mense Iunij suppignorasse Iacob hæbreo milliaria triginta canabis communis inter ipsum, & dictum dominum Antonium. & quòd eam per tres annos, vel circa nõ redemit, vel reluit, & tandem eam uendidit, & de ea arbitrio suo disposuit, quo fit ut minime negari possit ipsum D. Andronicũ dolosè, & culposè uersatũ fuisse in hac re, & propterea teneri ad omnia damna, & interesse passa per dictum dominum Antonium, & liquidata in processu de quibus alias dictum fuit. Nãq; in iure
1 clarissimum est † socium non posse nisi suam partem alienare, vel pignorare. l. nemo ex socijs. in princ. ff. pro soc. l. si socius. ff. si cer. pet. l. 2. C. com. diui. l. si fratres. C. com. vtri. iud. & l. vni. C. si com. res pign. data sit. & tenetur pęna furti ex quo vsus fuit re communi, & parte consocij ad vsum non
2 destinatum, & abstulit commoditatem suae † partis consocio. l. rei communis. ff. pro soc. Bar. in l. si. socius. ff. de fur. Alcia. in tract. praesumpt. 3. regula, praesumptione prima. in prin. & φ socius conuertẽdo rem communem in vsus proprios teneatur
3 furti † latè etiam scribit Paris. consilio 88. numero septimo. & seq. & cons. sequenti. numero 20. & seq. 1. vol. Et quòd per talem pignorationem, &
4 contractum d. D. Andronicus † fuerit in dolo non est dubitandum, ut omnes supra allegati affirmant, quod & tradit Corn. cõsilio 128. col. secũda. in tertio volum. & cõs. 116. colum. fi. in primo vol. dolo enim dicitur fieri, quod contra bonam fidem fit. l. si dolo. C. de rescin. uendi. Craue. consi lio 142. numero 14. & qui scienter facit rẽ prohibitam censetur in dolo, ut in terminis in socio rẽ
5 communem damnificante, † & ea ad usum non destinatum utente trad. Alex. in cõs. 103. videtur prima cõsideratione. col. 6. 1. vol. sequitur. Craue. plura allegans in cons. 193. numero 2. & tertio. Si igitur dictus dominus Andronicus fuit in dolo prout clare ex dictis Iuribus, & auctoritatib. comprobatum est. nemini dubium, quòd tenetur ad omnia damna, & interesse dicti domini Antonij passa per eum occasione dictae pignorationis rei suae, quae debebat uendi, & uẽdita fuisset, sicut reliqua pars uẽdita fuit, si sibi fuisset assignata. cum
6 socius teneatur consocio † ne dum de dolo, sed etiam de culpa lata, & leui. l. cũ duobus. §. uenit. & pro soc. l. contractus. vbi moder. ff. de reg. iur. & trad. Paris. in consilijs supra allegatis.

Secundò posito licet non concesso, quòd dictus dominus Andronicus non posset dici dolosè uersatus (quod tamẽ nusquàm dici potest per praefata) non tamen negari potest, quin fuerit in culpa utendo re communi ad usum non destinatum. si enim partes cõuenire, (ut in chyrographo apparet) φ quanto citius posset uenderetur canabis, quomodo poterat dominus Andronicus eã suppignorare, & per tres annos suppignoratã habere. certè hoc est iniquissimum, & contra oĩa iura mundi, ut non teneatur propter huiusmodi culpam ad damna, & interesse passa per dominũ Antonium consocium. quando enim socius utitur re communi ad vsum non destinatum certum
7 est teneri ad damna, † & interesse consocij, ut est tex. & ibi Bar. in l. Sabinus. ff. com. diui. Bar. in l. Labeo. ff. de aqua plu. arcen. Alexand. d. consi. 103. colum. quarta. Sic etiam videmus, quòd si socius dat damnum in re cõmuni tenetur cõsocio. l. sed si ex causa. §. 1. ff. ad l. Aquil. l. sed si causam. cum l. sequen. & l. sed & nihilominus cum l. sequen. ff.
8 pro soc. Item socius † inferrens mortuum in feudum communem tenetur ad damna consocij. lege si fundus. vbi glos. & Fulgos. ff. pro soc

sic

sic etiam tenetur socius ad damna cōsocij si eius
9 culpa † res communis sequestretur, ut trad. Pet. de Vbal.in tract.socie.octaua par. sexta quæst.numero septimo. Ex quibus liquido constat hunc. dominum Andronicum cōsocium propter eius culpam teneri ad omnia damna,& interesse dicti domini Antonij in processu liquidata,ut in prioribus allegationibus latè ostendi, quæ etiam pos
10 set † iuramento probari propter dolum dicti domini Andronici iuxta l.si quando. cum ibi no. C. vnde vi. Rom. singu. 401. Interesse.Bald.consilio octuagesimo. Principis cura. numero secundo. volum.tertio.& Alexand. consi.214.7. volum.

Secundò præmitto (ut etiam alias dixi,) quòd hæc causa cognoscitur, & recognosci debet ex forma statutorum bulletarum ciuitatis Ferrariæ sola facti ueritate inspecta, quo casu iudex sicut
11 Deus, & sicut † Princeps iudicare potest omisso omni ordine iudiciario,ut per Doct.in §.in bonæ fidei.Insti.de actio.in c.dilecti.ubi Dec.de Iudi.& isto casu iudex potest credere probationi tātum persuasiuæ.ut per Dec.in d.c.Marf.sing.494. probationes.Blanc.tract.de compro.q.prin.numero trigesimonono. Et potest etiam iudicare absque cognitione,& probatione secundum Bart. consilio octuagesimosecundo. punctus. q. prima col. & licet loquatur quando causa erat commissa cū clausula de facto tamen. Idem est dicēdum quan
12 do est commissa † sola facti ueritate inspecta,uel ex forma statuti ita de ea cognoscendum est, ut patet ex no.per Aret.in cōsilio octuagesimoquarto.Rom.consilio 243.hæc sententia.& Ioan.Bap. de Peru.in suo tract.de arbit. decimo lib. cap.decimoquarto. Et licet una causa sit proposita,& altera probata potest obtineri in probata. l.Aemilius.ubi Bart.de mino. Alexand.consilio 114.numero sexto.volum.sexto. Dec.& Moder.in l.certi condictio.§.si nummos.ff.si cer.pet.& Marf. consilio 272.in hac inclita.

Deuenio modò ad solutionem dubiorū propositorum. Et primo in quantū dicitur,quòd non censetur ꝓbata intentio agentis,qui uidetur agere propter moram, & culpam d.Andronici non assignantis residuum suę canabis per totum mensem Iulij,& ut in dubijs.nam respondetur, quòd de dolo, & culpa dicti domini Andronici satis apparet per ea, quæ sup. deducta fuere in primo præmisso,quo casu tenetur ad omnia damna dicti Antonij sine aliqua alia mora, vel interpellatione,ut sup.probatum extitit.Et cum in petitione narrata fuerint omnia ad huiusmodi negotiū pertinentia, & fuerit addita clausula illa super quibus, & c. ut in libello, dubium non est quin
13 omne remedium sibi competens † quomodocunq; libellans intentasse uideatur iuxta no. per Doct.in c.secundo.de ordi.cogni. in c. examinata.de iudi.& in §.omnium.Inst.de actio. tum quia etiam quòd una causa fuerit proposita, & alia probata, potest obtineri per ea quæ sup.in secundo præmisso deducta fuere. Et licet ex receptione illius quantitatis receptæ per me, fortè nō possit dici, quòd censeatur probatum, quòd dictus dominus Andronicus teneretur per totum mēsem Iulij reliquum assignare, tamen non ēt propterea probatur, quòd aliquod ius ipsi domino Andronico fuerit quæsitum, ut ad residuum non teneatur,& per consequens ad damna,& interesse.D.Antonij. quia solutio partis non liberat ipsum à reliquo.l.si quidem. vbi Docto. C.de transact.no.Doct.in §.si minus.Insti.de actio. Pro residuo igitur remāsit obligatus dictus Andronicus sicut erat prius. nec valet consequentia, quòd posset uendere partem canabis domini Antonij iuxta cōuenta in chyrographo,quia si chyrographum ipsum uideatur, non apparet ex eo, quòd ipse haberet talem auctoritatem partem domini Antonij uendendi, quia dicitur in eo, quòd quāto citius fieri posset deberet uendi dicta canabis. nec dicitur per dominū Andronicum, sed Impersonaliter quo casu intelligitur, quòd ambo socij deberent concurrere, quia nemo potest plus parte sua alienare, maximè quando non est præpositus ad hoc. prꝰterea prius non erat suppignoranda,& postea uendēda, post tres annos, sed debebat uendi tēpore quo ualebat precio conuenienti,non autem sinere eam putrefieri, & deuastari, postea non requisito, vel monito dicto domino Antonio eam uendere,hoc enim minime fieri poterat etiam quòd dicta canabis fuisset hypothecata domino Andronico,prout nō erat. quia dominus Antonius nunquam fuit in mora soluendi suum creditū dicto domino Andronico,& debe-
14 bat prius requiri † debitor, ut latè per Neguf.in tracta.de pigno.6.par.in princ.

Secundò, nō obstat, quòd interpellatio extraiudicialis nō uideatur probata per unum testem, & iudicialis non uideatur releuare ex eo, quòd non cōstet dominum Antonium, uel eius procuratorem tempore solutionis fiendæ fuisse in ciuitate Venetiarum, quia primo respondetur, quòd in casu nostro non est opus aliqua interpellatione probanda:ex quo dominus Andronicus sine aliqua noua mora propter eius dolum,& culpam tenetur ad damna, & interesse domini Antonij, ut supra in primo præmisso plusquam plenè cōprobatum est.nec video responsum huic fundamento,quod militat tā in iure,& rigore quàm in ęquitate. nescio enim uidere (nisi fallor) quomodo hic reus uelit sibi licuisse rem communem suppignorasse,& suppignoratā habuisse,& tenuisse per tot annos,& tandem uendidisse non monito, uel uocato cōsocio, & modo, audeat affirmare se nō teneri ad dāna,& interesse consocij.certè ego nō credo,ꝙ aliqua lex, mercator, vir probus, aut diabolus ipse, auderet affirmare.

Et licet fortè per unum testem tantum probetur de dicta interpellatione extraiudiciali, tamē quia de hac cā cognoscitur sola facti ueritate inspecta, ut supra, potest magnificus dominus Iudex eidem credere, quod tanto magis faciēdum

est, eum appareat, quòd dicto tempore ego fuerim Paduæ. quod & affirmant plures alij testes, qui deponunt, quòd per multas vices, & diuersa tempora post exactam primam partem canabis illuc accesserim, quid enim opus erat illuc accedere nisi, ut peterẽ, quod nostrum erat? Et certè licet forte non sit probatum, potest magnificus dominus Iudex credere, quòd ne dum vnica interpellatio, sed mille extraiudicialiter factę fuere dicto domino Andronico, sed oẽs fuere vanę, quia habebat dictam canabem obligatã & suppignoratam, & nunquam potuit eam reluere nisi vendendo eam, ex cuius precio satisfecit hæbreo, vt affirmat emptor ipsius canabis examinatus in processu.

Et quia non fuit transmissus processus non potui uidere an sit probatum, quòd tempore præsixo in iudiciali interpellatione ego essem Venetijs. quia scio certe me illuc accessisse, & stetisse per nonnullos dies post factam interpellationẽ, & illuc etiam venit dominus Raynaldus de Bergomo, qui forte in suo testificatu hoc testari põt. sed ut dixi hæc omnia essent ex abundanti, quia propter culpam imò, & dolum d. domini Andronici ipse non potest se tueri quin teneatur ad nostra damna & interesse. Reliquum est, ut magnificum dominum Iudicem orem, obsecremq;, ut cuncta supra allegata, & alias deducta in primis allegationibus (iuxta suum morem) velit diligenter considerare. & hunc reum hominem mendacem, & infidũ, dolosum, & culposum, de tot suis malignitatibus, culpis, fraudibus, & mẽdacijs punire, iustitia præuia, condemnando ipsum ad petita per nos in nostra petitione, & in expensis.

Bartho. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Absentibus imputatis fregisse pacem, an agnati, vel habentes interesse, & fideiussores possint comparere pro suo interesse, & sint admittendi.

SVMMAE.

1 *Pacem rupisse absentes quosdam si prætendatur, admittendi sunt comprehensi pro suo interesse ad defensam inquisitorum.*

2 *Defensor absentis contumacis admittitur pro suo interesse si pro alio teneatur, ut in treuga rupta, & ita fuit iudicatum.*

3 *Pacis de ruptura nõ tenentur comprehensi, vel fideiussores ob contumaciam delinquentis, & numero 4.*

5 *Bannitus qui vult docere non fregisse pacem meretur impetrare saluumconductum in cæteris.*

6 *Pacis ruptæ pœna debetur ex causa ciuili non ex criminali.*

7 *Statutum prohibens defensorem delinquentis absentis non habet locum in defensore fractoris pacis.*

8 *Statutum prohibens, quòd non audiatur comparens pro inquisito de crimine, non comprehendit tertium comparentem pro suo interesse.*

CONSILIVM CCLXXX.

In Domino confido.

INQVIRVNTVR Fabritius, & Andreas de Mergotis de Lugo, qđ vulnerauerint vna archibusiata dominã Venerandam vxorem Rittizzoni Fachini, & etiã alia archibusiata percusserint D. Claram eius Filiam in Galero, quem habebat in capite, propter quæ fuerit rupta pax, quæ olim inter agnationem, & familiam dictorum de Mergotis, & de Fachinis inita fuit. In quo processu inquisitionis comparent illi de agnat. ipsorum de Mergotis, & instant admitti ad probandum præter alia, quod dicti de Mergotis non offenderunt dictas mulieres de Fachinis, pro ut in inquisitione continetur. Verum quia ipsi inquisiti non comparent, ex quo fuerunt condemnati ad pœnam mortis ob homicidia, & alia delicta illis imputata, oritur dubium an dicti de Mergotis ad quos si pax fuisset rupta pertineret onus solutionis pęnę, & ad illam soluendum cogi possent, admitti possint pro suo interesse ad probandum defensiones dictorum inquisitorum non comparentium, quo ad hoc, ut non teneantur pœna pacis ruptæ. In quo dubio ego semper eius fui sententiæ, quod debeãt admitti, cũ tractetur de eorum interesse,
1 † per trad. per Alex. in cons. 30. ante fin. sexto vol. vbi tertius pro suo interesse potest comparere ad defensam inquisitorum ad instruendum causam, quod uoluit etiã Soci. in regula 395. procurator. in sexta fallen. & sequitur Ioan. Baptista Plot. in primo tom. consiliorum crimin. consilio 130. numero 75. Et hæc est regula firmissima, qđ quan-
2 do unus tenetur pro delicto † alterius potest comparere, & debet audiri pro suo interesse, ut habeť per Doct. in l. cum filiusfam. in prin. & illic expresse Socin. & Alcia. ff. de verborum obligat. Quod etiã tenet Modest. Polento. in secundo tom. consiliorum criminalium. consilio quadragesimonono. numero quadragesimosecundo. & in his terminis in fideiussore Treugæ. in fortiori casu consuluit Iul. Scarlat. in d. 1. tom. cons. crim cons. 114. Vbi dicit habuisse hunc casum in hac ciuitate Ferrariæ dum hic prætorem ageret. & in fin. d. cons. dicit ita fuisse iudicatum in ea causa non obstante statuto prohibente defensiones inquisitorum admitti eis non cõparẽtib. personaliter, q̃a illud procedit in suo casu, q̃n s. quis cõpareret, ut defenderet

fenderet inquisitum, non quando venit ad defensam propriam, ne teneatur ad pœnam, & pro suo particulari interesse. nam talis defensio nō iuuat ipsum inquisitum contumacem, ut per eum ibi.

Nec decretū Ducale, super fractione pacis, vel treugæ, quo disponitur contumaciam rei principalis nocere fideiussoribus, impedit admissionē principalium, vel fideiussorum ad defendēdum, Imò non fuisse ruptam pacē, sed eos iuuat magis.

Nam cum ex sententia lata (circumscripto dicto decreto) ob contumaciam delinquennū, nō
3 tenerentur comprehensi in pace, † vel fideiussores eorum ad pœnam, ut per Doct. in d. l. cum filiusfam. in prin. Marſ. cōſ. 82. nu. 12. & 13. Iul. Scarlat. d. conſ. num. 4. Cæſar Ronda. in d. 2. tom. conſ. 17. & in treuga, & cautione de nō offenden. Fran. Hercula. in tract. de caut. de non offenden. ca. 29. nu. 1. & ferè per totum, & Nico. Moro. in tract. de fid. treu. & pac. c. 53. in prin. certè eum teneantur ex decreto, debēt tanto magis admitti pro eorū interesse ad ostendendum pacem non fuisse ruptam, maximè cum id ex dicto decreto non sit illis prohibitum. Et ita ego alias iudicaui admittendos esse fideiussores habentes interesse, ob pœnā, & audio etiam fuisse pluries iudicatum in prouincia Romandiolæ. nam nec per hoc cōtrauenitur statuto loquenti in principibus delinquentib. de quorum defensione agitur, cuius uerba non con-
4 ueniunt habentib. interesse, † ut in simili ad propositum trad. Thob. Non. in consilio 108. 3. dub. nume. 26. & certè impium, & iniquum esset non admittere defensiones eorum nisi comparerent principales delinquentes banniti, & condemnati ad mortem, ex aliis delictis, qui petierunt etiā saluucōductum pro aliis imputationibus. & esset inuēta uia declarandi omnes paces fuisse ruptas, ex quo banniti, & condemnati ad mortem imputati de fractione ipsa, nō possent comparere personaliter sine periculo mortis. Nam hoc casu dēt
5 concedi saluus † cōductus in cęteris, ut per Clar. in pract. quæst. 32. vers. Tu scis, quòd bannitus.

Præterea in casu isto, tanto clarius uidentur admitti ipsi de Mergotis, cum tractent de defendendo se, & dictos inquisitos non à pœna criminali, aut delicti, quæ debetur de iure communi, aut ex forma statutorum, ut in statuto, qualiter, & quando procurator interuenire possit in causis criminalibus. sed à pœna pacis ruptæ, quæ non debetur de iure cōmuni, nec ex forma statutorū, sed ex contractu pacis, & ex conuentione in eo
6 facta, quo casu dicitur descendere ex causa † ciui li, non ex criminali. Corn. in terminis. consil. 42. colum. penult. ad fi. secundo uolum. & consilio 8. quarto dub. 6. & 7. colum. tertio uolum. Grat. con silio 136. nume. nono, & decimo. primo volum. & Pet. Calepha. in secundo volum. consiliorum criminalium, primo impressorum conſ. 86. num. 2. &
7 seq. nec statutum † loquens in criminalib. in hoc casu locum sibi uendicat, ut in indiuiduo trad. Corn. d. conſ. 42. d. col. pen. in fi.

Quod, & ex alio procedit, quia statutum illud prohibitiuum disponens, quod nō audiatur comparens pro accusato, inquisito, aut denunciato
8 pro aliquo crimine, † non comprehendit tertium comparētem pro suo interesse, iux. trad. in l. si pro lusorio. §. 1. ff. de appellat. & in c. cum super. de re iudi. Alex. in allegato conſ. 30. in fi. in 6. Rui. conſ. 5. col. pen. & fi. & conſ. 9. col. 2. in 5. vol. Plot. d. cōsilio 130. nu. 75. & Ant. Gabr. lib. 7. suarum cōclusionum. tit. de crim. concl. 9. nu. 46. & Iul. Scarlat. in his terminis in d. conſ. 114. max. nu. 20. Possem alia plura adducere ad cōfirmationem huius veritatis, sed quia supradicta satis, & super casum hunc decidūt in his terminis cætera tanquàm nō necessaria missa faciam. Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Vasallus an cadat à feudo sit quæ illo priuandus, si noua imposuit vectigalia?
Vel monopolium exercuit faciendo proclamata pœnalia, & banna.
Vel non accepit sal, quod debebat accipere sub pœna recasuræ à bonis feudalibus. & de aliis pœnis.

SVMMAE.

1 *Pœna imponentis noua vectigalia quæ sit de iure canonico, & ciuili.*
2 *Vectigalia quando sint exacta per vim, & quid importet pœna commissi imposita non soluenti.*
3 *Vectigalium institutio, & exactio est reseruata soli Principi nō recognoscenti superiorē.*
4 *Gabellas iniustas, & fraude extortas fraudans non tenetur nec Deo, nec mundo.*
5 *Feudum nobile si sit concessum quid sit concessum ob hoc, & an possint noua vectigalia imponi.*
6 *Vasallus male tractans subditos feudo priuari potest.*
7 *Monopoli pœna est exilium cum confiscatione bonorum.*
8 *Sal, vel salina est species vectigalis, & pertinet ad Dominos superiores, & vasallus debet illam à Dominis accipere, & non potest facere proclamata contra hæc.*
9 *Vasallus priuatur feudo, vel emphyteusis ob non solutionem. & hæc solutio probanda est.*
10 *Priuationis pœna nunquam habet locum nisi lex expresse disponat.*
11 *Pœna non habet locum nisi sit statuta, & nisi in casibus à iure expressis.*

12 *Ius canonicum non ciuile est seruandum in terris subiectis ecclesiæ.*

13 *Pœnæ temere appellantis statutæ à iure ciuili non procedunt de iure canonico.*

14 *Ius canonicum, et ciuile si sit contrarium in dubio standum est iuri benigniori pro euitanda pœna.*

15 *Iuri canonico propter iuramētum statur in materia feudorum.*

16 *Feudum, antiquum non venit in confiscationē, et quando sit antiquum, et non nouum.*

17 *Vasallus non potest feudo priuari nisi sit in dolo, et quando excusetur si imposuit vectigalia stante consuetudine.*

18 *Monitione opus est in casu contrafactionis in committendo.*

19 *Conductor licet positus in locum locatoris non potest tamen facere incidere dominum in pœnam.*

20 *Colonus magis tenetur fructus vendere Domino, quàm alij.*

21 *Citatio per proclama, vel edictum generale nō sufficit si est certus citandus.*

22 *Proclama generale nunquàm sufficit vbi agitur de amittendo beneficio, sed specialiter debet moneri clericus.*

23 *Vasallus citatus per edictum generaliter ad accipiendum inuestituram non potest feudo priuari.*

24 *Pœnæ nunquam est locus in facto negatiuo nisi sit facta specialis monitio parti.*

25 *Habitans extra prouinciam iustè ignorat bannum factum in prouincia.*

26 *Ignorantia propter absentiam præsumitur.*

27 *Ignorātia excusat in his, quæ de sui natura prohibita non sunt, & à quo sit probanda ignorantia, vel scientia.*

28 *Modica, & nulla æquiparantur.*

29 *Restitutio competit aduersus ignorantiā banni.*

30 *Feudum iurisdictionis cui annexa est dignitas non potest diuidi.*

31 *Restitutio concessa minori quando viuet maiorem.*

32 *Vasallorum si vnus committat alter sit fidelis vterque ratione communionis feudum retinebit.*

33 *Solutio trium annorum proximè præteritorum facit præsumi solutionem in præterito suis temporibus.*

34 *Vasallus non cadit à feudo etiam si per mille annos non solueret honorarium.*

35 *Feudum magis innititur gratiæ, & beneficio, quàm emphyteosis.*

36 *Emphyteota restituitur à caducitate ob minorem ætatem.*

37 *Possessoribus in dubio fauendum est.*

CONSILIVM CCLXXXI.

In Domino confido.

QVASI ferro viam aperit, qui per contraria transit, inquit Bal. in l. preeib. 8. col. vers. modo contra. num. 53. C. de impub. & alijs sub. Propterea in hac causa Illustriss. Comitū Alfonsi. & Theophyli nobilium de Calcagninis, cum Apostolica camera, vt ueritas dilucidior pateat, quæ sępius ex agitata magis splendescit in lucem. cap. graue. 35. q. 9. consultoris more procedam iuxta ordinem iureconsi. in l. naturalem. §. 1. de acquir. rerum dom. & per Imperatorem. in §. illud quæsitum. Insti. de rerum diuis.

Prima itaque facie videtur dicendum ipsos Illustriss. Comites cecidisse a iuribus suis feudi territorij Leonini sibi in feudum concessi, per olim fęli. recor. Leonem Pont. X. quatuor ex causis seu capitibus. primò propter vectigalia noua in dicto territorio per eos imposita, ex quorū impositione dum dicto feudo vidētur posse priuari, sed
1 pœnis plecti. nam licet † de iure cano. solum pœna excōmunicationis, quoad vsq; percepta fuerint restituta cēseatur apposita. c. siquis Romipetas. 24. q. tertia. & c. innouamus. de cēsi. tamen de iure ciuili propter institutionem tātum pœna est. c. aureorum. & infamiæ. l. 1. §. item is. ff. ad l. Iul. de ambi. sed quia videtur etiā posse dici, quòd talia vectigalia fuerint exacta per vim, ex quo per officiales dictorum Comitum omnes trāseuntes coguntur soluere, alias seu inciderint in commissum res auferuntur, pœna. l. Iul. de vi pub. videntur te-
2 neri præfati Comites. l. fi. ff. ad l. Iul. de vi pub. † quę deportationem, & omnium bonorum publicationem importat. l. qui dolo. §. fi. cum glos. iuncta. l. 3. ff. ad l. Iul. pecul. & §. item lex Iul. Insti. de publ. Iud. & l. deportatorū. C. de pœn. Ita declarat Saly. in l. fi. C. noua vect. institui non pos. Boni. de Vital. in tract. malef. in Rubr. Ad l. Iul. de vi pub. in prin. & tit. seq. imò in cōfiscationē veniūt et bona post deportationem quæsita. l. 2. C. de bon. præscrip.

Nec videtur dicendū ipsos D. Comites potuisse dicta vectigalia instituere, & exigere aliquo iure, cum ea tātummodo sint reseruata Principi nō recognoscenti superiorem. ut in cap. primo. vbi
3 Iser. Bal. & alij. † in tit. quæ sint rega. & habetur. in cap. super quibusdam. de verb. signif. & est tex. in l. vectigalia. vbi Bart. dicit esse extorsiones, & quod ea fraudans non tenetur Deo nec mundo.

ff. de

ff.de publ.& uecti.quod ultimum etiã tenet Bald. in l.2.C.de iure annul.aure.Abb. & Feli.in c.1.de consti.et q̃ non possint sine speciali priuilegio imponi.trad.ēt Doct.in d.c.innouamus.& cap.super quibusdam.Spec.in tit.de cau. pos. & pro.§.quia vero.vers.quid de colligentibus.Bald. cons.468. qualiter.nu.4.3.vol.& cōs.237.factum super quo 4.vol.Abb.cons.13.2.col.2.vol.Ferra.in sua prac. iud.in forma super solutione pedagiorum,in glo. panni borsolini.nu.3.Aret.l.placet.col.pen.C.de sac.san.eccl.Dec.cons.534.in prin.Par.de Put.in tract.synd.in Rubr.de exces.Baronum.2.c.nu.19. fol.11.Bertach.in trac.de gabel.prima parte.3.q. latè Saly.in l.2.C.uecti.no.nec tempus pōt iuuare
a ipsos imponentes,[a] quia vt præsumeretur priuilegium exigitur lapsus temporis cuius memoria in contrarium nō existat.d.c.super quibusdã,& not. Doct.in locis prællegatis.

.Nec etiam, videtur posse fieri fundamētum in verbis inuestituræ,& seu concessionis dicti feudi, dicitur quòd Pontifex illud territorium in nobile feudum cum omnimoda iuridictione ac mero,& mixto imperio alijsq; suis iuribus,& pertinentijs cōcedit,quia respectu illius verbi,nobile,hoc nō facit quicquàm,quia solum importat, quòd inuestitus consequitur nobilitatem à Pontifice,quod in feudo concesso per Imperatorem,Papam, uel
5 Regem accidit.c.1. † quis dicatur Dux, uel Marchio,ut Bald. & Iasno.in prælud.feud.in 10.diuis. Io.And.in rub.de præscrip.in addi. Spec.Alexan. consilio trigesimo. quoniam colum. pen. lib.primo,dupplicato in cons.2.lib.sexto.Pet.Rebuffus. in declara. arbo. feud. vbi alios allegat, litera.s. Nam ad hoc, vt vectigalia noua induci possint speciale priuilegium à Principe exigitur,vt multi ex supra allegatis Doc.affirmāt. Similiter illa alia verba,cum oimoda iurisdictione mero,& mixto Imperio.& ex hoc nō possunt importare, ut in terminis expressis decidit Iacobi.de Santo Georgio in trac.feud.in verb.cū mero,mixto imperio,&c. colū. pen. vers. sed alterius dubitat: Verba uero
6 illa † cum alijs suis iuribus, & pertinentijs comprehendunt ea quæ statuto,lege,uel consuetudine ad rem pertinent.Inno. in c.cum ad sedem. de rest.spol.Bald.in c.primo. de capi. qui Cur. uend. Soci.l.prima.col.secunda de rebus dub. & in terminis.Ferra. in sua pract. iudiciaria in forma lib. ad reuoca.feu.in gl.cum omnibus iuribus,& pertinentijs.& in forma lib.in actio.reali.in glo. cum pertinentijs.ubi in addit.vnde cū de iure, uel statuto seu consuetudine dictū territorium illuc usq; nō admiserit huiusmodi uectigalia super talibus uerbis fundamentum fieri non potest.

Confirmantur præfata, quia negari posse non uidetur, quòd per impositionem vectigalium ipsorum male subditi non tractentur per præfatos Illustriss.Com.sed quādo vasallus seu feudatarius male tractat subditos per Dominum Feudi feudo priuari potest.ut trad.Bald.per illum tex. in c.primo.§.publici latrones.de pace tenen. vbi Iac.Aluar.Roma.& Alexand.in l.diuortio. §.si fundum. secunda col.ff. sol.matr.Pau.de Cast.& Docto.in authen.qui rem.C.de sac.san.eccle.& Soc.in cōsilio 272.quarta colum. vers. sexto.Illa conclusio. Nam etiam,quòd vasallus plus solito a superiore grauaretur nō propterea plus solito subditos grauare potest.ut trad.Flor.in l.filia nupta.in princ.ff. famil.herci.Bertach. d.tertia quæst.& Soc. dicto versic.sexto.

Et licet Bald.& alij in dic.§.publici latrones & multi ex supradictis Doct. dictā ita demum vasallum priuandū etiam si monitus perseuerat in male tranctando,tamen in casu isto ex quo peccatū non est in negligendo, sed in committendo non videtur necessariam fuisse monitionem. ut uidetur velle Pau.de Cast.per illum tex.in l.eleganter. §.si.de pig.act.& latè post Alex.trad. Cur.in add. in l.si mora.sol.mat. Præterea uidentur satis moniti ex quo ex parte fisci pro dictis vectigalib.inductis ad pœnam actum est, & iudiciū agitatum coram Gubernatore vrbis.

Secundò principaliter videtur dicendū ipsos D.Comites ne dum feudo priuandos esse, sed ēt cæteris bonis expoliandos propter monopoliū, quod exercuerunt. namq; soli uendi fecerunt sal in dicto territorio in feudato. proclamata pœnalia,& banna fieri faciendo, quòd omnes habitantes in eo territorio deberent emere de ipso sale, & non alieno. quo casu non videtur posse negari hoc esse monopolium, cuius pœna est exilium cum confiscatione bonorum. l.vni.ubi Bal.C. de
7 monopo. † & quòd sit monopolium huiusmodi venditio salis,trad.Abb.d.c.super quibusdam. & Alci.l.Inter publica.in fi. de verb. signif.nam sali-
8 na † vectigalium species est. l.si quis. C. de vecti. & com.& d.l.inter publica.& d.c.super quibusdã. & de Principi reseruatis censetur.d.c.primo.quæ sint regal.ubi Docto. vnde sequitur, quòd nisi ex priuilegio,vel consuetudine præscripta tanti temporis cuius memoria incontrariū nō existat fieri non potuit.ut d.c.super quibusdam.Spec. in d.tit. de cau.pos.& pro.§.quia uero.vers. Quid de colligentibus pedagia.& Bald. allegato consilio 468. tertio uolum.Et cum iure communi cuilibet licitum sit uendere sal,l.magis puto.in prin.de rebus eorum l.fer.& Iac.Alua.d.c.primo,quæ sint regal. & no.in d.c.super quibusdam.sequitur, quòd ipsi Domini Comites dicta banna,& proclamata ad sui utilitatem facere nō potuerunt cum maxime sint iuri communi contraria.ut in simili trad. Pau. de Cast.in consilio 148.visis,& ponderatis.& latè prosequitur Soci.alios allegans in præallegato consilio 272.tertia colum.& hoc casu uidētur habere locum etiam dicta sup. in præcedenti capite,q̃ feudatarius male tractans subditos feudo priuari potest.

Et cum simus in his quæ sunt de genere prohibitorum,ut supra, & quæ sapiunt delictum, nō vr̃ dicendum d. D.Com. ob minorem ętatem restituendos esse in integrum aduersus malefactum.

cum in delictis restitutio concedi non possit.l.au-
xilium.§.in delictis.& l.si ex causa.§.nnnc viden-
dũ.vers.& placet.ff.de min.& l.1.C.si aduer.deli.
licet hoc cessare videatur in comite Alfonso ma-
iore a multis annis citra.

Tertiò, dicti feudatarij a dicto feudo videtur
cecidisse propter sal à summo Pont.& apostolica
camera non acceptum, præsupponitur enim fa-
ctas fuisse nonnullas constitutiones seu nonnulla
banna, vel proclamata de mandato summi Pont.
in partibus Romandiolę, uel alibi, q omnes, & sin
guli feudatarij S.Rom.Eccl. sub pœna reca suræ
a bonis feudalibus, deberēt infra certum tempo-
ris spacinm accipere a camera apostolica seu offi
cialibus suis certam quantitatem salis singulis
annis. quæ cõstiturioncs seu proclamata fieri de
iure potuerunt, cum(ut sup.dictum est,)hoc sit de
reseruatis Principi Salinas facere, & solus nende
re sal. Et cum fuerint publicata ligarunt etiam di
ctos D.Com. feudatarios propter quorum publi
cationem ignorantia allegari posse non videtur.
cap.1. ubi latè glo. & Doct. de postul.prælat.cum
similibus.

Quartò, principaliter dicti D.Comites videtur
cecidisse a iuribus suis dicti feudi propter cessa-
tionem solutionis census, seu canonis pro d.feu-
do debiti p multos annos, hęc enim est iusta cau-
9 sa caducitatis, qua vasallus feudo †priuari potest.
c.ad Apostolicæ.& ibi Inno. expresse de re iudi.
lib.6.Bal.in c.duobus.nu.16.de re iud.& in c.quę
in ecclesiarum.nu.13.de consti.vbi allegat.tex.in
c.1.§.sed nec est alia iustior causa, quæ fuit prima
cau.benefi.amit.cui dicit, quòd nõ posset respon
dere Apollo, quod etiam in emphytheutâ proce
dit auten. qui rem.C.de sacr.san.eccl.& c.potuit.
loca.& l.2.cum ibi no.C. de iure emphy. Et solu-
tio cum sit quid facti non pręsumitur, sed proba-
ri debet.l.1.C.de probat.l.fi.C.de solut.no.glo.&
Doct.in l.3.C.de iure emphy. per Bart. & alios. in
l.in illa stipulatione si calẽdis. de verb.obl. Ferra.
d.sua pract.in forma lib.quo agitur ad ficti pręsta
tionem, vel rei relaxa.in glo. soluere neglexit. in
prin.& per Affli.decis.Neapo.91.nu.2.

Quibus tamen non obstantibus verius, & iuri
consonum est, concludendũ esse præfatos D.Co-
mites non posse dicto feudo priuari, & caducita-
tem vitare posse. Pro cuius ostensione pono hanc
conclnsionem. q priuationis pœna nusquam sibi
locum nendicat nisi lex expresse disponat.§.cum
10 igitur.in Auth.de nõ eligen.2.nub.quem text.ad
hoc not.Bal.in auth.ex testamento.pen.col.C.de
secundis nup.Idem trad.gl.in c.fi.verb. ex vi.quã
ibi no.Abb.de iure pat.Alex. in cõs.103.videtur
prima consideratione.pen.col.vers.pro hoc facit
primo uol.& cons.92.nu.17.in 6.& in l.etiam.§.1.
nu.7.sol.mat.Ias.in l.diuortio.§.fin.fundum.2.col.
et sol.mat.Feli.in c.2.nu.13.de spons.Dec.in c.ex
tenore.sub nu.8.de rescr.Cur.Iun.cons.119.nu.9.
& cons.137.nu.17.nbi loquitur in priuatione feu
di.& Alc.in tract.præsump.in vlt.præsump.totius
tract.nu.3.Pro quo facit quia pęna non habet lo-
cum nisi sit statuta.l.& si quis.§.diuus.ff.de relig.
per quem tex.dicit Bal.in l.3.in prin.C.de sac.san.
eccle.quòd pœnæ odiosę sunt, & non habent lo-
cum nisi in casibus in iure expressis.& sequit Dec.
alia adducens in reg.factum.§.in pœnalib. nume
ro 11.de reg.iur.facit etiam, quia præsumendum
est in eam partem per quã pœna euitatur.l.semp.
in obscuris de reg.iur.Dec.cons.2.col.fi. Alci.di-
cta præsumptione vlt.in prin. Vnde cũ nullo iure
caueatur expressè pręfatos Illustr.Com.cecidisse
a iuribus suis dicti Territorij, ut infra ostendetur
causęque propter quas impetuntur nõ sufficiant
(stantibus maxime eorum defensionibus) clarè
præfata conclusio, & de plano procedit. Aggre-
diar igitur primum caput in quo de vectigalium
nouorum impositione quæritur. In quo ex mul-
tis concludendum est, non propterea locum esse
eadncitati.

Primò, quia posito quòd d.D.Comites aliqua
vectigalia, seu pedagia noua erexerint, vel impo
suerint in dicto territorio, tamen non propterea
feudo priuari debent, nec hoc iure cautum videt.
Et licet de iure ciuili violenter exigenti deporta-
tionis pœna, & bonorum confiscatio immineat,
ut in contrarijs, tamen posito, q de aliqua uiolen-
tia cõstare posset (quod inficiatur) illa in casu no-
stro non est attendenda, cum simus in terris tem-
poraliter Rom.Eccl. subiectis in quibus ius can.
non autem ciuile seruari debet.iuxta no. in c.j.de
12 oper.no.† nunc.per Abb.Feli.& alios latè.in c.ec
clesia.S.Mariæ de consti.per Bar.& alios.in l.pri-
uilegia.C.de sac.san.eccles.& in alijs locis. vnde
cum de iure cano. sit specialiter de pęna excõmu
nicationis prouisum ea tantũ pœna est attenden
da.hinc dicunt cõiter* Doct.in c.2.& in c.ut debi
tus.de appel.quòd pęnę per ius ciuile statutę con
13 tra temere appellantem, non procedunt de iure
cano.ex quo pœna tantum expensarũ taliter ap-
pellans punitur, quod etiam tenet glo.in l.prima.
ff.a quibus appella.non lice.Spec.in tit.de appel-
lat.§.nunc dicamus circa prin.Cyn.Bal.& alij.in
l.eos.C.eo.immo etiam si contrariarentur d.iura
14 cano.& ciuilia.In dubio esset standum iuri beni-
gniori p euitatione pęnæ.ut in simili trad. Archi.
75.distin.ca.quod a partibus.super uerbo sabba-
ti.& refert ac sequitur Felin.d.cap.ecclesia.nume
ro quinquagesimotertio.& in c.in causis. secun-
do not.de testi. Quod tanto magis procedit cum
l.canonica abhoreat lucrum odiosum proximo,
& rigorem.c.primo.cum glo.de dol.& contu.c.di
lecti.de iudi.& propterea dicit Abb.in ca. secun-
do, de testa.quòd etiam, quòd ius cano. tali casu
iuri ciuili non contrarietur tamen non propterea
in foro cano.tale ius esset seruandum, & referens
sequitur Felinus in locis proximè allegatis. Con
firmatur, quia in materia feudorum si ius ciuile a
can.discordat pp iuramẽtũ statur iuri.cano.Bal.
in cap.Imperialem,§.fi.tertia col.de prohib.feu.
alie.per Feder.Fel.d.3.not.& in d.c.ecclesia.nu.
54. ibi

54.vbi Dec.num.32.& ſicut pœnæ à iure ciuili ir
rogatæ in caſu noſtrò ſibi locum minimè vendi-
care poſſunt, ita etiam pęnam excommunicatio-
nis dicti D.Comites non incurrerunt, cum nun-
quam fuerint moniti ad reſtituend. accepta præ-
textu dictorum vectigalium. quæ monitio requi
rebatur.d.c.innouamus.

Secundò poſito, quòd etiam pœna iuris ciui-
lis eſſet imponenda, & adhuc nulla priuatio rei
feudalis timenda eſt, cum de iure nouiſſimo nul-
la bona damnatorum fiſco incorporentur, ſed li-
beris remaneãt auten. bona damnatorum. & in-
corpore, vnde ſumitur. C. de bon. proſcrip. vbi
not. trad. loquens in feudalibus. Deci. in conſil.
252.numero quinto.

Tertiò poſito, quòd bona dictorum D.Comi-
b tum venirent cõfiſcanda b tamen, ex quo ſumus
in feudo antiquo, non autem nouo, ſed quod ha
buerit originem in perſonam ipſorum D. Comi-
tum, cum immò habuerit originem in perſonam
olim Illuſtr. Co. Thomæ eorum patris, quo caſu
nõ dicitur feudum nouum, vt per Dec. poſt alios
per eum ibi allegatos in conſil. 53.& 392.& Pet.
Rebuſ.in declaratione arb.feud.litera l.la prima,
& delictum non eſt directè commiſſum cõtra do
minum feudi, & ſic cõtra põtificem, feudum pręfati
territorij non veniret in confiſcationẽ, ſed fi
lij dictorum Comitum in eo excluſis eorum pa-
16 rentibus † ſuccederent.ut trad.Dyn.in regu.non
debet.de reg.iur.in 6.& ad hoc eſt tex. ineuitabi-
lis.in cap.primo, §. denique. quæ fuit prima cau.
benefi.amit.& hoc ſequitur Barto.in l.tertia.ff.de
inter.& releg.& in l.ſi finita.§.de vectigalibus. cũ
* quo tenent communiter * Doct.ibi, vbi Alex.nu.
26.de dam.infect.trad.cano.in c.2.de feud.Alex.
latè, in conſ.2.quoniam.col.4.& 5.lib.6.& in plu
ribus alijs conſilijs.latè Cur.Sen.conſi.50.nume.
98.& ſeq.& Dec.d.conſi.252.num.5.

Quartò facit, quòd vaſallus non debet feudo
priuari, niſi ſit in dolo.c.fi.de prohib.feu.alie. per
Lotha.quod etiam tenent Guil.& Bal.& alijs, in l.
in ſolennibus, C. de rei vendi. & Curt.Iun.conſi.
17 142 † nu.14.& licèt ille tex.& Doc.loquãtur alle
gati in caſu quando vaſallus non petijt inueſtitu-
ram, tamen ex eius ratione, quæ colligitur ex pro
hem.d.c. (quæ cenſetur ratio finalis.l.fi.ubi Bart.
de hæred. inſti.) poteſt dici idem eſſe in alijs ca-
ſibus, ſcilicet quòd vbi non interuenit dolus, vel
fraus vaſalli non ſit locus priuationi, quod in-
telligo de caſibus non expreſſis in iure, cum mul-
ti ſint caſus ſolum culpam exigentes, ſed iſto ca-
ſu fraus & dolus ipſorum.D. Comitum ceſſare vi
dentur, maximè cũ talia vectigalia impoſita fue-
rint eis pupillis, ſeu ſaltem puberibus, & ſub tute
la, vel cura aliorũ exiſtentibus, & eis ignorantib.

Præterea hñt excuſationem ex quo licèt de
iure vectigalia ad Imperatorem pertincãt tamen
in Itatia hoc non ſeruatur, in qua omnis ciuitas
& municipium habẽs publicum ſolum ad ſe ſpe-
ctans, ratione ipſius publici ſoli percipit vectiga-
lia guidagia, & pedagia, nec poſſumus totũ mun
dum renouare, vt dicit Ioan. Zenobius de Vbal.
inter conſi.Bal. 3.uolu. conſ.370. Et licèt hæc ſit
cõſuetudo iniuſta, & magis corruptela, ut inquit
Aret.in allegata.l.placet.col.pen. C. de ſacroſan.
eccleſ.tamen excuſat à pœna temporali, ut in ca
ſu noſtro, ut trad.glo.Abb.& Ancha.in c.cum ve-
nerabilis.de conſue.Rom.ſingu.19.an conſuetu-
do.latè Iaſ.alios allegans in l.de quibus, col.3.de
legi.& latius Marſ.in l.prima, nume.99.cum ſeq.
ff.ad l.Corn.de ſica.

Nec obſtat, quòd propter dicta noua impoſi-
ta vectigalia præfati D. Comites cenſeãtur malè
tractare, & tractaſſe ſubditos. adeo quòd feudo
priuari poſſint iuribus in contrarium adductis.

Quia reſpondetur, quòd non propter hoc po-
teſt dici male tractaſſe ſubditos, cum huiuſmodi
vectigalia per ipſos non ſoluatur, ſed per foren-
ſes tranſeuntes.

Secundò dicitur hoc iure nullo cautum eſſe, ta
li caſu vaſallum feudo priuari poſſe.& Bal. in d.§.
publici latrones. loquitur quando fuit monitus
vaſallus ad bene tractandum ſubditos, & perſe-
ueraret, quæ monitio debet eſſe trina, ut ipſe-
met Bal. declarat in Auth.ſtatuimus. vltimo not.
C.de epiſ.& cler.Nec refert, an in committendo,
vel omittendo peccatum ſit. cum illa regula, q
grauius delinquitur in committendo, quàm in
omittendo, non ſit perpetua, & aliquãdo totum
oppoſitum ſit verius, ut Iaſ. oſtendit in l. ſi mora
allegata 7.col.& in terminis noſtris, quòd etiam
in caſu contrafactionis in committendo opus ſit
18 monitione † tenet Aret.in l. diuortio.§.ſi fundũ,
ff.ſolu.matri.vbi intelligit Bal.loqui etiam iſto ca
ſu ſcilicet, quando ſumus in committendo. & So
ci.allegato conſi.272.4.col. verſi. 6.& magis ex-
preſsè Curt.Iun.conſi.allegato 138.nume.20.&
Crauet.conſi.6.num.108.

Et dictum Pau.in allegata.l. eleganter.§. fi. nõ
obeſt, quia non dicit Pau. quòd moneri non de-
beat, ſed quòd priuari poſſit, quod eſt intelli-
gendum ſecundum prędicta, ſcilicet facta moni-
tione, vt iura iuribus concordentur.l. unic. C.de
inoffi.dot.

Nec uidetur uerum, quòd fuerint aliquando
moniti dicti D.Comites. quia etiam quòd fuerit
intentatum iudicium contra eos, & productus li
bellus, ac etiam ſequuta litis conteſtatio, tamen
non propterea cenſentur moniti ad deſiſtẽdum
a mala tractatione, quia agebatur ad pœnam, &
ſic ad aliud diuerſum. vnde huiuſmodi acta non
inducunt effectum monitionis, quia aliàs opera-
retur contra mentem agentis, contra l. non om-
nis.ſi certum petatur.

Secundùm principale fundamentum ſupra fa
ctum in contrarium de pœna monopolij ſimili-
ter tollitur per tres ultimas reſpõſiones ſupra in
præcedẽte datas. nam ex quo iura de bonorum
confiſcatione loquentia ſunt correcta. & etiam
in confiſcatione bonorum non ueniũt feuda an-
tiqua,

tiqua, habuerintque iustam causam, seu saltem
excusabilem, vt supra dictum fuit in præcedenti-
bus. sequitur quòd extra aleam omnium difficul
tatum censetur esse casus noster, & caducitati lo
cus etiam non potest.

Illud etiã addo, quòd licèt fuerint facta pro-
clamata,& banna, vt supra in contrarijs dictum
fuit, quòd tamen dicti D. Comites ea fieri non
fecerũt, nec potest probari eos dedisse commis-
sionem faciendi. sed fuerunt cõductores eorum
bonorum Castri Fusignani, & territorij Leonini,
qui tunc detinebãt dicta loca, & ea fecerunt pro
sui utilitate. quo fit, vt ipsis d. locatoribus præiu-
dicare non potuerint. licèt enim conductor ma
ximè quando per tempus suæ conductionis fuit
positus in locum locatoris censeatur constitu-
tus procurator à locatore, vt per Bartol. & com-
* muniter * omnes in l.2.in prouinciali. † §. si ego.
19 ff. de nou.ope. nũc. tamen non propterea sine spe
ciali mandato potest facere dominum incidere
in pœnam, vt in hoc casu fieret, sicut non posset
expressus & verus procurator etiam cum libe-
ra.l.3.§.si procurator. Vbi communiter omnes.ff.
quod quisque iuris.l. prima. §. si procurator. vbi
etiam not.si quis ius dicen.non obtemp.

Illud etiam non omittam, quòd non propter
hoc male censentur tractari subditi, quia modi-
cum refert,& minimum eis est damnum magis à
Salinario domini, quàm ab alijs emere sal, maxi
mè quando precia sunt paria; immò honestius
videtur, quòd magis à domino, quàm ab alio
emant, prout econuerso dicitur, quòd colonus
magis tenetur fructus vẽdere domino, quàm alij
20 iusto tamen precio, vt trad. Bar. in l. prima † in fi.
C. de metalla. lib. 11.

An autem eis competere possit restitutio dice
tur super sequenti capite.

Capio modo tertium caput, seu fundamentũ
in quo uim magnam faciunt isti Camerales, nec
putant ab hoc defendi posse dictos D. Comites.
in quo (quia nõ potui uidere proclama, seu ban
num editum super acceptione salis) Anabatarũ
more certabo, cum maximè ex facto ius oriatur.
l. si quis ex plagis.§.in cliuo. ad l. Aqnil. Præsup-
ponendo tamen quòd fuerit factum proclama,
seu bãnum, vt supra in tertio fundamento, in con
trario dictum extitit. Dicitur nihilomagis dictos
D. Comites caducitatis pœnam incurrisse etiam
quòd salis quantitatem aliquam non acceperint
ex pluribus.

Primò, quia dictum proclama. bannum, siue
edictum generale factum, vt supra non ligauit di
21 ctos D. Comites, nec ex eo possunt † incurrere pę
nam aliquam per regulam generalem, quod vbi
aduersarius est certus non debet citari per pro-
clama, vel edictum generale.§. ad hæc, vbi Ang.
* in Auth. ut spons. larg. trad. communiter * Doct.
in l.fi.C. de edi.diui adr.toll. Abb.& Fel. in c. exhi
bita. de iudi. cum alijs cumulatis per Mars. singu.
259. generalis citatio. nam quandiu extant, vel
sciri possunt, quos negocium tangit non sufficit
proclama generale. Angel. d.§. ad hæc. & in con-
si. 163. pro decisione pe. col. sequitur Feli. in d. c.
exhibita, nu.2. Propius ad terminos nostros de-
cidit Abb. in cap. fi. 9. col. nu.5. de uita & honest.
cleri. quòd ubi agitur de perdendo beneficio, ut
de beneficio clericali, nunquam sufficit procla-
ma generale, nisi specialiter moneatur ipse cleri-
22 cus. & hanc decisionem referendo sequitur † Fe
li. in c. quoniam frequenter, sub num.23. vt lite
non contest.& in d.c. exhibita, nume.3. vbi Phil.
Simo. in addi. dicit defendisse quendam clericũ
à pœna priuationis, ex quo non incedebat in ha
bitu, licèt extaret proclama generale, quòd quicun-
que nõ incederet in habitu esset priuatus bene-
ficio,& priuilegio. sequitur Mars. dicto sing. 259.
& Rube. consi. 76. in prin. Ad idem est decis. Ro-
tæ secundum nu. mearum in antiquis 771. si op-
ponatur. vbi deciditur, cum agitur de priuatione
beneficij, necesse esse clarè constare, quòd cita-
tio peruenerit ad citatum, & ad eius scientiam,
nec sufficerent præsumptiones, vel coniecturæ.
& hoc sequuntur Fel. d.c. quoniam. licèt dictam
decisionem alleget sub alio numero. Sed magis
etiam propius ad casum nostrum facit cõsilium
Card. 127. in q. quæ vertitur inter Andream. col.
3. vbi cõcludit, vasallum citatum generaliter per
edictum foribus ecclesiæ affixũ ad recipiendam
inuestiuuram feudi infra certũ temporis spaciũ,
non potuisse feudo priuari, ex quo specialiter
non fuit monitus ad inuestituram recipiendam,
23 quandoquidem vasallus † per edictum non po-
tuit cõuinci de culpa, cum potuerit ignorare de
citatione. ad idem consuluit idem Card. cõsi. 74.
dominus Abbas Sancti Benedicti. ubi decidit nõ
valere proclama factum, quòd omnes feudata-
rij infra certum tempus tenerentur recipere inue
stituram pro suis bonis feudalibus sub pœna pri
uationis, quia personaliter unusquisq; debebat
citari, cũ essent certi, seu de facili possent certifi-
cari, quod suadet ęquitas ne feudum multis labo
ribus acquisitum facile quis perdat. quæ consi-
lia sub alio numero refert, & not. Fel. in cap. 10.
num. 8. de constit. Vnde cum in casu nostro præ-
supponatur solũ in generali, & uniuersaliter per
proclama, bannum, seu edictum fuisse omnes ec
clesiæ Ro. feudatarios interpellatos ad accipien
dum sal,& de sale ecclesiæ. dictum est ipsis D. Co
mitibus etiam non parẽtibus, ex quo specialiter
non fuerũt moniti, vel aliter interpellati, nõ inci
disse in pœnam priuationis per prædicta.

Secundò non est locus priuationi dicti feudi,
seu caducitati, quia quando facto negatiuo est
apposita pœna, ut in casu nostro, non accipienti
sal censetur apposita, nunquam est locus pœnæ,
nisi sit facta specialis monitio parti. hæc est regu-
* la communiter * approbata, quàm trad. † Innoc.
24 in c. extirpandæ. ff. de conces. præbend. & quàm
sequuntur Aret. Alex. & Ias. in l. ita stipulatus, ff.
de verbor. oblig. Bald. & alij. in l. si mora. ff. solu.

matr.

matr.Bal.in l.& si post tres.6.q.& I repet.ff. si quis
caut.latè Feli.in c.si autem. secunda col. de resti.
& latius in c.2. de magist. vbi cæteros allegat, &
secundum hanc fuit conclusum in consi. 2. col.2.
& Mars.in l.vnius.§.cognitiurum.num. 23. de qō.

Nec obstaret si diceretur prædicta non procedere, quando in constitutione pœnam facto negatiuo imponente est appositū tempus infra qđ factum explicari potest, vt multi ex præallegatis Doct.censuerunt,& Pet.de Anch. consil.65. pro clariori.ad fi.quia illud procedit quando est faciendum tale quid, quòd potest expediri sine ministerio alterius hominis, & actus solum dependet à persona nominata, aliàs secus.ita declarat Feli. in d.c. 2. prima limitatione. per iura per eum ibi allegata.vnde cum in hac specie ista receptio salis non pertinebat, vel dependebat à sola voluntate dictorum D.Comitum, sed exigebatur ministerium alterius hominis dantis,ergo non nocet tempus fuisse appositū in proclamate, seu bāno.

Tertiò, non videtur modo aliquo esse locum caducitati propter dictum bannum, seu proclama,ex quo prædicti D.Comites illius publicationem,& tenorem ignorauerunt, quæ ignorantia præsumitur l.verius. de probat.maximè cum ipsi abfuerint, & habitauerint extra prouinciam, in qua fertur fuisse factum, quo casu excusationem
* habent legitimam, vt communiter * not.in cap.
25 2.de consti.ubi Moder.plura cumulant, quorum
transplatatione non est opus. trad.Crot.in repet.
l.omnes populi,num.69.de iust.& iur. & in repet.
c.ut animarum,2.col.& seq.de const. libr.6.Mars.
in l.qui ignorans. ff. ad l.Corn.de fals.huiusmodi
enim probabilis ignorantia excusat à pœna, ut
not.in locis præallegatis,& not. Dec. consil.440.
26 num.2. Et quòd propter † absentiam ignorãtia
præsumatur,trad.Dec.consi.64.col.2.& 3.& con
si.460.num.27. Imò quòd ignorantia præsumatur etiam inter coniunctos propter absentiam, trad.Dec.dicto consi.64.& consi. 445. nume.36. & isto casu ignorãtia huiusmodi posse iuramento probari,ut per Docto.in d.c. 2. & Mars.d.l.qui ignorans. Et cum simus in his,quæ de sui natura de iure prohibita non sunt, vel damnata proculdubio ignorantia excusat,ut post glo. trad.Crot.
27 d.c.ut animarum,5.col. † Et cameræ isto casu in
cumbit onus allegandi,& probãdi sciētiam, per ea,quę not.Bal.in l.prima,char.4.ver.super secūdo puncto.C. qui accus. non poss. quòd quando quis accusatur pro facto negatiuo, puta quia nō denūciauit maleficium,debet fieri mentio scientiæ.quod dictum defendunt Moder. in c. primo, de excep.in prin. vbi multa adducuntur ad hanc materiam facientia, & sequitur Dec. consi. 328. num.6. vbi decidit emphyteutam priuari nō posse,ex quo infra tempus anni non recepit inuestituram, nisi allegetur,& probetur, quòd scienter omisit.

Quartò est aduertendum, quod præfatum territorium à modico tempore citra fuit reductum ad culturam pro quadam parte, & habitand. & etiam de præsenti a paucis incolis inhabitatur, quo fit,ut si dicti D.Comites debuissent accipere aliquam quantitatem salis pro dand.habitantib. ibi, modicam & ferè minimam accepissēt. vnde sequitur,quòd in modico neglexerunt, sed modica negligentia nullæ æquiparatur,nam de modicis,seu minimis non curat prætor.l.scio, de in integr.restitu.& probatur in capitu. licet causam.§.
28 quanquam.ibi nulla uel modica. de probat. pro
qua faciunt multa, quæ congerit Ias. ad hanc regulam. in l. sciendum, tertia & quarta col.ff. qui satisd.cogan.& latius Mars.singu. suo 276.parum & nihil.in l.si ut allegas.col.fi.C.ad l.Cor. de sica, & in l.furem.num.9.vsque ad num.22.ff.eo.

Quintò facit q̃ p̄dictis D.Comitib.q̃ excusent à dicta pęna, q̃ nūquã habuerūt nec fuit huic territorio hoc onus iniūctū recipiēdū sal a camera apostolica,vñ ipsi habuerunt iustam causam credendi non esse comprehensos in talibus generalibus proclamatibus seu bannis, & pontificem nolle eis innouare aliquid vel onus nouum imponere, quia contra eū qui vult innouare præsumitur.l.in rebus.vbi not.ff.de consti.prin.Alci. suo tract.præsump.reg.2.præsump.30. nec enim præsumendum est eos voluisse delinquere,& nō parere mandatis.l. merito. pro soc. Alcia. dicto tract.regula 3.præsumptione prima. Et cum clare pateat ipsos nō fuisse in aliqua culpa sequitur feudo prædicto priuari non posse, c. 1. de natura feudi.c.1.de feu.sine cul. non amitten.cum multis alijs similibus. Pro quo facit quia in dubio contra fiscum est iudicandum.l. non puto. de iure fisci. Alciat.tract.reg.3.præsum.41.

Sextò si omnia fundumenta cessarent sicut militant, adhuc defendi possunt dicti Comites beneficio restitutionis in integrum, & quidem duplicis,primò restitutionis generalis, quæ tam minoribus quàm maioribus cōpetit propter igno-
29 rantiā prædictū banni † seu pro clamatis,ex clau
sula si qua mihi iusta causa etiam videbitur.l.1. ex quibus cau.maio.Bar.in l.1.§.si quis autem.de itine.actuque priua. cum alijs adductis per Soci. consil.71.in fi.& Mars.in d.l.qui ignorans.nu.13. Secundò propter minorem ætatem ipsorum D. Comitum.& licet Com.Alfonsus nunc sit maior tamen in casu quòd tpe eius minoris ætatis emanauerint talia banna vel proclamata cum præfinitione temporis tunc elapsi,& cum sit infra quadriennium petendi restitutionem habetur etiam pro minore quo ad eius petitionē.l.fi. C. de tēp. in integ.rest. Et quòd ex capite minoris ætatis restitutio peti possit maximè cum erratū non sit in his quæ iure communi sint maleficia, & damnata vel pęnalia, nec interuenit dolus ipsorū, vt supra clare ostensum est.est tex.in d.l.1. vbi no.Doctor.C.si aduer.delict.

Et dato quod restitutio non competeret Comiti Alfonso tanquam maiori,& forte negligen-
30 ti tempore maioris ętatis,tamē cum simus in in-
diuiduo

diuiduo, quia feudū iurisdictionis, & comitatus, cui annexa est dignitas, vt in casu isto diuidi non potest.c.primo.§.præterea ducatus. de prohibiti feud. aliena. per Feder. licèt commoditas diuidi possit, ut trad.Bar. in l. inter tutores.ad fi.ff. de admin.tut. Alexan. in præallegato consi.30. colum. penult.libro primo.Crotus in repe.§.Cato.l.4.de verborum obl.prima lect.num. 83.restitutio concedenda minori etiam iuuat maiori.l.uni. C.si in
31 Com. eademque † cau. restitu. postul. vbi gloss. communiter approbata. nam ratione communionis inhabilis gaudet beneficio habilis.l. liberis.§.si duo.ff.de libera. cau. & in simili plura adducit Mars.in sing.suo 180.plura ubi ad saturitatem. Pro quo optimè facit, quod decidit Bald.in cap.primo. col.4. versic. quid si sunt duo fratres. quibus mod.feud. amitt. quòd si sunt duo fratres vasalli, quorum vnus committat tale, quid propter quod ueniat feudo priuandus, alter sit fide-
32 lis, quòd vterque ratione † communionis feudum retinebit. & hanc decis. sequitur Ale.consi. 120.viso puncto.col.4.quarto volum. & Fel.in c. cum super secunda col.de offi.deleg. Ias. in l. prima, primo not. C. de transact. & Horma.d.§. Cato, num.391. Et hoc fundamentum scilicet restitutionis militat etiam in superioribus capitibus; quia ex quo non interuenit dolus dictorum D. Comitum, tàm in exigendo vectigalia, seu pedagia, quàm in constituendo monopolium, maximè Comitis Theophyli, qui nunquam habuit iuramētum, vel gubernium dicti territorij, sed semper gubernauit dictus Co. Alfonsus, nemini dubium est restitutionem concedendam, esse quæ restitutio etiam fratri consocio prodest per prædicta.

Restat vltimum caput expediendū, discutiendumque. In quo similiter concludo (sicut supra in cæteris) ex eo non esse. locum caducitati primo, quia præfati D. Comites soluerunt singulis annis censum, seu honorātiam, quæ soluitur pro feudo, scilicet illa fumalia cæræ albæ, lib. 10. de quibus in concessione, seu inuestitura. Et (ut mihi fertur) possūt probare solutionem factam per annos viginti, vel circa proximè lapsos, quo stante ex hoc capite inquietari nequeunt, cum etiam si solum probaretur solutio trium annorum proximè præteritorum continuorum, præsumeretur solutio facta in præterito suis temporibus.l. qui-
33 cunque, vbi Bar.C.de apochis publ.lib.10.† &c. quæ lex procedit in emphyteuta, & in quolibet alio, qui annuatim aliquid soluere debet aliquo iure alicui.Spec.vbi Ioan.And.in addi. in titu. de loca.§.nunc aliqua, versi.30.glo. & omnes in l.2. C.de iure emphy.vbi Ias.num. 72.trad. communiter Docto. in l. prima. C.de fideicom.ubi Ias.2. col.pro parte loquitur in feudo. trad. etiam Alc. d.tract.præsump.2.regula præsump.26.nu.9.

Secundò dato, quòd etiam non posset probari fuisse solutum per aliquod tempus, tamen non est timēdum incurrere caducitatem, quia etiam quòd vasallus staret per mille annos, quòd huiusmodi honorarium, vel censum non solueret, tamen non caderet à feudo, vt tenet Imo. in cap.2.
34 col.20.de feud.† cum quo est Doct. crebior sententia vt trad.Ias.in d.l.52.4.q.num.14.C. de iure emphy.sed latius in præludijs feud.col.18. num. 20.vbi examinat omnes opi. & dicit hāc partem
* esse communiorem. * Et cum simus in feudo
35 † qđ magis innititur gratiæ, & beneficio, quàm contractui oneroso emphyteusis, vel alius tituli, quod patet ex verbis concessionis ibi, donamus, concedimus, & ex modica solutione duorum fumalium pro tā magna re. quod in proposito not. Mar.de Laud.in cap.primo, quarta col. qui feud. dare possunt. & Ias. in loco proximè allegato sumus extra omnem difficultatem, quia non est locus caducitati, etiam quòd staretur per longissimum spaclum temporis, quòd census, seu honorarium non solueretur.ut trad.Ias.not. distinguendo in loco præallegato, col.23.

Tertiò ex abundanti dicitur, quòd & si prædicta non militaret esset locus restitutioni propter
36 minorem ætatem, vt supra dictum est † & in emphyteuta trad.Spec.& ibi Ioan.And.in add.in d. §. vide aliqua. vers.11.& Ias.in d.l.2, 11.q.nume. 21.C.de iure emphy.

Ex quibus patet clarissimè ostensum esse præfatos D.Comites non cecidisse a dicto feudo, qđ in dubio iudicandum est, tum quia præsumendū est in ea parte, per quam pęna euitatur, & contra fiscum, vt supra dictum fuit. tamen quia dicti D.
37 Comites sunt rei possessores, quib.in dubio † fauendum est.c.cum sint partium iura.de reg.iur.in 6.l.Arrianus.de actio.& obl.l.fauorabiliores. vbi latè Dec.de reg.iur.

Laus Deo Opt.max.

Bartho.Bertaz.

Post aliquam disputationem fuit inter fiscum, & Illustres Comites omnis controuersia transactione finita.

Clau.Bertaz.

ADDITIONES.

a Hoc ideo dicitur, quia licèt sit cōis opinio, * quòd re-
* cognoscens superiorem non possit imponere gabellas, de qua re per Capic decis.148.Thob.consi.47.num.8. 9.attamen isti possunt præscribere ius exigendi tanto tempore cuius initij memoria non existat in contrariū, licèt non adsit bona fides, nec titulus, nec scientia Principis.Bar Bal. Alex.& alij, de quibus per Boss. titu.quis vectigal.poss impon.nu.3.5.Capic.d.decis.148.Thob. d.consi.6.7.8.

b An bona delinquentis feudalia si feuda sint antiqua applicentur Domino directo, vel transeāt ad agnatos in illis comprehensos. articulus est valde dubius propter diuersas doct. hincinde sententias, quorum plures refert Grat in secundo responso. in 1. uolu. attamen illa
* * opinio est communiter, vel magis cōmuniter * * recepta, quòd quando per felloniam, vel delictum commis-

sum per

ſum per vaſallum ſit iniuria Domino, tunc feudum ad ipſum reuertitur.c.1.§.denique.quæ fuit prima cau. benef.amitten.vt per Iacob.de Sancto Georg.in tract. feudo.in gloſ. dictique vaſalli promiſerunt. colum 16. verſi. videamus Iaſ. in tracta. feudo.10.par. ad quem feu.apert.reuerta.num.101.vbi poſt Curt.Iun. in trac. de feud. in 5.part. in prima concluſ. dicit eſſe communem * quàm etiam communem fatetur Grat. in dicto reſpon & Pariſ.laté conſi.21.num.51.& ſequen in prin. quam etiam defendit tanquam communem Soc.Iun. conſi.6 .num.129.& ſeq.in 30.& ſequitur Boſs.in tit. de bono publi.num.55.& Alcia in conſ.28.nu.7.in 6.

Primò limitatur hæc opinio, ut non procedat quando agnati ſunt intra tertium gradum.iſti enim non admittuntur ad feudum, quo priuatur uaſallus propter delictum per tex.in c 1.§ ſi uaſallus culpam.in tit. ſi de feu.fue.contr. & hoc tenent Iac. de Beluiſ. Bal. & alij, vt per Iacob.d.gloſ.col.18.Curt.Iun.in d 5.par.3. con cluſ.qui dicit, quòd licèt videatur dura opinio, tamen negari non poteſt quin iure probetur, quod etiam tradit Iaſ in d.10.par.5.concluſio.num.104 & Soci.Iun. dicto conſi.68.num.128. & licèt aliquod voluiſſe hanc opinionem non procedere quando feudũ eſt receptum pro ſe, & deſcendentibus, vt per Clar.in §.feudum.q. 67 3 pag.ad fin. tamen hæc opinio uidetur indiſtinctè tenenda,& aliter intelligere videtur illum tex. Afflic.nu me. 1.in d.§.ſi vaſallus culpam.

Secunda eſt limitatio hæc Doctor. tenentes, quòd culpa, vel delictum uaſalli non debet agnato in feudo comprehenſo præiudicare, vt per Gram. d. reſponſ. & Clar.d q 60. non loquuntur in caſu in quo alienando potuiſſet uaſallus illis præiudicare, vt in feudis Mãtuæ, qui ex conſuetudine alienantur in præiudicium agnatorum, de qua ſcribunt Curt.Iun in conſi.26.num. 7. & Pariſ.conſi.23.num.27 in princ. ergo cum poſsint uaſalli talia feuda alienare in præiudicium comprehenſorum agnatorum, tanto magis poſſunt illis præiudicare delinquendo iuxta ea, quæ trad Clar. in d.q.66. & hæc eſt pulchra limitatio,& uera.

Tertiò, limita in offendente Cardinalem per c.fœlicis.§.ſi qua uero feuda.de pœn.in 6.ubi offendens Cardinalem ipſo iure feudo priuatur feudum, quàm ipſum libere venit ad eccleſiam, ut de ipſo pro ſua voluntate diſponere poſsit, & ibi Petr. de Anchara. tenet in not. tertia col.tenet quòd hoc ſit de iure communi, & quod tex. ille nullam ponat ſpecialitatem, quia non confiſcatur feudum ob delictum uaſalli, ſed reddit ad dominũ. & idem ad propoſitum tenet in c.cum ſecundum. colu. pen.de hæret.in 6. quod fuit de mente Oldra. conſ. 17. col.pen.quem ſequitur Crauet. conſi. 128.numer.6 & per d c.Fœlicis,tenuit etiam Ioan Faber.in Auth. bona damnatorum pen.q.C.de bo.dam. Et licèt ſciam, quòd multi intellexerit illum tex loqui fauore eccleſiæ in caſu ſpeciali, quando occiditur, uel offenditur Cardinalis,quia eſt membrum eccleſiæ, & quod habeat locum in feudis eccleſiæ,ut per Imol.in c. fin.17. col. de feud, Card.in clem.2. in uerbo inquiſitoribus.7.q. in fin de hæretic.Franc.in d.c §.primo. Alex in l ſi finita.§.de vectigalibus.num.25.de dam.infect.& in conſi. 92. num. 19 in 6.tamen idem eſt, quando ſumus in feudo laici, vt per Doct.in dictis locis ſupra citatis.

Quartò, limita in crimine hæreſis ob quam feudum Domino applicatur,ut trad.Alber.in Auth. ſi uero.nume.3.C.de hæret. per text.in c. fœlicis. de pœn.de quo ſuperius,& idem Alber.in tertia par.ſtatuto. q. 17. ubi Latius examinat, quod etiam uidetur velle Fel. in c. excommunicamus. num. 2. de hæreticis, vbi tamen citat Cardi.pro hac parte, idem apertius Carer. in ſuo tract. de hæretic.num.125.Crauet.conſi. 128. nume.6. licet ipſe ad finem conſilij,num.7. neget offendi Principem ſupremum per hæreticum, quod tamen non uidetur verum ex trad. inferius, & huius etiam eſt ſententiæ Bero.conſi.114.num 56.in prin.

Probatur hæc limitatio ex uerbis text. in l. Manicheos.in prin.C.de hæret.ubi dicitur, quod id quod in religionem diuinam committitur in omniũ fertur iniuriam, quod tenet gloſ.in cap.vergentis. in uerbo gratuius.eo.tit.& pulchré ad propoſitum Andr. de Iſern in tit.de ſtatu.conſuetud.contra liberta.eccleſ.

Confirmatur,quia ſi in crimine læſę maieſtæ. humanæ delinquens ſtatim feudum amittit, Bald.in c.Imperialem.§. callidis. num. 7. de prohibit. feud. aliena.per Feder.cum alijs trad.per Igneum in reper §.non aliàs. l.3.nu.12.ff.ad S.C.Syll.& idem eſt in omni proditore, vt per Marti de Lau in tit.de crimine læſ. maieſt. q. 37. quod procedit etiam in hæretico, qui eſt capax feudi, & illo priuatur.c. ſi. de hæret. Aluar. inter conſilia feuda.Brun.conſi.59.num.7.& Io.Iac. Leonard. inter eademmet conſilia,conſi.114.nu.103.& Lauren.Sylua in tract.de feud.recognit.q.71. & in crimine læſæ maieſt. commiſſæ in dominum, quo priuantur filij feudum eo caſu reuertitur ad dominum, ut per Saly in l.2. num.8. C.de liber. & eor.liber. quem ſequitur Boſs.loc. præcit.num.67.68.& firmat Pariſ.conſi. 101. nume.35.in princ.unde cum grauius ſit crimen hæreſis, quàm læſæ maieſtatis humanæ.d.l.Manicheos.circa med.& Auth. Gazaros.C.de hæretic.§. vergentis.extra eo.tit. Igne.in d.§.non aliàs, num. 6. feudum etiam hoc caſu exclulis agnatis ad dominum redire debet.

Addamus, quòd quãdo uaſallus maximum committit delictum,& maximè proditionis, & feudum amittit excluduntur agnati,ut per Soc.cum enim d. conſi. 68. num.124. & ſeq. Boſs.in d.nume.57.ubi exemplificat quando reliquit dominum in prælio ſolum, quãdo non uult accipere Inueſtituram, vel comitari Imperatorem ad ſuſcipiendam Coronam, ubi his caſibus dicit agnatos excludi. & idem eſt quando bannitur, ut amplius domino ſeruire non poſſet feudum ad dominum reuertitur,ut per Curt.Iun. de feud. in 4. par. 20. cau. priuat.num.42. quem ſequitur Sylua in d.tract.d.q.71. vbi loquitur quando excommunicatur, & quando efficitur hæreticus uaſallus tanto igitur magis in caſu illo ſi uaſallus commiſit hæreſim fuit abiuratus,& relapſus, & condemnatus, ac multatus morte cum bonorũ confiſcatione. & hanc limitationem crederem procedere etiam in feudo pro quo certus cenſus ſoluitur, cum nõ propterea amittat naturam feudi,ut per Alex. conſi.9. Ponderatis. col.3. in 5. addito præſertim iuramento fidelitatis,ut trad.Rol.conſi.23.num.11.cum ſeq. & nume.23.cum ſeq. in princ.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

An pacis inſtrumentum comprehendat non natos, & ab illis poſſit pax rumpi.

SVMMAE.

1 *Pace facta comprehenduntur tunc nati.*
2 *Qualitas adiecta verbo intelligitur ſecundum tempus verbi.*
3 *Pace facta pro impuberibus, intelligitur pro ijs qui tunc ſunt.*
4 *Ommiſſum in pace habetur pro ommiſſo.*

5 *Inter-*

5 *Interpraetantur uerba cōtra fundantē se in eis.*
6 *Posthumi non ueniunt in materia stricta.*
7 *Bannito patre cum filijs, intelliguntur banniti filij nati tantum.*
8 *Pace facta cum ciuitate, intelligitur facta pro subditis futuris.*
9 *Argumentum regulatur secundum naturam principalis.*
10 *Futura ueniunt in uniuersalibus.*
11 *Populus semper est idem.*
12 *Decisio cessat, cessante eius ratione.*
13 *Animus requiritur, ut pax rumpatur.*
14 *Animus distinguit maleficium.*
15 *Pax non rumpitur propter leuem offensam.*
16 *Iuramento probatur animus*
17 *Pax non rumpitur ex noua causa.*
18 *Et in dubio ex noua causa praesumitur factum.*

CONSILIVM CCLXXXII.

In Domino confido.

RAPHAEL de Corellis non potest teneri pęna pacis ruptæ ex eo, quòd in domo Matthei de Vechijs citharam abstulerit è manibus Thomę de Farolatijs, pulsantis in ea domo ipsius Matthei affinis, cum nec ipse Raphael, nec Thomas fuerint comprehensi in instrumento initæ inter corellos, & vechios de anno 1542. Apparet enim ex processu, quod Raphael ipse non erat natus, nec conceptus tempore dictę initæ pacis, & iste Thomas non erat tunc affinis dictorum de Vechijs, sed à modico tempore citra effectus est affinis. quibus stantibus, licèt uterque attineat quarto gradu agnationis, & affinitatis respectiuè, partibus facientibus pacem, & in ea nominatis, nihilominus non comprehenduntur in pace.
1 † quia solum censentur comprehensi, qui tunc erant nati, & cōcepti tunc temporis, & qui erant tunc affines, non qui postea affines effecti sunt, ita in indiuiduo decidit Bal. in c. inquisitioni. col. fi. num. 8. & 9. de appellat. sequitur Marс. in practi. crimi. §. aggredior. num. 48. & seq. vbi dicunt, quòd si est facta pax pro se, & adhærentibus, non comprehenduntur, nisi adhærentes præsentes, non futuri. & si quis promisit in pace pro filijs, non ueniunt posthumi, cum tractetur de odio, secus ubi tractetur de fauore eorum. nam ista qualitas de-
2 buit extare tempore pacis, ex quo qualitas † adiecta verbo intelligi debet secūdùm tempus uerbi. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de Noxal. & idem ad propositum trad. Corn. consi. 167. col. 2. & 3.
3 tertio uol. ubi decidit, quod si pax † sit facta pro impuberibus, censetur facta pro illis, qui tempore pacis erant impuberes. Et cum versemur in verbis contractus pacis, faciēda est stricta inter-
4 pretatio, cū ommissum † in eo habeatur pro ommisso. Bal. consi. 195. laudarc. num. 8. 2. uolum. & Soc. Iun. in consi. 103. num. 2. tertio uol. & contra fundantem se in uerbis uenit etiam interpretatio
5 † facienda. l. veteribus. ff. de pact. & ad propositum trad. Corn. d. consi. col. fin.

His accedat, quòd in materia stricta non ve-
6 niunt posthumi, † & non nati, uel concepti tempore dictæ dispositionis. Bart. in l. item prætor. ff.
7 de suis & legiti. ubi si banniantur † aliqui, & eorum filij non comprehenduntur non concepti, tempore banni. Alberi. in l. qui in utero. num. 16. ff. de sta. homi. idem Bal. & Ang. Aret. in §. cum autem. num. 3. Instit. de hæredi. quæ ab intest. defer. Et licèt contra hanc sententiam aliquid facere videatur, quod trad. Ioan. And. in addi. ad Spec. in tit. de treu. & pace. super Rub. ad fi. in uer. item
8 fuit. quod si ciuitas facit pacem † pro se, & subditis suis, veniunt etiam subditi futuri. quòd aduersus decisionem illam Bald. supra citatam, allegat Ias. in l. si stipulatus fuerim. in §. cum stipulamur. num. 8. de verb. obli. de quo meminit Marс. in d. §. ingredior. num. 49. Re tamen uera minimè aduersatur, sed loquitur in alijs terminis, scilicet, quando loquimur in augumento, vel re addita, seu personis accedentibus, quia tunc etiam ad futuras trahitur dispositio, ex quo, augumentum
9 † debet regulari secundùm naturam eius, cui accedit. l. etiam. ubi Doct. C. de iu. dot. & l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pact. dotal. & ita illā decisionem Ioan. And. hoc casu loqui declarat Bru. in tract. de Augumen. in quinta conclus. principali. col. 3. prout etiam defendi potest illa decisio. Ioan. Andr. ex quo uniuersaliter pro subditis fuit facta promissio, quādo enim sumus in uniuersa-
10 libus, tunc uenire futura † non ambigitur. Bar. in l. ita esset. ante fi. ff. de aur. & arg. leg. a Bal. in consi. 112. de generali. num. 4. secundo uol. quæ rationes cessant in hac nostra Bal. decis. in qua non agitur de Augumēto, uel Accessione rei, uel personarum, nec de vniuersalitate, ut populi subditorum, ac similium, qui semper sunt idem popu-
11 lus, † & subditi. l. proponebatur. ff. de iud. sed de certis personis agnatis, cognatis, & descenden-
12 tibus. & cessante ratione † decisionis, cessat decisio. l. quod dictum. ff. de pact. c. cum cessante, ubi latè Deci. prima col. de appell.

Cæterum, & si aliquid posset superesse dubiū in hoc puncto, an ipsi possint dici comprehensi in hac pace, nec ne, quod certè non est, adhuc non putarem ipsum Raphaelem censeri ob ablationem citharæ prædictæ pacem fregisse, cùm non constet ipsum id fecisse animo iniuriandi dictum Thomam, vel illum offendendi, sed ut impediret alium saltare, uel tripudiare prius uolentem, ut ipse in suis constitutis declarauit, Animus enim exigitur nocendi, uel offendendi, ut quis pacem
13 † rumpere dicatur. Bal. d. consi. 195. num. 5. quod probatur

probatur ex l.3.§.pen.ff.de iniur.& ex l.prima. C. ad l.Corn. de Sicar. ubi uoluntas nocendi atten
14 ditur,& vulgo semper fertur, Animum, † & propositum maleficia distinguere. l. prima. §. diuus Adrianus.vbi Mars.ff.eo. Et quatenus posset dici offensa fuit leuissima ex qua non rumpitur pax.
15 † Bal.d.consi.num.6.Mars.consi. 80. num. 45.& Paris.consi. 165.num. 14.quarto nolumi. Et licèt etiam (ut dicunt testes, ipse Raphael euaginaue rit ensem,vel pugionem,non tamen constat id fecisse, ut aliquem offenderet, sed magis credendum est, ut ad sui defensionem fecerit. quod &
16 iuramento † suo probari potest,cum sit, quid ab animo dependens.gl.& Doct. in §.sed ista Inst.de. acti. & latè trad.Carer.in sua pract.cri.§.2.nu.41.

Non ommitto etiam, quòd cum hæc leuissima offensa (si tamen offensa dici potest) ex noua causa processerit, vt ex processu constat, non
17 potest dici rupta pax. † Bald. in d. consi.num.5. Roma.consi. 183.In casu proposito.num.2. Alex. consi. 113.viso themate. 2. col. quarto nol.Paris. d.consi.num.26.Mars.sing.503.& Soc.Iun. consi. præallegato 103.num.7.vbi dicunt in dubio cen
18 seri ex noua causa, † non ex antiqua processisse. quod & tenet Ruin.consi. 10.num. 12. quarto uolum. Cui fundamento non obstat decretum Ducale, cum emanauerit post stipulationem huius instrumenti, pacis,& fuit moderatum, ut in litteris anni 1538.Serenissimi Ducis. registratis in statutis Fusignani.

Laus Deo Opt.max.

Bartho.Bertaz.

De materia huius consilij, uide in primo uolum. consil. 30. & 185. vbi plura contra consuluit Rim.Iun.consi. 101.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Quomodo reprobentur testes, qui deponunt de inhonestate & turpitudine mulieris, tanquàm falsi, & non verisimilia deponentes.

Et matrimonium clandestinum, quatenus sit à pœna excusandum.

SVMMAE.

1 *Testis est suspectus de falso, si citat contestem qui dicit non interuenisse actui.*
2 *Testes uani, & diuersi inter se etiam mille non probant.*
3 *Testi non creditur deponenti illud, quod ex euidentia facti conuincitur falsum.*
4 *Falsus in uno est in totum falsus.*
5 *Verisimilia non deponenti non creditur.*
6 *Testis non probat, si oppositum potest stare cum dicto illius, & veritate causæ.*
7 *Testes debent necessario concludere.*
8 *Alioqui non faciunt probationem.*
9 *Testi creditur contra illum producentem.*
10 *Testi expulsæ è domo non creditur contra expellentem.*
11 *Copiæ non est plus credendum, quàm originali.*
12 *Testis de auditu non est verus testis.*
13 *Testis aliud dicens in iudicio, quàm extra dixit est puniendus de falso, & diminuitur de fide.*
14 *Lusor & blasphemator non probat.*
15 *Pauper in causa criminali, vel ardua ciuili non admittitur.*
16 *Et maximè quando est etiam malæ famæ.*
17 *Lenocinium est crimen maius adulterio.*
18 *Infamis & leno non probat.*
19 *Testi magis est standum deponenti pro reo, licèt etiam negatiuam.*
20 *Adulterium est probandum per actus inferentes illud concludenter, vel præsumptiuè.*
21 *Testis deponere super facto non iudicare debet.*
22 *Inimico testi non est credendum etiam cum tortura, licèt inimicitia sit orta ex verbis iniuriosis.ibid.*
23 *Singulares in dictis suis non probant.*
24 *Adulterium uel stuprum non probatur ex conuersatione in aliqua domo, quæ fit ex causa.*
25 *Testibus magis creditur deponentibus de bona fama, quàm de mala.*
26 *Matrimonium licèt clandestinum probatur tamen etiam testibus singularibus.*
27 *Matrimonium inter personas non prohibitas valet, licèt non contractum in faciem eccles.*
28 *Matrimonium non potest dici clandestinum contractum, coram duobus testibus ante Concilium Tridentinum.*
29 *Matrimonium cõtrahens clandestinum ex causa nullam incurrit pœnam.*
30 *Conditio castitatis, vel honestatis, quando importet conditionem cælibatus.*

CONSILIVM CCLXXXIII.

In Domino confido.

QVONIAM in hac causa, quę pro duabus alijs tertijs partibus, pro parte aliorum magnificum de Muzzarellis, agitata fuit coram magnifico prætore abunde scripsi, & in hac, ac etiam in illa Egregie scripsit

psit magnificus Quaresimus. breuibus utar in dis
solutione dubiorum subtiliter à magnifico D.Vi
cario propositorum contra D.Iuliam vxorem D.
N. Dubitat itaque magnificus Iudex, ne ipsa D.
Iulia amiserit legatum & substitutionem, ex quo
non seruauit conditionem, sibi iniunctam hone
statis & castitatis. ex quo testes aduersarij viden
tur attestari de impudicitia, & fornicatione com
missa primo cum D.N. & subinde cum dicto D.
N. & ut in dubijs.

Quò ad primũ de probationibus respicienti-
bus D.Iacobũ. audacter fatemur, nihil fuisse pro-
batum contra eam. & omnia ea, quæ illi impin-
gũt testes aduersarij. fuisse & esse falsissima. prout
etiam admiserunt iudices in dictis causis cũ alijs
d. d. Muzzarellis, qui super hoc minimè dubitaue
runt. Primò enim, secundus testis Bernardinus
Zambonus, qui deponit uidisse per fenestram in
sala domus sitæ Gualdi, prædictum D. Iacobum
bis illam deosculari. cum ipse illuc iuisset, vt si-
bi aperiretur hostium per Ludouicam, tunc an-
cillam ipsius D. Iuliç conuincitur de falso. & ma-
gis puniendus esset, quàm quòd ei credendum
sit. Primò.n. reprobatur ex eo, q dicit cũ eo fuis-
se Hieronymũ, qui pariter uidit illum eam semel
deosculantem. nam ipse Hieronymus examina-
tus in processu testium reprobatoriorum, qui est
quartus deponit totum contrarium, quòd ipsi
non fuerunt, nisi in horto ad accipiendum persi-
ca. & quòd non iuerunt ad dictam fenestrã, cum
fuissent fugati à quodã, qui illos fuit insequutus.
quod vltimum etiam in secundo examine depo-
suit dictus Bernardinus. si enim testis qui citat ali
quem in cõtestem non probat, sed est suspectus
de falso. si ille citatus deponat non interfuisse
1 † actui Bal. in c. cum causam. il primo. num. 25. de
testi. Gram. consi. 26. num. 20. in crimin. quanto
magis si attestatur fuisse in eo loco. sed aliter dici
tur rem se habuisse. vnde quando testes sunt ua-
2 rij & diuersi inter se, etiam si essent † mille non
probanr. Bal. in l. prima. C. de testamen. Ale. cons.
73. in princ. & Gram. consi. 89. num. 4. in ciuili. se-
cundo in alio reprobatur, quia deponit, quòd il-
luc iuerat tempore, quo cum dicta D. Iulia stabat
Ludouica eius ancilla. & quòd erãt sex, vel octo
anni elapsi. Et tamen probatum est, quòd in hac
mẽtitur, quia illa Ludouica iam per quatuor an-
nos ante & vltra recesserat à dicta Do. Iulia, nec
cum ea uersabatur. ut ipsa quæ est tertia testis te-
stium reprobatoriorum ipsius dominæ attesta-
tur, quod ẽt deponunt 10. 11. 19. 23. & plures alij
testes, vñ puniendus esset de mendacio, & fal-
sitate l. qui falso, uel uariè. ff. de testi. tertiò ex eui
dentia facti conuincitur de falso. cum ipse atte-
stetur uidisse per fenestram existentem in horto
perspectum habentem in salam. quæ tamen est
tam alta, vt per eam homo etiam magnæ statu-
ræ prospicere nequeat, nisi ascendat scalam, uel
quid aliud habeat sub pedibus. quod illum in al-
tum leuet, ut deponunt 25. & 23. & reprobatorij

3 ipsius Dominæ. quando enim testes † vnum de-
ponunt, quod ex euidetia facti conuincitur non
esse verum. minimè probanr, & non est eis cre-
dendũ. Bal. in l. si quis testib. in fi. C. de testi. Alex.
consi. 116. col. fi. primo uol. & Mars. in Rubric.
de probat. numero 161. & testis in uno falsus
4 est in † totum falsus Doct. in c. fraternitatis. de hæ
re. & latè Feli. & in l. si ex falsis. & Alcia. C. de tran
sactio. Ant. Gabr. lib. 7. suarum conclusionum tit.
de crimina. conclusione 4. in princip. Rursus non
probat ipse testis, quia deponit non uerisimilia.
quis enim crederet, quòd ipsa domina Iulia spa-
ciaretur in sala cum iuuene lumine accenso, &
pateretur se osculari, cũ posset uideri ab existen-
tibus tàm in domo, quam foris? & quis posset
credere, quod ipse testis uoluisset uidere in dictã
salam per fenestram, tam altam ascendendo ad
eam. cũ posset uidere per foramina, & rimas quæ
erant in porta ipsius salç. ut deponũt d. 22. & 23.
testes? Sed quomodo iuit ipse testis in dictum
hortum, vel uiridariũ si ibant ad domum castal-
5 dionis eius soceri. ut deponit in suo testatu? † cer-
tè hæc omnia deuiant ab omni uerisimilitudine.
Vnde ex hoc etiam illi non est credendum Mars.
latè consi. 20. num. 61. 31. num. 26. & 74. nu. 16.
quod procedit etiam si statutum dicat standum
esse dicto alicuius, quia debet intelligi si uerisimi
lia deponat, Plotin. in l. si quando. numero 807.
C. vnde vi.

Secũdus testis Tognolus dè Fortis, nihil aliud
scit. nisi quòd uidit semel tempore noctis quen-
dam incognitum cum barba supposita ingredie-
tem domum ipsius dominæ Iuliæ. quem fuit arbi
tratus esse D. Iacobum, prout etiam dicit intel-
lexisse ab eius sororio. sed hoc non concludit ad
malum aliquod. licèt verũ fuisset, quòd eo tem-
pore illuc iuisset. quia cum ipse D. Iacobus, tunc
esset bannitus, vel imputatus de delicto. ita ut iu-
stè timeret capi ab executoribus, vt deponunt
plures testes aduersarij, & presertim tertius, quar
tus, & ultimus examinatus Pisauri. nõ est mirum
si ut nesciretur vbi esset ille clã accedebat ad di-
ctam domum. & in ea se occultabat. quãdo enim
6 oppositum potest stare cum dicto testis † & veri-
tate causæ per quam testis fundat dictum suum.
testis non probat. Bal. in l. conuenticulam. nu. 4.
versi. modo uenio ad testes. C. de epi. & cleric. Et
7 vulgatum est, quòd tèstes † debẽt necessariò con
cludere. c. i praesentia. de probat. & probationes
debent cõcludere per necesse, non per possibile,
vt trad. Mars. in Rubr. de probat. num. 350. Foller.
in practi. crimi. ciui. in secunda par. secundæ par.
principalis. in uersi. dentur capitula, quòd suffo-
cauit uxorem. nu. 2. & sequen. & quòd testis, qui
8 † necessariò non cõcludit non possit facere pro-
bationem. trad. etiam Bal. in d. l. conuenticulam.
num. 5. & Alex. in consi. 24. col. 7. ad fin. secundo
volum. ultra quod potuisset decipi in cognitione
ipsius D. Iacobi Laruati. Deponit etiam ipse te-
stis audiuisse ab eius sororio, q D. Iacobus fassus

fuerat

fuerat ſe habere rem cum domina Iulia. & quòd
volebat teſtari habere etiam rem cũ filia, quod
quam ſit in veriſſimile, nemo eſt, qui nõ videat.
Et deponit etiam de auditu à Catherina ancilla
ipſius Dominę, quòd ipſe dominus Iacobus ferè
omnibus noctibus dormiebat cum ipſa domina
Iulia. Sed cum in hoc deponat de auditu non
probat.cap.licet ex quadam.de teſti.& tantò mi-
nus, quòd cum ipſa Catherina eſſet fœmina im-
pudica.ut deponit quartus teſtis aduerſariorum.
9 cui eſt † credendum cõtra producentes. l. ſi quis
teſtibus.C.de teſti.Crauet.conſi.201. numero 7.
& Anton. Gabr. libr. primo. concluſionum ſua-
rum titu.de teſti.concluſione prima. numero 14.
& propterea fuerit expulſa a domin. Iulia de eius
domo, vt deponunt plures teſtes ipſius dominæ,
& maximè 13. 15. & 30. certè cum illi non eſſet
10 credendum. ſi ea depoſuiſſet † contra dominam
Iuliam.ut per Gramma.Vot.22. nume. ſeptimo.
Alexand. conſil. 11. circa primum dubium poſt
princ.primo volum.& Crot.in tracta.de teſti.nu-
11 mero quarto.tantò minus eſſet credendum † au
dienti ab ea, ne plus credatur copiæ, quàm origi
nali. Crau.conſi. 6. nume. 67. & 112.numero 13.
Quibus additur, quòd teſtis de auditu non eſt ve
rus teſtis. d.cap.licèt ex quadam, vbi Doct. Marſ.
12 † in conſi. 20.numero quinto.40.nume. 8.& 76.
numero quinto. Ang. de Caſtr. in primo uolum.
conſiliorum crimin.primo impreſſo.conſi.93. nu
mero 27.& Calepi.de Calep. in ſecundo volum.
eorundem conſiliorum. conſilio 52.numero 19.
Rurſus ipſe teſtis deponit ad fi. ſui teſtificatus, ꝙ
extraiudicium ſæpius à pluribus de his interro-
gatus, licèt ea ſciret, negauit ſe ea ſcire. Sed te-
ſtis unum dicens extra iudicium, & aliud in iudi-
13 cio † debet puniri, vel de falſo ſecundum Bart.in
l.eos.ff.ad l.Cor.de falſ. uel ſaltem de mendacio,
vt per Marſ. ibi numero 16. Et ei non creditur &
diminuitur multum de fide, ut trad.illic Marſ.nu-
me. 17. & in ſingulari 212. communis omnium.
Iul.Clar.in practi.crimi.§.fi.q.54.ver. primus ca-
ſus, & Ant.Gabr. libro 7. ſuarum concluſionum,
concl.30.num.8.& ſequen.

Tertius teſtis Bigus Capotius deponit de au-
ditu a pluribus in uilla, quos etiam nõ nominat,
& quòd fuit rogatus ab ea, ut illam aſſociaret ad
domum quarundam mulierum nuncupatarum
le donnete, & uocaret dominum Iacobum præ-
fatum, & illum in dictam domum conduceret.
prout deponũt feciſſe, & ipſam dominam Iuliam
remanſiſſe ſolam in camera, & omnes licentiaſſe
ſub prætextu, quòd volebat illum alloqui. & ip-
ſe iuit ad ludendum cum domino Hercule eius
filio. ne quærendo matrem, illam inueniret cum
domino Iacobo. dicit etiam audiuiſſe ipſam do-
minam Iuliã donaſſe ipſi domino Iacobo quan-
dam equam roanã, quam habebat in ſoccidam
Bigus Oliuerius. Sed in omnibus, tã quo ad per-
ſonam, quam quo ad dictum reprobatur. primò
enim per plures teſtes eſt probatum dictum Bi-
gum eſſe hominem malæ uitæ, & famę. luſorem,
blaſphematorem, mendacem, imputatũ de fur-
tis. & ſi verum eſſet id, quod ipſe feciſſe deponit,
eſſet etiam nactus officium lenonis. adeo quòd
nullam facit probationem. quòd ſit talis qualita
tis homo, atteſtãtur ex teſtibus reprobatorijs ip
ſius domine Iuliæ. 4. 7. 11. 14. 15. 19. qui dicit ob
eius malam linguam Bigum ipſum fuiſſe publicè
baſtono percuſſum, & 30. teſtes. Vltra ꝙ eſt pau-
per. nam teſtis luſor, & blaſphemator nõ probat,
14 nec ſibi credit Dec. † conſi. 163. 9. colu. verſ. 13.
oppo.& Gram.d.Vot.22.num. 6.& 10. de paupe
15 re, quòd in cauſa criminali † non admittitur, vel
ardua ciuili, trad.Alex.in conſi.236.numero 4.5.
volum.Marſ.conſi.28.num.20.Nat.conſi.315.nu
mero 7.& maximè quando eſt etiam malę famę,
16 † Gram.conſi.17.num.12.leno uero minus pro-
bat, quia lenocinium eſt maius adulterio, Bal. in
17 l.Athletas.§.Pomponius.ff.de his qui nota. † in-
fam. Aretin. in tractatu malefic. In verbo. che tu
hai adulterato la mia donna. columna penulti-
ma. verſiculo nunc de lenocinio. Alexand.conſi-
lio trigeſimoſecundo, numero octauo, ſecundo
18 volumine. & quòd † non credatur infami, trad.
Grammat. deciſione undecima, numero tertio.
Et ſicut reſpectu perſonæ reprobatur, ita etiam
reſpectu dicti. nam quòd aſſociauerit dictam do
minam ad domum dictarum mulierum nuncu-
patarum le donnete. ultra quòd eſt parum veri-
ſimile, quòd ipſa domina uoluerit habere ruſti-
cum pro ſocio eundo per ciuitatem. & quòd ta-
lia facta fuerint, ut ipſe deponit. negant domina
Hippolyta, quæ ſtabat tunc pro ancilla, ſeu do-
micella ipſius domine Iuliæ, & ſemper erat eius
aſſecla, quocunque eo tempore iret. quæ eſt ter-
tia teſtis, & eſt prima in hoc proceſſu, & domina
Eleonora Doneta, quæ eſt illa in cuius domum
dicit ipſe teſtis dominam Iuliam ingreſſam fuiſ-
ſe. & apertè deponunt, quòd nunquam in ipſam
domum fuit ingreſſa ipſa domina Iulia, vel ſtetit
cum dicto domino Iacobo; vel ipſe dominus Ia-
cobus illic fuit. Et cum deponant pro ipſa domi
19 na Iulia rea conuenta † potius illis ſtandum eſt,
licèt deponant negatiuam, Rolan.a Val.in conſi
lio ſexageſimotertio. in fine, ſecundo volumine.
In eo etiam quod deponit de auditu donationis
dictæ equæ, reprobatur a 9. teſte in hoc proceſſu
examinato in termino reprobatorio, qui eſt Bi-
gus Oliuerius. Qui dicit, quòd nunquam habuit
aliquam equam Roanam a dicta domina in ſoci
dam. ſed quãdam albam, quam ipſe illi reſtituit
& vidit eam ſubinde teneri per Maſſeum Caſa-
rium ipſius dominæ. Addit etiam ipſe Bigus in
alio teſtificatu in hac cauſa, ꝙ uidit mitti per ip-
ſam dominam obſonia ad domum Peregrini Va
lerij, vbi erat dominus Iacobus. ſed cum nullam
reddat bonam rationem de hoc, & nihil faciat
ad probationem impudicitiæ. & ſit reprobatus
in cæteris, tam reſpectu perſonæ, quàm dicti in
hoc etiam illi non creden. vt ſupra.

Quartus Peregrinus Valerius nihil deponit, ꝙ
releuet DD.aduersarios. etiam quod verũ esset.
quia licèt ipsum tpe nocturno associauerit ad do
mũ d.D.Iuliæ. illud erat (vt et expresè dicebat)
quia timebat ne caperetur à curia in sua domo.
& inuitabatur à D.Hercule ad illic pernoctandũ,
cum extarent cameræ uacuæ. & præsumendum
est potius in bonam, quàm ĩ malam partem. nec
probat, licèt dicat audiuisse à factore D. Borsij de
commixtione. per ea quæ supra dictum fuit de te
stibus de auditu, & maximè quia audiunt à su-
specto.

Quintus Maffeus Zambellus, licèt multa di-
cat tamen parum, vel nihil concludit, quod rele-
uet partem aduersam. solum enim dicit uidisse se
mel in mensa dominum Iacobum cum dicta do-
mina Iulia. & per oculos fenestræ in camera etiã
ambos colloquentes ad tabulam, seu mensam
quandam. & alloquutus fuit eam, quæ erat clau-
sa in camera. & cum exiuisset clausit post se ho-
stium. & ipse arbitratus fuit, quòd in illo thala-
mo esset dominus Iacobus. & audiuit a dicta Ca-
therina quãdoque irata cum sua domina. quòd
dormiebat cum domino Iacobo. nam & si verũ
esset, quòd uidisset D. Iacobum sedentẽ ad men-
sam cum dicta domina. hoc nõ probaret, vel for-
nicationem, vel impudicitiã, quia oportet pro-
bare actus, qui inferãt ad eam cõcludenter, uel
præsumptiuè, iuxta c. præterea de testi. & c. tertio
loco. de præsump. cum ibi not. & trad. per Barto.
20 post glo. † in l. capite. 5. nume. 2. de adult. & ma-
ximè quia constat de causa, quare accedebat ad
dictam domum. vnde nullum indicium faciebat
illa semita, quæ apparebat in scraleo. de auditu
vero ab illa Catherina non est curandum. cum il
li non crederetur, ut supra. ultra quòd calore ira-
cundiæ, vt dicit ipse testis, ea ipsa affirmabat. de
iudicio vero illo suo temerario, nihil est curan-
21 dũ, quia testis debet deponere super facto † nõ
iudicare. Bar. in l. solum. C. de testi. Curt. tracta. de
testi. conclu. 51. num. 100. vnde si deponit de iu-
dicio suo non probat, ut per Curt. in simili tracta.
num. 313. uer. alias citat. Præterea cum iste testis
deponat etiam fuisse sæpius a multis extra iudi-
cium interrogatus de prædictis, & negasse non
probat tanquam mendax examinatus in suo iu-
dicio, ut supradictum fuit ad secundum testem.

Vltimus testis examinatus Pisauri. quia cæte-
ri alij tendunt ad probandam legalitatem dicto-
rum testium, quæ nihil officit cum in specie sunt
reprobati, ut supra. nullũ facit probationẽ. quia
vltra quòd non deponit aliquid, quod conclu-
dat ad actum fornicationis, vel impudicitiæ, cũ
D. Iacobus steterit in ea domo ex causa bãni ab-
sconsè, & clam, & potuisset illic occultari bono
animo & caritatiuè, ut testis ipse fatetur. & testis
ipse erat pupillus quando uidit ea, quę deposuit,
quo casu dubium est, an ei sit credendum, ut
per Dec. in l. 2. de regul. iur. & maximè, quia non
erat adhuc proximus pubertati, super quo scri-
psit magnificus Quaresimus: fuit & est inimicus
D. Rainaldi, qui curauit vt persona ipsius testis
condemnaretur ad triremes, ut ipse fatetur. Vn-
de ipsi tãquam inimico credendũ non est, etiam
cum tortura. l. 1. §. præterea. vbi Mars. ff. de quæs.
Gramm. cons. 38. nu. 11. & 12. 45. num. 17. & seq.
& 46. num. 5. & seq. vbi ampliat etiam si inimici-
tia sit orta ex verbis iniuriosis, Rolan. à Val. cons.
24. num. 38. primo uol. & 307. nu. 12. in 3. etiam
si non sit capitalis Craue. consi. 6. num. 32.

Ex quibus satis & super cõstat nihil fuisse con
cludenter probatum respectu D. Iacobi. quibus
23 si addatur, quòd ferè omnes testes sunt † in di-
ctis suis singulares. & sic non probant. l. iurisiu-
randi. C. de testi. c. veniens. & c. licèt. in fi. eo. ti. &
in probatione adulterij, quòd non probetur per
testes singulares trad. Ioan. de Ami. consi. 127. in
prin. & Grat. consi. 50. nu. 11. in 2. Et quòd quan-
do probatur conuersationẽ in aliqua domo fuis-
se ex iusta causa non præsumitur adulterium, vel
24 stuprum, vt trad. Ang. † in l. 2. §. si simul. num. 3. ff.
ad l. Iul. de adult. & August. de Arimi. in addit. ad
Ang. in d. verb. che m'hai adulterato. col. 11. ver.
resi. certè fatendum erit nullum superesse du-
bium contra dictam D. Iuliam.

Accedat, quòd est probatum per plures testes
vltra decem de bona fama ipsius Dominæ. & ꝙ
nunquam fuit auditum eam talia commisisse. &
quòd ipse Dominus Iacobus non cõuersabatur,
vel practicabat cum ea, quod sciuissent & uidis-
sent personæ domesticæ. quæ illius familiarita-
tem habuerunt. quibus cum deponant de eius
bona fama potius est credendum, quàm depo-
25 nentibus de mala, † vt per Mars. consi. 72. num.
20. & Nat. consi. 462. num. 10. Craue. consi. 8. nu.
8. & Gabr. tit. de testi. conclu. 4. nu. 24. vltra quod
deponunt etiam verisimiliora. Ant. Gabr. d. con
clusione 4. num. 28.

Nec Roland. a Vall. in allegato in dubijs consi
lio octuagesimosecundo. numero quadragesi-
mosecundo, cum sequent. in secundo. loquitur
ad hoc propositum. sed in diuersis terminis de
probatione confessionis in genere, quod habet
in iure etiam difficultatem. super quo aliter non
insistam cum nec in genere, nec in specie, non fit
probata impuditia, vel inhonesta vita huius
Dominæ.

Nunc de probationibus factis respectu domi-
ni Rainaldi. super quibus non est insistendum ex
quo eas admittimus veras esse, verùm, quia cum
a eo fuerat contractum [a] matrimonium, illæ dictæ
dominæ Iuliæ non nocent. Et certum est matri-
monium ipsum fuisse eo tempore probatum. ut
apertissimè in primis allegationibus, coram do-
mino Potestate comprobaui, quæ videantur.
Et ibi ostendi falsum esse, quòd exigantur testes
omni exceptione maiores ad illius probationẽ.
maximè quando non agitur de præiudicio alte-
rius matrimonij. Vltra quòd si ageretur de ma-
trimonio clandestino, ut pungitur in dubijs, pro-

barctur

baretur etiam testibus singularibus, vt post Ale. & Dec. trad. Alcia. in tracta. de præsumptione. prima regula, præsumpt. 39. nu. 5. & Ant. Gab. ti. de testi. concl. 8. in fi. nec Ceph. loquitur ad propositum casus nostri in consi. 82. nu. 44. Et licèt cum non fuerit matrimonium contractum in faciem ecclesiæ. posset dici fuisse clandestinum secundum cano. dispositionem. cum tamen fuerit
27 contractum inter personas † non prohibitas valuit tale matrimonium. vt etiam admittit Soc. Iu. in allegato in dubijs consi. 85. ad fi. in 2. quod ět valere, licèt sit contractum, coram duobus testi-
b bus masculis, vel fœminis, b & quando non sunt in gradu prohibito testes probare, nec incidere in aliquam pœnam, licèt illi interfuerint. ad propositum trad. Cels. Hugo, in cons. 120. nu. 60. 61. & 62. & nu. 74. tenet. etiam coniecturas alias iuuare testes ipsos. quæ multæ concurrunt in casu nostro, vt in dictis allegationibus disserui.

Cæterùm cum ět in causa appellationis cum D. Borsio, & Aloysio fuerint examinati testes, in hac causa producti & repetiti. qui deponunt, q
c . ante concilium passim c consueuerunt talia ma-.trimonia, coram duobus testibus fieri. non vide-
28 tur posse dici fuisse † clandestinũ matrimonium, quod secundum consuetudinem patriæ fit, Rui. consi. 51. num. 15. in 5.

Et cum etiam sit probatum per dictos testes, q eo modo fuit contractum matrimonium ex ea
d causa, d quia ipsa domina Iulia erat antiquior di.cto D. Raynal. iuniore, præterea timebat oe priuaretur, si publicaretur, gubernio filij. & D. Raynaldus timebat indignationem matris & fratris. qui tale matrimonium egrè erant laturi. prout euenit, ut deponunt testes ipsi. certè hæc clandestinitas, quæ ex causa, & ad bonum finem proces
29 sit, non facit, quòd inciderint † in aliquam pœnam, vt in dictis primis allegationibus ostendi. citando Ange. in Sum. Angeli. in verb. clandestinum. num. 2. & Henric. Bot. in tract. de synd. artic. secundo, num. 92.

Et cum in ipsis allegationibus etiam fuerit o-
* .stensum secundum communem Doct. * senten-
30 tiam, † conditionem castitatis, & honestatis in alia muliere, quàm in matre, vel vxo. legato ad.ditam non importare conditionem cœlibatus. sed mulierem libere posse nubere, nec amittere legatum. quo casu non loquuntur Tiraquel. nec alij citati per Viui. secunda par. suarum com. opi. opin. 156. sublata sunt omnia dubia proposita. & clara apparet iustitia ipsius D. Iuliæ.

Laus Deo Opt. max.

Bartho. Bertaz.

A D D I T I O N E S.

a Et ideo nulli pœnæ potest esse locus ex tradi. per gloss. Cyn. Bal. Saly. in l. pen. C. de fideiussoribus, vbi concluditur iuuenem inuentum cum puella in re venerea excusari à pœna stupri si affirment se prius contraxisse matrimonium, quod voluit etiam Bal. in l. unica. num. 35. vers. quæro tum quæstio de facto C. de confess. & ante eos. Spec. in tit. de confess § sequitur. vers sed pone, numero sexto. idem uoluit Cæpol. cautel. 43. aliquando quod & uoluit consi. 56. numero tertio. & sequent. in crimi. sequitur Ioan. Lopez, in Rubrica de donatio. inter virum & uxorem. §. 32 nume. quinto. Lanfran. in reper. c quoniam contra. de probatio. in uerbo confessiones. num. 14. & illic in additio. Matthe. Afflict. in 2. vol. crimi. prio. consi 58. num 8.

b Videtur tamen clandestinum simpliciter hoc matrimonium ex Bald. consi. 148. in casu proposito. nume. 13. lib. 1. Paris. consi. 57. nu. 28. in 4. Ceph. consi. 422 num. 17. & Socin loquitur quando extat ritus prouinciæ de quo inferius. & trad. Ceph dicto num 57. 56 & de contracto coram pluribus scribit Alcia. consi. quinto nu. 9.

c Hac consuetudo videtur excusare, quia si ex illa non requiruntur edicta. vel denunciationes, illis non præcedentibus matrimonium tamen non est clandestinum, ut respondit Oldra. consi. 236. quem ita intelligit Abb. in c. fi. num 8 de clandesti desponsa. & Gemini. in consi. 27. in fi. Menoch consi 60. num 69.

Sed hoc intellige, modo sit contractum matrimoniũ in facie ecclesię coram testibus, & amicis. & ita loquitur Paris. consi 13 & 15. in 2. & Abb. d. nu. 9. qui non solũ vult matrimoniũ non esse clandestinũ, & prolem esse legitimam, sed ět contrahentes excusari a pœna d. c. fi.

Quò ad primum resolutũ est in Rota Romana edicta esse proponenda in loco maiorum, quia ita mãdat ius cõe. qui uero dicit adesse cõsuetudinem debet probare, ut apud Pute. lib. 3. decis. 139 nu. 2. & decis. 262. num. 3. quam tamen decisionem intelligo si matrimonium non contrahatur in loco maiorum, quia tunc prętextu consuetudinis non debet tegi accedens ad alium locum, ut sine edicto tacitè contrahat. aliud esset si bona fide quis contraheret in loco maiorum, quia consuetudo debet aliquid operari faciunt ea, quæ mox dicam.

Quò ad pœnam d. c fi. dixerunt D. de Rota, dictum Abb. non esse verum, & contrarium tenet idem Abb. in c. quod nobis. qui fil. sint leg & qñ esset uerum procederet qñ quis in loco maiorũ contraheret, at secus in eo, in quo negari nõ põt culpa, ita d decis. 262. nu 4. in fi.

d Sed quæstio est utilior superioribus, quid si omittantur denunciationes, quæ ex conciliari Tridentina dispositione debent pręcedere. & ex causa omittantur, ut fiant postea contracto matrimonio? In hac est cons. Ceph. 422. & Menoch. 69. qui concludunt non ualere matrimonium, etiam si à Vicario ordinarij esset data licentia omittendi.

In hac re, aut loquimur de sponsalibus, aut de matrimonio, primo casu si promissiones sequantur. & detur fides de contrahendo matrimonio, tũc detrectans contrahere poterit cogi ad contrahendum cum solennitatibus Concilij. & ita fuit Romæ declaratum, & Papiæ, ac Mediolani pluries iudicatum, ut testatur Borgni. Caualca. in Repert. sua decis. in verbo Matrimonium. in prin. at si sequeretur culpa non propterea esset matrimonium ob prohibitionem Concilij, & formam non seruatam, ut per Nauar. in manual. c. 25. nume. 144. & Borgni in eo loco.

Si uero loquimur de matrimonio, aut loquimur de contractu coram parocho, & testibus, aut non, primo casu matrimoniũ tenet, licèt contrahentes peccent grauiter, Nauar. in manual. c. 22. nu. 69. 70. nec denũciationes sunt de substantia, & ex causa possunt remitti, quicquid dicat Ceph consi alleg. 422 & Menoch. d. consi. 69 & ita iudicasse dicit, & illius sentẽtiam confirmatam fuisse scribit idem Borgni decisione 29. nume. 18. de

judic. & ego certè cum illo transeo, mouent namque me, tum Concilij uerba expressa, tum Nauar. expressa interpretatio, hinc & Ceph. & Menoch. non satis propriæ fidunt consultationi, ut in consiliorum calce innuunt. secundo uero casu sine parocho matrimonium non tenet, vt per Borgni. in d. repertorio.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Testes cuiusmodi debeant esse, qui sunt in criminalibus probaturi pro curia, vel reo.

SVMMAE.

1 *Testes inuicem aduersantes se confodiunt.*
2 *Repetitio testium est facienda, aliàs ipsi non faciunt indicium.*
3 *Scientia banni requiritur in receptatore banniti.*
4 *Testis de auditu non probat.*
5 *Testes debent esse luce meridiana clariores.*
6 *Et illius dictum debet esse concludens.*
7 *Probatio bonæ famæ, & vitæ elidit indicium existens contra reum.*
8 *Testis deponens de gestis à se ad utilitatem tertij probat.*
9 *Testis malæ famæ, & pauper repellitur à testimonio.*
10 *Blasphemator non est idoneus testis.*
11 *Inimici dictum non est nociuum.*

CONSILIVM CCLXXXIIII.

In Domino confido.

ABSOLVENDI & liberādi sunt D. Alexan. & D. Blasius de Ferrarijs Nonātulani ab inquisitione cōtra illas formata. cum nihil sit probatum contra eos de his pro quibus inquirũtur. De homicidio enim commisso per alium in personā Sigismundi Magnoni. nullum extat indicium contra eos, & quatenus extitisset fuit purgatum per torturam, & per testes reprobatorios, ut inferius dicetur. solum de delatione archibusiorum à Rota deponũt duo testes examinati pro curia. primus Bartholomeus Pillatus. & quartus Bartholom. de Sistis. qui etiam videntur affirmare illos detulisse sub porta Castri Nonantulæ. ubi fiebant triuia, & ludi, ac congregatio hominum. tres verò alij testes examinati Ferrariæ, videntur deponere de conuersatione dicti Alexādri, cũ quodam Gratia bannito. Quo ad primum de delatione archibusiorum. cum sit producta licētia, & fides Illustriss. D. Cornelij, q ipsi sunt milites equestris militiæ S. Excellētię quib. est licitum illos deferre. cessat dubium de delatione. Sed q non sit verum, q retinuerint ad triuium contra capitula militiæ, & proclama armorum apparet, quia testes ipsi sibi inuicem aduersantur. cum primus dicat, q illos detinebant sub dicta porta in congregatione hominum. alter & quartus dicit, q reponebant in appotheca ibi existente, in qua reponuntur similia arma. & testes inuicem aduersantes
1 † inuicem se confodiunt. Ioan. And. & alij. in c. in
nostra. de testi. Mars. in sing. 488. dignitas Boss. in tit. de fals. num. 19. & 20. & Clar. in praxi. crim. in §. falsum. vers. conuincitur.

Secundò, testes ipsi omnes non deposuerunt. vel repetiti fuerunt parte citata, & sic nullam faciunt probationem. c. 2. de testi. & q repetitio sit facienda, aliàs non faciant aliquod indicium te-
2 stes recepti pro informatione † curiæ trad. Saly.
in l. fi. in fi. C. de quæst. Gram. consi. 15. nu. 1. & 2, & Clar. ī §. fi. d. pract. suę crim. q. 45. cęterũ si reus.

Tertiò, testes recepti super dicta conuersatione cum dicto asserto bannito nullā faciunt probationem, cum primus, & tertius, loquātur de auditu. secundus verò est singularis. l. iusiurandi. C. de testi. & nihil etiam deponit cōcludenter. quia non dicit, q Alexander ipsum receptauerit in suā domum. scilicet q cum eo fuerit in domo testis. sed conuersatio non censetur punibilis, sed receptatio. & quicquid sit, opus erat probare, primò q dictus Gratias erat bannitus, & q Alex. sciuerit dictum Gratiam esse bannitum. & q dolo malo illum receptauerit, uel illi auxilium dederit. & oporteret etiam probatum fuisse scientia quali-
3 tatis bāni prohibiti † à statuto, ut declarat Plot.
in l. si quando. nu. 859. C. unde vi. testes uerò de
4 auditu † non probare, probaī in c. licèt ex quo-
dā. de testi. Mats. cons. 20. nu. 5. & 76. nu. 25. Calepi. de Calepi. in 2. vol. consiliorũ crim. primo impressorũ. consi. 52. nu. 19. & in criminalib. testes
5 † debeāt esse luce meridiana clariores. l. fi. C. de
probat. ita vt vix etiam ipse ea, quæ commiserit negare sufficiat. l. qui sententiam. in fi. C. de pœn. Boss. in tit. de conuict. num. 9. Iul. Clar. in practica crimi. in §. fi. q. 66. vers. debeat autem, & Anton. Gomez. tom. tertio suorum tracta. c. 12. num. 9.
6 Et dictum testis † debet esse concludens. l. non
hoc. C. unde legi. Boss. in tit. de oppositio. contra test. num. 45. & dicit idem Boss. in d. titu. de conuict. num. 13. quòd probationes debent esse, ita certæ, vt non possit aliter probabiliter dissuaderi. unde cum nihil horum constet pro parte curiæ debent absolui.

Cæterùm & si aliqua extarent contra eos indicia, vel probationes, illa sunt purgata, sublata. & elisa per probationes factas pro parte ipsorũ inquisitorum ex testibus pro eorum parte examinatis.

natis. primo ex probatione eorum bonæ famæ
7 † & vitæ, quæ elidit indicium existens, contra
reum Mars. in practi. crimi. in §. diligenter. num.
196. & sequent. & Grammat. consil. 65. num. 4.
& in consilijs ciuili. consilio 59. nume. 25. & est
commune dictum.

Secundò, quia fuit probatum contrariũ eius,
quod deponit dictus primus testis curiæ, quod
tenebant, & tenuerunt archibusios sub porta ca
stri Nonantulæ ad triuia, & in congregatione ho
minum. nam deponunt tres testes examinati ad
defensam, quòd imò semper deposuerũt dictos
archibusios in apotheca. & pénes officialem ad
hoc electum. penes quem tam forenses, quàm
incolæ solent illos deponere. & quòd non tam
facilè eis post depositionem uti poterant. prout
dicit secundus testis curiæ, & ille primus officia-
lis. cum deponat de gestis etiã a se ad utilitatem
tertij. scilicet quòd recipiebat, & retinebat dict.
archibusios in dicta appotheca. solus probaret.
8 † ut trad. ad propositum alios citans Menoch. in
tracta. de arbit. libr. 2. centur. prin. casu 99. num.
a 2. & sequent.[a]

Tertiò dicti testes aduersarij fuerunt etiam re
probati. Nam primus Bartholomeus Pillatus.
vt dicunt dicti testes reprobatorij, est homo ma-
læ vitæ, & conditionis, lusor, & blasphemator,
pauper. & habitat in domibus dictorum de Ma-
gnonis. & communiter habetur pro eorum ex-
9 ploratore. testis autem malæ famæ, † & pauper
repellitur a testimonio. Gramm. consi. 26. nume.
23. & idem est in lusore, vt per eum not. secundo.
10 num. tertio. & in blasphematore; ibi nu. quinto.
b & sexto.[b] sic etiam dicti testes deponunt, ex au-
ditu tamen de inimicitia inter dictum Alexan-
drum & Cæsarem Campedellum. fuit etiam re-
probatus Peregrinus de Ghinanis, ut inimicus
ipsorum de Ferrarijs ob adulterium uxóris. licèt
ipse testis parum, uel nihil dicat nociuum ipsis
11 reis. Inimicum † autem non esse idoneũ testem
omnes admittunt l. prima. §. præterea, vbi Marsi.
declarat quis dicatur inimicus, de quæst. Gram-
ma. consi. 46. num. 5. & sequent. Crauet. consi. 6.
num. 32. & Rolan. a Val. consi. 37. nume. 12. in 3.
Et quia causa hæc nullum habet dubium, frustra
non denigrabo papyrum.

Laus Deo Opt. max.

Bartho. Bertaz.

ADDITIONES.

a Et videtur esse communis * opinio, quàm communem
* dicit Crot in tract. de testibus num. 289. & in consilio 106 num. 18. cum alijs trad per Tiraquel in tracta. de retract. titulo primo. §. primo gloss. 14. numero 47. & sequen. quod procedit etiam si testis sit singularis se-
* cundum communem * quam præter antiquiores tenet. Abb. consilio 79. numero septimo. Sylua, consilio 94. numero quartodecimo. Crot, consi. 111. nume. 18. ubi dicit, quòd est vera, & communis opinio Gozad. consi. 33. numero 60 Gram. consi. 65. numero nono. in ciuil. Ceph. consili. 179. numero septimo, & 225. numero 33. Benitend. conclus. 63. & Cagnol in l. prima. numero quartodecimo ff si certum petatur.

Sed ista opinio non uidetur communiter recepta, vt per Crauet. consi. 73. num 30 178. nume. septimo. & in alijs consilijs Tiraquel. d. gloss. 14. nume. 50. sed tamen negari non potest quin magis probet, quã alius testis ordinarius, Crauet. consi. 2. num. 9. 73. nume. 30. 99. num. 9. 178. num. 7.

Hoc tamen non procedit si factum testis habet admixtum factum partis. ita declarat Zucear post Ias. per eum citatum in l fi. in glo. in verbo vitiarum. in fin. nu. 293 C de edict diui Adria. tollen.

Secundò idem non procedit, si testi ex suo testificatu potest relukare laus, uel opprobrium. Tiraquel. post Castr. in d. gloss. 14 numero 51. Zuccard. dicto numer. 293. Stract. qui alios citat in tractat. de proxenet. §. illa etiam numero octauo.

Quæritur autem, quomodo probet? & dicunt Docto. quod probat uel plenè, vel plusquam semiplenè, ut per Crot in tract. de testibus. 6. par. numero 209. Crauet. consi. 99 num. 6. & 220. nume. 18. Menoch. d. cõs. 99 num. 11. Gabriel. titu. de testibus. conclus. prima. numero decimooctauo. Abb. consi. 77. numero 7. Sylua. cõnsi. 94. num. 14.

Opinio autem quòd plenè probet non uidetur uera, nec communis, ut per Alex & Ias. in l. 2. ff si quis cautio in §. si absens. Curt. in tract. de testibus. 66. & ultima conclus. Crauet consi. 73. num. 30. quod etiam dictum dicit periculosum in consi. 178. num 7. & quando ex toto negatur actus ille super quo deponit testis, quod non probat trad Alcia. de mente Comens. & Soci. in l. 1 §. fi. num. 6. ff. de uerbo. oblig.

b Idem Gram. decis. 11. numero 12. Dec. latè consi. 163. numero decimo, vbi declarat quis in proposito dicatur blasphemator.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Comites habentes iurisdictionem, quæ statuta & banna pœnalia possint emittere.
Et an possint augere pœnas, & alterare, & applicare suo fisco.

SVMMAE.

1 *Comites habentes iurisdictionem possunt facere proclamata, & banna contra dispositionem iuris ob publicam utilitatem.*
2 *Subditi tenentur ad refectionem castri, & carcerum.*
3 *Ecclesiastici possunt grauari ob refectionem castri.*
4 *Alienationis prohibitio in forenses est iusta, & fit ne bona in exteros alienentur.*
5 *Et potest fieri per Comites in castris suis.*
6 *Forenses, an possint collectari pro bonis existentibus in territorio?*

7 *Contractus est nullus ipso iure non seruata for ma statuti.*

8 *Remissio non comprehendit ius futurum.*

9 *Renunciatio non trahitur ad ius de nouo superueniens.*

10 *Damnum datum potest puniri à Comitibus alicuius castri proclamate particulari.*

11 *Pœnas possunt alterare Comites sibi suisque fiscis applicare.*

12 *Comites possunt facere banna imitantia legem superioris.*

13 *Consuetudo in oneribus est multũ attendenda.*

14 *Prohibitio est iusta, & valida ne subditi eant ad aliena loca.*

15 *Subditi tenentur facere custodias circa castrum.*

CONSILIVM CCLXXXV.

In Domino confido.

QVERELAE horum hominũ Querzolæ, propositæ aduersus Illustr. Comites ipsius castri dominos suos, tan quam iniustæ & friuolæ veniunt reijciendæ. & explodendæ. ut ex responsionibus ad singulas ipsarum inferius constabit. Sed inprimis antequam de eis sit tractandum, vnum præmittam in iure verissimum, quod cõfundet & destruet præsuppositum aduersariorum. ex quo oritur solutio plurium quæstionum, inferius discutiendarum. Quod scilicet cum ipsi comites fuerint, & sint iuestiti ab episcopatu Regij ab imme morabili tempore citato de ipso castro. cũ mero & mixto imperio, & cum omni iurisdictione, & honore, prout erat penes dictum episcopatum. quæ inuestitura etiam processit de mãdato Summi Pontificis, ut in inuestitura anni 1252. & quæ
a inuestituræ etiam regalia [a] continentes, fuerunt
confirmatæ per Iulium tertium Summum Pontificem. vt in breue confirmationis, dubio procul habent perpetuam iurisdictionem, & possunt fa-
1 cere statuta & proclamata, † ac banna etiã præ-
b ter, [b] & contra dispositionem iuris communis, &
maximè propter causam publicè utilitatis, ut Alexan. trad. in consi. 122. super primo secũda col. vers. quantum autem ad proclamata tertio volu. quod etiam admittit consi. primo. colu. octauã. in quinto vol. Dec. consi. 191. numer. 3. & consi. 595. num. 11. idem tenet Ioan. de Amic. in consi. 120. num. 8. Brun. in tract. super statut. quòd stanti. mascu. fœmi. non succe. 13. articu. secunda qõ. num. 14. & sequen. Rip. post Ias. in l. nemo potest. num. 17. ff. de legat. primo. sequitur Bossi. in suis var. tractat. in titu. de pœn. num. 26. Socin. Iuni. in consi. 33. nume. 9. & clarius in consi. 76. in princ. & num. 21. ubi consuluit pro Comite Saxoli, tertio volum. Idem tenet Craue. consi. 314. nume. 1. & Rolan. a Val. consi. tertio. num. 18. & 21. secundo uolum. Quo præmisso facto singulas querelas confutabo.

Prima enim querela continet, quòd ipsi DD. mites intendunt homines, & subditos ipsos teneri ad reparationem arcis. Querzolæ ob bellũ de mandato Principis nostri pro parte deuastatæ & destructæ. ad quam prætendunt se non teneri. cum præsupponant se liberos & absolutos a seruitijs præstandis ipsis Dominis Comitibus per concessionem antiquam capituli sexti, & per alia in eorum informatione adducta. Sed certè minimè sunt audiendi cum de iure possint cogi ad hanc refectionem & reparationem, tàm arcis quàm castri, quę concernit publicam utilitatem. tum propter carceres existẽtes in ea, qui sunt necessarij ad custodiam delinquentium. tum propter incursiones militum & malorum hominum. cum in ea possint etiã subditi se, & bona eorum retrahere, & reducere ad picula, tàm uitę, quàm amissionis honoris & bonorum effugiendum, & euitandum. Quod sine dubio procedit stãte con cessione speciali Reuerendissimi Episcopi Regij domini dicti Castri directi, vel utilis subalterni. & quia a iure communi disponitur, quòd ad talem refectionem subditi teneantur. l. omnes. C.
2 de oper. publi. l. 2. † C. de mun. pani. lib. decimo.
& ita ad propositum firmat Guid. Pap. qõ. 7. habentes. & in consi. primo. nu. 7. Pet. de Vbal. & in tracta. de collect. num. 39. Ioan. de Amic. consil. 98. num. 17. & sequent. Bertr. consi. 202. numer. quinto. prima part. priorum, quod etiam tenent Doct. in l. ad instructiones. C. de sacrosan. eccles. & latè prosequitur Aegid. Thomat. in tractat. de collect. fol. 119. q. incipiente. sed quid dicẽdum, per plures char. & cõcludit etiam hoc casu ecclesiasticos teneri conferre secundum communem
* *opinionem, vt in pag. 131. & quòd omnes indi
3 stinctè teneantur † ponit pag. 133. cum tribus se-
quent. Nat. consi. 215. & Rimi. Iun. in 10. Socin. Iun. consi. 76. num. 24. consi. 4.

Nec obstat illud capitulum sextum. quia non loquitur hoc casu, quo nõ agitur de seruitijs. sed de expensis. & ex diuersis non infertur. l. fi. de calum. l. Pap. exuli. ff. de mino. Vltra quòd hoc capitulum nunquam fuit obseruatum in præteritum, vt in relatione Illustrissimi D. Gubernatoris super eo capitulo. quæ quidem relatio fuit confirmata per Excellentissimum Ducem, vt in Rescripto anni 1565. sub die quarto Iulij, & in alio anni præsentis 1566. sub die 23. Iulij.

Secunda querela est pp prohibitionẽ alienationum bonorum immobilium faciendarum forensibus. quæ ẽt est iniusta, & non tantum est in-
4 iusta, sed malignitate plena. Quod sit † iniusta ap
c paret, quia hæc prohibitio est iuridica, [c] & facta
pp publicam utilitatem, ne bona in exteros alienentur.

nentur. qui cogi non possint ad munera eo in loco subeunda, vt per omnes Doct. in l. filius familias. §. Diui. & ibi Alcia. num. 27. ff. de leg. primo. Dec. consi. 660. & Soci. Iun. consi. 3. num. 2. in 3. vol. & quòd talis prohibitio possit fieri per Comi
5 tes † in indiuiduo trad. idem Soci. in d. consi. 75. num. 21. & sequen. Quod fuerit maligna constat apertè, quia petunt, quod sibi esset nociuum, & laborant contra propria commoda. siquidem non negant ipsi DD. Comites licentiam exteris emendi & acquirendi bona in territorio dicti castri, uel subditis alienandi. sed uolũt, quòd ementes se obligent ad subeundum munera in communi pro dictis bonis pro eorum rata, ne subin-
6 tret difficultas † tacta per Docto. in l. placet. C. de sacr. san. eccl. per Paris. in consi. 25. in primo vol. & in alijs locis. an forenses possint collectari pro bonis existẽtibus in territorio, maximè cum non extet statutum in loco simile statuto, quod fecerunt Eugubij, quòd omnia prædia censerentur obligata, & affecta pro oneribus de quo meminit Bar. in d. l. placet. in fin. quod si non fieret omnia onera remanerent ipsis subditis, & grauarentur maioribus oneribus.

Nec apparet etiam, quòd circa tertium in quo se fundant aduersarij fuerit obseruatum, ut ex relatione præfati Illustrissimi Gubernatoris confirmata ut supra.

Tertia querela habet duo capita alrerum pro-
d hibitionis venationis,[d] alterum molẽdini, quod prætendunt homines ad se spectare. Quo ad primum caput res est decisa, quicquid sit secũdum iuris communis dispositionem, quia fuit concessum priuilegium huiusmodi prohibendæ venationis ipsis DD. Comitibus per Illustrissimũ Ducem Herculẽ fęli. recor. ut in decreto anni 1551. sub die octauo Ianuarij confirmato ab Excellentiss. moderno Duce sub die 20. Iulij, anni 1561. de quo etiam in literis anni 1559. die 21. Decembris, & anni 1561. die 27. Iulij.

Quò vero ad secũdum de molendino, respondetur transactionem factam per matrem ipsorũ DD. Comitum, & auiam respectiuè. illis non officere. tamen quia non fuerunt seruatę solennitates statutorum Regij de contractibus minorũ, & maximè non interuenerunt attinentes, vel vicini, iuxta dispositionem ipsius statuti sub Rubrica quis Mod. seruari debe. in contractibus mino. &
7 mulie. quo casu nullus fuit † contractus ipso iure, vt in ipso statuto. & nulla nata fuit ciuilis, vel naturalis obligatio Bart. & communiter omnes in l. si non sortem. in prin. ff. de cond. indeb. Castr. in consi. 124. in causa. num. 1. primo uol. & Rom. consi. 337. in casu proposito. primo dub. tum etiã quia & si valuisset. nihil eis officit, qui non ex causa antecedenti, & ex iure eis competenti tempore transactionis prohibent dictis subditis uenationem. sed ex nouo iure uirtute dicti decreti; & priuilegijs ex post acquisitio. quod eis non competebat uigore aliquorum deductorum in illo iudicio, super quo fuit transactũ. igitur non obstante illa transactione, & renunciatione in ea facta, vel aliqua remissione possunt illos prohibere cũ
8 illa ius futurum † non comprehendat? Sed tantum tunc competens. Bar. in l. post emancipationem. §. 1. ff. de libera. lega. Cur. Iun. consi. 101. nu. 7. & 8. & Bar. decisione 147. num. 12. & renunciatio non trahitur ad ius de nouo superueniens A-
9 lexan. in consi. 170. num. 5. in 7. Soc. consi. 50. ad fi. in primo uol. Crau. consi. 242. num. 7. Rolan. à Val. in consi. 95. num. 42. primo uol. & Didac. Couaru. in repet. c. quamuis 3. par. §. 3. nu. 1. & 2. de pact. lib. 6. Præter id, quòd non est verum molendinum ipsum unquam fuisse dictorum hominũ, vel per eos possessum. sed semper per ipsos DD. Comites, & eorum antecessores.

Quartò loco conqueruntur dicti homines de
e duobus. quòd ipsi domini Comites alterant[e] pęnas statutarias saltem pro damnis datis. secũdo, quòd illas applicant alter, quàm per statuta prouisum sit. Sed cum semper ita fuerit obseruatum in præteritum non uidentur audiendi, quicquid fuerit in contrarium dispositum ex c. 17. ut ex relatione præfati D. Gubernatoris super eod. c. cui est standum propter confirmationem ipsius Excellentissimi Ducis de qua supra dictum fuit.

Præterea, & si non fuisset hoc decisum ex longa consuetudine, & longęuo usu. id tamen cum sit iuridicum concedi deberet, cum ipsi DD. Comites possint facere statutum & banna pœnalia,
10 vt supra in præmisso ostensum fuit, † & in specie, in damnis datis, quòd possint facere talia proclamata in indiuiduo trad. Dec. cõs. 191. nu. 3. Brun. consi. 101. Craue. d. consi. 313. nu. 1. & in Rolan. d. consi. 3. num. 19. & 30. in secundo.
11 Quod possint modo alterare aliàs pœnas, † & sibimet ac fisco suo applicare etiam apertè constat, ex quo idem fit per Excellẽtissimum Ducem in ciuitate Regij. & cum hæc sint delicta prohibita per ius cõmune, vel per legem superioris, possunt ipsi in auxilium legis superioris addere, vel alterare pœnam. Craue. d. consi. 314. nu. 2. & Rolan. d. 3. num. 30. & in indiuiduo quando imitan-
12 tur legem superioris, quòd talia banna † facere possint, trad. Aegid. Boss. in tit. de pœn. num. 25. & scio sic alias fuisse iudicatum per magnificũ consilium Iustitiæ ad fauorem Illustris. Comitum de Calcagninis, cum hominibus Fusignani pariter nonnulla proclamata dictorum Comitum impugnantibus.

Quinta querela de seruitijs ipsis DD. Comitibus præstandis est etiam sopita, & extincta ex relatione præfati Illustrissimi domini Gubernatoris facta super cap. 18. confirmata ut supra. qua constat illud capit. nunquam fuisse obseruatum, sed dictos DD. Comites fuisse solitos & consuetos huiusmodi seruitia exigere à suis subditis. cõ
13 suetudo. n. in his oneribus † multum potest & ea attendi & seruari debet, ut Alex. ad propositum trad. in dicto consi. 122. colum. prima, in quarto,

& faciunt trad.per Alcia.in consi. 19.nume. 3.& sequen.quinto libro.

Super sexta querela extat etiã relatio ad consilium 24.qua declaratur, quòd nunquàm fuerũt prohibiti subditi ire ad alia loca, sed in alijs locis habitare. Et circunscripta etiam relatione
14 prohibitio † est iusta,& valida per trad.per Bart. in l.fi.per illum tex.ff.de decre.ab ord. facie. & in terminis trad. Rom. consil. 59. ad discutiendum prima,& secunda q. & in eodem casu Abb.cons. 17.in quæstione Ottonnelli. 2. volu.& in comite Saxoli.Soc.Iun.d.consi.76.nu.34.& seq.in 3. vol.

Septima tollitur ex responsionibus datis supra ad quartam.

Octaua repugnat tàm prædictæ relationi super 7.c.confirmatæ, vt supra. quàm etiam cõcessionibus, & priuilegio Illustrissimi Ducis Herculis confirmatis per nostrum Excellentiss.Ducem de quibus supra in tertia querela dictum fuit.

Et idem est respectu 9.& vltimæ querelę. cum vltra concessionem factam dictis dominis Comitibus uenationis,& eius prohibitionis, quòd ipsi soli habeant hospitium & lanienam, seu beccariam. fuerunt etiam subditi præfati suppositi, ꝙ deberent ire ad molendum ad molendinum ipsorum dominorum Comitum, quo casu cessat iuris communis dispositio. Ex quibus apertè constat de iniustitia,& uanitate dictarũ querelarum.

Cæterùm prætendunt præfati dd. Comites dictos homines, & subditos eorum teneri singulis diebus,& noctibus facere custodias circa castrũ vel palatium ipsorũ dd. Comitum & habere singulis diebus & noctibus tres homines iuxta concessionem eis factam per Reuerendissimum Episcopum Regij præfatum, quòd onus tenebantur ipsi homines antiquitus subire, vt in statutis eorũ mẽtio habetur, & in alijs vicinis castris seruatur. & intendũt illos ad tale onus compellere. Quod
15 præter † supradicta iuridicum videtur. ut tradit Guid.Pap.in pe.q.5.dub.num.6.& Bellon. consil. primo,num.1.& 40.num.1.& 2.& maximè cum ipsis dd. Comitibus possit imminere periculum propter debilitatem dicti Castri pro maiori parte deuastati,& palatij ipsorum etiam debilis. Vnde petitur assensus Excellentissimi D. Ducis, qui ex præfatis non videtur vllo modo denegandus.

Bartho.Bertaz.

ADDITIONES.

a Licèt si in inuestitura sit facta mentio de regalib. ea transeat in inuestitum, vt per Docto in l.1.ff.de iurisd. om. iud.& in c.generaliter in verbo regalia, de elect. in 6. & in c.1. quæ sint regal. Affl.decis.122 & Boer. decis. 50. num.23.& hoc casu Comites possiut ea facere de quibus hic dicitur, quod maximè procedit si inuestitura proueniat à Principe nostro, qui Imperatoris loco in suo Ducatu habetur, ut per Castr. 227. super primo dubio.colu.fin.in antiquis.Alexand consi.2.Visis codicillis.colum.quarta,in princ.& latè Curt. Iun. consil.1. nume. 29. attamen aliud est fortasse respondendum si ex inuestitura cõcessum sit, quòd possint Comites percipere, & consequi fructus redditus prouentus hactenus perceptos, & percipi consuetos, tàm de iure, quam de cõsuetudiue ex ipsa iurisdictione,& castro. nam hoc casu non potest Dominus petere à subditis, nisi ea de quibus aute eum antecessores eius bona fide,& sine dolo,& sine coactione consequi consueuerunt, ut in tractatu de potestate secul. & eccles. cap.141.num.3.& sine consuetudiue nihil debetur. Alex. consi. 122.super primo,colum.2.in quarto,Iacob. de Sancto Georg. de feud uersi qui quidem inuestiti.fol.5.quarta col. Balb. de præscrip.2.p.r.5.par.princip.6.q.num.4.

b Nonnulli dissentiunt, an ibi Comites possint statuere contra ius commune,ut trad.Castr.consi.227. supra al legat.super primo dubio, tertia col. Rom. consi.59.ad discutiendum 5 & 6.dub.Alex.qui distinguit inter prælatos habente perpetuã iurisdictionem in quibus procedit opinio contraria, & habentes nomine proprio iurisdictionem transituram ad filios, uel hæredes in consi.primo.octaua colu.in 5. cum quo uidetur transire Ias.in l.nemo potest prima colum. & ibi Rip. nume. 17.concordat opini.ff.de leg.primo. quod tenet Brun. in tract.qui stant masc.fœminæ nõ succed.13.articu.2. q.num 14. hi enim magis similes sunt Principi, quàm Præsidi.ut Bal. trad. in l.receptitia, secunda colu.C de consti pecu. & sequuntur alij præallegati, alios etiam citantes. & in his non habet locum dispositio.l. programma.C.comminat.episto.5. ut Bar.trad.in l.prima. in prin.num.1.ff.quod quisque iur.& tali casu uidentur isti Domini temporales posse iudices esse contra delinquentes & contrauenientes suis legibus, ut per Ioan. Fab.in l.unica.C.ne quis in sua cau. iudi.& Grammat. decis.104 num 7.

c Iuridica uidetur hæc prohibitio, immò iuri communi consona per l.1.C.non lice.habitato Metrop.lib.11. attamen licèt ualeat statutũ,uel proclama prohibens rem immobilem alienari in forensem sub pœna ut est com-
* munis * opinio de qua per Alber.in secunda par. statu. q.2.num.19 & Barba.in Rub. de reb. eccles. non alien. & per alios quos refert Clar.in pract.§.fi q. 82. statuto 5.in prin. est correctorium iuris communis l. dudum, C.de contrahend empt.& uend.& habetur in c. consti tutus,de restitu.in integ.& per Docto.in d.§. Diui. & dispositio d l primæ, loquitur in casu speciali, ut per Io. de Plat.ibi,nume 2.& Tiraquel. in tract. de retract. titulo primo,in præfat num.16.

In hac materia licèt multa tractet Clar.in d.q.82. attamen præter eum addimus nos aliã quæstionem, quæ est, An stante hoc statuto, uel proclamate alienantes possint excusari prætextu alicuius consuetudinis, quæ inoleuerit contra dispositionem statuti?

Respondeo in hoc casu non esse locum pœnæ.namquè statutum,uel proclama vsu non seruatum, & receptum non est obseruandum, glo.& Doct.in l.rem non nouam. ubi Ias.num.5. C. de iudic.cum alijs citatis per Plot. in l.si quando.num.321.C vnde ui.& Ceph. cons. 255.num.16.& in terminis huius statuti.Ias. cons.112. nume. 4.in 4. & idem Plot.in primo uol. cons. crimin. primo impress.consi.108.num.120.ver. 48. vel quatenus fuisset usu receptum consuetudo contraria illi derogauit, Fel.in d.l.rem non nouam ante fi. vbi Ias. nu. 4.Rui.consi.143.num.24.in 5.Soc.Iun.consi.2.nu.24. in prin.& ante eos Alex.cons 132.Visa facti narratione. prima & secunda col in prin. sequitur Nat. consi. 19. num.7.vbi eo casu uoluit, nec etiam iudicem qui seruare statuta iurauit, teneri talia seruare, quæ per consuetudinem fuere abrogata.& Ceph.d. consi.155. nu. 27 & hoc casu cõtrafacientes excusantur à pœna Plot. d.vers.48. Consuetudo enim fortior est, & potentior

statuto,

ſtatuto,& facit illud ſilere Cran. tract. de antiq. tempo. prima par.in prin.num 42.Menoch de arb. lib. primo, quæſt.71.num.49.

Conſuetudo iſta inducitur ſpatio decem annorum li cet eſſet contra ſtatutum,uel ius ciu le Bart in l.de quibus.& ibi Iaſ.nu.43.ff de leg.Cur Iun.conſ.43.num.7. Alex.Soc.Iun & Nat & idem Nat.conſ.431 nume.3. Crauet d.trac.4 par nu.7.& ſeq. & in ſtatuto. Henric. Bo. in tract de ſynod.epiſco.2 art.1.concluſ.nu 59.

Probatur antē duobus modis, primo ex productione plurium inſtrumētorum alienationum ipſarum,quæ probant conſuetudinem.Bal.in l.1.ante fi C.ad Velleia. Fely.in c.inter dilectos.nu.11 de fid.inſtru.Dec.conſilio 11.nu.9 verſ.ad hoc fundamentum.Curt.Iun.conſ. 206.nume 5.in fi Cranet conſ.184.num.9 & in trac.de antiqui.temporum prima par §.ampliatur nunc.nu.16.

Secundo,probari poteſt ex libro æſtimi in quo poſſunt apparere deſcripta bona acquiſita per forenſes,ęſtimo autem fides adhibenda eſt Bar.& alij in l. decem.ff. de uerb.oblig.Soc.cōſ.89.5.col in primo.maxime quando non conſtat alium poſsidere nec eſt controuerſia cū tertio,ut per eundem Soc.ibi & conſ 46. num.2.in 3 & facit ſaltem præſumptio: ē quæ transfert onus probandi in aduerſarium.Socin.Iun.conſ.61 num 3.in tertio. Nat.conſilio 235.numero 14.Alber.conſilio ſexto.numero 5.& 34 nu.13.

Amplio primò concluſionem à nobis.ſup.firmatam, ut procedat etiam ſi poſt natam conſuetudinē comites denuo faciant proclamata,ut non obſtante conſuetudine alienatio ſit prohibita.modo uel de cōſuetudine fuerit conuentum cum comitibus antiquioribus, quo caſu ſucceſſor in iuriſdictione, & comitatu tenetur obſeruare conuentiones ſuorum prædeceſſorum. Brun. conſilio 1.col.4.Iaſ conſ 1.2.dub. in primo cum alijs relatis per Rol.cōſ.1.nu.40.& ſeq.in 2. Vel Princeps ſuperior decreuerit antiquas conſuetudines obſeruari debere,& in eis nihil innouari nam Principis decretum tollit etiā legem futuram iuxta trad.per Bar.& alios in l.ſi mihi,& tibi.§.in legatis.ubi Alex.nu.7.ff.de leg primo. Rui.conſilio 32.in prin.in quinto.

Secundo amplio,ut non ſit locus pœnæ licet aliquando comites tentauerint euertere conſuetudinem condemnauerintque alienantes, quia attenditur quod frequentius obſeruatur.Dec.conſ.11.nu.12. Bero.conſilio 87.nu.20.in tertio.

Tertio ampliatur,etiam ſi actus non eſſent facti uigore dictæ conſuetudinis,uel ut illam inducerent, quia cum ſtatutum prohibeat alienationes huiuſmodi, & actus contrarij non poſsint fieri citra nomen,& ius conſuetudinis,ſatis cenſetur conſuetudo probata abſq; alia probatione,quòd actus facti fuerint in uim conſuetudinis,ut declarat Celſ Vgo.in conſ.54 num.14. ex Corn. conſ.125.col.pen in qua.to.

Quartò amplia,etiam ſi cōſuetudo eſſet inducta ſine ſcientia comitis,uel officialium,quia quando conſuetudo introducitur contra ſtatuta non eſt opus ſciētia Principis. Alex conſ.132.2. col in 1. maximè quando non agitur de reſeruatis Principi,quo caſu loquitur Crauet. de antiqui tempo.4.par §.abſolutis nu. 18.19. & ſeq & hanc eſſe communem opinionem * firmat Curt.in c.fi. de conſuet.nu.351.in quarto requiſit.pro ut dicunt cōmunem Petr. Duen.in regul.141.Didac in reg. Poſſeſſor in initio 2.par.ſub num 8.verſ.3.ſupradicti Docto. opin.3.col de reg iur in ſexto.

d Venatio videtur poſſe prohiberi ſi feudum cōceſſum eſt cum venationib.ne ridicula uideatur conceſsio l.ſi quādo.ff de legat.1.nam venatio cenſetur eſſe de regalibus ſicut piſcatio c.1.quę ſint regal.& in utraq uidetur eſſe eadem ratio,& uidetur eſſe prohibita de iure communi l.nemo retia. in titu. de pac. tenend. & eius uiolato.& quòd ſubditi poſsint prohiberi,tenent in terminis. Nicol.Bellon. conſ.49.nu.9.Rim.Iun conſ.68.nu 25.

Contraria tamen opinio eſt uerior, quia venatio eſt de iure gentium,& per Principes prohiberi minimè poteſt Huſtienſ. & autr.in c.non eſt de deci. Deci.conſilio 197.Bertran.conſ 255.nu.8. prima par. q.110 caſu 311.& maximè ſi ſubditi non acquieuerunt longo tempore,ut per ſup.allegatos.Gram deciſ.67 nu 9. Didac. in reg.peccatum.§.8.in prin.Bero.conſ 81.nu.30.31.in primo Rol.conſ 9.num.14.in ſecundo,quod procedit etiam ſi inueſtitura contineat expreſſe uenationes. Iacob.de S Georg.in tract.de feud. verſ.& cum uenationibus.Gram d.deciſ 67.nu.9.

Vtraque opinio indiſtincta non eſt tenenda,cum plerumq; liceat prohibere,hos caſus pulchrè refert Dom. Sot.de iuſti.& iur.lib.4.q.6.art.4.3. col. Nauar. in Manual.c.17.nume.120.& ex noſtris eruditiſsimus Nat. conſilio 604.

Ob hoc idem prohibentur Domini ſubditis uetare agrorum culturam ob commodiorem uenationem pugnat enim hæc prohibitio cum iure communi quo ſtatuitur agros incultos non eſſe relinquendos,& relictos occupari poſſe, & biennio præſcribi.l.qui agros.C.de om agr.deſer.trad.Rip.de peſt.tit.de remed.præſeruat. §.accedo nunc.nu.251.& ſeq.& ob prohibitionem uenationis,uel culturæ damnum eueniens eſt à prohibente reficiendum. Gabr.in 4.ſent.diſt.15.q 5.art.2. concluſ.5.col 2.Nauar.ubi ſup.nu.125.Didac. in reg. Peccatum.d §.8.nu.10.ſed contra hęc conſuluit.Rim.Iun. in d conſ.68.nu.25.

e Augeri poſſunt pœnę modo hoc fiat propter neceſsitatē, vel utilitatem publicam,ut trad.Pet.Antibo. in tract.de mun.§.4.nume.196.& ſeq. Bertrand. conſ.238.nu.3. ſecunda par.princ.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Quando curia non dicatur probaſſe delictum de quo in inquiſitione.

Et quomodo ſit puniendus qui exceſſit modum in defenſione patris.

SVMMAE.

1 *Puer inermis non præſumitur aggredi iuuenem armatum.*

2 *Veriſimilitudo in probationibus eſt multum attendenda.*

3 *Inquiſitio ſemper cenſetur negata, & præcedit negatiua.*

4 *Indicia eliduntur per probationem bonæ famæ.*

5 *Defendere ſe licet ſocium, & ignotum.*

6 *Fratrem defendendo excedens moderamen tutelæ punitur indicis arbitrio.*

7 *Dolorem iuſtum difficilimum eſt cohibere.*

8 *Iudex debet quærere defenſiones rei non ſolum admittere, quæ ſunt notorię, & conſtant ex actis.*

CONSI-

CONSILIVM CCLXXXVI.

In Domino confido.

ISTI inquisiti de Bertazzolis veniunt absoluendi ab inquisitione contra eos formata.cum pro parte curiæ asſertum delictum imputatum probatum non fuerit.casus est vulgaris. in l.qui accusare.C.de eden.& iudex inquirēs succedit loco accusatoris.Bar.in extrauag.ad reprimen.in verb.p inquisitionem,& Marſ.in pract.crim.in §.constan te.nu.82.Ipsi enim in effectu negarunt inquisitionem ipsam,& non video probatam intentionem curiæ alicubi.quo casu casus est clarus.sed sigilla tim de ipsis verba faciēdo quo ad Iulium, primo dico, quòd de percussione illata Raynaldo non constat,quia vnicus tantum testis attinens aduersarij de ea deponit, quia non facit etiam semiplenam probationem ad not.in l.admonendi.de iureiur.& deponit etiam non verisimilia,quis enim crederet,quòd puer inermis iuuenem armatū aggrederetur?certè nemo sani capitis, quia in casu
1 dubio præsumptio est, quòd sit totum oppositū, ut per Alex. cons.14. ponderatis.col.fi.3.volum. Gram.cons.18.ad fi.& cons.3o.nu.18.Alcia.trac. præsump.3.regula præsump.39.nu.10.& Crauet. cons.119.nu.9.& multum est attendenda verisimilitudo in materia probatorum itaque illud,qđ
2 non est verisimile habet imaginē † falsitatis.Bal. in l.1.col.3.C.de ser.fugi. abunde Marſ.in l.1.in prin.nu.35.ff.de quæst. Aret.in cons.9.col.2.qui dicit,quòd in deprehendenda veritate in primis est attendenda verisimilitudo.& plura ad propositum scribit Crauet.cons.61.nu.9.& 135.nu.33. & quatenus etiam aliqua extarent indicia (quod negamus) cum tamen non simus in casu torturæ pro una percussione cum virga iuxta formam statuti,sub Rubr.ex quibus cau.& quando poss.quis torqueri.cessat omnis difficultas.tum etiam quia stante pace facta inter partes respectu dicti Iulij non poterat etiam procedi stante statuto sub Rubrica, quòd de rixis e inim.pace facta.

Respectu Bart. casus est etiam clarus,cum per testes met curię appareat ipsum cucurrisse ad rumorē sine armis, vt supradictus testis a ch.6. 19. & 11.a ch.10.13.a ch.11. deponunt.sed & 6.& 7. testes curiæ concorditer deponūt, quòd ipse Bartolus accepit ensem Chechini fratris sui,& illum misit domum.quo casu cum habeamus certitudinem ueritatis nihil vltra quærendum est.

Franciscus verò Bernar.negat similiter in effectu inquisitionem, & nō video probatum, φ ipse vulnerauerit dictum Raynaldum, & ipse confessus fuit nihil certi,vt ī eius respōsione a ch.18.sed bene dicit, quòd casu quo ipsum vulnerasset id fecit ad necessariam defensionem Chechini quē pugione denudato percussisset super capite ipse Raynaldus,quo fit,vt eū censeatur negata inquisitio cum præcedat negatiua,iuxta no. per Aret. in
3 tract.malefi.in verb.comparent inquisiti, & partim negant,& partim confitentur prima gl.& per Nouel.in tract.ad defen.in Rubr.respōsiones reorum ī cōstitutis.nu.26.fol.72.& abunde Carer.in sua pract.crimi.§.sexto. num.163. & nihil sit probatum, sit locus absolutioni.

Cæterum posito, quòd aliqua indicia adhuc extitissent contra pręfatos ea proculdubio cēsen
4 tur elisa,& sublata † per probationē Bonæ famæ ipsorum inquisitorum iuxta ea quæ trad.Marſ. in sua pract.in §.diligenter. nume.196. in cons.110. nu.27.& 120.nu.36.Gram.cons.31.nu.46.& consilio 61.in princ. Paris.cons.151.nu.13.in 4.Boer. decis.165.in fin. & alij in alijs locis quos consulto omitto.

Verùm quia etiam inquiritur Chechinus frater dictorum Iulij,& Bart.qui adhuc non comparuit cum prætendatur eū ob delationem Archebusij incurrisse pęnā ictuum funis,& credo ipsum compariturum, tamen & si non compareret, & aliter suas defensiones non faceret, non arbitror pœna ordinaria vulnerum illatorum dicto Raynaldo,vel delationis armorum puniri posse.cum ex præsenti processu appareat,quòd dictus Chechinus vulnerauit Raynaldum ad defensam Iulij eius fratris, quem occidisset pugione, nisi ipse il-
a luc a accurerēs d. fratrē suū defendisset, sin.licet
5 defendere † socium amicum,vel ignotum,vt cō-
* muniter * concludunt Doct. in l.ut vim. ff.de iust. & iure.& Carer.in d.pract.§.6.nu.44.& 49. tanto
b magis fratrē. b & posito, quòd excederet, vel excessisset modum in defendēdo magis, quàm res & necessitas exigeret.tamen non de toto, sed de
6 excessu tantum deberet † puniri arbitrio iudicis. iuxta not.in d.l.vt vim.Et negari non potest quin esset minuenda pęna ob iustum dolorem cum ui-
7 deret fratrē ita vulneratum, difficilimum.n. † est iustum dolorem tolerare.l.si adulterium. cum incestu.§.Imperatores.ff.ad l.Iul.de adul.& trad.firsissime. Carer. in d.§.6.nu.170.& nu. seq.Et licet dicatur in inquisitione, quòd fuit prius percussus d.Raynaldus à Iulio ex tractatu hab ito. Istud nullibi est probatum imò contrarium ex pręsumptionibus liquidatum est,ut sup.dictum fuit,& ex dictis testium ad defensam examinatorū cernere est.Accedat,& pax in processu producta,cuius beneficium extendi etiam debet ad dictum Chechinum.sunt etiam producta capitula, & priuilegia militū,quibus cauetur ne de rixis ca su occursis inter milites debeat fieri condemnatio.sed ex verbis proclamatis mihi exhibiti, nō inuenio irrogari pœnam corporalem, vel pecuniariam militibus pręfatis deferentibus archibusium modò non deferant ad triuia tripudia, vel ecclesias, prout non constat hoc casu detulisse dictis casibus prohibitis.

Hæc moneat magnificū D.Potestatem, quòd ipse sit cōtumax, quia etiam iudex ex suo officio

debet

debet quærere defensiones rei.l.si non defendantur. ff. de pœn. cum alijs trad. per Marsi.in dic. sua pract.§.nunc videndum.nu.7. quãto magis igitur eas debet admittere cum sint notoriæ, & constet ex actis.l.emptorem.in prin.vbi Doct.ff. de actio. emp & in notorijs Iudex supplet.Marsi. alios adducens.in §.examinanda.nu.11.in dicta pract. & plura de notorio adducit in Rubrica de probat. nume.166.q.seq.Vnum. & hoc vltimum omittere nolui magnificum D.Iudicare debentẽ his inquisitis fauere debere, cum iustitia id suadeat (ut sup.ostensum est) & maiorem honorem iudicem consequi in absoluendo, quàm in condemnãdo, ut plures in id citans trad. Marsi.in dicta sua pract, in §.occurrunt. nu. 7. Reliquum est, ut præfatum magnificum dominũ Potestatem, orem exoreq; ut hos inopes attinentes meos, & causam hanc commẽdatos habeat cui etiam me plurimũ cõmendo. Laus Deo Opt.Max.

Bartho.Bertaz.

ADDITIONES.

a Accurere tenemur non solum ad defensionem patris, sed etiam cuiusq;.c Non inferenda.23 q.3.& egregiè explicat Nauar.in commẽt rijs ad illud. c.defendere.autem tenemur proximum modo id liceat sine damno, ut per D.Tho.& Caieta.in secunda secundæ,q.62.art.7.Felyn. in c.1.de hæretic.præsumitur enim consensus ex nõ defensione quam quis potest commodè adhibere, & per omnes in d.c.& per Innoc.in c.quantæ de sent. excõm.

Verũ hic quærimus nos an non defendens, qui commodè potest sit puniẽdus in nostro foro. sanè licet præsumatur consensus, & de iure canonico sit delictum.tamen de iure ciuili non punitur nisi etiam auxilium præ
* sumeretur, & ita se habet communis * opinio, quam tenet Panormit. Abb. in c.1.de restitutio spolia.& hanc dicit communem Dec.in c.1.de offi.delega & in l.culpa.ff.de reg.iur.& Ias latè.in l ut vim. ff de iustit. & iur. vt si auxilij aliqua esset præsumptio tunc vtroq. iure pœna deberetur secundum omnes.in cap.1.de offi.deleg. cum ibi no

At ad præsumendum auxiliũ præter consensum multum facit potestas impediendi, commoditas, & notorietas delicti nempe, ut manifestum sit, tum quod patratur esse delictum, tum manifesto patrari nam ex his non solum consensus, sed auxilium præsumitur. c.quanto. de senten. excommu.

b Imò frater non solum admittitur ad defensionem fratris in rixa, sed etiam in iudicio. nam frater productus in causa criminali ad defensionem fratris admittitur. Salyc. in l.parentes C.de testib.& in l testes ff.eo.& idem voluit. Alex.nulla constituta differentia an simul habitent nec ne.cons.5 nu.8.in primo.

Sed & alioqui testis est idoneus frater, & plenam facit fidem si ita sit probatæ vitæ, ut auferat omnem mendacij suspitionẽ, ita scribit se dixisse Ferrariæ in magna causa Ias.in auth.iubemus.col. ult. C. de iudi Lanfra.in repet. c quoniam.contra uers.circa fratrem de probat. Marsi.sing 273.Notissimum est.colum.2.Fely.in c.cum oportet uers.modo aduerte de accus.Cornel. cons.172. colum.quarta.vers.facilè colligitur in 2.Imol.Barbat.& alij.in c.cum canonicus. de offic.delegat.

Clau.Bertaz.

CONSILIUM CCLXXXVII.

ARGVMENTVM.

Nunquid attinentes alicuius qui præsupponatur commisisse delictum aliquod, ex quo censeatur rupta pax possint eo absente, & contumace existente comparere, & docere pacem non fuisse ruptam, & debeant admitti.

SVMMAE.

1 *Fideiussores debent admitti in iudicio absente delinquente, cum agatur de suo interesse ne sci licet ipsi teneantur ad pœnã pacis ruptæ, quan do maximè non tractatur de excusanda innocentia rei delinquentis. numero 2. & ita fuit iudicatum.*

2 *Statutum disponens contumaciam rei principalis nocere fideiussoribus, non prohibet per hoc quod fideiussores ipsi non possint comparere, & ostendere se ex tali delicto non teneri.*

CONSILIVM CCLXXXVII.

In Domino confido.

DVBITATVR nunquid attinẽtes alicuius qui præsupponitur commisisse aliquod delictum, ex quo censetur rupta pax possint eo absente, & cõtumace existente comparere, & docere pacem nõ fuisse ruptam. & debeant admitti maximè cum non veniant ad defendendum, vel excusandum delictũ delinquentis, sed prætendunt eo admisso pro vero nullam pacem fuisse ruptam, nec ipsos teneri ad pœnam illius pacis ruptæ ex causa promissionis de non offendendo. Non obstante statuto disponente, quod procurator, vel defensor non admittatur pro delinquente, vel imputato seu inquisito de delicto ex quo pœna corporalis irrogari possit, nisi ipse imputatus personaliter compareat, uel sit detentus in carceribus. & non obstãte decreto Ducali sup pace, vel treugua rupta.

Super quo puncto alias iudicaui admittendos esse, & sępius pro hac sententia consului. cũ enim ipsi tractent de suo interesse, ne teneantur ad pœnam pacis, vel treuguæ ruptæ propter eorũ promissionem, vel fideiussionem, possunt comparere
1 † in causa ipsa criminali, & debent admitti pro suo interesse, ut ad propositum consuluit Alexan. consilio 30. ante fi.6.uol. quod etiam uoluit Soci. in reg.395. procurator in 6. fallen.& sequitur. Io. Bapt.Plot. in primo tom. consiliorum crim. cons. 330.nu.75. Vbi loquuntur quando pater tenetur pro delicto filij, quia tunc auditur pro suo interesse, quod etiam uoluere Soci. & Alcia. in l. cum filiusfam.in princ.ff.de verb.obliga. & quod etiam

(quando

(quãdo maxime non tractatur de excusanda, vel probanda innocentia rei delinquentis, sed de eo
2 quod est separatum à crimine) † tenet Modest. Polento. in nouissimo tom. crim. cons. 49. nũ. 42. Idem in his terminis in fideiussores treuguæ in fortiori casu cõsuluit Iul. Scarlat. in d. primo tom. consiliorum crim. cons. 114. Vbi dicit habuisse hunc casum in hac ciuitate Ferrariæ dum hic prætorem ageret. & in fi. d. consilij dicit ita fuisse iudicatum in ea causa non obstante dicto statuto, qđ non loquitur quãdo quis nõ uenit ad defensam, vel excusationem rei, sed ad defensam sui particularis interesse, cũ talis defensio debeat admitti, & iuuet etiam delinquentem contumacem, ut illic per eum.

Ex his cessat etiam decretum Ducale, quo disponitur contumaciam rei principalis nocere fideiussoribus. nam per hoc non sequitur, quin fideiussores, vel alii qui ad pœnã pro eius delicto teneri possunt, non possint comparere, & ostendere se ex tali delicto non teneri ad pœnam. satis.n. prouidet decretum, ut talis contumacia noceat fideiussori, non comparenti, & non ostendente se nõ teneri ex delicto, vel facto ipso, cum alioquin
3 etiã non comparentes non teneretur † ob talem contumaciam. ut per Doct. in d. l. eum filiusfam. in prin. Mars. in cons. 82. num. 12. & 13. & Scarlat. d. cons. nu. 4. Et in hoc nouissimo tom. crim. Cęsar Rond. in cons. 17. Quod & in materia treugæ ruptæ, vel cautionis de nõ offendendo voluit Franciscus Hercula. in tract. de cautio. de nõ offendendo. c. 29. num. 1. & ferè per tot. & Nicola. Moro. in tract. de fid. treug. & pac. 2. par. q. 53. in prin.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Tempore belli facta deprædatione à militibus cuius debeat esse damnũ, an coloni vna cum Domino.

Quid si dicatur damnum datum esse ob inimicitiam Domini.

SVMMAE.

1 *Damnum quod quis patitur facto socij, potest repetere ab illo.*
2 *Soluẽs grauatus facto alterius repetere potest.*
3 *Represaliæ si concessæ sunt causa alicuius, tunc ab eo omne quod solutum est repeti potest.*
4 *Damnum est proprium socij si illius culpa interuenit.*
5 *Culpa illius dicitur euenisse damnum, qui inimicitias habuit.*
6 *Etiam si inimicitia sine sui culpa accidisset.*
7 *Socius derobatus ex causa particularis inimicitiæ habet damnum particulare.*
8 *Societas contrahitur inter dominum & colonum partiarium.*
9 *Socius non tenetur de casu guerræ.*
10 *Conductor si resistere nõ potest, non tenetur de casu guerræ.*
11 *Damnum datum per milites est commune inter dominum & colonum tempore belli.*
12 *Damnum non est proprium illius sine cuius culpa euenit.*
13 *Et est commune sociorum datum à militibus si non appareat in cuius odium fuerit datum.*
14 *Testes de auditu non sunt ueri testes, licet faciãt aliqualem præsumptionem, nu. 15.*
16 *Et hæc præsumptio appellatur suspicio.*
17 *Inimicitia generalis non reddit hominem culposum.*
18 *Conductor habens inimicitiam, si non potuit resistere damno excusatur.*
19 *Socius non tenetur de damno si sine culpa alicuius damnum processit.*
20 *Pontifici non creditur mouisse bellum culpa illorum quibus motum est.*
21 *Socius iniustè dannificatus solus non sentit damnum.*
22 *Etiam si hoc proueniret ex condemnatione iniuste facta à iudice.*
23 *Socius assumens socium parum diligentem sibi imputare debet.*
24 *Conducens rem tempore belli non habet remissionem propter damnum belli.*
25 *Conducens agros solitos deprędari non habet remissionem.*

CONSILIVM CCLXXXVIII.

In Domino confido.

QVAERITVR nunquid frumentum per milites ecclesiasticos raptũ super possessione magistri Ioannis Mariæ alias Guizzardo Bertolaiæ debeat in eius partem imputari, aut damnum debeat esse commune cũm colono. Quòd damnum non debeat esse commune videtur cõcludẽdum ex eo, quòd dicti milites frumentum ipsum rapuerunt odio dicti magistri Ioan. Mariæ Mirandulani inimici ipsorum, non autem coloni Mutinẽsis cuius partem in area reliquerunt. nam quãndo facto socij damnum patitur consocius potest repetere à socio. tex. est in l. si is cum quo fundum. ff. comm. diui.

1 diui.vbi glo.extendit etiam, quòd iniuſtè contra
ſocium proceſſum fuerit.cum qua videntur tran-
ſire Bar.& Bald.ibid.
Ad idem facit text. in l.nam quod Seruius.ubi
2 omnes.ff.de neg.geſt.quòd ſi facto† alterius gra-
uatur quis,quod pro eo ſoluit repetere poteſt. &
ibi Bartol. & cæteri inducunt ad q.de repreſalijs,
3 † quod omne,quod ſolutum eſt repeti poteſt ab
eo cuius cauſa conceſſæ ſunt. quod tenet etiam
Bar. cum quo communiter tenent cæteri.in l.2.§.
Item ſi in facto.ff.de verb.obli.& per d. l.nã quod
Seruius.decidit aliam. q.Abb.conſ.21.In quæſt.
prima col.ſecundo volu.& ſequitur Rip. in tract.
de peſt.2.par.nu.90.
Confirmatur,quia ſocius tenetur de culpa, &
4 ſi culpa eius interuenit † damnum eſt proprium
non commune.l.cum duobus.§.ſi in coeunda. &
§.dãna.ff.pro ſoc. ſed in caſu iſto culpa ipſius ma
giſtri Ioan. Mariæ videtur in promptu,cũ ob eius
5 inimicitias frumentum ablatum,† & raptum fue-
rit.l.pen.in prin.ff.ſol.mat.& l.ſi merces. §. culpæ.
ff. loca. quod procedit etiam ſi inimicitia ſine ſui
6 culpa † accidiſſet,quia ſatis culpa adeſſe videtur
cum inimicitia adeſt,vt no.glo. in d.§.culpæ. quã
ſequiť Bar.Bal.& Pau.Ibi & Iac.de Are. in l.exce-
ptione.ff.de fideiuſ.ut Bal.refert.in d.§. culpę.hoc
etiam tenet Bar.in d.l.pen. & in l.cotem. §.qui ma
ximos.nu.7. ff. de publ. & in l.ſtipulatio iſta. ad fi.
prin.ff.de verb.oblig. Aret.in conſ.140. quia con
ſultatio.Soci.conſ.70.nu.4.5.3.vol.Corn.cõſilio
23.2.col.& conſ.38. col.pen.2.vol.& cõſ.12. co-
lum.3.4.vol.& Rip.d.2.par.nu.88.cum quibus vi-
detur tranſire.Ruin.conſ.147.in prin. 1. vol.Et in
terminis in ſocio ex cauſa particularis inimicitię
7 derobato, † quòd damnum ſit particulare,per di
ctum §.culpæ.conſuluit.Bal.in conſ.493.multilo-
quium.nu.5.4.volum. ubi conſuluit contra conſi-
lium Salyc.Inſertum inter conſilia ipſius Bald. in
conſ.61.2.vol.& idem tenet idem Bald. in conſi-
lio 62.alia vice.col.2.verſ.vlterius.d.2. vol. vbi in
eadem cauſa reſpondit. Et iſta opin. eſt ęqua, &
congrua ſecundum eundem Bald.in conſ.358.In
cauſa occaſione.dicto 4.volum.
Contraria tamen pars ſupradictis non attẽtis,
a verior videtur. Et pro fundamento præmittitur a
quòd inter dominum,& colonum partiariũ cen-
8 ſetur contracta ſocietas,†& cenſentur ſocij.ut eſt
text. in d.§.ſi in coeũda.& in l.ſi merces.§.vis ma-
ior.ff.loca.& ibi not.Bart.& idem trad. Bart. in l.ſi
Apes. ff.de ſur.Petr.de Vbal.in tract.ſocie.3.part.
tertia quæſt. in princ. Abb. in c.propter ſterilita-
tem.colum. quarta.de locat.Aret.Inſti.de loca.&
cond.in prin.nu.4.Ruin.conſ.71.nu.13. 2.volu.&
9 Bellon.in conſ.45.nu.9.Et ſocius† non tenetur de
caſu guerræ,cum ſit caſus fortuitus.d.l.cum duo-
bus.§.damna.iuncta l.quæ fortuitis.C.de pign. &
§.Item is cui Inſti.quibus mo.re contrahi.obli. &
no.in l.cõtractus. ff.de reg. iur. nam nec cõductor
10 de caſu guerræ † tenetur cum reſiſtere non poſ-
ſit.l.Itẽ quęritur.§.exercitu.ff.loca. Et quòd dam-
11 num datum per milites † in caſu guerræ,& belli
debeat eſſe commune inter dominum,& colonũ
partiarium tenet Bello.in d.conſ.nu.9.
Nec videntur obſtare iura contraria, & primo
b text.in l.ſi is cum quo fundũ. quia ibi interuenit b
culpa conſocij,qui fuit contumax in parendo Iu-
dici.ſic etiam tollitur obiectum. de l.nam quod
Seruius. quia ibi interuenit factũ illius cõtra quẽ
iura repetitionem concedunt. Ipſeq; ex dicto fa-
cto tenebatur,vt Alber. declarat.in d.§.culpæ.At
in propoſito noſtro nulla culpa nullumve factum
videtur interueniſſe dicti magiſtri Io. Mariæ quo
12 caſu † damnum non videtur eſſe proprium. Et
propterea Bal.in d.l.nam quod Seruius.& cõmu-
niter omnes.in d.l.2.§.Item ſi in facto. limitant il-
lam opinionem Bar. quòd liceat exacta propter
repræſalias repetere ab eo cuius cauſa conceſſę,
& commiſſæ fuerint procedere,quãdo culpa ſua,
vel facto ſuo cui poſſet prouidere commiſſæ, vel
cõceſſæ fuiſſent, ſecus ſi abſq; facto,& culpa ſui,
& idem ſequitur Rui.d.conſ.147.nu.9.
Sic etiam non videtur obſtare , quòd cẽſeatur
facta deprædatio propter inimicitias particula-
res magiſtri Ioan.Mariæ Mirãdulani,quæ viden-
tur in dubio culpam ipſius arguere.d.§.culpæ.cũ
ibi not.per glo.& Doct.in locis ſup. in oppoſitum
allegatis.quia primò.reſpõdetur nullam culpam
præſumi.l.merito. ff.pro ſoc. & in dubio cum non
appareat aliter cuius odio fecerint dicti milites
13 † damnum debet eſſe commune. ita in terminis
Bartho.Sali.inter conſilia Bal.d.conſ.61.nu.5.
Et licet duo teſtes examinari pro parte rei de-
ponãt de auditu,ꝙ dicti milites frumẽtum ipſum
fuerunt deprædati ob inimicitias hominũ de Mi
randula,tamen non videntur probare. c. licet ex
quadam. vbi Felin.prima col. de teſti.& teſtes de
14 auditu loquentes † non poſſunt eſſe ueri teſtes ſe
cundum Ant.de But.in c.quoties in fi. de teſtib.&
ſequitur Curt.Iun.in conſ.165. nu. 18.licet faciãt
15 † aliqualem præſumptionem ſecundum Caſtr.in
conſ.17.In cauſa quæ vertitur.6.col. verſ. ſunt &
alij duo teſtes,& Alex. conſ.77.In cauſa occiſio-
nis.ſecunda col.in prin.Iaſ.in Rubr.de iureiur. ſe-
ptima limi.& Marſ.ſing.371.teſtis de auditu.quã
16 aliqualem † præſumptionem vocat ſuſpicionem
Alci.in tract.præſum.3.regu.pręſump.20.ad fi.de
quo etiam trad.Idem Alciat.in l.prima.verſ.Cel-
ſus.ff.ſi cert.pet.
Secundò reſpõdetur,quòd ad hoc ut inimici-
tia arguat culpam debet eſſe inimicitia particu-
17 laris,& priuata non autem generalis, † & publi-
ca,quia illa non reddit hominẽ culpoſum.ita de-
clarat Bal.not.in d.l.pen. ſol.matr. & in d.§.culpæ.
& hoc eſt de mente.Saly.in d.cõſ.61.nu.5.ubi di-
cit,quòd ſinguli non tenentur.& idem pręſuppo-
nit Bald.in d.conſ.493.in cõtrarium allegato, vbi
expreſſe loquitur in inimicitia priuata, in ea intel
ligens loqui, prout verè loquitur.d.§. culpæ.
Tertiò reſpondetur , quòd iura contraria pro-
cederent quando aliquid poſſet imputari ſocio,
ſecus

secus si nihil imputari potest, secundum glos. in
d.§.culpæ.quæ loquitur in conductore qui tene-
tur ad custodiam.nam cautius tenebatur custodi
re sciens se habere inimicos,si igitur in custodien
do non defecit,sed debitam adhibuerit diligen-
18 tiã † & resistere non potuit,excusatur.d.l.Itẽ quę-
ritur.§.exercitu.& ita est de mente illius glo.& ibi
expressè declarat Fulg. & secundum istam distin
ctionem concordantur opin. Cy. & Bal. & aliorũ
contrarium tenentium.in d.l.pen. secũdum Paul.
* & Alex. ibi & cõmuniter * ita tenent omnes. in
d.§.Item si in facto.& Ruin.d.cons.197.nu.9.& in
terminis nostris.Alex.in cons.20.requisitus ad fi.
5.volum.& Saly.in dic.cons.61.vnde cum in casu
isto ad nullam custodiam magister Io. Maria. so-
cius teneretur ex contractu societatis, immò co-
lonus qui rem habebat in custodia tenebatur,
non videtur, quòd fuerit in aliqua culpa, ut per
Alex.in d.§.Item si in facto.& Rui. d.nu.9.loquen
tes eo casu quo ex natura contractus quis de ali-
qua custodia non tenetur. Vltra quòd de diligen
tia eius satis videtur apparere,cum interpellaue-
rit colonum ad conducendum frumentum in ter
ram Mirandulæ, & ad ipsum cito triturãdum ꝑꝑ
dubium militum, vt vidẽtur deponere testes pro
eius parte examinati.

Quartò, quando sine facto, & culpa alicuius,
19 inimicitia iniustè processit † non tenetur socius.
& ita debet intelligi.d.§.culpæ secũdum omnes.
in d.§.Item si in facto.Nec isto casu crederetur li-
teris Pontificis declarantis bellum indixisse fa-
20 cto, † & culpa hominum terræ Mirandulæ, cum
de eius utilitate tractetur,ut trad. Rui. d.cons.nu-
mero 9.& hoc casu loquitur. Bal. d.cons.493.ubi
dicit cõsociũ esse culpabilẽ ex quo erat partialis
& partialitates instar monopolij hr̃e vidẽtur, qđ
est à iure damnatũ,& prohibitum,& isti partiales
ponunt se in rixa,& damni causam præstant.quæ
ratio in casu isto non procedit,cum esse Mirandu a
lanũ à natura non sit delictum, & nullum factum
huius magistri Ioan.Marię interuenerit,ut causa-
retur dictum Bellum.Et in societate hæc opin.ue
rissima uidetur, In qua socius iniustè damnifica-
21 tus † solus non sentit damnum, sed communiter
cum consocio,vt habetur in l.si fratres.§.fi.& ibi. b
Bald.ff.pro soc.& Bal.in addit.ad Bart. in tract. de
22 duo.fratr.nu.29.vbi habetur,quòd socius † con-
demnatus ex maleficio ob delictum suũ solus te-
netur.si tamen iniustè id fieret, & iudex sibi face-
ret iniuriam damnũ est commune societatis. Et
licet ille text. loquatur in societate vniuersali ta-
men eadẽ est ratio in societate particulari,quan-
do in re communi fit iniuria consocio, quia eadẽ
est ratio de toto ad totũ,quæ est de parte ad par-
tem.l.quæ de tota.ff.de rei vend.

Quintò,& ultimo,ex quo dictus colonus tem-
pore initæ societatis cum dicto magistro Io.Ma-
ria sciebat ipsum esse Mirandulanum, & dictã ter
ram Mirandulæ gallico regi etiam esse supposi-
tam,& esse solitam sępe dare damnum raptus, &
incendia,obsidiones, & similia,ut cunctis noto-
rium est, debet sibi imputari si societatem ipsam
contraxit cum eo, & si conduxit ad laborandum
terras ab eo,prout in simili dicit text. in l.Socius.
socio.ff.pro soci.& in §.fi.Insti.eo.tit.quòd socius
23 † desidem,vel parum diligentem sociũ assumens
suæ facilitati imputare debet. Et ad hoc etiam fa
cit,quòd post Cyn.trad.Bald. in l.si ea lege.secun
da colum.C.de vsur. quòd si conductio fiat tem-
pore guerræ,& propter guerrã damnificetur nul-
24 lam † remissionem habere męretur, quod etiam
tenet Aret.d.cons.140.& Alex.in cons.6. videre-
tur in præsenti.col.fi.2.vol.vbi dicit talem sic con
ducentem esse in culpa, & in conductore agro
25 rum† solitorum deprædari consuluit etiam Soc.
in cõs.123.nu.7.8.4.vol.& sequitur Rip.in d.trac.
secunda par.nu.42.

Nec obstat auctoritas Bal. cõsulentis in specie
pro contraria parte, quia termini sunt diuersi, ut
ex præfatis satis liquido constare potest. & ipse
met Bald. in d.cons.358.dicit uereri ne contraria
opin. sit uerior de iure, & ideo non consulit su-
per illo negocio præcisè, & bene facerent cõpo-
nere inter se. concludit tamen quòd interuenien
te culpa socij damnum non esset commune,& sic
Bal.magis in hãc partem inclinat,quam etiam in
terminis tenet Saly.in d.cons.& Alex.dicto consi
lio 20.in quinto.

Bartho.Bertaz.

Et secundum hæc fuit iudicatum à D. Consul-
tore dum Mutinæ ageret iudicẽ, hinc ita decisi-
ue respondit.

Clau.Bertaz.

ADDITIONES.

a Idem videtur esse in locatione, quia in utroq; contractu uenit dolus,lata,& leuis culpa,quia gratia utriusq; celebratur prout de cõtractu locationis est tex in l.si ot certo.§.nuuc videndum.ff commo. & in l.in fundo, l.loca, ubi hoc uo.glo.ff locat.§.qui pro vsu. ubi etiam glo. Instit.eo.in societate est text. in §.fin.Insti. de societ.& in l.socius socio. & in l. cum duobus. §. 1. ff. pro soc. latè Alex.cons.47.circa primum col.5.in 2.

b Etiam sine culpa uidetur, quòd damnum spictet ad eum cuius causa illud euenit, ut post glo.in d.§. culpæ. sequitur.Bar.aald Salyc. & alij qui dicunt hoc esse memoriæ mandandum Idem sequitur Bart. & communiter alij in l.pen ff.sol.mat. & licet dicta iura loquantur in locatione,tamen idem dicendum est io societate,& Doct.argumentantur. de dic. §. culpæ. ad societatem,& patet per Alex.cõsulentem in societate d.cons.20 in fi. in 5. idem qoòd spectet ad solum sociũ cuius causa prouenit damnum,consuluit.Corn.cons.12.lit.g.in 4.

Itaque necessaria uidetur mihi hæc distinctio quam posuit Alexan. sequendo Raph. cum Imol & Castr.in d.l pen.ubi distinguit dicta per Bar.ibi & sequaces cum dicto Cyn.& bald.Aut socius sciebat se habere inimicitiam sine culpa sua & non fecit diligentiã,ut non damnificaretur societas,& tunc tenetur de damno dato,& eo casu procedit opinio Bar.& sequa aut fecit diligentiam, & non tenetur, & hanc distinctionem videtur sequi

Alex.

Alex. in d. conf. dum relicta prima responsione ad d.§.
transit ad secundam concordantem se cum dic. distin-
ctione, cum qua uidetur transire cum sit ultima l. qui fi-
lium § Sabinus.& ibi not. glos. ff. ad Trebell.& Ias. in
l. pacta nouissima.C. de pact.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Quæ sint agenda à fisco contra possessorem rei confiscatæ antequam illum eijciat de possessione, & alia de confiscatione.

SVMMAE.

1 *Fiscus non potest aliquem de facto spoliare, sed debet citari possessor, & dari dilatio.*

2 *Confiscatio non potest fieri de delinquente non citato possessore, & agendum est contra tertium possessorem rei vendicatione, & ordinariè.*

3 *Præceptum non valet factum hoc modo, quòd aut possessor titulum ostẽdat, aut possessionem relaxet.*

4 *Excipiendi ius transit in quemlibet singularem successorem.*

5 *Confiscatione licet facta creditores debent stare in possessione rei confiscatæ donec sit illis satisfactum.*

6 *Hæreditas non adita non venit in confiscationem.*

7 *Soror non excluditur à statuto nisi masculo illam excludente.*

CONSILIVM CCLXXXIX.

In Domino confido.

PARVM iustè, sententia quidẽ mea,
fuit spoliatus sua possessione magi-
ster Petrus de sette pro parte fisci Il-
lustrissimi domini Mirandulæ, domi-
ni mei obseruandiss.& priuatus fructibus terrarũ
a se possessarum. quia nullo iure cautum videtur,
vt fiscus etiam Imperatoris de facto possit quem
expellere a sua possessione. sed quòd imò debeat
parte possidẽte citata, & iuribus suis discussis, &
auditis, multa iura extant disponẽtia etiam fiscũ
procedere debere, probatur enim primo. in l.2.
1 ubi glo. fi.& latius Bal. & Saly. quamplura † iura
concordantia citantes. C. si propter publi. pensit.
ubi Bal. extendit etiam si de facto possessor possi-
deat non de iure, & iniusta sit sua possessio. idem
probatur. in l. defensionis facultas.& ibi Barto.&
Io. de Plate. C. de iure fis. lib. 10.& dicit Plate. in
2 prin. ꝙ debet dari dilatio possessori ad faciendũ
suam defensionem iuridicam.& istud est. regula-
re in quolibet possessore. l. fi. C. si per vim, vel alio
modo. c. licet episcopus. de præben. in sexto, & in
alijs locis citatis per Bal. ubi sup. Et licet quando
agitur contra deliquentes fiant descriptiones, &
accipiantur tenutæ bonorum delinquentium, ut
etiam admittit Io. de Plate. in d. l. defensionis fa-
cultas. col. 3. tamẽ comparente delinquente, vel
imputato relaxantur bona. sed si tertius possidet,
confiscatio facta de delinquente non citato pos-
2 sessori non obest † Soci. cons. 121. nu. 12. in 4. vol.
sequitur Boer. decis. 277. ante fi. & contra ipsum
tertium possessorem agendum est rei uẽdicatio-
ne. d. l. defensionis facultas. & ibi expressè Bart.
nu. 6.& Io. de Plat nume. 2.& ordinariè etiã agen-
dum est cum certum nõ sit dicta bona ad fiscum
pertinere. Bar. ibi nu. 8.& Plat. nu. 2. & uterque in
l. pen. C. de conuenien. fis. debit. eo. lib. 10.

Nec est uerum, quòd ex quo possessor titulum
suæ possessionis citatus non ostendit, possit fiscus
illum sua possessione priuare, cum nemo suæ pos-
sessionis titulũ ostendere cogatur. l. cogi ubi Bal.
C. de peti. hære.& nõ ualet præceptũ huiusmodi,
3 quòd aut possessor titulum ostendat, † aut posses-
sionẽ relaxet Bal. cons. 338. præmittendum est. nu
mero 3. quinto volum. procedit etiam si talia præ
cepta, uel edicta de mandato regis fierent. Bar. &
Io. de Plate. in l. 1. per illum tex. C. de conduct. &
procur. lib. 10. sequitur Ias. in l. 2. col. 63. q. 15. in
fi. C. de iure emphy.& Igneus in l. 1. §. si cum oẽs.
nu. 149. ff. de sena. consul. Silla. sed quòd qñ aliqs
possidet bona eius quem fiscus prætẽdit sibi de-
beri ex delicto, vel aliter, nõ teneatur de iure suo
probare, sed satis sit possessio sua ad exclusionem
fisci, & eo casu fiscus debeat docere de iurib. suis.
* ad propositum trad. Bar. & communiter * omnes
in l. 1. C. de priui. fisci. Bald.& alij in l. ob maritorũ.
C. ne vxor pro marito. Ex quibus iure aperto con
stat perperam, & iniustè dictũ magistrum Petrũ
fuisse spoliatum, uel eiectũ sua possessione, & suos
fructus indebitè fuisse ablatos. quia etiam quòd
fuerint confiscata bona Petri Pauli Rugerij seu
magnani, talis confiscatio sibi nullum prę iudiciũ
attulit, & agendum est contra eum rei uẽdicatio-
nem, vel alia actione iure medio, vt supra, non
autem de facto expelli potest. Ideo iuri consenta
neum est, ꝙ quemadmodum fuit facilis iudex in
mittendo fiscum, uel eius agentes & officiales in
possessionem præfatam, ita debet esse facilis in re
uocando immissionem, & restituendo possessio-
nem, & fructus spoliato reiecto. Bald. & Salyc. in
d. l. 2.& in d. l. ob maritorum. in prin.

Cæterum licet non attineat ad præsentem spe
culationẽ tractare de iuribus ipsius magistri Pe-
tri super meritis causæ, hæc enim tractanda erunt
restituta possessione suo tempore, tamen nonnul-
la ad comprobationem iurium suorum in mediũ
addu-

adducere libuit, si enim constat (ut præsupponitur constare posse, terras ronchiuas possessas per magistrum Petrum fuisse ei datas in permutationem bubulcarum trium datarũ in dotem ipsi magistro Petro per quond. dominam Bernardinam eius socrum, vt in instrumẽto per q. magnificum dominum Hieronymum de l'Osana, syndicum, & procuratorẽ fiscalem cameræ Illustr. D. Miran. quæ tres bubulcę terræ in prę sentiarum etiã possidentur ab habentibus causam à camera præfata, nescio quare nunc fiscus posset huiusmodi possessorem inquietare, cum permutatio vicem emptionis obtineat. l. 2. C. de rer. permu. & tenetur fiscus stare cõtractui, vel saltem restituere terras habitas. l. cum precibus. C. eo. titu.

Secundò, negari non potest quin dos conuenta, & data ipsi magistro Petro debeatur eidem, in bonis. q. Michaelis eius soceri, pro scutis centum seu libris quadringentis vigore legati eius vxori facti, & per reliquo promisso, & conuento usque ad summam scutorum ducentum in bonis d. D. Bernardinæ præfatę, quæ quidem domina Bernardina creditrix in bonis mariti de suis dotibus, de libris 246. 18. 4. in vna manu, & ducatis sexagintaquinq; in alia manu, ut in instrumento ipsius dotis. quo fit ut ipsa cõfiscatis bonis filij, uel nepotis, posset retinere de bonis sibi obligatis donec sibi satisfieret, iuxta ea quæ trad. Dec. in cons. 232. & cons. 449. nu. 22. 23. & nemini dubiũ est huiusmodi ius trãsiuisse in dictum magistrum Petrum habentẽ causam ab ea, quia ius excipien di transit in quemlibet singularem successorem.

4 Bar. in l. si tertius. §. 1. col. fi. de aqu. plu. arcen. Crauet. cons. 148. in prin. & Tiraquell. in tracta. de renunc. tit. 1. §. 1. glo. 9. nu. 129. Et certum est etiam, quòd debitore condemnato, vel confiscatis eius bonis vxor, & filij, & alij qui sunt ĩ possessione bonorum, debẽt stare in possessione donec eis sit sa

5 tisfactum de suis dotibus, † & creditis. Bal. consil. 171. cõdemnatus. primo volum. & Boer. d. decis. 277. ante fi.

Tertiò, cum non constet hũc Petrum Paulum confiscatum, seu condemnatum, vnquam adiuisse hæreditatem Michaelis eius patris, esto quòd huiusmodi terræ essent hæreditariæ, & de hęreditate patris, & supra allegata cessarent (quæ utiq; militant) non posset tamen fiscus terras ipsas occupare, cũ hæreditas non adita nõ veniat in con-

6 fiscationem. Dec. post alios quos † citat in consilio 438. nu. 8. 10. & cons. 445. nu. 65. & Rui. consi-

b lio 23. nu. 16. in 5. vol. [b] & hoc casu succederet soror defuncti quæ non escluditur à statuto, nisi ma

7 sculo eam excludere volente. † Bar. in l. 5. §. quidã filium. 5. q. ff. de bono. poss. contratab. & abunde Brun. in tracta. quòd stant. masc. fœm. non succes. 12. artic. 7. quæst.

Posset etiam fortè impugnari sententia confiscationis præfata ex multis, quæ alias adduxi in simili casu consulendo in causa illorum de collecuatis iã exacto decennio, verũ quia non fuit exhibita, tum quia hic non est locus, ut sup. & satis superque res est in tuto ex aliis supra cõstructis fundamentis, ulterius non insistam. reliquum est, ut magnificos fiscalem, & agentes pro fisco præfati Illustr. D. mei orem, obsecremq; , vt hæc paucula quasi per indicem, (quod aiunt) ostensa maturè cõsiderent, & iustitia suadente possessionem suã, & fructus dicto magistro Petro titulũ onerosum habente. l. vni. §. Lucratiuas. C. de impo. lucra. descrip. libro decimo. restitui curent. Laus Deo.

Bartho. Bertaz.

ADDITIONES.

a In quæstione ista an priuatus sit manutenẽdus in sua possessione lite pendente inter eum, & fiscum. quia uidetur, primo aspectu contra hanc consultationem posse aliquem moueri ex l. Senatus. §. Senatus. & l. Titius. ff. de iur. fisc & quia lex defensionis hic allegata, ut ibi dicit. Dyn. habet locum ubi non constat de iure fisci, ideo per placet illa distinctio, quam constituit Guid. Pap. q. 369. aut fiscus habet legitimum contradictorem, & tunc nõ potest illum eijcere à possessione. aut non habet, & tũc potest eijcere hanc sequitur Lancellot. in tract. de attenta. 2. par. c. 4. declara 4. nu. 26. legitimum autem intelligerem contradictorẽ, ut in materia l. fi C. de edict. Dio. Adria. tollen. eum, qui in continenti posset de iure suo docere, ut per Bart. & omnes in d. l. fi. ubi Zuccard. nume. 377. Ang. conf. 13[?]. nu. 2. Alcia. consi. 43. num. 16. & seq. Menoch. de adipiscend. poss. rem. 4. nu. 634.

b Facit hæc opinio Nell. de banni. prima par. 2. temp. q. 30. & illum Dec. allegat cons. 445 nu 66. Idem Dec. in l. 3. §. illud. nu. 2. 3. ff quod quisq; iu Rim conf. 136. nu 18. & in terminis statuti nostri Ferrariensis est p'enissimũ consilium. D. Ceph. 321. ubi pluribus probat, ac confirmat hanc opinionem.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

De eo qui non reduxit ad ęquum mensuram. & an usura sit si quis ob dilationẽ solutionis pluris vendat, & an crimen sit dare boues ad iugaticam?

SVMMAE.

1 *Rubrica nigro generalior comprehendit casus de quibus nulla mentio in nigro.*

2 *Proclama Potestatis non tollit statutum Principis superiorũ, nec alterat illius pœnam.*

3 *Testis singularis, & qui non est repetitus parte citata, non probant aliquẽ vsum fuisse mensura non iusta.*

4 *Processus est nullus factus ab eo qui debebat habere socium Vicarium episcopi.*

5 *Vsurarum pœna non tenetur in foro contentioso.*

tioso, qui vendidit pluris ob dilationem precij.

6 *Et maximè si non constat de certitudine precij.*

7 *Usuram nō committit, qui certam annuā quantitatem frumenti pro iugatica bouum excipit.*

8 *Et maximè stante consuetudine etiam iniusta.*

9 *Diffamationem habuisse ortum à personis fide dignis non creditur iudici inquirenti.*

10 *Delictum si probetur per testes debet conuinci reus, ut possit condemnari.*

11 *Torturæ æquiparatur ligatio, & territio.*

12 *Vsuras qui soluit non facit indiciū contra vsurarium.*

13 *Imò nec valet statutum mandans, quòd huic credatur.*

14 *Rudis ignarus litterarum, & scriptionis non præsumitur, quòd voluerit fœnus exercere.*

CONSILIVM CCXC.

In Domino confido.

INQVIRITVR Bartholomeus Gha
lerius de plurib. assentis delictis pro
quibus nulla, vel minima pęna uenit
condemnandus. Primò quòd non fe
a cerit bullare, & iustare starium, a vel quartas cum
quibus uendidit frumentum, & Blada. & ipse re-
spondendo inquisitioni fatetur non fecisse bulla-
re quartas, sed tantummodo starium, seu minam
anno præterito, sed tamen negauit uendidisse cū
dictis quartis. propter quod respectu starij non
iustati, ipse non potest teneri vltra pœnam solido
rum decem pro qualibet vice, qua illo vsus fuerit
b in uendendo vltimo anno. b posito, quod tenere-
tur etiam singulo anno illud bullari, & iustari fa-
cere, secundum dispositionem statuti Sancti Feli
cis sub Rubrica, de pœna uendentium cum men-
suris, & ponderibus non iustis. quod quidem sta-
s tutum, † cum habeat rubricam generaliorem ni-
gro comprehendit etiam alios casus in nigro nō
* expressos secundum Bar. & communiter* omnes
in l.j.ff.si cer.pet. & idem est, quia est procedendū
in his pœnalibus de similibus ad similia tum de
iure cōi Mattheus de Perus.in cons.24. ad fi. & in
2.tom. consiliorum crimi. & alius consultor cons.
seq.in fi.non ex forma statutorū Ferrariæ sub Ru-
brica, forma procedēdi cōtra accusatos, uel quę-
relatos &c. fol.126. in fi.1. facia. & prin. seq. Nec
hoc casu agendum est de pœna proclamatis li-
bra quinque, imposita contrafacienti. quia illud
proclama potestatis, & prouisorum nō potuit tol
lere statutum Principis superioris, uel ab eo con-
firmatum, † & alterare pœnam illius, iuxta trad.
per Mars. singulari 244. & in singulari 397. ubi lo-
quitur etiā si habeat arbitrium a lege, uel à Prin-
cipe. & latè Carer. in sua pract. crim. in §. septi-
mo. numero 123.

Nec testes examinati cōtra eum deponentes,
illum vēdidisse cum dictis quartis, ipsum conuin
3 ciunt, † cum sint singulares. l. iusiurandum. C. de
testi. Crot. in tract. de testi. numero 318. & seq. cū
etiam quia deposuerunt, & iurauerunt parte non
citata, nec fuerunt repetiti post inquisitionem ci-
tata parte, quo casu non faciunt etiam indicium
Saly. in l. fi. C. de quæstio. Mars. in pract. crimi. in
§. nunc videndum. nume. 28.

Secundò inquiritur, quod crimen vsurarum
commiserit, & plures contractus vsurarios fece-
rit, ut in ipsa inquisitione. sed primò processus in
hoc uidetur nullus, cum non potuerit magnificus
4 Potestas ex se solùm procedere in causa, † cum
Vicarius Episcopi sit cum eo ex forma statuti Fer
rariæ sub rub. de pœna contra vsurarios. fol. 113.
secunda facia, copulatiuè iudex. Vant. in tract. de
nullita. in tit. de nullita. senten. ex defectu iuris or-
dinarij. nume. 175. & plurib. seq.

Respectu verò uenditionis frumenti, & fabæ,
ut dicitur in inquisitione facta pro maiori precio,
quàm valerent propter dilationem temporis, nō
5 potest dici ipsum teneri crimine usurarum, † cum
contractus factus sub ea forma non possit in foro
contentioso facere contrahentem teneri ad pœ-
nam, ut est tex. in c. in ciuitate. & ibi Abb. nu. 3. &
quinto. & Io. de Ana. col. 2. vers. ex pīatis de vsur.
& ipse Ana. in c. fi. in prin. eo. tit. ad hoc. n. ut posset
teneri vsurarum crimine, opus esset, ut constaret,
quod ipse omnino tunc temporis uoluisset uēde-
re blada, & q minoris essent precij, ac quod tem-
pore solutionis fiendæ minus etiam essent valitu
ra, quod non cōstat, & id negat inquisitus, nec te-
stes examinati parte non citata probant, ut sup. &
quod hoc casu non possit quis pro crimine usura-
rum damnari latè, † & plenè consuluit Barth. Ve-
ro. in cons. 10.2. dub. nu. 12. cum pluribus sequen-
tibus inter ciui. cons. quod etiam tenet Bero. con-
silio 168. nu. 22. 1. volum.

Sic etiam respectu boum emptorum, & dato-
rum uenditoribus ad iugaticā soluendo singulis
annis certam qualitatem frumēti pro iugatica nō
c pōt dici cōtractus usurarius, c ex quo ipse inquisi-
tus potuit etiam precium suum amittere propter
casum mortis boum, & propter illorum deterio-
7 rationē, † & diminutionē eorū precij, ut in his ter-
minis cōsuluit. Craue. cons. 145. nu. 3. & seq. qđ ēt
uoluit Io. de Ana. in c. fi. col. 14. in 11. q. de vsur.

Et tanto minus his casibus potest inquisitus te
neri, cum tales contractus de consuetudine ēt in-
ueterata semper facti fuerint, & cōiter fiunt in di-
cta terra, & territorio S. Felicis, & habiti fuerint
p licitis, ut multi testes examinati p reo attestan
tur. quæ quidem cōsuetudo ēt quod esset iniusta
8 excusat à pęna. † Dec. cōs. 170. col. 3. Curt. in trac.
de consuet. seu in c. fi. in tit. de consuet. nu. 129. &
ante eos. Oldr. loquens in usura in cons. 207. uni-
uersis. insi. Crauet. consi. 6. numero. 103. & 145.

numero 12. Rolan. à Val. consilio 96. numero 26.
secundo volum. & Bero. consilio 207. numero 53.
& seq. tertio volum. & militant etiam alia funda-
menta quæ deducuntur super sequenti puncto.

Superest vltima imputatio de pecunijs (ut di-
citur) datis ad vsuram Andreæ Mutinæ soluendo
singularis annis in rationem. 10. pro centenario.
in quo primo dicitur inquisitioné nõ potuisse for
9 mari sine diffamatione præcedente, † quæ ortum
habuerit à personis fide dignis, nec in hoc credi-
tur iudici inquirenti id in inquisitione affirmanti.
Dec. in d. consilio 170. 2. col. vbi ampliat etiam si
de mandato principis procederet.

Secundò non est dubium, quod delictum fuit
probatũ per testes, nec de eo fuit conuictus reus,
10 † ut posset condemnari. l. qui sententiam. C. de
pœn. Mars. in pract. crimi. in §. secunda quæst. nu-
mero primo, & in cons. 15. in prin. Confessio uerò
sua fuit facta metu torturæ ad quam indicijs legi-
timis non præcedentibus deueniri non poterat.
vnde confessio fuit nulla. l. pen. vbi glo. & Bar. ff. de
quęst. & licet non fuerit tortus, fuit tamen ligatus,
11 † & territus, quod ęquiparatur torturę. Marl. in §.
expedita. numero secundo, & seq. in pract. crimi.
de quo etiam per Bossi. in tit. de tortura. nume. 12.
& seq. & ut etiam possit teneri reus exigitur, quod
valde vrgeat præsumptio contra eum. ut per Fol-
ler. in sua pract. crim. 2. par. 2. par. in verbo rei in-
durati torqueantur. nu. 7. Et in proposito nullum
12 extabat indicium nisi dictum eius, † qui usuras
soluit, qui non est idoneus testis. Alexand. consi-
lio 175. inspecto. quarta colum. secundo volum.
Ioan. de Ana. in cap. cum in diocesi. 2. colum. post
prin. de vsur. Crauc. cons. præfato 6. numero 102.
13 Quinimò non valet statutum † quod stetur dicto
ipsorum ex quo tractatur de modo probãdi vsu-
ram, quod pertinet discernere ad iudicem. Fede.
de Sen. cons. 96. & Rolan. à Val. dicto cons. 96. nu
mero 50. ubi alios adducit. Et contractus factus
præsumitur in dubio licitus non illicitus, uel usu-
rarius. Bal. in l. rogasti. §. si tibi. ff. si cer. pet. Crauet.
consilio 48. numero octauo. 145. nume. 2. & Ro-
land. d. consilio 96. nume. 11.

Tertiò, cum ipse inquisitus sit persona solita ne
gotiari, & nõ sinere pecunias suas otiosas, potuit
iustè credere sibi licere paci sci à principio de sibi
soluendo, eo quod forte ipse fuisset lucratus si pe
cunias suas habuisset de quo deponunt testes pro
eius parte examinati, & maxime quia est persona
rudis, qui nescit legere, vel scribere, ut probatum
est per testes. unde in dubio nõ præsumitur, quod
14 uoluerit fęnus exercere, † & excusandus est. Bal.
& Fulg. in l. cum allegas. C. de usur. Ias. & Clau. in
l. si quis id quod. vbi Claud. nu. 31. ff. de iuris. om.
iudi. in l. 2. C. de in ius vocan. & Tiraquell. in tract.
de retract. conuentio. in prin. nu. 34. & seq.

Quartò, & vltimo cum ipse inquisitus fuerit, &
sit homo bonæ vitæ, & famæ, ut probatum est ex
testib. pro eius parte examinatis excusandus est
a pœna cum ipsa tollat omnem sinistram pręsum
ptionem, & suspicionem fęnoris, Crauę. d. consi-
lio 145. numero vigesimoquarto, & latius Rolan.
d. consilio 96. numero vigesimo, & sequen.

Laus Deo Opt. max.

Bartho. Bertaz.

Fuit iste nõ admodum absolutus, sed quadam
pœna pecuniaria condemnatus.

Clau. Bertaz.

ADDITIONES.

a Hoc est faciendum tum de iure communi, tum ex forma statutorum, quæ ubiq; extant, nam quæ ædiliũ apud Romanos fuerat cura nunc est nostrorum magistratuum munus tum pondera, & mensuras habere publicas, tum priuatas publicis æquare, probatur in l. modios. C. de su scept. & archa. lib. 10. & in Authen. de collatio. §. eos col lat. 9. tractant plures ex nostris hanc materiã ostendendo quibus pœnis utroque iure obnoxij sint vtentes falsis ponderibus, uel mensuris, & quando ignorantia excuset gl. tractat materiam. in l. arbitrio. § de eo. ff. de dol. extat tract compendiosus. Ioan. Regnaud. de mensuris scribit. Boss. titu. de extraordina. crimi. nume. 8. Franc. Marc. decis. 279. in 1. Damhou. in pract. crim. cap. 123. Fab. Montel. in praxi arbitr. in 3. par. quarta prin. nume. 1000. Chassen. ad constit. Burgund. Rubr. secunda. des confiscation §. 1. numero 35. Afflict. in constit. Regn. lib primo Rubrica 54. Ad officium. numero quarto. & in libro tertio Rubrica 35 ad legitima pondera. Plot. in l. si quando. numero 724. l. vn. ui. ex nostra hac ut placet utere congerie.

b Est alius casus, quando qui utitur mensura falsã habet illam à Domino enim gerit negotium. ipse enim excusatur ob multa quæ eleganter scribit. Nat. cons. 72. per tot. ob quæ crederem excusari illum qui falsa uteretur mensura tradita tamen, uel signata à magistratu.

c De re eadem scribit Nauar. in Manual. cap. decimoseptimo. numero 360. Lup. in rap. Nauiganti. §. primo. numero uigesimoseptimo. de vsur. & licitus est cõtractus modo duo concurrant, primo, quòd cõductor sentiat damnum mortis, præterea deteriorationis, quòd si nollet subire nisi alterum contractus esset illicitus. Ligna. in c. plerisq decimaquarta. quæst. tertia. Laurent. de Rodul. in c. consuluit. quæst. vigesimatertia. numero 37. de usur Lup. in d. nume. 27.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Testes quando falsi sint, & non possint probare tam respectu dicti, quàm personæ. & quando sit aliquis omni exceptione maior.

Mulier, quæ vult probare donationem, uel augumentum dotis factum fuisse à marito, qui priorem suum alium maritum occiderat, quando plenè hoc probet, & in supplementum probationis possit obtinere iuramenti delationem.

Statutum si irroget pœnã confiscationis per verba (publicentur, vel publicata esse intelligantur) an bona intelligantur publicata, ipso iure, an verò sit necessaria iudicis sententia declaratoria?

SVMMAE.

1 *Testis omni exceptione maior ille est, qui superat omnem exceptionem contra eum appositam.*

2 *Et contra quem nulla exceptio mundi opponi potest.*

3 *Et nõ est talis qui diminuitur de fide, licet ex toto non repellatur.*

4 *Testis non debet aliquid accipere ab inducente.*

5 *Depositarius non potest cum bona fide accipere pecuniam pro restitutione rei deposita.*

6 *Testis existens in peccato mortali saltem diminuitur de fide.*

7 *Et secundum alios indistinctè non admittitur.*

8 *Testis non probat, & puniendus est de falso, qui deponit contrarium eius, quod ante deposuerat extra iudicium.*

9 *Testis sibi contrarius nunquam potest concordari, vt probet.*

10 *Verisimilitudo est multum ponderanda in probationibus.*

11 *Testes inhabiles quando admittantur, & necesse est, vt factum de sui natura, & actu tale sit, vt non possit probari per alios testes, & quomodo?*

12 *Et partis culpæ adscribitur, quæ potuit adhibere plures testes, & non adhibuit.*

13 *Mutuum satis probatur si duo testes deponant de incerta quantitate, & duo de certa quantitatis petitione.*

14 *Testis, qui alterius defectum operire debet, necesse est, vt sit omni exceptione maior.*

15 *Testes si deponant vnus de confessione parte presente facta, alius de facta parte absente non coniunguntur.*

16 *Scriptura priuata per se sola facit aliquam præsumptionem, non autem semiplenam.*

17 *Scripturam esse manu alicuius testes affirmantes non probant.*

18 *Moriens quilibet non est Ioannes Euangelista.*

19 *Et maximè si vrgeat illius mala fama, & uitą.*

20 *Iudex debet iudicare secundum acta, & probata, etiam si sciret veritatem aliter se habere.*

21 *Iuramentum in supplementum non potest deferri illi, qui si fuisset examinatus nõ fuisset omni exceptione maior.*

22 *Mulier regulariter non est omni exceptione maior.*

23 *Mulier quæ nubit intra annum luctus efficitur infamis.*

24 *Quod est absolutum etiam de iure canonico si festinanter nubat tempore, quo est periculum perturbationis sanguinis, & prolis incertitudinis.*

25 *Iudex debet scrutari qualitatem personæ antequàm deferat iuramentum.*

26 *Iuramentum suppletiuũ non defertur ante conclusionem in causa.*

27 *Idem est, si elapsum sit tempus ex statuto ad probandum, & probatum habendum.*

28 *Pœna censetur irrogata ipso iure, si in statuto absint verba præteriti temporis, vt (priuatus) (publicata.)*

29 *Idem est si additum sit verbum substantiuum (sumes, est.*

30 *Et dictum sit (bona sint publicata.)*

31 *Verbum (etiam) veritatem importat non fictionem, etiam si adsit verbum (intelligatur.)*

32 *Verbum (intelligatur) non importat fictionem, sed veritatem quando ponitur super eo quod est iuris.*

33 *Et quando idem sit in his quæ sunt facti?*

34 *Lis si ex statuto intelligitur contestata, nulla requiritur declaratio, vel pronuncia.*

35 *Statutum quando potest aliquid facere, & introducere verè, nunquam censetur id velle facere fictè.*

36 *Verbum (intelligatur) appositum super actu, qui per legem fieri potest verè, & propriè, importat veritatem.*

37 *Et denotat tacitã, & subauditam dispositionẽ.*

38 *Verba futuri temporis important canonem latæ sententiæ si sunt geminata, vt (cassent & irritent.) nu. 39.*

40 *Verbum non debet esse sine effectu operandi.*

41 *Condemnatio ipso iure censetur imposita à statuto, quando incipit ab executione.*

42 *Statutum unum accipit interpretationẽ ab alio.*

43 *Verbum potest esse sine effectu operandi, si virtus auferatur à sequentibus verbis.*

44 *Verba (habeatur, & sit) important ipso iure.*

45 *Cõfiscatio expressa requiritur si bona ipso iure non confiscantur.*

46 *Sñia declaratoria nõ exigitur in facto notorio.*

47 *Necessarium quod non est quandoq; adducitur ad maiorem declarationem.*

48 *Pœna quare maior uno casu quàm alio sit addita non est reddenda ratio.*

49 *Delicta frequentiora licet minora sunt grauius punienda.*

50 *Ciuem esse aliud est, aliud haberi pro ciue.*

51 *Dispositio tex. in l.eius qui delatorem. in princ. ff.de iur.fisc.loquitur de sententia declaratoria, non condemnatoria.*

52 *Pecuniarum receptio de qua in chyrographo est probanda per testes.*

53 *Contractus factus etiam ante delictum subsistente causa inimicitiæ cū alijs coniecturis præsumitur simulatus, fictitius, & in fraudem fisci factus.*

54 *Contractus factus clam in fraudem fisci etiam onerosus non valet.*

55 *Contractus censetur factus clam quando super eo est factum chyrographum.*

56 *Alienatio facta in fraudem confiscationis non valet.*

57 *Contractus præsumitur fictitius, & simulatus ex coniunctione sanguinis.*

58 *Simulatio arguitur ex nimia cautela adhibita.*

59 *Contractus factus post delictum commissum etiam ante accusationem non valet, vt fiscus excludatur.*

CONSILIVM CCXCI.

In Domino confido.

MOTIVA subtiliter scitè, & elegāter excitata per magnificum & excellentem. D.Iudicare debentem cōtra magnificos fratres de Perdoncrijs Regientium, primo aspectu eorum intentioni valdè obstare visa fuerunt, ea tamen vltra corticem penetrando, & medullitus considerando, intrepidè censeo, eis non refragantibus, sententiam fauorabilem ipsis reis proculdubio esse proferendam. Et non recedendo à proposito ordine magnifici domini Motiuantis. Quo ad primum dubium, probationes actricis respiciens, arbitror in proposito veram, & iuridicam posse fieri, & defendi conclusionem, nō fuisse pro parte actricis probatam eius intentionem, ne dum plenè sed nec etiā semiplenè. Hæc enim conclusio vltra ea quę latè, & subtiliter super hoc puncto scripta fuere optimè probatur, quia primus testis ille presbyter Regiensis non facit semiplenam probationem, ut affirmatur in dubijs. ad quod ostendendum præsuppono id quod etiam ipsemet magnificus Motiuans admittit in dubijs. quòd testis omni exceptione maior sit ille, qui superat omnem exceptio
1 nem cōtra eum oppositam, † ut per glo. Idoneos. in §. Item verborum. Insti. de inuti. stip. & glo. maiores. in c. primo. de consangui. & affi. & utrobiq; not. Docto. imò ille est testis omni except. maior.
2 contra quem nulla † exceptio mundi opponi potest. ut Alex. trad. post alios quos allegat in cons. 183. nume. 12. 6. uolum. & in cons. 18. colum. pen. primo volu. dicit illum non esse omni except. ma-
3 iorem, qui etiam diminuitur † de fide, licet ex toto non repellatur. & idem tenet Steph. Bertran. cons. 248. numero quinto. tertio volu. vlt. impressorum. vbi ex Bald. dicit quòd modicus defectus uitiat tales testes. & ad propositum dicit Aret. in c. licet ex quadam. quarta colum. sexto not. de testi. quòd ille testis dicitur omni exceptione maior. cuius dictum perfectè debet admitti, uel cui plenè sine aliqua suspicione credi debet. Sed fortè latius cæteris hunc artic. tangens. Marс. in sing. 197. exordiente. quo ad hoc, pluribus auctoritatibus quas adducit, firmat quòd vbicunque est aliqua suspicio contra testem, uel eius testimonium aliqua præsumptione eliditur, uel quemlibet minimū defectum patiatur testis, aut aliquo modo talis testis lęderetur opin. tunc nō est omni exceptione maior, nec est locus delationi iuramenti suppletorij. Videamus modò, nunquid istę noster præsbyter sit talis, ut superet omnes exceptiones, & nullū defectū patiatur, uel cōtra ipsum nulla extet præsumptio, uel suspicio. & concludo ipsum non omne talem, quin potius diuersum ab eo. Ipsum enim tam respectu personæ, quàm testimonij plures pati legitimas exceptiones nō diffiteor. Quo ad personam certum est exceptionē pati, cum ante perhibitum per eum testimonium à parte producente scut. vigintiquinq; auri, & die præcedente suum testificatum maiorem partem ex eis habuisse fatetur in sua depositione, quo fit ut si recepit, ut testificaretur, proculdubio penitus reijcitur. imò uti falsus pœna esset plectēdus: cum etiam ex pensas cibi, & potus à parte sine iudice,
4 testis non temerè † accipere debeat, ad no. in capit. primo. per Fely. & alios, de testi. & probabiliter videtur tenendum, quòd hac tantum de causa soluti fuerint. maximè cōcurrentibus duobus, quòd causa solutionis allegata non uidetur satis potens ad huiusmodi solutionem, tum quia solutio fuit facta de recenti ante depositionem, prout bene comprobatum fuit per præfatum D. Allegātem super hoc dubio. Sed posito sine ueritatis præiudicio, quòd illos scutos receperit, ut depositum redderet chyrographum, non ne turpiter recepit? certè sic. & tenetur restituere. tex. est in l. fi. vbi Aret. summando illum tex. dicit, quòd depo-
5 sitarius † non potest cum bona fide accipere pecuniam pro restitutione rei. ff. depo. & probatur. in l. fi. ubi omnes. ff. de condictionib. ob turp. cau. & in l. fina. C. eodem. & Aret. in lege prima. primo not. ff. eodem. Certum itaque est, quòd ipse

bonius

bonus præsbyter salua conscientia non potest di ctas pecunias retinere, sed tenetur eas tanquàm turpiter receptas restituere, quod etiam de iure poli, & canonico procedit, ut trad. Angel. in eius summa, quę ab authore nomen accepit, in verbo restitutio. in vers. turpe lucrum. & non remittitur peccatum nisi restituatur ablatum. regula peccatum. de regu. iur. in sexto. Si igitur dictis testis tem pore testincatus ne dum non restituerat indebitā pecuniam, & turpiter receptam, sed imò de recē ti, & pridie eam receperat, non est ambigendum. enim in mortali, & grauissimo peccato tunc tēporis extitisse, quo fit ut non sit idoneus testis, nec sit omni exceptione maior. quia licet existēs in peccato mortali de iure ciuili in totum non repellatur, quamuis secundum ius cano. secus sit, tamen
5 † saltem diminuitur de fide secundum communē
* Doct. sententiam. * vt trad. Corn. in cons. 55. litera 1. quarto volum. & idem tenet Alberi. in tracta. de testi. in §. consequenter. numero 11. vbi dicit,
** quòd etiam illa est communior, ** & uerior sententia, quòd peritus repellatur à testimonio, uel
7 saltem ei non est tanta fides adhibēda. † & quòd indistinctè non admittatur tenet etiam Nellus de Santo Gemin. in tract. de testi. in verb. crimino sus numero decimo quinto. quod etiam tenet Lanfr. in c. quoniam contra in verb. testium depositiones. numero 153. de proba. sed quòd diminuatur de fide, & non faciat plenam fidem tenet etiam Crot. in tract. de testi. nu. 52. & nu. 54.

Præterea, ut ipse met testis affirmat in suo testificatu, pluries extra iudicium ante dictam eius depositionem affirmauit contrarium eius, quod nunc deposuit. negando D. Hieronymi ea fecisse quæ ipse nunc fecisse affirmat. quo casu ne dum non dēt admitti, testificādo contrariū, sed posset
8 de falso † puniri, si Bar. credimus id in indiuiduo decidēti in l. eos. ff. de fal. quem plures magni nominis Doct. fuere sequuti. & licet non me fugiat opinionem Bar. à multis non esse receptam, tamē etiam admissa dubitatione sententiæ Bar. non potest iure negari, quin saltem talis testis diminuatur de fide. & possit saltē puniri leui pœna de mendacio, ut fatetur. Marsi. in dict. l. eos. numero decimo sexto.

Respectu verò depositionis suæ ipse testis etiā non superat omnes legitimas exceptiones. nam sibi met ex diametro pugnat, dicit enim pluries, quòd id negotium super quo deponit factum fuit die quarta Septembris, & quòd de hoc recordatur, tamē inferius in interrogatori's. inter. quomodo ita præcisè recordaretur de die illa, se remisit ad chyrographum. & in sequenti interrogatorio ingenue fatetur se non recordari de die, & quòd non recordatus fuisset nisi vidisset dictum chyrographum diem continentem. & sic apertè cōtradicit superioribus, quòd dum ipse deponens deposuit recordari de die falsum dixit. Sic etiā audacter superius deposuit super capitulis Hieronymum iur asse, prout continet chyrographum, & in causa scientię vidisse, & recordari. Inferius tamen sup interrogat. noluit id affirmare, sed dixit (*quan to à questa cosa così fatta io mi riferisco al scritto, & come sta il scritto.*) & sic clare apparet, quòd præcisē nō recordabatur de dicto iuramento. & licet super sequenti interrogatorio dicat, quòd & si non vidisset dictum chyrographum tamē ipse recordatus fuisset de omnibus prout in eo continentur. tamen apparet ex superioribus per eum dictis men tiri, quia imò non recordabaī de die, & testis sibi met contrarius non probat. l. qui falsō, uel uariē. ff. de testi. & qnādo ipsimet aduer satur nunquàm
9 potest concordari, ut probet † ad no. in c. cum ru. de testi. & per Crot. in tract. de testi. numero 327. 328. his accedat, quòd ipse testis non deponit, ꝙ dictus Hieronymus effectualiter habuerit pecunias, & eas exportauerit, ut fuit scriptū per dictū primò allegantem. de quo etiam aliquid infra dicetur. Ex quibus resideo certo certius constare hunc testem nullam facere probationem, aut saltem ita debilitatam, & modicam, ut ne dum semi plenam probationem nō faciat, sed vix suspicionem qualem qualem.

Secundus etiam testis nullam facit probationem, prout optimè comprobatum fuit per dictū primò allegantem. & maximè cum nō fuerit examinatus parte citata, uel ad literas iudicis causæ, qui scripsit pro alio examinādo, quod fundamentum apparet in cōcussum ex quo magnificus Motiuans nihil contra ipsum replicauit, & ipse etiam nescit quid contineret chyrographum. quæ quātitas fuerit numerata, an fuerit asportata, nec recepta per Hieronymum nec bene cognoscebat ipsum Hieronymum assertum contrahētem, sed & ipse testis in suo testificatu est sibimet contrarius, & non probat, ut sup. primo enim dixit, ꝙ domina Catherina erat in lecto, & nescit, an esset infirma, uel tempore desponsationis surrexerit, deinde inferius dicit, quòd erat in lecto sub linteaminibus, quando fuit desponsata. sic etiam sup. dixit quòd ipse testis recessit, & abijt antequàm contrahentes exirent camera præfata. & tamen inferius dicit, ꝙ melius recordatus non recessit, sed vidit abire ipsos Hieronymum, & dictam Catherinam. & tamen est parum verisimile, ꝙ esset adeo infirma, ut opus esset cubare in lecto dum despōsaretur, & postea, quòd surrexerit, & abiret, ut dicūt testes, cum tamen esset in domo eius patris. & minus est uerisimile, quod dicit primus testis, ꝙ iuerit ad domum primi mariti cum secūdo uiro, qui illum interfici fecerat. multum enim est pon-
10 derādaī uerisimilitudo in probationibus, ut per Bal. in l. 1. 3. col. C. de ser. fugi. latè Crauet. cons. 61. numero nono. præterea, iste testis nescit plenè tantum, nihil enim dicit de alio chyrographo scut. quingentorum. quo casu est suspectus, ut per Crauet. cons. 134. nume. 13. hac itaq; conclusione firmata operæ precium est eam tutari ab impugnationib. subtilib. magnifici Motiuantis, ex quarum solutione tanto clarius de eius ueritate cōstabit.

Prima itaq; obiectio continet, quòd cum vi-
deamur uersari in facto clandestino cuius proba
tio à communiter accidētibus difficilis uideatur,
etiam hoc casu testès inhabiles admitti posse ui-
deantur, ad not. per Bar. & alios. in l. prætor. §. præ
11 tor ait. de eden. † vbi latè Ias. & in pluribus alijs
locis, sed facilè tollitur, quia negatur hunc casum
similem esse casibus in quibus loquuntur Docto.
aduersantes. ad hoc enim, vt regulæ allegatæ lo-
cus esse possit, opportet constare factum sui natu-
ra fuisse tale natura, & actu, quòd per alios testes
probari non posset, ut per Abb. & Fely. in c. fin. de
testi. cogen. & hoc per asserentem debet probari,
ut plenè per Alex. in consilio 64. viso themate. se-
cunda colum. primo volum. Mars. sing. 73. plures
sunt. Gramma. cons. 58. numero quarto. & plures
alios allegat Ludo. Carrer. in sua practi. crimin. in
princ. numero 165. colum. tertia. Quod enim in ca
su isto non fuerit probatum cessat omnis difficul-
tas. nec est uerum, quòd habitu, & actu non possit
hoc factum aliter probari, cum partes potuissent
12 † adhibere plures testes si uoluissent tam palam,
quàm clam. quo casu culpæ partis est adscriben-
dum. Gram. cons. 26. & Ludo. Carrer. loco præal-
legato. & si dictus Hieronymus uoluisset factum
occultum haberi, poterat deferri iuramentum te
stib. de non reuelando, uel alijs cautelis vti, quib.
utūtur ij qui huiusmodi negotia Clandestina con
trahunt, sed quòd actu potuissent alij interuenire
inscio Hieronymo nemo negare potest. quid. n.
prohibebat, quòd sicut fuerunt duo testes abscō-
diti in latebris ad rimas, ut omnia uiderent, & au-
dirent fienda, etiam alij plures absconderentur.
& tanto clarius hoc procedit. cum adhuc adesset
alius testis, quem pro cōteste adducit ille presby
ter examinatus Bon. & tamen non fuit examina-
tus, nec probatum, quòd non potuerint examina
ri. Et sic cessat hæc prima obiectio quæ nusquam
in hoc casu locum sibi uendicare potest in quo,
& actu quatuor testes interuenerunt, & natura, &
habitu multo plures interuenire potuissent.

Secūdò obijcitur, numerationem satis proba-
tam uideri ex quo unus testis de certa quantitate
deponit, & alter de incerta, quo casu alter alterū
supplere videtur, maximè cum ad propositum sit
decisum à Bart. & sequacibus. in d. l. admonendi.
13 satis mutuum † numeratum probari cum duo te-
stes de incerta quantitate mutuo data deponant,
alij duo de petitione certæ quantitatis antea fa-
cta. & fortius censuit. Castr. cons. 333. col. 3. in an-
tiquis alias 231. visa petitione. col. 2. testē unum
deponentem de cōfessione parte præsente facta.
& alium deponentē de alia cōfessione facta parte
absente, cōiungi debere ad plenam probationé,
seu saltē facere plusq̃ semiplenā. & qñ unus de ue
ritate, alter de confessione deponunt, oīno plusq̃
semiplena est probatio, ut p Bar. & alios. in d. l. ad-
monēdi. huius obiectionis facilis est solutio, stan
tibus sup. deductis, & per d. primū coaduocatū,
super depositionib. istorum testium. ad hoc. n. pri
14 mo, ut unus † alterius defectum operire possit, &
supplere, debet esse omni excep. maior, & inuul-
nerabilis, ut loquuntur Doc. super hoc puncto de
quo per Crauet. cons. 6. nu. 125. secus si & ipse sit
defectuosus, & supplemento egeat, ut in casu no-
stro. Quæstionis etiam Bar. & cæterorū de mutuo
decisio ad victoriā nostram optimè cōfert. deci-
dūt. n. q̄ si numeratio licet incerta per duos testes
probata sit, & per duos alios de petitione mutui
certæ quantitatis tunc censeri semiplenè proba-
tum, & posse deferri iurm. & intelligunt Doc. q̄ te
stes sint omni excep. maiores, non autem aliquos
patiantur defectus. si igitur in casu isto non extant
testes nisi manci, & debiles tam respectu personæ
quàm dicti, quomodo erit probata numeratio ēt
* incerta? opin. uerò illa Cast. in d. cons. cōiter * ex-
15 ploditur † ut per Ias. in d. l. admonendi. col. 99. in
repe. Abb. in ca. causam. 4. col. de probat. & Alex.
cons. 57. 6. uolu. bene fateor, quòd si esset proba-
tum per testē vnum de ueritate, & alterum de cō-
fessione censeretur plusq̃ semiplenè probatum. si
ambo essent omni exceptione maiores, ut cōclu-
ditur. in d. l. admonendi. sed casus noster ab hoc
procul est, cum nullus istorum testium sit habilis,
imò multos patiatur defectus, ut abundè supra &
alias ostensum fuit.

Et per hæc tollūtur ēt quę in cæteris obiectio-
nib. deducuntur. cum nusq̃ verum sit fuisse plusq̃
semiplenè probatū, ut satis superq; ostensum est,
imò nec etiam semiplenè, si rectè omnia intuean
16 tur. Quod verò † scriptura priuata per se sola fa-
ciat aliqualem præsumptionē potest admitti. nō
autem semiplenam, ut uoluit Bar. in dubijs allega
* tus, qui meritò repræhenditur cōmuniter * ut per
Alex. qui contra eum, & non pro eo stat in d. l. ad-
monēdi. nu. 32. quæ præsumptio importat leuem
suspicionem in qua nulla est firmitas cū propter
illam iudex nō adhęreat alicui parti, vt no. decla-
rat Rip. ibi defendendo opin. Bar. à Cur. in d. l. ad-
monendi. nume. 98. Testes autem affirmantes iu-
dicio suo fuisse scriptum chyrographum manu di
cti Hieronymi, quòd nullam penitus faciant pro-
17 bationem † optimè comprobauit Dominus pri-
mo allegans, cuius dictis addo Mars. latè hoc fir-
mantem in Rubrica de probat. nu. 299. & Gram.
decis. 84. per totum, & decisione 106. numero 33.
ubi alij allegantur. Nec recognitio, uel confessio
ēt iurata dicti Hieronymi valet obolum in præiu-
dicium tertij, ut alias, & bene fuit responsum. quę
etiam si fuisset facta in actu moriedi nihil fecisset,
18 cum nō omnes moriētes dicant uerum, † & om-
nis qui moritur non est Ioannes Euangelista, ut
dicit Bal. in tit. de pace Constan. in §. Vasalli. il pri
mo. in fi. & habetur per Mars. in sua practi. crimi.
in §. restat. numero 12. quod dictum in pluribus
locis referunt, & sequuntur Doct. Sed quòd om-
nino non sit credendum dicto Hieronymo urget
19 mala eius fama, & vita pcedēs, de qua processus
criminalis fidē facit. & qñ plura imperfecta con-
currūt quorū, numq̃q; de p se est imperfectū,
non

non habet locum regula, quæ non prosunt singu-
la multa iuuant. Bal. in l.si quis ex argentarijs.§.1.
nu.2.ff.de eden.& latè Paris. consilio 61. nume-
ro 29.4.vol.Quòd modo ex dicto probatissimo-
rum,& honestissimorum virorum constet magni-
fico D.Iudici ita de hac numeratione, vt iure ne-
gari non possit,nõ videtur in aliquo obesse. cum
eorum dictum in forma testimonij non appareat
20 in processu, & nõ puto ipsum D.Iudicem † uelle
iudicare nisi secundum acta, & probata,iuxt.tex.
in l.illicitas.§.ueritas.cum ibi no.ff.de offi.præsid.
& tenetur iudex iudicare secundũ ea etiam si sci-
ret ueritatem aliter se habere, vt latè trad. Ias. in
§.si minus.nu.15.Insti.de actio.

Sed quicquid sit de probatione dictæ actricis,
posito,q essemus in casu quo posset regulariter iu
ramentum deferri (cuius contrarium sup. osten-
sum est) tamen non uidetur, quòd isto casu possit
21 deferri dictæ actrici.quia iuramentum † non põt
deferri ei, qui si fuisset examinatus nõ esset omni
exceptione maior,ut per Soci.in regula 204.Iura
mentum, in probationis supplementum.in vers.
sequitur videre de psonis.prima Fallen. sequ.&
Lanfran.in repet.d.l.admonendi.col.15.versic.3.
conclu.cum quibus trãseunt Moder.in d.l.admo-
22 nẽdi.Sed dicta actrix vltra q sit mulier, quę regu-
lariter non est omni exceptione maior, vt per Cę
pol.cons.32.quidam Vicentini.col.2.Dec.in l.2.
nu.35.de reg.iur.& Craue.cons.99.num.5.ex quo
23 † nupsit intra annum luctus fuit effecta infamis.
l.prima.C.de secun.nup.& l.liberorum.§.si qua.ff.
de his qui not.infam.Et licet per ius cano.videan
tur correctæ dictæ ll.c.pen. & fi. de secun.nup.ta-
men declaratur illud procedere nisi vidua festi-
nanter nubat tempore quo potest esse periculum
perturbationis sanguinis, & prolis ĩ certitudinis.
& sic ante lapsum quadrimestris à tempore mor-
tis uiri, prout distinguendo cõsuluerunt hoc casu
24 esse infamen † mulierem, & non habere locũ di-
spositio.canonicã.Rayn. de for. & Pau. de Leaz.
quos sequitur Bal. & etiã videtur adherere Pau.
de Cast.in l.decreto.C.in quibus cau.infam.irro-
ga.quod etiam tenet Cornel.consilio 21.litera 2.
1.uolum.Ioan.Garon.in Rubr.de secun.nup. Ma-
rius Salomo.in repe.l.Gallus.in prin.char.19.pri
ma faci. de liber. & posthu. Neuiza.in sylua nupt.
libro secundo.nu.47.& latè Stepha. Cost. in trac.
de Ludo.in §. succedit modo. nu. quinto. & quia
præsupponitur, q de qualitate etiam ipsius actri-
cis optimè magnificus D.Iudicare habens sit in-
formatus, & quòd eius qualitas talis sit, ut nullũ
supersit dubium, q non sit deserrendum iuramen
tum, frustrà super hoc nõ denigrabo Papirũ cum
25 hoc ad officium iudicis † pertineat de qualitate
personæ scrutari, iuxta ea quæ in hac materia no.
docet Seuer. in repet. d. l. admonendi. vlt. char.
colum.fin.& trad.Marant.in tract. de ord. iud. se-
cunda par.9.actu.nume.6.fol. 145. ubi dicunt, q
requiritur, quòd is cui est deferendum iuramen-
tum sit persona honesta,& bonæ uitæ, quia alias
psonæ vili,& suspectæ de periurio non debet de-
ferri.Quæ ex abundanti dicta sunt, cum ex supra
deductis liqueat iuramentum hoc de iure deferri
minime posse.

26 Secundò, cum non videatur petitum hoc † iu-
ramentũ expressè in processu ante concl.in causa
* non potest deferri sm Doct.cõiter * in d.l.admo-
nendi.vbi Seuer.col. 74.reprobat Abb. allegatũ
in dubijs.in c.fi.in fi. eo. concludens nõ posse de-
ferri si non sit petitum, tum quia quicquid, sit de
opin.Abb.in casu isto.qñ ex forma statuti est assi-
gnatus terminus ad probandũ,& probatũ habẽ-
** dũ per omne genus probationum, sm cõiorẽ **
Doct.sñiam, nõ potest iurm hoc, elapso termino
27 statutario deferri.† Vnde cum extet hmõi statu-
tum Regij sub Rubrica de modo procedendi in
causis ordinarijs, &c. fol. 38. 2.facia. cessant oẽs
amaritudines, ut per Lanfr.in d.l.admonendi.3ò.
concl. & Ias. char.pen. Soci. in d.reg.5.Fallen.Ex
quibus omnino remanet solutum primum dubiũ
magnifici Motiuãtis. Ex cuius solutione resultat
victoria dictorum Reorum. Sed tñ ut etiã liqueat
ipsos iustitiam fouere super cæteris dubijs, deue-
niam ad discussionem secundæ dubitationis.

Secundò igitur dubitatur, nuquid statutum il-
lius ciuitatis Regij sub Rubrica, de pœna homici
dæ, pro homicidio commisso. irroget pœnã con
fiscationis bonorum occidenti, uel mãdanti, ipso
iure, uel sententia confiscationis exigatur. ppter
a illa uerba (publicentur, a & publicata esse intelli-
gantur) cum primo casu dominium bonorum sit
translatum in fiscum,& contractus factus per de-
linquentem nõ ualet. secundo verò casu uidetur
ualere,& præfatã partẽ tenuit magnificus primo
allegans subtiliter ostendens, hoc casu ex forma
dicti statuti censeri ipso iure confiscata bona. In-
contrarium urgent rationes, & iura allegata per
magnificum Motiuantem. Ego uerò partes Do-
mini primo cõsulentis, nempe ueriores,& iustio-
res, tutabor. & liquidò ostẽdam omnino dictum
statutum intelligendum fore, ut pœnam confisca
tionis irroget ipso iure homicidæ. hæc enim con
clusio ex pluribus comprobatur. primo commu-
* ni * omnium Doct.in hac materia scribentiũ con
sensu, quando lex loquitur irrogãdo pœnam per
verba præteriti temporis, ut est (priuatus) (publi
cata) uel similia, censetur latus canon latæ senten
28 tiæ,& ipso iure irrogata † pœna, ut in primis alle
gationibus.d.coaduocatus copiosè adduxit. qđ
& trad. Moder. in l. si quis maior. in uerb. priua-
tus. C.de transact. Vnde cum in casu nostro extet
verbum præteriti temporis(publicata) habet lo-
cum decis. Doct.

Secundò, etiam omnes fatẽtur, quòd si adda-
b tur verbum substantiuum sum b es est, quod de-
notat ueritatem, & non fictionem, & tunc etiam
29 pœna ipso iure introducatur. † ut si statutum di-
30 cat, sit priuatus, vel (bona sint publicata) † ut in
terminis dicit Bar. allegatus. in l.prima. ff. ad l.Iul.
de vi priua. & Felyn.in cap.Rodulphus. de rescri.

nu.28.Idem tenet Bal.per illum tex.in l.prima.nu
mero 1.C.de secun.nup.& in c.primo. de lit.con-
test.ad fi.& Abb.in cap.clericis. ad fi. ne cleri.uel
31 mona.at in proposito † in hoc statuto adest ver-
bum (etiam) quod veritatem importat,& non fi-
ctionem etiam si ad sit verbum, intelligatur, ut est
text. in l.etiam.ff.de fund.dota.quem text.ad hoc
ponderat Soci.in Rubrica.ff.sol.mat.secunda co-
lumna.vers. tertia conclusio. cum quo transit ibi
Ias.& sequitur Dec.in l.prima. nume. 19. C.vnde
vir & vxor.

Tertiò, licet uerbũ, intelligatur, quandoq; im
portet fictionem,& non veritatem, tamen quan-
do ponitur super eo, quod est iuris, & q̃d lex di-
sponere potest, & introducere verè, & tunc stat
32 propriè,& denotat veritatem, † & non fictioné,
ut probatur. in l. 1.§.item acquirimus. & ibi not.
Aret.in 2.no.ff.de acq.poss.& in l.rem quæ nobis,
in prin.& ibi etiam latius Idem Aret. & Rip. nu.3.
ff.eo.& idem ante eos tenuit.Bal.in c.bonæ. nu.6.
de appellat.ubi dicit hoc verbum, intelligere, so-
33 nare veritatem in his. quæ iuris † sunt sed in his
quæ sunt facti refert aut est tale quid, quod per
alium plenè acquiritur.& idem ut l.certè. §.si pro
curator.ff.de præca.aut non plenè acquiritur, &
tunc importat fictionem, sequitur Ias. in d. Rubr.
in addi.& in d.l.prima.quarta colum. C.unde vir.
& vxor. & in l. si is qui pro emptore. colum.28.de
vsucap.Dec.in d. l.prima. nu.15.& Corn. in alias
allegato cons.244. col.2. tertio volum. vbi deci-
dit statutum disponens litem intelligi contestatã
productis exceptionib. & replicationib. ex quo
disponit in his quę sunt iuris.& a iure introducta,
stat proprie,& verè,& non fictè,& non requiritur
34 alia declaratio', vel pronuncia. † Idem tenet idẽ
Corn.in cons.216.secũda colum. eo.3. uolum. in
statuto, quòd hæres adeundo hæreditatem intel
ligatur possessor bonorum defuncti.quòd hoc ca
su possessio sit verè translata, ex quo est dispositũ
super his quę sunt iuris, quod statutum potest pos
sessionem transferre in alium. & quando statutũ
35 potest aliq d † facere, & introducere verè, nunq̃
censetur id velle facere fictè.l.in rebus. in fi.& ibi
Bal.in lect.antiqua.in fi. C. de iure dot.hoc etiam
ad propositum trad.Idem Corn.in cons.322.col.
secunda,& tertia.4.uol.vbi respondit, quòd stan-
tibus nõnullis capitulis factis, & confirmatis per
habentem potestatẽ legis cõdendę, ꝙ elapsis 15.
mensib. pignora cẽserent transactata,& intellige
rentur, ut res hæbreorum, ꝙ verbum illud, intelli-
gantur, appositum super translationo Dominij,
36 & sic super actum † qui per legem fieri potest ve-
rè,& propriè. Importat ueritatem, & in terminis
istis consuluit.Idem Corn. prout fuit allegatum p
dñm primo allegantem, in cons.104.in 1.uolum.
& latius in cons.281. in quarto vol. Vbi statutum
disponebat, quòd intelligeretur delinquens esse
bannitus,& condemnatus,& decidit Corn.id in-
telligi ipso iure.& non esse opus alia sentẽtia cõ-
demnatoria.quia verbum pręfatum stat propriè,
& importat ueritatem non fictionem, ex quo lex
potest bona publicare,& etiam damnare ad mor
tem ipso iure, & quãdo potest lex facere verè nõ
facit fictè, ut sup. Et licet in casibus horum duorũ
vltimorum cõsiliorum Corn. in statuto extarent
alia verba ostendentia in casibus ipsis, statutum
illud ipso iure irrogare pęnam, ut erat verbũ (sit)
ex tunc, & (ipso iure) tñ non est quin ipse Corn.
etiam propter illud verbum (intelligatur) deci-
dat etiam nõ existentib. dictis alijs clausulis ipso
iure pœnam irrogari, sicut fere in omnibus con-
sultationibus Docto. fieri videmus. ꝙ mouentur
pluribus fundamentis ad cõsulendum, nõ tamen
potest dici quin in singulis fundamentis possint
allegari eorum auctoritates tanquàm in veritate
ipsi teneant eas opiniones, quas in singulis fun-
damentis tangunt.sic etiam faciunt glo. & Doct.
in proposito.in c.cupientes.§.Cæterum. de elect.
ubi aderant verba (eo ipso,)& (ex tũc) importan-
tia canonem latę sententiæ. & tamen ponderant
etiam verbum præteriti temporis id importãs, ut
dicit Aret.in c.si diligenti.col.3.in vers.In glo. po-
sita.nu.12.de foro competen.Concludo igitur di
ctum verbum (intelligatur) stare propriè, & im-
portare veritatem,& non fictionem, & per conse
quens censeri à statuto ipso iure bona publicata.
Quod ex alio confirmatur, quia dictum uerbum,
37 intelligatur, † denotat tacitã subauditam disposi
tionem, ut no.Bal.allegatus per dictũ primo alle-
gantem.in l.quoniã.6.not. ff.de his qui no. infam.
& Aret.in l.Iam hoc iure.secundo not. de vulg. &
pupil.quod etiam trad.Corn. in plerisq; ex dictis
consilijs.Item & ostendit paritatem casuum quo
fit, ut si dictet statutum, quòd quicunque ciuis nõ
soluerit collectam intelligatur esse de comitatu,
tantum est dicere, quantũ in isto casu ciuis, & co-
mitatensis ęquiparentur.& sic amodo omnes le-
ges loquentes de comitatensi intelligẽtur de isto
non soluente collectam. cum igitur ita in casu no
stro sint purificati casus publicationis tacitæ, &
expressę per sententiam, merito omnes.ll.loquen
tes in vno casu habent locum in altero secũdum
decis.Bald.& aliorum, ut sup.

Accedat, & quarto, quòd licet secundũ com-
* munem * Doc.sententiam verba futuri temporis
38 † non importent canonem latæ sententiæ tamen
c si sunt apposita verba geminata, tunc importare
videntur, ut si dicatur (cassent,& irritent) ut trad.
Bal.in tit.de pace constan.§.hoc quod nos.secun-
39 da colum.Rom.sing. † secundo, licet verbum. &
Soci.in consilio 101.numero quinto. quarto uo-
lumine. at hic adsunt verba geminata publicen-
tur, & publicata esse intelligantur. ergo debent
intelligi ipso iure. & ita in terminis trad.Curt.Se-
nior.consilio 30.

Quintò certum est, ꝙ si intelligamus dictũ sta-
tutum imponere pęnã publicationis bonorũ per
iniasnon antè ipso iure, profectò dicta clausula,
& publicata esse intelligantur: nihil operaretur,
40 quod esse non debet.l.1.in fi.ff.ad municipa. † &

tamen

tamen ne dum verbum aliquod, sed nec etiam syllaba debet esse sine effectu operandi, vt latè per Curt. Iuniorem in consi. 85. nu. 4.

Sexto, & vltimò etiam pro hac parte facit, quòd statutum priuatum occidenti imponit penam. incipiendo ab executione, vt ibi (capite puniatur, ita quòd moriatur) & non dicit condemnetur. quo casu statutum præsupponit, quòd delinquens incurrerit pœnam ipso iure, nec sit neces-
41 saria † aliqua sententia præambula. ita in proposito firmat Socin consi. 22. col. 3. primo vol.

Sed videamus nunquid contra hanc conclusionem adducta obnubilent hanc tam lucidam conclusionem, vt supra comprobatam. Primò itaque adducitur, quòd statutum præfatum præsupponit solum duobus casibus hàc publicationem fieri debere, scilicet quãdo delinquens fuit captus, vel contumax capi non potuerit. quo casu cum neutrum horum præsuppositorum interuenerit, vel verificatum fuerit, pœnæ non videtur posse locum esse, per no. per glo. & alios. in l. mancipia. C. de ser. fugit. Sed hoc facile tollitur, quia statutum imponit pœnam confiscationis in omni casu, scilicet siue delinquens venerit in forziam, siue non uenerit, & non curat statutum, siue sit contumax, nec nè, quia hi duo casus omnes alios casus complectuntur. quia si fit contumax non venit in fortiam, & si comparet uenit in fortiã, ita quòd cum postea est facta declaratio delictum fuisse commissum de qua infra dicetur, tunc bona possunt appræhendi, & exequitur pœna legis ipso iure irrogata. non tamen potest dici, quòd medio tempore non sit locus pœnæ, & iam non incurrerit delinquens tempore delicti in pœnam, alias sequeretur quòd assassinus cuius bona confiscãtur ipso iure, vt in statuto sub Rubrica de pœna assassinorum. & posset medio tempore de ipsis eius bonis disponere tanquam non confiscatis, ex quo adhuc non erat citatus, uel côuentus, cum statutum solum in duobus casib. quando scilicet venit in fortiam & punitur, vel quando non venit in fortiam & bannitur, loquatur de publicatione bonorum. quod quam absurdum sit, nemo est qui non uideat. vnum enim
42 statutum ab alio † interpretationem accipere nemo ambigit, ad not. in l. omnes populi. ff. de iu sti. & iur. & trad. Rip. primo lib. responsorum. capitu. tertio. num. 24.

Secundò non obstat, quòd si interpretaremur illa verba (& publicata esse intelligãtur) importare canonem latæ sententiæ. verbum antecedẽs, publicetur, remaneret inane & sine aliqua uirtute. nam hæc obiectio uel facile diluitur. cum sępè videamus apponi in lege municipali uerba importantia sententiam esse ferrẽdam, tamen subiungi alia canonem latæ sententiæ importantia. nec procul exemplum huiusmodi in præallegato statuto. de pœna assassinorum, & in statuto de pœna facientis & venientis, & procurantis contra iurisdictionem. vbi lex dicit publicentur, & publicata esse intelligantur ipso iure, vel ipso fa-
43 cto. & tamen certum est, † quòd verbum, publicentur, nihil operatur. nec mirum, quia cum eius virtus tollatur per verbum subsequens, iuxta no. in l. pacta nouissima. C. de pact. non debet operari. in hac etiã materia habemus alia exempla in quibus apponũtur huiusmodi verba ad diuersum effectum tendentia, vt in exemplo Bald. in d. c. primo, ad fin. de lit. cõtest. vbi dicit, quòd si statutum dicit (habeatur) tunc denotat per senten
44 tiam si additur (habeatur & sit) importat ipso iure. & idem tenet Crot. allegando Bal. in alio loco in repe. d. l. si is qui pro emptore. nume. 49. in fi. & si vellemus interpretari, vt dictum uerbum operaretur suum effectum, alia (& publicata esse intelligantur) remanerent inania. & sic tractaremus de operiendo vnum altare, ut aliud nudaretur, contra l. fi. §. sed & si quis. in fi. C. com. delega. vbi Bal. nec iuridica videtur interpretatio, quòd debeat operari illud statutum, vt intelligeretur facta confiscatio si ommissa fuisset in sententia. hoc enim nullo iure probatur, imò opus est con-
45 fiscatione expressa † quando bona ipso iure non confiscãtur. ut trad. Ange. Aret. in tracta. malefic. in ver. & eius bona publicamus. in prima glo. & Ludo. Carer. in sua pract. crimi. §. 7. num. 29. nec licèt interpretatio sit facienda, vt quanto minus fit possibile recedamus a iuris communis dispositione. tamen propterea video, quomodo probetur, quòd ipsa verba possint habere istam interpretationem. Quod autem illa sequentia, teneatur, & debeat incontinenti inducere in corporalem possessionem, & c. patiantur hũc sensum etiam non admitto. quia siue ea intelligamus locum habere tempore commissi delicti, ut uoluit d. primo allegans, & tunc eius interpretatio sustineri potest, quando factum est notorium, quo
46 casu, nec † tunc declaratoria sententia exigitur, vt latè per Feli. in d. c. Rodulphus. nũme. 37. in c. cum non ab homine. de iud. & in c. 2. de sponsali. si verò uolumus ea locum sibi vendicare lata declaratoria, nihil offendunt, quia censeatur ipso iure facta confiscatio, & exinde sequuta declaratoria fiat apprehensio & executio. & sic omni casu nihil obsunt dicta uerba.

Ad illud uerò fundamentum, quod fit considerando plura statuta in quibus statuentes expressè apposuerunt clausulam, ipso iure, vel ipso facto, quod non est appositum in casu isto, prout in dictis duobus statutis allegatis, dicitur esse leue fundamentum, quia licèt ad abũdantem cautelam aliquando statuentes expresserint ipso iure pœnam confiscationis irrogare delinquenti. tamen si verba patiuntur, prout & patiuntur, & hoc important, vt supra, etiam hoc casu eadem pœna censetur irrogata, quia abundans cautela non nocet, & multa quandoque non necessaria
47 † adduntur ad maiorem declarationem. l. testamentum. C. de testam. l. quę dubitationis. vbi Cagnol. de regul. iur. & licèt crimine assassinatus, &

proditionis

prodicionis ſint grauiora homicidio, tamen etiã
grauius puniuntur, quàm homicidium, reſpectu
pœnæ corporalis. Sic etiam licèt cum ſimus in
his, quæ ad ius cõmentitium, ſeu poſitiuum atti-
nent, non ſit reddenda ratio, quare maiores
48 † pœnas ſtatuentes uno caſu, quam altero addi-
derint l. non omniũ. ff. de legi. vt in ſimili, tradunt
Moder. in l. ſi quis maior. C. de tranſactio. tamen
etiam poteſt ratione defendi in caſu homicidij,
potius homicidæ ipſo iure cõfiſcari bona, quàm
uenefico, cudenti falſam monetam, ruſtico occi-
denti ciuem, & parricidæ. Si enim intueantur illa
ſtatuta, videbitur quod maiori pœna puniuntur,
quàm ſimplices homicidæ. veneficus, & mone-
tarius igne concremantur, parricida capite ple-
ctitur, bona patris ruſtici occiſoris confiſcãtur.
quo caſu non poteſt negari, quin maioribus pę-
nis afficiantur, & licèt per ſnĩam bona ſint con-
fiſcanda, & in caſu homicidij ipſo iure, tamen ho
micida non punitur ita grauibus pœnis corpo-
ralibus, & qui in uno grauatur in alio debet rele-
uari l. eum qui. in prin. ff. de iure iur. tametſi in ca-
ſu parricidij referentis ſe ad ſtatutum de homici
dio, non haberem pro abſoluto, quòd confiſca-
tio non cenſeretur facta, prout in eo, cum relatũ
ſit in referente cum ſuis qualitatibus. l. aſſe toto.
de hære. inſtit. Præterea cum homicidium ſit de-
lictum quod frequentius committi ſolet. etiam
quòd maior pœna irrogaretur pro eo, quàm in
maioribus delictis, quæ raro accidunt, non eſſet
iniuſtum. quia ubi eſt maius periculum ibi eſt ple
49 nius conſulendum. l. prima. §. ſed & ſi quis † ff. de
Carbo. edi. c. ubi periculum. de elec. in 6. frequen
tia enim delicti delictum auget. l. 3. in fi. C. de epi
ſcop. aud. l. quicunque. C. de ſer. fugi. & l. capita-
lium. §. ſolent. ff. de pœn. faciunt not. in l. certi con
dictio. §. ſi nummos. ff. ſi certum pet.

Sed ad tex. in l. eius, qui delatorem. de iure fi-
ſci. in prin. vbi ſecundum magnificũ motiuãtem
eſt caſus apertus. quòd requiritur ſententia; & ta
men dicit ibi tex. corrumpentem delatorem ha-
bere pro cõuicto. iſte enim tex. nihil obſtat, quia
aliud eſt haberi pro conuicto, & aliud eſſe con-
uictum, vel intelligi eſſe conuictum. quod eſt in-
terpretandum ipſo iure, ut ſupra oſtenſum eſt, ſi-
cut aliud eſt eſſe ciuem, aliud haberi pro ciue
50 † iuxta not. per Bar. in l. ſi maritus. §. legis Iuliç. ff.
ad l. Iul. de adul. & idem eſt ſi dicatur intelligi eſ-
ſe conuictum ſecundum Soci. & Dec. in locis ſu-
51 pra allegatis, ſed poſito, quòd termini eſſent † pa
res, nihil etiam facit ille tex. cum loquatur de ſen
tentia declaratoria delicti non condemnatoria,
prout intelligit ibi Bar. & Bal. in l. quæ ſub condi-
tione. §. fi. ff. de condi. inſti. Dom. & alij in c. fi. de
confeſſ. in 6. Soc. in d. c. fi. de iur. cal. q. 5. nume. 36.
Feli. in locis præallegat. Iaſ. & Dec. in l. 3. §. quod
autem. ff. quod quiſque iur. & Doct. in d. l. ſi quis
maior. C. de tranſact. Quod autem ob iſtam clau
ſulam poſſet procedi contra memoriam defun-
cti, & ſic corrigeretur ius commune, nihil me mo
uet. enim ſi id poteſt fieri addita ea uoce, ipſo iu-
re, idem eſt, quando uerba alia habent eandem
vim, ſicut etiam tollitur id quod dicitur in dubio
non cenſeri irrogata pœna ipſo iure. quia hic uer
ſamur in claris, & habemus rationes, & deciſio-
nes expreſsè id probantes, & in contrarium nul
lus allegatur in terminis, qui teneat contrarium.
ſed & Corn. in tot. conſilijs allegatus hoc in indi-
uiduo firmauit, tametſi alia concurrerent etiam
in caſibus ſuis, ex quibus fundabat ſuas conſulta
tiones, ut ſupra ſatis ſuper quem comprobatum
extitit. Et ita perſpicuè apparet ſolutam eſſe
ſecundam dubitationem.

Cæterùm eum ex ſolutione prædictarum pri-
marum dubitationum liquidò conſtet dictos fra
tres in re clara uerſari, & victoriã conſequi opor
tere, non eſt opus inſiſtere ſuper ſolutione alia-
rum dubitationum. ueruntamen quia etiam iure
defendi poteſt, allegata in reliquis dubijs nõ ob-
ſtare victoriæ dictorũ reorum, & ſi præfata ceſ-
ſarent, idcirco ad oſtendend. exuberantem iu-
ſtitiam ipſorum deueniam etiam ad ſolutionem
cæterarum dubitationum.

Quò igitur ad tertiam dubitationem, dicitur
etiam in ea dictos fratres iuſtitiam fouere. Nam-
què ut ſupra dictum eſt, dicti teſtes non probant
numerationem & receptionem pecuniarum fa-
ctam, ut in chyrographo, quod uidetur neceſſa-
52 rium, † vt eſt text. in l. prima. C. de dot. cau. non
num. & in terminis noſtris eſt tex. in l. ſi quis poſt-
hac. in prin. ubi Saly. C. de bon. proſcri. nemo. n.
ex teſtibus dicit, quòd D. Hieronymus aſporta-
uerit pecunias. quo caſu magis videtur facta ſo-
lutio, vt redderentur, vel relaxarentur ſoluenti,
& ſic non releuat. l. qui ſic. ff. de ſolut. Sed etſi de
numeratione & receptione cõſtaret, tamen con
tractus ipſe cenſetur factus in fraudem fiſci. cer-
53 tum † eſt enim, quòd etiam ante commiſſum de-
lictum ſubſiſtente cauſa inimicitiæ, & concurren
tibus aliquibus præſumptionibus, ex his quas
ponunt Bar. & alij. in l. poſt contractum. de don. &
Bal. & Saly. in d. l. ſi quis poſthac. cũ uincitur con-
tractus tanquam factus in fraudem fiſci, & præ-
ſumitur ſimulatus, & fraudulentus, & tanto ma-
gis ſi iam ſit commiſſum delictum, licèt adhuc
non ſequuta ſententia, & fortè non propalatum.
& inter cætera duæ extant notabiles prę ſumptio
nes, quæ conuincunt fraudem contrahentium.
prima eſt, quòd contractus fuit factus cum per-
ſona coniuncta, ſcilicet cum uxore. ſecundò fuit
54 factum clam. quo caſu etiam contractus † onero
ſus non ualet, ut per Bart. in d. l. poſt contractum.
in ſecunda & 4. præſump. & etiam ibi Pau. de Ca.
& Saly. in d. l. ſi quis poſthac. Idẽ uidetur de men
te Gandi. in tract. malefi. in Rubri. de bonis male-
facto. tertia col. vbi ex duabus præſumptionibus
cenſeri factum contractum in fraudem decidit,
ſi alienatio fuit facta amico, & alienans remanſit
in poſſeſſione bonorum. Sed & Bald. in conſi. 70.
apparent quædam inſtrumenta. primo volum.

etiam

etiam ex his duobus respôdit, venditionem fuisse factam in fraudem fisci, & simulatam, opinionem etiam Bartol. sequitur Blancus, in repet. l. fi. ff. de quæstio. nu. 87. 87. in secunda, & 4. præsumptione. dicens contractum censeri factum clam,
55 † quando super eo est factum chyrographum in casu isto, sed & Cepul. in consi. 17. visa commissione. colum. 9. vers. ire. & vltimo consuluit alienationem clandestinam ante delictum factum,
56 † non valere in præiudicium confiscationis, quando emptor fuit particepes fraudis, & in casu isto præsumitur particeps secûdum Bar. & alios vt supra & quòd sola coniunctio sanguinis faciat præsu-
57 mi contractum fictiçium † & simulatum tenet Calca. consi. 25. colum. 13. & idem tenet Dec. in consi. 425. in fi. & idem est de mente Castr. in d. l. post contractum. ubi alternatiuè exigit aliquem ex dictis præsumptionibus. Iuramentû etiam additum scripturæ priuatæ, quod non est solitum regulariter addi, præsumptionem simulationis au-
58 get, † quia nimia cautela arguit dolum. glo. in l. si quis sub conditione. vbi Doct. ff. de condi. instit. cum alijs trad. per Alcia. in tracta. præsumpt. 3. regula, præsumptione 29. nume. 2. & in iuramento idem tenet Bal. in consi. 275. præmisso statuto, nume. 3. quinto uol. & Calca. dicto consi. 25. d. colu. 13. Et quòd non valeat côtractus factus post delictum commissum etiam ante accusationem,
59 † vt fiscus excludatur. est text. in l. fi. §. ex bonis. ff. de bonis damna. & trad. Are. in l. eum qui. §. primo. num. 1. ff. de testam.

Quartum dubium tollitur ex allegatis per d. primo allegantem in tertio fundamento suarum allegationum. & maximè ex consi. Bello. 51. col. fi. ubi respondet ad l. primam. C. de hære. vel act. vend. & ad consilium Soci. 46. in quarto. nec statutum allegatum in hac contradicit, licèt in hac causa parum egeamus alijs fundamêtis, cum ex suprascriptis satis superq; de iustitia reorum apparet. Qui etiam maximam fouent æquitatem, cum bona fratris non habeant titulo lucratiuo, siquidem patruus eorû ea emit 700. aureis. quæ tanti nô emisset, si sciuisset ea esse affecta pro istis Scut. 200. & propterea debebat tûc têpore confiscationis petere has pecunias a fisco. quia si id fecisset minori precio. D. Albertus emisset. sed vereor ne ipse tunc temporis tacuerit quum fortè tum res esset recens aliqua côstare possent, quæ in præsentiarum probari nequeant.

Laus Deo Opt. max.

Bartho. Bertaz.

ADDITIONES.

a Diligenter sanè, & luculenter hanc materiam pertractâtuiri duo de iure nostro optimè meriti. alter est Fely. in c. Rodulphus. de rescr. alter uerò Andr. Tiraquel. in l. si vnquam in verbo reuertatur. C. de reuocan. donat. sed nescio, an in illorum traditionib. sure aliqua desiderem, & maximè ordinem, ac rectam dispositionem respicientia. Inuoluta enim adeo plerunque est tractatio regulis, & fallentijs, ut non satis tibi constare possit, an sis in regula, an longè extra. in re itaque nota, & decantata attingemus aliqua non ita, ut arbitramur, omnibus obuia terminos non egrediendo propositi huius casus, ac ita tuti. occurrit itaque primum illud uerbum, publicêtur, quod uerbum potest esse futuri temporis optatiui modi, & præsentis modi Imperatiui. si est præsentis temporis continet sententiam latam. c. extirpâdę. de præb. c. quorundam. de iudi. & est regula de qua latè disserit Fely. & Tiraquel. in locis supra citatis, & Abb. in c. cæterum. & in c. nonnulli. de rescriptis. & in c. querelam. de iureiuran. in c. quisquis. de electione. Si vero est futuri temporis ferendam expectat sententiam, ut regulam constituunt concorditer in adduct. & Abb. in c. si diligenti. de foro compet.

Præterea verbum istud uidetur esse illius naturę, & significationis, ut secum trahat executionem, & habeat annexam priuationem. itaque ista verba licèt sint probata in tempore futuro important tamen ipso iure. Calde. in consi. 6. in Rubrica de feud. & in consi. 10. & in Rubrica de uerborum signifi consi. 10. adducitur tex cum glo. in l. prouidendum. C. de postul verba autem eius modi sunt, vt priuetur, amittat, caneat, reuertatur, ut per Tiraquel. in d. l. si unquam. in verbo reuertatur, sunt plures tex. in iure pontificio, qui hoc apertè probant. c. 1. de relig. domi. in 6. c. 1. de iniur. eod. lib. 6. & in clem. pri. de usu. c quod olim. de iudę. c. clericis. de immu. eccles. & sunt alia multa iura, & traditiones Doctorum ad illa hoc idem comprobantia. Neque dubitari poterit verbum hoc (publicentur) eius esse uirtutis, ac significationis cuius sunt superiora. nam ipso iure in plurib. casibus publicantur bona, si quidem in pœna priuationis. irrogationis infamiæ, & similibus pœnis, quæ trahunt secum executionem sine aliquo ministerio hominis non est opus declaratoria. l. quę sub conditione § fi. vbi Bald. not. ff. de condit institut. Domini. & Imo. in c. fœlicis. de pœn. in 6. Ias. in l. 3. §. quod autem. ff quod qui. iur. Fely. in d. cap. Rodulphus. num. 38. & in c. 2. de sponsal. & in c. cum non ab homine. num. 10. 3. limit. de iud. sit declaratoria requiritur, quo ad apprehêsionem bonorum, non quo ad hoc, ut incurratur pœna, quæ iam est incursa, ut dicit Fely. in c. primo. num. 41. de constitutio. nec ut fiat exequutio. quæ iam est facta a lege. ut trad. Crot. in l. 1. §. qui præsens. num. 2. & seq. ff. de verborum obligat. in prima lect. & latè in consi. 362. num. 29. ergo hoc uerbum ex sui natura, licèt solum potest importare sententiam latam.

Contrariam tamen sententiam iudico ueriorem. & præsuppono, quòd quando lex pœnalis utitur uerbo imperatiui modi circa pœnarum inflictionem, quamuis sit temporis præsentis sententia continetur a iudice ferenda. modus enim & conditio imperandi postulat, ut uerba ad alium referantur. neque enim legislator sibi ipsi imperare potest, sed iudici imperare præsumitur. hanc assertionem multis exornat, ac probat Alf. de Castr. lib. 2. de leg. pœnal. c. 1. regu. 3. nos autem illi subscribimus contenti locum commostrasse apud virum eruditum. nec deest ratio ex iure. nam in cap. quia propter. de electione. habetur. si quis uero contra prædictas formas eligendi attentauerit, eligendi ea vice potestate priuetur. ubi gl. ait priuetur per sententiam non ipso iure. alia gl. est in c quisquis. in uerbo suspendatur, eo. quod autem huc uerbum non sit optatiui modi patet quia deest illud aduerbium, utinam, vel aliud optatiuum, quod etiam maximè est alienum a lege, cuius est imperare non optare. ex hac cognitione multi, haud dubiè deteguntur errores, & Felyn. & Tiraq credentium

voces

voces multas esse futuri temporis, quæ sunt prætensis, vt legitur apud Alf.de Castr.dicto loco.

Hoc stante præsupposito siue tempus sit futurum, siue præsens, sententia ferenda desideratur. Neque obstat, quod uerbum ex sui natura posit importare sententiam latam, quia quando potest etiam importare sententiam ferendam debemus in benigniorem partem interpretari deferenda. gl in c.quicũque in §.inhibemus. de hæret.in 6 alta est glo.in c.cupientes.in §.si uero.de elect.eo.lib. Fely.in d.c.Rodulphus num.24 Fran. in c. in pœnis.de reg.iur.in 6. Abb.in capitu. si diligenti.de foro eumpetent.

Præterea ista uerba priuatiua non important sententiam latam, nisi addita sint uerba, ipso iure, vel alia. & in hoc casu consului Crot.in d.consi.362. num. 29. ubi distinguit, nam licet sit uerbum præsentis imperatiui, ob adiectionem illá sententia lata infertur, ut etiam fatetur idem Alf.de Cast.in d.reg tertia ver. deinde ex il la.& hæc quo ad hoc uerbum.

b Et hoc habet locum in quocunque modo,& in quocunque tempore constituatur, quia existentiam rei, cui adiungitur significat. latè Alf.de Castr. lib.2.de leg. pœnal.c.7.uers.septimo cognoscitur. sed dubitatio aliqua videbatur oriri, quia uerbum est præsentis temporis & modi infinitiui, ideo aptum omnia tempora comprehendere etiam futurum, ut post glo trad. omnes in l.5. §.stipulatio. ff.de verb.oblig. Canonistæ & Abb. præcipuè in c ex litteris.de sponsal. Affl.decis.61.in prin. Alc. consi.28.Visis.col.3.ver & est ratio in prin.& consi.83. Viso themate col.3.uer. præterea si non apparet in 30. Decia.consi.57 nu.10.in secundo. si comprehenditur futurum ergo sententia est ferenda, ut supra cessat dubitatio primò, quia uerbũ substantiuum (esse) quocunque tempore proferatur demõstrat sententiam latam, vt mox diximus præterea etiam alia uerba non substantiua infinitiui modi ex adiuncto participio præterii demonstrant sententiam latam, ut ex Cast.in d. lib.2. c.1. in fin. Vltimo hoc uidetur præcipuum in uerbo, esse, uel, petit, ut utrunque per se positum retineat tempus suum, adiuncto præterito, aut futuro vim suam amittat, & in aliud tendat, quod probatur Nigidij uetustissimi grammatici sententia, ut author est Gell. lib. noct. attica 7. cap. 17. & not. ab Alcia. & alijs. in l. uerbum erit.§.quemadmodum.ff. de uerb. sign. cum ergo adsit hic uerbum publicata, nullus videtur reliquus dubitationi locus.

c Geminatio, cuius exemplum dat Bal. hic allegatus, non debet operari illud ad quod adducitur. nam si dicatur (cassent,& irritẽt) geminatio eiusdem uerbi futuri temporis etiam si millies esset repetitum in eadem oratione non debet, aut potest efficere, ut uerbum suam amittat natiuam significationem, quam haberet, si semel tantum poneretur. imò mihi uidetur esse quandam exaggerationem, & sic geminationem temporis futuri tanto magis sententiam ferendam expectare. explosa itaq; sententia Bal.& Fely.in d.c.Rodulphus num.35.& Roma.in l.si uero §.de uiro.ff.solu. matr. perplacet opinio Dec.in l.postea quam.C.de pact & Alf. de Castr. d.lib. 2.c.1.in 2.reg.qui pluribus hoc comprobat.

Sed in casu nostro aliud est statuendum, quia geminatio non sit uerbi eiusdem temporis, & si sit eiusdem temporis sit præsentis, nam uerbum publicentur, ut diximus est præsentis, geminatio fit de præterito, & vtrunquè sententiam continet latam. imò hæc geminatio demonstrat quomodo primum uerbum sit intelligendum. nam quatenus posset dubitari, an primum uerbum sententiam contineret latam, sequentia uerba demonstrant clarum esse illud, quod primo aspectu ualde dubium apparebat.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

De re eadem in eadem causa, etiam diligentius disputatur.

SVMMAE.

1 *Lex pœnam imponens ipso facto, vel iure, notat factum & punit, ac sententiam fert eo ipso.*

2 *Adeo vt non detur medium inter sententiam, & pronunciationem.*

3 *Fructus medij temporis percepti ex bonis confiscatis restituendi sunt fisco.*

4 *Delictum licèt omnino occultum ligatur constitutione.*

5 *Statutum, quod cõfitenti delictum tertia pars pœnæ remittatur, non habet locum, quando confiscatio fit ipso iure.*

6 *Relatio non est facienda ad proxima si aptatur ad remota, & non ad proximá.*

7 *Idem est si resultaret iuris correctio.*

8 *Pœna quæ ipso iure infligitur, quando sit referenda ad tempus delicti, non autem ad tempus sententiæ.*

9 *Pœna priuationis refertur ad tempus delicti si ipso iure a lege irrogatur.*

10 *Idemque est si pœna quæ imponitur ipso iure ponatur ante pœnas sententiam exigentes.*

11 *Pœnę aliquæ.l.si quis maior. imposita per sententiam non irrogantur ipso iure.*

12 *Mandans, an debeat puniri eadem pœna confiscationis sicut faciens.*

13 *Assassinium meretur, vt pœna irrogetur ipso iure.*

14 *Dictio (tunc) denotat extremitatẽ temporis.*

15 *Verborum proprietas si importat pœnam, & verba sunt clara, tunc non est locus restrictioni.*

16 *Si autem sumus in dubio, an verba importent impositionem pœnæ ipso iure, vel per sententiam, tũc debemus interpretari illá, ut minor pœna imponatur.*

17 *Iudex confiscando nõ potest auferre dominium quæsitum per confiscationem factam ipso iure.*

18 *Et illius sententia habet vim declaratoriæ quibuscunque verbis vtatur iudex.*

19 *Pœnæ plures, licèt posita sub una determinatione, non tamen omnes sunt eodem determinanda & accipienda.*

20 In-

20 *Iuramentum suppletorium non potest deferri si non adest semiplena probatio.*

21 *Iudex an possit in causa dotis supplere, & deferre iuramentum non petitum.*

22 *Probationes plenæ requiruntur in causa dotis.*

23 *Iuramentum suppletorium, ut possit deferri non petitum in causa dotis, debet ante omnia constare, quòd vere sit causa dotis.*

24 *Dotis causa est pia in muliere paupere.*

CONSILIVM CCXCII.

In Domino confido.

NVLLA (iudicio meo) extat difficultas in causa istorum fratrum de Perdonerijs de Regio. quin sentẽtia aduersus eos lata, tanquam iniusta veniat reuocanda per ea, quæ latè, & subtiliter per plures Excellentissimos Iureconsultos ad eorum fauorem, & præsertim per magnificum dominũ Petrum Foscherium, qui pluries in ea causa scripsit ad saturitatem, & ex abundanti scriptũ percepi. Quæ cum adhuc militent, nec sublata sint per ea, quę magnificus D. Iudex appellationum motiuando scripsit, & minus per longas, licèt vanas allegationes D. Aduocati aduersarij loco dubiorum datas, breui sermone agam, & solum attingam ea, quæ immediate Scopum percutiunt. Dubitatur igitur, posito, quòd statutum ciuitatis Regij sub Rubrica de pœna homicidæ. irroget homicidæ publicationem bonorum ipso iure. quod certum est per ea, quæ latè disseruit dictus D. Foscherius in suis scriptis, & quod fatetur de plano ipse magnificus D. motiuans. nunquid attendend. sit tempus delicti commissi, an magis tempus, quo aliæ pœnę per statutum irrogatę imponuntur, siue banno, siue mortis. prout in hanc partem videtur inclinatus dictus magnific. D. Iudex, per ea quę subtiliter considerauit. Quibus non obstantibus immò confiscationem a statuto ipso iure factam, ad tempus delicti referendã esse proculdubio affirmandũ est. quia quotiens lex pœnam pro aliquo delicto, ipso facto, vel ipso iu-
1 re, irrogat, notat factum † & punit, ac sententiam fert eo ipso, vt Bart. not. declarat in l. prima. num. 3. ff. de his qui not. infam. & dicit Bal. in Auth. habita. col. fi. ver. conclude. C. ne fili. pro pat. quòd pœna est commissa efficaciter ipso facto quando lex ipsa pronunciat, ita quòd inter sententiam, &
2 pronunciationem non est medium. † hoc idem probatur in Auth. de incest. nupt. in prin. ubi glo. in verbo imminere. collat. 2. quæ tenet ipso iure commisso delicto dominium in fiscum transire,
3 & fructus † medij temporis restituendos esse. quod omnes ibi tenent. & tenet Fely. in c. Rodulphus, num. 38. vers. limita tertio. de rescri. Ioan. Crot. in l. prima. §. qui præsens. prima lectu. nume. 2. ff. de verborum obli. ubi alios effectus adducit. hoc etiam probatur in l. quisquis. in fi. prin. C. ad l. Iul. maie. & in clem. prima. §. fi. & ibi gl. in verbo (eo ipso) de here. hoc etiam probatur in c. ad falsariorum. de fals. vbi Abb. nu. 8. dicit quòd pœnæ quæ infliguntur ipso facto, tum statim intelliguntur inflictæ commisso delicto. nec est uis qualiter fuerit
4 actum. quia constitutio ligat † delictum omni-
2 no • occultum. hoc etiam tenent Ioann. Andr. & Dom. in c. fœlicis. de pœn. in 6. & in c. cum secundum. de hære. col. 50. nec adhuc uidi aliquam legem aliter dicentem, vel Docto. contrariantem, qua ratione motus Mars. post alios, quos allegat,
5 firmat hoc casu statutum, quòd confitenti † tertia pars pœnæ remittatur, non posse sibi locum vendicare, vt per eundem in l. vni. num. 66. C. de rap. virgi. Qua conclusione uerissima stãte omnia deducta in dubijs penitus tolluntur. nam quod censeatur facta confiscatio bonorum tempore sententiæ non delicti, quod fuit motiuum D. Iudicis a quo, licèt non hoc modo deductum, est falsum per pręterita. quia relatio nõ potest fieri nisi ad tempus delicti. non autem ad tempus sententiæ, vel aliarum pœnarum homicidæ inflictarũ,
6 & quando relatio † non adaptatur ad præcedentia proxima, sed ad remota, tunc non est ad proximiora facienda, ut per Rui. consi. 124. num. 12. tertio uol. & idem est, quando referendo ad pro-
7 ximiora resultaret † iuris correctio, ut per Ias. in alleg. l. si idem cum eodem. §. fi. in fi. de iur. omn. iud. & idem est quando operaretur effectum contrarium uoluntati statuentium, ut per Crauet. latè consi. 70. num. 7. & sequen. Et quòd etiã quando per legem plures pœnæ irrogãtur delinquenti. quarum aliquæ per sententiam infligi debent, & tempore delicti locum habere non possunt. ta-
8 men pœna, quæ ipso iure infligitur sit † referẽda ad tempus delicti, non autem ad tempus sententiæ, vel dictarum aliarum pœnarum, prout in casu isto probat expressè tex. in d. l. quisquis. in fin. prin. ibi reus gladio feriatur bonis eius fisco nostro addictis. Illud enim participium resoluitur in relatiuum, & verbum præteriti temporis. quæ addicta sint. ut per Alex. consi. 20. nume. 4. & 93. num. 2. & 6. uol. & Rui. consi. 73. num. 1. sexto uol. qui casus a nostro in nihilo distat, Idem probat tex. in d. clem. prima. ibi præter alias pœnas pro qualitate culpæ imponendas eisdem, episcopus aut superior suspensionis ab officio per trienniũ, alij vero excommunicationis sententias eo ipso incurrant. videretur enim quòd tempore sententiæ, qua in casu. d. l. quisquis cõdemnatur ad mortem reus, vel in casu dictæ cle. quo delinquentes punirentur alijs pœnis, pœna ipso iure inflicta locum sibi uendicaret, non autem tempore delicti, sed tamen cõtrarium deciditur in dictis iuribus,
* & cõmuniter * ab omnibus tenetur, ut immò ad tempus delicti referatur. sed fortior casus uidetur in

tur in d.c.ad falsariorum.vbi Pont.statuit, ut cle-
rici qui falsarij fuerint deprehensi,omnibus offi-
cijs & beneficijs ecclesiasticis perpetuò sint pri-
uati.quo casu tempus deprehensionis ipsorum,
9 videtur attendend. tamen quòd imò pœna † pri-
uationis sit referenda ad tempus delicti,tāquam
* ipso iure a lege irrogata communiter * tenetur.
vt per Spec. eo. tit.2.col. Affli.decis.21.num.2.&
clarius cæteris Moder. Hispa.in sua praxi. crimi.
223.Beneficijs priuari.num.10.pen.col. Eeidem
10 est si pœna quæ imponitur ipso iure † ponatur
ante pœnas sententiam exigentes. quia in hoc
non cōsideratur prius,vel posterius, cum ea sem
per ad tempns delicti sit referenda. nt in d. Auth.
de incest.nup.& probatur in l.si qnis maior.C. de
transact. tenendo opi. Bal. Cast. Alex. & aliorum
11 tenētium aliquas pœnas † ibi impositas per sen
tentia,mnon ipso iure irrogari. quæ opinio vide-
* * tur communior * * vt per Parpal.ibi in 23. nota.
* quam etiam communem * fatetur Cagnol. ibi.
num.146. Verba igitur dicti statuti, & publicata
etiam intelligantur vtroque casn. non patiuntur
hunc intellectum, vt tempore quo puniatur reus
capite,vel bannitur, confiscatio facta censeatur.
sed debet attendi tempus delicti, vt supra, quæ
tamen habet locum utroq; casu, scilicet siue reus
puniatur capite,siue nō.vel siue homicidiū com-
miserit,siue mandauerit,& uterqne est aptus sen
sus. sed hic posterior magis applaudere uidetur
& literæ conuenire. cum nō sine quare illa verba
(vtroque casu) addita sint. cum posset dubitari
nunquid eadem pœna confiscationis bonorum
12 puniri deberet mandans,sicut † faciens,iuxta no
ta.in l.3.§.si procurator.ubi Bartol.& alij.ff. quod
quisque iur.Dec.& Cagn.in l.is damnnm.ff.de re
gul.iur.& alij,in alijs locis.Et ad hoc etiam facit,
vt aliàs fuit dictum per magnificum Foscheriū,
quòd unum statutum recipit declarationem ab
alio etiam posteriori,ut per Rip.c.3.num.24.pri
mo libro responsorum. & tamen si vera esset ista
interpretatio, quòd cōfiscatio non tempore deli
cti,sed tempore sententię, vel aliarum pœnarum
inflictionis induceretur.idem videretur dicendū
etiam in crimine assassinij, in quo statutum illius
ciuitatis sub Rubri.de poena assassinorum.ipso iu
re confiscationem inducit, postquam fuerit pu-
nitus,vt in eo.seu postquam de pœna inferrenda
in persona ipsius loquutum fuit. & tamen id non
13 est credendum attenta † immunitate huius cri-
minis,c. primo. de homic. in 6. & trad. Mars.in l.
vni.C.de raptu virgi.num.103.& in l. vnius.§. co-
gniturum.num.64. de quæsti. & in casu isto assas-
sinatus, vt ostendere videntur motiua D. Iudicis
a quo,ipse sentiebat confiscationem ad tempus
delicti referendam esse. Non etiam obest huic
tam claræ sententię, quòd statutum interpretan-
dum veniat secundum iuris communis disposi-
tionem,quo tempore sententiæ non delicti,con-
fiscatio facienda veniat.quia id non procedit qñ
a statuto ipso iure inducitur, prout induci hoc ca
su probatur. & assentit magnificus D. Iudex. &
cum sit inducta non potest referri,nisi ad tempus
delicti.aliàs correctio iuris communis resultaret
si vellemus interpretari alio tempore induci. cū
ius commune statuat, vt tempore delicti censea-
tur inducta, quando ipso iure inducitur, vt supra
comprobatum est. & sic regula ista,statutum se-
cundum ius commune interpretandum esse.ad-
stipulatur huic conclusioni,cum admittimus con
fiscationem ipso iure induci. & si teneremus, q
tempore sententiæ induceretur.esset negare ipso
iure esse inductam. cum aut ipso iure inducitur,
& sic statim commisso delicto. aut tempore sen-
tentiæ,& sic per sententiam, nt per Bart. in d.l.pri-
ma. ff. de his qui not. infam. cum alijs latè supra
deductis.Sed & Curt.Sen. in consi. 30. allegatus
loquitur propriè in casu nostrò simili, immò in
fortiori, si bene intueatur. licèt magnificus D.
Motiuans eius auctoritatem euitare velle uidea-
tur, asserendo eum loqui in casu in quo statutum
simpliciter confiscationem per uerba geminata
inducebat. quo casu necessariò erat referēda ad
tempus delicti.secus in casu nostro,ex quo statu-
tum prius de condemnatione loqutum est, vnde
ad eius tempus videtur referenda. Capitulum.n.
Bestagni,super quo consuluit idē Curt.ut in prin.
sui consil. habetur, his verbis loquebatur (& si
non poterint haberi tunc bona ipsius homicide,
publicentur, & confiscentur cameræ) quo casu
non possumus,nisi intelligere confiscationem in
casu illo fuisse inductam, in casu quo homicidæ
in fortiam haberi non possent. & sic ad illud tem
pus uidebatur relatio faciēda, & tamen propter
illam geminationem (publicentur) & confiscen
tur) monetur Cur. ur in dicto consi. secunda col.
licèt ēt moueatur propter uerba decreti, prout
in eo. quæ si haberentur integra fortè appareret
casum etiam decreti esse huic similem, licèt ca-
sus capituli nedum sit similis, sed fortior propter
14 dictionem † tunc, quæ denotat extremitatē tem
poris.l.4.§.primo.de condi. & demon. quæ nō est
in statuto nostro, ad quod tempus uidebatur fa-
cta relatio.Et per hæc cessant etiam alia in moti-
uis adducta. quòd in pœnalibus benignior sit in-
terpretatio facienda, & in dubio nō sit facienda
interpretatio,ut tempore delicti pęna irrogetur.
nam quando sumus in casn claro, & proprietas
verborum importat pœnam, tunc standum est
15 proprietati verborum, & nulla † alia potest fieri
interpretatio. l. cum in lege. vbi Aret. ff. de testa.
Alcia. tracta. præsumpt. vltima præsumptione.
num.7.nec Alex.in add. ad Bar. in l. Imperator.ff.
de iure fisci, vel alij quos alleg. loquuntur in hoc
casu,quando certum est, quòd statutum ipso iu-
16 re pœnam irrogauit. † sed quando sumus in du-
bio,an verba importent ipso iure, vel per senten
tiam.& hoc modo etiam loquitur Aret. in c.si di-
ligenti.tertia col.num. 13. de foro competenti.
cum habemus hoc certū, quòd pœna infligitur
per statutum ipso iure. sed tamen dubitatur ad
quod

quod tempus, an scilicet delicti, vel condemna-
tionis, sit referenda in hoc nemo dubitat, ut su-
pra ostēsum fuit, & propterea cessat etiam dispo
sitio. l. non puto. de iure fisci allegata. de cuius in-
terpretatione. multa habentur per Moder. in l. 1.
ff. soluto matr. Nec est verū, quòd dicto casu con
fiscatio sit accessoria pœnæ corporali. cum im-
ponatur ante eam, & alio quidem diuerso tem-
pore, cum ipso iure irrogetur. iura vero in cōtra-
rium adducta loquuntur in casibus in quibus lex
eam inducit per sententiam. Et licèt bona in ca-
17 su isto per iudicem fuerint † expresè confiscata,
tamen non potuit iudex per suam sententiā con-
fiscando auferre dominium iam tempore delicti
fisco quæsitū sine facto ipsius fisci. l. id quod no-
strum. ff. de reg. iur. licèt etiam non defuerint ali-
qui volentes condemnationem, vel confiscatio-
nem faciendam esse expresè, quæ tamen trahi-
tur ad tempus delicti. & de condemnatione lo-
quitur Ang. in d. Auth. de incest. nup. col. 1. versi.
ex prædictis. sed tamen ista condemnatio habet
18 vim declaratorię, & idem est sensus, siue † iudex
dicat priuamus, siue priuatum declaramus, ut di
cit Feli. in d. c. Rodulphus. num. 35. versic. sed de-
claratoria.

Et licèt omnes pœnæ sint positæ sub una de-
19 terminatione † non tamen eodem iure sunt acci
piendæ & determinandæ, cum habeant diuer-
sam naturam, & militet diuersa ratio, ut in d.
Auth. de incest. nup. in d. l. si quis maior. & in alijs
locis supra allegatis. quo casu non militat dispo-
sitio. d. l. iā hoc iure. ff. de vulg. & pupil. ut per Mo-
der. ibi. & ita formaliter respondet Alex. in d. l. si
quis maior. num. 7. & alij tenentes hanc senten-
tiam ibi. Ex quibus non dubito penitus sublatū
esse primum dubium magnifici Motiuantis. Quo
soluto frustra disputandum est sup probationib.
factis pro parte actricis. super quo puncto multū
scriptum vidi ad fauorem dictorum fratrum, &
multa in responsionibus dubiorum effudit domi
nus Aduocatus aduersarius. sed quia licèt multa
dicat, tamen parum immò nihil officiunt dedu-
ctis ad fauorem ipsorum appellantiū. & ex col-
latione scriptorum hinc inde magnificus D. Iu-
dex dignoscere potest, quis iustius veritatē am-
plectatur. idcirco quam breuius potero, percur
ram dictas eius responsiones in dubitationes da
tas. solum tangendo ea, quæ aliquid coloris ha-
bere videntur.

Aggredior itaque hoc secundum dubium, an
sit probatum de intentione actricis plenè, vel se-
miplenè, vel plusqua semiplenè, & potuerit de-
ferri iuramentum suppletorium per D. Iudicem
a quo parte non petente ex officio. & stante statu
to illius ciuitatis, de probando, & probatum ha-
bendo infra tempus præfixum ab eo pro omne
genus probationū. & quia hic articulus fuit per
magnificos antescribentes, tam in causa principali,
quam appellationis plenissimè discussus.
pertranseundo cum eis, defendam eorum cōclu
sionem a responsionibus d. aduersarij Aduoca-
ti. solum addendo, quòd cum duo testes super fa
cto examinati patiantur exceptiones, & quidem
non leues, & alter eorum in totum reijcitur, quia
examinatus parte nō citata. nulla etiam semiple-
na probatio ex eis, etiam si hic in totum non reij-
ceretur facta censetur, & per consequens non po
20 terat † iuramentum suppletorium actrici defer-
ri, ut per Alex. consi. 32. viso pūcto. in prin. & con
sil. 128. ponderatis secunda col. 2. uol. Quo stan-
te cessat difficultas, an iudex possit in causa dotis
21 de facto supplere, & per consequens deferre † iu
ramentum non petitum. l. si cum dotem. §. eo au-
tem tempore. vbi Cast. & Alc. ff. sol. matr. & Alex.
in l. 4. §. hoc autē iudicem. col. prima. ff. de damn.
infect. ut tenet dictus domin. Aduocatus aduer-
22 sarius. nam cum etiam in causa dotis † requiran
tur plenè probationes, vt per Bald. in consi. 172.
Dyn. col. 2. secundo uolu, & per omnes in l. 1. ff.
solu. matr. quæ non interuenerunt hic. nec pote-
rat deferri iuramentum, ut supra, frustra quæri-
tur, an id fieri potuit parte non petente. quod ēt
parte petente fieri non potuisset. tum & secundo.
quia tex. in d. §. eo autem tempore. procedit in ca
su, quò mulier esset absens, secus si sit præsens,
quo casu iudex non potest se intromittere, quia
sibi est imputandum, vt expresè dicit ibi Pau. de
Cast. col. fi. vers. intelligo autem. unde cum in ca-
su isto esset præsens, & haberet procuratorem, &
aduocatum instructos, si id non petierunt sibi ue
nit imputandum. nec iudex potuit alter se intro-
mittere. tertio & si uerum esset, quòd in causa do-
tis iudex de facto supplere posset. in primis debe
ret constare, quòd essemus in causa dotis. quod
non constat. imò eadem est difficultas, an sit cau-
sa dotis, quæ est an sit probatum plenè, uel semi-
23 plenè, † & ita ad propositum trad. Dec. plura al-
legans in consi. 410. num. 7. & faciunt quæ tradit
Marl. de qualitate a statuto, uel a lege requisita
probanda, in l. si quis ne quæstio. nu. 130. & seq.
ff. de quæstio. & in Rubr. de probat. pen. char. nu.
417. & sequen. quartò illud posset procedere qñ
essemus in muliere paupere. quo casu dotis cau-
24 sa est causa pia, † secus in diuite, ut in casu isto,
vt per Rip. post Alex. in d. l. prima, num. 46. quin-
tò cum statutum etiam in his causis velit proba-
tiones etiam fieri infra tempus statuti, & proba-
tiones aliquas non admittit post terminum ad
probatum habendum. quo casu secundum com
* muniorem * Doct. sententiam, eo elapso nō po-
test deferri iuramentum suppletorium, vt alias
probatum fuit. propterea non uidetur, q etiam
iudex elapso eo termino ex officio potuerit illud
deferre, nec dicto casu loquitur Cacialup. qui ēt
non loquitur in causa dotis, sed in alia, ut ibi per
eum. Quod uerò sit facta probatio talis, ut sine
iuramento etiam ei sit standum negatur expres-
sè, & contrarium ex scriptis per alios apparet, ex
quibus liquido constat nullam etiā semiplenam
probationem factam censeri, nec cōiecturas con

fideratas

ſideratas eſſe taliter vrgentes, ut iudex eis crede-
re deberet. Et cum per reſponſiones pręfatas fun
damenta appellantium non tollantur, ſat erit re-
ſpondere nouiter deductis. Coniectura igitur
conſiderata, quòd ex quo D. Hieronymus con-
feſſus fuit in inſtrumento facto Bagnol. dictum
chyrographum eſſe verum, nihil prodeſt. cũ iam
eſſet bannitus, & acquiſitum eſſet ius fiſco, & in
præiudicium tertij non prodeſt confeſſio actrici,
vt fuit per alios optimè reſponſum. Quod modo
a communiter accidentibus ſoleant interuenire
pecuniæ in contractibus matrimoniorum, nulli-
bi conſtat, & maximè non eſt uериſimile, quòd
vltra dotem notabilis quantitatis auctam etiam
in & de ſcutis alijs quingẽtis, prout in chyrogra-
pho reſtituto, fecerit etiam aliud augumentum
aliorum Scut. 200. & in diuerſo chyrographo.
Quod verò dictus Hieronymus bis iurauerit nõ
conſtat, niſi ex dicto presbyteri Bigoloti, qui nõ
probat, vt oſtenſum fuit, & etiam dicetur infra.
ſed inquantũ dicitur, quòd teſtes fidedigni ſunt
quia ſacerdotes, ciues, & nobiles examinati pro
aduerſa parte. nihil occurrit reſpondere, niſi quę
conſtant in proceſſu D. Franciſcus Mariæ coa-
ctus fuit, quia voluit cogi (vt mihi verbo fertur)
immò inſtitit coram Illuſtriſſ. D. Gubernatore, ut
ſibi fieret præceptum ſub pœna grauiori, quod
an ſit verum magnificus D. Iudex, id ſcire poteſt,
attinet producẽti, & inter ipſum, & D. Franciſcũ
eſt diſſoluta affinitas, & nihil ſcit, quod ad ve-
ritatẽ facti attineat, niſi ex auditu, & patitur alias
exceptiones optimè deductas per magnificum
Foſcheriũ in ſuis allegationibus ultimo loco ſcri
ptis. quæ nõ ſunt cauillationes ſi rectè pẽſentur.
dominus Proſper turpiter & illicitè accepit dict.
Scut. 25. pro reſtitutione chyrographi præfati, quę
gratis tenebatur reſtituere, & nõ poterat uende-
re, ut uendidit depoſitum. & hic caſus non eſt ſi-
milis caſui, cum aliquid amittitur & ignoratur
inuentor, quo caſu aliqua pars ex inuentis, uel
quid aliud datur inuentori gratis. hoc enim chy-
rographum nunquam fuit amiſſum, & ipſe tene-
batur gratis id reſtituere, & tamen id noluit face
re requiſitus, niſi ſolutis ſibi dictis Scut. 25. & in
dicta exactione, vſq; adeo impudenter ſe geſſit.
vt voluerit etiam iure medio (ſi potuiſſet) coge-
re filium dictæ actricis ad ſoluendum reliquum
dictæ ſummæ, quod mihi affirmatur notum eſſe
magnifico domino Iudici, ſed & ſi inueniſſet te-
nebatur reſtituere ſine aliqua mercede cum ſci-
ret ad alium ſpectare, & deliquiſſet ſi ſibi appro-
priaret. l. cum quærebatur. C. vnde ui. l. falſus. §.
qui alienum. ff. de furt. cum alijs trad. per Angel.
in eius ſumma. in verb. inuenta. quo fit, ut nullo
modo defendi poſſit, ne turpiter acceperit. & au-
getur tanto magis ſuſpicio, cum filius dictæ actri
cis diſtuliſſet tãdiu ſolutionem reliqui, & tamen
pridie eius examen ſponte id ſoluerit. a conſcien
tia igitur talis ſacerdotis poſſumus dicere, ſicut
dicebat Cyn. de priuilegijs pauptatis, libera nos
domine. An autem ſit defenſatum eius teſtimo-
nium a manifeſta contrarietate. uideat magnifi-
cus D. iudicare debens, quia res eſt ſatis patens.
Tertius modo teſtis etiam ſacerdos bonæ con-
ſcientiæ, proprij ſorori homicidiarius. ſuſpenſus
a diuinis. conuictus per euidentiam facti de fal-
ſo. & iuratus parte non citata proculdubio nõ eſt
reſpiciendus. Et licèt productum fuerit eius con
ſtitutũ factum coram Reuerẽdo Vicario, in quo
incidẽter dixit teſtificatu fuiſſe veritatem in ſuo
teſtificatu in principali cauſa prohibito, ad pro-
bandũ ipſum eſſe alium, quam fuerit nominatus
tempore impetrationis literarum remiſſoriarũ,
non uideo vbi probatur, quòd cenſeatur iterum
examinatus in hac cauſa, & depoſuiſſe, vt in ſuo
teſtificatu. erubeſcim enim cũ ſine. l. loquitur. l. ſi
26 lam. C. de colla. cum enim fuerit † productum in
parte, & partibus &c. non obeſt producẽti, ut per
Feli. in c. cum venerabilis, num. 23. verſic. limita
ſecundo, de except. quod tanto magis procedit
cum producens non cenſentur confiteri, niſi id
quod diſpoſitiuè continetur in ſcriptura produ
26 cta, non incidenter † vel enunciatiuè, ut per Fe-
li. ibi prima limi. & Dec. num. 22. & proculdubio
veriſſimum eſt, quãdo producitur ſcriptura, quæ
ex ſe non facit probationem, ſecus ſi eſſet inſtru-
mentum publicum faciẽs plenam probationem.
quia poſſet etiam diuerſa pars reproducere, & ei
etiam pro ea fortè ſtandum eſſet, ut trad. Doct. in
d. c. cum uenerabilis. nec eſt verum, quòd iterum
poſſit examinari ex officio, per ea, quæ ſupra di-
cta ſunt. ſicut etiam non releuat, quòd nunc eſſet
reuerſus ad meliorem uitam, & emendatus, ac
27 reſtitutus. cum attenditur † tempus quo depo-
ſuit. c. teſtimonium. vbi not. de teſti. trad. Crot. in
tracta. de teſti. num. 38. Ex his itaq; etiam in hoc
ſecundo dubio concluditur ad fauorem appel-
lantium. non obſtantibus allegatis, & adductis
ex aduerſo, tanquam friuolis, & iuris ſaporem
non habentibus.

Bartho. Bertaz.

Prima ſententia fuit reuocata, & fuit pronunciatum bona ipſo iure fuiſſe confiſcata ab Illuſtr. D. Franciſco Corneo, cuius ſententia fuit confirmata ab Illuſtr. D. Io. Ma. Criſpo.

Clau. Bertaz.

ADDITIONES.

a Occultum dicitur duobus modis. primo dicitur aliquid occultum ſimpliciter. & per ſe. ſecundò aliquid dicitur, & eſt occultum per accidens, quia probari non poteſt. Primum occultum ex ſui natura alterius ſenſitiuæ cognitioni non ſubijcitur. Secundùm uero ſenſibus quidem percipi poterat. ſed per accidens non eſt perceptũ ab aliquo, qui teſtimonium dicere poſsit. ita diſtinguũt occultum Caieta. ſuper ſecunda ſecundę D. Thom. q. 11, art. 3. & 4. Tabien. in verbo excommunicatio. 5 ca. ſu. 4. §.

-su.4.§.4. Syluest. in verbo excommunicatio 7. excommunicatione 2. At vero nulli est dubium patrem meum intelligere de occulto per accidẽns, ob quod non euitatur pœna latæ sententiæ, ut dicitur hic. & si declaratoria requiritur, non requiritur ad incurrendam pęnam, sed ad detegendum crimen, ut etiam dictum est consilio superiore. hinc si constet notoriè de delicto ad pœnam incurrendam ipso iure non requiritur declaratoria, ut declarat Domin. in c. cum secundum. de hæreti. in 6. Fely in c. 1. col. 13. versic. non obstat. de constitutio. Rim. Sen. consi. 660. num. 3. quod in contumacia habet locum. quæ notoria ex actis non est declaranda ad incurrendum pœnam ipso iure Rui. consi. 4. nu. 20. in 5. Nat. consi. 364 nu. 9. Ceph. consi. 770. nu. 25.

Sed in occulto per se aliqua uidetur oriri dubitatio, & maximè quando actus interior, ita est occultus, ut homo malum tantum excogitet facere, non aũt actus iste interior cogitationis causa sit commissionis, vel omissionis actus exterioris. ita enim ex ante citato Caieta. actus interiores distinguũtur. nam uidemus quod conatus non punitur quando non habet actum exteriorem, sed stetit in sola uoluntate etiam cum consensu rationis Card. in clemen. 1. in prin. in q. 3. de usur & nos declarauimus supra consi. 123 lit. A. ver. quartam. quod adeo uerum est, ut in hæresi actus interior primo modo consideratus non constituat aliquem eius criminis reum, ut est concors opinio theologorum Alex. Ales par. 2 q 182. memb. 2. Alf. de Castr. lib. 2. de iust. hære. punitio c. 18. Fel. in c. conquesti de senten. excom. Abb. in c. fi. de hæret. Repetto. Inquisit. in uerbo pœna, vers. pœna ipso iure. Bursat. consi. 289. num. 13. est enim ille hæreticus, quo ad Deum, non autem quo ad ecclesiam militantem, licèt illa penitius, quam lex humana hominum sensa introspiciat.

Itaque in themate pręsentis consultationis, si quis quęrat, an inutiliter contrahat ille, qui delictum patraturus in fraudem fisci ab alienat? statim respondeodũ est inutiliter iniri contractum in fisci damnum. nam doctrina Bar. in l. post contractum. ff. de donat. ab omnibus recipitur. attamen si diligentius intellectus aciem intendas conspicies, nullo bono iure fiscum auocare a possessoribus bona illa, quæ cogitans simpliciter de delicto alienauit. nam si cogitatio hæc non est delictum, & cogitans est dominus, quæ æquitate quæso, & naturali ratione freti Iurisconsulti, tum antiquiores, tum nostri non delinquentem dominum uetarunt bona sua in alterum transferre sanè in animæ iudicio non tenetur ad restitutionem, ut probat Alf. de Castr. lib. 2. de leg. pęn. c. 2. ver. 2. ex illa. ubi adducit rationes quibus nec teneri deberet etiam in exteriori foro. & si subijcias ita lege fiscum fauente cautum fuisse, responsum dabo non credere me illas censeri leges, quia non in bonum publicum, sed pro priuato commodo instituuntur. quod ait Isidor lib. 5. ethimolog. Itaque sequere, uel indistinctã Docto. opinionem, vel nostram. quæ naturalis iustitiæ, & rationis centrum ac radicem attingit, non autem circa accutationum peripherias uersatur.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Rursus tractantur ea, quæ in superioribus dispu tata sunt nonnullos alios tollendo obices.

SVMMAE.

1 *Testes plures qui potuit adhibere, & non adhibuit sibi debet imputare, nec ob id poterit inhabiles adducere.*

2 *Matrimonium clandestinum, neq; etiam probatur per testes inhabiles, & probationem per coniecturas.*

3 *Iudicis quale debeat esse arbitrium circa probationes, & quis possit amplecti?*

4 *Probationes tunc possunt coniugi quando una quaq; est per se perfecta.*

5 *Suspiciones nõ possunt esse cã condemnationis.*

6 *Depositarius utendo re deposita tenetur furti.*

7 *Iuramentum suppletiuum si non fuit petitum ex officio non potest deferri.*

8 *Nec magis post lapsum termini ad probandam, & probatum habendum.*

9 *Dotis causa vix est summaria, quò ad abbreuiationem dilationis.*

10 *Verbum (intelligatur) iunctum verbo (esse) veritatem importat.*

11 *Publicatio bonorum censetur facta ipso iure, ob uerba illa (publicentur, & publicata esse intelligantur.)*

12 *Verba futuri temporis important pœnam irrogari per sententiam, sed si geminata important ipso iure,*

13 *Geminatio uerborũ inducit canonem latæ sñiæ.*

14 *Verbum unum etiam præsentis temporis inducit canonem latæ sententię.*

15 *Statutum loquens per uerba geminata non põt interpretari secundum dispositionẽ iuris cõis.*

16 *Publicatio potest fieri ipso iure, licèt respectu pœnæ capitis exigatur sententia.*

17 *Legatũ factũ creditoribus comprehendit tantũ eos, qui possunt exceptione legitima excludi.*

18 *Participium pręteriti temporis iuncto uerbo importante improprietatem, an faciat, ut exigatur sententia?*

CONSILIVM CCXCIII.

In Domino confido.

QVAM iustè iudicauerit Dominus Iudex a quo in causa istorum magnificorum fratrum de Perdonerijs, facilè poterit uidere magnificus D. Iudicare debens. ex collatione facienda allegatorũ per eũ ꝓ defensione suæ sententiæ, & allegatorũ pro parte ipsorum dominorum reorum, tàm in meis respõsionibus ad motiua ipsius D. Iudicis, quàm ex allegationib. primi D. Aduocati in causa principali. Equidem (ni fallor) apertè cõstat ipsum malum iudiciũ habuisse. & propterea eius

ſententia in melius uenit reformãda, & abſoluendi ſunt dicti Domini Rei conuenti ab impetitione huius mulieris. Verùm quia ipſe Dominus Iudex nonnulla fundamenta poſt ſententiam adducit in his ſuis allegationibus, quæ in primis ſuis motiuis non adduxit. operæpretium eſſe duxi oſtendere ea nihilo magis ſufficere ad tutandam dictam ſuam ſententiam. ne contra iuſtitiam latam eſſe uideatur.

Quò ad primum punctum, ſeu dubium, an dicta actrix plenè intentionem ſuam, vel pluſquam ſemiplenè probauerit. ſatis ſuperque in primis meis reſponſionibus oſtenſum eſt, ne dum non pluſquam ſemiplenè, ſed nec etiam ſemiplenè probatum fuiſſe, & non eſſe locum delationi iuramenti in ſupplementum, & fuit reſponſum ad plura, quæ nunc iterum repetuntur quaſi non ſublata. & maximè quòd ſimus in his, quæ a communiter accidentibus ſunt difficilis probationis, & propterea probatio, & per indicia, & per coniecturas fieri potuiſſe. quia hoc in caſu noſtro nõ poteſt haberi in aliqua conſideratione cum deberet conſtare pro parte aduerſa aſſerente, factũ ſui natura fuiſſe tale natura, & actu, quòd per alios teſtes probari non poſſet. tum quia parti erat
1 imputandum, quæ plures teſtes † non adhibuit, vt ultra allegatos in reſolutionibus, trad. Alexã. in conſi. 152. viſo proceſſu. colum. 4. quinto vol. & Soci. conſi. 17. colum. tertia. primo uolum. & eſt communis * opin. Doct. etiam in probatione matrimonij clandeſtini, quòd non admittãtur
2 † teſtes inhabiles, vel probatio per coniecturas, quando regulariter actu & habitu potuerunt haberi alij teſtes, ut per Alexand. in dic. conſi. 295. procedere. & Soci. dicto conſi. 17. ſecunda col. Dec. conſi. 133. num. 6. & 310. num. 3. & Rui. conſi. 149. num. 35. & 150. num. 18. quinto uolum. & Pariſ. conſi. 53. num. 34. 55. quinto. nume. 44. 58. num. 30. & 61. num. 21. quarto volum. & cum interuenerint quatuor teſtes non poteſt dici, quòd ſimus in his quæ ſunt difficilis probationis.

Quod autem teſtes pluſquam ſemiplenè probauerint. falſum eſt. cum ambo patiantur exceptiones & neuter ipſorum ſit integer. nec reſpondetur per dominum Iudicem obiectionibus factis cõtra eos. quæ ſi uideatur proculdubio non dubito quin cognoſcatur ullam fidem eis non eſſe adhibendam.

Ad conſilium autem Caſtren. 304. nuper allegatum. alias 311. Iudex eſt miniſter. in antiquis. quòd licèt ad legitimam probationem duo teſtes requirãtur, fit etiam probatio per alias legitimas coniecturas, quæ iudicis animum impellere poſſunt. nam reſpondeo quòd non negamus, quòd probationes non ſint arbitrariæ Iudici, an ſint legitimæ, nec ne, vel an eis debeat, uel non debeat ſtari. l. tertia. verſi. tu magis ſcire potes. ff.
3 de teſti. & quòd iudex † non debeat ſe aſtringere ad vnam ſpeciem probationis, prout dicit ibi Caſtr. tamẽ dicimus, quòd arbitrium Iudicis debet eſſe rationi & æquitati conſonum, quia non debet credere cuicunque probationi, iuxta ea, quæ trad. Alex. in conſi. 208. colum. fi. ſexto vol. & latè Marſ. in l. quæſtionis modum. nume. 68. ff. de quæſt. & in ſua practi. crimi. §. diligenter. num. 24. quid ſi uellet credere vnico teſti, vel pluribus ſibimet contrarijs, vel inuicem pugnantibus, vel patientibus notabiles defectus, vt patiuntur teſtes aduerſarij. Certè iure negari non poteſt quin malè arbitretur iudex. ſic etiam quando plures ſpecies probationum concurrunt, quarum vnaquæque ipſarum imperfecta eſt de per ſe, non
4 poſſunt ſimul coaceruari † ad faciendam vnam totam plenam probationem, ut alias dictum fuit in reſponſionibus primis per not. de eis. Bal. in l. ſi quis ex argentarijs. §. primo. numero ſecundo. de eden. & Pariſ. conſi. 61. num. 29. ſupra allegato. Et Pau. dicto conſi. loquutus fuit enim miſterio de cõiecturis legitimis, quę non interueniunt in caſu iſto. & licèt fortè adeſſent aliquæ ſuſpicio
5 nes, † tamen non poſſunt eſſe cauſa condemnationis. ut per Bal. in l. quamuis. la ſecunda. C. de adulte. & Rip. alias allegatum in l. admonendi. numero 98. de iure iuran. vbi loquitur in ſcriptura priuata.

Sed inquantum dicitur pro defenſione teſtificatus illius presbyteri Bigoloti, quòd is uidetur probare non obſtante, quòd illos aureos recepe rit indebitos pro reſtitutione depoſitati chyrographi cum nullum depoſitum a Bernardino filio agentis recepiſſet. reſpondetur quòd non poteſt negari, quin ipſe presbyter doloſè ſe geſſerit & indebitè, ac illicitè has pecunias excepit. namque aut reſtituit chyrographum depoſitatũ domino ipſius, vel ei, cui de iure erat reſtituendus, aut non. primo caſu non potuit pecuniam indebitam accipere, vt alias dictum fuit. aut reſtituit non domino, & tunc magis errauit, quia fuit
6 in dolo uero utendo re depoſita. † & tenetur et furti. l. ſi ſacculum. ff. depoſi. & l. qui furtum. ff. de condit. furtiu. & idem eſt ex quo rem depoſitam vendidit. l. prima. §. ſi rem depoſitam. ff. depoſit. quo caſu non poteſt negari, quin ille teſtis ſit ſuſpectus. maximè accipiendo pecuniam ab eo, qui eum in teſtem induxit, & quælibet etiam leuis labes ipſum de fide diminuit adeo, ut nuſquã ad delationem iuramenti ſuppletorij deueniri potuerit.

Non obſtat iuramentum in ſupplementũ probationis delatum, ut dicitur, actrici, tum quia nõ potuit deferri cum nec plenè, nec ſemiplenè probatum fuerit, ut aliàs oſtenſum fuit. tum quia nõ
7 fuit petitũ, nec † ex officio deferri potuit, & hæc eſt communis opinio * Doctor. quicquid alij tenuerint, ut per Seuer. in repet. d. l. admonendi. columna 74. verſi. capit. primum. & Iaſ. char. ante penul. col. 3. quam & ſequitur Rui. conſi. 36. num. 6. quinto uol. & capit. deciſio. 36. primo dubio. & tãto minus hoc procedit cum ſtatutum aſſignet terminum ad probandum, & probatum haben-

dum

dum per omne genus probationũ, quo casu se-
* cundum communem * Doct. concl. post lapsum
termini nõ põt deferri, ut alias dictum fuit. quam
opinionem etiam fatetur communem Cagnol.
in l.2.C.de pact.inter emp.& vend.nu. 268. & se-
quitur ẽt Crau.consi. 196.in prin. quicquid dicat
Marant. allegatus. in 4.par. sui tracta. de iudic.9.
distinct.nu. 29.qui non solum non dicit, ꝙ hoc in
praxi seruetur, ut ex aduerso per dictum D. Iudi-
cem allegatur.imò non residet ẽt in ea opinione,
quam tenuit Alex. post Bal.imò se remittit ad las.
in d.l.admonendi.qui tenet contrarium, vt supra
dixi. & sic magis vr̃ tenere contrarium, nec ali-
ter dicit in alio loco allegato.in 6.par.9. actu.nu.
10.quæ si bene considerasset D.Iudex a quo non
tã grauiter errasset iudican. supra contra Docto.
sniam. Sic etiam alluc.natus fuit ex decis.Seuer.
in d.l.admonendi.col.nu.76.vers.9. concl. ubi di
cit ipsum tenere, ꝙ in specie extante hoc statuto,
in causa summaria deferre possit iuramentũ sup-
pletorium. Videat igitur quæso D. Iudicare de-
bens ipsum Seueri. & uidebit apertũ errorem di-
cti D.Iudicãtis.is.n. nullum verbum facit. de hoc
statuto. Preterea loquitur in causis non solũ sum-
marijs tantum, sed summarijs secundũ terminos
clem.sæpe.de verbo.sign.in quibus potest proce
di sine strepitu & figura iudicij. quod non proce-
dit in causa dotis, quæ vix est summaria, quò ad
9 abbreuiationem † dilationum, ut per Doct. in l.j.
ff.sol.mat.ubi Alc.nu. 11. & Rip.nu. 44. imò cum
simus in muliere non inope, & quæ non habet,
vnde viuere commodè possit, debet ẽt etiam ob-
seruari feriæ in hac causa, ut per Ale.locis præal-
leg. quod non est in casu d.clem.sæpe. Ex quibus
liquido constat ipsum D. Iudicem ualde errasse,
quò ad hoc primum caput, & malè iudicasse, &
cõtra cões Doct. conclusio. ut sup. ostensum fuit.
Quò ad secundum dubium male fuisse iudica
tum ex alias allegatis & adductis ĩ resolutionib.
dubiorum, in quib. ipse D. Iudex ferè omnia ad-
duxit, quæ nunc etiam adducit, Certo certius ap
paret. quibus non est iuridice responsum per ip-
sum D.Iudicem aliter sentientem; qui urgentia
fundamenta præteriens urgentiorib. decisioni-
bus aliter non respondet in his suis vltimis scri-
ptis. & inter cætera silentio inuoluit duo, quæ rẽ
ipsam tangunt, videlicet quòd uerbum intelliga
10 tur † iniunctum verbo esse veritatem importat,
vt Soci.Dec.& alij, alias allegati tradiderunt per
tex.in l.etiam.ff.de fund.dot. secundum quòd qñ
sumus in his, quæ sunt iuris, & super quo lex di-
sponere potest, & introducere verè, ut ĩ casu isto,
& tunc verbum (intelligatur) cõi omnium con-
sensu stat proprie & ueritatem importat, & in his
terminis fuerunt allegata plura consil. Corn. quę
fortè ipse D.Iudex parum curauit uidere, quæ ali-
ter non repetã cum ex primis scriptis uideri pos-
sint. Tertiò fuit allegatum post resolutiones con
silium 30. Curt. Senioris, maximè auctoritatis ui
ri, qui in terminis terminantibus decidit casum
nostri statuti, ubi vult, ꝙ propter geminationem
11 verborum (publicentur, & publicata † esse in-
telligãtur) censeatur a lege ipso iure facta publi-
catio. in quo consi. casum nostrũ decidente duo-
bus uerbis se explicat D. Iudex, primo, ꝙ in casu
Curt. aderat verbum (sint) quod proprietatem
denotat. secundo, ꝙ loquitur sine lege. sed vtraq;
responsio est magis ridicula, quam iuridica, pri-
mo.n. licèt in eo casu adesset verbum (sint) quid
ad Rhombum, cum nõ ꝑꝑ illud uerbum, sed ꝑꝑ
geminationem verborũ moueatur Curt. ad con-
sulendum. & nullam facit vim in eo verbo. ad se-
cundum, ꝙ loquatur sine lege respondebit consi-
lium ipsum in quo quamplures.ll.& decis. ad pro
positum allegat, & inter cætera allegat decisio-
* nem Bal. cõiter.* receptum in tot. de pace const.
§.hoc quod nos.col.2.verb. cassentur. in vsi.feud.
12 vbi expressè per illum tex. firmat, † ꝙ verba futu-
ri temporis, quæ important pœnam irrogari per
sniam, si sunt geminata, vt (cassetur, & irritetur)
important canonem latę snię, & sic ipso iure. sed
vltra Bal.Rom. & Soc. seu Ant.Cochũ inter con.
Soci.consi. 101.nu.5. quarto vol. alias in resolu-
tionibus allegatos. vt ostendam qũo opin. Curt.
fundetur, & corroboretur alijs decisionibus, quę
adductæ fuissent si D.Iudex de decisione Cur. du
bitare ostendisset. ultra ea, quę ad propositum de
verbis geminatis scribit Corse.in tracta. de verb.
gemi.Rui.consi.98.nu.12.secundo vol. & Craue.
consi.a 10.alias primo consi.2.uol.nu.42. in ter-
13 minis istis, ꝙ ꝑꝑ geminationem † verborum in-
ducatur canon latæ sniæ tenet Alex. in addit. ad
Bar. in l.Imperator. de iure fisci. Aret. in l.2.§. ꝙ si
actor. in prin.2.col.C.de iur.cal. Fely. in c.Rodul-
phus.nu.34.in fi. de rescr. Corn. in cons.67. littera
H. primo uol.& cons.81. littera A. la 2. eo. uolu.&
cõsi.59. litera F.2.uol. Dec. in Auth.Cassa. in prin.
per illum tex.C. de sacr. san. eccles. vbi fortius ad
14 propositum nostrum. vult † quòd ꝑꝑ verbũ esse
præsentis tpis satis esset, si vnum tantũ verbũ ibi
fuisset appositũ, videlicèt (cassa esse). Idem tenet
Rub.Ale.in consi. 147.nu. 19.& Nicol. Euerar. in
sua topica legali, loco.92. in loco à locutione ge
mina, seu actus multipli. reitera. in tertia char. se-
cunda facia in prin. quam opini. ẽt tam consulen
do, quàm legendo sequutus fuit Mars. ut in cons.
suo, secundo nu.57.& in l.prima.§.quæstioni.nu.
8.de quæst. Potest igitur ex præfatis liquere ma-
gnifico D. Iudicare debenti, quam malè fecerit
hic dominus primo iudicans receden. ab opin.
tantorum patrum, qui etiam contradicentem ha
bere non uidetur ultra alias rationes & decisio-
nes, quas adduxi in primis resolutionibus. Sed
prodeo uideamus, nunquid ipse dominus Iudex
alia motiua habuerit urgentia, ultra ea, quę in pri
mis motiuis deduxit, ita ut aliquo iure sua senten
tia defendi queat. Et profectò nullum irrefragã-
bile fundm̃ fieri posse (si veritatem amamus) in
his nouiter adductis censeo. Quod.n. hoc statutũ
sm̃ ius cõe sit interpretandũ verba non patiũtur,

15 quæ uana & superflua remanerent, & qñ † statu-
tum loquitur per uerba geminata, vt supra non
pōt interpretari secundū iuris cōis dispositionē,
vt per Saly. in l. 2. C. de noxa. & Nico. Bell. in con-
si. 8. nume. 11. & consi. 13. nume. 14. sed quod im-
portare possint, quod casu, quo in sententia fuis-
set ommissa publicatio censeretur a iure facta,
potest bene dici, quòd iure non probetur, &
quòd est mera phantasia Dom. Iudicis a quo lo-
quentis sine l. & sine ratione ex capite suo. nec.n.
inuenio cōfiscationem fieri, nisi duobus modis,
aut a lege, & quidem ipso iure, & tpe delicti com
missi, aut per sñiam Iudicis. nescio modo, quō
lex municipalis hoc casu voluisset prouidere ca-
sui, qui nunquam accideret. fatuus bene esset ille
potestas, qui iurauit seruare statuta, q omitteret
confiscationem bonorum. & ppea non est cre-
dendum, q statuentes uoluerint illud statutum
hoc tantum casu ommissæ publicationis sibi lo-
cum vendicare, quia. ll. ad ea, quæ raro accidunt
non adaptātur, sed ad ea, quæ frequentius eue-
niunt. l. nam ad ea. ff. de legibus.

Sic etiam, q verbum (condamnetur) in dicto
statuto expressum remaneat sine effectu operan-
16 di. est falsum. cum non inconueniat † q respectu,
pœnæ capitis exigatur sñia. respectu uero publi-
cationis bonorum fiat ipso iure a lege. nec hoc
casu loquitur Curt. in allegato consi. 60. num. 15.
in casu cuius exigebatur omnino condemnatio,
vt publicatio ipso iure facta locum haberet. &
in casu suo non fuerat subsequuta condemnatio;
prout in casu nostro.

Illud uerò, quod de nouo ēt adducitur pro fun
damento ex statuto sub Rubri. qđ in publicatio-
ne bonorum intelligātur reseruata iura credito-
rum. non ualet obolum; quia debet intelligi de
his qui sunt verè creditores, & sic qui ante confi-
scationem a lege factam erant crèditores, nō de
his quibus nihil debetur, pp priuationem dñij
delinquentis factam. nā statuta in casu uero, non
in ficto locum hēre debent. l. 3. §. hæc verba. ff. de
neg. gest. alias sequeretur, q post commissum de-
lictum posset oīa sua bona obligare delinquens,
& pro dote, & creditoribus, & fraudaret fiscū ēt
in casibus in quibus statutum ipso iure publica-
tionem expressè introducit. statutum igitur pōt
locum uendicare in creditoribus, & dotibus so-
lutis ante delictū non post, & ad hoc faciunt not.
per Doct. in l. j. ff. si cer. pet. in materia de credito-
re & debitore, & quæ trad. Bar. in l. legaui. ff. de li
17 bera. lega. q legatum † factum creditoribus com
prehendit tantum eos qui non possunt exceptio-
ne legitima excludi. Præterea illud statutum lo-
quitur in casib. vbi exigitur condemnatoria sñia
quæ in casu nostro non exigitur, & propterea cū
non verificatur præsuppositum statuti, uidetur
etiam cessare eius dispositio, ad not. per glos. &
alios in l. mancipia. C. de ser. fugi.

Sed ad not. Mathes. 125. in quo fit maximum
capitale, q participium præteriti temporis iun-
ctum verbo importat improprietatem, facit, vt
18 exigatur sñia † & non fiat ipso iure publicatio. ut
si dicatur habeatur pro cōdemnato, vel cōfesso:
nam hoc non procedit quando adest etiam ver
bum (etiam) presentis tpis denotans ueritatem;
vt in primis resolutionibus dictum fuit, & tradit
Dec. i. d. Auth. Cassa. tñ quia qū sumus in his, quæ
a iure introduci verè pñt, verbū, intelligere, non
importat improprietatē, sed ueritatē, ut clarè o-
stensum fuit. tum & 3. quia in casu Matthes. non
extant uerba geminata, quæ alias remanerent si-
ne effectu, quo casu cessat omnis scrupulus, vel sup.

Ad illud autem quod dr, q statutū exigit con-
stare de delicto qualificatiuè & limitatiuè, & pp
ea prius de illa qualitate debeat cōstare. mihi vr
posse rñderi, vt Celsus labeoni rñdit in l. Domi-
tius. ff. de testa. aut quod dicis non intelligo, aut
valde stulta est allegatio tua. fateor. n. q dictū sta
tutum de pœna homicidæ, & statutum de pœna
assassinorum, & oēs. ll. imponētes ipso iure pœnā,
exigunt delictum esse commissum, & q de eo con
stare debeat alias non pōt fieri declaratio, & ap-
prehensio bonorum. Sed q pp hoc impediatur
publicatio bonorū ipso iure a lege facta, delecto
delicto postea, & facta declaratione, non uideo
quō probetur, cū alias publicatio facta ipso iure
tpe commissi delicti videretur modicę utilitatis,
si in primis de ipso delicto deberet cōstare. nam
& si sñia etiam exigeretur condemnatoria, uti in
casu Curt. d. cōs. 60. si tamen postea interueniret,
tamen confiscatio ipso iure facta attēderetur ad
tempus delicti, non ad tempus sententiæ: unde
sufficit, quòd de delicto ex post facto constet.

Non est etiam omittenda rñsio ad id quod dr,
q hoc statutum est interpretandum secundū opi.
d. D. Iudicis a quo. ne quis indebitè damnum pa
tiatur. namq; si ista interpretatio fieret aperta es-
set uia delinquentibus fraudandi fiscum contra-
hēdo post commissum delictum, vltra q hoc ca-
su ipsa actrix non est sine culpa, quæ tpe confisca
tionis debebat comparere & petere hoc suū as-
sertum dotis augmentū. quia fortè obtinuisset a
fisco, & patruus dictorū fratrū minori pretio bo-
na confiscata emisset, & ppea si damnificaretur
sibi imputare deberet, reg. damnum. de regu. iur.
in sexto. & in l. quod quis. ff. eod.

Quò ad reliqua vltima dubia cum adhuc mili
tent per me alias allegata; & nulla iuridica uidea
tur, vel sufficiens adducta rñsio, ulterius non insi-
stam, sed totum iudicio magn. D. iudicare deben
tis committo. quem rectiori oculo omnia uisurū,
& meliori iudicio rem ponderaturum spero. &
his pro nunc ob temporis penuriam, ita tumul-
tuariè scriptis contentus ero. paratus expedito
processu appellationis, in quo fortè alia de nouo
actitabuntur, cum maius ocium nactus fuerim, la
tiori fol. pr. & alia alias adducta comprobare.

Laus Deo Opt. max.

Bartho. Bertaz.

Primus iudex, ut in principio consilij dicitur, senten
tiam tulit aduersus hæc, & supra adducta in proximo su
periore cõsilio. sed ut intelligo iuuenile fuit iudicium,
& in actu practico parum uersatum, solidiora iudicia
perquire inferius in calce sequentis consilij.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

In eadem causa disputatur articulus ille, an ex
verbis statuti Regiensis publicatio bonorum
delinquentis dicatur inducta ipso iure, an re-
quiratur sententia, & an sit inspiciendum tem
pus delicti, an vero sententiæ.

SVMMAE.

1 *Dominium bonorum delinquentis statim com-
missso delicto transfertur in fiscum.*
2 *Lex etiam ligat delicta occulta.*
3 *Bona ipso iure confiscata nõ possunt medio tem
pore alienari.*
4 *Canon latæ sententię potest importari modo ex
prioribus modo ex posterioribus uerbis.*
5 *Relatio est faciẽda ad id q̃ prĩcipaliter tractat̃.*
6 *Nec potest fieri ad illud ad quod si fieret opera-
retur contrarium effectum.*
7 *Et idem est repugnante uoluntate disponentiũ.*
8 *Verba non debent esse frustra apposita.*
9 *Relatio est faciẽda ne sequat̃ absonus ĩtellectus.*
10 *Pœnę si aliquæ imponantur ipso iure, aliquæ
per sententiam, primæ tempore commissi deli-
cti initium habent.*
11 *Tempus delicti attenditur, quò ad irrogatio-
nem pœnæ ipso iure.*
12 *Pœnæ regulariter, quæ ipso iure infliguntur,
habent locum a principio commissi delicti.*
13 *Et licèt verba sint relata ad aliud tempus, uel
sententiæ referendæ, uel cognitionis suum ta-
men effectum, & vigorem retinent, ut deli-
cti principium respiciant.*
14 *Statutum unum magis recipit declarationem
ab alio statuto, quàm à iure communi.*

CONSILIVM CCXCIIII.

In Domino confido.

ET si sciam dubium propositũ per ma-
gnif. & clariss. D. Iudicem cõpatrem,
& dñm meum obseruãdissimũ in cau
sa magnificorũ fratrum de Perdone-
rijs per Eccellentes causæ patronos optimo iure
soluendum penitusq; euacuandũ fore, adeo ut
opera mea ĩ eius solutione magis superflua, quã
necessaria esse videatur. Attamen vt aliquid eius
dilectionis, qua eos prosequor, specimẽ & signũ
eis ostendam, inter tot, & tantos labores, quibus
assiduè comprimor, & vexor, nonnulla pro dis-
solutione ipsius in medium adferam.
Motiuum hoc excitatũ (vt ex allegationib. ho-
rum magnificorũ fratrum uidi) per oẽs Iudices,
coram quibus hæc causa agitata fuit propositum
fuit. nimirũ cum fuerit fundamentum, & refugiũ
illud in quo oẽm vim pars aduersa faciebat. ut ua
lidum telum statuti victoriam reis ipsis afferens,
refugeret deuitaretq;. Cum. n. iuribus rationibus
& iure consultorum auctoritatibus deuicta, co-
geretur fateri statutũ Regiense sub Rub. de pęna
homicidæ occidenti, vel occidi mandanti, ultra
pœnam capitalem, confiscationem bonorũ ipso
iure irrogare. negat eam clausulam eã vim hr̃e,
vt ad tempus delicti, vt regulariter solet extenda
tur, ita vt interim dominium bonorũ in fiscum sit
translatũ. quod nititur comprobare ex uerbis di
cti statuti confiscationem inducentis (utroq; ca-
su, s. tp̃e quo aut captus capite punit̃) aut absens
bãnitur. ita. n. illa verba (utroq; casu) interpretat̃
pars aduersa referendo, vt supra ea ad casus prę-
fatos. Ego aũt hoc fundamentũ esse merum som-
nium, & merũ cõmentũ non diffiteor, licèt præfa
tus magnifi. D. Iudex ponderosius & grauius esse
affirmet, quam prima facie uideatur. putarim. n.
id non serio dictum, cum acumẽ ingenij sui opti-
mè perceperim. Moueor itaq; primo ex eo, q̃ po
sito, vt concedit Excellentiss. Motiuans, q̃ in ca-
su huius statuti confiscatio bonorum ipso iure sit
inducta, licèt sit relata ad aliquod tp̃s, non p̃pea
dominium bonorũ eo tp̃e, sed statim cõmisso de
1 licto † transfertur in fiscũ, ut optimè tactũ, & cõ-
probatum fuit per magnifi. Castaldũ super hoc
puncto in resolutionibus ad motiua secundi Iudi
cis. & maximè per doctr. Bart. in l. j. nu. 3. ff. de his
qui not. infam. Bal. in Auth. habita. col. fi. C. ne fi-
lius pat. & per alia iura de quibus abundè in ipsis
resolutionibus: Nec hoc casu Fely. in c. Rodulph.
nu. 50. col. mihi 17. & nu. 26. de rescri. uel Tiraq.
allegatus in repe. l. si unquam. in uer. reuertat̃. nu.
63. hoc negant, imò ingenuè fateor. ex tot Doct.
quos in hac materia viderim. neminem vidisse
hoc affirmãtem cõfiscationem ipso iure induci,
& tñ non attendend. esse tp̃s commissi delicti, sed
aliud tp̃s ferendæ sñïæ, vel declarationis. & iudi-
cio meo, hoc implicat cõtrarietatem, cum certo
certius sit dicto tp̃e delicti cõmissi delinquẽtem
2 ẽt † occultũ affici. ut p Abb. alias allegatũ in c. ad
falsariorũ. nu. 8. de falsis. & Tiraq. in d. verb. reuer
tatur. nu. 291. a quo tp̃e veniunt fructus, quos de-
linquens suos non facit. ut per eundem ibi. num.
3 268. & quæ bona † ipso iure confiscata non pos-
sunt medio tempore alienari. ut per eũdẽ Tiraq.
latè in d. verb. nu. 324. nec per delinquentem de
eis testando disponi, ut ibi nu. 331. quod verũ nõ
esset si aliud tempus attendend. foret. est bene ve
rum, quòd Fely. & Tiraquel. in locis in dubijs, &

vt in allegatis fatentur, ꝙ uerba importãtia cano
nem latæ sñiæ possunt per alia verba subsequẽtia
ita moderari, vt ferendam importent, vel ecõtra
4 † si importent verba priora ferendam, per subse-
quentia inducatur canon latæ sñię. & ita utrunq;
caput amplectitur Fely.ibi ver. verbũ, alias. cum
vers. seq. de quo habemus exemplũ in l. cũ post-
eaquam, vbi Sal.C. de pact. quod & diffusius fir-
mat Tiraq.loco præallega.nu.23. & nu. 112. quæ
verba importantia ferendã sñiam in casu nostro
minimè addita constant. & ingenuè fatetur ad-
uersa pars, (nam nec sine rubore negare posset)
hoc casu confiscationis pęnam ipso iure induci.
quo casu casus iste effugit omnem controuersiã.
Secundò cum statutum priuatum loquatur de
delinquente amplectendo duos casus. s. homici-
dij per semetipsum comissi, vel per aliũ ex man-
dato, & tam facientem, quam mandantem puni-
ri mandet capite, si in forciam uanerit. alias ban-
niri si absuerit. & subinde vtroq; casu bona eorũ,
seu ipsius delinquentis ipso iure confiscata esse
saneit. nescio videre quõ illa uerba possint refer-
ri ad alios casus, nisi faciẽtis, vel mandãtis. quo-
rum supra meminit. nec. n. dubiũ est, quin de vtro
que loquatur, & oẽs pœnę utriq; per statutum ip
sum imponantur. prout in simili facientẽ, & man
5 dantem punit tex. in c. j. de homi. in 6. † nam rela-
tio est facienda ad id, quod principaliter tractaĩ.
non incidenter, vt in casu isto. Dec. in c. 2. requi-
ris. col. 3. vers. 7. concl. de appella. Rui. consi. 131.
nu. 2. 2. uol. & Goza. cons. 19. nu. 15. Et cũ statutũ
intendat inducere confiscationem ipso iure non
per sñiam, ut ẽt fatetur mag. D. Motiuans, relatio
non potest fieri ad aliam partem dicti statuti, uel
6 ad alium casum, ex quo † operaretur cõtrarium
effectũ. ut per Crau. consi. 70. nu. 7. & idem est re-
7 pugnante † uoluntate disponentiũ. Goza. consi.
87. nu. 19. & idẽ est ex quo in casu isto maior est
ratio per præfata quam in alio casu, ut per Crau.
d. cons. nu. 10. his accedat, ꝙ si relatio huiusmodi
fieret ad casus amputationis capitis, & bãni de-
linquentis. verba confiscationem inducentia re-
manerent sine aliquo effectu, & essent ociosa, cũ
tñ potius sint improprianda ẽt contra eorum na-
turam ea interpretando, ut operentur, & frustra
8 † non sint apposita. ut abũdè prosequitur Craue.
cons. 135. nu. 24. sed uideat quæso mag. D. Iudex
quale absurdũ sncce deret si hmõi relatio esset fa
cienda ad tp̃s mortis, & banni delinquẽtis, ut ma
uult pars aduersa. nam posset reus ẽt carceratus,
imò & condemnatus de suis bonis disponere in
præiudiciũ fisci ante mortem. cũ prius non esset
facienda confiscatio ita disponẽte statuto. quod
quàm absurdũ sit, nemo est, qui nõ uideat. ne igiĩ
sequaĩ absonus intellectus, ad casũ occidẽtis, vel
9 mandãtis relatio est † faciẽda. ut per Dec. in d. c.
2. requiris. nu. 3. uers. 4. & Crau. d. cons. 70. nu. 11.
Nec me mouet, ꝙ cum statutũ inferius de man
dante ẽt verba faciat. non uideatur aptus sensus
referre illa verba (vtroq; casu) ad casum occiden-
tis, vel mandantis, quia negari non põt, quin sta-
tutũ imponat eãdem pęnã mortis, & publicatio-
nis bonorũ, ẽt mãdanti, ut ex uerbis claris ipsius
statuti apparet in prin. (si quis homicidiũ cõmis-
serit, uel cõmiti mandauerit capite puniaĩ, &c. &
inferius & ꝙ omnia sua bona &c.) s. cõmittẽntis,
vel cõmiti mandãtis, & hoc negare esset negare
veritatem ipsam. Et licèt inferius ẽt de mandãte
statutum verba faciat, tñ in ea parte non est etiã
ociosum, cũ extendat pœnã mandantis ad præ-
stantem opem, vel auxiliũ ad maleficia, ut simili
suplicio afficiantur, & ne dum in casu homicidij,
sed cuiuscũq; alterius delicti. tametsi nõnunquã
videamus tam statuentes, quam cõtrahentes, &
legislatores ad maiorem declarationẽ plura ver
ba inculcare, & rèplicare. quæ apertè apparẽt su
perflua, ut abundè disserit plura loca citans Tira-
quel. loco præallegato, num. 26. & seq.
Tertiò, vt aliàs fuit dictum & comprobatũ per
Excell. castaldũ, sicut qñ a lege plures pœnæ im-
ponunĩ pro aliquo delicto, quorũ aliquę ipso iu-
re irrogãtur aliquę verò per sñiam, illę tp̃e cõmis
10 si delicti † initium habẽt, istæ tp̃e sententiæ, ut in
Auth. de incest. nup. in prine. in l. si quis maior. C.
de transac. & in alijs locis ibi per eum alleg. in c.
quisquis. de elect. & c. ita quorũdam. de Iudæ. ita
qñ lex pœnam priuationis, uel cõfiscationis ipso
iure inducit, licèt causa referaĩ ad tp̃s sñiæ, seu
declarationis, vel probationis delicti, tñ nihilo-
magis cessat ius & effectus latę sñiæ per legem. &
11 sic attenditur tp̃s delicti, † & non cẽseĩ propter-
ea velle priuationẽ, vel pœnam ipsam per sñiam
inferri hominis. sed iam sñia legis illatam esse, ut
ex. l. quisquis. in fi. prin. C. ad l. Iul. maie. & c. ad fal
sariorũ. supra alleg. satis ostensum extitit, quibus
ego addo, quam plures tex. tam iuris ciuil. quàm
canonici apertè id probantes. & primò tex. in l. j.
C. de aposta. vbi Imperator refert confiscationẽ
apostatæ ipso iure factam, ad tp̃s quo accusatio
fuerit approbata. & tamen non tollitur ꝓpea ca-
non latæ sñiæ, ut suam uim, & effectum non ha-
beat. ad idem text. in l. quæcũque. §. ꝙ si fecerint.
C. de hære. & maniche. ubi domus, vel possessio,
vbi conuenticula illius sectæ hominum fient, ad-
dici iubetur, cum constiterit factum id fuisse do-
mino uolente post rem in examine iudicis ap-
probatam. & sic tempore sententiæ qua de cri-
mine apparet, & declaratio ipsius criminis est
facienda. & tamen uerba importantia latam sen
tentiam non mutant naturam, vt ferrendam im-
portare videantur. sed uideatur etiam tex. in l. ne
cessarios. §. j. ff. de Senatusc. Syll. in fortioribus ter
minis loquens, ita ut uix sapiens aliquis negare
posset importare ferendam sentenriam propter
relationem factam ad tempus, quo ipsa sentẽtia
fertur, ur supra. non alias (inquit Vlpianus) bona
publicantur, quàm si constabit esse occisum pa-
trem, fratrem, & hæredem ante quæstionem de
familia habitam supliciumque sumptum adijsse
hæreditatem. Quod autem ij omnes text. impor-
tent

tent canonem latæ sententiæ, & suam naturã retineant, ita ut a principio & tpe commissi delicti
pœnæ, & confiscationes huiusmodi locum ha-
12 beant, ut regulariter fit in omnibus † pœnis, quę
ipso iure infliguntur. firmat Dom. de S. Gem. post
Archi. in d. c. 1. §. sacri. col. 4. de homic. in 6. & latius Ioan. Igneus in d. §. 1. alias. §. non alias. nu. 6.
quod etiam ipse tenuit in repet. d. §. post Ang. nu.
3. ad idem videtur tex. in d. c. quisquis. de ele. ubi
pœna suspẽsionis, quæ per sentẽtiã veniebat inferẽda & priuatio electionis per triẽnium eo tpe
fieri debere uidebatur. vnde pœna priuationis
eodem tempore facta, & ad idem tẽpus relata,
quæ ipso iure inducitur, uideretur suã uim amittere, si verum esset, ꝙ propter relationẽ ad aliud
tempus efficeretur ferendę sententię, & naturam
mutaret. & tamen contrarium ibi apparet, prout
idem etiam probatur in c. grauem. de sent. excõ.
vbi Pontifex mandat nũtiari illos statuentes contra ecclesiasticam libertatem feudis fore priuatos. & tamen priuatio ipsa ipso iure facta est, licèt
ad tempus sententiæ referatur. possem, & alia iura ad hoc propositum in medium afferre, in quibus apertè probatur hanc conclusionem esse ve-
13 rissimam, pœnam ipso † iure irrogatã per uerba id importantia relatam ad aliud tempus, vel
sententiæ referendæ, vel cognitionis, seu probationis delicti, suũ effectum, & vigorem retinere,
& non efficere, vt tempore delicti effectus ipse sibi locum non vendicet. sed solum ero contentus
autoritate Cur. Senioris. toties in hac causa allegati in consi. 30. quẽ refert & seqtur Tiraq. loco
præallegato, num. 46. & nu. 400. loquentis in fortiori casu. in illa. n. specie in qua consilium illud
edidit uerba legis ea statuti loci Bestagni talia
erant, (& si non poterint haberi, tũc bona ipsius
homicidæ publicentur, & confiscentur cameræ
dicti loci Bestagni,) & tamen ex quo verba sunt
geminata cõfiscationem ipso iure fuisse inductã,
& licèt esset relata ad tempus, quo delinquens in
fortijs haberi nõ posset, quod ostẽdit illa dictio,
tunc, extremitatem tpis importans, tamen tpe
delicti inductã fuisse decidit. & certè nescirem,
qũo posset haberi decisio magis expressa, & in individuo, quàm hæc Cur. qui loquitur. propriè in
casu in quo statutũ restringebat confiscationem
ad casum in quo constabat delinquentem haberi non posse. & sit ad tempus post delictum commissum, prout in casu isto, si omnino uellemus referre illa verba (utroq; casu ad mortem, & bannum. quod etiam ex superioribus fieri non posse
satis superq; ostensum extitit) ex quibus perspicue apparet nos non versari in casu dubio, sed in
claro, & certo, in quo cessant coniecturæ. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerb. obl. quibus accedat,
ꝙ ex forma statuti de pœna assassinorum confiscatio, ẽt bonorum imponitur etiam ipso iure. &
refertur ad tpa mortis, ul banni delinquentis, &
tamen non negat pars aduersa, quin effectus ecclesiæ ipso iure, & canonis latæ sententiæ, vt also
ciat delinquentem tpe delicti. in eo casu locum
habeat, & ita dictum statutum eo modo practicatum fuisse, & obseruatum cõstat, & statutũ vnum
14 (ut alias etiam dictum fuit) magis † recipit declarationem ab alio statuto, quam a iure cõmuni. Dec. in consi. 310. nu. 10. huic etiam uerissimè
interpretationi adstipulatẽ mos & stylus de quo
mag. D. Iudici fiet fides, ꝙ statim cõmisso homicidio bona per agentes cameræ auferũtur delinquentibus, & ponuntur in tuto. quod ostendit signum iam factæ non faciendæ confiscationis. &
cum hic punctus accidisset dum præturam Regij
gererem, in causa cuiusdã Ioannis Nigoni in qua
scripserat D. Gerrard. Mazzolus, & (si rectè memini.) D. Iul. Scarlatinus. & ex aduerso pro quodam trignolo D. Albertus Pancirolus, omnes vtriusq; partis aduocati fatebantur ingenuè in casu isto statutum istud ipso iure confiscatione inducere, & quidem tpe delicti. & ita fuit decisum
per me in causa illa, & iustissimè (nisi iudiciũ me
fallat) prout etiam cõi cõsensu iudex, & ego pluries exinde in sententijs criminalibus declarauimus confiscationem factam fuisse ipso iure. & ne
nimis in longum trahatur responsio mea concludo, statutum istud inducere ipso iure confiscationẽ statim cõmisso homicidio, & per consequens
non potuisse. D. Hierony. Pradonerium obligare
bona sua ipso iure iam fisco acquisita, licèt non
incorporata, ut alias per D. Aduocatos ostẽsum
est. licèt etiam nõ diffitear istos fratres de Pradonerijs esse in casu uictoriæ, ex quo non fuit probata intentio agentis, & nõ potuit deferri iuramentũ suppletorium, prout detulit ille primus iudex,
& prout latissimè ostensum est per præfatos D.
Aduocatos. licèt magn. D. iudex super illo pũcto
nulla verba fecerit. prout certè facere debebat;
ne pars istorum dominorum fratrum opinaretur
ipsum sentire, fuisse probatam intentionem actricis, solum motiuando super puncto statuti. Ad ꝙ
ipsum magn. D. Iudicem rogatum esse uelim, ne
in hoc minus cæteris alijs iudicibus huic parti satisfacisse uideatur. Interim tamen me, & causam
hanc pro iustitia sibi commendo.

Laus Deo Opt. max.

Bartho. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Mulier non potest consequi ab emptoribus bonorum confiscatorum augumentum dotis factam a marito post commissum crimen, tanquam factum in fraudem fisci.

SVMMAE.

1 *Actio personalis & hypothecaria non possunt cumulari si agatur contra possessorem non principalem debitorem.*

2 *Sententia valida non potest ferri super libello inepto.*

3 *Libellus si est ineptus est absoluendus reus.*
4 *Fiscus tenetur quasi hæres ad debita delinquentis actione personali.*
5 *Fiscus elapso quadriennio est tutus præscriptione.*
6 *Et an hoc habeat locum in causa dotis?*
7 *Dotis causa, an comprehendatur statuto generaliter loquente.*
8 *Scriptura priuata non probat, si trino non sit notata teste.*
9 *Instrumentum qui habet præfertur habenti scripturam priuatam.*
10 *Testi non creditur dicenti se nomine debitoris scriptum scripsisse.*
11 *Testis recipiens pecuniam a producente tenetur falsi.*
12 *Testis si examinetur diuersus a nominato non probat.*
13 *Incertitudo identitatis testis officit.*
14 *Probatio dubia contra probantem est interpretanda.*
15 *Testes debent cognoscere contrahentes.*
16 *Scripturam esse manu alicuius non probatur testibus.*
17 *Delinquens confitendo debitum non potest præiudicare fisco, cui est ids quæsitum.*
18 *Bona quando censeantur publicata a statuto ipso iure.*
19 *Verbum (intelligatur) quandoque importat fictionem persæpè, tamẽ importat ueritatem.*
20 *Delinquens non potest expressè, nec tacitè obligare bona sua.*
21 *Dominium rerum delinquentis statim post delictum amittitur.*
22 *Aliena res potest alienari, sed non obligari.*
23 *Agens hypothecaria, uel Saluiano interdicto succumbit si constat de iure possessoris ex instrumentis.*
24 *Dotis argumentum factum à marito uxori, quando præsumatur ficticium, & simulatum.*

CONSILIVM CCXCV.

In Domino confido.

PLVRIBVS rationibus ostenditur fratres de Pratenerijs Regien. absoluend. esse a petitis per dominam Catherinam olim prætensam vxorem Hieronymi eorum fratris. primò, quia libellus productus pro parte actricis fuit ineptus, cũ agatur contra eos, tanquam personaliter obligatos ad restitutionem dotis assertæ, seu assẽrti augumenti dotis, dictæ actricis, ex quo successerunt in bonis confiscatis dicti q. Hieronymi. cum tamen, vt infra dicetur, ipsi ad hoc actione personali conueniri nequeant. & quando agitur contra possessorem non principalem debitorem cu-
1 mulatio † actionis personalis, & hypothecariæ
Et hæc quò ad condẽmnationem corporalem, quò uerò ad pecuniariam cõis * uidetur conclusio, nõ prodesse incertitudinem, ut per Plac. in d. c. 12. nu. 7. & per Clar. in d. vers. alia etiam. itaque dum superius dictum est excusari rixantes quando ignoratur quis prior euaginauerit, uel aggressus fuerit. intelligendum est quo ad poenam corporalem. nam quo ad pecuniariam secus est & ita procedit opi. aal. contra gl. in l. j §. cum arietes in uerb. sibi. ff. si quadru. pau. feci. dica. quẽ refert Ang. de Aret. & ibi Aug. in trac. malef. in verbo, & dictus Titius. post numerum 37. nam uterque condemnatur ne delicta remaneat impunita. & dicit Ang. ibi quòd semel habuit de facto & est sequutus hanc opinionem. ita refert ac declarat Iul. Clar. in §. fi. q. 60 versi. uidi ego.

Quo ad torturam quando incertũ est a quo ex multis proueniat uulnus, omnes sunt torquendi, modo certum sit ab aliquo ex illis prouenisse. & incipiendum est torquere eos qui sunt malæ famæ. hæc est doctrina Sal. in l. fi. C. de quæstio. Roma. in l. 1. §. si quis in uilla. ff. ad Syla. Ang. de malef. in verbo, fama publica. versic. quia si sunt quinque. & ibi Aug. de Arim. Clar. in d. §. homicidium. versic. sed hic incidenter. Et quando hæc procedant & quo uid. Foller. consi. 137. nu. 9. cum seq. in primo crimi. posterio. Bursat. consi. 316. nu. 10. & seq.

Claud. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Iurans ad decisionem causæ, an possit teneri vlla poena de iure communi, & quid stante quodã statuto?

SVMMAE.

1 *Iurans siue peierãs ad decisionem causæ, an possit teneri vlla pœna de iure communi.*

2 *Statutũ loquẽs de falso uel quasi, debet intelligi de eo falso per quod inciditur in aliquod caput l. Corn. de fals.*

3 *Statutum secundum ius commune uenit intelligendum, ne contra ius pars lædatur.*

4 *Iudex non potest ferre sententiam uigore sui arbitrij contra iuris dispositionem.*

5 *Statutum alterans pœnas regularite recipit interpretationem passiuam à iure communi.*

6 *Verba generalia cuiuscunque generis uel speciei, non extendunt statutum ad casus non dispositos vel expressos à iure communi.*

7 *Saly. opinio relata per Mars. in l. vnius. §. cogniturum. nu. 26. ff. de quæst. reprobatur.*

8 *Verba generalia restringuntur.*

CONSILIVM CCC.

In Domino confido.

IN hac noua quæstione subtiliter, & abundè allegatum extitit per Excell. Cremonam, qui adeo difficultatem hanc discussit, & apertam ac claram reddidit, ut nullus amplius locus dubi-

tationi remansisse videatur, in cuius sententiam
condescendens aliqua ego etiam addam, ex qui
bus punctus hic tanto clarior redditur. Cum ita-
que certum sit de iure cõi nullam pœnã irrogari
posse iuranti ad decisionem causę, cum Deum tã
1 tummodo habeat vltorem † vt fatetur magni. D.
Motiuans per decis. Boer. 305. in vlt. col. & Clar.
in §. periurium. in fi. in pract. sua criminali statutũ
Ferrariæ de arbitrio potestatis Ferrariæ in falsita
tibus, tametsi loquatur per verba vniuersalia, uel
prægnantia nullo modo potest comprehendere
hunc casum, quo de iure communi nulla potest
peieranti irrogari pęna. quia statutum loquẽs de
2 falso vel quasi falso debet intelligi de eo falso † p
quod quis ĩcidit in aliquod caput. l. Corneliæ de
falsis. Bar. in l. quid sit falsum. ff. ad l. Corn. de fals.
Alexan. consi. 73. non puto. colum. 3. primo volu.
quod etiam voluit Pau. de Cast. inter consilia cri
minalia, ultimo tom. in consilio 45. num. 1. & ad
propositum trad. Boss. in titu. de fals. num. 80. ubi
dicit in terminis statuti Mediolani disponentis,
quod ubi lex municipalis non punit falsum, illud
puniri debeat in ære uel in persona arbitrio iudi-
cis: intelligere de falso per quod quis incidit in
aliquod caput l. Corneliæ de fals. de quasi falso,
quod etiam comprehendatur sub secunda par-
te rubricæ. d. l. Corneliæ, trad. idem Boss. in tit. se-
quen. de his qui sibi ascribunt in te sta. & licet sta-
tutum prædictum amplius etiam loquatur (etiã
si extraordinarium crimen seu crimen stelliona-
tus appellari posset) non tamen propterea pos-
sum propter dicta uerba extendere iudicis arbi-
trium ad casum in quo de iure cõmuni nulla po-
test imponi pœna, quinimmo illa uerba potius
declarant mentem statuentium his exemptis, qđ
arbitrium iudicis uersari dẽat in eo falso uel qua-
si, quod aliqua pœna a iure communi statuta pu-
niturꝫ, & quod statutum huiusmodi non det ar-
bitrium iudici ultra ius commune, sed sit intelli-
gendum secũdum iuris cõmunis dispositionem,
3 ut contra ius pars non lædatur † trad. Rui. in cons.
147. num. 1. iuncto nu. 7. 5. uol. quem sequitur Me
noch. in tract. de arbit. iud. lib. 1. q. 78. nume. 2. &
quod uigore talis arbitrij iudex non possit ferre
4 sententiam contra iuris dispositionem † late pro
sequitur idem Menoch. d. primo lib. q. 13. nu. 20.
& q. seq. ubi dicit teneri seruari ius scriptum. Et
hoc regulare est in quocunque statuto alterante
pœnas, ut recipiat interpretationem passiuam, a
5 iure cõi † iuxta doctr. Bar. cõiter * receptam in l.
omnes pop. in 6. q. princ. ff. de iust. & iur. Blanc. in
sua pract. crim. in §. postquam uidimus. nu. 47. &
79. fol. 70. & 74. Et quod arbitrium iudicis quan-
tumcunque latum debeat regulari secundum ius
trad. Plot. in repet. l. si quando. nu. 754. C. unde ui.
Nec aliquid faciũt illa uerba generalia, & præ
gnantia, quia non propterea extendunt statutũ
ad alios casus non dispositos, uel expressos a iure
cõi. cum etiam tali casu debeat intelligi secundũ
iuris communis dispositionem, ut ad propositum
in statuto de falsificante monetam, loquente per
verba generalia cuiuscũque generis vel speciei.
6 † trad. Alex. in consi. 104. statutum. 2. col. 1. uol. &
sequitur Iul. Scarlat. inter consilia crim. prædicta
consi. 115. num. 9.
Sicut etiam non est vera opin. Saly. relata per
Mars. in dubiis citatum in l. vnius, §. cogniturum.
num. 26. ff. de quæst. quod si statutum dicit, quod
pro homicidio qualitercunque commisso non
7 exigatur dolus † prout exigitur de iure commu-
ni nec distinguatur, an sit factũ ad defensam nec
ne. & contrarium tenet Lanfr. in tracta. de inter-
preta. statu. num. 18. & 26. quem sequitur Marsi.
melius sentiens in sing. 630. generalitas verborũ
Ruin. in l. 1. §. nunciatio. num. 20. ff. de oper. noui
nuncia. & Blanc. in d. sua pract. crim. in §. vis iudi
cis. num. 249. fol. 60.
Possem etiam plura ad restrictionem verborũ
uniuersalium in medium adferre, & sexcẽtas de-
cisiones adducere, sed quoniam abundè satisfe-
cit clarisimus Cremona eas missas faciam, † so-
8 lum me remittam ad Sylua. in consi. 56. & Craue.
in consi. pro genero, maxime. nu. 83.
Ex his igitur concludo, quod cum hoc sit deli-
ctum impunibile non debet D. Blasius inquiri, q a
hęc exceptio impedit litis ingressum, Mars. consi.
100. ad fi. & in pract. in §. constante in fi.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

In hac causa habes in primo vol. consil. 201. &
202. Excellẽtissimi Cremonę, de quo hic fit mẽ
tio. & vt audiuimu, s uel fuit iudicatum cõtra hęc,
vel pecunia transactum a iudice tamen castri pa-
rum in re criminum uersato. hoc dixi, vt non sem
per mordicus inhæreas rei iudicatæ.

Claud. Bertaz.

ADDITIONES.

a Addamus aliqua non tacta neque in cõsilijs excellentissi
mi Cremonæ, neque hic, cum augeatur quotidie rerum
& Doctorum numerus adeo, vt omnes ac omnia vidisse
nec momento temporis affirmare posis.
Stat ergo conclusio & regula, quòd delato iuramen-
to decisiuo nihil est vlterius inuestigandum aut quærẽ
* dum est cõis sententia * quã præter Boer. & clar. cita-
tos tenẽt Marãt. in specu. par. 6. act. 9. n. 22. Conrad. in
prætor. caus. ciuil. li. 1. c. 9. De iuramen. nu. 9. Suarez. in
thesau. recept. sentẽtia. in verbo periurium nu. 98. Pha
nuc. de iureiuran. memb. 5. nu. 2.
Verum quia iuramentum potest impugnari ciuiliter
& criminaliter, ideo omissa disputatione an pars ad-
mittat ex repertis de nouo ad reprobationem delati iu-
ramẽti de qua rescribit Villalob. in suis opinio. in verb.
iuramentum nu. 153. & Bursat. cons. 123. nu. 6. quæri-
mus nos an posit pars aliquid probare ad puniendum
criminaliter periurum. & posse tenet And. de Isern. in c.
1. §. limihter vero sacramẽtũ, in fi. de cõsue. rect. feu. re
latus à Marant. loco infra citato nu. 33. contraria tamẽ
sententia est verior propter illos qui superius adducun
tur, quibus addo Rim. sen. cons. 556. nu. 10. in 3.

Excipio

Excipio tamen ab hac conclusione unum casum, quando scienter iurauit periurus falsum alteri nociuũ, & ita perstrictæ frontis ut etiam periuriom fateatur, hoc. o. casu periurus est puniendus extra ordinem propria conuictus confessione. Boer in d decis. 405. in fi. & 309 Craue. consi. 73. num 37. iuncto num. 6. versic. postremo quiloquitur quando constat ex actis, illa vero opinio Iser. quem sequitur Marant. non habet fundamẽtum. nam ob hoc periurium istud esse punibile, quia noceat, & scienter sit commissum, non refert quid distinctum a ceteris, quæ vt puniantur debent scienter cõmitti & nocere. ut probat ex receptis sententijs Clar. in § periurium, versic excusari autem. & versic. potest ẽt.

Et hęc quo ad ius commune, stante vero statuto de quo in hoc consilio, idem est dicendum ob rationes adductas, quibus utuntur in simili statuto respoodentes. Rim. Sen. d. consi. 556. num. 11. Conrad. d. tit. de iuramen. versi. verum tamen arbitror.

Claud. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Si per instrumentum treuguæ, ac Ducale decretum granentur agnati omnes ne offendant cõprehensos in treugua, & deinde rumpatur, iterũque confirmetur, quæritur an ij, qui non interuenerunt in dictis instrumentis possint teneri ad pęnam pacis denuo ruptæ.

SVMMAE.

1 *Paciscens an possit obligare alios pro eo promittere de rato.*
2 *Pactum vnius alteri nocere non debet.*
3 *Pacem non ratificare dicitur qui tacet, si de ea habet cognitionem, sed impugnare.*
4 *Ratificatio non est necessaria ad hoc vt dicatur rupta pax, si per statutum vel decretum disponatur.*
5 *Verba vbi non conueniunt, nec eius conuenit dispositio.*
6 *Verba sequentia præcedentia declarant, & restringunt.*
7 *Verba loquentia de delinquentibus, nõ possunt verificari in non delinquentibus.*
8 *Principis mens, ac voluntas censetur esse legi scriptæ, ac rationi naturali consona.*
9 *Decreta restringuntur in casibus in quibus potest imputari aliqua culpa, & negligentia ei, qui pro aliquo obligatur.*
10 *Proximiores delinquentis, & frangentis pacem quando possint teneri.*

CONSILIVM CCCI.

In Domino confido.

ORTIS nonnullis inimicitijs inter magnificos de Bellencinis de Mutina ex vna, & magnificos de Fantonis ex altera, fuit facta treugua inter ipsas partes, & promissum fuit per nonnullos ex principalioribus ipsarum agnationum, & magis interesse habentes, pro cæteris ipsorum agnatis & cognatis, & alijs adhærentibus vt in ea, de non offendẽdo ipsos comprehensos in treuga ipsa. Verùm quia omnes de agnatione ipsorum de Fontanis non interuenerunt dictæ treuguæ, nec illam ratificauerunt, curarunt ipsi principales promittentes pro eis, vt fieret decretum p serenissimum Ducẽ Herculem fælicis recordationis ducẽ quartum, sub dat. die 26. Aprilis, anni 1551. quo ipse Princeps de plenissima eius Imperij potestate decreuit, & declarauit. Quod si treugua conuenta inter ipsas partes rumperẽ pro parte ipsorum de Fõtanis per suos agnatos, vel cognatos, complices, sequaces, adhærentes, seruos, inseruientes, & habitantes continuè, eo casu omnia & singula bona præsentia, & futura, mediatè vel immediatè subiecta dominio ipsius Illustr. ducis, & ẽti n iurisdictione Illust. D. Giberti de Pijs, sint, & cẽseãtur obligata ipsis de Fontanis principalibus vel hæredibus eorum, quibus dederint causam, q pęna in instrõ contenta ab illis exacta fuerit. Cessitque ipse princeps omnia & singula iura ei delicti vel delictorum causa competẽtia, vel competitura, vt possint contra talem vel tales delinquentes ꝓcedere in forma cameræ ducalis cõsueta. Et hoc vt indẽnes quantum fieri põt principales conseruẽtur, quã formam perpetuo ẽt futuro tpe pacis obseruandũ decreuit ex certa scĩa, & vt latius in decreto ipso. Subinde de an. 1556. fuit facta pax inter partes, vcȝ ipsos de Bellencinis ex vna, & mag. D. Geminianũ D. Io. Franc. & D. Bartholomęũ de Fontanis ex altera, agentes suis noĩbus proprijs, & noĩbus & vice oĩum & singulorũ eorũ agnatorũ & cognatorũ vsq; in quartũ gradũ, & oĩum adhærentiũ, cõplicum, & sequaciũ, vt in instrõ sup inde celebrato, pro quibus ꝓmiserũt de rato, & cũ pactis, modis, & cõdõnib. de quib. in eo. Et deinde cũ fuisset rupta pax inter partes fuit de nouo renouata, & cõfirmata de an. 1565. p nonnullos alios de Bellencinis ex vna, & pfatũ Geminianũ D. Io. Philippũ, & d. Io. Bap. D. Camillũ & Iuliũ filios q. d. Giberti de Fõtanis. D. Iac. de Fõtanis, & nõnullos alios de alijs agnationibus. p modũ & ꝓut in instrõ sup inde cõfecto. Quã tñ treuguã, & subinde pacẽ nunq̃ ratificauerũt alij agnati dictorũ principaliũ de Fontanis. Quib. stãtib. q̃rĩ, an ipsi q nõ interuenerũt in dictis instris treuguæ, vel pacis nec illa ratificauerunt expresse vel tacite, in casu quo pax ipsa rumperetur, vel rupta fuisset per aliquem filium vel fratrem, aut alium proximum ipsorum non ratificantium,

teneātur ad pœnam pacis rupta in totum, vel pro sua rata. maxime vigore dicti ducalis decreti, & saltem iuxta tenorem pacti appositi in dicto vltimo instrumento anni 1565. incipientis. Item ꝙ in omnem casum & euentum, &c. Omnibus itaque maturè & diligenter consideratis, conclusiuè & decisiuè arbitror ipsos de agnatione ipsorum de Fontanis, vel alios pro quibus de rato fuit promissum, qui non interuenerunt in dictis instrumē tis & promissionibus, nec ea ratificauerunt expressè vel tacitè, si modo pacem ipsam non fregerunt offendentes aliquos ex comprehensis in ipsa pace alterius partis, non teneri ad pœnam conuentam in aliquo. Moueor.n. quia certum est ꝙ prædicti de Fontanis paciscētes non potuerūt obligare alios suos agnatos vel cognatos, ꝓ quibus de rato promiserunt. nec pacta vel obligationes ipsorum principalium promittentium eos ligauerūt.l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pac.l. mater. C. de rei uend. Et in his terminis ꝙ non teneantur
1 ad pœnam † conuentionalem, qui non promiserunt, sed pro eis per alios fuit promissum si offendant comprehensum in pace, voluerunt Imo. in l. si stipulatus fuero per te nō fieri. ad fi. & Alex. qui illū sequitur in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus ēt ad fi. ff. de uerb. obli. Idem voluit Corn. in cōs. 167. colum. fi. versic. remanet ergo. 3. vol. & Paris. in consi. 109. in princ. licet non videatur proprie loqui in his terminis, primo vol. hanc ēt sententiam tenet D. Riminaldus Iunior, in primo tom. consiliorum criminalium cons. 134. nu. 8. & 9. Idē cōsuluerunt plures excellētes iurisconsulti in eo. primo tom. consi. crim. Lud. Alfer. & Felic. Phebe. consi. 245. num. 1. & 2. cui consil. subscripserunt quàm plures alij excellētes doctores, vt ibi alij in consilijs sequen. 146. 147. 148. num. 1. & 149. nume. 4. quam sententiam etiam tenet Thob. Non. in consi. 111. num. 16. & 17. & Francis. Hercula. in tracta. de cautio. de non offendendo, c. 15. ad fin. cum enim si quis ex comprehēsis in pace aliquē offenderit ante illius offensi ratificationem, non incurrit pœnam. saltē quo ad non ratificantem, vt per Bart. & Ang. post Dyn. in l. si vxor. §. si quis vxorem. ff. ad l. Iul. de adulte. de quo per D. Rimi. d. consil. 134. num. 10. Hercula. d. cap. 15. nume. 9. & seq. & Iul. Ferret. in tract. de seri. & se uindu cijs milit. treug. & pace. num. 167. idem econuerso de bet esse. si vnus pro quo fuit promissum alium diuersæ partis ante ratificationem offenderit, vt nō teneatur de pace rupta. pro quo facit, quia pactū
2 vnius alteri † nocere non debet. d. §. ante omnia. & trad. Hercul. d. tracta. c. 50. nu. 43. Nec hoc casu potest dici hos agnatos vel cognatos ratificasse dictam pacem propter scientiam habitam de
3 ea tacendo, quia immo censentur † per taciturnitatem illā potius impugnasse, vt trad. in terminis Corn. consi. 248. 3. colum. circa med. 4. volum. & Paris. d. consi. 109. nu. 17.

Et licet vigore decreti olim fœlicis memoriæ
4 ducis † Alfonsi primo publicati de anno 1531. nō sit opus ratificatione, vt pax rupta censeatur, qđ statuto vel decreto fieri posse ambigendum nō est, vt per Hercula. d. c. 15. num. 13. tamē id procedit quo ad hoc vt non excusetur rumpens pacē, quia teneatur ad pœnam, licet non ratificauerit, & idem de principalibus promittentibus reorū fideiussoribus, secus vero respectu eorum qui nihil mali fecerunt: nā illi principales tenentur omnino ad pœnam etiam nulla ratificatione subsequuta, vt ēt expresse fuit conuentum in dictis instrumentis per partes, & tale decretum debet stri ctè intelligi, non autem latius extendi, vt in simili decreto trad. Hercula. d. tracta. cap. 13. nume. 5. versi. tertia declaratio, & faciunt quæ inferius de alio decreto dicentur.

Nō obstat modo decretum ipsius Illust. Ducis Herculis, quia illud non decernit agnatos, vel alios comprehensos in pace, ac noīatos per prīnles teneri ad pœnā pacis ruptæ, si ipsi neminem offenderint, & pacē non fregerint, nec eorū bona obligat pñlibus promittentibus, sed tantūmodo illos qui pacem fregerint. quorū bona decreuit cēseri obligata principalibus, vel eorū heredib. quibus dederunt cām ꝙ pœna conuenta ab eis exigeretur. hæc.n. decreti verba nullo mō conueniunt agnatis vel cognatis minimè delinquenti-
5 bus. vnde in eis dispositio † ipsius decreti locum sibi vendicare nō potest, vulga. lege 4. §. toties. ff. de dam. infec. Bart. ad propositum in pace habita ab offenso. in consi. 167. ꝙ minister. Feli. latè in c. nonnulli. nu. 34. versi. vbi verba. de rescr. & ad propositum in decreto vel statuto obligante vnū pro delicto alterius, Barbat. inter consi. Calca. cō sil. 64. alias 66. 2. col. nu. 2. Idem tenet latè plura citans Marsi. in sing. 339. cui non conueniunt. & ad propositum in consi. 25. nu. 10. 40. nu. 12. & sequen. 53. nu. 11. & in verbis decreti & banni in cō sil. 57. num. 24. & apertius in consi. 103. nu. 10. & 121. num. 7. Rip. in primo lib. rñsorum c. 8. nu. 4. & ad propositum etiam hanc regulam sequitur in decreto pacis ruptæ Thob. Non. in primo tom. consiliorum crimi. consi. 152. nume. 19. 20. & plura concordantia cumulat ad dictam regulam Tiraquel. in repet. l. si vnquam in verb. liberti. nu. 2. C. de reuocan. donat.

Qđ & ex verbis sequētib. tāto clarius probat, in quib. princeps cedit oīa & singula iura ei cōpetentia, uel cōpetitara delicti, vel delictorū cā, vt possint contra talē uel tales delinquentes proce-
6 dere in forma cameræ &c. verba. n. sequentia † ꝓcedentia declarant, & restringunt. l. si seruus plurium in fi. ff. de leg. 1. cum alijs citatis per Craue. in consi. pro genero. nume. 298. & 300. Et cum tamen illa verba præcedentia (quibus dederint causam, ꝙ pœna in instrumento contenta ab illis exacta fuerit) sicut hæc loquentia de delinquen-
7 tibus, non possint verificari in non delinquentibus, nec dantibus causam exactioni pœnæ, dispositio illius decreti in ipsis locum sibi vendicare non potest. gloss. & Doctores, in l. mancipia,

C. de

C.de ser.fug.Rom.sing.495.statutum.& ibi in nouis.addit.Dec.consi.90.num.1.in fi.466.nu.8.& 540.num.2.Marsi.d.sing.339.& colleg.Pisan. in primo volum.consil.crimin. primo impressorum consi.104.num.2.& illa dictio (talium) quæ refertur ad præcedentia.l.2.ff.de vsur. Dec. consil. 38.colum.fi.ante fin.versi.nam statutum. satis indicat quòd princeps intellexit tantummodo delinquentium non innocentibus, & non culpabilem eo casu bona fore obligata.

8 Quibus accedat, quòd cum mens † & voluntas principis censentur esse qualis est legis scriptæ & naturalis rationis, Dec. ex Bal. per eum citato in consi.64.num.7.& sequen.& de iure vnus non debeat ex offensa alterius prægrauari.Thob. Non.in consi.108.num.23.& Bona illius qui rupit pacem sint sola obligata, vt per eum ibi num. 25.interpretatio est eodem modo facienda contra delinquentes non contra insontes quia pęna debet tenere suos auctores.l.sãcimus.C.de pęn. Rolan.a Val.consi.8.num.4.74.numę.24.& 85.num.8.

Additur etiam quod decretum hoc odium irrationabile contineret, quatenus vellemus ipsum interpretari, quòd comprehenderet non offendentes aliquem, vnde non esset extendendũ de persona ad personam.Rolan. post Bar. per eũ citatum in consi.75.num.7.à solum. Et si potest operari duo, debet tantummodo operari vnum, vt minus derogetur iuri communi.vt per eum ibi nu.19.Et quòd debeat restringi tale decretum ad casum quando aliqua culpa vel negligentia

9 potest imputari † ei q pro aliquo obligatur, trad. Aret.consi.57.col.2.versic.præterea.& Craue.cõsil.3.num.16.Idem quod tale decretum sit strictè interpretãdum, cũ vnus pro alio puniatur, trad. Barb.d.consi.64.num.2.Ang.in d.l.sancimus.De ci.consi.38.colum.fi.& consi.66.num.7.Gram. decisione 47.num.5.& sequen.& Menoch.in tracta.de arb.iud.li.2.cẽtur.4.casu 345.n.11.& 17.

Et stante hac resolutione quæ (iudicio meo) est clarissima, quòd nõ teneãtur nõ delinquẽtes. non est opus aggredi aliam qõnem illius pacti appositi in dicto vltimo instro, an scilicet teneantur proximiores delinquentis, & frangẽtis pacẽ, casu quo ipse delinquens nõ habitaret cũ illis in

10 cõione. In quo dubio † potius inclinarem in partem affirmatiuam propter identitatem rõnis.l.a Titio.vbi Ias.col.fi.ff.de verb.obl.Tiraquel. in tracta. cessãte caus.prima par.nu.140.& 151.& Menoch.d.tracta.lib.2. centur.prima casu 13.nu.8.& sequen.& ad propositum Hercula.d.tracta.c.41. ante fin.

Illud autem non omittam, quòd etiam si quis ex agnatis vel cognatis partiũ offenderit aliquẽ diuersæ partis, vt pœna locum sibi vendicet, oportet probare, q offendens & offensus essent in quarto gradu coniuncti principalibus facientibus pacem, alias non deberetur pœna, Hercula. d.tracta. qui alios citat c.35.in fi.& seq.in dubio debeat absolutio sequi. c.39.num.7. quia in pœna pacis ruptæ probatio debet esse liquida, vt per eundem in c.29.nu.9.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho.Bertaz.

Pendet adhuc corã Consilio (vt credimus) hæc controuersia.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Fugiens à carceribus animo redeundi, cùm tamen ex instrumento teneatur ad certam pœnam ex generalitate verborum, qua pœna possit puniri.

SVMMAE.

1 *Recessisse non censetur fictione iuris, qui habet animum reuertendi.*

2 *Presens censetur, qui reuersurus recedit.*

3 *Fugientis à carceribus, & statim redeũtis quæstio, remissiue.*

4 *Verba vniuersalia (quouis modo, et quouis tempore) restringuntur.*

5 *Verba generalia restringuntur, etiam negatiua, quando ex recessu nullum damnum passus fuit fiscus, uel in modico offenditur conuentio.*

6 *Verba generalia sunt ciuiliter intelligenda.*

7 *Verba vniuersalia restringuntur quando est diuersa ratio inter casus.*

8 *Verba generalia, quando agitur de graui præiudicio alicuius, nedum restringũtur, sed etiã impropriantur. & num. 9.*

10 *Pœna minima plectendus est, qui fugit a carceribus, & statim rediit.*

CONSILIVM CCCII.

In Domino confido.

VLTRA ea quę ad fauorem D.Hieronymi Azij subtiliter adducta fuere, potest addi primo, quòd fictione iu-

1 ris non cẽsetur recessisse, † qui habet animum reuertendi, vt probatur in l. nihil. de capt.& postlim.reuers.& qui incontinenti rediit, recessisse non videtur.l.3. de diuorti.& repn.& Specul. in tit. de salar.§.postremò. in princip.&

2 hinc est, quòd præsens † censetur qui reuersurus recedit.Bal. in Authen. habita. numero 21.C.ne fil.pro pat.

3 Ad q.de fugiente † à carceribus,& statim redeun
te, de qua per Bal.in l.prima.numero 8.C.de ser.
fugit.possunt addi.Brun.in trac.de indi.& tort.pri
ma.par.q.3.numero 7.Bertr.cons.61.in fi.secun-
da par.priorum.alias prima par.2.vol.Gram.cõs.
crim.57.num.1.Duen.reg.393.fugiens.2.limit.&
Viui.prima par.suarum communi opin.opi.120.
pag.3.in fi.& seq.in prin.Io.de Ami.cons.7.nu.21.
Nouel.in tract.crim.ad defens.tit.An Ind.pro reo
dan.sint.nu.30.31.102.& 103.& omnino Rom.
consilio 193.negari. Vbi loquitur in promissione
de non recedendo;

4 Ad verba † vniuersalia (quouis modo,) &
(quouis tempore) poterit adduci, quòd genera-
litas, & vniuersalitas eorum, venit restringenda
ex multis rationibus, ut in illis verbis trad.Mars.
cons.80.nume.45.& 46.Neuiza.cons.40.nu.12.
& ante eos Oldr.cons.148.factum est tale.col.fi.
& 268.quæst.col.3.Sylua.cons.56.nu.16.Crau.
in cons.pro genero.num.78.& seq.Mant.in cons.
89.nume.28.& 91.numero 20.primo vol.Ceph.
consilio 76.numero 81.& seq.& decis.Pedemon.
169.numero nono.

Secundò, quando nullum damnum passus fuit
5 fiscus ex recessu, ex quo statim redijt, verba † ẽr
generalissima restringuntur, & idem est in verbis
negatiuis.Soc.cõs.90.colum.pen.& fi.tertio lib.
Craue.cons.3.nu.6.17.& 25.& Foller.& sequitur
in pract.crim.in ver.fragmentorum pars.nu.66.
& quando in modico, uel leui offenditur conuen
tio, uel promissio, Mars.d.cons.80.nu.33.& Paris.
cons.165.nu.144.volum.

6 Tertiò, etiã verba † generalia sunt ciuiliter in-
telligenda,& sicut ratio dictat Nat.cons.580.nu-
me.11.etiam si sint negatiua.Ceph.cons.211.nu-
mero 17.maximè ob equitatem.Crau.d.cons.3.
nu.22.& d.pro genero.nu.78.vers.4.respondetur,
& Sylua.d.cons.56.nume.20.

Quartò, quando est diuersa ratio inter casus
7 verba † vniuersalia restringuntur.Dec.cons.541.
num.9.Crau.d.cons.pro genero.nu.100.& idem
est vbi non est eadem, uel tanta ratio, Crau.cons.
148.nu.6.& dicto 3.nu.26.& pro genero.nu.82.
vers.7.respõdetur, vbi alia adducit, & Sylua.cõs.
56.nu.17.& in proposito cum si aufugisset, nec re-
dijsset, non posset condemnari, nisi in pœnã con-
uentam.ergo si recessit, & statim redijt, nõ debet
teneri ad eandem pœnam, quia non est eadem,
nec tanta ratio, in redeunte statim, quæ est in pe-
nitus fugiente, & non redeunte,

Quintò, quando agitur de graui præiudicio
8 alicuius, ut hic, nedum fit restrictio verborũ † ge
neralium, ut per Bero.q.20.num.4.& idem est, ut
pena euitetur.Sylua.post alios quos citat in cons.
74.numero 14.Sed etiam impropriantur verba,
9 † ut fugiatur delictum, & euitetur pœna, Crauet.
cons.6.nu.26.& cons.8.nu.2.9.24.& dicto 3.nu.3.
12.17.22.& alijs seq.

Non esset etiã fortè inutile omni respectu ad-
dere, quòd licet casus videatur clarus, ex supra
deductis, ex abundanti tamen dicitur, quòd ubi
posset puniri aliqua pœna (quod inficiatur) non
10 pœna conuenta in instrumento, sed alia † mitio-
ri, & valdè minori veniret plectendus. Seuer. in
tract. de debit. susp. prima q.nu.3. Boer.dec.215.
nu.19.Menoch. de arbitr. iud.lib.2.centu.3.casu
201.nu.13.Clar.in praxi crim. §. fin.q.21.vers.3.
autem modo.in fi. Laus Deo Opt. Max.

Bartho.Bertaz.

Vide supra cons.35.& cons.161.

Clau.Bertaz.

A R G V M E N T V M.

Defensor admittitur pro absente condem-
nato,

S V M M AE.

1 *Occidere licet, quando percutere licet damnum dantem resistentem,*

2 *Defensor admittitur, licet procurator non possit interuenire.*

3 *Comparere potest quilibet ad ostendendum homicidium fuisse impunibile.*

4 *Statutum vnum magis recipit interpretatio-nem ab alio statuto, quàm à iure communi.*

5 *Statutum prohibens quamcunq; exceptionem, non censetur prohibere exceptionem prouenientem ex alio statuto.*

6 *Officium iudicis implorari potest, vt admittatur defensio.*

7 *Defensor qui admitti non debet ex statuto, ex beneficio tamen alterius statuti, vel proclamatis debet admitti.*

8 *Defensiones rei debet quærere iudex ex officio.*

9 *Instructorem, vel informatorem de veritate admittere debet iudex.*

10 *Et si saltem id ex se non faciat tenetur in syndicatu.*

C O N S I L I V M CCCIII.

In Domino confido.

DICITVR pro parte huius Hieronymi Zoliæ denunciati informatorem, vel instructorem, saltem, suæ defensionis esse admittendum, quia cum hic habeamus proclama ducale, quo cautum est damnum

damnum dantes in vuis posse capi, imò & percu-
ti si resisterent: licita fuit etiam illorum occisio.
1. † l.3.vbi Bartol.C.de his qui ad eccles. confug.&
Boss.in titu.de captu.numero duodecimo. Clar.
in prac.crim.§.fi.quæst.vigesimanona.licet enim
2 non admittatur procurator, tamē defensor † de-
bet admitti, qui causas defensionis pro absente
deducat, & ostendat.l.seruum quem. §. publicè.
* ubi Bar.communiter* receptus.de procur.& ma-
ximè cum stet statutum nostrū, quòd absens pos-
sit damnari.Cępol.consilio 45.numero tertio. &
alij consulentes in tribus sequentibus consilijs.&
Soc.qui dicit quater obtinuisse.in cōsilio impres-
so post tract. Ant. de Cana.de execusato.& idem
** firmat ipse Canar. dicēs esset communiorem **
opinionem ibi. quæst. secunda.nona.& decima.
quod etiam sequitur Mars.in §. sequitur.nume.vi
gesimoseptimo.in pract.crimi.& in cons.81.nu-
mero 55.& 90.numero 22. quam etiam opinio-
nem dicit.Nouel.seruari de consuetudine.in trac.
crim.ad defens.in prin.nume.11.

Secundò pro hac parte facit, quod trad.Bart.
& alij post glo. in l.vbi pactum.C.de trans.de ban
nito occiso, quòd potest quilibet comparere ad
3 ostendendum homicidium† propter bannū fuis-
se impunibile.& sequitur Mars.in d. consilio 90.
numero 24.

Tertiò, cum statutum nostrum de occidente
bannitum admittat quemlibet de populo ad alle
gandum bannum, & delictum esse impunibile,
hoc nostrum proclama ita etiam debet intelligi,
ut possit quilibet comparere, ad idem allegādū,
4 & ostendendum, cum vnum † statutum magis re
cipiat interpretationem ab alio, quàm à iure cō-
muni, quia in habentibus simbolum facilior est
transitus. Dec. post Anchar. per eum citatum in
cons.65.nu.4.& cons.301.nu.10.

5 Quartò, licet statutū † prohibeat quamcunq;
exceptionem admitti non censetur tamen prohi
bita exceptio quæ oritur ex alio statuto, vt hic
oritur ex hoc proclamate.Bar.in l.prima.§.& par
ui.nu.5.ff.qđ ui aut clam.Felyn. in c.ex parte.il 2.
nume.6.& ibi Dec.nu.5.de offi.deleg.

Quintò, saltem negari non potest quin possit
6 officium iudicis implorari, ut eius defensio † ad-
mittatur.Bart. & Imo. in l.pen.§. ad crimen. ff. de
pub.iud.quod procedit etiam statuto prohiben-
te admitti excusationem, vel defensionem. Aret.
nume.39.& 45.& Soci.nume.54.in c.veniens. de
accusat.Ias.in d.l.vbi pactum.col.quinta.Ioan. de
Arno.in comment.suo 154. Mars. qui loquitur in
casu statuti Bononien. plenioribus, & amplioribus
verbis prohibentis admitti excusatorem, uel de-
fensorem.in cons.73.nu.61.& seq. quod ēt tenet
in cons.90.nume.20.& in d.§.sequitur.nu.43.&
seq. vbi dicit ita non obstante dicto statuto obti-
nuisse.Idem etiam tenet Gram.in cons.1.impres-
so post suas decis.nu.24.& Foller. in pract. cri.in
prima par.secundę par.princip.in ver.Audiantur
excusatores.nume.9.

Nec obstat statutum nostrum prohibēs admit-
ti defensorem, vel excusatorem, ut in eo. quia ex
7 quo allegatur beneficium † alterius iuris munici
palis, & sic dicti proclamatis, debet admitti, ut
per Mars.d.cons.74.nu.76.

Idem est etiam ex quo iudex debet ex officio
8 quærere defensiones † Rei absentis, tam de iure
communi.l.etsi non defendantur.ff de pœn.l.1.§.
fin.de quæst. quàm ex forma dicti statuti. in ver.
9 debet tanto magis admittere instructorem, † uel
informatorem de veritate.Mars.in locis præcita-
tis.Boss. in titu. An crimin.iudi.quis pos.pro abs.
interue.nume.8.Vbi dicit, quòd non obstantibus
quibuscunq; statutis, ipse semper admitteret ta-
lem instructorem, & informatorem.

Vel saltem ex se debet iudex ex officio suo fa-
cere.Cępol.cons.20.nu.11.& 54.nu.3. cum alias
10 teneatur in syndicatu.† Gram.d.cons.1.num.70.
Mars.in dictis locis sup.citatis. Laus Deo.

Battho.Bertaz.

Vide sup.cons.137.per tot.& cons.216.lit.b.
& cons.223.lit.b.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Persuadens, seu adhortans aliquem ut occidat inimicum, an possit teneri pœna principalis delinquentis, an potius extraordinariè sit plectendus?

Ét quid si occidendum venire nunciauit sicarijs, qui prius ab alijs intellexerant?

SVMMAE.

1 *Instigans, vel hortans non dicitur mandare.*
2 *Consulere dicitur qui verbo suadet.*
3 *Persuasio dicitur cum sit gratia eius cui sit mandatum, vel consilium.*
4 *Mandator nō dicitur qui verbis suadet, sed inflammator, & suasor.*
5 *Consilium in dubio magis quis præsumitur dedisse quā mandatum, ex quo mandatum durius obligat.*
6 *Præsumptionibus, & indicijs potest cognosci an principalis esset facturus delictum nec nè.*
7 *Consulens extraordinariè punitur, quādo principalis erat alias facturus delictum.*
8 *Auxiliator mitius punitur, quando per eius fauorem maleficium non est auctum.*
9 *Opem qui præstat in actu remoto à maleficio nō debet teneri eadē pœna quà principales delinquentes, quod procedit etiam stante statuto, numero 13.*

10 *Explorator qui obseruauit occidendum, & so-*
cijs nunciauit extraordinariè est plectendus.
11 *Reus potest suam confessionem declarare.*
12 *Confitens non potest facere id quod non est de-*
lictum delictum.
14 *Assassinium non potest dici quod non sit pecu-*
nia.
15 *Proclama, quod teneatur reuelare homicidas*
non comprehendit delinquentes ipsos.
16 *Carceratio longa, tortura, & alia minuunt pœ*
nam delinquenti.

CONSILIVM CCCIIII.

In Domino confido.

VISO processu criminali,& inquisitio-
ne formata contra Cæsarem Scanro-
num de Santo Felice, & omnibus ma
turè consideratis, arbitror nullã exta
re difficultatem quin liberandus sit à pœna mor-
tis,& tantummodo pœna extraordinaria veniat
plectendus.
Constat enim ex suis confessionibus, & ex pro
cessu ipso ꝙ interuenit tractatui facto de homi-
cidio committendo in personam D.Io.Pauli Po-
chintesti,& quod ne dum illi consensit,sed etiam
occisores persuasit,& hortatus est ad illum com-
mittendum,& quod ipse fuit explorator,in obser
uando D.Ioan. Paulum cum ad forum iret, ut id
postea occisoribus referet,& id fuit executus.sed
cum id eis retulisset, intellexit id eos præsciuisse
aliunde,cũ illum ipsi præuidissent. Hæc sunt quæ
in effectu ipse patrauit licet in inquisitione fue-
rint addita infinita alia falsa, & quæ nullibi con-
stant, & quæ ipse, licet ut ignarus deceptus con
fessus fuerit,de quibus inferius suo loco dicetur,
Posito igitur quod nihil aliud prẹter supra dedu-
cta in hoc malefacto gesserit iste delinquens, &
præsupposito etiam pro ut est probatum per plu-
res testes receptos ad defensam ipsius rei, quod
Albertus de Calciarijs principalis delinquẽs, &
alij principales iã statuerant occidere ipsum do-
minum Ioan.Paulum,& propterea ipse Albertus
iuerit ad Castrũ S.Felicis,ut inueniret consocios,
vindictaq; pertinebat ad ipsum,cum per illos de
Põchintestis fuisset occisus Hieronymus eius fra
ter, & vulneratus Alfonsus Lauãdarius, qui ẽt ut
principalis interuenit d.homicidio, versamur in
casu claro,quod ipse Cæsar non potest teneri ea-
dem pœna quà teneantur principales,sed mino-
ri,& extraordinaria, vt sup. Nã certum est, quod
ipse non tenetur de mãdato,quia qui instigat, uel
1 hortatur non dicitur mandare. † Bal. in l. ob hæc
verba.secundo no.prima colum. ff. de his qui no.
1 infam.& cõsulere dicitur qui uerbo suadet. † Bal.
in l.prima.nume.6.C.de ser.fug.& minus est con-
sulere quàm facere,minusq; quàm in facti execu
tione interesse.Bald.in l.data opera.col.13.nume
ro 79.C.qui accus. nõ pos.& dicitur persuasio cũ
3 fit gratia eius cui fit mandatum,uel consiliũ † Bar.
in l.non solum.§.si mandato. nu.2.& nu.15. ff.de
iniur. Et quod quando vnus iam deliberauerat
inimicũ occidere,alter assentiẽs, & quibuscunq;
verbis illum exhortans, vel persuadens non dica
4 tur mãdator,sed inflãmator,vel persuasor. † trad.
pulcherrimè.Ang.in suo famigeratissimo.cõs.22.
pro decis. prima col. vbi loquitur propriè quan-
do vindicta ad vnum pertinebat, & ipse iam sta-
tuerat inimicum occidere,quod talis inflãmans,
& persuadens teneatur tantum de auxilio, & fa-
uore. quam Ang. decisione sequitur August. de
Arim. in addit. ad Ang.in tracta. malefi. in verb.
Sempronium mandatorem.in prima addit.& in
22.q.Ias.in l.1.col.4.C.de seru.fugi.Corne.consi-
lio 57.3.colum.4.volum. Dec. in c.1. nu. 10.in fi.
de offic.deleg. Ruin.cons.6.nu.4.& 5.quinto vol.
Ludou.Carer.in sua pract.crimin.§.5.num.54.&
Boss.in suis var.tract.crim.in tit. mãdat. ad homi.
nu.63.quod optimè probatur ex tex.in c.sicut di-
gnum.citato per Ang.& alios,de hom.& hoc etiã
quod tenuit Ang.trad. quidam Alex. de Maggijs
inter consilia criminalia.2.vol.cons.54.nu.7. vbi
vtitur eisdem met rationibus. Ang.licet de eo nõ
meminerit. & in dubio magis est præsumendum
consiliũ quã mandatum,ex quo mandatũ durius
5 obligat. † Bal.in l.1.nu.10.Corn. d.cons.57. ter-
tia col. & Carer. d. §. 5. nume.57.& in cons.nulla
est difficultas quin sit distinguẽdum,an quis esset
alias facturus nec ne, quia consulens eo casu quo
alias esset delinquens id facturus sine eius consi-
lio non tenetur eadem pœna,sed mitiori.Bald.in
d.l.ob hæc verba.nu.3.in d.l.prima.nume.6.& in
d.l.data opera.numero 79.Sali.in l.vnica.3.q.nu-
mero 75.C.de rapto.Matthes. not.97. not. quod
is cuius cõs.Ias.in d.l.1.d.4. col. Felin.in d. c.sicut
dignum.num.7.& in c.primo.nu.octauo.& nono.
ubi etiam Dec.nu.9.de offic.deleg.Dec.num.4.&
Cagnol.nu.8.in l.consilij.de reg.iur. Boss.d.tit.de
mand. ad homi.nu.59. Dubitandum autem non
est,quia ex præsumptionib.& indicijs possit con-
stare an delinquẽs principalis esset alias facturus
nec ne,ut inter cætera Doct.in proposito ponde-
rant tria,quæ omnia concurrunt in casu nostro.
6 † primũ est, quando occisus erat inimicus capita
lis occidentis,ut in casu isto. secundum,quando
occidens menatus fuerat de occidẽdo inimicũ,
pro ut etiam in hoc processu per plures testes fuit
probatum, & uerisimiles erant minę. & tertiũ,qñ
iam ad occidendũ se prę parauerat.de his.n.trad.
Bal.Castr.& Ias.in d.l.1.Bal.in c.1.§.iniuria.nume
ro 18. de pac. iur. firm. Cępol.caut.39. vidimus
Dec.& Fely.in d.c.primo.Bal.in l.metum. in fi.C.
quod met.caus.Feli.in d.c.sicut dignum.num.12.
& Corn.d.cons.57.4.vol. Quod autem persuasor
cõsulens, vel alias instigans ad delictum debeat
tãtũmodo pęna extraordinaria puniri qñ cõstat,

vt in casu isto delinquentem fuisse alias facturũ. 7 † trad. Bal. num. 6. & Ias. col. quarta. in d. l. prima. Dec. in d. c. 1. num. 9. & d. l. consilij. num. 4. ubi et Cagnol. num. 9. & Alcia. in l. sepe. §. item dubitan dum. in verb. non potest. ff. de uerb. signifi. & hæc quo ad caput inquisitionis de mandato & consilio, seu persuasione.

Quò verò ad caput opis, vel auxilij pstiti maleficio per explorationem iam dictam, certum ẽt est ipsum non teneri ultra pœnam prædictam. primò, quia huiusmodi exploratio, vel actus reuelationis factę homicidiarijs de ipso D. Io. Paulo, quod forum uersus iuisset, nõ fuit causa ipsius delicti, cum ipsi occisores iam illum uidissent, & in insidijs essent, & omnia parassent ad facinus illud perpetrandum. & cum alias sine dicta reuelatione, & relatione essent facturi, & commissuri homicidium ipsum non potest alia pœna hic Cæsar teneri quã pecuniaria per ea, quæ supra adducta fuere, & propius ad casum istum per trad. per Ang. post Ioan. And. in l. is qui opem. num. 4. ff. de fur. ubi dicit, quòd ubicunque auxilium, & fauor est simplex, eo quod maleficium nõ est auctum, sed ita est executioni mandatum, sicut & si non interuenisset, tunc non punitur eadem pœna. 8 † quam decisionem sequitur Angel. de Arim. in addit. ad Angel. in d. tracta. in verb. Sempronium mandatorem. q. 22. & in uerb. & dicto maleficio semper astitit. in additio. magna super uerb. qua pœna. ubi dicit liberasse quendam a furca, & ita fuisse iudicatũ in hac ciuitate. & loquitur in longè fortiori casu, quod etiam tenet Ias. in consil. 137. num. 3. in quarto fundamento, primo uol. & Mars. in l. fi. nu. 35. ff. ad l. Cor. de sicar.

Secundò, & si ipsi alias non fuissent homicidium facturi sine huiusmodi exploratione, & relatione, qđ tamen falsum est, vt sup. attamen ipse tanquam opem prestans in actu remoto à maleficio non potest teneri eadem pœna qua tenerentur delinquentes. † sed mitiori, Bal. in l. vni. C. de 9 crim. pecul. in l. vni. C. de Nil. aggerib. nõ rumpẽ. Saly. in d. l. vnica. col. 6. nu. 31. C. de rapt. virgi. Cępol. consi. 27. num. 11. & cons. 34. nume. 17. & seq. Fely. d. cap. primo. nume. 13, vers. limita primo. & Dec. num. 12. de offic. deleg. & d. c. sicut dignum. prima limit. nume. 2. Mars. in cons. 24. num. 17. & 47. nume. 6. Gram. cons. 45. nu. 41. & Carer. in dicta sua pract. † 4. nume. 69. fortius uoluit Bald. in cons. 235. videamus. in 3. volum. quod consulens & associans ad homicidium mitius puniatur quã homicida, & in cõs. 492. dicitur quod certi. in primo volum. vbi distinguit gradus præstantis opẽ, & vult etiam percutientem, vel astantem mitius puniri. & quod ostendens delinquenti occidendum teneatur de ope, & facto simplici, trad. Bal. in d. l. ob hæc verba. nu. 4. & seq. Ias. in d. l. 1. col. 4. C. de seru. fugi. & in terminis terminãtibus in exploratore qui obseruauit occidendum, & retulit omnia delinquentibus etiam inscijs qui illum occiderunt. quod non teneatur pœna mortis sed 10 extraordinaria, & arbitraria † pulchre trad. Paris. in cons. 166. num. 11. & seq. 4. volum. quod sequitur. Blanc. in sua prac. crim. fol. 119. in §. postq̃ vidimus. nume. 1. in fi. & ex his constat nos versari in casu claro.

Nec obstat, quod ipse inquisitus respondendo inquisitioni confessus fuerit omnia, & singula vera fuisse, & esse, quia vltra quod fuit captus inquisitione, quia nunquam habuit animum confitẽdi nisi ea quæ confessus fuerit in suis constitutis, pro ut ipse medio eius specialis procuratoris decla-11 rauit, quæ declaratio fieri potuit † per trad. in l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. & per Alc. in tract. præsump. reg. 3. præsump. 35. numero 10. & etiam potuit reuocari confessio illa, ut per Anch. cons. 24. visa inquisitione secunda col. & Paris. de Put. in tract. syndica. in verb. tortura. in §. quidam fuit tortus. ad fi. Brun. in tract. de indic. & tortur. sexta quæst. secundæ par. principalis. num. 20. & Mars. in l. prima. §. si quis vltro. nu. 61. ff. de quæstio. Confessio ipsa non est attendenda. quia ex quo ipsi occisores erant alias facturi non põt dici dedisse mãdatum, vel auxilium ipsis, sed tantum consilium, & persuasionem, ut trad. Bart. in consilio 165. in quæst. nume. 3. & Clarius comprobat. Ang. in d. cons. 22. ad fi. vbi reus confessus fuerat, vt hic, omnia, & singula contenta in inquisitione esse vera. Idem quando confessio est iuri cõtraria in his terminis trad. Paris. d. cons. 166. num. 12. nã non potest confitens facere illud quod nõ est de-12 lictum, † uel quod est vnius speciei esse alterius. Craue. cons. 29. nume. 2.

Quæ autem dicta sunt de opem præstante maleficio non in ipso actu homicidij seu delicti, qui causam immediatam ipsi homicidio dederit, qđ non teneatur auxiliator, vel opẽ præstans nisi pœna extraordinaria, vel arbitraria mitiori, procedunt etiam statuto puniente præstantem opẽ, vel auxilium delicto ea pœna, qua punitur principa-13 lis † delinquens, cum illud statutum secundũ ius commune veniat interpretandum, & intelligendum de eo quĩ præstitit talem opem immediatã maleficio, ex qua maleficium fuerit sequutum, ut not. declarat Salic. in d. l. vni. C. de rapt. virg. columna 8. nũ. 31. in fi. sequitur Cępol. d. cons. 27. numero 9. & 15. Mars. in l. eiusdẽ. nu 4. ff. ad l. Corn. de sicar. in l. is qui cum telo. nu. 8. C. eo tit. in singulari stat. & in cons. 24. nu. 15. 39. num. 49. & 43. nu. 35. & Carer. d. §. 4. nu. 69.

Illud etiam nolo omittere in hac causa, quod licet fuerit dictum in inquisitione, quod delictũ hoc per assassinos seu assassinamentum fuerit cõmissum sicut etiã plura alia fuerunt deducta, quæ non cõstat alicubi vera fuisse, cum tamen nullibi appareat indiciũ aliquod, quod interuenerit pe-14 cunia aliqua non potest dici assassinium. † iuxta trad. per Archid. Io. Andr. & alios in c. 1. de homi. in sexto cum alijs latè trad. per Paris. d. cons. 1 ibid. nume. 3. sed non est mirum si hæc addita fuere, quia isti pauperes carcerati fuerunt etiã inquisiti de his

de his ad quæ teneri non possunt, & maximè, quæ non reuelauerunt homicidas ipsos, quo casu tenerentur ad illam pœnam qua, & ipsi tenentur, cũ certum sit, ipsos non ligari dicto proclamate, quod non comprehendit ipsos met delinquentes, nisi
15 quatenus ipsi uoluissent præmiũ consequi, † iuxt. trad. per Doct. in l. 4. §. primo. vbi la s. ff. condit. ob turp. cauf. & Bar. Roma. & Igne. in l. 3. §. si ex stipulatu. nume. 27. ff. de senat. consult. Silla. & Saly. in l. ea quidem. in fi. prin. num. 36. C. de accusat. nam nemo tenetur se prodere maximè, quando est de lictum occultum. glo. in verb. publicè. in cap. 11. quinta q. 1. & in processu multum rigorosum fuit contra eos ut ex eius lectura constat.

Postremò vnum etiam addam, quòd cum hic carceratus valde, & diu passus fuerit, & carcere, & tortura, & compedibus, & alijs similibus cruciatibus in irrogando pœnam arbitrariam horũ
16 omnium habenda est ratio, † vt minor imponatur, ut latè trad. Tiraquel. in trac. de pœ. cauf. 41. Quæ autem hic desunt, cum plura his omiserim scienter ne nimis grauentur magnifici Iudices, dicentur in allegationibus pro alio Cæsare Calciario, sicut hæc scripta ad fauorem huius scauroni erunt etiam cõmunia defensioni ipsius Calciarij. Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

Arbitraria pœna fuit imposita, & extraordinaria, sed illa fuit grauissima, nã ad triremes fuit condemnatus Scauronus.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Auxilium præstans alicui maleficio, an possit teneri eadem pœna qua principalis, an extraordinaria.

Et quid si illud auxiliũ fuit simplex, & delinquentes sine eo erant facturi delictum.

SVMMAE.

1 *Nuncians, vel reuelans aliquem delinquenti præscienti, non dicitur auxilium dare.*

2 *Delictum quando non augetur per auxilium dicitur simplex auxilium.*

3 *Auxilium ad hoc, vt puniatur ordinariè debet esse tale quod dederit causam morti.*

4 *Consilium præstans cum auxilio an debeat puniri pœna principalis sui, si illud fuit simplex.*

5 *Mala fama facit indicium contra delinquentem.*

6 *Delicta in alijs locis commissa non debent alterare iuris dispositionem, maximè si in alijs locis fuit punitus, vel grauatus.*

7 *Delicta commissa alibi quàm in territorio suo an possint de iure puniri.*

CONSILIVM CCCV.

In Domino confido.

FVNDAMENTA alias constructa ad fauorem huius miseri Scauroni nõ sunt sublata per adducta subtiliter in dubijs pro parte curiæ, namq; primo quo ad primum de auxilio immediato præstito maleficio, quod ueniat puniendus eadem pœna qua principalis punitur, Carer. in sua prax. §. 4. nume. 7. cum alijs de quibus in dubijs, in casu isto procedere non potest, tum quia non fuit auxiliũ, tum quia non fuit immediatum. quod non fuerit auxilium saltem cooperatiuum ad delictum, sed simplex satis aperte constat, quia occisores erant alias facturi, & comissuri dictum maleficium, etiã quod ipse non explorasset, & eis reuelasset dominum Ioan. Paulum forum versus iuisse. cum & ipsi illũ prius uidissent, & iam in insidijs se parassent, quo casu impossibile est, quod ipse auxiliũ aliqđ
1 delicto omnino committendo dederit. † quo fit ut decis. Ang. in tract. malef. in l. is qui opem. nu. 4. ff. de furt. Aug. de Arim. in addit. ad Ang. in tract. malef. in verb. Sempronium mandatorem. q. 22. & in verb. dicto malef. semper astitit. in addit. magna, qui dicit liberasse à furca in hac ciuitate socium qui stabat in excubijs ne fures furãtes caperentur ex quo alij consocij ita sine eo fecissent illud furtum, cum etiam allj socij stetissent cum eo super via explorantes an aliqui illuc accederent. & quando delictum propter tale auxilium nõ est auctum dicitur simplex auxilium, & non punitur
2 eadem pœna, † ut per eos ibi, & per la s. allegator. cons. 37. quarto fundamento. nu. 3. primo vol. & Mars. in l. fin. num. 35. ff. ad l. Corn. de sicar. Debet enim auxiliũ esse tale, quod dederit causam morti, ut puniatur pœna quã principalis debet puniri.
3 † Mars. cons. 14. nu. 17. & 43. nu. 46. Quo modo non fuerit immediatum, sed remotum ab actu maleficij trad. Bald. ad propositum loquens in eo qui delinquenti ostendit occidẽdum. in l. ob hæc verba. nu. 4. ff. de his qui not. infam. sequitur las. in l. prima. col. 4. C. de ser. fugi. & in terminis cõprobat hæc Paris. cons. allegat. 86. num. 16. & seqũ quarto. & sequitur Blanc. in loco alias citato allegato.

Non obstant modo adducta per Carer. in loco prædicto, quia loquitur quando auxilium nõ fuit nudum, & simplex, & non in actu remoto, & mediato, & videri potest, in locis per eum citatis in quibus Doct. loquuntur in casibus a nostro diuer sis, ut in casu Cepol. in quo ille consocius semper astitit homicidio, & verbis fictis retinuit occiden

dum

dum quousq; superuenerit occisor qui illũ à parte posteriori percutiens proditoriè occidit. In casu Capic.decis. 155.nume. 14. vltra mandatũ datum ille Marcus conduxit ad insidias occidẽdũ, & si videantur alia consilia. Cępol.praeter 34.primo loco citatũ per Carer. quae ipse illic adducit, vtiqne constabit, quod alijs in casibus diuersis loquuntur, & potius faciunt pro hac parte q̃ cõtra, & praesertim consilium. 27.in secundo dub.nu.2. vbi dicit, quod quando propter auxiliũ nõ augetur delictum, ut in casu isto dicitur simplex, & nudum, & non potest puniri eadem poena. & cum Doct. citati loquantur in auxilio praestito in ipso maleficio non tamen necessario, sed superfluo, & concludant auxiliantem, vel opem praestantem non teneri eadem poena, quanto minus debẽt teneri Scauronus iste qui superfluam fecit, & nõ necessariam reuelationem, & nunciationem occisoribus scientibus prius aliunde id quod ipse eis referebat, vt non omittã, quod tex. allegati per Carer. & alios in c.si viduam. prima distin. & in c.de caetero.de homi.loquuntur quo ad irregularitatẽ incurrendam non quo ad poenam corporalẽ infligendam.inter quos casus non leuis est differentia, vt in c.sicut dignum. vbi Felyn.numero nono. de homicid.

Secundum dubium, quod teneatur eadem pęna propter consilium iunctum cum auxilio, † ut per Carer.in §.quinto. num. 171. Dec.in c.primo. de offic. deleg. Bart.in l.non solum.§.si mandato. ff.de iniur.nu. 17.cum alijs de quibus in dubijs, & maximè cũ simus in delicto atroci. Fely.in c.sicut dignum.praeallegato prima Fallen.nu.8. & maximè etiam accedente mala fama, & consuetudine

5 delinquendi † huius rei tollitur etiam modico negotio cum in prioribus allegationibus satis, & super comprobatum fuerit non teneri eadem pęna ex quo consilium fuit datum alias facturo, per consilium pulcherrimum Ang. 22. & per tot alia quae illic citata fuere quae uideri possunt, nec Carer. vel Dec.seu alij in dubijs citati volunt, q̃d qui non tenetur propter consilium eadem poena, uel propter auxilium nudum, & simplex teneatur si vtrunq; adhibuit simul pęna eadem qua tenetur principalis, namq; hoc nõ esset iuridicum. sed illud procedit, ut per Carer. ibi, quia in praestante opem nõ fit distinctio an esset facturus nec ne, q̃d fit in consulẽte, nec Dec.aliter dicit, vel alij quos viderim, ut in terminis fortioribus est consilium. Cępol.praeallegatum 27.vbi fuit datum consiliũ, & fortè non alias facturis, quod irent ad occidendum, & postea auxilium in sepeliendo cadauer, & tamen decisiue consuluit eadem poena mortis non esse afficiendum consulentem, & auxiliãtem. Dictum autem Bar.in d.num. 17. licet non loquatur in casu nostro simili, tamen reprobatur dũ firmat etiam in delictis non esse distinguendum, si fuerit datum consilium alias facturo, uel non, ut ex allegatis in prioribus allegationibus constat. Quod nõ simus in atrocissimis quo casu loquitur limit. Feli. apparet ex trad. per Dec. ibi qui illam limitationem, quam etiam non approbat, sed reprobat. Felin. ibi defendit nume. 9. & in l.consilij. nu. 5. de reg. iur. cum homicidium non qualificatum non sit crimen atrocissimum, & in eo habet locum illa distinctio, an esset facturus nec nè, mala autem, & delicta alibi cõmissa pro quibus, uel fuit punitus, uel gratiatus non debent alterare iu-

6 ris dispositionem † iuxta trad. per Aret. in c.cum non ab homine. vltimo not. de iudi. & tanto magis cum non versemur in q.illa. quod pro tot furtis, uel delictis quis puniatur ad mortem. quo casu dubium esset an talia delicta alibi commissa,

7 venirent considerãda † in quo etiam multi tenuerunt contrarinm, vt per Aug. in addit. ad Ang. de Aret. in verb. existens Florentiae. in prima addit. & in verb. & uestem cęlestrem abstulit. col. 6. in vers. quaero si alias esset dicendum, qnod posset puniri hic de illis delictis, quod iuri consonum nõ videtur, Mars. in pluribus locis, & maximè in pract. in §.constante. numero 90. & Rolan. à Val. cons. 19. nume. 8. 2. volum. & Alcia. in cons. 13. in prin. lib. 7. vbi nu. 3. dicit inquisitum in alio loco non posse vlterius molestari, & ita (ni fallor) sopita, & penitus euacuata sunt dubia, & clara apparet conclusio, non posse eum puniri alia poena quàm extraordinaria. Laus Deo Opt. Max.

ARGVMENTVM.

Disputatur, an qui astitit homicidio cũ armis mereatur puniri ad triremes.

SVMMAE.

1 *Rixae assistens qui prius ad rixam associauerat meretur triremes.*

2 *Humilis conditionis non dicitur qui natus est honestis parentibus, licet pauper sit.*

3 *Fama mala in quibus casibus efficiat aliquem puniri maiori poena.*

4 *Poena triremium parum distat à pęna mortis.*

5 *Poena est minoranda diu carcerato, & torto.*

CONSILIVM CCCVI.

In Domino confido.

CONSILIVM Gramm. 39. in fi. nihil officit huic pauperi Scaurono, vt propter illam declarationem, uel exemplum illius debeat arbitrari per magnificam Curiam ipsum extraordinariè puniendum ad pęnam triremium etiam specialem condemnari,

demnari propter malam famam ipsius carcerati, & perpetrationem aliorum delictorũ pro quibus hic condemnari, vel puniri non poteſt ex pluribus.

1 Primò, quia in caſu illo ille Andreas † aſtiterat cũ armis homicidio adeò, quod poterat eſſe dubium, an etiam teneretur maiori pęna ex quo homicidam aſſociauit ad rixandum cum occiſo, & ſtetit cum eo illic armatus ut in prin.illius cõſilij.cum in caſu iſto, Cęſar iſte Scauronus nõ inter uenerit homicidio, ſed ſolum nunciauit ſcientib. motum occiſi, ut in proceſſu.cum igitur delictum illud ab hoc nimis diſtet ſecundum illud exemplum minimè iudicandum eſt, quia ex diuerſis non infertur.l.fi.ff.de calum.cum vulga.vltra vulgarem regulam exemplis non eſſe iudicandum. l.nemo iudex.C.de ſenten.

2 Secũdò, in caſu illo nedum ille Andreas erat non integræ famæ, ſed etiam humilis † conditionis, ut in fi.dicti conſilij.at hic Cæſar natus ingenuis parentibus, etiam ſi eſſet pauper nõ ꝓpterea diceretur humilis conditionis.l.humilẽ.C.de inceſt.& inut.nup.& quando quis eſt humilis, ut puta ſeruus, conſilium illud Neapol. propter plurium delictorum reiterationem, quandoq; condemnauit delinquẽtem ad triremes ad tempus, ſecus in alijs, quia id nunquam fuit practicatum, nec obtentum, ut ultra pœnam ordinariã delinquentes teneantur, ut trad.idem Gram.decif.16. numero ſexto.

3 Tertiò, quòd mala fama propter alia delicta non poſſit hoc operari cõſtat ex traditis per Boſſ. in tit.de inquiſitio. numero 30. ubi loquendo in eo ſenatu, † quod principis locum tenet, dicit illud fuiſſe ſolitum propter malam famam delinquentis illum maiori pœna plectere in duobus tantum caſibus, quando eſt confeſſus, uel conuictus de aliquo crimine, pro quo per ſummum ius venit imponenda talis pęna, licet alias ex eo delicto non impoſuiſſet, uel quando argueretur de grauiſſimis delictis, quæ in tortura ſibi illata propter magna indicia valde urgẽtia negauerat, q̃ a his caſibus quandoq; in exilium, & quãdoq; ad triremes miſſi fuerunt delinquentes non autem extra illos, & tanto minus debet hoc cadere in mentem magnificæ Curiæ, cum pœna hæc parũ

4 diſtet à pęna mortis, † & ab ea multum debet tẽperare iudex quando aliam imponere poteſt, ut ex Bald.trad.Craue.cõſ.18.nu.18.

5 Quartò, in caſu illius conſilij Gram.ille delinquens non fuerat paſſus tot, & tam magna, ut hic miſer paſſus fuit, & reſpectu torturæ immoderatæ, & diutinæ, ut hic per biennium carcerationis, † quo caſu minoranda uenit pœna non alteranda, Tiraquell.alias citatus in tract.de pęn.4. cauſa. ut non ommittam, quod in caſu illius cõſilij fuerat primo reus condemnatus ad triremes per ſeptennium, & fuit abreuiatum per trienniũ, quia ſi ita non fuiſſet iudicatum, fortè etiam ille delinquens a d triremes nõ fuiſſet condemnatus, & fortè propter honorem priorum iudicum non fuit reuocata ſententia pro toto tpe, ſed quicq d ſit nos ex tot alijs ſupra deductis verſamur in caſu claro, ut nullo modo hac pœna puniri poſſit.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho.Bertaz.

Fuit autem condemnatus ad triremes ibi què obijt. uid. Rim. Iun. conſ.245.ubi plura de pœna minuenda.

Claud.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Ad ſui neceſſariam defenſionem quis poteſt aggreſſorem vulnerare ſine metu incurſionis pœnæ.

SVMMAE.

1 *Satisfactionem tenemur dare ei cuius honori, vel famæ aliquid detraxerimus.*

2 *Verba prouocatoria oſtendunt quis fuerit aggreſſor.*

3 *Inſultatus cenſetur ille qui recuſat, & refugit rixam.*

4 *Aggreſſor putatur is qui primus euaginat enſem, & ponit manus ad arma.*

5 *Inſultus probatur per admenationem enſis denudati.*

6 *Aggreſſor probatur is qui melius eſt armatus, & fortis, & alter erat minus fortis, & aptus ad digladiandum veluti infirmus.nu.7.*

8 *Prouocatus quidquid facit, ad ſui neceſſariam defenſam facere cenſetur.*

9 *Aggreſſorem cum armis contra ſe venientem licet occidere, & vulnerare, nec ad eius vulnerati damna tenetur.nu.10.*

CONSILIVM CCCVII.

In Domino confido.

ALEXANDER Thuratus de Comaclo proculdubio venit abſoluendus ab inquiſitione contra cum formata, & liberandus ab eius detẽtione, cum vulnerauerit Leandrum del Pepola ad ſui neceſſariam defenſionem, & ne vulneraretur, vel occideretur ab eo, ut eſt probatum in proceſſu. Nam omnes teſtes concludunt, quod ipſe Alex. acceſſit ad dictum Leandrum exiſtentem ſub lodia Comacli, & ipſum ſępe interrogaſſe, an verum eſſet quòd male dixiſſet, & obloquutus fuiſſet de eo,

quod

quod ipse Leander nunquam voluit fateri, vel ne
gare, sed semper respondit se nescire quid dice-
ret. & tādem cum ipse Alexan. non acquiesceret
huic responsioni, sed perseueraret in illum inter-
rogando, vt quid certi responderet, ille prouoca-
uit, & verbis, & factis dictum Alexandrum ad ri-
xam, quo casu ipse Leander non Alex. fuit auctor
rixæ, & prouocator. cum .n. causa honoris sui cō-
seruandi ipse Alex. dictum Leādrum interrogas-
set, non vt rixaret cum illo, & potuisset ac debuis-
set Leander satisfacere interroganti vnico verbo
negādo se ea verba protulisse, q̧a negatione eius
honori fuisset satisfactum. vel quatenus ea verba
2 protulisset dando etiam verbis [a] conuenientem
1 satisfactionem iniuriato, vt quisque tenetur † qui
alicuius honori, vel famæ detraxerit, vt per Io-
doc. Damhoude. in sua pract. crim c. 136. num. 1.
sum. Angeli. in 76. iniuria. nume. 6. & Io. Bernard.
Dia. in pract. crim canon. c. lx. ad fin. proculdu-
bio nulla erat futura rixa inter eos. ex quo itaque
ipse Leander potius voluit rixari cum Alexandro
& verbis illum & factis prouocare, sibi est impu-
tandum, cum ea omnia quæ fecerit ipse Alexan.
ad suam necessariam defensationē facta censean
tur primò .n. ipse Leander prouocauit verbis ad
rixam Alexandrum dicendo eidem, vt deponūt
primus Testis curię & tertius, quod deberet eua-
ginare suū ensem si volebat cum eo rixari. & idē
dicunt tertius, septimus, octaus, & nonus, exami
nati ad defensam ipsius Alexandri. & alioqui e-
tiam deponunt ipsum Alexandrum recusasse vel-
le dimicare cum eo, & protestatus fuit quod ea
de causa illuc non accesserat, vt digladiaretur cū
eo, presertim primus testis ipsius Alexandri, qui
deponit eum dixisse, (*Io non sono venuto per far que-
stione*) & quod bis idem repetijt. Idem depo-
nit secundus, addens quod (iudicio suo habebat
modicam voluntatem rixandi, quia erat inuolu-
tus in pallio, & non parabat ensem vt euaginaret
illum licet iam Leander suum euaginasset. Secun
dus dicit, quod cum fuisset prouocatus ab eo ad
euaginandum respondit Leander (*andate a far li
fatti vostri, che non hò da far niente con voi*) Sextus
dicit quod bis respondit, quod nolebat euagi-
nare suum ensem. Et Leander replicauit, (*Io te fa-
rò ben mettere mano*) & euaginato suo ense fricuit
ensem super pallio, vel ad pallium Alexandri
in quo erat inuolutus. Septimus, & vltimus dicit
quòd Alexander respondit, (*Io non son venuto per
far questione*) & erat similiter inuolutus in pallio,
ex his igitur apertis constat, quòd Leander fuit
prouocator, & auctor rixæ propter verba pro-
2 uocatoria, † quæ ostēdunt ipsum fuisse aggressorē
Cępol. cons. 29. nu. 7. vers. 1. quia. Carer. infra ci
tandus in §. 6. nu. 141. Et quādo alter reuocat, &
refugit rixam censetur insultatus nō prouocatus
3 vel aggressor † vt per Cępol. consi. 28. nu. 11. vers.
3. quia. & d. 29. nu. 7. versic. & quia. & nu. 9. 1. vers.
Alna. in tract. pręsump. regulę 3. pręsumpt. 39. nu.
12. & Carer. in pract. crim. §. 6. nu. 144. & 145. Sed
& vlterius ne dum ipse Leander prouocauit Ale-
xandrum verbis, sed factis euaginando ensem
contra eum antequam ipse Alex. suum euagina-
ret, vt deponunt tertius, & sextus, testes curię tres,
primi quatuor, & tres vlti. septimus, octaus, & no-
nus examinati ad defensam. nec dubium est quin
primus euaginans, & ponens manum ad arma
4 dicatur aggressor † Cępol. d. consil. 28. nu. 9. Io. de
Amici. consi. 23. nu. 1. Franc. de Aluaro. in primo
vol. consil. crim. primo impressorum consilio 74.
nume. 29. Blanc. in sua pract. crimi. paragra tertia
pars. nume. 16. Quinimo multi ex dictis testibus
deponunt, quod etiam ipse Leander cum ense ad
menauit contra eum cum ense denudato ad fa-
ciem. unde tanto magis probatur aggressio. & in-
5 sultus † Io. de Ami. d. cons. 23. nu. 1. Fran. Aluaro.
d. nu. 29. Gram. consil. 29. nume. 8. Carer. in d. §. 6.
nu. 140. & Bero. cons. 173. nu. 25. & 26. 3. uolum.
Præter has probationes cōludētes, cōcurrunt ēt
duæ validæ pręsumptiones quas in hac materia
considerāt docto. Altera est, quod dictus Leāder
6 erat melius armatus † cū haberēt loricā, & mani
cas maliæ, & galeam in capite siue zucolum
(quem vocant) vt deponunt secundus testis ip-
sius rei, & sextus, qui commodauit sero pręcedē-
ti manicas ipsi Leandro, vt per Cępol. d. consilio
29. nu. 16. versi. octauo, est qualitas. Io. de amic.
d. consilio nu. 13. Alcia. de pręsump. num. 10. Ca-
rer. d. §. 6. nu. 143. Aluar. d. cōs. 79. nu. 9. & Craue.
cons. 119. nu. 9. Altera & secūda est, quod dictus
Alex. erat minus fortis, & aptus ad degladiandū
7 † cum adbuc non esset sanus, & validus ex vulne-
re sibi illato paucis diebus ante in crure, qua in-
firmitate audio adhuc illum laborare. Alcia. dict.
pręsump. nu. 10. & Carer. in d. §. 6. nu. 147.

Præsupposito itaque quod dictus Leāder fue-
rit prouocator, & aggressor, dubium nō est quin
præsumatur Alex. ad sui necessariā defensionē ip
* sum Leādrū s͠m communem * Doct. sententiam
8 † quam tenet Alberi. in l. 1. nume. 11. C. vnde vi
Alex. cons. 109. visis col. 3. in primo Cępol. in cōs.
28. num. 7. & 9. & cons. seq. nu. 9. Io. de Ami. cons.
23. nu. 7. Mars. cons. 4. nu. 14. Gram. d. cons. 29. nu.
12. & Aluar. d. 74. nu. 42. Et ipsum Leandrum ag-
gressorem licuisse ad sui necessariam defensionē
9 ne dum vulnerare, sed occidere. † cap. dilecto in
prin. de senten. excom. in 6. & c. significasti il 2.
de homic. & l. vt vim. vbi omnes ff. de Iust. & iur.
Mars. latè in l. 1. nu. 28. & seq. ff. ad l. Corn. de sicar.
Pet. Caleph. in cons. 88. nu. 2. secundo vol. dicto.
consiliorum crim. primo impressorum. & Clar. in
sua pract. crimi. in §. homicidium vers. excusatur
autem homicida. Et satis est si quis aliquem con
tra se cum armis veniētem vulneret, vel occidat.
cum non debeat expectare prius percuti ab eo.
Bar. in l. si ex plagis §. tabernarius ff. ad leg. Aquil.
Corn. consi. 107. 3. col. 1. vol. 133. 3. col. in 3. de
quo per Boss. in tit. de homicid. nume. 83. & 84. &
Clar. in d. §. homicidium vers. idemque. Conclu-
do itaque probatum esse defensionem necessa-
riam

riam dicti Alexandri, & per consequens eum absoluendum, & liberandum esse vt supra.

Et cum ad necessariam suam defensionem vulnerauerit dictum Leandrum certum est, quod et ipse Alexander non tenetur ad soluendum expẽsas factas in curãdo ipsum Leandrum, uel aliqua eius damna, cum facto, & culpa sui fuerit vulne-
10 ratus, † vt in terminis trad. Craue. d. consi. 119. num. 7. & sequen. & maxime, num. 11. & Plot. in l. si quando. nu. 700. C. vnde vi.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

Non fuit prorsus immunis a pœna iste inquisitus, quæ vero fuerit imposita ignoramus.

Clau. Bertaz.

ADDITIONES.

a Hoc est reuocando iniuriam, quæ tamen reuocatio videtur non posse fieri, quia in uerbis prolatis non est locus pœnitentiæ. Bal. in l. quidam elogio. 2. col. uersic. tertio casu. C. de iure delib. & quòd non possit fieri reuocatio verborum iniuriosorũ tenet Saly. in l. si non conuicij. 2. col. C. de iniur. & sequitur Fely. in c. cum te. 4. col. nu. 8. de re iudi. & fuit decisum in capella Tholos. vt in decisi. 409. Item Titius. ubi alij allegantur. Et hæc uidetur verior opinio licet multi teneant contrarium, quos allegat Cagnol. in l. quicquid calore. nu. 14. ff. de reg. iur.

Sed quatenus verior esset contraria opinio requirũt nostri, vt reuocatio fiat voce in eo loco ubi uerba fuere prolata. Ita declarat Sal. in d. l. si non conuicij. 2. col. vbi dicit talem reuocationem fieri debere palàm si iniuriam inferens palàm verba protulit. sequitur Steph. Aufr. in addit. ad dictam decisionem Tholos. 409. & hoc idem videtur sentire Hispanus in pract. crim. c. 60. ad fi. & hoc modo fieri reuocationem docet Thom. Ferrat. cau. sua 29. & sequitur Cagnol. d. nu. 14.

Requirunt prætereà quòd fiat incontinenti antequã iniuriam inferens recedat a loco iniuriæ, ut per Ferrat. d. cau. & per Cagnol. d. l. quicquid calore. num. 19. licet Luc. de pen. quem allegat, & sequitur Dec. in d. l. quicquid calore. in fi. tenuerit sufficere reuocationem fieri intra 30. dies à die illatæ iniuriæ computandos, contra quod tenet Cagnol. in d. l. quicquid. num. 16. ubi tenet num. 14. quòd reuocatio & pœnitentia admittitur usq; ad litis contestationem tantum, quo tempore ius iniuriantii irreuocabiliter quæritur. l. iniuriarum actio. la secunda. ff de iniuriis. Et pro hac opinione optime facit, quia licet iniuria tollatur dissimulatione. l. non solum. §. 1. ff. de iniur. & Instit. de iniur. §. fi. ubi not. quòd per comessationẽ factam cum iniuriante tollitur iniuria, & censetur remissa, ut trad. etiam Bonif. d. c. de iniur. col. fi. tamen producto libello per iniuriatum non tollitur etiã talibus actibus actio iniuriarum, vt est decis. cape. Tholos. in q. 233. Item iniuria.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Forensis transiẽs de territorio suo ad aliud territorium, vt deinde ad suum reuerteretur, an teneatur de delatione archibusij longi, stante banno prohibente delationem armorum?

SVMMAE.

1 *Armorum delatio de iure communi est licita in itinere.*
2 *Quod procedit etiam in archibusijs de consuetudine.*
3 *Forensis est, qui est alterius fori.*
4 *Archibusij longi sunt minus prohibiti quàm breues.*
5 *Armorum delationis prohibitio restringitur ex causa propriæ defensionis.*
6 *Verba proclamatis si non conueniunt, nec conuenit dispositio.*
7 *Præsupposito cessante cessat etiam dispositio.*
8 *Campana si non audiatur, vel non pulsetur in loco vbi arma deferuntur, quis non potest teneri proclamate imponente pœnam eunti post campanam sine lumine.*
9 *Forensis præsumitur ignorare proclamata & statuta alterius territorij.*
10 *Forensis non ligatur proclamate magnam pœnam imponente.*
11 *Culpa lata non sufficit ad incurrendum pœnam corporalem.*
12 *Dolus exigitur ob uerba (audeat, uel præsumat)*
13 *Dolus non præsumitur.*
14 *Et ob quamlibet iniustam causam excusatur.*

CONSILIVM CCCVIII.

In Domino confido.

ANTONIVS Morescecus Seruitor magnifici D. Annibalis captus ob delationem Archibusij a rota, quem detulit veniens ad villam Veraticæ territorij Ferrarien. a villa Felonicæ agri, & districtus Mantuæ, & rediens domum in itinere deprehensus fuit, debet absolui, & liberari a carceribus, cum nec de iure communi, nec ex forma proclamatis armorum delationem prohibentis forensis viator prohibeatur talia arma deferre. de iure communi probatur in genere de delatione
1 licita armorum † in l. 1. ff. ad l. Iul. de vi publ. & in c. j. §. mercatores. de pace tenen. & eius violato. quod præsupponit Gram. consi. 43. num. 3. in fin. & firmant Pet. Plaz. in suo epito. delicto. lib. 1. c. 8. nu. 13. Menoch. lib. 2. de arbitr. iud. centur. quarta. casu 394. num. 58. & sequen. & in terminis in
2 istis archibusijs † a rota, in cons. 74. nu. 19. Quod, & de consuetudine seruari trad. Mars. in cõs. 103. num. 30. Blanc. in pract. crim. §. fi. q. 82. in verb. statutum vj. versi. item quæro.

Quod

Quod modo ex verbis proclamatis non prohibeatur, apparet in primo cap. eiusdem in versi. *eccetuando però li forastieri viandanti, quali si conoscesse manifestamente, che passassero per transito &c.* hi enim forenses in trasitu possunt arma hæc deferre, & in proposito hic captus est forensis cum sit Mantuanus illic in territorio habitans, vt deponunt duo testes ad eius defensam examinati. forensis enim
3 est, qui est alterius fori, † c. si clericus laicum de for. compet. Alex. consi. 34. visis. 2. col. 5. volum. & Dec. consi. 550. num. 8. & 661. num. 5. Quod autem iuerit per transitum ambigendum etiam nô est, cum id affirment dicti duo testes examinati, fuerat enim missus ex villa Fellonicæ agro Mantuano, ad dictam villam territorij Ferrariæ a domino suo ad emendum Piscem, & eo empto domum redibat cum eo, & transitum faciens per locum in quo fuit captus repertus ab executoribus detentus, & subinde carceratus fuit, quod (iudicio meo) est contra formam expressam ipsius ꝓclamatis, admittentis forenses viatores transire per hoc territorium cum dictis armis, prout etiã semper vidi ita seruari in forensibus, transeuntibus, & venientibus in hoc territorium. Et cuius archibusij delatio tanto magis erat licita, ex quo
4 erat longus, † non breuis, & sic minus periculosus, & prohibitus, vt ad propositum scribit Ceph. consi. 204. num. 36. & seq.

Quod tanto magis debuit licere dicto Antonio, cum iret per loca in quibus frequentare solẽt banniti, vt notissimum est, quorum causa iustè arma deferri possunt. August. de Arim. in addit. ad Ang. in tract. malefic. in verb. vno stocho ferreo, in versicu. quæro statutum. 2. col. ex causa enim propriæ defensionis restringitur prohibitio dela
5 tionis † armorum, Seueri. in l. omnes populi. nu. 213. ff. de iust. & iur. & Iacob. Boulenc. in repet. l. capitalium. §. famosos. nu. 133. ff. de pœn. & Mars. in dicto consi. 103. num. 36. vbi fortius voluit nô posse prohiberi delationem armorum ad defensam per loca periculosa.

Nec dicatur, quod dictum proclama admittat forenses viatores deferentes arma prædicta modo illa præsentent officialibus, vt in ipso proclamate, vel relinquant ad portam, quia dispositio illa non potest in hoc casu locum sibi vendicare, cum dictus Antonius non venerit Ferrariam, vel ad locum aliquem vbi essent officiales, vel portæ, vel Capitaneus Militiarum, & etiam ipse ab aliquo non fuit admonitus ad dictum sclopum præsentandum, sed parum in loco se firmauit, & accepto pisce recessit, vt deponunt testes prædicti adeo quod semper fuit in itinere, quo casu non loquitur proclama, & cum verba huic casui
6 non conueniant, † nec eius conuenit dispositio. l. 4. §. toties. ff. de dam. infec. ubi Alexan. Felyn. latè in cap. nonnulli. num. 31. versic. vbi verba de rescrip. & Mars. sing. 339. cum non conueniunt, sicut etiam cum proclama præsupponat extare in loco hos officiales, quibus archibusij sunt præsen
7 tandi, si non verificatur præsuppositum † cessat etiam dispositio & pœna illius. glo. in l. mancipia. ubi Doct. C. de ser. fug. Roma. sing. 495. statutum, & illic in addit. noui. s. Feli. loco præallegato, vers. amplia ista. & Mars. in dicto sing. 339. Quibus cõcinit, quod trad. Doct. in illa q. quando statutum imponit pœnam dupli eunti post campanam
8 † sine lumine, vel aliter post eius pulsationem delinquenti, quod in locis vbi non pulsatur, uel auditur pœna non potest locum habere. Bart. & alij in l. prima. §. hoc senatuscons. & illic Igne. nu. 10. & 11. ac sequ. ff. ad senatuscons. Sillania. & Bal. in l. si. C. de his quibus vt indig. & vulgatissimũ est, dispositionem pœnalem strictè esse interpretandam. l. factum. §. in pœnalibus. ff. de reg. iur. cum vulgar.

Cæterum, & si proclama ipsum potuisset locũ aliquo modo habere in dicto Antonio ob non præsentationem sclopi, tamen excusaretur propter ignorantiam proclamatis ipsius, ex quo est
9 forensis, † qui præsumitur ignorare statuta, & ꝓclamata huius ciuitatis. Ias. in consi. 53. colum. 5. versic. quinto facit. 3. vol. Paris. consi. 170. num. 6. & seq. 4. vol. Gram. consi. 25. num. 1. & sequ. Plot. in l. si quando. num. 859. C. unde vi. & in his terminis. Menoch. d. cons. 54. num. 17. vbi tenet hoc casu ignorantiam iuramento probari. & tanto magis excusatur ex quo versamur in ꝓclamate magnam pœnam imponente corporalem & pecu-
10 niariam, quo casu forensis † non ligatur. Ias. in l. prima, in prima lectura, nu. 31. & in secunda, nume. 69. C. de sum. trin. & fid. catholi. & Felyn. in c. cognoscentes, num. 6. de constit.

Et tanto minus pœna ipsius proclamatis potest teneri, ex quo ad illius inflictionẽ dolus exigitur, tum propter pœnam corporalem contrafacienti inductam, quo casu non sufficit lata culpa,
11 † Bart. & Ias. in l. iustè possidet. ff. de acquir. poss. Bart. in l. 1. §. primo, num. 2. ff. si quis testamẽ. lib. esse ius. fue. Felyn. in d. cap. cognoscentes, num. 4. Plot. in d. l. si quando. nu. 765. Clar. q. 84. in princ. & in his terminis Cepha. d. consi. 104. num. 39. & seq. tũ propter illa uerba (audeat uel præsumat)
12 quę dolum † exigunt Fely. post Card. per eum citatum in rubrica de præsumptio. & in c. quoniam contra. nume. 11. de probat. Mars. in l. de minore. in princip. numero decimonono, de quæstio. in l. lege Cornelia. §. si. num. 2. ff. ad l. Corn. de Sicar. & in sing. 287. tetigi tibi. ac Dec. consi. 37. nu. 8. &
13 in proposito dolus † non præsumitur. l. interpositas. C. de transac. Plot. in d. l. si quãdo. nu. 33. & ab
14 eo quælibet etiam † iniusta causa excusat. l. igitur. versic. & generaliter. ff. de liber. legat. Doct. in d. l. iustè possidet. & Tiraq. late in trac. de pœn. casu 43. per totum. Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

Fuit tamen imposita pœna proclamatis huic forensi. loco addit. vid. consulentes in eadem causa, &

sa, & in hac ferè D. Cæpha. consi. 350. quod legitur etiam sub num. 720. & Menoch. consi. 74.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Rixa quando dicatur casu facta non ex tractatu, quia scilicet orta vt inter amicos?

Associans rixantem post rixam quando pœnam non mereatur.

SVMMÆ.

1 *Rixæ initium est attendendum, vt cognoscatur an fuerit simplex, an ex proposito.*

2 *Rixa si incæpit à ioco satis dicitur probatus animus non occidendi.*

3 *Opera vel auxilium præstitisse non præsumitur qui erat inermis.*

4 *Rixa quis casu interuenisse præsumitur non ex proposito.*

5 *Amicitia probata, satis ostenditur occisionem non fuisse factam dolo.*

6 *Indicium contra reos tollitur bona fama, & spontanea comparitione, vt nu. 7.*

8 *Opem dedisse dicitur qui rixæ astitit, & post eam rixantem associauit.*

9 *Associatio quo animo fuerit facta iuramento potest probari.*

CONSILIVM CCCIX.

In Domino confido.

EX processu inquisitionis formatæ contra D. Lelium de Vechijs, Togninum furnarium, & Angelum de Ferr. qui sponte comparuerunt, & ad ostendendum innocentiam suam se carceribus obtulerũt, apertissimè constat ipsos omnino esse absoluen. & a carceribus liberandos, nullaque pœna de iure affici posse. ex testibus enim examinatis ad illorum defensam constat factum eo ordine processisse, quòd cùm ipsi D. Lælius, Nic. de Vechiis, aliàs della Pellegrina, Togninus Furnarius, & Andreas della Vecchia, nuncupatus Polino, simul ante cęnassent in cella vinaria D. Lelij, & irent ad tripudium, ad conductum obuiauerunt dicto Angelo, qui veniebat de Villa, & rogauerunt illum, vt cum eis ad tripudium accederet, & cum cępissent iocari, & ludere cum eo, vt faciunt iuuenes, ipse habens spetum dehastatum in humeris illũ proiecit in terram, ne in illo seipsos offenderent, quem accepit statim dictus Nic. & iter direxit ad tripudium, vt ipse Angelus spe rehabendi spetum cum eis accederet, & sic cum omnes illuc accederent, dictus Andreas accepit quoddã frustum seu matium iuncorum seu papirorum a nonnullis pueris & alios socios iocosè cum eis percutiebat, & tandem cum ipsi tres peruenissent, accedentes ante alios duos Nicolaũ & Andream ad domum Raynaldi dell'Apolonia, & illam eundo pertransissent, dictus Andreas existẽs cum dicto Nicolao, cum quo iocabatur cum dictis iuncis, percussit etiam iocando dictum Raynaldum eorum amicum cum ipsis super cruribus, qui Raynaldus etiam iocan. euaginato pugione cæpit percutere dictum Andream super dorso, de plato, & ipse Andreas euaginata quadã storta eo modo de plato percutiabat dictum Raynaldũ iocosè, & quòd ipse Raynaldus illinc ad modicum spatium asserens, quod bene expelleret eos, ingressus fuit domum, & exiuit cũ partesana hastata, & vulnerauit Nicolaum vno vulnere in gallono, qui cum conquereretur de eo quod non iocosè id faceret, ipse Raynaldus iterũ eleuauit Partesanam ut alio ictu illum percuteret, sed tunc ipse Nicolaus iniecit spetum prædictũ in eum, & illum vulnerauit in ore qui cecidit in terram, & obijt, & ipse Nicolaus, & cæteri abierunt transeũtes canale, & iuerunt ad Palatam. hoc factum sic præcessisse probatur primò ex testimonijs Hieronymi de Remondinis tertij testis, qui deponit, quòd cum irent ad locum tripudij ibant iocando, & ludendo: & idem deponit quintus testis D. Cather. & idem sextus, & septimus testis, de eiectione speti facta per Angelũ vt supra, quem postea accepit Nicolaus, deponit primus testis Frã. Mergotus qui erat socius dicti Angeli in redeundo rure. Quòd verò dictus Andreas iocando percusserit cum dictis iuncis seu papirio, dictum Raynaldum & existen. se inuicem percuterẽt pugione, & storta colludendo deponunt D. Cath. quintus testis & D. Pasqua sext. testis. dictus verò testis deponit, quod ibant ad locum dicti tripudij, & quod propterea D. Lelius reliquit testi suum pallium seu tabarium donec rediret. Quòd modò omnes ipsi essent amici dicti Raynaldi deponunt omnes testes pro eis examinati, sicut etiam deponunt, quod omnes sunt iuuenes bonæ vitæ, & famæ, & quòd isti tres erant inermes præter dictum Angelum, qui habebat pugionem paruum; quòd autem dicti tres essent procul uersus conductum a dicto Nicolao, quando interuenit casus vulneris illati dicto Raynaldo pro octo, uel decem perticas, deponunt quartus, quintus, & sextus testis. Et postremò quod ipse Raynaldus acceperit Partesanam ex domo eius, & percusserit, vel admenauerit contra Nicolaum attestatur D. Cather. quintus testis, & dicta D. Pasqua sext. testis. Existo igitur facto sic probato apertissimè constat, quod dictũ homicidium casu inopinato euenit, & quod initium habuit a ioco, & subinde propter insultum factũ per Raynaldum in dictum Nicolaum cum Partesana fuit vulneratus ab eo,
1 initium † enim Rixæ est attenden. vt dignoscatur, an fuerit simplex, vel

vel an ex proposito processerit, vt declarat Blan.
in sua practi.crim.in §. secunda pars defensionis.
num. 11.& seq. fol. 141. & quod quando rixa in-
2 cepit à loco, censeatur † probatus animus nō oc
cidend.trad.Cepo.in consi.31.num.4.vers.tertia
præsumptione.& sequitur Blanc.in d. practi.in §.
his sic præmissis.num. 18.fol. 126. Nec potest di-
ci aliquos ex dictis comparentibus aliquod de-
disse auxiliū,vel opem præstitisse delicto, ex quo
3 erant inermes, † quod est multum considerandū
vt per Crauet.consi.409.num.6.& ex testibus pre
fatis probatur, quòd nihil fecerunt. Menoch. in
tract.de arbit.lib.2.Centu.4. casu. 349. nume.20.
vbi Ias.& Blanc. citatus præter id, quod non po-
test quis teneri de auxilio,quando non data ope-
4 ra, sed casu quis interuenit rixæ † & non ex pro-
posito.Mars.consi.67.num.46.& seq.Crau.d.con
si.399.num.6.Conrad.in suo prætor.in ti. de con
sentien.nu.3.fol.330.Gramm.deci.25.num. 8. &
in primo tom.consi.cri.Barth.Ghit.cons.158.nu.
2.cum seq.& Hora.Luc.consi.168.num.36.& seq.
& in dubio præsumitur, quis potius interuenisse
rixæ casù, quàm ex proposito.Menoch.dicto ca-
su 149.num.6.& casu seq.num.6.Quibus si adda-
tur.quod cum dicti omnes essent amici dicti Ray
5 naldi talis amicitia probata ostendit, † non fuis-
se occisum dolo.Socin.Iun.consi.58.num. 8. pri-
mo vol.Blanc.dicta pract.in d.§.his sic præmissis.
num.19.& seq.fol.127.Pet.Plaz.in suo epit. deli-
cto.c.43.num.7.Fely.ante eum in c.fi.ad fi.de ho-
mic.& in dicto 1.tom.consilior.crim.Petr.Foller.
consi.137.nu.7.& Pau.Merend.in 2.tom. dictorū
consil.consi.89.nu.48. & cum ex dictis testib. ap-
pareat,q etiam dictus Nicol. dictum Rayn. occi-
derit,ad eius necessariam defensam, & q si con-
paruisset non posset puniri aliqua pœna,l.ut uim.
vbi Doct.ff.de iust.& iu.tanto minus possent puni
ri auxiliatores, si non posset puniri principalis.
Menoch.d.casu 149.num.15.

EX quibus satis, & super constat inquisitos
docuisse de eorum innocentia. & si quæ extabāt
indicia contra eos, ex probatione prædicta fuis-
se elisa,& explosa.& cum versemur in casu claro
non potest iure dubitari, an deueniend.esset ad
tort.cōtra eos,cum certum sit, q non, p prędicta.
Quibus accedunt duo, quę si extitissent aliqua
indicia contra ipsos,ipsa eliderent & tollerent,al
6 terum est bona fama † ipsorum inquisitorum per
eos probata, quæ tollit indicium existens contra
reos.Mars.in pract.crim.§.diligenter.num.196.&
in consi.109.nu.27.& 120.num. 36. & 37. Paris.
consi.151.nu.13.& 153.nu.54. uol. Horat.Luc.
dicto 1. tom.consi.161.nu.50.51.& Paul. Meren.
d.consi.89. nu.48. in 2. quod admittit ēt Clar. in
§.fi.suæ pract.crim.q.60.ver.frequens. Alterū ue-
7 ro est spontanea comparitio † ipsorum inquisito
rum, quæ maximum præ se fert indiciū innocen-
tiæ,& tollit contrarium indicium. Mars.d. §. dili-
genter.nu.204.& consi.217.nu.49.Lud.Carer. in
pract.cri.an in prin.nu.158.2.col.Gram.cons.61.
nu.3.Blanc.in d.pract.in d.§.his sic præmissis. nu.
131.fol.138.Alb.consi.94.ad fi. Nouel. in tracta.
crim.ad defen.in tit.responsio.Reor. in consti.nu.
10.& seq.fol.70.& Ioan.Iur.in 2.tom.cons. crimi.
consi.81.nu.82.& seq. Et ex his sublata sunt quæ
in dubijs adducuntur, q ipsi possint teneri aliqua
pœna cum astiterint & videantur opem pręstitis-
se delicto tam ante delictum,quam post associan
8 do delinquentes, † vt per Clar.in q.90.in d.§.fi. &
Menoch.d.casu 349.cum ex probationib. præfa-
tis constet, q immò nullum præstiterunt, vel præ-
stare potuerunt auxilium, vel opem, d. Nicol.ex
quo casù illuc interuenerunt,& fortuitò, vt supra,
& non associauerunt homicidam post delictum,
vt illum iuuarent, sed ut ipsi fugerent periculū ne
offenderentur a fratre occisi, nec caperentur ab
executoribus tanquam imputati de ipso delicto,
licet falsò, prout ipsi responderunt in suis consti-
tutis, quo casu non loquitur statutū Ferr. vel alia
lex, q teneantur aliqua pœna. Et in hoc cum sit,
9 quid dependens ab eorum animo † statur eorum
iuramento.gl.& Doct.in §.aliæ.Inst.de act.Gram.
Vot.10.nu.28.latè Car.in §. homicidij. alias §.2.
in pract.sua.nu.41.& Menoch.d.tract.lib. 2. Cen-
tur.2.casu.186.num.4.& seq.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Condemnatio, an possit fieri super non specia-
liter intentatis in inquisitione. & quid stante
clausula super quibus. & de associatione lici-
ta rixantis.

SVMMÆ.

1 *Condemnatio non potest sequi super non spe-
cialiter intentatis in inquisitione.*

2 *Clausula super quibus, an efficiat, ut possit fie-
ri condemnatio super narratis, sed non spe-
cialiter intentatis.*

3 *Et intentata certa actione non operatur, ut il-
lius persecutio extendatur ad aliā actionem.*

4 *Nec operatur, quando resultat contrarietas in-
ter actiones & remedia intentata.*

5 *Nec refertur ad ea, quæ sunt diuersæ naturæ.*

6 *Associationem factam fuisse scienter, ut auxi-
lium præstaretur, hoc est probandum a curia.*

7 *Auxilium scienter præstitum fuisse a curia nō
solum est dicendum, sed probandum.*

8 *Associatio est licita ne quis capiatur a priuato.*

9 *Associare licet occidentem ad defensam.*

10 *Fugæ præsumptio iuramento tollitur.*

11 *Iuramento fugientis probatur causa recessus.*

12 *Iuramento auxiliantis statur de illius scientia,
& animo.*

CONSILIVM CCCX.

In Domino confido.

AVDIO iterum dubitari aduersus D.
Leliũ de Vechijs,& consocios,ꝙ pos-
sint teneri pęna statuti. Ferra. sub rub.
Pęna recipientis malefactorẽ in do-
mo,vel cum associan. ante bannũ.in ver. Associãs
verò, ex quo post delictũ cõmissum, oẽs insimul
de loco recesserũt,& a territor. Finalis se absenta-
uerunt,& aufugerunt præstantes sibi inuicẽ auxi-
liũ &c. Sed certè nõ est dubitandũ de hoc ex plu-
rib. Primò, quia inquisitio non cõpręhendit hunc
casum,ꝙ isti inquisiti,qui cõparuerunt,& se præ-
sentauerunt, associauerint scienter delinquẽtes,
vt fugerent, sed præsupponitur ꝙ oẽs fuerint de-
linquentes, & in homicidio sibi auxiliũ præstite-
rint,& in fugien. simul, ꝙ est diuersum ab hoc ca-
1 su,vnde non põt sequi condemnatio † qñ nõ fuit
expresè in inquisitionẽ deductum, vt in terminis
trad. Horat. Lut. in consi. 168. nu. 26. 1. tom. cõs. cri
mi. Et licèt sciam ꝙ pp clausulam super quib. &c.
2 possit sequi condẽnatio super narratis, † licèt nõ
videantur specialiter intẽtata, ut per Ang. in trac.
malef. in ver. super quib. oĩb. & in versi. seq. emer-
gentibus,& contingentibus. & per Amod. in trac.
de synd. super eisdẽ clausulis. nu. 180. & seq. qui
dicunt,ꝙ clausula ipsa operatur, idem ꝙ clausula
super quib. apposita in libello, tamẽ veritas est, ꝙ
ista clausula non operatur, qñ est intentata certa
actio,& facta persequutio super ea, quia nõ ope-
3 ratur, vt extendatur ad aliã actionem † Paris. cõsi.
vlt. nu. 12. 1. vol. Ant. Gabr. lib. 6. suarũ concl. con-
clus. 4. tit. de claus. nu. 11. & seq. quia si petitio est
certa illi standũ est, nec ad virtutẽ huius clausulæ
est confugien. Soc. consi. 39. col. pe. ver. verũ licet.
1. vol. & in c. 2. nu. 92. de libel. obl. sicut ẽt non ope
4 ratur † qñ resultat contrarietas inter actiones, &
remedia intentata. Deci. post alios quos citat in l.
petens. nu. 5. C. de pact. Paris. d. consi. vlt. nu. 11. &
Menoch. in trac. de recup. pos. 15. remed. nu. 250.
5 & seq. & pariter non refertur ad ea † quæ sunt di-
uersæ naturæ. Crau. consi. 151. nu. 4. & 5. cũ itaq;
in ꝓposito inquisitio sit certa,& in ea sit narratũ,
ꝙ oẽs inquisiti homicidium cõmiserunt, & simul
fugierunt, clausula illa non põt operari in casu, ꝙ
aliqui nõ deliquerint, vel fugerint, sed delinquen
tes associauerint, de qua associatione nullũ ver-
bũ in inquisitione factũ est. sicut ẽt ꝙ oẽs sint de-
linquentes;& simul fugiant, & ꝙ vnus uel duo tñ
sint delinquentes, & associentur ab alijs nõ delin
quentib. non cõpatiunt̃ simul,& sunt diuersę natu
rę. & iõ illa clausula nihil opat̃. & ꝙ clausula ipsa
non cõprehendat ea, q̃ non sunt narrata, nec refe
ratur ad qualitates minus idoneè,& minus lr̃imè
appositas, s. solũ ad qualitates lr̃imè appositas, de
clarat in indiuiduo. Mars. in cõs. 85. nu. 21. & seq.
Secundò, cũ statutũ ipsum exigat hãc qualita
tem, vt eius poenę locus sit, ꝙ sciẽter quis associet
6 † malefactorem, vel ei auxiliũ pręstet, ut aufugiat
debuit hoc probari, cũ fuerit negatũ per inquisi-
tos,& allegatũ, imò oẽs simul recessisse, ne offen-
derentur a patre occisi, qualitas. n. statuti est pro
parte Curiæ probanda, vt sequi possit condemna
tio. Bar. in l. denũciasse. §. ꝙ tũ. ff. de adul. latè Mars.
in sing. 187. Qualitas.& latius Plot. in l. si qñ. r. un.
355. & seq. C. vñ ui. & qñ sumus in auxilio præsti-
to, non solũ debet iudex in inquisitione dicere, ꝙ
7 scienter quis præstitit auxiliũ, † sed debet id pro-
bare, vt ad propositũ trad. Mars. qui alios citat in
prac. cri. §. constante. nu. 64. vbi alios alleg. & cũ
non constet, ꝙ extiterint officiales parati capere
occisores, non dñr associasse, ut fugeret. ut in ter-
minis scribit Horat. Lut. d. cons. 168. nu. 26. Quin-
imò si ipsi associassent Nic. vulneratũ ne offende-
retur a priuato, non aũt ne caperetur, licita fuisset
8 associatio. † nec poenę locus esset. gl. in cle. j. de pę.
in ver. defensauerit. ad fi. q̃ Bal. mãdat notari in l.
ob hæc verba. ff. de his qui no. inf. & ad propositũ
Hor. d. nu. 26. & adde Tob. Non. ĩ cõs. 101. nu. 19.
Tertiò, cum ex processu constet, ꝙ homicidiũ
fuerit cõmissum ad defensam d. Nic. qui si compa
ruisset potuisset se defendere. l. ut uim. ff. de iust. &
iur. l. j. C. vnde vi. & possem ad hoc plura citare. po
9 tuerunt ẽt d. Socij illũ associare, † ex quo de iure
ex eo delicto nõ veniebat de iure imponen. pęna
mortis, & sic alia qualitas statuti nõ verificabat̃.
Et cũ ipsi inquisiti iurauerint se dicta de cã aufu-
gisse cũ dicto homicida, vel imputato de homic.
stand. est iur̃o ipsorũ, vt fuit ostẽsum in prioribus
10 alleg. quib. additur, ꝙ præsumptio fugę † iur̃o tol
lit̃, vt trad. Brn. in trac. de indi. & tort. 3. qq. per nu.
12. in fi. & ibi nu. 8. dicit ꝙ sempér est facienda in-
terpretatio in meliorem partem, qñ dubitatur de
cã ex qua quis recesserit, idẽ ꝙ stetur iur̃o fugien-
11 tis † ponit Mars. alios citãs in l. qui falsam. nu. 93.
ff. ad l. Corn. de fals. & in sing. 115. fuga. & in rubr.
12 de probat. nu. 121. & in auxiliante ꝙ † stetur eius
iur̃o de eius scientia, vel ignorãtia, & animo eius.
trad. Barth. Ghit. in d. primo tom. cons. crim. 158.
nu. 3. ex quib. iudicio meo tollitur omne dubiũ.
Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Non fuit penitus absolutus D. Lelius, sed arbitra
ta poena fuit librarum centum.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

De probatione adulterij multa disputantur, &
quando testes sint admittendi, alias reijcien-
di.

SVMMAE.

1 *Maritus solus põt accusare vxo. de adulterio.*
2 *Adulterium debet probari concludenter, vel praesum*

præsumptiuè, & non probatur ex laruatione cum iuuenibus.

3 *Testis de auditu nō ꝓbat, nisi cōtra ꝓducentē.*

4 *Testis repellitur cuius repellitur auctor.*

5 *Testis qui probat nō pōt cōiungi cū nō probāte.*

6 *Testis singularis non probat adulterium.*

7 *Testis discordans in tempore non probat.*

8 *Adulterium non probatur per accedentes ad rimulam ostij.*

9 *Lenocinium, est maius adulterio.*

10 *Infamis non est bonus testis.*

11 *Testis qui deponit aliquē uidisse de nocte, quomodo debeat referre quòd luna lucebat.*

12 *Testi nihil potest solui pro testimonio ferendo.*

13 *Malus semel non præsumitur in futurum, si agatur de crimine occulto.*

14 *Voluntas intelligitur durare rebus sic stātibus.*

15 *Adultera nō arguitur mulier, quæ cōuersationē habuit cū iuuenib. ex bona cā, & uiro patiētē.*

16 *Testibus magis creditur stantibus pro bona fama, quam contra.*

17 *Meretrix repellitur à testimonio.*

18 *Pauper non est bonus testis.*

19 *Vxores duas habens est infamis, nec potest testimonium dicere.*

20 *Testis non multum probat, & illius dictum debilitatur quando contrarium dixit, uel fassus est ante testificatum.*

21 *Probationes criminis debent esse clarissimæ, etiam si agatur ciuiliter.*

CONSILIVM CCCXVI.

In Domino confido.

DOMINA Camilla agens debet obtinere in causa alimentorū non obstante oppositione asserti adulterij ei facta, tum quia talis exceptio nō uidebatur admittenda, tum quia non fuit probata. ꝙ non posset opponi probatur, quia solum marito,
1 † & nonnullis alijs personis à lege expressis de iure nouo licèt uxorem de adult. accusare, l. quamuis. la 2. C. de adult. cæteris autem nō licet volentibus temere fœdare cōnubia, vt ibi dr̄, in quibus socer non connumerātur. & quod hoc casu corrigātur iura antiqua, tenent ibi Rich. Iac. But. Cyn. Bar. Ang. & Saly. & facit etiam l. constante. ff. eod. tit. vbi dicit tex. probatū à marito uxorē, & quiescens matrimonium alium non debere turbare vel inquietare. & facit etiam tex. in l. rei iudicatæ. in prin. vbi omnes. ff. solu. matr. vbi dr̄ quod hæredes mariti non habent motam coerctionem, & trad. Bal. consi. 221. nam q̄n̄q;. 2. uol. & propterea non possunt opponere agenti uxori ad dotem de adulterio, cum uir uiuens de eo non opposuerit. Quo fit, ut cum hic uir discesserit, & recusauerit velle acquiescere voluntati patris uel aui quærentium dedecus eius uxoris, & nitentium uelle probare hanc exceptionem, non uidebatur hæc exceptio admittenda.

Quod aūt non fuerit probatum adulteriū oppositū, satis ex lectura processus constat. nam testes examinati ex aduerso non probant, & quatenus probarent aliquid, ex probationib. factis pro parte huius D. tollitur illorum probatio. Prima n. testis Dorothea licèt multa dicat, non tamen concludit aliquid ex quo possit probari adulterium,
2 † vel concludenter vel præsumptiuè, iuxta c. præterea. de testibus. c. tertio loco. de presump. cū ibi not. & trad. per Bar. post gl. in l. capite quinto. nu. 2. ff. de adult. & in alijs locis. quia conuersatio cū iuuenibus in publico, ire laruatā, & alia huiusmodi non inferunt ad adulterium, maximè attentis moribus huius ciuitatis, sicut etiam non infert ad illud receptio mutui pecuniarum. solum est vnū quod si uerum esset concluderet, scilicet illud q̄d ipsa dicit audiuisse à Peregrina Ancilla. fol. 8. q̄d ipsa Peregrina abscondit in Camerino post lectū D. Albertū, in quem postea iuit ipsa D. Camilla. & ibi stetit per totam diem cum eo. Sed quia factum istud non est verū, ut apertissimè ostēdam, dum verba faciam super testificatu illius Peregrinæ, quæ vr̄ deponere de veritate illius malefacti solum dicam, ꝙ ipsa nō probat, cum deponat de
3 auditu. † c. licet ex quadam de testibus, licèt bene probet cōtra partē producentem, vt per Soc. Iun. consi. 59. num. 12. & 13. primo uol. & Craue. consi. 201. num. 7. & sicut non creditur dictæ Peregrinæ de dicto facto deponenti, ut ostēdam pariter, & minus creditur ipsi D. Dorotheæ, id ab ea
4 audienti, nec plus creditur copiæ, † quam originali. Cranc. consi. 6. num. 67. & consi. 112. nu. 13. & cum dictum huius primæ testis elidat dictū dictæ Peregrinæ secundæ testis, ut infra ostendam, non pōt etiam si faceret aliquā probationem cū
5 illo coniungi. † Crau. consi. 9. nu. 15. Aduersatur ēt hæc prima testis dictæ secundæ super eo, quod deponit. fol. 6. in fi. dum dicit, quod D. Paulus associabat D. Camillam, quoties illa laruata domū redibat, D. verò Albertus recedebat ab ea, nec illam associabat, cum dicta secunda testis, fol. 17. & 20. dicat quod non ibat laruata cum D. Paulo, & redibat domum associata à dict. D. Alberto. Inquam pluribus ēt eius dictis, & maximè in cōfessionibus sibi factis de pecunijs mutuo habitis per
6 D. Camillam est singularis, † & dictum vnius, dictum nullius est, l. iusiurādi. C. de testi. c. ueniens. & c. licet, in fi. cod. tit. & minus probant plures testes singulares, quam unus, ut trad. Crot. in tract. de testi. nu. 318. & num. seq. & trad. in terminis. in adult. ꝙ non probetur per testes sing. Io. de Amic. cons. 127. in prin. Discordat ēt hęc testis a d. 2. te-

ste in eo, q vtraq; deponit D. Albertũ mutuo de-
disse D. Camillæ scutos sex in monetis, in quadã
charta. quas ipsa dixit matri habuisse à D. Aloy-
sio. ex quibus redemit suttanam panni. Nam ipsa
prima dicit dicta verba fuisse prolata per D. Ca-
millam post festa paschatis, vt in suo test. fol. 9. se-
7 cunda fac. altera fol. 21. dicit fuisse tempore qua-
dragesimali. & † testes discordantes in tempore
non probant, glo. & Doct. in l. testium. C. de testi-
bus, & redduntur singulares, Crot. d. nu. 318.
Secũda testis Peregrina, minus prima probat,
& ei obstant omnes exceptiones cõtra primam
testem obiectæ, cui illa in pluribus contradicit,
vt supra. Dũ autem illa deponit se clausisse in Ca-
merino D. Albertum, & successiuè D. Camillam,
qui simul steterunt per bonum spacium temporis
soli in illo, conuincitur de mendacio, & falsitate,
quæ saluari non potest, vel defendi. Nã dicit hoc
fuisse post primam hebdomadã quadragesimæ,
& tamen ipsa, vt deponit dicta prima testis. fol. 8.
de dicto anno tempore carnispriuij retulerat di-
ctæ primę testi, hoc iã factum fuisse ad vnguem,
vt postea deposuit euenisse, quasi vaticinatrix, vel
prophetissa huius rei, impossibile igitur fuit, eo
tempore relationis factum hoc euenisse. quod se-
cundum eam postea per mensem, uel circa eue-
nit. vnde conuincitur eius dictum de falso, iuxta
trad. per Mars. in Rubr. de probat. num. 197. Acce
dat, quod ut dicta prima testis deponit illa sibi re
tulit, quod illic clausi steterint per totum diem,
cum tamen in suo test. ipsa deponat de bono spa-
cio temporis. Vltra quod in hoc, & in alio, quòd
deponit de alia coniunctione ipsorum in Came-
ra terrena, est etiam singularis, & non probat, ut
supra. & faciunt trad. per Docto. disputantes, an
8 probetur adulterium, † si plures testes per rimu-
lam viderunt vnus post alium, commiscentes. de
quo per Ias. in l. si non speciali. C. de testa. Crot. in
tracta. de testi. num. 351. & alibi Doct. Sed cũ hæc
testis ad huiusmodi asserta adulteria committen
da officiũ lenonis sibi cõparauerit, & excubias,
seu custodiam fecerit ne reperirentur in fragran-
ti crimine. Certè tanquam infamis uenit repel-
lenda, cum ipsa plus peccauerit si testificata per
9 eam uera essent, ex quo lenocinium, † est maius
adulterio. Aret. in tract. malefi. in verb. Che m'hai
adulterato. col. pen. vers. nunc de lenocinio. Bald.
in l. athletas. §. Pomponius. ff. de his qui not. infa.
& Alc. consi. 32. nu. 8. 6. vol. & quod non credatur
10 testi † infami, latè Gramm. decis. 11. num. 3.
Tertius testis pariter nihil probat, quia est sin-
gularis in his quæ deponit. quę possunt inferri ad
præsumptionem adulterij per supra deducta. Prę
terea dum deponit, uidisse tempore nocturno ip-
sam cum D. Alberto in curtili, sibi non creditur,
nisi constet quod luna luceret, vel lumen extaret,
& tanto magis, quia ipse dicit, quod credit, quod
11 luna luceret, † & sic non affirmat quòd luceret,
Crot. d. tract. de testi. num. 352. Rolan. à Val. con-
sil. 7. num. 29. primo uol. Nat. consi. 18. nume. 17.
nam de facili propter obscuritatem decipi potue
rit. Craue. consi. 99. num. 9. sed & iste testis, & pa-
riter eius uxor prima testis ex alio nihil probant,
tanquam corrupti, cum pro eis fuerint solutæ ex-
pensæ victus eorum per producentem per men-
sem, ut testis ipse fatetur. nihil enim solui potest te
12 sti † pro testimonio ferendo, Bar. & Mars. num. 5.
in l. prima. ff. ad l. Corn. de fals. & ipsi credere con
tra producentem. c. fin. ubi Bal. de testib. cogend.
Gramm. consi. 3. num. 2. quod etiam procedit re-
spectu expensarum victus, nisi fiat de scientia, &
consensu iudicis. Ant. de But. & Feli. in c. j. de testi.
Testes alij deponentes de inhonesta eius uita
ante matrimonium, non probat concludenter, &
si ueritatem deposuissent, tum quia illa regula se-
13 mel malus &c. † non inducit, nisi suspicionem de
præsenti, & cum agatur de crimine occulto non
præsumitur etiam in futurum, vt trad. Alcia. tract.
præsumpt. regulà secunda præsumptio. 7. num. 3.
ver. quarto intellige, & in fi. illius præsumptionis.
tum quia propter mutationem status pręsumitur
14 etiam facta mutatio voluntatis, † quæ debet in-
telligi, & censetur durare rebus sic stantibus, ut
per eundem Alcia. dicta secunda reg. præsumpt.
16. num. 3. & 4. Cum enim illa nupserit uiro nobi-
li, & diuiti, non est credendum, quòd si prius fuis-
set impudica, item uoluisset ad uomitum redire.
Cæterũ, & si aliquid testes ipsi probarent stan-
tibus probationibus factis pro parte ipsius D. Ca
millæ contraria probatio tollitur, & eliditur. pri-
mò enim pro eius parte fuit probatum, quod illa
conuersatio illorum iuuenum in domo ipsius D.
Camillæ non fuit ad malum finem, sed ex amici-
tia, quam ipsi habebant cum D. Iacobo, eius ma-
rito, qui volebat, ea inuita, & reluctante, quod il-
lic practicarent, & cõuersarentur, ut tam ipse uir
publica scriptura fuit testatus, quam etiam depo
nunt secundus, tertius, quartus, & quintus testes
examinati pro parte ipsius D. Camillæ, quo fit, ut
tollatur præsumptio illa, si quã esset contra illam
15 † propter practicam, & conuersationem præfa-
tas, ut ad propositum trad. Angel. in l. 2. §. si simul.
num. 3. ff. ad l. Iul. de adult. Aug. de Ari. in addi. ad
Ang. de malefi. in d. verb. Che m'hai adulterato.
col. 11. vers. visis capitulis.
Secundò, probatũ est per plures testes, & ma-
ximè dictos quatuor citatos, quod prædictus D.
Iacobus uolebat, quod illa iret personata, seu la-
ruata per ciuitatem hanc, ultra fidem per ipsum
de hoc factam, & quod fratres sui, vel saltẽ unus
ex eis, cum ea semper ibant, & associabant illam,
adeo quod nõ est verisimile, quod fecerit illa col
loquia, vel alia quæ deponunt illi testes aduersa-
rius, qui aduersus illam ea composuerunt, sicut
senes illi contra Susanam, Daniel 13. quorum fal
sitates tam ex supradictis, quã inferius dicendis
apertè patent. & pariter probatum est de hone-
sta cõditione fratrum, qui non permisissent soro-
rem, ita sine aliquo custode laruatam uagari. &
deponit ẽt testis 2. de restit. mutuorũ habitorum.

Tertiò,

Tertiò, tàm per dictos testes, quàm per primū & sextum testes probatū est de bona fama ipsius dominę Camillæ, quibus magis creditur, tū propter eorum bonam qualitatem, tū quia plus cre-
16 ditur testibus † deponentibus de bona, quàm de mala fama. Nat. consi. 462. num. 10. & Marf. consi. 72. num. 20.

Quartò, probatum est contrarium eius, quod deponunt testes aduersarij super inobedientia ipsius dominę Camillę erga virum, cū immò testes nostri deponant illam semper ei paruisse, & illum in honore habuisse, tàntum autem abest, quod vnquam illi iniuriam, uel contumeliam aliquam fecerit, uel intulerit.

Quintò, conuincitur de mendacio illa Peregrina secunda testis, quæ deponit clausisse hostium Camerini, tempore quo in eo erant ambo asserti adulteri, cum probatum sit per dictos quatuor testes suprà citatos, & per septimum etiam testem, hostium illud tunc temporis non posse claudi propter defectum cuiusdam sustentaculi ferrei, quod guercium uocant, & quod semper stabat apertum adeo, quòd ex alia camera in ipsum Camerinum gesta apertè uideri poterat, ex quibus satis constat, non tantum nullam esse fidem adhibendam dictis testibus aduersarijs, sed & de falso puniendam esse. l. qui falso. ff. de testi.

Sextò, fuit probatum dictam Peregrinam esse ultra alia uitia, & ultra quod est inops etiam meretricē per duos testes contestes 12. & 13. ex quo
17 etiam tanquam infamis † ultra alia est repellenda. Alex. consi. 11. in primo uol. & Paris. consi. 54. num. 49. & seq. quarto uol. & Crot. d. tract. nu. 46.
18 & de paupertate, † quod repellat testem, maximè in causa ardua, uel criminali. Alc. consi. 237. num. 4. in 6. Nat. consi. 315. num. 7. & Marf. consi. 28. num. 20.

Septimò, probatum est etiam dictum Ioan. tertium testem pariter esse infamen, tum quia habet duas uxores, ut attestantur de confessione illius
19 Arthemisiæ unius eo dictis eius uxoribus † octaua, nona, & decima testes ipsius Dominę, quo casu est infamis. l. eum qui duas. C. de adult. tū quia propter crim. furti fuit etiam inquisitus, & processatus, ut in processu criminali producto.

Octauò, & ultimò probatum est per ultimū testem, quod cū D. Albertus aduersarius pluries requisiuerit D. Dorotheam, ut uellet testificari aliqua de mala fama, & uita impudica ipsius D. Camillę, ipsa semper recusauit id uelle facere, & palam attestata, & confessa fuit, se de ea nihil mali sciuisse, uel testificari posse, & eam semper uitam honestam duxisse, & res honoratas fecisse, quod etiam licet ex confessione, & relatu alterius deponit 11. testis, quo fit ut huiusmodi cōfessio, & protestatio facta ante eius testificatum debilitaue-
20 rit etiam eius testimonium, † ita ut ei non sit credendum, iuxta trad. per Bar. & Marf. num. 17. in l. cos. ff. de fals. Crot. d. tract. nu. 340. Crauet. consi. 74. nu. 6. & 75. num. 30. & Rolan. à Val. consi. 40. num. 12. primo uol. ut omittam fidem iuratam dictorum N. & N. apertè affirmantium, quę de eis testes aduersarij testificati sunt falsa esse.

Ex quibus patet ipsam D. Camillam omnino obtinere debere, cum nihil fuerit probatū de op
21 positis contra eam. Et tamen probationes † hoc casu debebāt esse luce ipsa meridiana clariores. l. fi. C. de accusat. etiam quod ciuiliter ageretur Crot. in tract. de testi. nu. 46. & si quid fuisset probatum contrarijs probationibus fuisse sublatum, & euacuatum.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Fuit absoluta hæc Domina, & ob id obtinuit in causa alimentorum.

Claud. Bertaz.

ADDITIONES.

a Plures sunt coniecturæ, quæ hic tanguntur, & alibi sæpè in primo uol. has omnes latè prosequitur Rim. Iun. consi. 260. num. 41. per plures numeros, & consi. 274. per tot. ubi refert omnes, & omnia. Sed in hac coniectura laruarum, idem Rim. Iun. censet mulierem præsumi adulteram si laruata incessit cum uiris, & ad tripudia ac spectacula prodijt. in d. consi. 260. nu. 43. & consi. 274. num. 31. 34. frequens enim apud nos est casus, quia frequens est vsus laruarum, ex quo dum hæc scribo uideo maximam peccandi multis imponi occasionem, immò necessitatem, & ex hac profana & dissoluta indulgentia surgere publica lupanaria. Scio optimè uitam hominis animi alterna remissione indigere, ac nutriri, non secus ac cibo; laruarumquè consuetudinem ex se non malam esse adhibita præsertim decenti moderatione, de qua re tractant Docto. post Inno. in c. cum decorem, de vita & honesta. cleric. & difusè nè dicam confusè Neuiz. in sylu. nupt. uel potius in sylua ineptiarum. lib. 4. num. 68. cum seq. sed scio etiam quæ sint idonea exercitia, & honesta oblectamenta christiano homine, immò homine digna, inter quæ nostri temporis laruationes referre uehementer uereor ne alienum sit à casta christianæ legis seueritate. Quis enim quæso poterit mente procul esse a turpitudine, cui tanta species turpitudinis obuersatur oculis, tot illecebræ uoluptatum occursant animo, tanquam expressa libidinis imago sensibus illabitur. Ego itaque (quod Lactantius de fornicatione fecit) mihi temperare non possum, quin pronunciem omnium authorem esse Satanam.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Homicidium ad suijpsius necessariam defensam impunibile est?

SVMMAE.

1 *Occidere licet se defendendo.*
2 *Defensio permissa est à iure diuino.*
3 *Testes deponentes de facto, ex quo probatur defensio, etiam si tantum rationem reddant, plenè probant.*

4 *Etiam si præsumptiuè concludant.*
5 *Vel de credulitate deponant.*
6 *Defensio satis constat, si interuenit percussio. & num. 13.*
7 *Percutiens qui non recedit à loco, præsumitur habere animum repercutiendi.*
8 *Insultus cum fuste magno sufficit, ut possit occidi insultans.*
9 *Etiam si non sit magnus.*
10 *Vulnerare licèt aggressorem, ad euitandam iniuriam personalem.*
11 *Fugere quando quis non teneatur?*
12 *Reijciens sordes in via publica de die, super aliquem satis dicitur author rixæ.*
14 *Innocentia præsumitur ex duobus testibus.*
15 *Insultatus præsumitur, qui dicit Reo, quòd recedat.*
16 *Rixam euitare velle dicitur, qui hortatur aduersarium, ut recedat.*
17 *Insultatus præsumitur inermis, & solus.*
18 *Insultare dicitur, qui præsens est, licèt ense non euaginato.*
19 *Insultatus præsumitur qui est bonæ famæ.*
20 *Innocens p̄sumitur qui carcerib. se mācipauit.*
21 *Absoluendus est Reus, quando pares sunt præsumptiones.*

CONSILIVM CCCXII.

In Dominò confido.

NVLLA potest esse difficultas, quia dominus Orabonus de fiessis veniat absoluendus ab inquisitione contra eum formata, & liberandus à carceribus in quibus detinetur. cum plenissimè probauerit eius innocentiam, quod scilicet, occiderit illum Paulum Mascarinum ad sui necessariam defensam, cum fuisset ab eo insultatus cùm fuste magno, stangam vocāt, & nedum percussus, sed ipse Paulus etiam esset in actu repercutiendi ipsum dominum Orabonum, & cum fuisset in magno vitæ discrimine cōstitutus, vocatis testibus, vt animaduerterent ad veritatem facti, euaginauit paruum pugionem, quem habebat ad latus, & vulnerauit dictum Paulum eo vulnere, quo postea obijt. factum hoc ita in veritate processisse deponunt plures testes examinati pro parte ipsius inquisiti ad eius defensionem, & maximè primus, octauus, nonus, decimus contestes, & conformes in hoc. Sed nedum testes sui id clarè, & plenè probant, sed & etiam aliqui examinati pro parte Curiæ, id expresſè fatentur, & maximè primus, & secundus. sed & duo alij tertius, & quartus ex testibus nostris deponūt de publica fama, quòd factum ita processerit, & ferè id etiam exprimitur in inquisitione. Quibus stantibus in facto succedit clara conclusio in iure, ei licuisse di-
1 ctum Paulum occidere, † & se defendendo vim vi repellere. l. vt vim. de iust. & iu. l. prima. C. vnde vi. & vtrobique latè Doct. & maximè Claud. in repet. d. l. vt vim. num. 72. vbi probat defensionem,
2 † nedum esse licitam de iure naturali, sed etiam diuino. & Petr. Calephat. in consi. 88. num. 11. in 2. vol. crimi. cum alijs cumulatis per Carer. in sua pract. crim. in §. 6. num. 26. Blanc. etiam in sua practi. in §. iuris permissione. fol. 114. & alij in alijs lo-
3 cis. dubium autem non est, quin testes † apertè deponentes de facto ipso, ex quo clara resultat eius defensio probent, etiam si tantum rationem reddant. quia viderūt illum occidi ad defensam, vt per Claud. in d. l. vt vim. in lectu. num. 61. & in repet. num. 92. & 121. Carer. in dicto §. sexto. nu-
* me, 126. vbi dicit communem. * & Iacob. Man-
4 del. de Alba. consi. 94. num. 5. cum immò † sufficiat si præsumptiuè concludant. Claud. dicta prima lectu. num. 54. & seq. & Bossi. in suis varijs tracta. in tit. de homicid. num. 82. & idem est si depo-
5 nant de credulitate. † Dec. consi. 459. in fi. & 468. num. 8. Grot. in tract. de testi. num. 315. Mars. consil. 4. num. 12. Boer. decis. 164. in fi. Alber. d. consi. 94. num. 4. Foller. in sua pract. crim. secunda part. secundæ partis principalis. in versic. recipiantur defensiones reorum. num. 13. Nec potest negari, vel cauillari ista necessaria defensa. cum in ea interuenerint omnia, quæ exigunt Doct. interuenire debere ad illam probandam. Nam prædictus dominus Orabonus ab ipsis fratribus fuit insultatus, & primo percussus magna percussione, cum maximo dolore, quæ diu post ipsum uexauit, & dolorem illi attulit, vt deponunt secundus, quintus, & sextus testes. vnde post percussionem lici-
6 tissima fuit defensio, † quia iam animus percutientis constabat. Carer. d. §. 6. num. 136. & cum incontinenti ipse illum vulnerauit, dum erat in actu illum iterum repercutiēdi, cessat omnis scrupulus, quia & si testes nō deposuissent de eo actu repercussionis, etiam potuisset occidi. quia præ-
7 sumitur percutiens † habere animum repercutiendi, dum nō recedit à loco, vt per Claud. in d. repet. num. 93. & Alexan. de Neuo. consi. 92. num. 6. quod etiam trad. Boer. d. decis. 164. num. 7. Carer. d. §. sexto. nu. 107. & 110. Blanc. in d. sua praxi. in §. tertia pars defensionis. nu. 5. fol. 148. Petr. de Barbob. in primo tom. consi. crim. consi. 97. nume. 11. & seq. & Pet. Caleph. in secundo tom. consil. 83. num. 22. Telum verò cum quo Paulus aggressus fuit dominum Orabonum aptum erat ad illum occidendum, si super capite illum percussisset, vt dicunt testes, & satis probat argumentum alterius percussionis sibi illatæ, in loco minus periculoso, super ilijs, vel costis, quæ tamen per plures dies illum torsit. & quòd sufficit insul-
8 tus † cum magno fuste, vt insultatus aggresso-

rem

rem ſuum poſſit impune occidere. trad. Claud.
in lectu.d.l. vt vim. num. 60. ſed quod ſufficit in-
9 ſultus cum baculo ligneo, † licèt non eſſet ma-
gnus, vt ſtanga. trad. Damhoud. in ſuo Enchirid.
rerum crimin. in capitu. 76. cui permiſſum eſt oc-
cidere. nume. 16. & Carer. dicto §. 6. nume. 97.
Fortius dico, quod cùm immineret ſibi iniuria
perſonalis ad euitandam percuſſionem, etiam
minoris ponderis, & leuioris periculi licitum
10 fuiſſet D. Orabono vulnerare † aggreſſorem ni-
tentem illũ offendere, ſecundum opinionem ma
* * gis communem * * Doct. quam tenet Marſil. di
cto conſil. quarto. num. 23. & 81. num. 16. Carer.
dicto §. ſexto. num. 94. & 98. Boſſi. qui Dec. repro
bat in dicto tit. de homicid. num. 83. & 84. Franc.
de Aluaro. in primo tom. conſi. crimin. conſi. 74.
num. 27. & Petr. de Barbob. dicto conſi. 97. num.
21. & Abb. dicto conſi. 94. num. 2. Et licèt fortè ip
ſe inſultatus potuiſſet fugere, & fuga vitare, &
percuſſiones ſibi inſerendas. & homicidiũ com-
mittentium, tamen id facere non debebat, nec
11 tenebatur, † ne maius periculum fugiens incur-
reret, & ne aduerſarij redderentur audaciores,
* vt tenent Doct. communiter * in dicta l. vt vim.
vbi Claud. in lectu. num. 66. & ſequen. Boſſi. dicto
tit. num. 86. Marſil. dicto conſi. quarto. num. 18.
Alexan. de Neuo dicto conſi. 92. nume. 4. Petr. de
Barbo. dicto conſi. num. 15. Franc. Aluar. d. conſi.
74. num. 33. & ſeq. & Carer. d. §. 6. num. 131.

Cæterùm licèt verſemur in re tàm clara, & perſpicua cùm habeamus probationes adeò plenas & pleniſſimas, vt nullus relinquatur dubitandi locus, vt tamen de exuberantiori, & pleniori iuſtitia huius iuuenis appareat, addo, quòd & ſi non conſtaret per tot teſtes de veritate huius facti, abſoluẽdus nihilominus eſſet ipſe inquiſitus. ex quampluribus præſumptionib. quæ pro eius innocentia concurrunt.

Prima eſt, quia iſti de Maſcarinis fuerunt au-
thores huius rixæ & illi cauſam dederunt, deij-
12 ciendo † curiam, vel ſordes, ſeu aquam ſuper ip
ſum Domin. Orabonum per plateas de die tran-
ſeũtem, quod erat res illicita, & tam de iure com
muni, quàm municipali prohibita. l. prima. i prin.
& in pluribus legibus huius titu. ff. de his qui de-
iece. & eſt ſtatutum apertum id prohibẽs ſub Ru-
bri. quod ſeclarij non diſcurrant, &c. fol. 226. ſe-
cunda fac. ſicut etiam ille Paulus fuit author, &
aggreſſor, nedum in aggrediendo dictum inqui
ſitum, ſed in percutiendo, vt ſupra, quo fit, vt pre
ſumptio ſit contra illum, vt alter illum ad defen-
13 ſam † occiderit. Boſſi. d. tit. de homici. num. 92.
Damohud. d. c. 76. num. 18. Alex. de Neuo. dicto
conſi. 92. num. 3. Aluar. dicto conſi. 74. num. 8. 13.
& 29. Carer. d. §. ſexto. num. 132. & 141. & Blanc.
d. §. tertia pars. num. 8. & ſeq. & num. 15.

Secunda eſt præſumptio, quòd ſuccedente dicto facto, vt ſucceſſit, ſtatim orta fuit ſama de illo, quòd prouocatus, & ad ſui neceſſariam defenſam D. Orabonus Paulum vulnerauerat, vt de
ea deponunt duo teſtes ſupra citati, quæ inducit
14 præſumptionem innocentiæ. † Alexand. conſil.
14. colum. fina. tertio volum. & Abb. dicto conſi.
94. num. 6.

Tertia eſt, quia teſtes dicunt, quòd pluries D.
Orabonus dixit ipſis fratribus, quòd deberent
recedere, & ire ad ſua negocia, & ipſum dimit-
tere, & vocauit teſtes eorum inſultus, quæ verba
oſtendunt ipſum non fuiſſe aggreſſorem, ſed in-
15 ſultatum, † vt trad. Franc. Aluar, dicto conſi. 74.
num. 6. Alexand. de Neuo. dicto conſi. 92. num. 3.
Carer. dicto §. num. 149. & Blanc. etiam d. §. ter-
tia pars. num. 20. 21. & de huiuſmodi verbis ſe re
16 trahentis, & rixam euitare cupientis † trad. Al-
cia. in tractatu præſumptio. regula tertia. præſum
ptione 29. num. 12.

Quarta eſt, quia dicti fratres de Maſcarinis
erant tres, & omnes armati, minor ſaxis. ſecun-
dus enſe, & tertius ſtanga. quo fit, vt D. Orabo-
nus qui erat ſolus paruum pugionem tantum ha-
bens, & in reliquis inermis, non poſſit præſumi
17 aggreſſor, ſed inſultatus. † vt per Aluar. d. conſi.
74. num. 6. & Blanc. d. §. tertia pars. num. 17. & li-
cet dictus ſecundus frater non euaginauerit en-
ſem, negari tamen non poteſt, quin etiam ipſe di
catur feciſſe inſultum cum armis, & auxilium fra
tri cenſeatur intuliſſe, qui eius præſentia redde-
18 batur audacior, & aduerſarius timidior. † Marſ.
in pract. crim. §. conſtante. num. 56. & ſeq.

Quinta eſt præſumptio bonæ vitæ & famæ di-
cti domini Oraboni Notarij publici, & ad offi-
cium appellationum deputati, de quo plures te-
19 ſtes deponunt. quæ † quidem præſumptio tollit
omnem ſuſpicionem, quod ipſe fuerit aggreſſor.
Alex. dicto conſi. 14. tertia col. in tertio volu. Bo-
nifac. de Vital. in tract. malefi. in titu. de inſul. per-
cuſ. & defenſ. tertia col. Ioan. de Amic. conſi. 23.
num. 10. Gramm. conſi. 29. num. 17. & 62. num. 2.
Carer. d. §. ſexto. num. 139. & Alcia. dict. præſum-
ptio. num. 8. & in l. prima. §. ſi quis ſimpliciter. nu.
78. de verborum obligationib. & Boer. dec. 237.
numero 2.

Sexta eſt præſumptio innocẽtiæ inquiſiti eius
ſpontanea comparitio, qui cum eſſet in liberta-
te, & eſſet etiam filiusfamilias, nec poſſet etiam ti
mere confiſcationem bonorũ, ad oſtendendum
ſuam innocẽtiam ſpontè ſe carceribus mancipa-
uit, quod quidem indicium maximum eſt inno-
20 centię, & multum à Doctoribus põderatum, † vt
per Marſ. in pract. crim. §. diligenter. num. 204. &
in conſi. 117. num. 49. Cœpol. ante eum conſ. 31.
quarta col. Carer. in dicta ſua pract. in princ. verſ.
158. ſecunda colum. Blanc. etiam in ſua pract. pre
allegata in §. his ſic præmiſſis. num. 131. fol. 138.
& latius Iacob. Nouel. in tract. ad defenſio. in tit.
reſponſio. reo. in conſtit. num. 10. fol. 70. ubi pul-
cherrimè loquitur in his terminis. trad. Alber. d.
conſi. 94. in fine.

Ex quibus vel luce meridiana clarius conſtat abſoluendum, & penitus liberandũ eſſe dictum

inquisitum, quia si in dubio quãdo præsumptio-
21 nes vel probationes sunt pares, venit reus † absol
uendus, vt per Dec.d. consi.469.num.11.Carer.
d.§.6.num.137.in fi.& Claud.in lectu.d.l. vt vim.
num.61.& in repet.num.96.& 116.& plures alij
ex suprascriptis, quantò magis id faciendum est,
stantibus plenissimis probationibus, & tot præ-
sumptionibus innocentiam ipsius inquisiti com-
probantibus?

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Fuit iste penitus absolutus à domino Prętore Ferrariæ.

Claud. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Camerarius siue hospes, an teneatur pro furto suis hospitibus facto ad similitudinem Cauponis, nautæ, vel stabularij.

SVMMAE.

1 *Cauponam vel hospitium non solitus exercere, tamen si mercede aliquos hospitetur, tenetur edicto.l.1.ff.nau.cau.& stabu.*

2 *Locans cameras suppellectilia, & similia, tenetur de custodia rerum hospitum sicut caupones.*

3 *Caupo pro custodia rerum hospitis tenetur de leuissima culpa.*

4 *Furtum præsumitur factum culpa custodis saltem leuissima.*

5 *Iuramento statur furtum passi in caupona, vel camera locanda.*

6 *Furtum si factum fuit sine hostij fractura præsumptio est contra dominum domus.*

7 *Caupo licèt clauem cameræ tradiderit hospiti, tenetur tamen ob furtum, & de dolo si factum est sine fractione. num. 8.*

CONSILIVM CCCXIII.

In Domino confido.

VLTRA adducta per magnificũ Procuratorem huius D. Melchioris patellæ, arbitror Ioannem de Posclauo eius hospitem teneri pro furto suarũ pecuniarum sibi surreptarum in eius domo, in qua fuit receptus ad cameram soluendo certam mercedem diurnam ad similitudinem cauponis nautæ vel stabularij, qui tenentur domino l.1.in
prin.ff.naut.cap.& stabul. si enim tenetur eo edi-
cto is qui aliqua mercede aliquos hospitatur in
eius domo, licèt aliàs non sit solitus hospitiũ vel
1 cauponam exercere, † vt trad. Flor. in l. si mẽsor,
§.hoc iudiciũ.ff.si mensor fals.mod. dixe.& Mars.
in consi.23.num.9. Quantò magis tenetur is, qui
ex professo homines recipit in domo sua locan-
do eis hospitibus cameras, suppellectilia, & simi
lia? & tenetur de custodia rerum hospitum, sicut
tenentur caupones, & similes, quod etiam viden
2 tur voluisse † Bar. in l. dominus horreorũ in prin.
ff.loca.Saly.in l.prima.tertia oppo.C.eo.& Fulg.
in l.prima.§.si vestimenta.in fi.ff.depositi. Posito
igitur qđ ad instar cauponis teneatur ipse Ioan-
nes, certum est ipsum teneri ad restitutionem pe
cuniarum subtractarum ipsi D. Melchiori, cum
3 teneatur de leuissima culpa, † vt per Docto.in di-
ctis locis, licèt casu fortuito excusaretur.l.3.§.at
hoc edicto. vbi Bar.& Alber.ff.naut.caup.& stab.
4 & furtũ præsumitur factum culpa custodis † sal-
tem leuissima. glos.Bart. & alij in l.cum duobus.§.
damna.pro soc.glo.in verb. casu. vbi Aret.& Ias.
in §.sed iste quidem.Instit. de actio. Quod autem
furtum factum fuerit, probatũ fuit per plures te-
stes deponentes, quod valisia fuit reperta incisa,
& quod ipse dominus valde conquestus fuit, iun
cta bona fama etiam comprobata per testes di-
cti querelantis. quo casu furtum satis fuit proba-
tum, cũ directè, & plenè regulariter probari non
possit, ut latè trad. Mars.in sua pract.crim.in prin.
num.6.& seq. quod autem ipse dominus dictam
valisiam immiserit in dictam cameram sibi assi-
gnatam, & fuerit visa in ea per illam D. Magdale-
nam quæ gubernat dictam domum, & hospites,
& cuius opera in hoc utitur ipse Ioannes, ut dicit
secundus testis examinatus pro actore, deponit
dictus secundus testis, & etiam ipsa D. Magnifica
examinata ex officio pro curia. & hoc sufficit, vt
hospes teneatur.d.l.prima.§.j.& §.caupones, & l.
prima.in prin.& §.primo.ff.de exercito.& quod
hoc casu hospes de furto teneatur, trad.in termi-
nis. Mars.d.consi.23.per totum, quod etiã tenet
Spec.in tit.de furt.§.1.col.5.versi.quid si res im-
missæ. De quantitate vero pecuniarum surrepta-
rum statum est iuramento in litem ipsius domi-
ni præmissa declaratione per magnificentiã ve-
stram, vsque ad quam summam iurandum sit iux
* ta ea, quę trad.communiter omnes † in l.in actio-
nibus.ff.de in litem iuran. in illa q. vbi loquuntur
de valisia reddita apta, vel dissigillata. Paris.con-
sil.74.prima colum.& latissimè Plot. in repet.l.si
quando.nu.397.C.vnde vi.vbi dicit hoc casu ni-
hil facere, quod probetur bona fama hospitis,
& tanto magis cum de probitate, & bona fama
huius mercatoris etiam constet, quod ponderat
Paris.in d.consi.nu.6.

Pręterea, & si tantũ essemus in locatore partis eius domus, quæ tamen tota erat sub eius custodia, & claudebatur una claue cũ furtum factum fuerit absque ruptura hostij domus ipsius, vel ca-
meræ,

meræ, in qua hospitabatur ipse mercator præsu-
6 mitur contra ipsum dominum † domus l. prima, vbi expressè Ang.C.loca.& isto casu præsumitur in dolo; ita in terminis trad.Castr.in d.l.dominus horreorum in fin.prin.quem sequitur Marsf.dicto consi.num.2.& cum præsumatur eius dolus nullum superest dubium quin possit in litem contra eum iurare, vt omnes admittunt.

Nec me mouet, quòd clauis illius cameræ fuerit tradita dicto domino,quia non minus tenetur
7 hospes,† glo.in l.fi.§.primo.versi.item si prædixerit.ff.naut.caup.& stab.cum quo transeunt Doct. & Ias.in d.l.in actionibus.col.fi. versi. tertio limita,ac Marsf. in dicto consi. num.2.& licèt Ias. ipse dubitet, an hoc casu sit etiam deferendum iuramentum in litem, tamen in casu isto omnis dubitatio cessat ex duobus.primo quia licèt dictus hospes, seulocator cameræ dederit vnam clauem ipsius cameræ dicto mercatori, aliam tamen similem qua poterat suo arbitrio claudere, & aperire cameram ipsam penes se retinuit, quo casu est eadem ratio, ac si non dedisset dictā clauem domino,cum ipse dominus non posset res suas cautè custodire retinēdo penes se clauē sibi datam, si eius camera reserari posset alia simili, & adulterina claue.& cum pariter hospes in eam cameram ingredi posset, sicut si illam clauem domino traditam penes se retinuisset igitur etiam eadem iuris dispositio militat.l.à Titio.ff.de verb. oblig. & l.illud.ff.ad l.Aquil.

Secundo, quia cum furtum factum fuerit non rupto hostio cameræ præsumitur locator in dolo,
8 † & si dederit claues domino, vt in terminis trad. Castr.in d.l.dominus horreorum.in fi.prin.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho.Bertaz.

In hac causa adest aliud cōsilium primo impressum sub num.161.ibi vide.& tandem per Illustrem D. Io.Mariam Crispum fuit iudicatum hospitem teneri ad restitutionē pecuniarum.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

An pater possit filium absentem defendere pro suo interesse,cum ex delicto filij resultet damnum ipsi patri?

SVMMAE.

1 *Pater potest filium contumacem defendere, vbi agitur de suo interesse.*

2 *Tertius quilibet potest comparere ad euitandum damnum, & absentem imputatum defendere.*

3 *Patris quia interest non vt patris, sed vt extranei filium non banniri, ideo admittitur ad defensam illius absentis.*

4 *Iudex tenetur ex officio quærere defensiones absentis. & admittere instructiones ad defensiones.*

CONSILIVM CCCXIIII.

In Domino confido.

CVM hic agatur de pœna contrafactionis proclamati, quo veniret amissio nauis,si ueniret condēnandus hic filius custos ipsius nauis deputatus à pane, & intersit patris ne sua nauis cadat in commissum, licèt filius sit contumax, & propterea in pœnam proclamatis posset condemnari. potest tamen pater pro suo interesse, cuius nauis confiscaretur comparere, & defendere non fuisse factum contrabannum,& per consequens non esse locum confiscationi ipsius nauis, quia quando agitur de interesse suo propter pœnam ad quam pro filio tenetur delinquente, debet admitti ipse
1 pater † ad defensam, ut sentiunt omnes post Bar. in l.cum filiusfam.in prin.ff.de verb.obliga.& expressè id declarat ibi Soci.col. fin. circa princ.& Alcia.num.17.19.& 20.Quod procedit in quoli-
2 bet tertio de cuius interesse † agatur propter pœnam principalis delinquentis, seu imputati, ut per Alex.consi.30.ad fi. sexto volu.& latè D.Iul. Scarlat.inter consi. crim. vltimo tom.consi.114. Vbi dicit ita fuisse iudicatum in hac ciuitate, co prætorem agente non obstante statuto nostro, quod nullus admittatur ad defensionem inquisiti,vel imputati de delicto, & in fin. illius consilij. addit, quod etiam in ea causa ita fuit iudicatum, sicut scio egò etiam alias id fuisse factum in simili casu,quando ex sententia lata contra principalem delinquentem tenebantur fideiussores pro pace rupta.

Nec hoc casu statutum nostrum, qualiter & quando procurator interuenire poss.in caus. crimina. prohibens patrem posse etiam pro suo interesse defendere filium absentem,& contumacem,& pro eo comparere, locum sibi vendicare potest, quia illud statutum procedit quando ageretur de interesse patris, vt patris, non ut cuiuslibet extranei, ut quia sua interfit filium non banniri, & propter operas suas sibi necessarias, vel
3 vtiles. prout eo casu consuluit patrem † admittendum Rui.consi.17.vbi num.10.meminit de statuto antiquo huius ciuitatis. secus si pater ex condemnatione filij teneretur ad pœnam aliquam, quia tūc censetur venire ad defensam propriam, & rei propriæ non filij, & sicut quilibet tertius debet admitti pro interesse proprio, ita etiam pater,& tanto magis uenit admittendus cum etiam stante tali statuto teneatur iudex ex se quærere
4 defensiones † absentis, & admittere instructorem

rem ad ipsas defensiones, vt per Marsin cons. 73. num. 61. & seq. & consi. 90. nume. 20. & seq. & ita etiam vidi quandoque practicari.

Quæ si in patre vera stant tanto magis in domino frumenti, de cuius interesse etiam agitur concludẽdum est, vt admittatur ad defensionem rei suæ. Reliqua alia adducentur si super his dubitari contingat,

Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

Admissus fuit pro suo interesse hic pater, & docuit rem non incidisse in commissum.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Probatio per rei euidentiam non potest denegari, licet alias sit probatum.

SVMMAE.

1 *Probatio per rei euidentiam, est optima probationum.*

2 *Aspectus præfertur cuicumque probationi.*

3 *Probatio omnis vincitur si aspectus in contrarium probat.*

4 *Probatio per rei euidentiam post publicatas attestationes debet admitti.*

5 *Sententia tollitur, si de eius iniquitate ex euidentia constare potest.*

6 *Cicatrix an sit perpetuò remansura potest probari ex euidentia facti contra medicorum iudicium.*

7 *Iudex debet iudicium conformare cum veritate ex facti inspectione.*

CONSILIVM CCCXV.

In Domino confido.

QVANDO ex facti euidẽtia, & ex inspectione ipsa potest constare de veritate facti, & rei ipsius, non est dubiũ quòd iudex debet ad illam deuenire, illique potius credere, quam nedum relationi alicuius periti etiam iurato, sed omni, & cuicumque alij, quantũcunq; priuilegiatæ probationi. Namque ut Bald. post Azo. per eum citatum inquit in Rubr. C. de probat. col. 2. num. 1. probatio
1 per † rei euidentiam est optima, & superlatiua probationũ, quia illi sunt verissimi sermones, qui concordant rebus sensatis, testibus Aristotele, & Auer. & probat. in l. si irruptione. §. primo. ff. fin. regun. Vnde nulla legis virtus fuit excludere probationem per rei euidentiam. & notoriũ est species probationis non rei dubiæ, sed certissimæ, in cuius scientia non contingit aliquem sapientem dubitare. idem tenet Bal. in l. contra negantem. in
2 fi. C. ad l. Aquil. vbi dicit, quòd aspectus † præfertur cuicumq; probationi, etiam si statutum mandaret standũ esse iuramento alicuius puta damnum passi, immò etiam si iam delatum sit iusiurandum. vt per eundem Bal. in l. prima. num. 4. C. si aduer. liber. & dicit Bal. met in l. Deo nobis. in princ. num. 7. C. de episc. & cle. quòd omnis pro-
3 batio † vincitur si aspectus in contrarium testificatur. Et in tãtum hoc est verum, vt etiam publi-
4 catis attestationibus talis probatio † admitti debeat, cum illa talis sit, quæ subornationem non timeat, ut Bal. dicens ita fuisse seruatum in exhumatione cadaueris, in quo apparebant aliqua signa vulnerum. ex qua fuerunt cõuicti testes affirmantes hominem illum pluribus vulnerib. fuisse vulneratum. in l. si quis testibus. in fi. C. de testi. idem dicit Rom. in consi. 104. Pater Reuerende, quòd veritas oculata fide magis quàm per aures animis infigitur. §. fi. Inst. de grad. & quòd probatio visus omnibus alijs præferatur. Ad hoc etiam facit quod Bal. trad. in consi. 388. sequitur. num. 6. primo vol. quod oculus videt nemo fœliciter negat. & quod patet expressè, non est probare necesse. idem quod oculorũ inspectio deroget omni generi, vel speciei probationis. trad. Calcan. consi. 8. num. 7. & Cur. Sen. consi. 70. num. 18. vbi quod nulla est melior probatio, quàm euidẽtia, quæ nulla l. virtute excludi potest. fortius voluit Innoc. in c. fraternitatis. de frigid. & malefi. quod
5 † sententia tollitur si de eius iniquitate ex euidentia constare potest, plura ad propositum trad. & commemorat Ias. in l. eum qui. §. in popularibus. col. 3. de iureiur. ubi dicit, quod si debet stari dicto medici, de cicatrice perpetuo remansura. ex euidentia potest probari contrarium, sed longè
6 plura † congerit Mars. in Rubri. de probat. num. 157. & seq. numeris Ioan. Bapt. Plot. in repet. l. si quando. nu. 777. C. vnde vi. & aliqua ex his etiam citat Hier. de Monte. in tract. fini. regundo. c. 30. num. 3. & seq. Qua vim ita sint mirum est cur tàm difficilem se reddat alter ex magnificis consultoribus in hac causa magnificæ communitatis Regij cum calceolarijs illius ciuitatis, quòd exhibeantur peritis coria, soleæ, seu calces, ut fiat experientia, & probatio per ipsammet facti, & rei euidentiam, an coria ipsa fuerint bene, & laudabiliter aptata, & uncta, iuxta formam statutorum artis ipsorum calceolariorum. cum oporteat iudicantem cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere. c. iudicantem. 30. q. 5. & iudex qui est minister Dei in terris debet con-
7 formare iudicium suum † cum veritate, & ipsam summopere iuuare, & ad lucem perducere, ut latè comprobat Cast. consi. 380. iudex est minister. in prin. primo vol. nouissimorum.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Stuprum an dici possit probatũ per actus remotos. vt possit agi ad amissionem dotis, & legatorum factorum vxori superstiti?

SUMMAE.

1 *Adulterium, vel stuprum per actus remotos non dicitur probatum.*

2 *Testis singularis non probat. & num. 6.*

3 *Leno non probatur adulterium.*

4 *Confessio vnius non potest absenti nocere.*

5 *Adulterium non probatur ex confessione viri, & mulieris.*

7 *Testis an deponat de eo, quod vidit in infantia?*

8 *Castr. opi. in l. sororem. num. 4. C. de his quib. ut indig. communiter reiecta.*

9 *Dotem nõ amittit vidua committens stuprum, quouis tempore.*

10 *Testis non deponens de causa scientiae non probat.*

11 *Testis deponens de credulitate non probat.*

12 *Legata amittit vidua per stuprum commissum.*

13 *Vidua existente in patris potestate tempore stupri commissi, Dos applicatur patri.*

CONSILIVM CCCXVI.

In Domino confido.

QVONIAM in hac causa D. Veniae egregiè, & abundè scriptum fuit ad eius fauorem per solertissimum dominum Procuratorem, & magnificũ dominum Coaduocatum, ideo breuis ero solum aliqua adducens ad victoriam ipsius D. optimè conducentia, praesertim super illo puncto amissionis dotis, ad quam agit parum pia filia praetextu adulterij, vel stupri, vt dicitur commissi per eam post mortẽ D. Blasij Parimi eius viri. In quo articulo primo iure optimo videtur posse deffendi, non
1 fuisse probatum † dictum adulteriũ, vel stuprum concludenter, vel praesumptiuè, iuxta text. cũ ibi not. in c. praeterea. de testi. & in c. 3. loco, de praesumpt. per Bar. post glo. in l. capite quinto, num. 2. ff. de adult. nam primus testis deponens de associatione facta D. Bartholomei ad eam, & de conuersatione mutua inter eos. ac de eius interpositione ad componendum, & reintegrandum eos
2 in amore, est singularis, & non probat, † etiã concludenter, tametsi ageretur de probando adulterio, in genere. Io. de Amic. in consi. 127. in prin. & quòd testes non probent, tametsi tractent de probando quid in genere. tenet Crot. de testi. num. 324. & Ferrãd. Vasq. in trac. de succes. creat. §. 4. num. 45. praeterea ipse testis fatetur se officiũ
3 lenonis † praestitisse ad reintegrandum, & componendum eorũ amores, vnde non probat. Dec. in consi. 133. num. 4. vers. accedit, quòd ista. Zas. consi. 4. num. 14. secunda par. Praeterea non deponit de actibus proximis, & inferẽtibus ad stuprũ, nec hoc casu confessio D. Bartholomei, de qua ẽt ipse deponit, & in quo est etiam singularis, potest obesse D. Veniae, quae illi nõ interfuit, ex quo con
4 fessio † vnius non potest absenti nocere. Fely. in c. 2. num. 12. de fi. instr. immò etiam confessio amborum non sat esset ad probationem adulterij.
5 † Paris. consi. 54. num. 50. quarto vol. Syluan. consil. 50. num. 41. Secunda testis deponẽs de actibus proximioribus, non probat etiam, tanquam
6 amica, & singularis. † l. iurisiurandi. C. de testi. & dictum fuit supra. Tertius, & quartus nihil etiam probant, quia nihil concludenter, vel praesumptiuè deponunt, nec satis est audiuisse ptẽsos amasios, ita fuisse confessos, per ea quae supra deducta fuere, praeter id, quod ultimus deponit de eo,
7 quod vidit in infantia † sua, & non censetur probare. Dec. in l. 2. §. primo. num. 9. & 10. de reg. iur. Secundo posito sine p̃iudicio veritatis, quod fuerit probatum stuprum ipsius D. nõ propterea
8 est locus ammissioni dotis, quia opinio Cast. † in l. sororem. nume. 4. C. de his quibus, ut indi. & in consi. 147. reuocatur in dubium. secundo uol. nõ est vera, nec communiter recepta, & contra eam pro opinione Alex. & sequacium fuit pluries iudicatum, vt per Boer. decis. 338. num. 12. versic. tamen opinio Alex. quam etiam tenet Ioan. de Garro. in auct. eisdem poenis. num. 18. C. de secũ. nup. Aluar. in tract. praesumpt. praesumptione 9. num. 5. & secundum hãc dicit etiam vidisse iudicari Bartholomeus Cassan. in coment. super consuet. Burgund. Rubr. 4. §. sexto. in text. & sera tenue. nu. 24. & secundum hanc decisiuè consuluit Rol. à Val. in allegato consi. 86. num. 20. & seq. & num. 35. citat plures alios idem tenentes. 2. volu. cui etiam videtur adhaerere Bossi. citando Alex. & Dec. in titu. de coitu damna. & punibi. num. 55. & secundũ quam etiam consuluit Soci. Iun. qui dicit communem * alios citans in consi. 111. tertio uol. secundum quam dicit Didac. citatus per magnificum dominum Coaduocatum fuisse saepè iudicatum, & ipsam proprio suffragio comprobasse fatetur in suo epit. Decretal. c. 7. §. sexto. num. 11. & vltra consilium Crau. 205. num. 24. hanc etiam tenuit Villalob. in suis communib. opin. in versi. uidua. num. 34. Crot. Guiliel. Benedic. & alij quos abundè citat Duen. qui hanc opinionem defendit. regu. 12. actio non datur. tertia limit. latè etiã hanc comprobat Arius pinel. in l. 4. num. 9. ver. sed contrarium. C. de bon. mater. a qua dicit non esse in iudicando recedendum Clar. in pract. crimin. §. stuprum. vers. sed nunquid. in fi. dicens hodie esse

magis

** magis communem ** contra Castr. cui etiam adhæret Suarez. in suo thesau. recept. sent. in vers. vidua. num. 57. Et licèt Rolan. à Val. in d. consi. & nonnulli ex præallegatis autumauerint hanc opinionem procedere, ita demum, si stuprum sit commissum post annum luctus, secus si intra ipsum annum, ut per eos illic, tamen uerior est opinio

9 tenentium, quòd indistinctè uidua † committens stuprum, quouis tempore dotem non amittat, ut probant Didach. qui dicit ita fuisse iudicatum. Duen. Pinel. & Clar. in locis proximè citatis.

Secundò, & si opinio contraria esset attendenda, quod negamus adhuc huic dominæ non obesset, ex quo testes non probant necessariò, quod ea quæ ipsi deponunt gesta fuerint intra annum luctus. Et licèt duo primi testes, id uideantur di-

10 cere, tam interrogati de causa † scientiæ, nullam reddunt, quò fit, ut tanquam pecudes deponere videantur. Bal. in l. edita. 25. col. C. de eden. Crot. de testi. num. 309. Quinimmò si bene animaduertatur ad dictum ipsorum ipsi ostendunt non potuisse scire, an ea de quibus deponunt, commissa fuerint intra annum luctus, nam primus. pag. 5. fuit testatus ingenuè fatetur nescire, quo tempore D. Blasius obierit, idem etiam fatetur secunda testis quæ dicit audiuisse, quod tempore, quo fuit conducta pro nutrice eã obierat per sex, vel septem menses, vnde & loquitur propterea per verbum

11 † creditur, quando deponit de dicto tempore anni luctus, vnde non probat. glo. & Doct. in l. testium. C. de testi. Crot. d. tracta. num. 311. Et hoc fundamẽtum tollit etiam obiectionem, quæ pos-

12 set ex aduersario fieri super ammissione † legatorum factorum per maritum dictæ Domin. Veniæ. iuxta tex. cum ibi not. in l. prima. C. de secun. nupt. & Duen. dicta tertia limit. cum enim sit concludenter probatũ talia gesta fuisse tempore anni luctus, cessat omnis scrupulus.

Huic etiam opin. Alex. aduersarius Cast. adstipulantur statuta nostra Ferrariæ sub Rubri. pœna mulieris nuptæ sua voluntate per alium cognitæ. & in Rubri. pœna cognoscentis mulierem carnaliter voluntariam, in quibus applicatur tantummodo dos marito si adulterium sit commissum eo viuẽte, & accusante, secus igitur si eo mortuo.

Postremò non omitto, quòd quatenus posset agi de ammissione dotis ipsius D. Veniæ (quod ex præfatis satis falsum esse dignoscitur) cum tamen constet ipsam, tunc patris fuisse filiamfamilias, &

13 in potestate patris constitutam, dos † ipsa etiam propter adulterium magis patri, quàm filiæ uenisset applicanda, ut etiam per alios fuit tactum,

* secundum communem * opinionem Doct. in l. 2. §. quòd si in patris. sol. matri. quam opinionem dicit communem etiam Cassan. in d. §. sexto loco præallegato. nume. 20. licèt arguat contra illam inferius, & relinquat cogitãdum, & quam etiam dicit cõmunem Ceph. in consi. 256. nu. 29. & 30.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

Quid de hac re euenerit ignoramus, sed veremur ne aliquid mali, adeo ut hæc D. Venia ueniam non obtinuerit; de stupro & dotis amissione scripsimus supra consi. 20. num. 40. cum sequ. vbi plura.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Pax an dicatur rupta, quæ fuit facta sub conditione præstandæ fideiussionis, si nunquam illa fuit præstita.

SVMMAE.

1 *Conuentio seruanda est, quia dat legem contractui.*

2 *Pœnam non petit fiscus, quando pars non potest petere.*

3 *Relatio in dubio est facienda ad proximum.*

4 *Casus mixtus non comprehenditur sub simplici.*

5 *Pacta in pace apposita sunt stricti iuris.*

6 *Interpretatio stricta est facienda in pœnalibus.*

7 *Iudicandum est in dubio contra agentem pœnam.*

CONSILIVM CCCXVII.

In Domino confido.

STANTE pacto apposito in instrumento pacis initæ inter Corellos ex vna, & Marianos ac Grapadellos ex altera, q casu quo per ipsos de Marianis, & de Grapadellis non præstaretur similis fideiussio, prout præstita fuit per Corellos, promissio, & obligatio facta per ipsos de Corellis, nullum sortiatur effectum; ità tamen, quod si una pars ex præfatis de Marianis, seu de Grapadellis præstiterit fideiussionem erga illam partem obligata, & promissa sorciantur effectum, & ut in instrumento ipso. stante quòd eo, quòd pro parte ipsorum de Grapadellis nunquam fideiussio præstita fuit, non potest dici, quòd ob vulnus illatum Seraphino de monte in dicta pace nominato per Ioan. Baptistam filium Alexandri, alias il grosso, de Corellis, ipsos de Corellis teneri ad pœnam pacis ruptæ, ex quo ipse Seraphinus censetur ab ipsis de Grapadellis nominatus, à quibus nulla fideiussio præstita fuit. Cum enim ipsi Grapadelli, & Seraphinus nullam fideiussionem præstiterũt, obligatio nihil valuit ex conuentione, quæ ser-

1 uanda est, cum † det legem contractui. l. prima. §. si conueniat. Depo. l. contractus. de reg. iur. in 6,

& pacta

& pacta rumpunt.ll.secundum vulgares glo. in d. c.contractus, & Cagnol.in l.contractus. num.97. de reg.iur.nec dubium est, quòd Grapadelli non possent agere ad pœnam, nisi ipsi conuenta obseruassent.Corn. consi.343.col.2.ver.constat.primo vol.Dec.latè consi.380. nume. 1. & quando pars
2 suam partem pœnæ † petere non potest, ita nec fiscus, suam partem.Corn.consi.51.col.4.vers.dubitabam tamen. primo vol.

Nec ob. vt obijcitur pro parte fisci, quòd Seraphinus ipse nõ fuit nominatus à Grapadellis tantum, sed etiam à Marianis, quo casu satis videtur, quòd ipsi de Marianis fideiussionem præstiterint, quia primo dicitur quòd ex quo statim post alios de Grapadellis fuit nominatus, censetur à magnifico Baldassare de ipsis Grapadellis nominatus,
3 & ad ipsum relatio est facienda, quæ † in dubio ad proximiora faciẽda est.l. si idem cum eodem. §.fi.ff.de iurisd. omn.iud.Bal.in l.fi.in fi.C.de legi. hær.Rui consi.96 num.3.primo vol.& consi. 133. in fi.tertio vol.& Crau.consi.147.num.8.

Secundo (& hoc tollit omnem difficultatem) posito quòd ab vtraque parte fuerit nominatus, & in pace comprehensus, debuit etiam pro vtraque parte præstari fideiussio, ut ipse non possit offendi absque pœnæ incursione. nec sufficit præstatio facta per Marianos, quæ omnino pro ipsis de Marianis præstita fuit, nec in illa nominatus ipse Seraphinus, & cum ipse non esset de Mariani, nec ab ipsis simpliciter, sed etiam ab illis de Grapadellis nominatus, vel cum eis compræhensus, non censetur compræhensus vt persona mixta in dicta fideiussione, & cum versentur in contractibus, & in pœnalibus, & odiosis, in quibus fit stri-
4 cta interpretatio, casus † mixtus nõ compræhenditur sub simplici.l. vim passam.§. præscriptione. ff.de adulter.Bart. & communiter omnes in l.2.in
* prin.vbi Alex. dicit communem * num.5.& Alc. num.4.22.30.& alijs numeris.de verborum obligation.& ibi in pace trad. Vincen. Nercul.colu.7. ver.& nota.& tene menti hoc dictum, dicens ita consuluisse. idem etiam tenent Alex. loquens in contractibus.in consi.140. circa primum 2. colu. 5.vol.Alci.consi. primo.nu.22.& seq. libr.2. Cor. consi.63.col.3.& col.pe. secundo vol. Rui. consi. 114.num.7.& 167. num.3. primo vol. Nat. consi. 469.num.10.& 609.num.17.ac Bero. consi. 153. num.35.& 59.primo vol. Dubium autem non est, quòd hic non versamur in pacto stricti iuris, & in
5 pœnalibus, quòd pacta † in pace apposita sint stricti iuris. trad.Bal.in consi.195.laudate.num.8. secundo uol.& sequitur Iac.Nouel.in pract. crim.§. vltnu.43.& quòd in pœnalibus stricta fit facien-
6 da interpretatio. † latè Dec.in l.factum.§. in pœnalibus.num.3.de reg.iu.& in dubio contra agen
7 tem ad pœnam venit iudicandum.† d.§.in pœnalibus.& Alc.in tract.præsumpt. ultima regula. vltima præsumpt.in prin.

Laus Deo Opt. Max.

Barth.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Pactum de retrouendendo cum modicitate precij, an faciat contractum vsurarium statuto stante, quod requirit hominem esse solitum fœnerari?

Quid stante consuetudine contrahendi, & in homine rudi, & bonæ vitæ?

SVMMAE.

1 *Iudici non creditur de disfamatione.*
2 *Contractus præsumitur licitus non vsurarius.*
3 *Qualitas statuti est omnino probanda.*
4 *Pactum de retrouendendo iuncta modicitate precij, an faciat præsumi contractum fœneratitium, est alta quæstio.*
5 *Pactum de retrouendendo, qua ratione faciat præsumi contractum vsurarium, & quando non.*
6 *Ratione finali cessante cessat dispositio.*
7 *Statutum cessat, cessante præsupposito.*
8 *Pars pretij sunt omnia pacta, & commoditates venditoris.*
9 *Consuetudo etiam iniusta, ut contrahendi illicitè excusat à pœna.*
10 *Vsuræ suspicio tollitur ex bona fama, & si inquisitus sit persona rudis.vt num. 11.*

CONSILIVM CCCXVIII.

In Domino confido.

MAGISTER Franciscus de Circhiarijs, inquisitus de contractu vsurario venit omnimodo absoluẽdus rex plu ribus.

Primò; quia inquisitio contra ipsum formata fuit, & est nulla, cum nulla præcedente diffamatione formata fuerit, quæ ortum à personis fide dignis habere debuisset. nec in hoc creditur iudi
1 ci † inquirenti.Dec.in consi.170.2. colu. vbi ampliat etiam si de mandato principis procederet.

Secundò, quia inquiritur de facto, quod non est delictum, quo casu corruit inquisitio, & impeditur litis ingressus. Mars.in pract.criminali.in §. constante ad fi.& in consi. 100.in fin. & in dubio
2 contractus † præsumitur licitus non illicitus uel vsurarius.Bal.in l.rogasti.§.si tibi. ff. si certum pet. Cæpol.in tract.de simula.contract.26. præsumpt. num.85.Alc.consi.200.num.4. sexto volu. Roch. de Cur.in tract.de consuet.num.92. Craue. cons. 48.num.8.& 145.num.2.& Rui.consi. 73. num.6. in fi.primo uol.& Soc.Iun.consi.83.num.6. secundo vol. & in his terminis Roland. à Val. consi.96. num.11.secundo volum.

Nec

Nec obstat statutum ciuitatis Ferrarię sub rub.
de pœna contra vsurarios. tertia pag. post princ,
vbi præsumit contractum vsurarium, si venditio
fuit cum pacto de retrouendendo ad certum tem
pus, si res tempore contractus valeret plus usque
ad quartam partem precij, vt præsupponitur hoc
casu ualuisse, quia statutum exigit aliud ad hoc,
vt contractus præsumatur fœneratitius, quod sci
licet fiat contractus per personam suspectam de
huiusmodi contractibus vsurarijs, & in processu
3 oon fuit probata ista qualitas, † quę omnino erat
probanda, ut latę per Mars. in l. si quis de quæstio.
num. 130. ff. de quæst. in singulari. 187. qualitas &
Plot. in repet. l, si quando. num. 355. C. unde vi. sta
tutum enim hoc voluit tollere dubium, quod est
4 inter Doctores nō leue, an pactum † de retrouen
dendo iuncta modicitate precij faciat præsumi
contractum simulatum, & vsurarium. qui articu-
lus est adeo dubius, ut uix dignosci possit pro qua
* parte sit communis opinio, * vt per Cagn. in l. 2.
C. de pact. inter empt. & uendi. sexta qō. num. 50.
& seq. & Didac. Couar. hispa. in c. 8. num. 4. lib. 3.
suarum resolu. & voluit has duas præsumptiones
statutū non sufficere, nisi & tertia suspicionis per-
a sonæ contrahentis accedat, a & cum non sit pro-
bata ista tertia præsumptio cessat oīs scrupulus.

Secundò, statutum illud nō potest in casu isto
locum habere, nec iuris communis dispositio, ad
quam statutū ipsum relationem habet, quia con-
5 tractus emptionis cum pacto † de retrouenden-
do ideo præsumitur fœneratitius, quia ius præ-
sumit, quod partes noluerint facere contractum
veræ venditionis, sed pignoris, & quod emptor,
seu soluens pecuniam, uelit sub colore, vel vela-
mine emptionis fructus rei percipere ex sua pecu
nia, non pro precio verè, sed mutuo data. ut in c.
ad nostram. de empt. & vend. in c. illo uos. de pig.
& huc tendant fere omnes præsumptiones Do-
ctorum cōsideratæ per eos ad præsumendū con-
tractum simulatum, & fœneratitium, & maximè
Cæpol. in tract. de simula. contract. in quampluri
bus eius præsumptionibus. Quo fit, vt quādo ver
semur in contractu emptionis cum dicto pacto,
cuius vigore emptor nullos præcipiat fructus, ꝓ-
culdubio cessat omnis controuersia Doct. & om-
nis suspicio, vt nullo modo possit dici contractus
6 vsurarius, ex quo cessat illa ratio † finalis, quæ in-
ducebat suspicionem, qua cessante pariter cessat
legis dispositio. l. quod dictum. ff. de pact. c. cum
cessante. ubi latè Dec. prima col. de appella. cum
itaque uigore huius cōtractus emptionis magni-
ficus Franciscus fructus aliquos rei emptæ non
perceperit, cum iam illam conduxisset ad affictū
pro pluribus annis, & pensionum soluisset, ut in
instrumētis in causa productis, nimirum si res ista
careat omni probabili difficultate, & cesset dispo
sitio, tàm statutaria, quàm iuris communis. & ꝙ
statutum hoc nō habeat locum, nisi uirtute illius
contractus emptor fructus percipiat, apparet, qa
præsupponit, quod fructus perceperit, & mandat
teneri restituere rem cum fructibus perceptis, &
ipsos in precium soluendum computandos esse,
7 quo casu cum statutum † non possit uerificari in
hoc præsupposito eius dispositio locum habere
non potest glo. & Doct. in l. mancipia. C. de serui.
fugit. Dec. consi. 90. num. 3. & Rui. consi. 83. num.
5. quinto volum.

Tertiò, animaduertendum est etiam, quod nō
est probatum pro parte curiæ, quod terræ vendi-
tæ ualuerint pluris precio conuento, ad quartam
partem ipsius pretij, immò nec ad octauam, uel
minimam, quia si bene inspiciatur instrumētum
apparet, quod in omni casu pretium erat in, & de
libris centum, pro qualibet bubulca, nec emptor
poterat terras habere minori precio, licet impru
dentia notarij (citra iniuriam eius loquar) malè
fuerint concepta uerba illius clausulæ ꝑcij, nam-
que siue ipse emptor uellet liberas habere terras
ante tempus præfixum retroemptioni, siue lapso
eo tempore, semper tenebatur soluere precium
in rationem librarum centum pro babulca, &
nunquam perfectè, & irreuocabiliter poterat effi
ci dominus ipsarum terrarū, nisi soluto dicto pre
cio. vnde non possumus dicere pretium harū ter-
rarum esse illarum Sc. 71. 8. 8. sed quod tātummo-
do illa quātitas fuerit specificata ad finem, ut in-
terim venditor nihil pluris consequi posset, ante-
quam laberetur tempus ad recuperandum rem.
Nec enim hoc aliquod damnum sibi attulit, cum
illas libr. 500. fuerit consequutus, & eis gauisus
fuerit, & vsufructuauerit illas absque eo, quod
pro illis emptor fructum aliquem perceperit, cū
fructus terrarum ex causa affictum solutorum ha
buerit, ut supra. & propterea negari non potest,
quin cōtractus ipsi venditori, fuerit utilis, & dam
nosus emptori, nec in hac specie cōtractus loqui
tur statutum, vel Doct. aliquis, qui in his terminis
affirmet contractum huiusmodi posse dici vsura-
rium, sicut etiam negari non potest, quod pretiū
Gabel.vltima par.q.9.num.15.Iul.Ferret.in tract.
de Gabel.& publica.num. 55.& Rip.in tracta.de
pest.in titu. de præseruati.remed.c. deuenio nūc
ad modum.num.132.& seq.& in proposito præ-
sumitur ignorantia secundum Rip.illic.nu.135.
uel de ea standum est iuramento ipsorum, ut per
eum ibi.

Quod tanto clarius in casu isto procedit, ex
quo, vt res cadat in commissum exigitur fraus, &
dolus fraudantis, tam ex forma statuti Mirandu-
læ sub Rubri. de pœna repertorum fraudare da-
tium aliquod.in prin.ibi, (& cum malitia, & for-
ma fraudandi id fecerit,) quam de iure commu-
2 ni. nam uerbum illud (malitia) † in statuto im-
a portat dolum [a] glo.iuncta tex.in uerb. si quis de-
prehensus.in c.suggestum.de appella.ubi Docto.
Bal.in l.quæ fortuitis.col.2.uum.5.C. de pig. act.
3 Quod autem de iure communi fraus, † & dolus
exigatur.trad.Cor.in consi.181.num.7.colum.3.
vers.circa quam.tertio uol.vbi dicit, quod non di
4 citur quis fraudare † sine dolo & animo, & cons.
nocendi.l.fraudis appellatione.ff.de reg.iu.idem
tenet Abb.consi.68. primo uol. quem sequitur,
Boss.in tit.de pœna fraudan.vectig.num.17.Ro-
lan.à Val.consi.42.num.15.tertio uol.& Menoc.
consi.98.nu.21. qui quidem dolus uel fraus non
præsumitur, sed probari debet.l. dolū.C. de dol.
Crau.consi.8.nu.1.& cum ipsi Bubulci, & vecto-
res nihil lucrarētur.ex huiusmodi contrabanno,
5 cū ad ipsos non pertineret solutio Gabellę, † sed
ad dictum Hieronymum Antonium d.Vini.Ber-
tach.tract.de Gabel.7.par.num.3.& seq.Ferre.d.
tract.nu.87.89.Benuenu.Stra.in tracta.de naut.
nauibus.& nauigat.tertia par.nume.9.& Anton.
Bodi.in rubri.C.noua vectiga.institui non posse.
num.53.non præsumitur in illis fraus, vel dolus
Craue.consi.18.num.22.& 75.nu.16.17.18.Do-
lus autem, & animus fraudandi probatur in dict.
Hieronymo Antonio, ez quo non fecit, id quod
facere tenebatur, & sciebat se teneri, Crauet.ad
propositum in fraudante Gabellam. consil.115.
num.2.& quia voluit decipere etiam dictos Ba-
bulcos uectores affirmando habere bulletum, &
licentiam transeūdi, quo casu meritò tenetur ad
6 amissionem vini, & ad pœnam statuti † Rapha.
Cuma.consi.21.Mattheus. quem sequitur Bossi.
in d.tit.de pœna fraud.vectig.nu.6.

Et cum ipsi Bubulci interrogauerint dominū
Vini, an haberet bulletum, & ipse affirmauerit,
quod sic, satis apparet de animo ipsorum, quod
7 non intendebant fraudare gabellā, ex quo † ani-
mus probatur ex his quæ dicūtur, uel fiūt. Gram
mat.Vot.10.num.27.Paris.consi.149.num.22.
in quarto.& decis.Pedemont.71.nume.33.& 90.
8 num.19.& de tali eorum animo † non fraudandi
deberet stari eorum iuramento, vt ad propositū
trad.Bero.consi.164.num.8.in tertio uol.Grami.
Vot.præfato.10.nom.28.Neuiz.consi.5.nu.38.
& Sylua.consi.7.num.10.Vltra quod non est ve-
risimile, quod ipsi habuerint animum fraudandi,
ex quo, ut diximus ad eos non pertinebat solue-
re Gabellam, & nullum lucrum ex contrabanno
sentiebant. Sed nec ullam habebant amicitiam
cū dicto Hieronymo Antonio a quo fuerant mer
cede conducti, ad vehēdum dictum uinum. nam
9 fraus † ex verisimilibus probatur, vel excluditur,
Craue.consi.153.num.11.& in probationib.mul
10 tum est attendenda verisimilitudo, † Mars.in ru-
bri.de probat.num.108.& in singulari.396.Cra-
ue.in consi.61.nu.9.& 75.nu.22.& seq.

His accedat, quod eum ipsi Bubulci credide-
rint domino Vini, ad quem spectabat solutio Ga
bellæ, & acceptio bulleti, de cuius præiudicio
agebatur ob amissionem uini, & carcerationem
personæ excusandi sunt a dolo, quia si nimia cre-
11 dulitas etiam satua excusat a pœna † & dolo, ut
per Ang.Soc.& Ias.& Iacob. de Sancto Georg.&
alios in l.prima in fi. prin. ff.de eo per quem fact.
erit, Dec.consi.178.colu.3.& consi.192.ad fin.&
Gram.d.Vot.x.num.21. quanto magis debet ex-
cusare illos credulitas, quam habuerunt domino
Rei, habenti interesse, & de cuius tam magno
præiuditio agebatur?

Postremo cum in casu dubio cōtra gabellam
12 uti odiosam sit facienda interpretatio † Corne.
consi.199.col.4.in princ.Dec.consi.48.col.3.ver
si.6.& vlt.& Crau.consi.231.in fi.& in casu isto iu
stitia est clarissima ad fauorem horum bubulco
rum, & vectorum, tanto magis absoluendi, & li-
berandi sunt à pœna commissi. Quod si verū est
in ipsis uectoribus conducentibus vinum, prout
verissimum esse ex prædictis apertissimè constat,
tanto magis procedit in dicto Baptista Mōtana-
rio, qui non conduxit uinū, sed misit filium cum
plaustris, & bobus ad vehendum uinum ipsum,
& qui ignorauit d. Hieronymum Antonium esse
facturum contrabannum.

Laus Deo Opt. Max.

Barth.Bertaz.

Rusticum hunc scimus maximas passum fuisse molestias, condemnatum autem fuisse ignoramus.

ADDITIONES.

a Quomodo sumatur hoc verbum (malitia) uel (malitiosè) diximus supra consi. 44. cui adde malitiosè aliquid fieri, quod fit iniuria dolo adhibito, quia malitia est calumnia, ut scribit glo.in c.ultimo. in fi. de clandesti desponsa. & calumnia habet dolum anneхū, ut probat Menoch.de arbitr.iud.c.121.qui Menoch.hanc expositionem posuit ad concilium tridentinum in cano. de matrimonio. mandans malitiosè non impedire debere aliquem denūciationes locus Menoch.est in consil.69. num. 30. & in eodem casu consuluit Cephal. in consi.421. ubi num. 22. & 23. ait illud dici fieri malitiosè, quod fit non legitimè. & malitiosum impedimentum est

sequuntur Mars.in singulari 576. voluntas.in consil.67.num.29.& 55.& consi.236.num.25. Gram. Vot.23.num.13.Paris.consi.152.num.34.in quarto vol.& Craue.consi.309. num.6.& hoc est regu
a lare, [a] vt in principalibus coadunatis non tamen animo occidēdi, quilibet teneatur tātum de eo, quod ipse fecerit, ut per Mars. in l. nihil interest. num.16.ff.ad l.Corn.de sicar. de quo per Care.in d.sua pract.§.4.num.28.& Mars.in consi.25.num. 56.Non nihil etiam hanc partem adiuuat senten-
5 tia illorum, qui tenent percutientem † aliquem bastono non animo occidendi non teneri de oc-
b ciso [b] etiam si percussus moriatur, ut per Felyn. in c.sicut dignum.in prin.vers.sed ista limita. de homicid.Mars.in cons.4.num.30.7.num.16.& 167. num.19.& num.55.Nouel.in tract.ad defens.in ti. de excusa.reo facien.num.16.Gram.Vot.23.nu. 17.& Didac. Hispanus in repet.clem.si furiosus, secunda par.primo §.in prin.de homici. sicut etiā optimè facit dictum Bal.in cōsi.507.cum ciuitas. quinto uol.ad fi. quod delictum incogitatum mitius est puniendum.

Tertiò, quatenus constaret ipsum Nicolaum opem præstitisse dicto homicidio (quod inficiatur, & cuius cōtrarium clarè ex processu comprobatum est) adhuc ipse Nicolaus non posset puni-
6 ri pœna mortis, sed mitiori, & arbitraria † secun-
** dum receptiorem ** Doctorum sententiam, quam tenet Ang. in l. is qui opem. nu.4. vbi dicit quod seruatur quotidie, quod cæteris consocijs mitigatur pœna. ff. de fur. Saly. in l. uni.col.mihi 14.vers.ex præfatis infero.C.de raptu uirg.Bal.in consi.490.num.9.in 2.Mars.in consi.24.num.22. & 43.num.49.Carer. in d.§.4.num.69.& Didac. in d.clem.si furiosus.in 2.par.21.§.num.2.& hoc sine dubio procedit quando auxiliator ignorat
7 † homicidium esse committendum Gram. decis. 25.num.4. si igitur mitiori pęna puniendus est auxilium, opemquè pręstans maleficio, quàm principalis delinquens, vt supra quanto magis mitissima & leuissima, vel nulla pœna afficiendus erit qui nullum auxilium, nullamve opem maleficio præstitit, sed verbis, & factis pro posse nixus est, ut prohiberetur rixa & scandala euitarentur, ut supra in primo fundamento dictum est? Namque etiam ex verbis prolatis in rixa satis ostenditur
8 animus † nolentis præstare auxilium, uel opem maleficio, ut trad. Ale.in consi.138.num.4. sexto vol. Blanc.in l.fi. num.58.ff. de quæstio.& Gram. dicta decis.25.in fi.

Quartò, & si omnia cessarent, quæ utique militant, ignoscendum esset dicto reo propter eius qualitatem, cū sit demens & insanus, ut testes pro eius parte examinati deponunt, satis probantes
c eius dementiā, [c] ex signis ipsis, & verbis eiusdem, cum pluries more insanorum lapides proiecerit, & similes actus fecerit ipsum demētem ostenden
9 tes. propter enim furorem uel demētiam † ipsam certum est reum puniri non posse. l. diuus.ff.de offic.præsid.cum alijs citatis per Nouel. in tract. ad defens.in c.homicida.quibus ex caus.a pœ. mor. excusetur.num.37.fol.16.Blanc. in sua practi. cri. in uerb.imbecillitate.fol.83.num.1.& seq.Care. in d.sua pract.§.sexto.num.13.19.26. nec confessio ei nocet, ut per Gram.consi.16.Carer.in d.§. num.17.& Pet.Foller.etiam in sua pract. crimi. in verb.& si confitebantur.num.28.& sufficit doce-
10 re semel fuisse furiosum, † quia delictum tempore furoris, vel dementiæ commissum censetur, etiam si ipse dilucida haberet interualla. Carer. dicto §.num.18.

Nec obstat modo Ducale proclama, quod socius puniatur eadem pœna, qua ille qui aliquod delictum cōmiserit. si excesserint socij numerum quatuor, vt in eo, namque illud non procedit, nisi consocius talem opem præstiterit maleficio, quæ ipsi maleficio causam dederit, alias tenetur pro modo culpæ, & hoc casu secundum ius commune uenit interprætandum, ita in statuto disponente, quem teneri pro ope præstita eadem pœ-
11 na, qua tenetur consocius delinquens. † trad.Saly.in d.l.unica.col.antepen.vers. aut pœna est eadem cum pœna principali.C. de raptu virgi. Cępol.d.consi.27.num.14.Mars.in singulari, 15.statuta.in consi.24.num.16.38.num.14.& pluribus alijs consilijs.& in l.si rixa.num.48.ff.ad l.Cornel. de sicar.Gramm.consi.45.num.41.& Carer.in d. §.quarto.num.69. vnde cum in casu isto constet nullam opem præstitam fuisse per hunc reum delicto non debet aliqua pœna puniri, & licet proclama ipsum præsumat contrarium, tamen non videtur denegare, quin possit contrarium proba-
12 ri † ex quo vlterius non procedit, ut ad propositū trad.Mars.in sing.357.extant.& latius Plot.in repet.l.si quando.num.976.C.unde ui.

13 Secūdò, cum dictum proclama † pro delicto deponat alium puniendum esse, non debet intelligi de pœna corporali, sed de pecuniaria, quia alias non ualeret. Soc. consi.31.col.5.primo uolu. Dec.in c.2.num.4.prima lectu.de constit.Mars.in l.infans.num.16.ff.ad l.Corn.de sicar.& in d.l.vni. num.84.C. de rapt. virg. Rui. consi.116.num.10. in 4.& Didac. Hispan. in lib.2. suarum resolutionum.c.8.num.7. Quod etiam uidetur sentisse ipse Serenissimus D. Dux dum suo arbitrio reseruauit etiam pœnam corporalem imponere posse, quæ reseruatio in casu commissi homicidij fuisset inutilis, & superuacanea.

Tertiò ad hoc, ut quis pęna mortis uel alia corporali teneatur necesse est, quod interueniat do-
14 lus † delinquentis, quod omnes admittunt, Cepol. consi.34.num.4.37.num.7.Mars.in l.in lege Cornelia.nu.4.ff.de sicar.in l.de minore.in princ. num.7.de quæstio. & in quampluribus alijs citatis per Carer.in d.sua practi.§.2.num.4.per Plot. in d.l.si quando.nume.762.& Tiraq.in tracta.de pœn.caus.13.num.10.& causa seq. At hic plus, quam certum est nullū dolum adhibitum fuisse, vel interuenisse dicti Nicolai, qui erat partiū communis amicus, & valide laborauit se interponendo, &

do, & impediendo, ac prohibendo ictus, & vul-
15 nera, & cum proclama † ipsum imponat, irrogetquè pęna ipso iure strictè venit interpretandum, nec extendendum, ut per Tiraq. in repetit. l. si unquam. in verb. reuertatur. nume. 303. C. de reuocan. donat.

Quartò, cum iste reus ignorauerit publicationem, & tenorem dicti proclamatis de recenti publicati, quod in notitiam omnium nondum transiuerat, maximè cum adhuc non essent lapsi duo menses, ut in Auth. ut factæ nouæ constitutiones, col. 6. & habetur in c. 2. de consti. & cum sit constitutio, quę a iure cõmuni exorbitarę uidetur non
16 est etiam lata culpa † illam ignorare. Alex. consi. 18. num. 21. 7. volu. & in huiusmodi extrauaganti præsumitur ignorantia, quicquid sit in alijs legib. Alcia. in tract. præsumpt. reg. tertia præsumptione 31. num. 5. excusandus est a dolo, & per conse
17 quens † a poena corporali, ut supra, & trad. Alci. de præsumpt. num. 6. & Plot. in d. l. si quando. nu. 258. & si dicatur quod Decretum, seu proclama
18 † ipsum præsumit scientiam, & prohibet allegari posse ignorantiam, respondetur quod illa prohibitio debet intelligi de ignorantia crassa, non autem de iusta, vt per Crot. qui plures in eam sententiam citat in l. omnes populi, num. 71. ff. de iusti. & iur. & in c. ut animarum. col. 3. tertia limitatione. de constit. in sexto. Præterea cum aliter nõ constet de scientia, nisi ex ista præsumptione ab hac lege inducta non deberet posse puniri poena vera delicti, sed mitiori reus, qui ex præsumptionibus damnatur. c. afferte. de præsumpti. Cæpol. consi. 27. num. 13. Mars. in consi. 7. nume. 36. & x. num. 14. Gram. latè decisione 42. num. 1. & 14.

Sextò, proclama istud nimis rigorosum potest impugnari ex quo poena non est commensurata
19 delicto, cum quis pro leui facto † possit teneri pęna mortis, iuxta trad. per Dec. in c. at si clerici. nu. 6. de iudi. Craue. consi. 46. num. 15. Mars. in consil. 115. num. 13.

Vltimò, cum agatur de poena irroganda furioso, uel saltem dementi, cessant omnes ll. tam generales, quàm speciales, ut supra, & quia ex gestis per ipsum reum per testes ut supra probatis liquido apparet ipsum non contrauenisse dict. proclamati, cessat (iudicio meo) omnis difficultas.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Poena ordinaria non fuit imposita in hoc casu, sed quædam extra ordinem arbitrio Principis.

Clau. Bertaz.

ADDITIONES.

a Tota hac consultatio in uniuersum consideratur uera est, & iusta, licèt partium aliquæ per se consideratæ nõ subsistant, ita euenit quandoque ut consulentes compellantur adducere minus solida fundamenta pro ornatu consilij, ut dicit Soc. consi. 35. col. fi. in 30 Gozad. consi. 96. num. 8. itaque cum supra a nobis sit conclusum teneri de homicidio coadunatũ ad opus & factum illicitum, licet ad homicidium non fuerit coadunatus, quod contra Iul. Scarlat. multis probauimus, illud est intelligendum cum modificatione de qua hic nume. 6. cum seq. nempe si iste non cõsensit homicidio, imo uel illud prohibuit, uel se retraxit, & noluit rixæ interuenire. sicuti enim coadunatus ad bastonandum si ensem euaginat dicitur nouum consensum rixæ, & homicidio præstare merito quæ est puniendus tanquam ex tractatu, quia erat congregatus ad malum. ita eum qui non vult præstare opem ultra actum ad quem est uocatus si sequatur homicidium illius poena puniri nullum ius postulat. quare si relatum est a nobis supra cõsi. 296 quendam Blasium fuisse capite punitum, illud euenit, quia nõ solum euaginauerat ensem, sed rixæ interuenerat, & occiderat bastonatum.

b Hęc opinio habet aliquam difficultatem si percussio fuit facta super caput, ut per Mars. in l. 1. §. Diuus. num. 86. vbi distinguit. ff. ad l. Corn. de sicar. in l. prima. num. 36. c. eo. & ibi num. seq. idem tenet quando percussiones fuerunt reiteratæ & multiplicatæ. trad. Nouel. in pract. crimi. fol. 81. num. 28. & 46. & per Carer. in practi. in §. 2. num. 33. sed quicquid sit de principali, quærimus nos de opem ferente, & per supradicta concludendum est non teneri de homicidio assistentem bastonanti si homicidio non consensit, uel euaginando arma, vel dando opem uerbis, assistentia, uel alio actu extrinseco demonstrante assensum homicidio. quod intelligo in terminis illis in quibus intelligunt Docto. q principalem nempe, quando ex percussione, & modo percutiendi non poterat sequi mors, vel homicidium factum est cum ense euaginato post percussionem. scio enim quod ait Care. d. nu 33. omnia esse pensanda per iudicem, quia alias inueniretur nouus modus occidendi & euadendi penam. itaq; in re pñti mihi perplacet hæc distinctio, aut actus illicitus, cui quis assistit, uel ad quem est uocatus põt importare homicidium ex propria natura, aut non. primo casu arbitror hunc debere puniri poena homicidij, quia debebat præcogitare omnem euentum rei illicitæ. secundo casu si homicidium tamen est sequutum, quia ex percussione cum baculo deuentum est ad arma si assistẽs uel adunatus demonstrauit assensum suum nouo actui opem aliquam ferendo tenetur. si uero contrario actu dissensit, ut discedendo, uel intermediando modo non simulatè, sed prohibendo non tenetur. iudex poterit ex tempore, quod æquum est statuere, quia in re criminum pauci casus possunt certa concludi doctrina.

c Furiosum delinquentem a poena excusari supra diximus in additio. ad consilium. 228. Marsi tamen dicebat posse puniri si scelus committat atrocissimum, nam & bruta quandoque puniũtur, uariaquè alia adducit. arbitror Mars. in hac re furere; loquitur namque sine ratione. nam si in furioso nullum esse delictũ proponitur, quia qui consilio delinquendi uacans extra delicti poenas sint posui. l. infans. ff. de sica. clem. 1. de homicid. quid est de atrocissimo delicto excogitandum? Præterea quod maius est delictum parricidio: attamen ab hoc excusatur furiosus. l. Diuus. l. congruit. ff. de offi. præsid. l. penult. ff. de parricid. Tiraq. de poen. cau. 2. & 3. Nec quod dicitur de bruto de quo in c. mulier. 15. q. 1. & Mars. in pract. in uerbo diligenter. num. 167. Carer. in practi. §. circa num. 110. meretur allegari, ubi de hominis dignitate, ac nobilitate agitur, arg. l. iustissime. ff. de ædil. edict.

Claud. Bertaz.

ARGV-

ARGVMENTVM.

De materia superioris consilij agitur. & de dubijs respondetur.

SVMMAE.

1 *Veritati debet cedere omnis præsumptio.*
2 *Probationibus notorium inducentibus standum est.*
3 *Edicta debent interprætari secũdum iuris communis dispositionem.*
4 *Filius pro delicto patris punitur, & quando.*
5 *Statutum præsumens aliquem deliquisse, & disponens eundem puniri pœna corporali, quomodo intelligatur.*
6 *Contrarium potest probari ante sentẽtiam proferendam prætextu præsumptionis iuris.*
7 *Decretum disponens ignorantes etiam ligari, quando procedat.*

CONSILIVM CCCXXVII.

In Domino confido.

DVBIA proposita aduersus hunc pauperem iuuenem carceratũ Nicolaũ a
Lacu. satis ex prioribus scriptis, & ex
resolutionibus magnifici Coaduocati sublata sunt, pro quorum, tñ solutione nõnulla etiam pro debito officij iustitiæ conuenientia in medium adferam. & quia circũscripto tenore ꝓclamatis Ducalis nulla subesset difficultas, qn ipse absoluendus esset, propterea de ipso tantum proclamate verba sunt facienda. dicitur igitur proclama & edictũ ipsum nocere in casu isto nõ debere ipsi Nicolao, qui ex probationibus pro eius parte factis docuit ne dum ullum præstitisse. auxilium uel opem homicidio commisso, verum multa fecisse ne illud sequeretur, cuius opera effectum est, ut vulnera, & forte cædes, quæ subsequi potuissent ex rixa ipsa impedirentur, quo casu non debet edictum ipsum sibi locum vendicare, & si aliter præsumat, quia omnis pręsumptio
1 † probatione veritatis cedere debet. l. fi. in princ. ff. quod met. caus. cum alijs citatis per Craue. consil. 146. num. 7. & licet forte, ut in dubijs dicitur huiusmodi edictum præsumptionem iuris. & de iure inducat. tamen cum iam sint factę probationes, & admissæ, & ex illis inductum sit notorium, quod ex actis inducitur, dubium nõ est, quin istis
2 probationibus standum sit, † ut optimè tetigit D. Coaduocatus, quod etiam trad. Guid. Pap. in tracta. præsumpt. num. 8. Abb. & Feli. in c. cũ contingat, ubi Fel. num. 7. de offic. delega. Abb. cons. 89. num. 2. in prin. & 55. etiam num. 2. secundo volu. cum alijs trad. per Paris. in consi. 10. nume. 85. secundo uol. decidẽtes, quod probatione etiam de facto admissa cum ex ea notorium resultet, tollitur præsumptio etiam iuris, & de iure a lege introducta.

3 Secundò, tollitur etiam istud edictum † illud intelligendo, & interpretando secundum iuris communis dispositionem, ne quis indebitè grauetur. l. 2. C. de noxal. actio. & trad. Doct. in l. fi. §. in computatione. C. de iur. deliber. & ad propositum in prioribus allegationibus adduxi decisio-
* nem Saly. communiter * receptam in l. uni. C. de rapt. uirg. Quod statutum disponens pro ope præstita maleficio quempiam teneri de maleficio eadem pœna, qua tenetur delinquens principalis. debet intelligi si auxilium præstitum maleficio tale fuerit, quod dederit causam mortis uel alterius commissi delicti, quæ decisio optimè huic casui quadrare videtur.

Præterea, & tertiò fundamentum alias cõstructum, decretum ipsum intelligi debere de pœna pecuniaria, nõ de pœna corporali, cum alias de-
a cretum ipsum non valeret [a] adhuc militat cui nõ obstat, ut in dubijs dr̃, quod ẽt filius pro delicto
4 patris † punitur. l. quisquis. §. filij. C. ad l. Iul. maie. quod ideo ibi procedit, quia filij præsumuntur etiam delinquere, ut per Sal. ibi. Namquè in eo casu filij peccato patris corporaliter non puniuntur saltem ad mortem, vel pœnam afflictiuã corporis, & præsumptio, quæ illic extat in casu isto cessat. & licèt quando lex præsumit aliquem deliquisse possit etiam corporaliter puniri, vt per Carer. allegatum in prin. suæ praxis. nu. 56. non de-
5 sunt tñ alij tenentes † oppositum, ut per Marsi. in rub. de probat. num. 238. vbi respõdet ad text. in quo Doct. contrarium tenentes totam uim faciunt in l. si qui adulterij. C. ad l. Iul. de adul. quod ex alio cessat cum Doct. loquantur in casu, quo quis deliquisse præsumitur, non quando pro delicto alterius tenetur. nec mihi uidetur quod decretum ipsum, dum loquitur per comparatiuum præsupponat positiuum de pœna corporali inferenda cum punctus uideatur ponendus ante uerbum (corporale,) vt sit sensus, quod sit arbitrariũ principi addere pęnas maiores, tam corporales, quam pecuniarias, & cuiuscunque alterius generis ultra alias pœnas, quæ uenirent imponendæ. & cum respectu homicidij commissi nullus dolus huius iuuenis intercesserit, ut ex testibus examinatis apertè dignoscitur sine quo pœna non tãtum mortis, sed nec corporalis imponi potest, ut latè in prioribus allegationibus ostensum est, certè omne dubium cessare uidetur, nec isto casu in dubium refricamus auctoritatem prĩcipis, sed illam interprętamur, ut facere uoluerit, quod iustè potuerit imponendo pœnas pecuniarias, non etiam corporales pro delicto alterius.

6 His accedat, quod ante sententiam † proferrẽdam prætextu præsumptionis iuris, & de iure, potest cõtrarium probari, ut per Fel. post Dominic.

nic.in c.quanto. num.4. quarta fallen.de præsumption. & licèt ipso iure pœna sit inflicta per decretum, tamen negari non potest quin sententia declaratoria commissi delicti exigatur, iuxta no. in l.eius qui dilatorem.ff.de iure fisc.& in l.si quis maior.C.de transact.per Fel.in c.Rodulphus. nu. 35. de rescript. ante quam ferendam potest fieri contraria probatio ut supra.

Nec quicquam facit doctrina Bart.in l.Diuus. ff.ad l.Corn. de sicar. quia in casu isto habemus decisiones claras, quod de iure cõmuni iste non tenetur, nisi de eo quod fecit, ut latè in secundo fundamento priorum allegationum ostendi. & licet ipse cępta rixa non ualuerit rixantes omnes impedire, non tamen est, quin ut dicunt testes fecerit quicquid potuerit, & plura vulnera, & fortè cędes al[illegible]is prohibuerit, & in effectu ostenderit, se nullum auxilium uel opẽ præstitisse delinquenti homicidę, quod sat est ad eius absolutionem, & ad ipsum tuẽdum a præsumptione dicti decreti. & licet aliquis dolus respectu associationis huius carcerati adesse potuisset, tamen nullus dolus respectu auxilij præstiti ad homicidiũ adesse potuit, ut ex testibus prędictis cõstat, & pro illo priori minori dolo non debet, uel potest de homicidio subsequuto puniri per ea, quæ in terminis trad.Doct.in dicto secundo fundamento citati.

Quibus si addatĩ qualitas huius carcerati probata in processu, qui quando furore laborauit, & quod edictum illud paucissimis diebus ante publicatum fuerat, quo casu eius editio iustè ignorari poterat, ut fuit dictum ĩ prioribus allegationibus, tanto magis ipse inquisitus uenit absoluendus, nec obstat ut in dubijs dicitur, quod decre-
7 tum † ipsum vult, etiam ignorantes ligari nullo tempore expectato. quia illud procedit respectu nullitatis actus, non respectu pœnæ, ut Fely. declarat in d.c.2.num.7.sexta limitatione, de const. & quia cum hęc corã, tàm iustissimis, quàm æquissimis iudicibus agitur, & satis ex deductis per excellentem D. Coaduocatum ultra alias in prioribus allegationibus deducta omnes difficultates sunt solutæ finem faciam, hunc inopem carceratum eis, maximè commendans.

Laus Deo Opt.Max.

Barth.Bertaz.

ADDITIONES.

a Nunquam enim pœna corporis potest unus pro alio puniri, ita docet Alex. de Ales.3. part.q.41. in 4.1.4.& D. Tho.in secunda secundæ q.108.articu.4. ad secundum quod etiam lege humana est definitum.l. crimen.ff.de pœn.& hoc adeo est verum, ut nec etiam consentiente se ipso potest aliquis pro alio puniri. nemo enim membrorum suorum dominium habet.l.liber.ff.ad l. Aquil. nam quod docet Bar.in l.si quis reum.ff.de custo. reo. & Fely.in c.si diligenti.de for.comp. in causis pœnalib. præsertim in quibus de pœna corporis tractatur, nemo potest iuri suo renunciare. Hinc aliquando interrogatus respondi, nullum posse esse pro alio fideiussorem, cui pœna corporis debeatur, quia non potest fideiussor propriæ occisioni fateri assensum, ita not.glos in c. cum homo.23.q.5.ratio est, quia fidẽ, qui pro alio dedit non potest obligare, nisi ea, quorum habet dominium, corporis uero, & membrorum suorum uerum homo non habet dominium.

b potest hoc facere Princeps & statutum modo ignorantia sit talis, de qua superius est dictum consi. proximo, quæ ignorantia plures recipit distinctiones, de quibus tractat diligenter Alf.de Cast.lib.2.de leg. pœnal. Illud tamẽ quod hic dicitur, proclama posse punire ignorantes est comprehendere nullo tempore expectato, est intelligendum modo tãtum temporia expectetur, quantum, & necessarium ad assequendum scientiam. nam impossibile est ut scientia proclamatis ad omnes perueniat eodem temporis momento, & nulla recta ratio permittit, ut lex possit aliquem obligare ad id, quod nullo pacto præstare potest. est nota D.August. sententia, neminem peccare in eo, quod uitare non potest.

Itaque huc spectat (mea sententia) illum deberi, ut iustè ignorãtem excusari a pœna proclamatis, si illud fuit promulgatum tempore, quo ipse ignorans non erat in humanis, & deinde scriptis non fuerit consignatum, ex quibus possit hæc scientia hauriri.

Fiunt enim in multis locis proclamata, & postea conduntur in archiuis, & nunquam est facultas subditis scientiam hanc ediscẽdi, nisi cum pœnas luunt ignorantiæ inconuincibilis. Ratio est huius conclusionis, quia licet promulgatio possit ligare etiam ignorantes & futuros, ac nascituros illud habet locum si post promulgationem lex fuerit scripta, ut scriptio possit illis inseruire qui non fuerunt tempore promulgationis, vt illis sit uice promulgationis, declarat D Tho. 1.2.q.90.art 4.ad tertium Sot.lib.1.de iust.& iur.q.1.arti.4. Alf.de Cast.lib.1.de leg.pœnal. c. 3. vers. additur deinde. sane apud nostros multorum authoritate est firmatum proclamata, & constitutiones extrauagantes iam edita ante multos annos ignorãtes non ligare. Dominic.de S.Gemin.consi.78. num.1. Rip. in l.4 §. hoc autem iudicium num.32.ff.de damn.infect.Craue. consil.442.nu.6.Bursat.consi.318.num.7.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Nauis si naufragium patiatur, & seruentur pro parte merces in dicta naui existentes. An mercator teneatur pro parte reficere Nautæ damna in dicto naufragio passa saltem respectu mercium seruatarum.

Vel potius nauta teneatur mercatori pro mercibus amissis, si damnum ac naufragium culpa, & facto ipsius euenisse probetur.

SVMMAE.

1 *Mercatorum in curia proceditur sola facti veritate inspecta, & statur rationibus tantum persuasiuis.*

2 *Nauta debet uti magna diligentia, & habere rationem nauis, loci, & temporis.*

3 *Nauta*

3 *Nauta tenetur ire per tutiora, & securiora lo*
ca, aliàs tenetur de culpa.
4 *Mercator an teneatur reficere nautæ nauem*
fractã si merces eius pro parte seruentur.
5 *Et quid si esset tantummodo consuetudo non*
scripta de hoc disponens.

CONSILIVM CCCXXVIII.

In Domino confido.

PRAETENDIT Franciscus de Fois
Comaclensis magister nauis, Magni
ficum D. Alexãdrum Bardutium te-
neri ad reficiendum sibi ualorem, &
estimationem suæ nauis fractæ ob tempestatem
maris, dum conduceret plura dolia olei dicti D.
Alexandri ex ciuitate noua, ad portum Volanæ
saltem pro rata olei seruati, & recuperati. contra
verò prætendit D. Ale. quod damnum quod eue-
nit, euenerit facto, & culpa ipsius Francisci, &
non tm̃ non teneri ad dictam refectionem dam-
ni, sed immò dictum Magistrum nauis illi teneri
ad reficiendum ei damnum unius dolij olei effu-
si, vel dicta de causa, uel subtracti ex ipso dolio,
dum esset in naui. super quibus uidendũ est, quæ
debeãt esse partes D. Iudicis in iudicando. Et
breuiter censeo ad fauorem magnifici Bardúcij
iudicandum esse. Nam ipse probauit per plures
testes dictnm casum fractionis nauis euenisse ipsi
Francisco ob culpam suam. Tres enim primi te-
stes pro eius parte examinati deponunt, quod cũ
ipse appulisset cum naui ad portum Volanæ ha-
bebat ventum secundum adeo, quod potuisset si
voluisset cum naui ingredi portum, sed tamen ut
deponit Rizzardus tertius testis Armiralius dicti
portus, uoluit per uiam nuncupatam delle mire
in portum uenire, vt abbreuiaret iter, vt ipse Fran
ciscus illi dixit, & propterea direxit nauim in li-
tus seu scamnum portus, & inundata fuit, idem
de auditu ab alijs nautis deponit quintus & vlti-
mus testis. In alio etiam defecit ipse Franciscus,
quia cum euertisset, & inundasset nauim cũ oleo,
secus dictum portum Volanæ debuisset anchora
nauim firmare, quod si fecisset procella, quę sub-
sequuta fuit nocte subsequenti non duxisset na-
uim ad portũ Magnauaccæ in litus, sed illã proie
cisset in portum Volanæ, in quo saluę fuissent, &
merces, & nauis, vt deponunt dicti tres testes. Et
licèt duo primi testes non ita concludenter depo
nant de eius culpa, vt deponit dictus tertius, ta-
men satis vtrumque uidetur probatum, cum ver-
semur in curia mercatorum in qua sola facti ueri-
tate inspecta proceditur ex forma statutorũ, quo
1 casu statur probationib. tantũ persuasiuis. † Bal.
in l. solam ad fi. C. de testi. Dec. in c. dilecti. 2. col.
de iudi, late Blanc. in tract. de compositionis. q. 1.
num. 39. & Craue. in tract. de antiquita. temp. pri
ma par. §. tertio limitatur. num. 43. & in §. octaua
datur limitatio vsque ad num. 12. præsupposita
igitur ueritate de qua deponunt dicti testes, &
præsertim d. tertius negari nõ potest, quin culpa
dicti Frãcisci damnum hoc euenerit, & illud om-
nino ei imputãdum sit. quia tenetur magister na-
a uis. qui debebat uti ea diligentia a qua alij periti
nautæ, & magistri nauium usi fuissent, habita ra-
tione nauis, temporis & locorum, & prout alij pe
2 riti facerent † l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo.
oblig. Bar. in l. quoties. num. 8. C. de naufr. lib. 11.
& Benuenut. Strach. in tract. de naut. naui. & naui-
gatio. tertia par. num. 4. & num. 6. ubi loquitur qñ
nauta non seruauit solitum iter. Et quod nauta
3 teneatur ire per tutiora, & securiora loca. † trad.
etiam Bar. in l. Imperator. ff. de appellat. & Benue-
nut. dicta tertia par. num. 20. 21. & cum magister
nauis non præuidet id, quod à diligente fuisset
præuisum proculdubio censetur in culpa, ut per
Benuenut. illic. num. 26. qui num. 32. & seq. idem
dicit si imperitia in vada, & scopulos incidit, &
nauim fregit, vel ex alijs causis damnum patitur.
Quo fit, vt cum culpa ipsius damnum illud pas-
sus fuerit sibi, & non alijs debeat imputari regula
damnum. de regul. iur. in 6. & in l. quod quis ex
culpa. ff. eo. tit. Vnde cum culpa sua merces am-
missæ, vel deterioratę fuerint, ipse tenetur merca
b tori huic de damno etiam si id euenisset culpa b
sui exercitoris. Benuenut. in tit. de nauibus vlti-
ma par. num. 3. & per consequens etiam ad dam
num olei effusi, & deperditi tenetur.

Cæterùm quatenus D. Iudici non uideretur
probata culpa ipsius Magistri nauis, quæ iudicio
meo uix excusari potest, adhuc tamen uenit ab-
soluendus D. Ale. a petitione dicti actoris, quia
cum ipse nauim fregerit, & omniserit ob tempe-
statem maris, & nullum habuerit pactum de ca-
c su c cum mercatore, & domino mercium nec cõ-
stet, quod de consilio & consensu nautarũ nauim
direxerit in litus, ut merces seruaret, casus iste si-
bi respectu nauis, & respectu mercium domino
imputandum est, nisi mercator ex gratia aliquid
4 sibi dare velit, † ita deciditur ex lege maris. in c.
193. iuncto c. præcedenti. ad fi. cui standum est,
maximè cum a lege communi n[illegible] reprobetur ẽt
5 si esset tãtummodo consuètudo non scripta, † vt
per Benuenut. in tracta. de sponsio. tertia par. nu.
55. & in tit. de nauigat. num. 24. Nam & hoc casu
merces, seu naulum illi non debetur, nisi pro rata
rerum vectrarum seruatarum, & habitarũ, quod
etiam de æquitate procedit, l. si uno. §. item cum
quidam. ff. loca. Benuenut. titu. de nauibus tertia
par. nu. 24. & tanto minus potest teneri D. Ale. ex
quo plures testes pro eius parte examinati de-
ponunt, quod recuperatio dictæ nauis de facile
fieri potuisset si ipse Franciscus diligens fuisset, &
valuisset illum recuperare, vnde sibi imputãdum
est d. regula damnum.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

ADDI-

ADDITIONES,

a Negligentia si adest in nauta, uel imperitia tenetur ille, ideo utrunque debet præstare. itaque preter casum omnis culpa uenit in hac actione, ita Bal. post glo. in l.3.§.j. ff.nau.capo. & stabula. hinc de leuissima culpa uidetur teneri, quia locat operas suas, tanquam artifex, & locat circa rem fragilem, ut olei dolia. est text. pulcberrimus. In l.si merces.§.qui columnam ff.loc.ubi an.l. C.si quis conduxerit columnam trasportandam, & inducendo fracta sit culpa conductoris, tenetur. culpa dicitur abesse si omnia fecit, quæ diligētissimus quisq; facturus fuisset. idemque si quis dolia, aut tignum trasportandum conduxerit, & quod leuissima debeatur. tenet Castr. in d.§ & Bal in d.l.si merces.§.cōductor. & alios quos adducit D.Rim.Iun. in consi.441.num. 8.qui consuluit in casu quo quis dolium olei curru uebendum conduxerat.

Quod attinet ad diligentiam, sanè illa præsumitur in dubio, ut trad.in l.si quis decurio.C.de fals. Alc. consi. 45.Habita in prin Crauet.cons 77. num.11.& probatur ex multis quæ adducit M.scard in tract. de probat. in verbo diligentia.conclus. 518.nu.2. & casu quo esset probanda, sufficit docere aliquem esse diligentem & solitum facere ea. quæ alij facere consueuerunt. adducitur per argumētum tex. in l non omnes § a barbaris. ff de re mili ita. Alc. in l.si domus ff de leg. primo. Ias. in l.sed & si quis.§ quæsitum.col pen ff si quis cautio Gozad.consi 63.nu. 5. & hoc casu probata hac diligentia non tenetur probare, ut modo se uacare culpa, itaque non tenetur de interitu tāquam ille qui fecit consueta. scribunt omnes Cyn Bal Castr & alij in l.3 C. de episc. audien.& alij quos adducit Rim.Iun consi.210.nu 13.

Fallit hoc quando deterioratio rei, uel casus fortuitus non solet contingere sine culpa & negligentia alienus. hoc enim casu qui negligēs perhibetur debet probare se omni prorsus culpa carere. Abb. Fretus doctrina Bar in l.si quis ex argentarijs.§.penul ff de edend.& aliorum in l.creditor.C. de pign.actio loquitur in cons. 82.col.2.uer.& hanc distinctionem.lib.2. eandem probat Bolog.in l.4 §.Cato nu 146 ff.de uerb.oblig.& secundum illam consuluit Menoch.118 nu.4.

Quicquid sit de his omnibus ego uniuersam materiam ita distinguerem, & ad hanc distinctionem arbitrarer posse reduci omnia, quæ ita diffusè, vel confusè responderunt Doct. in omni arte tres sunt hominum diligentes, alij ad summum, alij vero diligentes in ultimo gradu, alij uero medij quodammodo in diligentia. aliqui sunt in primo gradu perpauci tamen, multi autem in medio, imò maior pars. nec desunt rursus qui ultimum obtineant locum, hoc siue fiat uitio hominum sine impedimento naturæ, uel mala consuetudine nō est curandum, illud certum est vnumquemque aliquem occupare gradum considerādo actiones, quæ ex eo prouenient, ut plurimum rursus.

Aut quis tenetur præstare diligentiam ex pacto, aut ex natura officij, omni casu debet illam adhibere, quam pactus est, vel exigit munus, quod quis subit, etiā quod sit diligentia præter gradum suum, sibi enim debet imputare qui promisit quod pręstare nō poterat, vel sumpsit onus impar suis uiribus, nam homini negligenti non fidit ille qui diligentiam stipulatus est, sed stipulationi, & licet sciat custodem, uel depositarium esse negligentem, nihil tamen aliud considerat, nisi illum habere nexum ad eam diligētiam ad quam tenetur ratione officij ad quam vero teneatur, uel creditor, uel custos, uel depositarius, vel cōmodatarius illud est petendum à iure. itaque in controuersia Hæbrei custodis pignoris in qua consuluit Pater meus supra consi.70. & Bursat.consi.196.contra uerò Menoch.consi.19. illud solum uenit in controuersiam, quale debeat esse munus fœneratoris Hæbrei.

Modo circa primam distinctionem nauta præsumitur semper uti ea diligentia, quę est illi propria in quocunque gradu illa sit, & si illa utatur non tenetur de casu. tuum enim erat diligentiori homini rem tuam committere, & intelligenti, quid in eadem arte homo homini præstat. nam quę ęquitas suadet, ut nauta teneatur ad eam diligentiam, quam non potest, licèt alij possint, ac soleant præstare? quod intellige, nisi aliud pactum sit, vel tacitè, vel expressè, aut aliud ueniat ratione officij. & ita procedat tex. in d.§.qui columnam, & consultatio. Rim Iun. hinc si pacto Nauta rem uebendam assumeret exquisita diligentia esset promissa, ut uidemus usu euenire in istis qui conductores appellantur vulgo, qui distant a nautis, & diligentia & præmio, hinc etiam prę ter casum tenentur resarcire damnum.

b Ex nostra distinctione superiore desumimus nautam teneri de negligentia ministri. ego enim tibi diligenti credidi rem meam. tuum erat ęquè diligentibus ministris uti, probatur in l.licèt.§.ultimo.ff Nau caupo.& stabula. ubi damnum datum ab exercitore est resarciendum a Domino nauis, qui deinde actiones cessas habet contra exercitorem. scribit Menoch.cons.244.nu.59.& de negligentia ministri tenetur ille cuius diligentię res est credita l.prima.§.si quis dicen.Rim.Sen.consi.33.col.j. & Iun.consi.52.nu.133 & in hac materia consi allegato.441.num. 26. Domino enim est imputandum qui malis usus est ministris l uideamus. in princ. ff. locat.§. item exercitor. Instit de oblig.quę ex qua. delict. Ancha.consi.398.post prin. Fely.in c. constitutus. il primo.ad fi.de testib.Castr.consi 423.nu.6 in prin.

c De casu enim potest pacisci & Nauta, & mercator, sed quomodo sit probandus, & qualiter uid.D. Cepb. consil. 640. Bursat. consi. 196. Menoch. consi. 118.Rim. Iun.consi.210 & 441.Mascard lib. de probat. in uerbo casus conclusio. 272. & 273. ex his in hac materia multa.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Statutum Ferrariæ de pœna rustici, vel forensis portantis arma, an excludat saltuarios, & custodes.

SVMMAE.

1 *Saltuarij dicuntur executores iustitiæ, & possunt ferre arma, sicut alij de familia iudicis.*

2 *Dictio (pro) accipitur sæpè pro dictione (propter.) licèt aliquando importet causam remotam efficientem, vel aliter num. 3.*

4 *Pœna ut euitetur in dubio omnis est facienda interpratatio.*

5 *Lex noua secūdū antiquā uenit interpratāda.*

6 *Consuetudo excusat a pœna etiam si mala sit. ut in contractu usurario. num. 7.*

8 *Dolus exigitur; ut pœna irrogetur, nec sufficit lata culpa.*

9 *Verbum*

Verbum (audeat, aut præsumat) exigunt dolum contrafacientis.
10 *Dolus exigitur in his, quibus pœna corporalis imponitur.*
11 *Dolus non præsumitur.*
12 *Iusta causa quælibet excusat a dolo.*

CONSILIVM CCCXXIX.

In Domino confido.

SALTVARII, & custodes isti capti pro armis (iudicio meo) sunt absoluendi & liberādi, cum habeant licentiā illa deferendi ex forma statuti Ferrariæ sub rub. de pœna rustici, & forensis portantis arma, (nisi rusticus ille sit custos terrarū, & vinearum, uel camporū,) & cum ipsi sint executo-
1 res Iustitiæ, † & quodāmodo de familia iudicis, & officialibus, id sibi debet licere, sicut licet alijs
2 officialibus, & executoribus. [a] Bal. in l. nam salutem. §. sciendum per illum tex. ff. de offic. præfect. vigil. Luc. de pęn. in l. fi. C, de dign. lib. 12. & Affli. lib. j. cōstitutionū regni. rub. 10. de illicita portatio. armo. nu. 8. vers. 15. & licèt statutum addat, (qui tñ pro suo officio portent) id vř intelligendum, ut uigore officij, & eatenus quatenus sint in
2 officio portet, ac si dictio (pro) † interpretaretur, & staret pro dictione (propter) vt sæpissimè accipitur. Alber. in dictionario suo in eodem verbo, & importat causam propinquam & immediatā. l. dñs Sticho. in prin. ff. de pecul. lega. Bal. ī c. quia pp. nu. 18. ff. de elect. & denetat causam fina. Bal. in l. ex annali, nu. 3. C. de act. emp. Crau. cōsi. 192. nu. 21. & Hierony. Cast. consi. 188. nu. 15. licet ēt
3 possit importare cām remotam efficientem, † vel aliter, vt latè per Tiraq. in tract. cessant. caus. limi. 20. num. 28. & in casu dubio semper facienda est
4 interpretatio, vt pœna † euitetur. l. semper in obscuris. ff. de regul. iur. l. factum. §. in pœnalib. & ibi Dec. & alij. ff. eo. tit. Alc. in tract. pręsumpt. ult. omnium præsumptione. & cum statutū hoc sit posterius proclamate armorū edito de anno 1560. illud in hac parte tollit, & corrigit, vt in statuto de obseruantia statutorum, prima facia. Quinimo si proclama fuisset posterius non tolleret hoc statutum, sed deberet distingui, & intelligi secundum illud. l. non est nouū. & l. sed & posteriores. ff. de
* legi. & est cōis * opin. quod lex ñoua † secūdum
5 antiq. venit interpretāda, ut per Bar. & alios post gl. in l. sciendum. in prin. ff. qui satisd. cog. cū alijs citatis per Viui. prima par. suarum communium opinionum. opin. 280. statutum ultimum, & decis. Pedemont. 167. num. 17. 219.

Et cū de pluribus testib. examinatis ad illorū defensam appareat, quod statutū ipsum semper habuerit hanc interpretationem, ac consuetum, ac solitum semper fuerit, quod tales saltuarij, & custodes detulerint arma, ēt hastata ad ecclesias triuia, & congregationes gentiū in quibus ēt sæpè tractant pertinentia ad eorū officiū omnino
6 veniunt excusandi, quia consuetudo † excusat, ēt si esset mala à pœna. glo. in c. cum venerabilis. de consuetud. latè Mars. in rub. ff. ad l. Cor. de sicar. nu. 99. & seq. & quod consuetudo ēt iniusta excu
7 set a pęna, vt † in contractu vsurario, Dec. trad. in consi. 70. col. 3. Curt. in tract. de consuet. nu. 120. cum alijs. trad. per Plot. in l. si quando. nu. 324. C. uñ ui. & Rol. à Val. in cons. 75. nu. 42. & seq. 1. uol.

Quibus accedat, quod cum proclama hoc loquatur in personam, & imponat ēt pœnam corporalem contrafacientibus, exigitur dolus delin
8 quentis, † nec sufficit lata culpa, ut pœna irrogatur. Bar. Ias. & alij. in l. iuste possidet. ff. de acq. pos. quod probatur ex verbis ipsius ꝓclamatis (Che
9 non sia alcuna persona che ardisca † o presuma) hæc. n. uerba exigunt dolum cōtrafacientis. Fel. post Card. in rub. de præsump. & in c. qñ contra. de prob. nu. 11. Mars. in l. de minore. in prin. num. 29. ff. de quæst. & quod qñ imponitur pœna cor-
10 poralis dolus exigatur. † trad. Bar. in l. j. §. 1. nu. 2. ff. si quis testam. liber. esse ius sue. Fel. in c. cognoscentes. nu. 4. de const. & Plot. in d. l. si qñ. nu. 765.
11 & in proposito dolus † non præsumitur. l. interpositus. C. de transac. Plot. in d. l. si qñ. nu. 77. & quę-
12 libet etiā iniusta causa † excusat a dolo. l. igitur. uers. & generaliter. ff. de liber. caus. trad. omnes in d. cap. iustè possidet. & negari non potest, quin propter dubium intellectum statuti, & propter obseruantiam & consuetudinē supra probatam, ipsi custodes non excusentur ab omni dolo, & culpa per præfata, & per trad. per decis. Pedem. 71. num. 16. in fi. & num. seq.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

In hoc casu fuit, ut credimus lata absolutoria sententia.

Clau. Bertaz.

ADDITIONES.

a Horum est officium multa peragere, quæ explicare non possent saltuarij siue armis, indigent itaque armis omni tempore, & loco, quia sibi multos pariunt infensos homines. ideo ad sui tutelam in omni loco debēt posse ea ferre, hoc satis deprehēditur ex multis, quæ refert circa munus saltuarij. Barth. Cassane. in consuetu. Burgun. Rub. 1. §. 6. in tex. Missiens. & sergens. nu. 59. 60. Itaq; crederem ēt multa esse concedēda fauore agriculturæ. uā si licet eunti rus ad uidendū suas possessiones deferre arma, ut scrib. Nic. de Neap. in l. ult. c. de prox. sacro. scrinio. lib. vlt. quod dictum ut singulare refert Barbat in tract. de præstan. Cardin. in q. 5. secunda par. col. 3. ad fi. & in q. ultima eiusdem par. in prima col. & idem inter sua memoralia reponit. Cott. in uerbo Armorum. ver. & notabis circa fi. multo magis debet licere illi, qui in Reipub. gratiam agros, ac saltus inuisendo multa subit pericula, multaque incommoda.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Inhibitio facta per iudicem de facto, & ex abrupto debet reuocari tanquam iniusta, & inualida, &c.

SVMMAE.

1 *Iudex potest reuocare ea, quae de facto processerunt absque citatione partis.*

2 *Possessor lite pendente non debet sua possessione priuari, etiam si illa sit contra ius cōmune.*

3 *Et etiam si fiscus agat.*

4 *Item & quando disputatur, an quis posit uti aliquo iure nec ne?*

5 *Iudex potest inhibere quando ab eo non fuit auocata causa.*

6 *Causae merita decidenda sunt per sententiam non ante litis contest. & sine partis citatione.*

CONSILIVM CCCXX.

In Domino confido.

NON possum non satis mirari, quod Magnificētia vestra se difficilem reddat in reuocando inhibitionem factā D. Iudici Regij delegato ab Illustr. Comitibus de Folianis in causa criminali cōtra eius subditos particulares, qui abstulerunt vi, & cum armis à nuntio curiae, & officij sui potestatis nonnullas bestias acceptas pro pignore, cum illa inhibitio nullo modo defendi possit, quin fuerit iniusta, & grauauerit ipsos DD. Comites à D. V. ob repta, quae si bene, & fideliter factū illi fuisset expositum, illa nūquam comisisset, & quae de facto
a processerunt, de facto, etiam per Iudicem reuo-
1 canda sunt, nec exigitur citatio partis. † clem. pastoralis. in fi. de re iud. & sicut est facilis in dando debet etiam esse facilis in reuocando. l. prima. §. hoc edictum. ff. si mulier vent. nom. latè Rom. singul. 773. possessio. ubi loquitur quando priuatur sua possessione, sine citatione, & ibi latius in addit. Vant. qui etiam plura allegat in trac. de nullita. tit. 1. nu. 16.

Quod modo inhibitio fieri nō potuerit, plusquam manifestum est, quia cum ipsi Illust. Comites sint in possessione, uel quasi iurisditionis, & committēdi causas tam ciuiles, quam criminales, nec vnquam potuerit pars aduersa obtinere suspensionem ab administratione sua, immò cum fuisset alia similis inhibitio facta ipsis per magnificos Dominos factores fuit reuocata, ut in literis in processu registratis. D. V. ostensis certum est, quod pendente lite super hoc, an ipsi possint dictam causam committere, & in ea procedi, necne? illis non potest inhiberi lite super hoc pendente, quia possessor non debet lite pendente
2 sua possessione priuari † etiam si illa sit contra ius cōmune, ut est tex. & ibi Doct. & maxime Abb. nu. 4. in c. 1. ut lit. pendent. Card. in clem. 2. 2. oppositione eo. ti. Abb. in c. significasti. in 2. not. ubi etiam est tex. expressus de appel. & ibi. & not. omnes. Rom. consi. 37. uiso puncto in fi. Io. de Ami. consi. 150. in 1. Dec. in c. cum teneamur 4. not. nu. 4. de appell. in consi. 97. nu. 1. & 103. etiam nu. 1. Paris. consi. 39. nu. 3. & seq. 1. uol. & Capit. decis.
3 72. Quod procedit etiam fisco agente † ut per Guid. Pap. q. 166. & Didac. 1. lib. suarum resolut. c. 16. nu. 9. Vnde si turbatur quis lite pendente, solet concedi mandatum de manutenendo, iuxta doctr. Innoc. in c. in praesentia. de prob. Dec. in c. licet causam. nu. 27. de probat.

Et hoc sine aliquo dubio procedit quando disputatur, an quis possit uti aliquo iure, vel exer-
4 cere aliquem actum, nec ne. † quia tunc interim donec per sententiam id cognoscatur & decidatur, nō potest quis prohiberi exercere illū actum si sit in possessione, uel quasi illā exercendi, etiam si utraq; pars praetenderet se possidere, uel quasi. prius enim super hoc lis est contestāda, & superinde sententia ferenda. tex. est de Brocha. in d. c. significante, secundum primum intellectū com-
* muniter * receptum, & ibi declarant Bal. num. 8. Perus. col. 2. in glos. 1. Abb. nu. 6. Imol. qui ponit summarium ad hoc, & cum eis transit Dec. illic qui dicit hunc intellectum de plano procedere, huius etiam mentis est glos. fin. iuncta text. in c. 2. & ibi declarat Abb. nu. 21. de rest. in integ. & Capit. d. decis. 72. nu. 3.

Nec obstat, ut dicebatur ex aduerso, quod causa fuerit cōmissa magnific. DD. factoribus, & propterea ipsi potuerint inhibere, quia animaduertatur quaeso, quod illa causa delegata dicto D. Iudici non fuit auocata ab eo, & cōmissa magnific. factoribus, vt dictum fuit in litteris inhibitorijs, quia tunc posset procedere inhibitio, ut declarat
5 Perus. † post Inno. in c. ut nostrum. col. 3. versic. in eadem glos. de appellat. cum quo transit Dec. ibi & Paris. qui etiam declarat in d. consi. 39. num. 7. sed fuit commissa magnific. factoribus alia causa in qua praetendit cōe Querzolae, quod dicti Comites non possint committere dictā causam stante inhibitione, ut dicunt illis facta per magnifi. signaturam, & per magnific. factores, & stante eo, quod disputatur coram ipsis magnifi. factoribus, an debeat illis interdici administratio iurisditionis, vel saltem suspendi, vt ipsi narrant in sua supplicatione, & magnifi. consi. signaturae commisit magnificis factoribus iudicibus illius causae principalis, quod super contentis in hac supplicatione faciat, quod iuri nouerint conuenire, quo casu ipsi non possunt cognoscere de illa causa commissa iudici. nam nec hoc petunt, nec volunt aduersarij, sed an in dicta causa procedi possit, necne? & hoc concernit merita illius causae, quae erunt

erunt decidenda per sententiam, non ante li-
6 tem contestatam, † & sine partis citatione incipiendo ab executione rei iudicatæ, & l. si cum nulla. ff. de re iudic. prout fuit factam inhibendo ipsi iudici, & grauando partem contra tot claras, & apertas decisiones. Quæ cum ita sint M. V. exoratam esse uelim, ut omnibus rectè pensatis uelit errorem hunc corrigere, & emendare, & ipsis DD. Comitibus tale, & tantum præiudicium non inferre.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

ADDITIONES.

a Et de facto non potest aliqua non adhibita causæ cognitione inhiberi, tradunt omnes in c. dilectus il 2. de resc. ibi Compostel. & Fely. Alc. consi 69 col. 2. in 7. Didac. pract. quæst. c. 24. nu 3. Rol consi. 77. num 24. in secundo. Sed hanc materiam inhibitionum adeo diligenter pertractarunt. Cels Vg. in tract clausular in clausula nil nouar. appella. penden Mandos. in tract. suo de inhibit. & doctissimè Lancellot. in pulchro tracta de attenta 2. par. c 20 ut quidquid excogitare possem ad exornationem huius consultationis superuacaneum, ac decantatum futurum sit, cum semper ea coquit nos, ut illa addamus, quæ ab alijs, uel non fuerunt tacta, uel leuiter & ieiunè.

Claud. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Proclama mandãs introduci blada in ciuitatem, an comprehendat immunes?

Contractus emptionis frumenti, an sit denunciandus gabellæ?

SVMMAE.

1 *Immunitas Principis transit in acquirentem.*

2 *Immunitas Principis attendenda est, si ad eam se retulit Princeps alienans.*

3 *Proclama generale editum, ut de introducendo frumentum non comprehendit exemptum.*

4 *Immunitas quæsita precio, & ex contractu, non comprehenditur proclamate.*

5 *Princeps alienans tenetur ad obseruantiam immunitatis.*

6 *Immunitas concessa per contractum non potest reuocari. & est ad verbum obseruanda.*

7 *Venditio sine certo precio non contrahitur.*

8 *Venditio non probatur per testes ignorantes illius precium.*

9 *Gabella est soluenda de contractu valido, at non de nullo.*

10 *Fraus gabellæ est probanda.*

11 *Gabella est odiosa, & contra eam debet fieri interpretatio.*

CONSILIVM CCCXXXI.

In Domino confido.

SVPER imputationibus datis magnificę D. Magdalenæ Maffeæ, subtiliter & eleganter scripsit ad eius fauorem Magnific. I. C. D. Ludouicus Muratorius, mihi uti frater, & maior honorandus in cuius sententia pro absolutione ipsius dominæ, pedibus, & manibus, quod aiunt, concurro, & licet sat esset subscriptione tantum eius scripta cõfirmare. uolui tamen, ut huic dominæ morem gererem, aliqua etiam addere ad eius Victoriam optimè conducentia. Quò igitur ad primam imputationem, quod nonnulla pauca blada relicta ruri pro seminandis eius terris, non fuerint conducta in terram Mirandulæ, iuxta tenorem proclamatis superinde editi, & ob id illam in pœnam illius inciderit, quia nõ uidi proclama ipsum, solum dicam, quod cum ipsa domina sit immunis, & exempta respectu possessoris, in qua ipsa blada collecta fuere, cum illa fuerit uendita per quondam Illust. D. Galeottũ Picum, illius dominũ mediante eius matre, & tutrice, libera, & exempta, & cum eadẽ exemptione, & libertate, qua etiam præfactus Dominus eum tenuit, & possedit, & tempore contractus tenebat, & possidebat, ut in instrumento, non tenebatur dicti Proclamatis vigore, traduci facere dicta blada in dictam terram Mirandulæ, sicut non fuisset obligatus Illust. D. Mirandulæ, si in eius dominio adhuc remansisset
1 dicta possessio. Quod enim immunitas † Prĩcipis transeat in acquirentem, non est dubitandum. Rimin. consi. 202. nu. 4. & maxime quando est facta venditio cum omnibus suis iuribus. Cur. Iun. consi. 177. nu. 4. & 6. & propius ad casum nostrum Sylua. seu quisquis illi fuerit inter consi. illius. in consi. 67. nu. 6. & idem Syluan. consi. 73.
2 nu. 5. & 6. & cũ princeps † alienãs habeat relationem ad suam immunitatem, illa attentenda est. Nat. consi. 304. nu. 19. & ad propositum in immunitate concessa per principem, prout ipse concedens habebat. trad. Alcia. in consi. quartodecimo. numero 2. libr. 4. itaque præsupposita dicta
3 immunitate proclama † generaliter editum non cõpræhendebat præfatam dñam immunem, & exemptam, ut ad propositum firmat Paul. de Cast. in consi. 317. Viso & examinato. 1. dubio. pri. uol. & consi. 186. Notandũ est. 2. dubio. 2. uol. Vincent. de Paleot. inter consil. Alex. consi. 50. Viso. alias. 54. nu. 17. 4. uol. Felynus. in c. Rodulphus. nu. 18. de rescrip. Cur. Iun. consi. 106. nu. 13. & Rui. consi. 210. nu. 5. pri. uol. Quinimò etiam quod de exemptis in proclamate, uel banno facta fuisset mentio non compræhenderetur ipsa
4 domina, tum quia eius immunitas, † & priuilegium quæsitum fuit precio, & per uiam contractus, vt per Castr. in dict. consi. 317. in 2. dub. & Alex. in consi. 30. prima col. num. 2. quinto uolu.

tum quia super ipsa immunitate iam fuit lata sen
tētia per d.Potestarem Mirandulæ, quòd pręsens
Illustriss. D. successor Aui in dicto statu teneatur
5 ad eius obseruantiam. † ita Alex. in d.cons. & se-
quitur Boss. in tract. de princi. & priuil. eius. num.
150. Et cum immunitas ista fuerit concessa per
6 contractum † non poterat a reuocari. Mars. sing.
a 333. Restaur. in tractat. de imper. q. 55. & q. 113.
num. 11. Gram. decis. 65. num. 25. & seq. & Rol. à
Val. consi. 5. num. 8. & seq. primo uol. & consi. 13.
num. 24. & seq. tertio uol. & quæ quidem immu-
nitas per contractum concessa ad uerbū est ob-
seruanda, & potius debet extendi, quam restrin-
b gi. b Abb. consi. primo. num. 2. Neuiz. 95. 66. nu-
me. 44. & 95. Bru. consi. 12. num. 29. Nat. consil.
397. num. 9. & 10. Rolan. a Val. 95. 76. num. 18. in
2. & 13. nume. 5. in 3. Sylua. consi. 66. num. 18. &
Cephal. consi. 58. num. 38.

Quò verò ad secundam imputationem, qđ ip
sa emerit a Marouerto Pacchiono staria 11. fru-
menti, & illud non denunciauerit, nec gabellam
soluerit, cum non sit probatum, quod ipsa illud
emerit, nec aliquis ex testibus examinatis affir-
mat fuisse conuentum super precio, quinimo om
nes ingenuè fatentur, quod non fuerunt concor-
des in eo. non potest dici probatam fuisse vendi-
7 tionem, quæ sine certo precio † non contrahitur.
l. 2. ff. de contrah. empt. l. empti fides. C. eod. & §.
precium. Inst. de empt. & uen. Fabi. de Mon. in tra
ctat. de empt. & vend. q. 5. ver. circa quartam. nu.
25. & seq. Et cum non certificetur precium rema
net inutilis venditio. l. si quis fundum. ff. de con-
trahen. emp. & testes deponentes de uenditione
8 non probant † si ignorant preciū illius, vt ad pro-
positum trad. Alex. consi. 18. Viso. prima col. pri-
mo uol. & in consi. 28. col. 3. uer. ad hoc etiam 2.
vol. & idem Ale. in l. sciendum. num. 15. vbi Crot.
num. 13. ff. de verborum obliga. & Dec. consi. 57.
num. 5. & licet ipsa domina dictum frumentum
pro parte consumpserit in semināndo suas terras,
non tamen propterea fuit perfectus contractus
venditionis, sed ipsa teneretur pręscriptis verbis
actione, vt declarat Fabi. d. num. 25. & seq. Cum
itaque nullus fuerit contractus venditionis nulla
9 gabella † debetur, quia statutum de ea loquens,
debet intelligi de contractu valido. Bart. & com-
* muniter * omnes. in l. fi. §. sin autem. C. com. dele-
ga. Bal. in l. 2. C. de Eunuch. Bertach. in tractat. de
gabell. 8. par. tertio memb. q. 31. Rip. in l. 4. §. con-
demnatum. per illum tex. nu. 6. de re iudic. & in l.
edita. num. 42. C. de eden. Mars. in rub. de fideius.
num. 107. Gram. decis. 74. num. 27. & Tiraqu. de
retract. tit. 1. §. 1. gl. 2. num. 7. & tit. 2. §. 6. glo. 2. nu.
5. Ex quibus, & alijs adductis per dictum magni-
ficum primo scribentem censeo ipsam magnifi-
cam D. ab utraque imputatione etiam absoluen.
10 maximè quia non præsumitur fraus, † nisi pro-
betur. Crau. qui alios citat in consi. 21. num. 4. &
quia in dubio reus uenit absoluēdus ne pœnam
incurrat. l. semper in obscuris. de reg. iur. Alcia. in
tract. præsumpt. vlt. reg. præsumpt. vlt. & semper
11 est facienda interpretatio contra gabellam, † vti
odiosam. Corn. consi. 199. col. 4. primo uol. Dec.
consi. 48. col. 3. ver. 6. & ultimo. Crau. consi. 231.
in fi. & Boss, in tit. de vectig. num. 9. & 10.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

ADDITIONES.

a Pendet resolutio huius puncti ab illa, an Princeps possit
priuilegium suum reuocare? quæ est alta quæstio, quam
ponunt Docto. in c. nouit. de iudi. & alibi, & conclusio
generalis est, quod sic. Dec. post alios. in d. c. num. 15.
ver. 2. conclusio. Rip. in c. 6. nu. 2. lib. 2. respons. & ibi in
fine dicit, sufficere generalem reuocationē. latè Restau.
hic allegatus. q. 55 quod maximè procedit quando ob-
est tertio, ut per Alex. latè consi. 101. in prin. per totum
quod tanto magis procedit si exemptus committit ali-
quam causam ingratitudinis erga Principem. Bald. in l.
2. in fi. C. de liber. & libe. idem trad Ias. consi. 227. col.
6. ver. septimo facit in 2. Mars. de Land. in tracta. de pri-
uileg. q 48. & in tract. de fisc. q. 140. Restaur. d. q 55. nu.
115. in prin. Vel si Princeps ex causa, & propter publi-
cam utilitatem huiusmodi reuocationem facit, ut per
Abba. Card. & alios. in c. accedentes. de præscript. Ale.
d. consi. 101. & consi. 216. in 2. per tot. Ias. consi 228.
col. 2. uer. 14. in 2. Calca consi. 51. col. pen. Afflict. decis.
61. num. 6. Mars. latè cons. 37 num. 5. Cagnol. in l. 2. nu.
326. C. de pact. inter empt & vendito. Bellon. cons. 37.
nu. 5. sed quod indistinctè Princeps non possit priuile-
gium, quod transiuit in contractū, & maximè si aliquid
ex eo lucratus fuit, reuocare trad. præter hic allegatos.
Bal in l. qui se patris. col. 7. ver. hoc scias. num. 12. C. un-
de libe. Castr. consi. 317. 2. in pri. Calcan. d. cons. 51. col.
pen. Vincent. de Paleo. inter consi. Ale. consi. 50. col. 6.
in quarto, & in eadem causa. Barbat consi. vlt. 8. colu. in
eo. uol. Roma. cōsi. 436. Quod indultum 4. col. Ias. con
si. 56 nu. 2. & 105. nu. 3. in prin. Dec consi. 202. nūm. 7.
Mars. sing. 333. Bellon. consi. 35. ad fi. Rip respon. 19.
nu. 20. 23. secundo lib. Crauet. consi. 241. nu. 10. & seq.
b Sed quid si gratia sit, vel rescriptum illud per quod Prin-
ceps cōcessit immunitatem? uidetur prima fronte non
valere rescriptum, quo conceditur gratia, uel immuni-
tas à gabellis, uel uectigalibus. l. omnium eum ibi. C. de
vectig. & commiss. Præterea decretum uel rescriptum,
quatenus ualeret esset strictè interpretandum, maximè
ex quo non motu proprio, sed ad supplicationem par-
tis fuit obtentum ad trad. in l. fi. ff. de constitut. princip.
Contrariū tamen ego arbitror uerius in aliquib. casib.

Primò, si concessio facta ex certa scientia, uel cum
clausula non obstante, tum immunitas per rescriptum
potest concedi a gabellis. Bertachi in tract. de gabell. 7.
par. num. 28. quod amplio ut procedat, & quod in con
cessione non sint expressè istæ clausulæ modo sit ap-
posita dictio (& cætera) nam debet subiungi (volu-
musque, & edicimus, quod dicta immunitas ei obser-
uetur ex certa nostra scientia, & de plenitudine nostræ
potestatis non obstantibus aliquibus in contrarium fa
cientibus) quod sæpe apud nos legitur in decretis du-
calibus; alioqui quid importaret illa clausula, &c? Addi-
mus quod clausula ex certa scientia, licet nō sit ex pres-
sa probatur ex tenore ipsiusmet concessionis, ut decla-
rat Brun. post Abba. & alios, quos citat in consi. 1. nu.
75. 77. ubi dicit, quod si sit insertus tenor petitionis cē-
setur facta concessio ex certa sciētia, & quod probetur e
ex disposit. Principē ex certa scientia concessionē fecisse
ex d. consi. tenet ēt Anto. Gab. lib 7. suarum conclusio.

prima

prima. conclusio. ad fi. uersi.8. num.71. & quando apparet Principem ita noluisse, cessat omnis difficultas, ut Boss. trad in d. titu. de Princip. & priuileg.eius. numero 150.

Quò ad secundum de interpretatione, regulariter Principis beneficium, quod ei tantum nocet est nedum latè, sed latissimè interpretandum.l pen. ubi latè Claud. de Seisel.num.11.ff de constit.Princip.c.olim. de verb. signifi.Alcia.qui loquitur in priuilegio gabellarum.consil.18 num.5 in quarto.Iacob.de Leonard inter consil. feud.Brun.consi.117.num.135.& seq. Gram. decis.4. num.9.Ceph.consi.6.num.3.Menoch. consi.11.num. 54.Verum quando ex vi verborum immunitas a gabellis in dicto decreto comprehendatur, satis est, quod ex proprietate verborum censetur concessa, namque non debent restringi verba vltra suam propriam significationem.l.cum lege.vbi Aret ff.de testamen.c.ex parte. il tertio.ubi Abb de decim. Dec. in l. in contrahēda nu. 14.ff. de reg. iur. quod procedit etiam in pœnalibus. Alciat.in tracta.præsumptio.3.reg præsumptio.ultima. numero 7.8.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Dictum socij criminis, an faciat indicium ad torturam si sit vnicus, & illius dictum sit prolatum extra torturam.

SVMMAE.

1 *Socij criminis testificantur in causa hęresis.*
2 *Indicia debent esse sufficientia in causa hæresis.*
3 *Et in crimine lesæ maiestatis.*
4 *Socius criminis non facit indicium in causa hæresis.*
5 *Testis unicus non facit indicium.*
6 *Etiam in criminibus exceptis.*
7 *Socius criminis non admittitur sine iuramento, uel sine tortura.*
8 *Iudex circunstantias omnes considerare debet.*
9 *Nominis copia, & cognominis danda est.*
10 *Probationes famæ sunt admittendæ.*

CONSILIVM CCCXXXII.

In Domino confido.

REQVISITVS cum maxima instantia ab amicis meis, at vellem scribere pro iustitia, & veritate, an isti carcerati de Clauenna possint torqueri super imputationibus eis datis, vt fateantur alia, quæ negauerunt perpetrasse, de quibus uidentur extare indicia: deuictus eorum precibus, nō potui eis non morem gerere, maximè quia in hoc puncto non agitur de defendendo hęreticos, vel eis fauendo, quibus nullū fauorem, uel auxilium præbere intendo, quatenus sint hæretici, prout ita protestor. Visis igitur, & consideratis omnib. contentis in processu contra eos formato, eius sum sententiæ, vt de iure minimè torqueri possint super non confessatis, & præsertim super imputatione. quod missam ipsi celebrauerint, vnxerint caput boui oleo sancto, & nixi fuerint ei sacrosanctum Eucharistiæ sacramentum tradere, sic mandante Diabolo. Quod apertè constat, quod licèt
a in crimine hæresis ᵃ admittantur consocij † cri-
1 minis, & participes in testes.c.in fidei. de hæreti.
in sexto.tamen dubitandum non est, quin ad tor
turam accusatis, vel imputatis inferrendam, in-
2 dicia † debeant esse sufficientia. ut in indiuiduo
trad.Carer.in tract.de hæretic.num.116.& num.
3 117.& in criminibus † læsæ maiestatis, & alijs hu
iusmodi.probatur in l. si quis alicui. vbi Doctor.
C.ad leg.Iul.maiestat.trad.Marsi.in consi.14.nume.20.& consi.18.nume.7. quod sequitur etiam Petr.Foller.in sua praxi.crimi.in secunda part.secundæ part. in glos.item quod commisit crimen læsæ maiestatis. nume.103.& in ultima parte. in ver.fragmentorum pars.in titu. de quæsti. & tormen.num.218.& 221.idem trad.Hier. Gygan.in tractatu de crimine læsæ maiestatis.lib. secundo. in titu.quomodo & per quos crim. læsæ maiesta. probetur.quæstio. 26. & Bossi. in suis tractat. vari. crimi.in titu.de indi.& consider.ante tortu. num. 198. At in proposito non constat ex processu, quod talia ij carcerati commiserint, nisi ex delatione illa, illius primi, uel testis, uel delatoris, & ex informatione ipsa super huiusmodi data, cui dubium non est non esse credēdum, nec eius dictum facere indicium ad torturā, quia dictum
4 socij † criminis, etiam in hoc crimine ᵇ non facit
b primò indicium solus, cum ex eo delicto sit infa-
mis, vt in indiuiduo trad. Carer. d. tractat. nume.
5 118.& est regulare, quòd unus testis † non facit
indicium, nisi sit exceptione omni maior, vt in
c huiusmodi delictis.ᶜ trad.Boss. in d.titu. numero
6 197. Et quòd etiam in criminibus exceptis, † vt
in hoc non faciat indicium.trad.Mars.in sua pra-
cti.criminal. in §.diligenter.nume.6.& consi.102.
num.11.ac consi.78.num.14.& Gram. consi.66.
num.3.sed in casu isto hoc nullam habet difficul-
tatem, cum ille delator, & consocius non depo-
d suerit illa in tortura, ᵈ nec etiam cùm iuramento,
quo casu dictum eius contra consocium non ad-
7 mittitur. † Alexan.consi. vndecimo. post princi.
primo uolum. Mars. dictis consilijs 78. nume.15. & 102.numero quintodecimo. Hiero.Gyg.in dicto titulo.quæstio.vigesimaquarta.Boss. etiam dicto allegato titulo. numero 151.& Ioan. Baptist. Plot.in repetitio.l.si quando, num. 144. C. unde ui. Et profecto ego vereor ne in hoc ille delator mendacium dixerit, cùm hæc sint parū uerisimilia, & ex serie huius malefacti narrata, etiam per presbyterum illum, qui in eo interuenit, & qui

carceratus est, satis apertè cõstat, q̃ dicti de Clauenna prędicta non commiserint, nec etiam erat opus, q̃ cõmitterent ad finem per eos tentatũ, in hoc.n. crimine nedum numerũ Testiũ, ac personarum deponentium, ac eorũ contra quos depo

8 nitur qualitatem considerare debet Iudex, † sed & circunstantias omnes, ne testificantes falsa dicere præsumantur, ut dicit tex. in d.c. In fidei. & trad. Gyg. d. titu. quæst. 7. nu. 4. & Boss. in titu. de Hęreti. nu. 2. Sed & cum isti carcerati sint impotentes, & uerisimile non est quòd possint delatorem offendere, etiam danda esset copia eius no-

9 minis; & cognominis, ut per Paris. consil. 2. num. 154. & seq. 4. uol. Vt omittam quòd etiam hoc leuissimum Indiciũ fuisset sublatum, si fuissent admissæ probationes, quæ erant omninò admitten

10 dæ, super qualitate vitæ, † & famæ horum carceratorum, iuxtum trad. per Marsil. in d. §. diligenter. nu. 196. & per Carer. in sua praxi. in princ. nu. 158. Et si fuisset datum nomen delatoris, & conconsocij illius, facilè potuisset probari inimicus horum carceratorum. Sed quia (ut dixi) admisso etiam quòd nõ esset Accusator, cuius contrariũ sua scriptura satis exprimit, sed tantummodo socius criminis, Certissimum est nullum facere Indicium ad torturam, nec uideo aliã extare quæ

e sint digna aliqua consideratione, [e] licet aliqua leuia adducantur, & nullius momenti, quibus superfluum esset respondere, cum nullum habeant Iuridicum fundamentum.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Quo nomine illud factum fuerit ignoramus, non ignoramus tamen nullã fuisse illatã torturam.

Clau. Bertaz.

ADDITIONES.

a Sed est hæresis sortilegium huiusmodi in quo talia peraguntur. de hac re diligenter tractat Direct. par. 2. qu. 43. & tribus conclusionibus quæstioni respondet, quas diligenter prosequitur Camil. Campeg. in additio. an Zanch. de hæretic. cap. 22. lit. e. qui Campeg fuit tunc Ferrariæ iudex in hac causa. omissis multis in hoc casu in quo agebatur de inueniendo thesauro uidetur dicendum non adesse hæresim quia licet à Dæmone petatur thesaurum attamen nihil petitur alienum à potestate illius, nec obstat quòd inuocare dęmonem sit apostasia à Deo, per ea quæ trad. uterque Th. 2. 2. q. 92. art. 1. & 2. & q. 94. ar. 1. & per Campeg in d. lit. e. ver cõfirmatur, quia quando inuocatur dæmon ad alium finem quàm ad peragendum ea quæ soli Deo conueniunt, tunc inuocatio nòn sapit hæresim, est pulchrum cons. Geminia. 54. qui defendit non esse hæreticum qui dæmonem consuluerat & inuocauerat vt in amasiæ amorem se insinuaret, & hanc distinctionem probat Afflict. super 1. par Constitu Regn. rub. 1. nu. 17. & Iul. Clar. in §. hæresis versic. ult. Hinc si quis ad inueniendum furta utatur huiusmodi inuocationibus, non esse hæreticũ pronunciandum est, ut consuluit nouissime D. Rim. iun. consi. 314. licet And. Barbat. consi. 55. in prin. aliter censuerit. Si uero in huiusmodi inuocatione interueniat abusus sacramenti alicuius, & irreuerentia sacramenti altaris, uel alterius rei sacræ aliud esset dicendũ, per ea quæ tradit fusissime Campeg. in d. l e in 2. & 3. conclusio attamen neque hoc arbitror uerum, quia qui abutitur rè sacra non statim est hæreticus, ut est exemplum in usu aquæ benedictæ pro inuentione furti, fatetur inuocans uirtutem aquæ benedictę, sed abutitur uirtute illa, hinc non haurit aquam aliam sed utitur illa, quã scit esse benedictam, & ita progreditur paulatim ipse Satanas ut prius alliciat hominem ad abusum rei sacre deinde ad uilipendium, & infidelitatem. difficultatem hanc nouit Campeg d. loco ver. uerum decisioni, & eum diluere conatur. Sed in hac re arbitror ego ex opinione Regn in schol so. § secundus casus l. 3. adnota. ad Direct & ex additio. Iaco. Simanc. ad Campeg. ver. secunda conclusio in loco mox citato maxime esse inspiciendum, qualitatem inuocantium, & causas inuocationum, neque enim est præsumendum hæreticam esse quamcumque superstitiosam anilem inuocationem, uel ut puellæ satisfieret, adminiculis, uel ut amissæ res inuenirentur.

b Et hoc uerum est nisi alia indicia præcesserint, uel ille ad aliquibus fulciatur, Guid de Suzar. in tract. ad ind c. & tortur. uer. 50 & ibi bologn in addit. nu. 52. qui alios adducit. Boss infra citatus num. 149. Franc. Casson. in tact. de tormen c 17. nu. 1 Gram. cons. 38. nu. 1. 2.

c Licet unus socius non faciat indicium ad torturam duo tamen faciunt Fran. Peg. qui late probat lib. 3. annot. in Direct. schol. 111. circa fi. §. an autem.

d Sequitur Godisla. in tract. de hæretic. q. 19 num. 15. aliis autem dicunt etiam sine tortura socium criminis facere indicium maius, & minùs pro personarum, & criminum qualitate Iaco Simanc libro Catho. institutio. tit. 64. nu. 38 & in additio. ad Zanchi. de hæretic. c. 2.

Claud. Bertaz.

ARGVMENTVM.

De indicijs ad torturam, & maxime proueniente ex socio criminis.

SVMMAE.

1 *Inditium ad torturam non fit ex socio criminis.*

2 *Licet ille sit persona qualificata & presbyter.*

3 *Et maxime si sit infamis ex alio delicto.*

4 *Et sit periurus, uarius, ac mendax.*

5 *Indicium spontaneæ comparitionis tollit aliud indicium.*

6 *Tortus persistendo euacuat etiam plenas probationes, & non potest condemnari in pœnam criminis imputati.*

7 *Protestatio torquentis, quòd non intendit torquere super his, super quibus extant plenè probationes, uel est conuictus, uana est, & nihil*

nihil operatur.
8 *Reliquiæ indiciorum ob probationem bonæ famæ purgantur, ac penitus tolluntur.*
9 *Verba animum loquentis significant.*

CONSILIVM CCCXXXIII.

In Domino confido.

NON est dubitandum, quin absoluendus sit ab inquisitione cõtra eum formata, & liberandus a carceribus Iulius de Calciarijs, quia etsi habeat testimonia Cæsaris fratris, & Cæsaris Scauronis contra se, illa tamen non videbãtur esse sufficien
1 tia indicia ad ipsum torquendum, † cum essent
socij, & participes criminis. Gandi. in suo tractat.
Malefi. in tit. de quæst. & tor. col. 4. vers. Nunc aũt
restat. Guid. de Suza. in tract. de Indi. & Tor. num.
50. & ibi Bolog. in addi. Brun. in consimili tracta.
tertia q. primæ par. num. 18. & seq. Aret. in tracta.
Malef. in ver. fama publi. 9. col. ver. An particeps
criminis. ubi latè Aug. in addi. Alc. cons. 89. Viso
themate. col. fi. in 3. Ias. in l. 4. §. si tibi. ff. de cõd. ob
turp. ca. Dec. consi. 175. 2. col. & 234. Io. de Amic.
consi. 27. prima col. & 138. in prin. Bertran. consi.
268. nu. 2. & 6. tertia par. 2. impres. Cur. Iun. consi.
170. nu. 5. Ruin. consi. 18. nu. 5. & 146. & seq. in 5.
vol. Crot. in tract. de testi. nu. 91. & seq. Paris. cõsi.
53. nu. 15. 4. vol. Crau. consi. 178. nu. 3. Mars. in l. 1.
§. Diuus Ant. nu. 3. ff. de q̃ô. in §. diligenter. nu. 59.
& seq. in sua pra. in sing. 209. socius criminis. & in
consi. 12. nu. 37. 15. nu. 4. & plurib. alijs consilijs.
Gram. Vot. 6. & consi. 21. nu. 3. vbi ampliat etiam
2 si talis † socius sit persona qualificata, vt presbyter. in consi. 35. nu. 21. & 49. & consi. 37. 44. & plu
rib. alijs, & decis. 28. nu. 17. vbi extendit ẽt si sint
plures socij. Carer. in pract. cri. in prin. num. 122.
vbi latè citat alios, quam opin. in criminib. non
exceptis, de quib. in l. fi. C. de accusa. tenet etiam
Boss. in suis uar. tract. in ti. de inquis. num. 43. & in
tit. de indic. num. 149. & 182.

Et hæc opin. tantò magis procedit, cum alter
3 Scauronus † esset infamis ex alijs delictis. Mars. ĩ
consi. 74. nu. 23. Gram. Vot. 24. nu. 8. & 9. cons. 35.
nu. 27. 38. nu. 8. & 61. num. 2. & 3. & in consi. 1. impress. post suas decisiones. nu. 61. & seq. Carer. d.
nu. 122. 5. col. Sed & procedit sine aliqua difficul
tate qñ socij ipsi, vel participes criminis sint etiã
periuri, prout fuerunt isti, qui pluries examinati
cum iuro variauerunt, & fuerunt mendaces. hoc
4 enim † casu non põt facere aliud indiciũ, quàm
ad inquirendum. Dec. consi. præall. 175. 2. col. &
189. nu. 8. Rui. d. cõsi. 146. & 147. Alc. de p̃sump.
2. reg. præsum. 10. in fi. & in sua declaratione impressa post Parado. & in terminis. trad. Gram. cõsil. præall. 35. ad fi. & cons. 44. nu. 10. cui opin. adhæret Boss. in tit. de inquisit. nu. 50. & de indic. &
consider. nu. 156. & seq. Cæterùm, & si illi partici
pes fecissent indicium, uel alia extitissent indicia
ad torturam, cum tñ ipse Iulius habuerit indiciũ
5 innocentiæ pro se spontaneæ comparitionis † aliud indicium uidebatur sublatũ. Mars. in d. §. diligenter. num. 204. & consi. 117. nu. 49. Gram. cõsi.
61. nu. 3. Carer. in prac. in prin. nu. 158. 2. col. Blãc.
ẽt in sua pra. cri. fol. 138. num. 131. ver. spontanea
præsentatio. & pulchrè Nouel. in tract. suo ad defens. in ti. rñsiones reorũ. in consti. nu. 10. fol. 70.
Rursus cum ipse Iulius fuerit ter ualidè tortus, &
si extitissent maiora, & vrgentiora indicia contra
ipsum, illa proculdubio purgasset, & sustulisset,
imò (quod est fortius) si fuissent plenè probationes, illas etiam euacuasset, & debilitasset, ut non
posset condemnari in pœnam illius criminis im-
6 putati. † ut trad. Alber. & ibi. Mars. nu. 2. ff. de q̃ô.
in §. quoniam. nu. 42. in prac. crim. & in sing. 272.
quod potui. & Gram. consi. 64. num. 10. quæ fuit
opin. Cæpol. in consi. 32. nu. 2. ubi dicit uidisse ser
uari Veronæ. Idem tenet Boss. in ti. de confes. per
tort. nu. 26. & licet iudices soleant facere protestationes, quòd non intendunt Reum torquere
super his, super quibus extãt plenè probationes,
uel sit cõuictus, tamen sunt uanæ, & nihil operan
7 tur, qñ in tortura reus interrogatur † super delicto proprio, nõ autem super alio, ut super socijs,
vel mandatoribus, vt declarat Boss. in tit. de confess. nu. 29. & Gram. decis. 96. nu. 2. licẽt casus iste
sit extra omnem difficultatem, cum super his talis protestatio etiam facta non fuerit per præfata.
& per trad. per Boss. in ti. de sent. nu. 70. & seq. ex
quibus satis, & super constat, quantum hallucinata sit pars aduersa prætendens ipsum Iulium esse
conuictum de crimine ipso, cum indicia illa non
fuissent etiam sufficientia ad torturam stantibus
præfatis, quod & videntur sensisse magnifici illi
iudices torquentes, cum id fecisse protestati sunt
ex principis commissione, de qua tamen non uidi etiam alicubi constare, quasi tacitè inferrent
id legibus minimè esse cõsentaneum. Tantum. n.
abest, q̃ possit iure dici per plenas probationes illum fuisse cõuictum, cum illæ exigantur luce meridiana clariores. l. fin. C. de probatio. ita ut delinquens imputatus vix negare possit. l. qui sententiam. C. de pœn. Quicquid tamen sit de processu
præterito, cũ post negationem factam per inquisitum responden. inquisitioni ipsæ ẽt probauerit
bonam eius uitam, & famam, per plures testes si
quæ remansissent indiciorum reliquiæ, quæ in rei
8 ueritate non remanserunt, fuissent purgatæ, † &
penitus sublatæ. Marsil. in d. §. diligenter. nu. 196.
cons. 109. nu. 27. 117. num. 47. & 120. num. 36. &
seq. Gram. consi. 35. nu. 46. & 61. in prin. ac decis.
60. nu. 22. Carer. d. num. 122. tertia col. & Paris.
consi. 151. num. 13. & 153. nu. 35. quarto uol.

Postremo loco fuit probatũ per duos primos
testes, q̃ ipse Iulius noluit facere pacẽ illis de Pochintestis, non q̃ ipse uellet de eis vindictã summere, sed quia homicidiũ cõmissum in personã
fratris erat nimis de recenti perpetratũ. voluntas

enim hæc ipsius, & animus satis probatur ex eius verbis, ante commissum hoc delictum prolatis, de quibus dicti testes deponunt. nec enim quis aliquid dixisse præsumitur, quod prius mẽte non cogitauerit. l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de supell. 9 leg. & quòd ex verbis † comprobetur animus lo quentis, & voluntas, plenè trad. Crauet. consi. 20. num. 2. & consi. 35. num. 6. Reliquum est igitur, ut hic infœlix Iulius, tàm diutina carceratione, grauissima, fortissima, & maxima infirmitate grauatus absoluatur, & liberetur, Iustitia sic, vt supra suadente.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

Fuit liberatus, & absolutus ab inquisitione, & carceribus.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Varia hic tractantur, sed illa præcipuè tria capita de quibus in principio cõsultationis. in materia culpæ, & confiscationis.

SVMMAE.

1 *Testis habens interesse non probat.*
2 *Testis bannitus à Ciuitate non probat.*
3 *Testis allegans contestem negantem interfuisse non probat.*
4 *Testes nulli probant inuicem aduersantes.*
5 *Testis probat, qui testimonium dicit contra seipsum, & in sui dannum.*
6 *Conductor mercium tenetur ille qui primus assumpsit merces conducere.*
7 *Testes debent cognoscere contrahentes, cum agitur de probando aliquid per ipsos testes.*
8 *Verisimilia deponentes præsumuntur falsi.*
9 *Verisimilitudo maximè attenditur in probationibus.*
10 *Ratio debet esse legitima, & concludens.*
11 *Litteræ probant contra scribentem, etiam si in eis tantum essent enunciatiua.*
12 *Etiã si ageretur de probando delicto scribentis.*
13 *Culpa est nominatim probanda cum non præsumatur.*
14 *Culpa uel negligentia non est in eo, qui non tenetur aliquid facere.*
15 *Culpa non est in eo, qui fecit quod consuetum est, & quod omnes faciebant.*
16 *Culpa excusatur ob consuetum.*
17 *Mandatum præsumitur datum secundum consuetum.*
18 *Culpa excusatur in eo, qui homini fide digno credidit.*
19 *Ratificatio operatur idem ac mandatum.*
20 *Ratificatio ita facto, ut uerbis fit.*
21 *Ratificatio operatur etiam in delictis.*
22 *Attestatio notarij asserentis rogatum de licentia non probat, & debuit fieri parte citata.*
23 *Confiscatio non probatur per sententiam, sed est exhibendus processus.*
24 *Sententia non afficit non citatum.*
25 *Fideiussor debet saltem notificare iudicium illi à quo uult indemnis conseruari.*
26 *Nautæ culpa si non adest non procedit. l. item quæritur. §. 1. ff. loca.*
27 *Exceptiones omnes non sunt probandæ, sed sufficit ex una obtinere.*
28 *Principalis in causa ciuili non tenetur comparere.*

CONSILIVM CCCXXXIIII.

In Domino confido.

PRO dissolutione dubiorum subtiliter excitatorum per Magnificum D. superiorem Buletarũ aduersum D. Andream Pontarium, tres difficultates discutiendæ, & dissoluendæ veniunt, quibus discussis apertissima patebit resolutio dubiorũ ipsorum merita causæ tangẽtium, & subinde agendum erit de ultimo dubio proposito, an principalis teneatur comparere responsurus interrogatorijs illi faciendis.

Prima erit, nunquid cõstet ex processu D. Franciscum Gandinum agẽtem rectè actionem suam contra reum intẽtasse, cum ipse neget se onus ducendi merces ad locum Pellosellæ assumpsisse, uel aliquid pro eis promisisse, vel se obligasse.

Secunda, an admisso, quod tale onus assumpserit, & se obligauerit illas vehere, vel vehi facere, habuerit mandatum specificum de non excedẽdo cum dictis mercibus dictum locum Pellosellæ.

Tertia, an ex quo illam excesit de consensu officialium sanitatis Ferrariæ, & cum licentia, & participatione illorum, & merces assignauerit Gandino, ad locum Pontis lacus scuri, qui illas recepit, & purgari fecit per officiales deputatos, ac apochã fecit de recepto ipsi D. Andreæ, fuerit ipse D. Andreas penitus liberatus, quicquid de dictis mercibus subsequutum fuerit.

Quò ad primam igitur difficultatem arbitror, nõ bene cõstare, quod tales merces fuerint consignatæ

signatæ dicto reo, vehedæ. Nam solus Guarino-
nus sextus testis in processu. fol. 117. id deponit,
sed quidem dubiè cum exinde affirmet se conue
nisse de naulo cum D. Cesare Tacco pro condu
ctione mercium, adeo φ potius fuere assignatæ
vehendæ dicto D. Cęsari, quam Pontario reo. Vl
tra φ ipse Garinonus uidetur habere interesse in
1 causa † cum per traditionem ipsam fuerit libera-
tus a dicta assignatione, iuxta trad. per Bart.in L.
deferre.§.idem decreuerunt.ff. de iure fisc. & per
Craue.consi.99.num.2.& 112.num.10. & Ioann.
2 Maria septimus testis, qui est bannitus † ab hac
Ciuitate non probat. Bald.nu.4.& Fely.num.6.in
c.super eo.il primo.de testibus.& Rolan.à Val. ci
tatus per Magnificum Procuratorem. consil. 41.
num.48.primo uolu.Præterea apparet manifestè
falsus cum dicat, quòd ipse Guarinonus conue-
nit cu dicto reo, de solutione mercedis, seu nauli
pro cōductione, seu vehitione dictarum merciū
præsente ipso teste, & Iosepho Centurario. cum
Guarinonus dicat conuenisse cum Tacco, & Iose
phus ingenuè fateatur non interuenisse conuen-
3 tioni, vel concordio. testis † enim qui allegat ali
quem in contestem, qui negat se interfuisse non
probat.Bal.in c.cum causam, quæ inter.num.17.
col.3.de testi.Alex.consi.90.circa primum.colu.
fin.quarto uol.& Grama.consi.26.nu.20. Quan-
4 do autem testes † ab vna parte producti inuicem
aduersantur nullos probare in confesso est. Ioan.
Andr.& alij.in c.in nostra.de testi. Marſ. qui atte-
* statione de communi * singulari. 488. Dignitas.
Grama.consi.26.num.21.& 38.nu.28.& alij plu-
res, quos scienter omitto. octaus vero testis Iose-
phus ille nihil probat, quia non fuit pręsens, vt su
pra, & tantum audiuit à Guarinono, cui non est
credendum, vt supra Craue. d. consi.112.nu.13.
Cæterùm quatenus aliqua probatio posset fie
ri ex testibus præfatis (quod non admittimus) il
la tamē tollitur, & elisa fuit, ac eneruata, ex pro-
bationibus factis pro parte dicti rei, quæ procul-
dubio præualent dictis probationibus aduersa-
rijs.Primo enim, quòd D.Cęsar Tacca fuerit con
ductor dictarum mercium, non aūt D. Andreas,
& quòd ab ipso D. Cęsare illas habuerit reus, vt
conduceret ad dictum Pontem lacus scuri, depo
nit ipse D. Cæsar septimus testis examinatus in
processu.fol.74.& fol.seq. & cum hic testis ex suo
testificatu posit potius damnū, quàm lucrū sen-
5 tire, & deponat potius contra † seipsum, quam
pro se ipso sibi magis credendum est. Crau.consi.
6.nu.61.& 62.Gabr. libr. 1. suarū conclusionum.
tit.de testi. conclu.4. num. 88. Idem deponit no-
nus testis, qui nomine dicti Cæsaris conduxit di-
ctas merces ad Pellosellā, & habuit mercedem
ab eo, in proc.fol. 83.& fol. 85. & idem decimus
testis qui deponit D. Andream nullum habuisse
. interesse in dicta cōductione, sed scripsit litteras
Gandino, ut morem gereret dicto Cæsari, ut in
processu.fol.89.& fol.91. Vbi attestatur etiam de
cōfessione Guarinoni, quod illas merces vehen-
das dederunt dicto Cæsari, hoc etiam confirma-
tur ex dicto primi testis actoris aducrsarij.in pro-
cessu.fol.103.& seq. deponentis, quod actor con
quæstus fuit de ipso Tacco, tāquā cōductor sua-
rum mercium, quod eas nō reliquerat Pellosel-
læ, sed conduxerat uel cōduci fecerat ad dictum
Pontem lacus scuri, solum igitur est ista prima
difficultas, quod reus non habuerit merces ipsas
conducendas, vel vehendas a Guarinono, sed a
Tacco pręfato, & propterea nec Guarinono, nec
Gandino, cum quo nullum negocium egit, nulla
6 actione teneri potest, sed solus primus † condu-
ctor Taccus teneri potest, vt probatur in d.l.item
quæritur.§.primo.ff.loca.citata in dub.& in l.fi.§.
primo.ff.ad l. Rhod. de iactu. & facit regula.l.qui
admittitur cum duabus seq.ff. pro soc. & l.consi-
lij.§.fi.ff. de reg. iur. ubi not. & cum nullam actio-
nem contra reum habuerit Gandinus merito suc
cumbere debet.l.si pupilli.§.fi.ff.de neg.gest.
Secūdam modo aggredior difficultatē, in qua
concludendum est, prout in priore ad fauorē rei.
nam non est probatum in processu, quod fuerit
datum mandatum limitatum D. Andreæ de ve-
hendo merces ipsas ad Pellosellam, ut non vltra
locū ipsum ipsas merces cōducere posset. Nam-
que tres priores testes actoris, nihil sciūt de hoc
mandato. sed primus tantum deponit de literis
scriptis ad locum Pellosellæ d. Antonio Ballari-
no, quod reciperet dictas merces in dicto loco,
& de querela facta cum factore Tacchi, quod nō
fuerint relictæ merces in dicto loco secundus de
tractatu uenditionis rassarum, facto in Ciuitate
Ferrariæ conducendarum ad Pellosellam. ter-
tius uero de literis scriptis per Gādinum Ponta-
rio, φ relinqueret merces Pellosellæ, quas non
constat fuisse redditas Pontario. quæ omnia ni-
hil concludunt, quo ad mandatum pręfatū, quia
possunt esse vera, & tamen quod nullum ei fuerit
datum mandatum limitatum, ut supra, & regula
est vulgata, non probare hoc casu, quod ab hoc
contingit abesse.l.nō hoc.C.vnde legi. & proba-
tionem dubiam contra probantem esse interpę-
tandam. c. in præsentia. de probat. quartus testis
examinatus Abbatiæ nihil probat, quia deponit
de verbis, & confessione hominis sibi ignoti fa-
ctis cum alio etiam sibi ignoto, quo casu nullam
7 facit probationem, cum testes † debeant cogno-
scere contrahentes, cum agitur de probando ali
quid per ipsos testes.glo.in verb.cognoscunt in l.
fin.§.1.C.de iur.delibe.& ibi Bart.nu.4. cum quo
* est communis * opinio, ut per Alex.ibi. num.9.&
Iacob.de Sancto Georg.nume.17.Abb.num.16.
& Feli.num.11.in c.cum causam.de testi. quintus
vero testis Ioannes Maria de Stephanis, qui de-
ponit se fuisse illum, qui illo tempore colloqu-
tus fuit cum dicto reo, nullam etiā probationem
facit, quia est bannitus a Ciuitate Ferrariæ, ut ip-
se fatetur in alio suo testificatu. fol.121. quo casu
non est idoneus testis, ut supra ostensum fuit. Præ
terea ambo ipsi deponūt non verisimilia, dicunt
enim

enim illum, qui tunc loquebatur cum dicto Ioan. Maria, quem ipse Ioan. Maria affirmat fuisse Pontarium conscium fuisse, quod licet teneretur vehere merces ipsas ad dictũ locum Pellosellæ tantum, quod tamen ob eius commoditatem cõduci eas fecit ad locum Põtis lacus scuri, quia si eas exonerasset, & reliquisset in dicto loco Pellosellæ oportuisset exinde conduci eas facere ad dictum Pontem curribus, & expendere quinque aureos, vel circa pro earum conductione, quod tàm falsum, quàm ridiculum est. Quomodo enim si exonerasset merces Pellosellæ, ad quem locũ tãtum illas vehere tenebatur, oportuisset exinde eas ducere, vel duci facere ad dictum locum Pontis lacus scuri, si non tenebatur uehere, vel conducere illas, nisi ad Pellosellam, ex pacto, & cõuentione, & cur tenebatur facere impensam quinq; aureorum? certè ista ratio est falsa, & minimè uerisimilis, cum imò minor esset impensa relinquere, & exonerare dictas merces supradictas in dicta villa Pellosellæ, vt de ponit etiam primus testis rei, in process. fol. 75. Igitur nõ probant tanquam de-
8 ponentes non veri. milia, † vnde præsumũtur de falso suspecti. Craue. consi. 115. num. 12. nec eis est credendum. Grama. Vot. 14. nu. 8. & seq. quæ
9 verisimilitudo † in materia probationis est maximè attendenda, vt in confessione. trad. Marsi. in rubr. de probat. num. 108. & seq. & Crauet. consi. 61. num. 9. 75. nume. 22. & in alijs consil. & magis standum est testibus rei verisimilioradeponentibus. Anton. Gabr. d. tit. de testi. conclusi. 4. nu. 28. & seq. sicut etiam non probant, ex quo allegant malam rationẽ, & causam, quare dictus reus conduxerit dictas merces ad dictum Pontem, & ta-
10 men ratio † debet esse legitima, & concludens Bal. in l. solam. C. de testibus. & Crau. consi. 2. nu 41. sextus testis Guarinonus habet interesse, ut supra, quia si misisset illas ad Pontem præfatum, potuisset teneri de culpa, ex quo excessisset fines mandati habiti, ut asserit de transmittendo merces illas ad Pellosellam, prout prætenditur teneri reum, & sic non probat. & septimus est D. Ioan. Stephanus bannitus. octauus uerò deponit de auditu a Guarinono, cui non creditur, & præter ea sunt inuicem aduersantes, & contrarij. ut fuit dictum supra in præcedenti difficultate. Quæ omnia seruiunt etiam ad dissolutionem huius secundæ difficultatis. ex quib. apparet non fuisse probatum hoc limitatum mandatum datum d. reo.

Quod tanto clarius dicendum est, ex quo pro parte dicti rei constat, imò fuisse datum mandatũ de conducendo eas merces non ad Pellosellam, sed ad dictum Põtem, vel ad Ciuitatem Ferrariæ, ut deponit dictus Cæsar. septimus testis in proc. fol. 74. & seq. & 99. fol. 85. dixit fuisse datas a Guarinono, vt veherentur Ferrariam. præterea ex literis scriptis per Gandinum actorem D. Iosepho Mazzolano, sub die tertia Aprilis. 1576. constat, quod ipse Gaudinus non dedit mandatum Guerinono, vel alijs de mittendo dictas merces ad Pellosellam, sed Ferrariam, ex quo asserebat habuisse licentiam illas cõducendi à superioribus, & in locis scriptis dicto Guarinono sub die 19. Maij, dicti anni scribit recepisse merces ad dictũ Pontem, nec improbat conductionem, eo loco factam, verùm dicit dictos superiores mutauisse opinionem, & nolle vt ingrederentur Ciuitatem, nisi purgarentur, ut in dictis literis, & in alijs sequẽtibus etiam loquitur, uel scribit de eis. nec vnquam verbũ facit de contrafactione facta eius mandato, de quo nullum facit verbum, quod esset limitatum, vt non veherentur ultra Pellosellam, vt supra. Dubium autem non est has literas recogni-
11 tas † probare contra eum, etiam si tantum in eis essent de scripta uerba enunciatiua, Gozad. cons. 94. num. 50. Paris. consi. 90. num. 12. & 112. num.
12 44. primo uolu. etiam † si ageretur de probando delicto, scribentis, Franc. Marc. q. 702. nu. 4. Benuenut. Strach. in tracta. de mercator. in titu. quomodo in causis mercatorum proce. sit. per particula. vbi agit de probat. num. 13. & seq. ex quibus concluditur nullo modo probatum esse dictum mandatum specificum, & limitatum, vt prætenditur. ex aduerso, quod non est etiam præsumendum, quia cum maior impensa fieret in vehendo merces ad dictum Põtem, non est verisimile Pontarium uoluisse excedendo mandatum suum iactare. l. cum de indebito. ff. de probat.

Superest tertia difficultas discutienda, & dissoluenda, quæ stantibus resolutionibus priorum redditur superflua, & superuacanea, ut tamen de exuberantiori iustitia dicti rei appareat, de ea ẽt agendum erit. dicimus itaque quod præter id, quod non est probata culpa dicti rei, cum non sit probata conuentio facta cum eo, uel mandatum specificum de non excedendo locũ præfatum cum dictis mercibus, vt sup. quę erat nominatim pro-
13 banda † cum non præsumatur, ut per Craue. consi. 8. num. 20. & 151. num. 18. & Benuen. dicto tracta. in tit. manda. num. 40. & propius ad casum nostrum. in ti. de nautis nauibus, & nauigat. quarta par. per tot. quia qui non tenetur aliquid facere,
14 non põt teneri de culpa, vel † negligentia. Fran. Beci. consi. 37. num. 16. & propterea non possit teneri reus si demus, quod ipse reus fuisset conductor mercium, & conuenisset de illas conducendo ad dictum locum Pellosellæ, ex quo tamen ut deponunt ferè oẽs testes rei, dicto tempore erat consuetum, quod merces omnes, vectæ etiam ex locis suspectis de mandato commissarij ducerentur ad dictum Pontem, & illic exonerarentur, & purgarentur, & secũdum talem ordinem, & consuetudinem tales merces de mandato commissarij cum bestijs per eum, iuxta solitum missis fuerint merces ipsæ, illuc ductæ, & exoneratæ, nõ po-
15 test dici reum fuisse in aliqua culpa. † qui fecit id quod consuetum erat, & quod ne dũ maior pars, sed omnes faciebant. l. pignus. ubi Bal. Sal. & alij. C. de pignor. act. Corn. consi. 108. tertia colu. primo uol. Rolan. à Val. cosi. 75. num. 45. primo uol.

nec enim

nec enim est in culpa, qui viam solitam fecit. Pur
pur. consi. 698. nume. 3. & seq. & nu. 7. dicit, quod
16 consuetum † excusat a culpa, & consuetudo mer
catorum venit attendenda. Bal. consi. 400. in libr.
num. 10. quinto uol. & Mant. consi. 227. in princ.
17 secundo uol. Vnde mandatum † datum debuit
intelligi secundum quod consuetum erat. Benue
nut. Strac. d. tit. mandati. nu. 41. Præterea excusan
18 dus erat a culpa Pontarius, † qui commissario il
li homini fide digno credidit. Ang. nu. 4. Soci. nu.
10. & Ias. nu. 17. & seq. in l. prima. ff. de eo per quẽ
factum erit. Bal. in l. quæ fortuitis. num. 26. C. de pig.
actio. Rim. consi. 270. num. 11.

Præterea, & hoc tollit omne dubium, cũ Gan
dinus acceptauerit merces vectas ad dictũ Pon-
tem, & eo p̃ñte exoneratæ fuerint per baiulos in
dicto loco Lazareti, feceritq́, apocham de rece
pto dicto reo, & de eis mercibus arbitrio suo di-
sposuerit eas vendẽdo Beltramo, vt ex depositio-
nibus testium, & ex suis literis plenissimè est ꝓ-
batum, dubium nõ est, quin approbauerit, & con
firmauerit talem conductionem, ad eum locum,
& teneatur ex ratihabitione ipsa, ac si à princi-
pio mandasset eas illuc uehi debere. c. ratihabi-
tionem. de reg. iur. in sexto. nec dubium est, quin
19 † ratificatio fiat facto. l. Paulus respondet. ff. rem
rat. habe. l. prima. §. magistrum. versi. cæterum. ff.
de exercito. actio. Dec. in l. semper qui non prohi
bet. num. 8. vbi etiam Cagnol. ff. de regul. iur. Imò
20 voluntas † plus facto, quam verbis, & literis de-
claratur. Mant. consi. 284. nu. 4. & seq. primo vol.
21 Quę ratificatio † operatur etiam in delictis. c. cũ
ad sedem. ad fin. de resti. spol. l. prima. §. deiecisse.
versi. sed si cum quis. ff. de vi, & arma. Bal. in l. si pu
pilli. §. si Titij. ante fin. ff. de nego. gest. Ang. in l. 3.
§. si procurator. num. 3. vbi alij, & Ias. nume. 11. ff.
quod quisque iur. Soc. consi. 128. ante fin. primo
volu. Dec. d. num. 8. & Cagnol. num. 17. in d. l. sem
per qui non prohibet. imputandũ est igitur acto-
ri, qui non debuit ratificare, & approbare condu
ctionem rerum ad dictum locũ. & maximè, quia
vt dicũt testes si eas non recepisset, potuissent im
putare abduci, prout aliæ abduci solitum erat,
quod non admittebantur.

Illud etiam non est omittẽdum, quod nõ con-
stat ea de causa fuisse merces ipsas confiscatas,
quia scilicet sine licentia dominorum superiorũ
fuere introductę merces in hoc territorium. nam
attestatio illa notarij asserẽtis se de ea rogatum
22 † non probat. Franc. March. q. 1312. num. 2. pri-
ma par. & debuit fieri parte ad hoc citata. Ceph.
consi. 384. num. 21. & Purpura. consi. 90. num. 2.
Quinimò nõ sufficeret etiam si produceretur sen
tẽtia sine processu, maximè ex quo sumus in tem
pore recenti, cũ uix fuisset lapsus annus ante mo
tam hanc litem, quod (vt dicitur) emanauit di-
23 cta confiscatio, quo casu exhibendus † esset pro-
cessus. Craue. in tracta. de antiqui. temp. secunda
par. num. 5. & seq. & maximè contra tertium, vt
per eum ibi. num. 11. de quo per Gram. decis. 24.
num. 8. & Menoch. lib. 2. de arbitr. iud. quarto ca-
24 su. Vltra quod illa sententia † non afficit Ponta-
rium non citatum. l. de vnoquoque. ff. de re iudi.
in rubr. & nig. C. res inter alios acta. Tiraq. in tra-
cta. eiusdem regulæ. in prin. & certè mirum uide-
tur, quod ex hac causa introductionis fuerit facta
confiscatio, cum illa fuerit facta, ne dum de licen
tia Comissarij, & eo anuente, sed eo mandante,
& mittente homines, & bestias, ad ducendũ eas,
vt deponunt testes, unde procul dubio erat excu-
sandus conducens. Et repugnat huic confisca-
tioni, quod ipse aduersarius habuerit merces, &
illas vendiderit, vt scripsit Guarinono, & quod
pro parte spectãte dicto Guarinono, fuerit etiam
illi condemnatus, & soluerit, vt in processu pro-
25 ducto. prætcrea debuisset saltem notificare † iu-
dicium contra eum motum actor dicto reo, si prę
tendebat ipsum teneri ad conseruãdum eum in-
demnem, ad trad. in l. si fideiussor. in prin. & §. j. in
l. idemq;. §. pen. ff. mand. & in l. procuratorem. §. si
ignorantes, ff. eo. tit. Ex his igitur constat cessare
hanc tertiã difficultatem, & apertè cõstare hunc
reum esse absoluendum cum victoria expensarũ
non obstantibus subtilibus dubitationibus exci-
tatis, quę stantibus prædictis corruunt. nam text.
in d. l. item quæritur. §. primo. loca. non procedit,
26 vbi non est culpa † nauicularij, & idem respon-
detur ad cons. Bal. 54. in quarto. & Paris. 47. in pri
mo. Et tanto minus, quãdo quis ratificauit factũ,
quia potuit se obligare ad pœnam. Præterea tot
alia corruunt de quibus supra abunde disserui-
mus, quæ tollunt omne dubium.

Quod autem Pontarius dictam conductio-
nem fecerit, vt lucraretur quinque aureos, est
plusquam falsissimum, quia si non tenebatur ad
hanc impẽsam a Pellosella ad Pontem, vt admit
tit etiam pars aduersa; quæ affirmat ipsum non
non debuisse illam excedere, non uideo quare ip
se lucrari potuerit, imò præsumendum est, quod
conduxisset illuc, nisi sic conuenisset ne uidere-
tur suum iactare, vt supra.

Sicut etiã nihil facit, quod allegat reus licen-
tiam vehitionis dictarum mercium ad Pontem,
quam cum non exhibeat, sit contra eum iudican
dum. quia satis illam exhibuit probando illã per
testes examinatos vt supra, & satis est probare ra
tihabitionem Gandini. nec enim secus tenetur
27 omnes suas † exceptiones probare, & sufficit ex
una obtinere, & etiam ex quo actor suam inten-
tionem non probauit. l. nemo prohibetur. vbi So
ci. ff. de excep. l. nemo ex his. & illic Dec. & Cagn.
ff. de regul. iur.

Superest, vt tollatur ultimum dubium de præ-
sentatione principalis ad responden. interroga-
tionibus Magnifi. D. Iudicis, quod facilè tollitur,
quia licèt Imo. in l. qui bona. §. si alieno. col. fin. ff.
de dam. infect. in fi. & Franc. c. primo. num. 7. de iu
dic. in sexto. autumauerint etiam in causa ciuili,
28 principalem teneri comparere. † communis ta-
* men opinio est in contrarium, * ut in causis ciui-
libus

libus non teneatur quicquid sit in criminalibus, vt per Bar.in d.§.si alieno.num. 15. cuius opinionem dicit Ang.qui enm sequitur seruari in practica.in l.si actor.num.2.ff.de procur. quod etiam tenent Ang.Pau.Ale.Ias.& Iacob. de Sancto Geor. nu.5.in l. fi. C. de procur. licèt etiam quando sumus in calculo ferendæ sentẽtiæ, non facile sint admittendæ tales interrogationes. Menoch. de arbit.iudi.casu.52.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Si incertum sit, quis ex rixantibus occiderit aliquem in nocte, an possint aliqui torqueri, ut detegant occisorem, an vero sint absoluendi, & quibus casibus?

SVMMAE.

1 *Rixæ interueniens, licèt incertum sit, an occiderit, quòd teneatur pœna pecuniaria.*

2 *Rixa orta ex inopinato euentu si omnes congregati interuenerunt in rixa, & ignoratur a quo fuit unus occisus, omnes sunt torquendi.*

3 *Et maximè si sunt malæ famæ, vt dicant occisorem.*

4 *Rixæ casu interueniens, non mæretur pœnam aliquam.*

5 *Et non tenetur de eo, quòd alij fecerunt, nisi probetur de mutuo auxilio inuicem præstito.*

6 *Rixæ interuenisse quis potius præsumitur casu, quàm ex proposito.*

7 *Rixæ assistẽs casu habet præsumptionem, quod non deliquerit, uel delinquere uoluerit.*

8 *Præsumptioni delictum excludenti est standũ.*

9 *Comparens ex multis contumacibus habet pro se præsumptionem, & debet absolui.*

10 *Cõfessio ficta à statuto inducta operatur, idem quod vera.*

11 *Rixæ quando non ignoratur auctor, tunc omnes rixantes non sunt torquendi, ut inueniatur occisor.*

CONSILIVM CCCXXXV.

In Domino confido.

DVBITATVR aduersus Campum de Campis carceratum, quod possit iterum torqueri, ex quo cum armis interuenit tempore homicidij commissi, in personam illius Hieronymi Casarij, in lo
co in quo fuit occisus, vel possit etiam negans te-
1 neri aliqua pœna † pecuniaria propter incertitu
dinem per trad.per Iul. Clar. in practi. criminali.
in §.homicidium. in ver. alia etiam est defensio.
in secundo, & tertio casu. In quo dubio eius sum
sententiæ, nullo modo debuisse, vel debere tor-
queri, & tanto minus posse in aliquam pœnam
condemnari, quinimo ipsum absoluendum, &
liberandum fore. & pro habenda ueritate huius
dubitationis distinguendi sunt plures casus, &
primo, quando plures homines fuerunt in uno
loco ex alia causa congregati, & euenit rixa ali-
qua ex aliquo inopinato euentu, & constat quod
omnes illic cõgregati interuenerunt in rixa illa,
2 & ab eis fuit unus occisus † & ignoratur à quo, &
hic est casus super quo scribit Clar. & in eo lo-
quuntur omnes per eum illic citati, qui ponitur
etiam per Gandi.in tracta. de homicid. & eorum
pœn.col.tertia ver.pone quæstionem. & in ea la-
tè scribit Cæsar.in pract.crim.in §.homicidij, qui
est.§.secundus.num.75. & in hoc casu, quia om-
nes interuenerunt in rixa contra offensum, uel oc
3 cisum possunt torqueri, † si sunt malæ famæ, a vt
a per Mars. sing, 217.ter, vel quater post med. Ca-
rer.d.nu.75.pen.col.uers.limita secundo. & Petr.
Foller.qui optimè declarat in consi. 137. num. 8.
& 9. primo tom. consiliorum crimi. & etiam non
constito quis eorum illum occiderit possent pœ-
na pecuniaria puniri, & hic non est casus noster,
Quia nullibi constat campum ipsum interuenisse
in dicta rixa, uel arma mouisse contra occisum, &
negat illum offendisse, vel offendentibus opem
præstitisse.
Alter, & secundus est casus, quando vnus ex
congregatis ex alia causa interuenit facto, nuda
præsentia, sed tamen non constat aliquid fecisse,
& ipse negat se interposuisse rixæ, & offensum p-
cussisse, sed tãtummodo casu illic adfuisse. & hoc
4 casu alio non constito † non potest teneri aliqua
pœna ex Doct.Bal.in l.non ideo minus. col. pen.
vers.iuxta hoc.in fi.num.30.C.de accusat. vbi di-
it, quod in congregatis in eodem loco, quilibet
tenetur de eo, quod fecit, non de eo, quod alij fa-
5 ciunt, nisi pròbaretur distinctè, & clarè, † quo-
modo, & qualiter unus impẽdisset auxilium alte
ri, sequitur Mars.in l.nihil interest.num. 16.ff.ad l.
Corn. de sicar.& in consi.67.num.45.46.& in du-
bio non præsumitur quis ex proposito maleficio
astitisse, sed potius casu, ut præter citatos in pri-
mis allegationibus. in uers.nunc uero agendum.
6 † in fin. tenet Rimi. qui plura scribit ad proposi-
tum in consi.23.num.12.Carer.in d.§.2.num.70.
& Plaz.in epitom.delicto.c.16.num.10.& ibi di-
cit quod minimè tenetur de ope, auxiliove, nisi
scienter non autem ignoranter opem præstitis-
set, atque ideo in inquisitione, accusationeve ar-
ticulari operæpretium erit dolosè scienter, ac ex
consulto non tamen ignoranter opem præstitis-
se, & nisi per legitimas probationes constet, uti-
que reus absoluẽdus est, & quod talis non tenea-

tur

tur aliqua pœna, tenent pures quos citaui in di-
ctis primis allegationibus, quos breuitatis causa
non repetam. & in hoc casu non loquitur Clar.
nec aliquis ex citatis per eum, qui alias male di-
cerent, ex quo assistens habet præsumptionem iu
7 ris pro se, quod non deliquerit † vel delinquere
uoluerit. l. meritò. ff. pro soc. Roma. consi. 113. pro
decis. nu. 1. Mars. in rub. de fideius. nu. 47. & seq.
& in consi. 21. nu. 2. & seq. Io. de Amic. consi. 60.
nu. 7. Rui. consi. 1. nu. 3. in quarto. & Gram. Vot.
x. nu. 30. & consi. xiij. nu. 8. Quod procedit etiam
si aliqua præsumptio militaret in cōtrarium, tunc
etiam in concursu standum est præsumptioni de
8 lictum † excludenti. Roman. consi. 68. visis mi-
hi. nu. 8. & illic Mandos. in addit. Gram. consi. 31.
nu. 12. in crim. & in ciuilibus consi. 7. in fine. & 99.
nu. 31. & in hoc casu non loquitur etiam Clar. uel
citati per eum.

Tertius est casus, quando aliquis ex interueni-
entibus, uel assistentibus in loco rixę, se præsen-
tat sponte ad carceres, & negat offendisse ali-
quo modo occisum, vel offendentibus operā,
uel auxilium præstitisse, alij vero imputati de de-
licto non comparent, sed fugam arripiunt, sed ut
contumaces condemnentur pro homicidio, cer
te hoc casu nulla subest difficultas, quia quan-
do constat aliquos fuisse contumaces, & propter
spontaneam comparationem comparentium,
comparentes habent præsumptionem innocen-
9 tiæ pro se, debent absolui. † ita in terminis. Re-
spondit Thob. Non. consi. 101. nu. 2. & ad proposi
tum etiā in fortiori casu scribit Castr. in consilio
277. in causa incarceratorū. nu. 4. 2. uol. Vbi prin
cipalis qui occidit aufugerat. & idem est, quan-
do ex processu constat alium occisum percussis-
se, quia eo casu alij non teneantur, ut trad. Cassa
ne. consi. 58. nu. 3. & cum in proposito constet
alios nedum fuisse contumaces, sed condemna-
tos pro dicto homicidio. & sic esse culpabiles ex
ficta, & præsumpta eorum confessione à statuto
10 inducta, † quæ operatur idem, ꝙ uera, Doct. in
l. 2. C. qui testa. face. pos. Mars. in practi. crimina-
li. §. postquam. nu. 35. nullo modo comparentes
teneri possunt, & nullus est Doctor (quem uide-
rim) qui audeat affirmare tales comparentes ali
qua pœna posse teneri, uel torqueri debere.

Quartus, & ultimus est casus, quando nedum
comparentes, & constituentes se in carceribus
negant se illum offendisse, & concurrit contuma-
cia aliorum, & condemnatio ipsorum, sed & pro
bant occisum fuisse eius amicum, & condemna-
tos fuisse eius inimicos, ac probant bonam fa-
mam ipsorum, quę multum attenditur in hac ma
teria, & elidat indicia si quę contra comparentes
urgerent, hoc enim casu cesset omnes amaritudi
nes per plures auctoritates, & decis. quæ fuerunt
adductę in allegationibus primis, nec hoc casu
opin. Clari. uel aliorum per eum citatorū sibi lo-
cum uendicare ullo modo potest, cuius opinio.
etiam non procedit quando non ignoratur au-
11 ctor † rixę, ut per eum ibi ad fi. ulti. vers. quod ēt
uoluit Mars. singul. 403. & Carer. d. nu. 75. pen.
col. 3. limit. & in proposito in processu satis con-
stare videtur, quod fuerit ille Ferrius eius inimi-
cus auctor dictæ rixę.

Quibus si addatur, quod tanto minus est uerisi
mile dictum Campum eo tempore dictum Hie-
ronymū offendisse, ex quo erat tunc minor annis
16. uel circa. ut apparet ex uachetta baptismatis
producta tanto magis cessabit difficultas, nā ado
lescentuli tales non solent talia facere, maxime
nulla subsistente causa, ut notissimum est. ex qui-
bus certo certius esse censeo ipsum carceratum
fore penitus absoluendum, & liberandum per
Clarissimum D. meum.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Fuit quidem illata tortura, sed subsequuta est ab-
solutoria sententia.

Clau. Bertaz.

ADDITIONES.

a Sed quid si nullus sit malæ famæ, certū tamen sit aliquem ex illis delictum commisisse; Foller. in allegato consi. 137. num. 9 ait, nullum esse torquēdum. hunc sequitur Bursat. consi. 116 nu. 11. ratio est, quia licet Saly. in l. fi. vers. Quæro an sufficiat nu. 10. in fi. C. de quæst & Angel. in tract. de malef. in uerbo Fama publica. ver. quid si sunt quinque & Roma. in l. 1. § si quis in uilla. ff. ad S C. Syllan. & alij dicunt torquendū esse hominem malæ famæ, nō dicunt tamen torqueri debere homines bonæ famæ. ego uero ni fallor credo contra Foller. & Bursat. imò etiam bonę famę torquendos esse si nō adsint malę. nam & hoc tempore facillime bona fama probatur. moueor, quia licet supra allegati Docto. dicunt inferendam esse torturam homini malę famę non hinc infertur, quod non sit etiam alijs inferenda, uel si non adsint homines malę famę, uel si qui adfuerūt iam sunt torti, sed demonstrant ordinem iuris circa torturā adhibendam. nam ordinem hunc seruant iudices, ut quando plures sunt torquendi, tunc semper initium faciant a magis suspecto, ut docet Clar. in §. fi. q 54. ver. quero si plures. & ita est intelligendus. Dec. in l fauorabiliores. num 7. ff. de reg. iur. Mars. in l. 1. §. Diuus. num. 52. ff. de Sicar. Arno. commēta. 28. Reponas hoc. & Carer. in pract. crimi. §. homicidium. il 2. num. 75. versi. limita 2. hic adductus. alioqui sequeretur (quod est absurdū) vt omnes possent condemnari aliqua pœna, ut admittunt supradicti Docto. & in contumaciam condemnentur omnes, vt docet praxim Clar. in §. homicidium. vers. sed hic incidenter. & non possent tamen torqueri. at uero quod ita sint intelligendi adducti Doctor. apparet, quia alij qui sequuti sunt eādem sententiam expressius loquuti sunt dicendo, quod est incipiēdum ab illis, qui sunt malę famæ, vt est Augu. de Arimi. in additio. in d. ver. Aret. in sua pract. & Fran. Cason. in tract. 10 c. 3. nume. 3 ubi dicit quod tortura incipiet à solito delinquere, & omnes esse torquendos dicit Clar d. in §. homicidium. d. uer. sed hic incidenter. & quia Foller. in d. consi. 137. num 11. videt quod secundum suam opinionem delicta certa remanerent impunita, hinc ille nititur respondere non deficere ius, sed probationem. sed fallitur Foller. quia non deficiet probatio nempe tortura

quæ

quæ est probationis genus, & per quam poterit certũ delictum alia certiore delinquentium probatione nempe confessione probari, & ita arbitror nullo casu parcendum esse torturæ, tãtum abest, ut credam rectè sensisse Ale quæ in tract de præsumpt. reg. 3. præsumptio. 44. num 5. tretus consultatione Ale. 14 in 2 ait contra tales non esse procedendum ad torturam, & sentio cum Rom. in d. §. si quis in uilla. qui dicit quod omnes possunt torqueri, cuius Roma doctrinæ, & ipse Foller. dat manus confugiens ad constitutiones Regni. nu. 12. in fi. dicti consilij

Restant duo in hac materia omnino declaranda, est alterũ, quod vulnus illatum esse ab illis de quibus quæritur debet optime constare, hinc si uulnus sit illatum in rixa nocte obscura, & inter tenebras, quia facilius est dubitatio, an sit illatum a proprijs socijs, non erit locus torturæ, ita Bursat. in d. consi. 116. num. 12. Ego uero non requiram hãc indubitatam certitudinem, quia sufficiet præsumptio vulnus regulariter ab inimico, non a socio processisse, ut dictum est sæpe. præterea a quo processerit bonus iudex ex qualitate vulneris, & parte vulnerata poterit adiudicare.

Aliud quod a Bursat in d. consi. num. 13. desumitur est, quod quando ob noctis obscuritatem impossibile est, ut & ipsi percutientes sciãt quis illorum vulnus intulerit, tunc non est necessaria tortura, quia per eam iudex certior non potest fieri quis fuerit occisor: durũ certè est, quod iudex propter hanc incertitudinem debent a tortura abstinere. Itaque cum agamus de unico ictu, uel uulnere, ego ita distinguerem, aut occisus quis est ictu tormenti, seu archibusij, aut alio genere armorum. in secundo casu licèt sit nox obscurissima, & illunis attamen occidens potest facile sensu si non uisus at certè tactus intelligere, an ipse, an alij illud vulnus immiserint. adde quod poterit iudex ex quantitate vulneris, & diuersitate armorum percussorum sensim in cognitionem uel saltem in coniecturam uenire de occisore hinc non uideo quare debeat torturæ medio nõ vti. Primo casu, qui est casus Bursat. & huius consultationis, aut omnes eiaculati fuerunt pilas, seu exonerarunt, (vt dicimus) archibusios, aut aliqui, aut unus, iudex potest torquere, vt intelligat quis exonerauit, uel qui exonerauerint, si uero omnes exonerauerunt, uel plures, tum uel ex uicinitate exonerantium, uel si remansit pila poterit ex magnitudine & pondere pilæ, & magnitudine orificij archibusij conijcere etiam quis ictus uulnerauit, & in his omnibus eruendis pro modo criminis non debet abstinere a tortura. diligenter enim curare debet, tum ut occisores puniantur, tum ut innocentes absoluantur.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

An pœna aliqua sit puniendus, qui non denunciauit contractum factum de re immuni.
Immunitas quando sit realis, & quando non.

S V M M AE.

1 *Gabellæ onus comprehenditur concessa immunitate ab omni onere personali, reali, vel mixto.*
2 *Immunitas est realis concessa respectu certæ, & determinatæ rei.*
3 *Et idem si facta sit pro successoribus.*
4 *Idemque si fuit concessa ecclesiæ.*
5 *Immunitas ex contractu oneroso est latissimè interpretanda.*
6 *Et maximè extenditur etiam ad casum belli.*
7 *Immunitas realis transit ad quoscunq; ad quos res vadat, & perueniat.*
8 *Denunciare non tenetur contractum, qui non tenetur soluere.*
9 *Gabella non est soluenda in loco, si extra locum est facienda traditio.*
10 *Traditionis locus attenditur, quò ad solutionem gabellæ.*
11 *Gabella bis non est pro re eadem soluenda.*
12 *Contrabannum non committit, qui non tenebatur soluere.*
13 *Exactio si est noua, non soluens excusatur a pœna.*
14 *Gabellæ solutionem qui probabili ignorantia omittit excusatur a contrabanno.*
15 *Contrabannum non commisit, qui habuit licentiam abducendi cum promissione soluendi, quatenus opus sit.*
16 *Nec fraus potest dici interuenisse, si hæc promissio conditionalis a conductore gabellarum fuit acceptata.*
17 *Priuilegium amittitur propter fraudem.*
18 *Fraus non est præsumenda.*
19 *Emens a clerico tenetur soluere gabellam pro parte sua, & quomodo?*

CONSILIVM CCCXXXVI.

In Domino confido.

DOMINVS Zaccarias Chiocanus uenit omnino absoluendus, & liberandus ab imputatione sibi data, quod contrabannum commiserit, uel fecerit, non denunciando emptionem frumenti factam à Faneto Hæbreo, & non soluendo gabellam. Illudque extrahendo ex territorio Ferrariæ nulla facta expressione dictæ emptionis sub nomine Illustrissimi & Reuerendissimi D. Cardinalis Vrbini, Non obstantibus adductis in dubijs subtiliter contra eum excitatis pluribus fundamentis. Et primo, quia cum dictũ frumentum fuerit, & sit immune, & exemptum ex forma contractus initi de anno 1507. inter Archiepiscopum Rauennę, & Serenissimum tũc Ducem Ferrariæ, nulla erat facienda denuntiatio, uel solutio gabellæ, sed sat fuit exhibere mandatum magnificorum DD. factorũ, in quo licẽtia cõcedebatur illud extrahendi, &

di,& illius uigore illud expediri facere, ut semper
fuit obseruatum. Quod autem frumentum ip-
sum esset immune, & exemptum apparet ex capi
tulis dicti contractus, in quibus prçter immunita-
tem expresse cōcessam dicto Archiepiscopo, &
suis successoribus à Gabellis pro dictis fructi-
bus & eorum extractione, ut in primo c. fuit con
cessa immunitas libera realis fructibus bonorum
d. Archiepiscopatus ab omni grauamine reali, &
1 personali, uel mixto, quo casu onus gabellç † pro-
culdubio compræhenditur quancunque opinio-
nem teneamus Doct. aliquorū asserentium esse
a onus a personale, ut Bar. in l. 1. §. 1. num. 4. de pu-
blica. Bertac. de Gabel. in prælu. nu. 16. Alcia. in l.
placet. in uerb. canonicam. C. de sacros. eccles. &
Ferret. in tract. de gabel. & publica. nu. 191. uel
reale, & Bar. in l. uni. nu. 4. C. de mul. & in quo lo-
co. lib. 11. & Parpal. in d. l. placet nu. 111. uel mix-
tum, ut uoluit Egid. Tho. in tract. de collect. pag.
22. nu. 3. Dubium autem non est immunitatem
fuisse concessam ipsis fructibus nascituris, & non
personç, ut uerba dicti capituli expressim sonant
ibi (quod quæcunque bona &c. redditus, fru-
ctus, & prouentus &c. percepti, & in futurum
percipiēdi libera, & immunia, & liberi, & immu-
b nes erunt, ab omni b grauamine reali, & persona
2 li, uel mixto & cæt. cum enim † immunitas c est
concessa respectu certç, & determinatç rei realis
censetur. Alex. consi. 192. ex themate 2. col. uers.
quinimo. 2. uol. & ad propositum in immunitate
concessa pro fructibus à Gabellis. trad. Alcia. in
consi. 18. nu. 3. 4. & seq. lib. 4. & tanto magis quan
do est facta pro successoribus, quia tūc censetur
3 realis, † ut per eos illic, & idem dicēdum est, quia
4 fuit concessa † ecclesiæ. Nat. consi. 627. nu. 14. &
per uiam contractus. Ias. in cons. 217. col. 1. 2. uol.
Bello. consi. 20. nu. 8. 9. quæ est late interpretan-
5 da, ex quo maxime cōtractus est onerosus. † Dec.
consi. 48. col. 1. uers. & immunitas ista. & Nat. con-
si. 397. nu. 9. & 10. & Bello. d. consi. & sufficit men
tionem esse factam de Gabella, etiam in alio c. ut
per Dec. in d. consi. nu. 5. uers. 5. suadet. Quod au
tem immunitas cōcessa per contractū fortior sit,
& tanto magis obseruanda, & quç ēt latius exten
6 ditur, quā concessa per priuilegium † cum etiam
ad casum belli extendatur. trad. Crau. consi. 265.
nu. 6. & 7. Nat. d. 397. nu. 8. 9. Cepha. consi. 58. nu.
38. & nouissime. Bursa. consi. 16. nu. 70. Præsuppo
sito itaque quod fuerit, & sit concessa immunitas
7 realis, † prout uere est, dubium non est quin trān
seat ad quoscunque ad quem res uadat, & perue
niat. Abb. in c. ex parte. il j. nu. 4. & 5. de deci. Io. de
Plate. in l. 2. nu. 2. C. de mune. patri. lib. x. Rui. con-
si. 157. nu. 9. 3. uol. & in terminis Alcia. d. consi. 8.
nu. 7. & 8. Cum itaque dictum frumentum esset
immune & exemptum, nec teneretur D. Zacca-
rias aliquid pro eo soluere propter priuilegium
8 clarum, non tenebatur etiam denuntiare. † Bar. in
l. 1. §. diuus. nu. 2. & illic. Paul. de Cast. dicit obti-
nuisse in facto. ff. de publica. & uecti. & Bertach. in
tract. de Gabel. 9. par. princip. q. 29. nu. 32.

Secundò, cum frumētum emptum per D. Zac
cariā esset extra passus ciuitatis Ferrariç, & etiam
ueniret consignandum conductum extra dictum
territorium & passus, ut in chirographo inter par
tes confect. non tenebatur soluere emptor Gabel
lam, nec fuit in dolo si non soluit, ex quo traditio
9 esset † alibi facienda. Bal. consi. 253. licet istç alle
gationes, in fi. 4. uol. & Tiraqu. in tract. de retract.
tit. 1. §. 1. glos. 2. nu. 46. & seq.

Tertiò, quando res quç venditur non est in ter
ritorium Ferrariæ, sed extra illud, licet contra-
ctus hic celebratur nulla tamen gabella uenit hic
10 soluenda, uel denuntiatio facienda, † quia debet
attendi locus traditionis. Saly. post Bal. in l. mul-
tum interest. in fi. C. si quis alteri, uel sibi, & ita
seruatur de vsu, stylo, & consuetudine, secundum
Ferret. in d. tract. nu. 378. & hoc casu attenden-
dum est statutum, qūo loquatur. ut per Seuer. in
l. 1. nu. 98. & seq. C. de summa trinita. & fid. Cath.
quod in proposito audio loqui de rebus existenti
bus in dicto territorio, quia nimis esset absur-
dum, quod solueretur gabella etiam de rebus Ve
netijs, uel alibi existentibus, ubi esset soluenda ga
bella, cum bis pro eadē re, non sit soluenda. Ale.
11 † consi. 143. nu. 4. & 5. 6. uol.

Quartò cum ante cōductionē gabellarū huius
D. superioris semper fuerit obseruata immunitas
fructibus & bonis Reuerēdissimi Archiepiscopi
Rauēnç, iustam habuit causam D. Zaccarias non
12 soluendi, & nō potest teneri ad pçnam, uel † con
trabannum. Bald. consi. 211. proponitur nu. 1. 3.
13 uol. Nā si exactio est noua † excusatur nō soluens
a pœna Rolan. consi. 42. nu. 18. 3. uol. quia præsu-
mitur erratum per ignorātiam, ut per eum ibi. &
quod excusetur ei, qui probabili ignorātia omit
tit solutionem à commisso, cum dolus nō interue
14 niat † qui exigitur, ut quis incidat in contraban-
nū. trad. Abb. consi. 68. col. j. cir. fi. 1. uol. Comen.
consi. 5. nu. 1. Bertac. in d. tract. 9. par. 3. q. nu. 6. &
Rolan. d. consi. 42. nu. 17. & 8.

Quintò, & ultimo, cum ipse D. Zaccarias præ-
sentauerit mandatū D. D. factorum, & habuerit li
centiam abducendi frumentum cum permissio-
ne soluendi gabellam si de iure teneretur soluere
cessat omnis scrupulus, quia non potest esse lo-
15 cus † commisso, ut per Bero. ad propositum in
consi. 164. nu. 5. & nu. 14. in 3. & quod hoc casu
conductor possit concedere licentiam. trad. Bal.
in d. consi. 211. nu. 1. & Bero. d. nu. 5. & seq. & illa
promissio conditionalis operatur, quod non po-
test dici uoluisse fraudare, ex quo fuit per condu
16 ctorem acceptata. † arg. l. debent. §. si prædixerit,
ubi Bar. ff. naut. caup. & stabul. & trad. Alex. consi.
31. nu. 1. 7. uol. & de illa clausula multa habentur
in decis. Pedemont. 5. nu. 9. & 10.

His stātibus uerissimis fundamētis cessant om-
nia, quæ adducūtur in dubijs, & primo quod cen
seatur decepisse publicanum ex quo denūciauit
frumentum tanquam emptum à Reuerendissimo
Cardinali

Cardinali Vrbini, & non à Faneto hebræo, unde 17 propter fraudem amittitur priuilegium † Bal. & alij in l.sacrosancta per illum tex. C.de sacros.eccles.Boss.in ti. de fraud.gabel.nu. 12. Quia primo non uideo ubi probetur quod unquam ipse asseruerit se emisse frumentum ab alio quam à Faneto, & licet præsentauerit mandatum, sub no. Illustris.Cardinalis, & Archiepi præfati. hoc non facit. quod non potuerit ab alio emisse cum, sem per talia frumenta expediantur sub nomine præfati domini qui habet immunitatē, licet fuerint uēdita alijs, & per multas manus transeant et cū nulla Gabella deberetur nō erat etiam opus alia expressione à quo emisset, nec fraus aliqua facta 18 fuit, quæ non est præsumenda † Abb. ad proposi tum d.consi.nu.3.ver.3.probo.& Rolan. d.consi. 42.nu.16. Et quælibet etiam iniusta causa excusat à dolo, & sic a commisso, Bero.ad propositū d.consi.164.num.6.

Nec obstat, qđ ipse D. Zacarias non posset se excusare prætextu immunitatis dicti Reuerend. Archiepiscopi, ex quo illa tantum uidetur hēre locum in primo contractu, & emptor non gaudet priuilegio ecclesiæ vendentis, vt in dubijs, quia contrarium est verius, cum dicta immunitas fuerit, & sit realis, vt supra in primo fundamēto cōprobatum extitit vnde ne dum primus emptor fuisset immunis à Gabella; sed etiam alij sequētes, & satis est quod habuerit iustam causam credendi non teneri denuntiare, vel soluere vt supra.

Ex secundò etiam capite non potest teneri vt dicitur in dubijs, ex quo non denuntiauit uel sol uit gabellam emptionis, tum propter immutatē realem, tum quia frumētum erat extra districtū, & debebat etiā tradi extra passus vt supra, & obstant tot fundamenta supra contracta quę tollūt omnem difficultatem, & illa opinio quod denun tietur uel soluat gabella de bonis extra hoc territorium sitis nunquam fuit hic seruata, & forte verba statuti sunt clara, quæ non vidi cum sint reliquiæ sacræ, quæ non passim ostenduntur.

Quod autem dicitur, quod exhibitio mariti, & promissio soluendi si de iure teneretur deberet intelligi pro extractione, non pro emptione quę fuit occultata vt sub nomine Reuerēdissimi Cardinalis extraheretur, tollitur, quia præter supra deducta dicitur, quod respectu emptionis frumenti non pertinebat etiam ad D. Zaccariam denuntiare, sed ad venditorem qui tenetur etiam soluere gabellam prout fuit coactus Fanetus, vt propterea vexaretur se componēdo cum dicto conductore, & soluere non modicam summam pecuniarum. & credendum est quod fuerit etiam dictum a quo fuerit facta emptio, licet hoc non esset necessarium vt supra. remissio autē & licentia de extrahen. habita a publicano excusat illum a pœna. l. interdum. §. si quis professus. ff. de publica. & solum sibi erat necesse petere licentiam pro extractione, quam habuit nec tenebatur exprimere se emisse, vel à quo, ex quo illud frumentum est priuilegiatum, & immunē, vt supra. & debebat sibi tradi extra passus, & quatenus aliquid esset soluendum pro extractione satis fuit eius promissio de soluendo, quia non potest dici fraudasse gabellam etiam quod ipse ab alio emisset.

Vnum tamen nō omitto, quod tangitur in du bijs licet non faciat ad casum nostrum, quod id quod dicitur ex Bertach. in tract. præfacto.7.par. colum.4.num.17. quod emens a clerico tenetur 19 soluere gabellam pro parte sua, † quod aliter tenetur las.in consi. 112.col.2.ante fi.versic.hinc not. 1.vol.& plures citat Ant.Gabr.lib.7. suarum con clusionum.tit.de legi. & consti.cōclusione 3.nu. 19. Vbi concludunt quod si venditor est immunis non tenetur etiam emptor ad solutionem gabellæ. Laus Deo Opt. Max.

Barth.Bertaz.

Fuit absolutus D.Zaccarias à pœna contrabanni.

Clau.Bertaz.

ADDITIONES.

a Gabella vt hic dicitur est onus personale ex Bar.Bertac.
* Alcia.Ferret. hæc opinio uidetur cōmunis, * & hanc sequitur Frāc. Luca.de fisc & eius priuileg. 4.par.42.q. num.4. & hoc etiam est indubitatum, si statutum grauat personam contrahentem, censetur.n. afficere personam, & est onus personale. Seueri.in l. 1. num 98. C. de sacros.eccle.secunda opinio eiusdem Bar. & Parpal. non mihi placet. nam cum Par. & cæteri hic adducti fateantur personam teneri pro rebus, magis censetur onus mixtum, & est tertia opinio quā defendit Aegid. Thomat. quæ si vera esset concessa immunitate ab oneribus meris non comprehenderetur gabella, nam onera uel munera dicūtur mera quæ simplicia sunt, uec habent aliquam mixturam sicut de uerbo, mixtū, trad. Doct. in pluribus locis maxime Alci.in l potestatis 1.pa gi ff.de uerbo.significat. Claud. Cantiū.in tract. de offic.iudic.c.7.num.5.& Latins D.Rim.iun.in cōsi.200. num.9. & sequen. simplicia autem onera sunt aut realia, aut personalia. l. 1. ff. de muner. & honor. mixta autē de utroque participant. l. fi.§. mixta ff. eod. ergo si gabella de utroque participat non comprehenditur ab immunitate de onere mero. Arbitror contra Thomat. aliam opinionem nempe, primum esse veriorem namq. licet uectigalia pendantur a personis pro rebus, ut Bertach. tradit in loco hic citato, attamen potest dici onus personale, ut illic expresse dicit Bertach. & non est inspicienda persona cui imponitur, ut uult Rip.in respon. 22 num. 15 lib. 2.

Quarta pōt constitui opinio, quòd gabella non sit onus reale uel personale, uel mixtū, sed quid cōsequutiuum ex contractu, & quædā solemnitas qua gabella debetur eo, quia fiat contractus, & non quòd sit onus impositum rei uel personæ, vnde non uidetur comprehendi in decreto de oneribus meris, & mixtis loquente ex trad. per Bal.in l. 1. in 4.& 5.q.C de contrahen. emp. & Cœpb.consi. 553.num.7 & seq.

Sed hæc opinio non mihi placet, aut uidetur diuersa à cæteris, quia licet Bal. & alij dicant quod gabella est onus consequutiuum contractus, non negant tamen

quin

quia contrahens teneatur ad illud munus, vel propter rem, vel propter personam, vel quod sit onus mixtum. cum omnia onera cuiuscunque generis ad vnum ex his tribus membris reducantur. d.l. 1 & l fi ff. de muner & hono. l munus. la prima, ubi Alcia. ff de verb. signific. & trad. omnes, maximè Ias in l placet C. de sacros eccles. vnde teneri potest. quòd Gabella sit onus personale secundum uerá opinionem Bart & aliorum, quod etiam tenuit Bartho. a Cassane. in consuet. Burgun. in rubric. pri §. 4. in tex. indite imposer. & leuet aydes. nu. 18.

Præterea tollitur hoc obiectum, quando statutum gabellarum non mandat solui gabellá propter firmitatem contractus, cum nec annullet contractum ea non soluta, sed grauat personam uendentis frumentum, uel alia blada ad soluendum, quo casu opinio contraria non uidetur locum sibi uendicare. ita declarat Ioan Bapt. de S. Seueri in repetit. l primæ nu. 98. C de Sum. Trinitat. & Fide Catho ubi intelligit illo casu esse onus personale, & illum sequitur Anto. Gabr. lib 6. tit. de consuetudin. conclus 2. num. 13.

b Verba ista (ab omni) sunt quidem generalia, sed non comprehendunt, tamen gabellas, nisi de eis sit facta expressa mentio Bal consi. 407. col. 2 in 5. sed uere bald in d consi. consentit immunitatem concessam ab omnibus oneribus realibus & personalibus, comprehendere gabellas, nisi exceptione apposita in contractu appareret partes intellexisse de alijs oneribus, quæ imponebantur per æs & libram.

Obstat aliud, quod uidetur magis stringere, & est, quod generaliter exemptus, vel immunis non censetur exemptus ab ordinarijs, sed ab extraordinarijs tantum. l. in honoribus § qui muneris. ff de uacat. mune. Bar. in l. hi qui. nu 4. ff de iur. immun. Ferret. in tract. de gabel. num. 18. & huiusmodi gabellæ censentur munus ordinarium. Roma. consi. 98. num. 1. Dec. consi. 48. num. 1. & Nat. consi. 139. nu. 13.

In casu autem nostro hæc non obstant, nempe quando non solum est dictum (ab omni grauamine) sed est additum (reali uel personali, uel mixto) nam Bartol. & Ferret supra adducti. quibus potest addi Cephal. consi. 58 nu 10. Mart. Lauden. in tract de fisc. q. 62. loquuntur quando simpliciter est concessa immunitas à muneribus, quia de ordinarijs non censetur concedentem intellexisse. & Cæpo. qui primo aspectu obsistere huic sententiæ non aliter dicit in cautel. 73. si illum iuata do &c. Bar. in l. non solum. §. liberationis. num. 7. ff de libera. lega. secundum leges quas allegat intelligere uolumus. Nec placet mihi opinio Nat. quod gabella sit munus ordinarium, cum illud dicatur munus ordinarium, quod à lege, uel supremo Principe imponitur, & habet certá formam. l 1. C. de vacat. public muner. lib. 10. Bar. in l. 1. num. 40. C. de mul. & in quo loc. & trad. Doctor. in d. l. placet. ubi Ias in 3. col. in repetit. & ibi Alcia in d verb. canonicam, & ad hoc munus tenetur ecclesia, quę ad gabellas & uectigalia, nisi ex causa negociationis non tenetur, sicut non tenentur clerici. c. quamquam. de censi. in 6 & Docto in d. l placet. & maximè Alcia. illic in d. uer. imò nulla gabella potest dici munus ordinarium, cum non possit dici semper certa, sed uariabilis pro uoluntate imponentis, vt post Luc. de pen. trad. Gram. cons. 69. num. 15. in ciuil.

Et quando est facta expressa mentio de illo onere, ut hoc casu, uel etiam uerba uniuersalia cessat dubium. Alc. consi. 30. in 6 dub. in 5. uol. & licet Nat. in d. cons. 139. num. 10. & seq. non noluerit sufficere talem expressionem, nisi etiam dicatur (ab ordinarijs) citando in id cautelam Cœpol. de qua supra, qui hoc non dicit, sed dat cautelam ad euitandum omnes scopulos, & ut immunitas omnia generaliter comprehendat. præterea Cępol. & alij loquuntur in immunitate concessa contra l. uacuatis. C. de decurio. lib. 10 quæ loquitur quando fit cum præiudicio tertij, cum alij non immunes teneantur ad onera. & hoc casu loquitur d. l. uacuatis. & declarat Boss. in tit. de Princip. & priuil. eius aliud autem est quando immunitas est concessa per contractum cum Principe de cuius præiudicio tantum agitur, quæ concessio fortior est, quàm concessa per priuilegium, ut hic dicitur num. 6. Est ergo falsus Nat. in illa consultatione, & contra eam sæpè scripsimus, & uidimus iudicari contra eam, hancque nunc pluribus reprobaremus, nisi hoc esset diutius, quam par sit extra chorum (vt dicitur) saltare. Sed eo magis falsa est consultatio. Nat. quia in illius casu fiebat expressa mentio de gabellis & datijs, & tamen ille consuluit, quod ex quo ipsa erant onera ordinaria non ueniebant. quod certè non minus est ridiculum quàm falsum & alienum, maximè a grauitate tanti consulentis, qui & doctrina & diligentia, qua denique studia nostra constant, cum recentiorum unoquoque pedem conferre potest. sed non patitur nostræ naturæ imbecillitas, ut omnes maximè literati assiduitate laboris defatigati, scribendi soliditatem, ac prudentiam, vsque ad extremam seruent.

c Sed quid si non adsit hæc uox (mixto)? arbitror tamen etiam gabellas comprehendi, quia quando dispositum est de simplicibus comprehenditur mixtum, quando sumus in fauorabilibus, ut per Bar. & communiter Doct. in l. 2 ff de verbo oblig. & in hoc casu immunitas est fauorabilis cum agatur de gabella uitanda, quæ est odiosa, ut in contractu scribit Dec consi 47 col. fin. num. 5. vers. suadetur, quod ante eum uoluit Angel. consi 385. Gabellæ, num. 1. Boss. tit. de uectig. nume 9. 10 Crauet. consi. 231. in fi. Nat. consi. 274 num. 8 & cum immunitas concessa in contractu sit latè interpretanda, ut hic dicitur. num. 6.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Bannitus ingrediens domum alienam sine consensu & uoluntate domini, & ibi recipiens cibum & potum, an faciat teneri Dominum pęna proclamatis, si eo inuito id fecerit?

Et quid si alter ex dominis mane sequenti, eum curiæ denunciauerit.

SVMMAE.

1 *Receptatio intelligitur per cohabitationem, & contubernium.*

2 *Bannito semel dans cibum & potum, & semel dormiens cum eo non tenetur de receptatione.*

3 *Bannitum recipere dicitur qui scienter, & dolo malo receptat. & tenetur pœna.*

4 *Bannitum receptans coactè nulla pęna tenetur, si eum prohibere non ualet.*

5 *Coactè quod fit non imputatur facienti.*

6 *Receptare non dicitur qui inuenit rem extare in domum suam.*

7 *Coniunctio sanguinis minuit pœnam.*
8 *Statutum de pœna recipientis bannitos. non habet locum, nisi in receptantibus in domo.*
9 *Reuocans aliquid simpliciter tenetur reuocare in totum, & semel reuocatum durat reuocatum 11.*
10 *Proclama qui potest condere, potest etiam reuocare.*
12 *Lex correcta allegari non potest.*

CONSILIVM CCCXXXVII.

In Domino confido.

IESTI de Corellis, alias de Ioannardis inquisiti de receptione bannitorum in domo suæ habitationis, & imputati, quod illis alio tempore cibum, & potum præstiterint, in territorio Fusignani, ueniunt absoluendi, & liberandi. Namque quo ad primum caput receptationis in domo, stantibus probationibus factis in processu ex quibus constat, quod Ioannes Baptista, & Aloysius banniti ingressi fuere domum habitationis inquisitorum eis ignorantibus, ac illis inuitis, & resultantibus. sedisse ad mensam, & cenasse non consentientibus ipsis dominis domus, sed reclamantibus, & subinde, quod die sequenti denuntiauit alter eorum hoc factum magnifico Cõmissario Fusignani, non posset ullo modo teneri pœna receptationis bannitorum ex pluribus rationibus.

1 Primò, quæ receptatio † intelligitur per cohabitationem, & contubernium, ut Bal. trad. in c. si clericus. nu. 1. de pace semel & eius uiolato. ubi Afflict. nu. 1. vnde qui tenet alicui dat cibum, & po-
2 tum † uel semel cum bannito dormiat, non punitur de acceptatione. ita Afflict. ibid. nu. 1. & idem tenet Ludou. Carer. in tracta. de hære. nu. 168. per tex. in l. 1. §. quod autem. ff. de seru. corrup. & Petrus Foller. in sua praxi crim. in 1. par. in vers. banniantur. nu. 22. & dicit Carer. in sua pract. in §. 4. nu. 43. quod is dicitur receptare, qui alimenta, & subsidia præstat bannito, aut malefactori eum celando.

Secundò, cum dicti banniti ob eorum audaciam, & temeritatẽ ingressi fuerint dicta domum, & acceperint cibos, & cenauerint, nec domini domus potuissent eos expellere sine graui periculo scandali; ex quo erãt armati sclopis à rota, & in effectu fuerint coacti pati, quod cenauerint & dapes in mensa existentes suo arbitrio acceperint, nulla pœna teneri debent, quia tantummo-
3 do tenetur de receptatis qui scienter, & dolo malo receptauerit. Bal. in l. quicunque. primo not. nu. 1. C. de seru. fug. Io. Baptista Plot. in l. si quando. nu. 859. Vnde ui. & quod receptans coactè
4 bannitum † quem prohibere non valet, non teneatur ad aliquam pœnam. trad. Bal. in l. in delictis. in prin. prima lect. & Alex. in l. omnibus nu. 2. ff. de noxa. Soci. consi. 90. nu. 113. uol. Marsi. in l. prima. in prin. nu. 97. & in §. item diuus. eiusdem l. nu. 13. ff. ad l. Corn. de sicar. in consi. 25. nu. 34. & 99. nu. 5. Carer. in d. tracta. de defensi. in tit. responsione reorum in constit. nu. 49. cuius sententiæ est etiam Blanc. in l. fin. nu. 180. ff. de quæstio. Bossi. in tit. de rapin. nu. 20. Igne. in l. 3. §. si quisquã nu. 11. ff. de sena. consul. silla. & Rolan. à Val. consi. 45. n.
5 40. & seq. primo uol. Quæ autem coactè † fiunt non imputantur facienti, ut abunde comprobat. Marsi. in l. prima. §. præterea. nu. 11. ff. de qõ. & in dubio præsumendũ est, quod coactè id fecerint quia in dubio præsumitur pro exclusione delicti. Gram. decisione. 18. nu. 5. his accedat quod trad. Bal. in consi. 250. nu. 10. lib. primo ubi dicit, quod
6 non dr̃ receptare † ille qui inuenit rem extare in domum suam, quod tanto clarius procedit quanto dominus reclamat Petr. Anto. Angus. in consi. 19. n. 7. & 8. in materia criminali lib. primo, pro ut hoc casu reclamauit Messẽtius, & valde iratus fuit, ut deponunt testes tui.

Tertiò cum ipsi inquisiti, uel alter ex eis mane sequenti denuntiauerint dictos bannitos ipsis inquisitis inuitis comedisse in dicta domo in qua eis insciis ingressi fuerũt, cessat omnis scrupulus stãtibus literis Serenissi. Ducis Herculis scriptis ad Illust. Comitissam Genebram, de anno 1556. in processu productis, de quarum validitate, & auctoritate ambigendum non est.

Possem etiam plura adducere ad excusationem illorum ad coniunctionem sanguinis, cum alter esset pater, alter uero patruus Io. Baptistæ. qui quando de iure possent teneri (quod nullo modo admittimus) mitius tamen deberent puni-
7 ri † ut disponit statutum ipsum Fusignani, & est etiam de iure communi dispositum, ut per Castr. consi. 295. nu. 6. primo uolu. Alex. consi. 144. post redditum in fin. 2. uol. Marsi. in l. unica nu. 211. & seq. C. de Rapt. uirg. & singuli. 211. uera sanguinis. & Rolan. à Val. d. cõsi. 45. nu. 48. & seq. primo uol. & possem plures alios ad hoc citare. uerùm quia non egemus hoc fundamento, sed ex præcedentibus clarè cõstat, quod omnino libere sunt absoluendi ab omni pęna, super hoc vlterius non insistam, & hoc quo ad primum caput.

Quo uero ad secundum secundæ imputationis apertior est etiam Iustitia, pro imputatis, quia licet per quendam fuerit delatus cibus, & potus prędictis bannitis & forte de scientia ipsorum imputatorum, tunc existentibus extra territorium Fusignani, qui cum iam uenisset in territorium ipsum acceperunt cœnam illã, & in quodam agro comederunt, non tamen possunt dicti
8 imputati teneri pœna dicti statuti † quod non habet locum, nisi in receptantibus in domo; vt in rubrica ipsius statuti, quæ statutum ipsum declarat, Doctores in l. prima. ff. si certum petatur. & ibi Deci. numero 9. & quia non dicitur recepta-

tio

tio per traditionem cibi & potus, vt supra, in pri-
mo fundamento, sicut nec etiam tenentur pœna
proclamatis prohibentis etiam dari bannitis vi-
ctualia, & alia huiusmodi cũ proclama illud fue-
rit reuocatum, vt in literis Magnifici Imolæ, & Il-
lustr. D. Comitis Guidonis Domi. Fusignani pro-
ductis. In quibus expressè legitur quod dict. pro-
9 clamata reuocauit, & qui reuocat † simpliciter
tenetur reuocare in totum. l. cui. ff. de seruit. & l. si
ita relictum. ff. de leg. 2. Ias. consi. 11. nu. 3. 2. uolu.
Nat. consi. 484. nu. 12. & Cepha. consi. 74. nu. 14.
Dubium autem non est, tale proclama reuocari
10 potuisse per d. Illustr. D. Comitem † qui faculta-
tem habebat illud condendi. Alexan. consi. 119.
11 quoniã nu. 30. 6. uol. & res semel reuocata † sem-
per durat reuocata. §. ex eo. Instu. quib. mod. testa.
infir. Rub. Alc. in l. Titia. §. imperator ad fin. num.
254. ff. de lega. 2. Igitur pro parte curiæ nõ potest
fieri fundamentum in dicto proclamate reuoca-
12 to, & correcto, quia lex correcta † allegari non
potest. l. 1. §. hunc igitur. C. de iust. Cod. confir. gl.
in l. fi. ff. ad l. Corn. de fals. Feli. in c. fraternitatis. nu
me. 1. & seq. de hæret.

Nec dicatur, quod pro parte communis Fusi-
gnani non fuit petita reuocatio dicti proclama-
tis, quia imò fuit petita, si rectè uerba inspician-
tur, nam cum fuerit petitum reduci dictum pro-
clama ad statutum Fusignani, ꝓculdubio fuit pe-
tita dicta reuocatio, cum exorbitaret proclama à
dicto statuto, in casu de quo contẽditur. vnde si-
ue sit facta reuocatio in totum siue reductio, & re
formatio secundum statutum habemus intẽtum,
& ne in rem claram scrupulum inijcere uelle vi-
dear non denigrabo frustra papirum.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

De hac re in primo volu. multa scripsimus, & con
trouersia ista fuit cum fisco composita.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Nauta qui accepit capsas plenas mercibus, si nõ
probat furto ammissas, vel quo casu, an tenea-
tur ad restitutionem, & an credatur domino iu
ranti de quantitate, & qualitate mercium.

SVMMAE.

1 *Iuramento domini probatur qualitas, & quan titas mercium ammissarum, & nu. 7.*
2 *Nauta tenetur restituere id quod sibi uehendum datur.*
3 *Edictum Nautę caup. & stabu. quare inductũ.*
4 *Nauta tenetur de leuissima culpa.*
5 *Nauta debet probare casum quem allegat.*
6 *Nec statur suo iuramento.*
8 *Testes examinati parte nõ citata non probant.*
9 *Citandus est dominus litis non procurator ad uidendum iurare testes.*
10 *Testis receptus post terminum assignatum non probat.*
11 *Probationes sunt arbitraria iudici.*

CONSILIVM CCCXXXVIII.

In Domino confido.

DOMINVS Georgius Scacerius ha-
bet intentionẽ fundatã contra Geor-
gium Zambonum nautam, pro resti-
tutione suarum mercium, datarum il
li ad uehendũ, ut ipse nauta confessus fuit in pro-
cessu, & cũ reddiderit capsas apertas, & uacuas
1 debet defferri † iuramentum domino de quanti-
tate & ualore mercium suarũ, iuxta trad. per Do-
ctor. in l. in actionibus. in Nauta uel hospite red-
dente ualisiam dissigillatam, & apertam. ff. de in
lit. iur. Paris. consi. 74. nu. 6. & seq primo uolum. &
Plot. in l. si quando. nu. 397. C. vnde ui. nam nauta
2 † tenetur restituere id, quod sibi vehẽdum datur
l. 1. in prin. Naut. caup. & stab. alias daretur mate-
ria cum furibus cocundi. ut dicit tex. in d. l. 1. §. 1.
3 in fi. Edictumq; † illud fuit inductum reprimen-
a dæ improbitatis gratia huius generis hominũ, [a]
quo quidem edicto tenetur nauta, etiã si sine cul-
pa res pereat, vel damnum datum sit. nisi si quid
damno fatali cõtigerit. d. l. 1. §. miratur. Vnde du
4 bium nõ est quin de leuissima culpa † teneatur, [b]
b ut in d. §. & trad. Strach. de Mercat. in tit. de Naue
tauibus &c. secunda par. nu. 4. Et propterea de-
5 bet nauta probare † casum, quem alleg. gl. in ver.
exceptionem. in d. l. 1. in §. inde Labeo. Benuenu-
stra. in d. 2. par. num. 6. & ammissionem rerũ, quia
c non statur etiam suo [c] iuramento. † Bar. in l. si q̃s
6 ex argentarijs. §. fi. de eden. Corne. consil. 318. 2.
col. 4. vol. ubi idem Corn. col. 3. vult stari etiam iu
7 ramento † domini de quantitate, & æstimatione
mercium. Nec possumus aliquo modo tenere ip
sum nautam probasse casum raptus merciũ, per
8 eum alleg. quia primo testes † illi duo examinati
fuerunt recepti parte non citata ad uidendũ de-
ferri iurm testibus. c. 2. de testi. l. iudices. C. de fid.
instr. primus. n. testis fuit inductus non citato prin
cipali, cum quo fuit contestata lis, sed tantummo
do præsente D. Hieronymo eius procuratore, (vt
9 dicitur), & tamen citãdus erat principalis, † quia
sicut quando procurator, qñ litem contestatur,
non sufficit citare postea principalem, vt per Bar.
& alios. in l. ꝓcuratorib. C. de procu. & in l. furio-
so. de re iud. Abb. & alij. in d. c. 2. pen. q. Maran. de
ord. iud. quar. par. 16. dist. num. trigesimoquinto.
ita etiam si principalis est litem contestatus, non

ſat eſt citare procuratorem, ut admittit Ale.cõſi. 123.uiſo proceſſu.2.col.ver.nõ ob.etiam 4.ir.2.uol.Dec.d.c.2.nu.36.unde ſicut non ſat fuiſſet citatio procuratoris, tanto minus pręſentia tãtum. ſecundus vero examinatus Bondeni per lr̃as remiſſorias, ſimiliter fuit rece ptus parte nõ citata, uel monita, qđ fieri non debuit, vt ĩ terminis eſt tex.in d.l.iudices. & ibi Docto. maxime Caſtr.&
10 primus teſtis † ẽt fuit receptus lapſo termino aſſignato ad probandum. quo caſu eius dictũ non probat.Bar.in l.2.q.3.ff. de appel. recip. & Crot. in tract.de teſti.nu.270.

Præterea nõ video, ꝙ hi teſtes probent huiuſmodi raptum mercium, cum ipſi tantummodo audiuerint ſtrepitum, & uiderint nonnullos homines comedentes, ſed tamen uon uiderunt aliquid auferri, vel rapi ex naui dicti nautæ, & licet viderĩt duas capſas fractas, & audiuerint ipſum
d conquerentem d de fractura, & ablatione bonorum, non ꝑpea vr̃ probatum id verum fuiſſe, & potuiſſet ipſe nauta fingere, quod fuiſſent raptæ merces, & ipſe furari illas. & maximè quia non leuis eſt ſuſpicio cõtra ipſum ex multis, quę colliguntur ex dictis teſtibus. Primo.n. ipſi ambo concordãt, ꝙ uiderunt dictos homines in naui comedentes certum quid ſiccnm ſtrepitum faciens ſub dẽtibus, vt faba, quod ſentiunt fuiſſe ex rebus raptis, & ablatis ex naui dict. Georgij nautæ, & capſis ipſis, & tñ affirmãt, ꝙ ex poſt audiuerũt etiam ſtrepitum, & fractionem capſarũ, vt dicit ſecundus teſtis, quod ſi ſic fuit, non eſt dicendum, ꝙ fuerint illi raptores, qui redierint &c. ad frangendum capſas. cum ſemel tantũ ad eam acceſſerint, ut dicit ipſe Nauta, & retulit teſtibus, unde ſuſpicandum eſt, ne ipſe Nauta fregerit capſas ipſas, & reliquum mercium abſtulerit, & ſurripuerit accepta occaſione pręfata. Quod etiam apertè deprehenditur ex alio, quia primus teſtis dicit dictum Nautam eo mane dixiſſe, ꝙ aperierant duas capſas, & abſtulerant ex bonis in eis exiſtẽtibus. ſed neſcierat, quid abſtuliſſent. & ſecundus dicit, ꝙ acceperant quod eis placuerat, & tamẽ ipſe Nauta in proceſſu affirmauit omnes penitus merces in ea exiſtẽtes eos abſtuliſſe. Pręterea teſtes ipſi, qui (ut dicit primus fuerunt conteſtes illius actus, licet ſecundus de primo nullã mentionem faciat, ac ſi non interfuiſſet, non concordant in narratione facti ſibi relati per dictum nautam, cũ primus dicat, ꝙ illi raptores ingreſſi fuerunt nauim, & coegerũt ipſum ſtare in prora, vel capite nauis, a quo nõ potuit recedere, & interim abſtulerunt merces. alter vero, & ſecũdus dicit, ꝙ cœperunt illũ, & duxerunt nauim in Territorium Mantuæ, & illic fregerũt capſas, ut audiuit a dicto Nauta, & addit ꝙ percuſſerunt etiam illum, & illi minati fuerũt, de quo primus nihil dicit. ex quibus uariationibus, & contrarietatibus multũ ſuſpicor de dicto Nauta, nec quieſcit animus, ꝙ ſit uerum id quod affirmat, verũ quia pro
11 bationes † ſunt Iudici arbitrariæ.l.3.§.1.verſi. tu magis ſcire potes. de teſti.Caſt.l. admonendi. de iureiur.Dec.conſi.510.in prin. ideo ad eius conſcientiam me remittam.

Laus Deo Opt. Max.

Barth.Bertaz.

ADDITIONES.

a Et ob hoc præſumitur contra nautam. hinc pro illo requiruntur fortiores præſumptiones & probationes, quam alias eſſent neceſſariæ trad Abb.in c. quia veriſimile. in 2.not.de præſumptio.& conſil. 11 nume.3. in princip. & in hac ſpecie furti, cuius generis debeant eſſe, iſtæ probationes demonſtrat.Rim.Iun.conſi.210 num 74.

b Sed nos alibi in hoc eodem volumine ex quadam diſtinctione diximus non teneri, niſi eã pręſtare diligentiam, quam & poteſt, & conſueuit poſſe præſtare. itaq; ſciendum eſt ex Saly.in l.quæ fortuitis nu.6.C.de pign. act. caſus fortuitos quandoque contingere facto naturæ, ut naufragium, quãdoque facto hominum, ut furtum. in primo caſu ego contendo nautam non teneri, niſi ad eam diligentiam, quam adhibere ſolet, & poteſt, ne ſequantur abſurditates multæ quas ibi adduxi, & hæc eſt opinio vera, ſi uerum eſt illud, quod ratione nititur. In ſecundo vero caſu procedunt, quæ hic dicuntur ea ſcilicet ratione, quia nauta tenetur ad cuſtodiam, & habet contra ſe pręſumptionem improbitatis, & qui ad cuſtodiam tenetur, etiam tenetur de culpa leuiſſima. probat tex & glo.in l qui mercedem.ff.locat.Saly in l. in iudicio C.loca.Corn.cõſi.242.in prin Gram.conſi.40.nu.1.in crimi Burſat.conſi.53 nu.35.Cepha.qui loquitur in furto.conſi 640.nu.14.licet aliud ſit quando non eſt expreſsè promiſſa cuſtodia & ita declarant tex.& Doc. ſupra citati, & ipſe Ceph.in d.conſi nu.42.

c In hac re ita eſſet diſtinguendum, aut quis eſt obligatus ex contractu, aut non primo caſu non poteſt per iuramentum probari caſus fortuitus, ſecũdo uero ſic, Bar. in l.ſcire oportet.§ ſufficit.ff de excuſ.tut. adducitur gl. in l fi.C.de fid inſtr.Spec.qui potuit hanc quęſtionem tit de appella.§ nũc breuiter.ver.quid ergo, qui ait procedere hanc concluſionem inſpecta qualitate perſonæ, ſequitur Cuma.in l.2.§ quod diximus.ff ſi quis cautio. in ſecundo caſu licet poſſet probari caſus per iuramentum, illud tamen haberet locum in reo excipiente de caſu non autem in actore, qui allegando caſum pro fundamento ſuæ intentionis deberet probare aliter Bar. in l. ſi quis ex Argentarijs.§.an vero hæredi. nu.1. & ſeq. ff.de edend.Saly.in l ſi creditor C.de pign actio.nõ eſt autem dubitandum reponendum eſſe nautam inter illos qui ex contractu ſunt obligati, nam ratione priuati officij tenetur ad cuſtodiã, & ideo caſum probare debet.Nat.conſi.79 nu.2.& in hac probatione caſus fortuiti per iuramentum iudicis arbitrio remittitur conſideratio qualitatis perſonarum, & aliarum circunſtantiarum hoc uoluere. Bar Ale.& Iaſ.& omnes in l. non exigimus.§.quod diximus.ff.ſi quis caut.Marſ.in l. de minore §.plurimum quoque ff.de quæſtio.

d Iſte autem clamor, uel uociferatio præſertim nocturna, non eſt indicium concludens amiſsionem rei per furtum, alias facilè eſſet confingere & fracturas, & furta. Spec in tit.de pigno in prin.Iaſ. in d.l ſi quis ex argentarijs.§.prætor ait col.pen.ff de edend Boſs in tit. de fur. in prin.nu.2.remittitur tamẽ iudicis arbitrio, quæ probatio exigatur in hac re, ut ſcribit Ang in l.ſi ff de furt. Saly.in l.1 C.de dilat & in l.quæſitum. ff. de re iudicat. ubi Bal.Ale. cõſ.33.nu.3.lib.ii.d.Ceph.dicto conſ 640. & Rimin.Iun d conſi. 210. in quibus habentur plures coniecturæ ad rem iſtam pertinentes.

Clau.Bertaz.

ARCO-

ARGVMENTVM.

Minori an sit minoranda pœna delicti, & an pœna corporalis imponi possit.

SVMMAE.

1 *Condemnatus absolui debet, si exceptio proposita post bānum, si opposita fuisset ante, impentiuisset condemnationem.*
2 *Verisimilitudo attenditur.*
3 *Delicto ignoranter interueniens non tenetur.*
4 *Pœna minoranda est minoribus.*
5 *Pœna corporalis imponi non potest minori.*

CONSILIVM CCCXXXIX.

In Domino confido.

ANDREAS filius Masini Paltronerij carceratus nullo modo puniri potest pro homicidio, pro quo in eius contumaciam fuit cōdemnatus, cum ex multis testibus in hoc processu defensionis examinatis probauerit innocētiam suam, ꝙ scilicet non interuenerit homicidio commisso, per Aurelium Paltronerium in personam Andreæ Barberij, & nullum auxilium, vel fauorem illi dederit in ipsum committēdo, quo fit, ut cum contrarium probauerit eius pro quo fuit habitus ex bāno, & sñia pro confesso, vigore statuti proculdubio veniat absoluendus, & liberādus, vt disponit statutum Ferrariæ sub rubr. qualiter, & qñ procurat. interu. pos. in caus. crim. ante fi. Quod est ēt iuri cōi consentaneū, quo cautū est, vt si aliqua exceptio opponatur post bannū, quæ si opposita, & probata fuisset ante bānum, non debuisset in-
1 quisitus condemnari, debet condemnatus † absolui, & liberari, ut latè comprobat plura adducens. Mars. sing. 72. per totam ferè Italiam. ubi loquitur de ista except. innocen. & in consi. 32. nu. 20. 64. nu. 7. & Carer. qui alios citat in prac. cri. in prin. nu. 75. & 115. Quod aūt ipse Andreas fuerit innocens, nec dicto delicto interuenerit probāt plures testes examinati. Primus. n. testis deponit, ꝙ ipse cum alijs eo die iuerat ad festum, seu tripudium Villæ Capetij, quod fiebat die S. Aegidij, & qui erat inermis, præterquam respectu parui pugionis, quem habebat ad latas, & ꝙ redeūtib. domū audiuerunt rumorem, & procedentes uersus illum locū intellexerunt, ꝙ dict. Aurelius vulnerauerat dictum Andream Barberium, & quòd in rei veritate illi homicidio hic noster Andreas non interuenit, nullumq; auxiliū, uel opem tulit. idem ēt affirmat, & secundus testis, ꝙ cū audiuisset vulneratū dictum Andream ad eum accessit, & ab eo audiuit, ꝙ fuerat vulneratus ab Aurelio, & cum recessisset ab eo inuenit d. Andreā, & consocios redeuntes a dicto festo Capitij, quærētes quid sibi uoluerat strepitus, & rumor ille, quem audiuerāt, quos ēt uiderat in dicto loco Capitij, & ꝙ d. Andreas nulla arma habebat, prętcr dictū paruū pugionem. Tertius ēt testis idem probat, affirmans ꝙ tpe vulneris illati, illic nō aderat hic iuuenis, sed ipsum cum socijs inuenit uenientem a dicta uilla, versus domū suam, quib. ipse testis narrauit, ꝙ rumor ille, & strepitus, quem audiuerant, processerat ex dicto vulnere illato dict. Andreæ Barberio: & hoc idem deponit quartus testis. ambo ēt affirmantes de armis, vt primi, alij deponunt, addentes ēt secūdus, & tertius testes, ꝙ d. Aurel. motus fuit ad vulnerandū & occidendū ipsum Andream ex eo, ꝙ prius fuerat vulneratus a dicto And. & oēs ipsi testes fatentur, ꝙ non est verisimile ipsum fuisse adhibitū, vt opē ferret dicto homicidio, ex quo erat puer & nimis iuuenis ætatis an. 15. vel cir. quæ uerisimilitudo mul-
2 tum † est ponderanda in probationibus, vt latè
trad. Mars. in l. 1. num. 35. in prin. de qō. in rub. de
prob. nu. 108. & sing. 298. remotum. & cum appa
reat de occisore, qui unico ictu, & vulnere occi-
dit d. Barberiū non possunt teneri alij, qui ēt non
interuenerūt, cum ēt non deberent teneri si igno
3 rāter interuenissent delicto, † ut latè per Iul. Clar.
in pract. cri. in §. homic. ī uer. Alia ēt est defensio.

Et licet casus iste sit adeò clarus, vt (iudicio meo) nullā habeat difficultatē ex superabundanti, tñ aliud volui addere, ꝙ etsi uerū fuisset ipsum inquisitum admisisse quæ in inquisitione, & banno narrātur, non tñ pęna mortis puniri posset ꝑꝑ minorē illius ætatem, cū adhuc non expleuisset ann. 15. suæ ętatis, vt ex fide baptismans in ꝓcessu, prædicta, cui standū est ex dispositione statuti Mutinæ, sub rub. de prob. fol. 15. post princ. quod ēt cōprobant ferè oēs testes examinati, affirmantes, ꝙ erat puer. & nimis iuuenis eo tpe. Nec du-
4 biū est, quin minoranda sit pęna † minoribus de-
linquentibus ꝑꝑ iuuenilem ætatem. l. Auxilium.
§. in delictis. ff. de Minor. Comen. cōs. 96. Christo-
phorus. in fi. Dec. & Cagn. in l. ferè in omnib. de
reg. iur. Dec. cons. 535. nu. 5. Carer. in pra. cri. §. 6.
nu. 23. extendit ēt stante statuto nostro Ferrariæ
disponēte minores 14. an. tm̄ ferula cedēdos es-
5 se. Nec hoc casu posset ēt imponi pœna † corpo-
ralis, sm̄ cōem opi. Doct. quā tenet Aret. in tract.
Malef. in gl. sciēter, & dolosè, col. 5. ver. & subdit, & ibi August. in addit. Mars. qui dr̄ cōem in cons. 23. nu. 37. 30. num. 20. 47. num. 54. & plurib. alijs consil. Gram. d. decis. nu. 13. & in d. consi. 36. nu. 22. & 39. nu. 12. Carer. d. §. 6. num. 5. Nouel. ad defens. in prin. nu. 35. Foller. in sua pract. crim. in gl. pœnis debitis feriantur. nu. 17. quarta part. Zuccard. d. nu. 23. & Rol. a Val. in consi. 51. nu. 4. primo uol. licet sciam, ꝙ hęc opi. tametsi frequentissime recepta qnandoque non fuerit de facto seruata, vel propter nimium rigorem (vt modestius loquar) alicuius iudicis, vel propter qualitates nimium delictum aggrauātes, quæ cum nullæ interuenerint in casu isto. quinimo ipse inquisitus nullam culpam, nedum dolum adhibuerit, pro-

culdubio esset obseruanda, quatenus in mentem uenire posset alicui, quod plenè non fuisset probata ipsius rei innocentia, quam tamen satis, & super probatam fuisse non diffiteor.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

Admissæ fuerunt probationes illius, probauitq; & fuit absolutus.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Proclama de denunciando blada, quod nō possit fieri ab officiali inconsulto Principe, & sub grauibus pœnis.

SVMMAE.

1 *Officiales non possunt alterare pœnas iuris, & facere delictum, quod non est delictum.*

2 *Confiscationem rerum uix possunt facere supremi iudices.*

3 *Iudices summi non possunt multare vltra sex uncias.*

4 *Iudici uel officiali non creditur habuisse mandatum proclamandi denunciationem bladorum esse faciendam.*

5 *Accusatori partem applicare non habet autoritatem iudex.*

6 *Subditi non tenentur credere banno cōminanti pœnas insolitas.*

7 *Proclama apponens breue tempus rei faciendæ non ligat.*

8 *Subditi excusantur à pœna proclamatis credentes illud non valere.*

10 *Proclamati non parens excusatur ob ignorantiam illius ab infirmitate causatam.*

11 *Infirmitas, & absentia æquiparantur.*

12 *Infirmitas præbet iustam causam restitutionis in integrum.*

13 *Ignorantia causata ab infirmitate excusat a pœna banni.*

14 *Iuramento potest quis probare ignorasse tenorem proclamatis.*

CONSILIVM CCCXL.

In Domino confido.

DOMINVS Mengus Cortesius de Papinis venit absoluēdus a processu cōtra eum formato per Magnific. Potestatem Bagnacaballi, ob non denunciationem bladorum factam in termino proclamatis pluribus rationib. Primo, quia dictū proclama fieri non potuit per ipsum D. Potestatem inconsulto Principe, tum ex ordinatione generali Serenifs. Principis nostri, qua omnes officiales prohibentur eo inconsulto aliqua proclamata edere, tum ex dispositione iuris cōis, qua prohibentur iudices, & officiales alterare pœnas iu-
1 ris, & statutorum, & facere delictum, † id quod non est delictum de iur. Par. de Put. in tracta. syndic. in verb. præceptum. §. restat. num. 1. & in ver. tortura. in §. an in causa pecuniaria. nu. 3. & 4. & Gram. decis. 47. nu. 9. & tanto minus apponendo maximam pœnam unius aurei pro qualibet urbe non denunciata, quæ importabat quasi amissionem & confiscationem rei, quam cōfiscatio
2 nem † reorum non possunt etiam facere supremi iudices. l. unica. ubi Cyn. Alber. Saly. & alij. C. ne sine ius. princ. cert. iud. liceat confiscare. Ias. consi. 46. nu. 1. tertio uol. & Iul. Clar. in pract. crimi. q. 78. vers. quæro nunquid. Nec summi iudices pos-
3 sunt mulctare ultra sex uncias auri. l. fi. C. de modo mul. Doctor. in l. prima. in principio. ff. si quis iusdi. non obtempe. ubi Cagnol. numero quartodecimo. & seq. Alcia. in l. fraus. §. inter multam. ff. de verborum significatione. ubi tenet præsidem vsque ad duas tantum uncias multare posse. & licet Spe. fuerit in opi. quod de consuetudine non seruetur. d. l. dispositio. tamen talis consuetudo esset probanda, cum non sit uniuersalis, nec creditur Doctori de ea attestanti, ut per Cagn. ibi. nu. 19. & cum non constet de mandato principis ei non est standum etiam si affirmaret id ab eo ha-
4 buisse, vt in terminis † similis proclamatis. tradit Osasc. decisione Pedemontan. septuagesima prima. nume. duodecimo. sicut etiam ipse dominus Prætor non habebat auctoritatem applicandi partem aliquam condemnationis accusatori.
5 † Boss. in tit. de senten. numero quadragesimo primo. Igitur bannum, uel proclama ipsum non li-
6 gauit subditos, † qui non tenentur credere banno cominanti pœnas insolitas, uel confiscationis rerum. Ias. nu. tertio. & Claud. de Seisel. numero quarto. in d. l. prima. ff. si quis iusdicen. non obtempe. Brun. consi. 87. nu. 41. & Ias. d. consilio. 46. nume. 4.

Secundò dato, quod ipse D. Potestas haberet potestatem tale bannum, & proclama faciendi, ex quo tamen nimis breue tempus apposuit denunciationi faciendæ unius diei tale proclama
7 non ligauit † subditos, ut in termi. declarat Osas. decis. prædicta 71. nu. 40.

Tertiò, & si valuisset, cum subditi habuerint iustam causam credendi illud non ualere, excusantur a pœna. † ita Ias. in non absimili casu. in dicto consi. 46. num. tertio & quarto. & in terminis decisio. Pedemont. præfata. nu. 16.

Quartò cum sit delictum in omittendo debet cōstare pro parte unica, quod fuerit habita scien-
9 tia illius banni, † ut ad propositum scribit Ias. in d. consi. nu. 2. & seq. & d. decis. 36. & seq.

Quinto

Quinto & vltimo, cum sit probatum ī proces-
su ipsum D. Mengum ea die, qua fuit publicatum
ipsum proclama fuisse valde infirmum, nec po-
tuisse tanquam ualde grauatum intelligere, quæ
in foro fierent, ut ex testamento medici, & alio-
rum optimè comprobatum est, procul dubio ex-
10 cusatur, & venit absoluendus, † ut probatur in
c. fi. vbi glo. & Doct. qui matri. accus. pos. & idem
per illum tex. trad. Bart. in l. is potest. nu. 17. & ibi
Marant. in repet. nu. 306. ff. de acq. hæredi. & Lu-
dou. Gom. in reg. de infirm. resignan. q. 9. nu. 7. 4.
11 priuil. & infirmitas, † & absentia æquiparantur.
l. si longius. ff. de iudi. l. quæsitum. ff. de re iudicat.
Gaspar. Valas. in repet. l. imperium. nu. 188. ff. de
12 iurisd. om. iudi. sed & infirmitas † præbet iustam
causam restitutionis. Io. Mauric. in tract. de restit.
in integ. c. 339. cum igitur præsumatur ignorātia
in d. D. Mengo ob dictam eius infirmitatem de-
bet excusari a pœna illius, Doct. in c. cognoscen-
tes ad fi. de constit. ubi Aret. in fin. citat d. c. fin. &
13 Boer. expressè loquitur de ignorantia † causata
ex infirmitate. nume. 29. & 55. de quo etiam per
Menoch. in tract. de arbitr. iudi. lib. secundo ca-
su. 186. nu. 15. & seq. & quod causa colorata ex-
cuset. trad. Ias. d. consi. 46. col. tertia. versic. sexto.
14 Et hoc casu ignorantiam iuramento † probari.
trad. Osas. d. decisione 71. num. 23. & seq. & num.
28. citat gloss. in d. c. fin. quod loquitur de igno-
rantia eorum, quæ publicè fiunt propter impedi
mentum infirmitatis.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

Fuit excusatus, & absolutus penitus D. Papinus a pœna proclamatis ob iustam ignorantiam.

Claud. Bertaz.

ADDITIONES.

a Alberi in d. l. 1. C. ne sine iuss. Princip. & in tertia parte statuto. quæstio. decima octaua distinguit duplicem esse confiscationem, alteram extraordinariam in casibus non expressis a iure, alteram uero ordinariam quæ importatur etiam a iure ipso. de prima nos loquimur, & ait Alberi hanc facere solos Principes, & iudices summam potestatis iurisdictionē habentes, multaque exempla. trad post Cyn. & post Alberi Fulgos. in d l. quis uero Princeps possit tales pœnas imponere uidendus est apud Cæpol. qui loquitur in Marchione Ferrariæ. consi. 17. in secundo dubio, & alios quos refert D. Rim. Iun. consi. 327 num. 3 qui sequitur hanc partem, & consuluit in causa, in qua est supra paternum consilium 107.

Clau. Bertaz.

S V M M AE.

1 *In confesso delictum nullæ sunt partes iudicis, nisi in condemnando.*

Confessus pro iudicato est: quia sua sententia damnatur.

Confessio rei manans etiam super inordinato processu ualet ad condemnandum.

2 *Per confessionem factam à reo fit delictum notorium, intantum, quod confitenti potest defensio denegari.*

Confessus reus statim condemnandus est.

3 *Iudices, ubi constat de delicto, debent esse proni ad puniendum, nec debent multum ponderare iuris solennitates, ne delicta remaneant impunita.*

Reipublicæ interest, ut maleficia puniantur.

4 *Confessio ubi est, ibi est relaxatio omnis probationis.*

Confessio maior est quolibet publico documento, & quibuscunque depositionibus testium.

5 *Confessiones extortæ per tormenta, vel factæ nullis præcedentibus legitimis indicijs, metu torturæ sunt nullæ.*

Confessus de se sine alijs indicijs potest repeti in tormentis, ut manifestet mandantes, & eius dispositioni creditur.

6 *Mandatarius alteri mandando facit se, & secundum mandatarium teneri.*

7 *Socio criminis examinato cum tortura creditur, & facit indicium ad torturam contra socium.*

8 *Confessus delictum, sine alijs indicijs potest de alijs criminibus interrogari, & hoc obseruatur de generali consuetudine Italiæ.*

9 *Socius criminis admittitur in delictis secretis, & occultis, quando ueritas aliter haberi non potest.*

10 *Testes, qui non sunt omni exceptione maiores, licet non probent in criminalibus ad condemnandum, faciunt tamen indicium ad torturam.*

11 *Senex quis sit, ut propter senectutem torqueri non possit, statur arbitrio iudicis.*

Senex decrepitæ ętatis licet torqueri nō possit, potest tamen terreri, & leuiter torqueri.

12 *Ratificans ad bancum iuris confessionem factā in tormētis ex interuallo potest condemnari.*

Confessio in dubio præsumitur esse spontanea.

13 *Indicijs legitimis non præcedentibus, verum est non ualere confessionem, & torturam quò ad illum actum, secus autem quo ad reliquum processus.*

14 *Mandatarius præsumitur pro certo, quòd non erat aliàs facturus delictum: nisi sibi fuisset mandatum, & sequutum homicidium præsumitur processisse virtute dicti tractatus, & mandati: fallit, quando adsunt aliæ coniecturæ in contrarium. vide infra nu. 32. in verb. secundo.*

15 *Mandantibus pluribus delictum, omnes tenentur in solidum.*

16 *Condemnari de delicto criminaliter nemo debet, nisi prius fuerit conuictus, vel legitimè confessus.*

In criminalibus lex exigit probationes luce meridiana clariores.

17 *Confessio non omnis est sufficiens ad cōdemnandum reum, sed ea tantum, quæ legitimè, & iure permittente processit, à iure autem reprobata attendi non debet.*

Actus nullus, & non factus purificantur.

18 *Confessione ex inualida quis non potest pati damnum, nec talis confessio comprahenditur in statuto loquente de confessione.*

19 *Testis omni exceptione maior debet omnem exceptionem superare.*

Confessio debet esse omni exceptione maior nullam patiens oppositionem.

Confessio facta in tortura nullis præcedentibus legitimis indicijs, etiam ex post ratificata ad bancum iuris, vel respondendo inquisitioni, est nulla, & inualida.

Procedit prædicta cōclusio, licet sit iurata confessio, & post torturam superueniant indicia, licet iudex haberet amplum, & liberum arbitrium procedendi in criminalibus.

20 *Iudicis arbitrium, licèt sit amplum, & liberum procedendi in criminalibus, tamen debet esse iuri, & æquitati consonum.*

21 *Confessio facta a reo in tormentis nullis præcedentibus legitimis indicijs est nulla, licet post dictam confessionem verificaretur delictum.*

22 *Mandatarij depositio contra mandantem, facit indicium tantum ad inquirendum, secundum aliquos. Alij autem tenent contrariam opinionem, quod non faciat.*

Indicium ad torturam non facit mandatarius contra mandantem.

23 *Socius criminis, quod non faciat indicium ad torturam, expediti iuris est.*

24 *Socius criminis, licèt presbyter non facit indicium ad torturam, imò nec ad inquirendum, nisi in casibus exceptis, in quibus socius criminis de socio potest interrogari.*

Socius criminis etiam in casibus exceptis non facit indicium ad torturam, alijs non existentibus præsumptionibus & indicijs contra inculpatum.

25 *Socius criminis quando facit indicium ad torturam, & quando non.*

26 *Indicia qualibet non sufficiunt ad torturam habendam, sed tunc torquendus est reus, cum suspectus est, & indicia præcesserunt verisimilia talia, quòd sola torquendi confessio deesse videatur.*

Indicia contra inculpatum non exiguntur ita legitima in casibus exceptis, in quibus socius criminis potest de socio interrogari: sicut in nō exceptis, in quibus est prohibita interrogatio.

27 *Socius criminis alijs delictis infamatus non facit indicium contra socium, nec etiam ad inquirendum.*

Socius criminis interrogatus de socijs de plano, & negans, licet postea etiam cum iuramento manifestet consocios, non facit indicium nec ad inquirendum: quia primo dicto standum est.

28 *Spontanea comparitio facta à reo citato est maximum indicium eius innocentiæ.*

29 *Fama bona rei inculpati elidit indicium, quod contra ipsum adest. Nec ob id potest torqueri, si de ea constet in principio, si autem post, operatur, quòd non potest vlterius torqueri: quia tollit præsumptionem delicti.*

Inquisitio non procedit: quando diffamatio non præcessit.

30 *Testes examinati ad offensam, nihil indicij faciunt cum non iurauerint parte citata, vel præsente.*

31 *Senex decrepitus torqueri non potest.*

32 *Confessio facta in tortura à reo; qui torqueri non poterat, non valet.*

33 *Mandans quibuscunque verbis utatur, non tenetur de mandato: quādo clarè constat, quòd mandatarius etiam esset aliàs facturus, sed tenetur tantum de persuasione, & consilio. Quod tamen in mandato non debeat fieri talis distinctio uidetur esse communis opinio, ibi in verbo, & si dicatur.*

34 Con-

34 *Consulere minus est, quam facere, & aliud est instigare, & hortari, aliud mandare.*

35 *Praesumptio, & indicium tollitur fortiori praesumptione, & indicio.*

36 *Condemnato ex praesumptionibus non infligitur uera poena delicti: sed mitior imponitur. Poena cum minoratur est semper pecuniaria, quae succedit loco uerae, & propriae poenae illius delicti.*

37 *In sene poena debet minui.*

38 *Assassinij crimen non committitur, cum non interuenit pecunia, vel promissio pecuniae.*

39 *Torturae metu dicitur etiam facta confessio, si reus conducatur ad torturam, & fuerit alligatus torturae, vel minetur de torquendo.*

40 *Senex censetur infirmus, aetas enim senilis infirma est.*

41 *Ratificatio expressa nihil magis operatur, quàm tacita, & est communis Doctorum sententia.*

42 *Confessione semel extorta per torturam, omnia postea exinde sequuta non valent ipso iure, secundum veritatem, & crebriorem Doctorum opinionem.*

CONSILIVM CCCXXXXI.

In Domino confido.

PRIMA itaque facie uidetur dicendum praedictum Gabrielem in poenam capitalem condemnandũ cum publicatione bonorũ, iuxta formam statutorum ob mãdatum factum, & mandatum datum Soladino, & alijs bannitis, mediante Zornino, de occidendo istos de Martinis, executum per eos in personam Euangelistae de D. Martinis, quem tractatum, quod mandatum, quae omnia D. Gabriel confessus est in tortura, & ex post sine tortura ratificauit, & confessus est respondendo
1 inquisitioni contra eum formatae: † reo namque delictum confesso nullae sunt partes iudicis, nisi in condemnando. l. qui sententiam. C. de poen. Si quidem confessus pro iudicato est: quia quodammodo sua sententia damnatur. l. 1. C. eod. Quod procedit, etiam si confessio manauerit super inordinato processu. Inn. & alij in c. qualiter, & quando, il ij. de accus. cũ alijs relatis per Arc. in tract. de malefi. in verbo, comparuerunt d. inquisiti, & confitentur totum, col. ij. vbi August. in addit. & latè per Marsil. in l. 1. §. Diuus Ant. num. o. ff. de quaestio. & in singulari 201. in cõfessum,
2 & alibi saepè: † sit enim per confessionẽ delictum notorium in tantum, quòd confitenti potest defensio denegari, vt Bald. in l. à procedente. C. de dilatio. Nam statim reus confessus condemnan-
3 dus est. Bal. l. ij. C. de cust. reor. & ubi † constat de maleficio, iudices debent esse proni ad puniendum, nec debent multùm ponderare iuris solennitates, quia fauor publicae disciplinae suadet, ut maleficia puniantur. Bald. in l. ita vulneratus. 1. lect. ff. ad l. Aquil. refert, & sequitur Grammatic alia adducens in Voto 13. nu. 16. & seq. & consi
4 49. num. 16. & seq. Et † ubi est confessio, ibi est relaxatio omnis probationis. Bal. consi. 254. quaeritur, vtrum in priuata scriptura. col. 1. lib. 3. & maior est confessio quolibet publico documẽto, & quibuscunque depositionibus testium. Bal. consi. 132. col. 3. lib. 2. tradit Crau. cons. 170. nu. 4.

Nec uidetur obstare, dũ primò opponitur pro
5 parte d. Gabrielis, † confessiones per eum factas non valere, tanquam metu torturae, & per tormenta extortas nullis praecedẽtib. indicijs l. pen. cum ibi not. ff. de quaestio. quia imò contrarium verius est in casu isto, in quo ille Zorninus cõfessus de se sine alijs indicijs, potuit repeti in tormentis, vt manifestaret mandantes, ut Ang. decidit in l. & sic certas. ff. ad Syl. Aret. de malef. uerb. Sempronium mandatorem, col. 2. versi. & bene nota, & verb. fama publica. col. 32. ver. quaero aliquis, quod ad uictu. Dec. cons. 189. 5. col. nu. 10. & prosequitur Marsil. §. diligenter. nu. 155. d. practicae. & §. quoniam, nu. 28. & in l. repeti. num. 32. de quaest. cum alijs per Lud. Carrer. in sua practica criminali. §. 5. num. 102.

Et cum d. Zorninus deposuerit de mandato pdicti Gabrielis sibi facto, ei credendum erat, vt tradit Alex. consil. 38. quoniam omne, col. pen. vers. praeterea, & in causa criminali. lib. hoc idem tenet Gram. uoto 115. in prin. & cons. 3. nu. 4. Carrer. d. pract. in prin. nu. 162.

Et licet d. Zorninus per se mandatum non fuerit executus: quia ipse non retulit verba Gabrielis, & aliorum mandãtium Soladino, & alijs ban nitis: sed ea referri fecit per Pellatum, nihilomi
6 nus d. Gabriel ẽ nõ posse excusari: Si quidẽ † mandatarius alteri mandando, facit se, & secundum mandatarium teneri. l. si ego. ff. quod ui, aut clam. Bartol. l. si is, qui pro emptore. pen. colum. versi. praetereà. ff. de usucapio. Bal. in l. unica. §. ne autem. colum. penult. num. decimo octauo. C. de cad. tollend. Marsil. singulari. 181. mandans. & Carrerius d. §. 5. num. 63. & 98. & maximè quia d. Pellatus testificatus fuit, dicta uerba retulisse d. banniris, cui creditur.

Secundò licet d. Zorninus fuerit particeps,
7 & † socius criminis: tamen ex quo fuit examinatus cum tortura, sibi erat credendum: ut per Socinum reg. 425. testis socius. 3. fallẽ. Et indicium ad torturam contra Gabrielem fecisse uidetur.
8 Calcaneus consi. 106. secũda colum. licet † enim Doctores cõtrouertant, an confessus de se possit de alijs interrogari, vt per Gloss. & Doctor. in l. fin. C. de accusatio. & in cap. primo, de confessis, & alibi. Attamen de generali cõsuetudine Italiae obseruatur,

obseruatur, quòd confessus de l'[illegible] um sine alijs indicijs potest de alijs criminibus in[illegible] gari. Ita Gandinus in tractatu de qu[illegible] n.& tormentis, columna quinta, versicu. [illegible] quæsti n. Aret. dicto tractatu uerbo, fan[illegible] lica columna quinta in fi. Guido [illegible] tractatu de indicijs, & tortura, num. 55. [illegible] icius de Vitellinis in tractatu maleficiorum, in rubrica, quæ præcedere debeant torturam. colum. secunda. Carpola consil. quadragesimo, colu[illegible] nona, quinto dubio. Paris de Puteo tractatu [illegible] tcatus. capitu. tortura. versicu. an stetur dicto torti. secunda. colum. Grammat. uoto decimotertio. & Blancus repeti. l. primæ. ff. de quæstion. numero 374. quæ opinio tanquam communis videtur amplectenda, & quicquid dicant alij.

Sed, & circũscripta dicta consuetudine, reum confessum de alijs delictis posse interrogari, tenet Car. consilio 45. casus talis est in fin. Cum igitur tali consuetudine attenta, uideatur Zornin[illegible] potuisse interrogari, & contra ipsum saltem in genere indicia fuisse, quòd socios, & mandatores sciret non potuisse torqueri, & eius testimonium indicium fecisse contra Gabrielem, etiam ad torturam, ut notabiliter hãc materiam declarat Blancus dicta repetitione, numero 378. ita intelligens dicta Doctorum tenentium etiam in criminibus exceptis socium criminis non facere indicium ad torturã, nisi iuncta aliqua præ[illegible]mptione: nam intelligit ipse de præsumptione, uel indicio existente contra nominatum, non cõtra non nominatum, ut per eum. & quæ dicta sunt de testimonio Zornini millitare etiam videntur in stimonio Pellati, qui retulit d. verba dictis bannitis. Quod tantò magis in casu nostro procedere uidetur, in quo tractatu de occidendo, qui ex sui natura, & à communiter accidentib[illegible] occultè fiunt. † nam in talibus delictis occultis, & se-
9 cretis, quando ueritas aliter haberi non potest, admittitur socius criminis. Dec. consi. 342. num. 3. Gramma. uoto tertio. num. 5. ubi plures allegat Crauet. consil. 178. num. 3. Et quòd quando crimen per alios probari non potest, admittitur socius criminis, est tex. in c. fin. de test. cog. & tradit Marsil. plures allegans in l. j. §. Diuus Antonius. in fin. ff. de quæst. & maxime, quia uidetur, quod simus in crimine assassinatus, ex quo (prout in processu) fuit imposita collecta pro pecunijs soluendis bannitis, qui debebant mandatum exequi, tunc enim interrogatio de socijs est permissa per Carrer. sua practica, in prin. nu. 122.

Nec uidetur obstare d. Zorninum, & Pelatum indicium non fecisse ad torturam, ex eo, quòd
10 alijs criminibus erant infames, & † in causis criminalibus testes debent esse omni exceptione maiores. l. fin. C. de probatio. quia istud procedit respectu condemnationis faciendę ex talibus testibus: secus verò torturæ, quia eis creditur ad faciendum indicium. Baldus l. cunctos populos, columna quinta, nume. quinto, C. de summa Trinitate, & fide Catholica. Brunus de indicijs, & to[illegible] tura. secunda [illegible] uæstione primæ partis, num. septimo. A. be[illegible] tatu de te[illegible] ibus. folio mihi sexto, columna prima. Lanfrancus in sua practica, in uerbo, testium depositiones. numer 131. Paris de Puteo dicto tractatu in materia torturæ, verbo, fuit semel interrogatus. num. 3. Gramm. consil. 1. num. 43. num. 14. consi. vlt. num. 10. Carre. d. pract. in prin. nu. 165. col. 4. & 5.

Secundo principaliter non uidetur obstare, dum opponitur ex parte Gabrielis, ipsum etiam stantibus indicijs torqueri non potuisse, propter ætatem senilem, seu decrepitam: quia ex quo est robustæ vitæ, & naturæ, potuit iudex ipsum tor-
11 queri facere: † quia, an quis sit senex, statur arbitrio iudicis, vt tradit Abbas & alij, in c. quoniam frequenter. §. primo, vt lite non contest.

Et licèt fortè non potuisset dictus Gabriel torqueri propter talem ætatem, potuit tamen terreri. Bal. l. secunda. prima columna, num. 5. C. quorum appellationes non recipiantur. Brunus dict. tractatu, 8. q. secundę partis. num. octauo. & Car. d. practica, in principio. num. 180. ad finem. & ẽt leuiter torqueri: quia modica tortura non est tortura. Bald. d. l. 2. num. 4. Paris de Puteo dicto tractatu in materia torturæ, versic. hac sola confessione. post prin. Quod procedere uidetur, etiam nullis extantibus indicijs, vt per Grammat. uoto 6. num. 7. & 8. & consi. 40. [illegible] 16.

Secundo posito, quod [illegible] leuiter terreri, uel torqueri non posset [illegible] cessissent suf-
12 ficientia indicia, tamen ex [illegible] terua llo ratificauit cõfessionem f[illegible] in tortura, debet stari suæ confessioni. Ita [illegible] nica. quinta colu. versi. tertio oppono. num. 18. C. de confessis. & sequitur Paris de Puteo. d. versi. hac sola confess. num. 2. Grammat. dicto consi. 40. num. 23. seq. & Car. d. practi. in princ. nu. 171. 5. colum. & plenius supra num. [illegible] consi. num. 25. ad fin. quod stante confessione, & ratificatione ultimo loco facta per confessum, debet condemnari, nam in dubio confessio præsumitur esse spontanea, ut dicit Bal. colum. c. versi. sequitur uidere Nec est [illegible] mile, quod reus ipsum odio habẽs, inculpet, vbi tractatur de uita. Nec quod saltem eam ratificasset ad beneuin iuris, nisi dictũ esset verum, vt latè prosequitur Marsi. d. sua practi. §. 2. q. nu. 32. Gram. d. consi. 40. nu. 28.

Tertiò, posito etiam, quod dictus Gabriel torqueri non potuisset. tamen ex quo respondendo inquisitioni confessus est, omnia esse vera, non vi
13 deo, quod defendi possit: quia † licèt uerum sit, confessionem, & torturam non ualere, si indicia non præcedat, id tamen procedit respectu illius actus: secus respectu reliqui processus, qui tenet, casus est in l. 1. & ibi not. Bal. C. de quæst. & notat idem Bal. in l. milites. in fi. C. eo. & Paris de Puteo d. versi. an ex sola confessione. num. 3. vnde licet confessio facta in tortura ratificata non ualeret; cum tamen testimonium participis factum cum

tortura

tortura ſaltem faciat indicium ad inquirendum,
ut eſt cõmunis opinio Doctorum relatorum per
Blancum in d.l.fi.nu.387.& per Carrerium d. ſua
practica, in princ. num. 122. potuit formari inqui
ſitio, quę fuit ualida: ergo confeſſio ſuper ea fuit
legitima.

Tertiò, & principaliter uidetur obſtare, dum
allegatur, quòd dictus Zorninus erat aliàs factu-
rus delictum per ſe, uel alium. nam d. Gabriel ma
gis de conſilio, quam de mandato teneri uide-
14 tur, quia † illa diſtinctio, an eſſet facturus, uel nõ,
fit quando ſumus in mandato, nec enim in man-
dante locum ſibi uendicare poteſt: cum pro cer-
to præſupponatur, quòd non erat aliàs facturus.
Ita Bar. in l. non ſolum. §. ſi mandato. col. fi. nu. 16.
ff. de iniur. cuius opinio communiter tenetur, ut
tradit Iaſ. in l. prima, colum. quarta. C. de ſer. fugi-
ti. & in l. ſi quis mihi bona. §. ſed quid ſi mihi man
dauit. ad finem. ff. de acquirenda hæredit. cum
alijs allegatis per Marſ. in l. j. §. Diuus Antoninus.
numero ſepnmo. ff. de quæſt. & in ſingulari. 218.
regulam babemus, & latiſſimè Carrerius d. ſua
practica. d. §. quinto, num. 75.

Quartò non uidetur obſtare, dum opponitur,
non fuiſſe acceptatum mandatum. Nam imò præ
ſupponitur homicidium præceſſiſſe uirtute dicti
tractatus, & mandati, & mandatum ipſum fuiſſe
executum, ut tradit Bal. in l. multùm intereſt, col.
2. uerſ. unde dico. num. 3. C. ſi quis alteri, uel ſibi,
quod maximè procedit, quando in continenti
fit executio, ut per Doct. in l. pacta nouiſſima. C.
de pact. & decitionem Baldi allegat Alciatus tra-
ctatu præſumptionum, regula ſecunda, præſump
tione 24. num. 24. Imò etiam ſi homicidium ſit ſe
cutum ex interuallo, quod cenſeatur proceſſiſſe
in executione mandati, & tractatus præceden-
tis, tenet Inno. in c. ad audientiam, de homici-
dio, & ſequitur Bar. d. §. ſi mandato, col. 3. num.
12. & eſt communis opinio. ut per Alc. de præ-
ſumptio. num. 10. & ibi in additio.

15 Nec obſtat, † quod etiam alij mandauerint:
quia etiam iſte poteſt puniri ſicut alij, ſi quidem
pluribus mandantibus delictum, omnes tenen-
tur in ſolidum. l. ſi plurium ſeruus. ff. de nox. Ita
notabiliter tradit Bar. in l. 1. in fi. princ. ff. ſi famil.
fur. feciſ. dica.

Quibus tamen non obſtantibus contrariam
ſententiam ueriorem puto, & præmitto, quòd
16 † nullus criminaliter condẽnari debet, niſi prius
de delicto fuerit conuictus, uel legiume confeſ-
ſus. c. nos in quemquam. c. prohibetur. in fi. & ca.
mulieri. ad fi. ſecunda quęſt. j. & l. qui ſentẽtiam.
C. de pę. cum ſim. ut per Marſil. §. quinta quæſtio.
in prin. dicta ſua practica criminali, & conſi. 15.
in princ. Lex enim in criminalibus exigit luce me
ridiana probationes clariores. l. fin. ubi Glo. &
Doct. C. de probat. De cõuicto nullũ eſt verbum
faciendum. Sed de confeſſo eſt tractandum. Quò
17 ad hoc membrum dicitur, quòd † nõ omnis con
feſſio eſt ſufficiens ad condemnandum reum: ſed
ea demum, quæ legitimè, & iure permittente
emanauit. Inualida autem, & à iure reprobata at
tendi non debet, arg. l. quartæ. §. condemnatum.
ff. de re iud. l. non putauit. §. non quę uis. ff. de cont.
tab. Actus enim nullus, & non factus parificen-
tur. l. quoties. ubi Iaſ. ff. qui ſatiſdare cogantur.
Marſil. ſingulari 431. dixi tibi pluries, & in con-
feſſione in terminis dicit idem Marſ. conſi. 12. nu
18 mero tertio. 45. numer. 19. & alibi ſæpè, & † ex
inualida confeſſione quis non poteſt pati dam-
num, dixit Baldus in d. l. unica. 6. colum. num. 25.
allegat ad hoc Innoc. C. de confeſſis. Nam nec ta
lis confeſſio in ſtatuto loquente de confeſſione
compræhẽditur, ſecundùm Marſil. poſt Baldum,
quem allegat in l. j. §. præterea. num. 16. ad l. Cor-
nel. de ſic. ff. & dixit notabiliter Bologninus in ad
ditionibus ad cõſilium Ananiæ 17. infra allegan
dũ, argumentando de teſtibus ad confeſsionem,
quòd confeſsio debet eſſe omni exceptione
maior. Nam ſicut teſtis omni exceptione maior
debet omnẽ exceptionem ſuperare. Gloſſ. maio-
res, in c. primo, de conſang. & affinitate. Bal. in l.
opnmam. C. de contrahen. & commit ſtipulat. &
Doct. in l. admonẽdi. de iure iur. Ita debet eſſe cõ
feſſio inuulnerabilis nullã patiens exceptionem.
19 His ſic præmiſsis dicitur, † confeſsionem factam
per Gabrielem in tortura, & ex poſt ratificatam,
& etiam reſpondendo inquiſitioni, fuiſſe, & eſſe
nullam, & inualidam duplici fundamento. Pri-
mò; quia factæ fuerunt propter torturã, & metu
eius, ad quam deuentum eſt, nullis præcedentib.
legitimis indicijs, quæ præcedere debuerũt, quo
fit, ut cõfeſsio tam facta in tortura, quam ex poſt
ſæpius confirmata, & ratificata, quàm alia quæ-
cunque in d. proceſſu emanata fuerit nulla, & mi
nimè dicto reo præiudicialis. l. penultima, ſecun-
dùm unam lecturam, & ibi Glo. & Bar. ff. de quæ-
ſtio. Gandinus ſuo tractatu maleficiorum; in tit.
de quæſtio. & tortu. qui attribuitur Bartol. colu.
ſexta, uerſic. ſed pone. Angel. de Periglis in tra-
ctatu de indic. & tortu. qui uidetur eſſe idem cum
præcedenti, Gand. in c. ſecundo. in fin. Aret. de
maleficijs, uerb. fama publica, col. decima, verſi.
aduertas. & ibi Auguſtinus ĩ additionibus. Brun.
tractatu de indi. & tortu. quinta quæſtio. princ.
num. 42. & ſequen. Petr. de Ancha. conſi. 24. uiſa
inquiſ. colum. prima. Anania dicto conſi. decimo
ſeptimo, viſa relatione, col. prima, Angelus, Pau.
de Caſtro, & alij & communiter in l. qui in aliena.
§. fin. ff. de acquir. hæred. Rom. conſi. 167. Anton.
colum. prima. Alexan. conſi. 5. in cauſa inquiſitio
nis, colum. 1. lib. 1. & conſil. 180. in cauſa Angelo
rum. 3. colum. conſi. 1. 2. col. in 3. Bert. conſil. 77.
num. 8. & ſeqnenti, prima parte nouiſsimorum,
Paris de Puteo in tractatu de ſyndicatu c. tortu-
ra, uerſic. an ſtetur dicto torti, nume. quadrageſi-
mo. Mateſillanus numer. 55. nota quod quotieſcun-
que. Felyn. cap. qualiter, & quando. §. licet. vnde-
cima limitatione, num. decimotertio, de accu-
ſatio. Marſil. l. 1. in prin. nume. uigeſimoquarto. ff.
de

de quæstio latè d.l.penul.ff.eodem,& practica.§. secunda quæstio, & pluribus consilijs, maxime consilio octauo, num.tertio. 12.num. trigesimonono. 15.num.tertio. 10.numero tertio. 29.numero vigesimooctauo. 47.in princ.46.num.duodecimo. 63.numero 52. & consilio 65. Idem tenet Grāmat.uoto 6.numero decimo,& sequen.consilio decimoquinto,nume. decimo. 44.numero decimotertio. 45.numero 36.Parisius consi. 163.in fin.libro quarto. Carrer. dicta sua practica, in princ.nu.47.& num. 163. tertia columna.

19 Quòd etiam procedit † si confessio sit iurata, vt latè concludit Marsi.ibi.nu.54.cum seq.& Carrer. vbi supra. & etiam in maioribus, & exceptis criminibus, ut idem Marsil.dicit post alios, quos allegat,d.consi.46.num.12.Et etiam si post torturam superueniant indicia, Paris de Puteo d.versiculo, an stetur dicto torti, nume. 41.post Bal.l.fi. C.de accusat. Rom. dicto consi. 167. 1.colu.Alexander.d.l.qui in aliena.§.fin.in fin. & d. consi. 1. secunda col.lib. 3.Marsi.d.l. penul. ubi latè d.nu. 28.cum seq.d.§.2.q.nu.tertio,d.consi.45.in princip.& 46.num. 12.& 16.Grammat. d.uoto 6. nu. 11.& Carrer. d.num. 47.

20 Quod etiam procedit, † quando iudex habet latum, & liberum arbitrium procedendi in criminalibus,ut latè per Marsil.d.l. penult. num. 22.& d.§.secunda quæstio.num.6.& d.consil. 46. num. decimotertio,& consi. 120.numero 34.& Grammat.consil. tertio, num. 19. Marsil. in practica. §. cōstante,num.27.Arbitrium enim iudicis, quod sibi tribuitur ad dignoscendum, an indicia sint sufficientia, debet esse iuri, & æquitati consonum, vt post alios per eum relatos tradit Marsil. in dicta practica.§.diligenter,num.25.& d.consi. 15.num. 27.

21 Et procedit† etiam dicta cōclusio,si delictum per tortum cōfessatum uerificatum fuerit, ut post longam disputationem concludit Marsil. d.§. secunda quæstio, per totum.

Quòd modò indicia cōtra reum ad torturam non essent sufficientia, patet; quia, solùm aderat testimonium Zornini,deponentis de tractatu, & de relatione facta bannitis,testimonium Pellati, quod ultimum nihil nocet, ut infra. Namque, aut uolumus cōsiderare, dictum Zorninum fuisse mandatarium Gabriellis, & aliorum, aut tantùm socium, & participem criminis; si mandatarium, clarum est dictum eius nō facere indicium ad torturam contra mandantem, ex quo mandatum acceptauit,& executus fuit,ut ipsemet fassus

22 est. sed fortè † alijs non obstantibus ad inquirendum tantùm, ut notabiliter declarat Baldus in consi.429.an mandatarius. libro tertio.Idem tenet Petr.de Ancharano d. consil.uigesimo quarto. Ang.& Rom.in l.& si certus. ff. ad Syll. Imo, quòd nullam fidem faciat tale testimonium, tenet Anania consi.59. uisa inquisitione.5.colum.

Et quòd non sit etiam sufficiens indicium ad inquirendum,tenent Fulgosius consi. 173.in casu inquisitionis,colu.prima, & secunda. Dec.consi. 189.num.8.& sequen. Sed quòd non faciat indicium ad torturam uidetur expeditū, ut per Marsi. l.1.§.Diuus Antonius, num.6.in §.diligenter,nu. 37.in sua practica, ubi latè, & consil.vigesimo secundo,nu.27.Gram. consi. 12.post principium, Paris.consil. 169.num. 52.& melius consil. 151. nu.3.lib.4.Ruin.consi.146.& 147.lib.5.Car.d.practica.num.123.in princ.& d.§.5.nu.101.

23 Aut † uolumus ipsum considerare, vt participem, & socium criminis, & similiter expeditum est, quòd non facit indicium ad torturam. Nam siue teneamus distinctionem Bar.in l.repeti.§. primo.ff.de quæstio. quam plures ex infra allegandis secuti sunt,siue Saly. in d.l.fi.C. de accusatio. Semper concludendum est, casum nostrum non esse de exceptis,in quibus socius criminis de cōsocijs interrogari possit, ut notatur d.l. fi. & in terminis tradunt plerique Doc. ex infra allegandis, maximè Grammaticus d. consi.uigesimoprimo. in princ.qui loquitur etiam in assassino.

Cùm igitur dictus Zorninus de consocijs non potuisset interrogari, eius dictum non fuit, aut facere potuit ullum indicium, etiam ad inquirendum,vt quamplures ex infra allegandis tenent.

Sed cum nō fecerit indicium ad torturam nullus discrepat, & vltra supra allegatos loquentes in mandatario, & socio criminis, tenent Gand. d. tractatu de quæst. ad torturam, col. 4. versic. nunc autem restat. Ang. de Periglis d. tractatu, &c.num. 3.& videtur uelle Bartol.l.1.§.si seruum. ff.de quæstio. Salyc.d.l.fin.post alios. C.de accusatio. Aret. d. versi. fama publica. 9. colum. vers. quæro an particeps criminis, ubi Augustinus in additione. Guido de Suzaria de indicijs, & tort. nu.50.vbi Bologninus in additionibus, Angel.& Rom. d. §. si certus, vbi attestatur Rom. hanc esse communem. Bru. d. tract. de ind. & tortu. tertia quæstio.primæ partis, num. 18.& 19.Paris de Puteo in d.vers.an stetur dicto torti, in principio, & versiculo confessio sociorum.

Nec ab ijs uidetur discrepare Abbas in c.1.de confess. Alex. consi. 89. viso themate. col. fi. lib. tertio. & 136. quoniam abundè. in fi. lib.4. Iasl. 4.§.si tibi.ff.de condi.ob turp.caus.Cor.consi.58. col.fin.lib.1.Dec.consil.175.col. 2.& 234. Ioan. de Amicis consi.271.colum.138. in princip.Bertran.consi.268.num.2.& 6.tertia parte nouissimo rum. Curtius Iun.consi. 170.nu.5.Ruin.consi.28. nu.5.& d.consi.246.& 147.in quinto. Paris.consi. 54.num. 15.in 4.Craue.consi. 178.nu. 3. Crotus in tract.de testi.nu.91.cū seq.Mars.d.l.1.§. diuus Antonius, nu.4.de quæst.d.§. diligenter. nu. 59. cum seq. singulari 209. socius criminis, & pluribus consilijs, consil. 12.nu.37.15.nu.4.23.nu. 21. 28.nu. 16. 17. 74.nu.13.& 14. 119.nu.16. 130. nu.38.Gram.d.uoto. 7.& consil.21.ubi nu. 3.am

24 pliat† procedere etiam, quando socius criminis esset presbyter, consi.35.nume. 21. & 49. consilio, trigesimoseptimò. 44.61.66.70.& in pluribus

bus dictorum conſiliorum loquuntur Marſil. &
Gram. propriè & indiuiduo in terminis noſtris,
ſequitur etiã Car. d. practica, in principio nu. 22.
ubi etiam alios refert cõcludentes, tale dictum
ſocij criminis non facere indicium ad torturam,
quando examinantur in caſibus non exceptis.

Sed etiam dato, quòd eſſemus in caſibus ex-
ceptis, dico non facere indiciũ ad torturam alijs
non exiſtẽtibus prę ſumptionibus, & indicijs con
tra inculpatũ, vt ferè omnes ex ſupra ſcriptis con
cludunt, quę nõ affuerunt cõtra iſtum. Imò etiam
plures ex ſupraſcriptis uoluerunt, non poſſe deue
niri ad torturam cõtra inculpatum, etiam ſi eſſet
malæ uitæ, & famæ; vt Gand. d. tractatu. col. 4.
Gram. conſi. 35. nu. 23. & 24. Ioan. de Amicis.
d. conſi. 27. nu. 5. Bert. d. conſi. 178. nu. 6. Pariſ.
d. conſi. 151. nu. 11.

25 Et † cum iſta concluſione, quòd etiam in caſi-
bus exceptis, ultra ſocij criminis teſtimonium,
debet eſſe aliqua præſumptio cõtra inculpatum.
concordat Saly. d. l. fi. C. de accuſati. col. fin. diſtin
guens, quòd quando ſocius criminis habet ali-
qua indicia contra ſe in genere, quod ſciat conſo
cios; ut quia delictum eſt tale, quod communi-
ter ſine ſocijs perpetrari nõ conſueuit, vel in ſpe-
cie contra aliquem, ſi torquetur, & nominat ſo-
cios, contra quos eſſet aliqua præſumptio, vel in-
dicium in ſpecie, & tunc nominatio in tortura fa-
cta per ſociũ, iuncta prę ſumptione, quę erat prius
contra inculpatum, qua fuit motus iudex ad in-
terrogandum inculpantem, facit indicium ad tor
turam contra inculpatum. Si verò eſſet præſum-
ptio tantùm in genere, & tunc non facit indicium
aliquod ad torturam, & hęc diſtinctio eſt æqua,
& ita debet intelligi, & non ſicut uult Blancus. d.
l. fi. num. 378. ubi eam intelligit, quòd ſiue ſit præ
ſumptio in ſpecie contra inculpatum, ſiue in ge-
nere contra ſocium interrogatum, dictum ſocij
inculpantis faciat indicium ad torturam contra
inculpatum, quod eſt falſum, & contra commu-
nem concluſionem omnium ſupra allegatorum
loquentium clarè, quòd præſumptio debet eſſe
contra inculpatum, non autem contra ſociũ cri-
minis inculpantem, & cõtra deciſionem claram
Salyc. Et ſi eſſet uerum dictum Blanc. ſequeretur
maximum inconueniens, quòd in omnibus caſi-
bus, in quib. extat præſumptio in genere contra
reum, quòd habeat, uel ſciat ſocios, eſt in arbi-
trio rei delinquentis interrogati, inculpando ho
minem probum, ipſum facere ſubijci, torturæ,
vt in ſimili tradit Marſi. d. §. diligenter, num. 40.

Et præterea dicit Aretinus in c. cum P. Mãco-
nella. c. 6. nu. 22. quem referunt, & ſequuntur mul
ti ex ſupraſcriptis, & Marſi. ſingulari. 396. ueriſi-
militudo, quòd in criminibus exceptis credatur
ſocio criminis, ultra adminicula, & coniecturas,
requirit, quòd iudex ex numero teſtium, vel
ex qualitate deponentium, uel ex perſona eorũ,
cõtra quos deponitur, ueriſimile ſit, eos nõ men
tiri, & allegat caſum in c. in fidei. §. fi. de hęr. in
6. Et dicit Gand. d. tractatu de ind. & tort. 1. col.

26 uerſic. tertium notabile, † quòd non quęlibet in-
dicia ſufficiunt ad torturam habendam, ſed tunc
torquendus eſt reus, cum ſuſpectus eſt, & indicia
prę ceſſerunt ueriſimilia talia, quòd ſola torquen
di cõfeſſio deeſſe uideatur, & ſeqtur Io. de Amic.
d. conſi. in fin. conſi. 8. 127. nu. 27.

Eſt bene uerum, quòd inter caſus exceptos, &
non exceptos intereſt quoad interrogationẽ rei,
quia primo caſu indicia contra inculpatum non
exiguntur ita legitima, ſicut in ſecũdo caſu, quan
do eſt prohibita interrogatio, ut declarat Bolo
gninus in additionibus ad Guidonẽ de Suzaria.
d. tractatu, de indicijs & tortu. nu. 54. ſecũdò po
ſito quòd eſſemus in caſibus exceptis, & adfuiſ-
ſent aliquæ exceptiones contra Gabrielem incul
patum, & ſic ex dicto teſtimonio Zornini adeſſet
indicium ad torturam, tamen dictus Zorninus ta
le indicium ſuo teſtimonio non fecit, nec facere
potuit iſto caſu, nec erit ei aliquo modo creden
dum, ex quo ipſe ex alijs delictis erat infamis, ut
qui fratrem ſuum occidi fecit.

27 Sed quòd † ſocius criminis alijs delictis infa-
matus nullum faciat indicium etiam ad inqui-
rendum, tradit Mar. conſi. 74. nu. 23. Gram. uo-
to 34. nu. 8. & 9. conſ. 35. nu. 27. 38. nu. 8. 44. nu. 2.
61. nu. 2. 70. nu. 7. per Car. d. practica in princ. nu.
122. 5. col.

Tertiò ex alio: quia primò examinatus ne-
gauit, licet poſtea alligatus torturæ faſſus fuerit,
& ſic primò negauit, ſecundò cum iuramento,
& tortura manifeſtauit conſocios. unde dicen-
dum eſt, debere ſtari primæ depoſitioni, ut per
Dec. d. conſi. 175. 2. col. ubi quod tali caſu huius
teſtimonium nõ faciat indicium ad inquirẽdum,
ut d. conſi. 189. nu. 8. Et quòd non faciat indiciũ,
tenent etiam Ruinus d. conſi. 146. & ſeq. & Ale.
tractatu de præſumptionib. 2. regu. in fi. & in ſua
declaratione poſita poſt librum paradoxorũ, &
diſpunctionum, & Gram. conſ. 44. nu. 10. 35. ad
fi. ubi in terminis loquitur.

28 Quartò: quia poſſumus † dicere, quòd citatus
ſponte comparuit, quòd eſt maximum indicium
innocentiæ, ut per Marſi. d. §. diligenter. nume.
204. & conſi. 127. nu. 49. Carr. d. practica in prin.
nu. 158. 2. col. & in proprijs terminis Gram. d. cõ-
ſi. 61. nu. 3.

29 Quintò tanto † minus indicium erat ſufficiẽs,
ſtante bona fama Gabriellis probata, ut in pro-
ceſſu: Nam fama bona rei inculpati elidit indi-
cium, quod contra ipſum adeſt, ut per Marſ. d.
§. diligenter, nu. 196. cõſi. 109. nu. 27. nu. 47. 129.
nu. 36. & 37. Gram. conſi. 35. nu. 46. 61. in prin. &
Pariſ. d. conſi. 151. num. 13. lib. 4. ubi loquitur in
termiuis noſtris. Idem conſi. 153. nu. 35. eo. lib.
cũ allegatis per eos in d. locis. Et licet indicium
bonæ famæ nunc probatæ nõ uideatur poſſe tol-
lere indicium tunc exiſtens contra reum, ex quo
de eo tunc non conſtabat: tamen hęc bona fama
nunc probata operatur: quia tollit præſumptio-
nem

nem delicti, quæ erat contra inculpatum, & facit corruere inquisitionem contra eum formatam, nec potest ulterius torqueri, ut tradũt Doct. ubi supra. Nam eo tempore ad officium dicti iudicis spectabat se informare de bona fama rei ante torturam, per Gram. d. consilijs, & maximè cõs. 37. nu. 11. 24. 44. nu. 4. & inuento, quòd esset bonæ famæ, non debebat torqueri, ut Gram. ubi supra, & per Car. d. nu. 122. 3. col. Accedat, quòd nulla diffamatio præcesserat, aliàs inquisitio non procedit. c. qualiter, & quando. de accusati. per Marsil. d. §. constante. nu. 12. Gram. consi. 35. nu. 50.

30 Pretereà † non uidetur, quòd d. testes examinati aliquid indicij faciant: cum non iurauerint parte citata, uel præsente, ut exigebatur. Salyc. in l. fin. de quæstio. cum simil. ut per Marsi. in sua practica. §. nunc uidendum; nu. 26. cons. 39. nu. 18. & Alexan. cons. 180. 3. colum. lib. 2. Gram. 15. in prin. & Car. d. nu. 122. 3. col. Et licet facta fuerit confrontatio, non uideo delatum iuramentum, quod cum sit facti, non præsumitur, iuxta uulgaria.

31 Secundò † ex alio fundamento nõ potuit torqueri, cum sit annorum. 73. & sic decrepitus, ut tradit Gloss. in uerb. profectus. in proœmio sexti. quam sequuntur ibi Io. Andræ. & alij. & tradit Parisius consi. 39. nu. 38. & 39. lib. 2. Quo fit: ut per ætatem torqueri non potuerit. l. 3. §. ignoscitur. ff. ad Syll. Gand. d. tractatu de quæst. & tor. 2. col. Guido de Suzaria d. tractatu, nu. 14. & ibi Bologninus approbat decisionem Io. Andreæ in d. proœmio sexti. approbantis d. Gloss. ibi idem tenent Ang. in d. tracta. 1. de indi. & tort. nu. 4. Paris de Puteo. d. tractatu syndicatus, c. torturam, uers. officialis, nu. 11. Alex. in additionibus ad Bart. in l. milites. C. de quæstio. Abb. in c. cum in contemplatio. col. fi. de reg. iur. Aret. de maleficijs, uerb. fama publica. colum. 36. uers. quæro, quæ personæ. Brunus. d. tractatu, quæstio. 4. secundæ partis prin. num. 8. Marsil. l. edictum. nu. 10. de quæsti. & in practica. §. expedita. nu. 41. Car. d. sua practi. in principio, num. 180. colum. 7. Et quando quis

32 † non potuit torqueri, & tortus confitetur, talis confessio non ualet, per Mar. d. l. edictum. nu. 17. d. § expedita, nume. 46. & ante eum Brunus quæstio. quarta. nume. tertio. Gramma. consil. 60. fin. Carrer. dicto num. 180. colum. fi.

Secundò principaliter, omnibus præsuppositis ualidis, & iuridicè factis, dicitur, Gabrielem non teneri de mandato, sed de consilio, & persuasione tãtùm: licet enim id uerum uideatur, quòd mandatarius, uel is, cui datum est cõsilium, non præsumatur alias facturus delictum, nisi id fuisset sibi mandatum, uel consultum, ut per Bal. in l. ob hoc verba. j. col. ff. de his qui. no. infa. & in l. data opera, col. 13. nu. 79. C. qui accusare non possunt. Alex. consi. 103. uidetur. col. 5. lib. primo. Felyn. & Dec. post alios in capitu. 1. de off. deleg. Mars. d. sing. 243. & l. 1. §. Diuus. n. 33. ff. ad l. Cor. de sic. & l. 1. nu. 55. C. eo. Tamen quando adsunt aliquę coniecturæ in contrarium, tollitur illa pręsumptio: ut per Bal. in c. 1. §. iniuria. 5. col. de pac. iur. fir. Cæpol. cautela 39. uidemus. & per Doc. d. c. 1. Et inter cæteras coniecturas ea est potissima, quando inimicitia erat capitalis inter offensum, & mandatarium, seu illum, cui fuit datum consilium, Bal. l. metum. in fi. C. quod met. caus. Fel. d. c. 1. nu. 19. Cæpola. d. cautela. Gram. consi. 44. n. 12. 63. nu. 12. & d. uot. 6. nu. 20. Primi loquuntur in eo, cui est datum consilium, secundi in mandatario. fortius uoluit Bal. in l. 1. nu. 10. col. 3. C. de ser. fug. quòd quãdo pariter mandans, & mandatarius erant inimici offensi, quòd præsumatur mandatarius aliàs facturus, & si fuisset magis consilium, quam mandatum, ut infra dicetur.

Secunda est coniectura: qnoniam mandatarius minatus fuerat mortem offenso, & minę fuerunt uerisimiles, & præsumendum est, qnod esset aliàs facturus, Bald. post. Iac. Butrigarium d. l. metum, & d. l. 1. 2. col. Cor. consi. 57. 3. col. lib. 4. & Fel. in c. sicut dignum. de homicid.

Tertia est coniectura; quia uindicta pertinet ad mãdatarium, & ipse ita decreuerat inimicum occidere, tunc præsumitur, quòd esset aliàs facturus. Ang. consi. 22.

33 Quando ergo constat, † ut in casu nostro, quod mandatarius esset aliàs facturus, tunc mandans non tenetur, nisi de persuasione, uel cõsilio, non autem tenetur de mandato, etiam quibuscunque uerbis utatur, ut tradit Bar. in d. §. si mandato, nu. 2. & seq. Ang. d. consi. col. 2. & Cor. d. consi. 3. Idem tenet Bal. d. l. 1. n. 10. ubi dicit, quod quando erat inimicitia inter mãdantem, & mandatarium pariter ex una, & offensa ex altera, magis censetur datum consilium, quàm mãdatum, & sequitur Cor. d. col. 3. Eandem opinionem tenet Bart. consi. 263. in quæstione, qua quæritur, & idem Bal. d. col. 2. nu. 7. post Iacob. Butrig. d. l. metum, quem Paul. de Castro, & Ias. sequuntur mãdantes notari decisionem Baldi ibi, quod concurrentibus istis tribus mandatum conuertitur in consilium. Hoc idem tenet Ang. d. consi. 22. quod quando uindicta pertinet ad mandatarium debet haberi pro consilio, uel instigatione, & dicit confessionem etiam per mandatem factam respondendo inquisitioni de mandato formata sibi non officere, & sequitur Aug. de Arimino in additionibus ad Aretinum, in uerb. Sempronium mandatorem. prima additione, & in additione super uerbo. 22. quæro, & d. l. 1. col. 4. & 6. & Cor. d. consi. 57. 3. col.

Vnde constito, prout constat in casu nostro de inimicitia Zornini cum occiso propter mortem fratris, & quod mandauerat filijs, certè uerba d. Gabrielis cum Zornino debêt capi pro consilio per suprascripta.

Et si dicatur quòd in mandato non debet fieri illa distinctio, an mandatarius esset alias facturus nec ne, prout uidetur esse communis opinio

cum

cum Bart. in d. §. si mandato. cũ quo tenet etiam Bal. d. l. metum, & d. l. hęc verba. cum supra scriptis. Respondetur.

Primò, quòd illa opinio non uidetur communis: ut patet ex suprascriptis. Secundò, quòd il la procedit, quando præsupponitur pro certo fuisse datum mandatum, & delictum esse commissum, nomine, id est, contemplatione mãdantis, ut declarat Bal. d. l. hæc uerba. 2. col. & Cor. d. consi. 57. 3. col. Secus quando sumus in dubio, nec præsupponitur mãdatum, & constat per coniecturas, quòd mandatarius erat aliàs facturus: quia tunc mandans tenetur de consilio, uel instigatione, non de mandato per supra scripta, & in dubio ex verbis probatis magis præsumitur consilium, quam mãdatum. Ex quo mandatum durius obligat, ut Bal. tradit post Io. andream, quem allegat. d. l. j. nu. 10. sequitur Cor. d. consi. 3. Car. d. principio, nu. 57.

Stat igitur firma, conclusio, quòd Gabriel tantùm teneatur de consilio, & censeatur dedisse consi. Zornino, non autem mandatum. & cum simus in consi. non autem in mandato, admittitur illa distinctio, an consilium recipiens erat aliàs facturus nec ne, ut per Bal. d. l. data opera. d. col. 13. nu. 39. & d. l. ob hæc uerba. 1. col. & est communis opinio doctorum in hoc contra Bar. in d. §. si mandato. ut per Ias. d. l. 1. col. 4. & Fel. post Gloss. & in c. super. de sent. excom. & in c. sicut dignum. nu. 7. de homicid. & in d. c. 1. ubi Dec. nu. 7. de off. deleg.

Vnde cum ex prædictis liqueat, Zorninũ mandasse bannitis, ut committerent d. homicidium, poterit ad summum non sicut faciens, sed sicut consulens puniri Gabriel extra ordinariè. Bal. l. j. nu. 6. 2. col. Fel. & Dec. d. c. 1. & etiam est communis opinio secundùm Ale. d. l. sępe. §. item dubitatum. de verborum significatio.

34 † Nam minus est consulere, quàm facere. Bal. d. l. data opera. num. 79. & aliud est instigare, & hortati, aliud mandare. Bald. d. l. ob hæc uerba. numero secundo.

Secundò, ex alio dicitur Gabrielem non teneri. Nam in casu isto non constat, quòd Soldadinus, & alij aceptauerint mandatum, nec hoc deponit Pellatus, nec quòd occiderit Euangeli-

35 stam; ut exequeretur mandatum. Et † licet præsumatur propter modicum interuallum, ut supra in contrarijs dictum est, tamen istud tollitur fortiori præsumptione. l. Diuus. ff. de in integ. resti. minor. c. literas. de restit. spoliatorum. fortior, & maior proculdubio est præsumptio, quòd imo d. banniti occiderint, d. Euangelistam occasione, & uirtute alicuius mandati sibi facti, per Martinum, & complures alios de Cortesijs, inquisitos de hoc, cũ sint personę nobiliores: ergo, &c.

36 Tertiò † etiam si esset standum huic præsumptioni, tamen d. Gabriel uera pœna delicti non uenit puniendus: quia quando ex præsumptionibus quis damnatur, nunquam uera pęna, sed mitior imponitur, Inno. in c. per uenerabilem. de præsumptionibus. Doctores. in c. afferte. codem tit. Marsi. d. §. postquam. nu. 50. in practica, & §. quoniam. nu. 32. cum seq. & alibi, ubi plura congerit, & proprius ad terminos nostros se tradit

37 Carr. d. §. 5. nu. 51. Et † cum pœna minoratur, semper est pecuniaria, Marsi. d. §. quoniam. nu. 95. latè per Carrer. d. practica. §. 7. num. 120.

Quartò, & ultimo ex abundanti dico, pœnam minuendam attenta ętate senili. l. 2. ff. de ter. moto. Gand. d. tract. malefi. in rub. de pęn. reor. 10. col. versi. item in senc. Paris. d. tractatu syndicatus c. pœna. ver. licet dicatur. n. 4. Carr. d. practica. §. 6. n. 12. Ioan. de Amicis consi. 89. n. 5. Dec. & Cagnolus. in l. ferè in omnibus. de reg. iur. Superest ad contraria respondere, licet satis ex suprascriptis appareat: Primò dico, quòd non obstant assertæ confessiones. d. Gabrielis: quia ut supra, fuerunt factæ metu torturæ, unde nõ ualuerunt, & possunt reuocari; ut tradit Petr. de Anchara. in ter. in d. consi. 24. col. Paris de Puteo d. tractatu. c. tortura. uer. quidam fuit tortus: ad finem. Brunus tractatu de indicijs, & tortura. 6. quæstio. ij. par. princ. num. 20. Marsil. l. 1. §. si quis ultro. nu. 6. de quæstio. Et hoc consilium Anch. omnes sequuntur, tractantes materiam socij criminis. Et iura illa de confessione loquentia in contrarium allegata, loquuntur in confessione ualida, non autem extorta, nulla, & facta metu tormẽtorum, non præcedentibus legitimis indicijs; ut tradunt Doct. ubi supra, & maximè Mars. d. consi. 12. nu. 36. 46. nu. 19. consi. 130. & infra dicetur. Et posito, quòd debeat stari confessionibus, obstant suprascripta.

Non obstat, quòd ad dictum socij standum est, ut faciat indicium: quia contrarium supra ostensum est. Et ad id, quod dicitur de consuetudine ad missa illa, nõ propterea sequitur, quòd in casibus non exceptis socius criminis faciat indicium ad torturam, si interrogatur, & inculpat aliquem, dicta ergo consuetudo non egreditur suos terminos, ut interrogetur, & in casibus non exceptis, & quòd non faciat indicium ad torturam uigore talis consuetudinis, hoc non uidetur uerum.

Præterea dato, quod essemus in casibus exceptis, tamen debuit ad esse aliqua præsumptio in specie contra inculpatum, nec sufficit in genere, ut declarat Saly. d. l. fi. C. de accusat. licet minus bene aliter intelligat Blanc. d. l. fin. ff. de q.

Et in quantum dicitur, quòd socius admittitur in subsidium, quando ueritas haberi non potest: responderunt, quòd ex quo non sumus in tractatibus occultis, nec in conspiratione: ut in crimine læsæ maiestatis, sed in ijs, quæ de sui natura à communiter accidentibus per alios probari possunt, socius criminis non debuit admitti, per Dec. consi. 186. nu. 10. per Marsi. singu. 77. plures. in §. diligenter, n. 83. suæ practicæ, Onus d. iudicis incumbebat, cum in locum accusatoris,

ris, & partis succedat, per Doct. in c. qualiter, & quando. de accusa. ut ostendatur in casu isto ueritatem aliter haberi non posse, per tradita per Brunum in d.tractatu. 1.quaest. 1.part.n. 14.& 15. sequitur Marsi.d. nu. 82.& quia patiebatur alios defectus.Gram. consi.3.nu. 34.

38 Nec † est verum, quod agatur de crimine assassinij:cum non interuenerit aliqua pecunia,vel promissio pecuniae,ut homicidium committeretur.c.1.de homic.in 6.Bar. d. §. si mandato. Aret. d.verb.Sempronium mandatorem,& alibi saepe, & licet dicatur de collecta, id fuit factum ut subueniretur bannitus generaliter, non spe, ut occiderent Martinos.

Et licet testes infames admittantur ad faciendum indicium ad torturam, ut in contrarijs iuribus, quòd tamen non procedit in infamib.& socijs criminis simul, ut supra dictũ fuit, nec etiam unus infamis indicium facit. Quia unus dẽt esse omni exceptione maior, vt deponat super maleficio, non à remotis, ut Bar.& alij d.l.fi.de quaest.

Non obstat, quòd potuit terreri,& leuiter torqueri; quia admisso, quod fuit tantum territus, confessio non ualeret, tãquam facta propter metum torturae, ut plures allegans tradit Arnonus Commentario. 117.licet iudex excusetur, si terret, non si torquet, ut per eum ibi, & per Carr. alios allegantem in d. sua practica, in principio. n. 182.3.col.Tãtò magis igitur si fuit tortus; quia tunc cõfessio, tanquam facta propter torturam,

39 uel metu torturae non ualet. & † dicitur facta me tu torturae, si reus fuit alligatus torturae, ut Barto. d.l.1.§.Diuus Seuerus.ff.de quaest. Et idem si fuerit ibi spoliatus, ut per Marsilium ibi. Imo idem erit, si cõducatur ad torturam, & minetur eidem de torquendo, secundum Gandinum d.tractatu, septima col. Et quod sufficiat ligari reum, tenet Brunus, d.tractatu.j.q.2.q. principalis,nu.j.& latè per Car.in d.pract.in prin.nume. 173.Marsi.consi.8.nume.15.29.nu.31.& seq.& ibi nu.36.loquitur, quando reus est eleuatus, seu altiatus in tortura, dicens propterea non posse dici confessionem subsecutam fuisse spontaneam,licet nõ fuerit concussus: quia censetur facta metu torturae, & propter torturam.Idem Marsi. consi.45.in pri. Idem Gram.consi.15.num.6.Et per praedicta tolluntur ea,quae dicuntur in contrarium,quòd modica seu leuis tortura non uitiat confessionem, Imo contrarium est verius, quod sufficit adesse metum torturae: & ita tenet Gram. dicto uoto.6, ubi fecerat d. obiectum,& ita uoluit.

Nec dictum Pari. de Puteo in contrarium allegatum obstat, cũ fundetur in d.l.1.§. Diuus Seuerus. de quaest. Et secundum eam debet intelligi, qui quidẽ Bar. loquitur in perseueratione facienda per tortum, & dicit, quod non omnis territio facit dici cõfessionem factam metu torturae. non tamen loquitur, quando deuentum fuit ad torturam, licet leuiter, uel quando quis fuit tortus modicè sine indicijs.

Praeterea illa decisio Bar. & Gram. sequentis eum procedit, quando tortura fuit illata robusto, & non seni decrepito,ut Gabrieli seni, & de-

40 bili torto, si quidem † senex infirmus censetur.c. magnae.ante medium, de uoto.& ibi Abb. allegat dictum Terentij: ętas.n. senilis infirma est, l. ciuitatib.in fi.prin.de le. j. cum fi. vt per Neuizanum sylua nuptiali lib.2.nu.3.& 4.

Nec est uerum, quod stetur d.iudicis, an quis sit senex, nisi in casu, quo loquuntur Doct.in d.c. quoniam frequenter.col. 1.

Quintò, nõ obstat prętensa notificatio ad bancum Iuris: quia, ut supra dictum fuit, communis opinio est, quod confessio facta per torturam, uel metu torturae indicijs non praecedentibus legitimis millies ratificata, siue tacitè, siue expresse non ualet, nec conualidatur. & loquuntur Doct.in proprijs terminis, quãdo fuit tortus, & ratificauit ad bancum.

41 Nec † ratificatio expressa quidquam facit magis quàm tacita, licet Bald.in d.l.unica.C.de confess. & alij in contrarium allegati uoluerint facere differentiam, & hanc distinctionem, quia contra Baldum, & sequaces est communis Doctorum sententia, quam tenent Roma.d.consi. 167. Antonius accusatus 1.col. August. de Arimi. in additio.ad Aretinum, in uerb.fama publica. col. 11.ver.aduertas. & hanc non sequitur Pari.in allegato uersi.an stetur dicto torti.nu. 40. allegando Matesilanum hanc tenentem, allegato notabili.55.Idem tenet Brunus d. tractatu 5. quaest.2. par.num.44.& seq. Aret. Alex. Ias. & communiter alij, d.l.qui in aliena. §.fi.ff.de acq.haere d.ubi alij allegantur.& ibi etiam communem dicit Ias. nu.16.quam etiam sequitur Marsilius d.l. pen. n. 13.de quaestio.ultra alios supra allegatos, tenentes non conualidari confessionem per tormenta extractam per ratificationem expressam.

Sexto non obstat, quod saltem ualeat confessio facta respondendo inquisitioni: quia extantibus tot suprascriptis non ualet, secundo quia ex quo fuit incoeptum à tortura, corruit etiam haec confessio per suprascripta in responsione

42 praecedentis † contrarij, haec enim est crebrior & uerior opinio; quod semel extorta confessione per torturam, non ualeãt gesta aliqua ex post, ut tradit Gand.d. tractatu. col.6. versic.item pone, Bald. de Peril. eo. tract. c.2. in fi.ubi dicit, quod omnia exinde secuta ipso iure nõ ualet. Et idem Marsil.d.notab. 55. ubi loquitur in omni confessione post torturam factam, & videtur sequi Aretinus.d.§.fin.& expressè late tradit Marsi.d.l.pen. nu.25.in §.secunda quaestio.nu.7. practica criminali, consi. 20.n.3.63.n.52.& expressè in responsione facta inquisitori tradit Petrus de Anch. in d.consi.24.quem omnes sequuntur.& Marsi.consi.29.nu.48.Et certè sequeretur maximum absurdum; quia omnis iudex extorqueret confessionem per torturam, & postea faceret ratificare ad bancum, & sic daretur materia delinquendi, & pro-

& ante eum Mateſ.d.nu.55. idem Catal. tract.d.
Synd.quæſt.212.ſequitur Aug.de Arim.in additio.ad Aret.verſi.aduertas.Brunus d.reſpon.q.2.
par.nu.44.Marſ.d.l.pen.nu.11.in pri.§.expedita,
nu.19.conſi.15.nu.2.Carr.in prin.nu.1734.col.
Laus Deo Opt. Max.

Barth.Bertaz.

S V M M AE.

1 *Notarius alteri abſenti ſtipulari quando poſſit.*

2 *Iudex ſine notorio exiſtens non cenſetur eſſe in figura iudicij.*

3 *Confeſſio coram ſolo iudice facta non cenſetur facta in iudicio, nec iudicialis dicitur, ſed extra iudicialis tantùm.*

4 *Pace recepta per notariũ nomine abſentis, non ſecuta ratificatione, nullũ ius abſenti q̃ritur.*

5 *Ratificatio eius, qui paci, uel treugæ vult inniti, neceſſaria eſt.*

6 *Doctoribus variantibus ſtandum non eſt.*

7 *Pars interpellata non conſtituitur in mora, niſi pars interpellans pro ſua parte ratificari fecit cõtractum, ad cuius ratificationem tenebatur in pacis inſtrumento.*

8 *Pœnalis diſpoſitio ſublata principali diſpoſitione tollitur.*

Reſciſſo principali cõtractu, reſcinditur ẽt diſpoſitio pęnalis, acceſſoria, & acceſſorium, & pœna cẽſentur appoſita, ſi contractus ualebit.

9 *Pęnalis ſtipulatio, ſeu diſpoſitio debet regulari, & limitari ſecundum naturam principalis diſpoſitionis, cui adijcitur.*

10 *Dimidiæ duę ſub una determinatione ſi ſunt poſita, utraq; dimidia dẽt æqualiter deteriare.*

11 *Pœna pacis quando parti non debetur, nec etiã fiſco debetur.*

CONSILIVM CCCXLII.

In Domino confido.

1 DIFFICVLTAS huius † quæſtionis,
magis facti quàm iuris habere uidetur, eo quod diſputatur, quænam in
hac ſpecie communior ſit Doct.ſententia, vt in ſimili dicit Dec.conſ.259.in prin.cenſeo caſum hunc duplici fundamẽto omnem difficultatem euadere.

Primò, quia clariſſimum eſt in facto, nullam
notarij in promiſſione ſtipulationem interueniſſe, nec iudicis in figura iudicij exiſtentis. Si quæ
interuenit ualere poteſt, ut ſat oſtendit Magnifi-
2 cus D.Aduocatus. † Et quod iudex tali caſu ſine
notario exiſtens non cenſeretur eſſe in figura iudicij, comprobatur ex not. per gl. ubi Bal. & Sal.
in l.iubemus.C.de libe.cau. quam referunt & ſequuntur Doct.in c.at ſi clerici.de iudi.allegati per
3 eum, ubi uoluit † confeſſionem corã ſolo iudice
factã, non cenſeri factã in iudicio, nec iudicialẽ
dici, ſed extraiudicialem tm̃, quod procedit, ẽt
ſi iudex ipſe nomine publico recipiat, uel pars interroget, vt Blanc.cenſuit in l.fi.de quæſt.nu.12.

Secundò, quia & ſi communior eſſet opinio,
quod notarius ſtipulando ipſo iure alteri abſque
ratificatione acquireret; illa eſt à remotis, & non
in terminis huius quęſt.ſed in pace vel treug... &
propterea ſtandum eſt huic ſpecificę, & ſingulari deciſioni, quæ nullum habet contradictorem.
Ita limitat illam regulam, pro communi opinione iudicãdum eſſe not.Neuiza. in Sylua nup. lib.
6.num.72. ubi vſque ad ſaturitatem & nauſeam
deciſiones, & iura adducit. Vnde cũ habeamus
deciſionem tam claram, & ſpecificam in caſu noſtro, quid diſputandum eſt, an illa opinio ſit com
4 munis necnè? † hanc enim opinionem, quod ex
pace recepta, etiam per notarium nomine abſentis, non ſecuta ratificatione nullum ius abſenti
quæratur, tenent Bal.in l.nec ei.§. ſatiſdatio. 6.q.
de adop.Dec.cõſi.226.pen.col. Alc.in c. cũ contingat.nu.237. allegati per D. Aduoc. quib. ego
addo Cur.iun. eam tenentem conſilio 52.nu.13.
Sed & proprius ad caſum noſtrum in treuga ẽt
Regulæ facta inter illos de Naldis, & de Carolis
extat conſilium Pariſ.88.1.volum.nu.48. & ſeq.
loquitur in proprijs terminis in treuga facta per
vnam partem, nec ratificata per alteram, & interim pars non ratificans offenſa fuit, quod omiſſis mendicatis ſuffragijs caſum noſtrum de plano decidit, & loquitur etiam ibi, quando præſes
habebat arbitrium declarandi complices partis
offenſę, quod videtur innuere finitam treugam
coram eo, & quod credendum eſt, ſi volumus
arg. à communiter accidentibus credere. Et tamen reſpondet Pariſ. dicendum, huiuſmodi re
non integra vlterius fieri non potuiſſe, ut ibi per
eum. Et certè non videtur eſſe locum negationi,
5 † quod ratificatio eius qui paci, vel treugæ vult
inniti, neceſſaria ſit, ut per Doc.in l.ſi uxor.§.ſi qs
planè vxorem.de adult.& alij citati per D.aduocatũ, quibus ẽt addo Cur.iun. eandem concluſ.
tenentẽ, in conſ.74.num.9.& conſi.76.nu.5.& 6.

Præterea, & ſi volumus attendere opi.Doc.in
caſibus remotis loquentium, & adhuc crebrior
erit, & communior ſententia, pro hac parte, nam
ſi addantur allegati per Alc. in d.c. cum contin-
6 gat, num.236. & ſeq. & è medio tollantur, † qui
in hac materia fuerunt inconſtantes, quibus examinatio teſtium variantium, teſte Crau.conſ.16.
ad fin.argumento l.qui falsò, vel variè.ff. de teſtibus. ſtandum non eſt. Certè opinio communior
ſuffulta maioribus auctoritatibus, pondere, numero, & menſura, remanebit pro nobis, quam vltra allegatos per dom.aduocatum tenet Pariſ.in
terminis d.conſi.& Cur.iun.allegato conſ.ſupra-

ſcripto.nu.5 2.nu.1 3.& Rubeus nimirum inconſtantiſſimus, ſibi contrarius,in conſi.1 3 2.ad fi.

Et in quantum dicitur per do.aduocatum,ſtipulantem nomine fiſci interuenire debuiſſe, addo Bal.loquentem in pœna applicanda pro dimidia communi, in conſi. 1 1 4.ſuper primo.libro 5. & in terminis noſtris Corn. cõſilio 2 1 1. in tertio libro.ubi extendit, etiam ſi cameræ in principio inſtrumenti mentio habita fuiſſet,& notarius inferius ſtipularetur nomine omnium & ſingulorum ſupraſcriptorũ, & idem tenet in conſi. 72.& conſi.2 5 8.3.col.lib.4.ubi dicit ita vidiſſe ſeruari.

7 Quò † verò ad interpellationem neceſſariam dom.Ioan. Pau. ad faciendum ratificari promiſſionem,allego in terminis deciſ. Cor. conſil. 4 0. 2.col.lib.2.ubi fortius tenet, quod etiam pars nõ interpellata non conſtituitur in mora,niſi pars interpellans pro ſua parte ratificari faceret contractum,ad quam ratificationem tenebatur, & hãc opinionem,quod interpellatione opus ſit, cuius contrarium voluit Bald.in cap.ad hæc.in titu.hic fin.lex Corrad.& Alexand. Iaſon. in l.quod te. ſi cert.petat.tenet ultra Aret. allegatum per Dec. ibi dicta l.quod te.Hermano.in repet.§.Cato.nu. 5 1 1.& ſequitur etiam Cagnol. in l. ſemper, qui non prohibet,num. 2 9.de regul.iuris.

Super eo, quod innuitur in dubijs ſaltem pro parte fiſco obueniente locum condemnationi eſſe, inhæreo fundamentis primi conſulentis, &

8 † maximè ad illud,quod pœnalis diſpoſitio ſublata particulari diſpoſitione tollatur,iuxta deciſion.Bal.in l.1.colu.4.verſ.quæro,vtrum iuramẽtum.numero quarto.C.de inoff. donatio. ubi dicit,quòd reſciſſo contractu particulari,reſcindatur etiam diſpoſitio pœnalis acceſſoria, de quo latè tradit Marſi.in l.penul.nu.6 5.ff.de quæſtion. in ſing. 1 7.acceſſorium, & pœna cenſetur appoſita,ſi contractus valebit: vt tradit glo.final. in c. ſignificantibus, & ibi latè Felyn. ad fin.de offic. legat. Soc. conſilio 9 5. numero decimoſeptimo

9 libro tertio. † Nam & pœnalis ſtipulatio ſeu diſpoſitio debet regulari, & limitari, ſecũdum naturam prĩcipalis diſpoſitionis, cui additur.l. ſi is qui ducenta. §. cum ita. ubi Bartol. de reb. dub. Bar.in l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis dolum.ff.de uerb. oblig.& Alexan. conſi. 2 0 8. numero nono.lib. ſexto.Et vltra ea, ego adduco aliam rationem &

10 deciſio.in terminis, †nam ex quo dicta pœna eſt vna,quæ in duas diuiditur dimidias, ſub vna determinatione poſitas, vtraque dimidia debet æqualiter determinari:argumento.l.iam hoc iure.de vulgar.& pupilla.& propterea aut debetur

11 in totum,aut in nihilo.Sed quia parti † non ratificanti deberi poteſt pariter, nec fiſco deberi debet:prout in terminis in pœna pacis quando pœna parti non debetur, quòd nec etiam fiſco debeatur,reperio fuiſſe conſultum per Corn. prout ipſe refert in conſilio 5 1.colum. 4. verſi. dubitabam tamen. lib. 1. Ex quibus patet iunctis alijs per dominum aduocatum adductis, præfatum D.Ioan. Paulum abſolui debere, ſicut etiam eſt abſoluendus D.Iulius,qui non promiſit, nec ratificauit.Corn.conſ.alleg.2 4 8.lib.4.

Laus Deo Opt.Max.

Barth.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Reuelare an quis teneatur delinquentem ſtante proclamate?

Bannum factum ab officiali inſcio Principe ſub pœnis inſolitis,an liget,& an illius uerba præſentis temporis trahantur ad futurum.

SVMMAE.

1 *Delinquentem nullus indicare tenetur.*

2 *Pœna iuris cõis non imponitur ſtãte ſtatutaria.*

3 *Pœna uera non imponitur tractanti ſi non deuenit ad actum proximum.*

4 *Bannum ſub grauibus verbis pœnis non poteſt emmitti ab officiali inſcio Principe.*

5 *Reuelare delinquentem nemo tenetur, maximè ſi ex amico per ſecretam reuelationem eſt intellectum, & nu 6.*

7 *Receptans bannitum affinem non delinquit.*

8 *Tempus præſens non trahitur ad futurum.*

9 *Neque etiam quando ſumus in lege corrigente ius commune, & auferente alicui bona.*

10 *Sciẽtia de occultatione delinquentis eſt probanda per curiam.*

11 *Fama bona debet efficere, ut minoretur pœna ordinaria.*

CONSILIVM CCCXLIII.

In Domino confido.

INQVIRITVR D.Franciſcus Puzzolus de Carpo,quod cõtra proclamata Ducalia mandantia denuntiari Galaſſum Bagaſſiũ de Carpo eius ſororium, qui è carceribus aufugeret, & adhuc in terra Carpi latitabat,eum non ſolum fuit alloquutus,ſed etiam nixus fuit,illum occultum tenere,ac tractauit de illum extra dictam terram per mœnia emittendo,& exire faciendo,nec non,& quod corrupit militem dando illi pecuniam ea de cauſa, & ut in inquiſitione, qua fuit confeſſus ipſe reus,ut in ſuis conſtitutis, nunc agitur de ſententia ferenda,& uidendum eſt,nunquid ipſe inquiſitus ueniat condemnandus, & qua pœna. & quia in hac cauſa abundè fuit ſcriptum per Mag.D.Io.Baptiſtam Liſinardum eius aduocatum mihi tanquam fratrem honorandum. Omiſſo primo pũcto, quod nulliter & inualide fuit contra eum proceſſum ad torturam, & ſine legitimis indicijs in quo ille ſubtiliter ſatisfecit. ſuper

2.tan-

a.tantummodo verba faciam, qua pęna scilicet de iure plecti possit, posito ꝙ possit in aliquam condemnari.& incipiendo ab occultatione pro qua inquiritur arbitror illi nullam poenam iure irrogari posse, cum nec ipse reus confessus fuerit illum receptasse, uel occultasse post fugam, sed tãtummodo occultum uidisse, & alloquutũ fuis-
1 se, quo casu nullam pœnã de iure incurrit†, cum nõ teneretur illum indicare. (circumscripto banno de quo postremo loco dicetur) l.4.§. si tibi.ff. cond.ob turp. caus.l.solent. ff. de præscrip. verb. & ubique Doct.trad.oẽs post Bar.in l.ciuile.ff.de fur.& Cano.i c.qui cum fure. de fur. & quatenus occultasset, & non præsentasset, potuisset teneri pœna librarum quinquaginta uigore statuti Carpi sub rubrica, de non recipiendo, seu receptando aliquos bãnitos pro maleficio. Quod modo tentauerit corrumpere militem dando eidem duos aureos, ut ipse fassus est, ut operã præstaret ad emittendum ipsum Galassium per muros ipsius terræ, ut fugere posset, ne iterum per curiã caperetur,& tractauerit de ipsum liberando, habet pœnã à statutis Ferrariæ, quæ in subsidiũ statuto rum Carpi deficiẽtium illic seruãtur, expressam,
2 qua stante non est agendum de aliqua pœna† iuris cõis Bal.in l.data opera.col.4.vers.item notandum.nu. 19. C. qui accus.nõ pos.& latè Carer.in pract.criminali. §. vij.nu. 14. nam ex statuto de frangente carceres fol. 167. pœna librarum 25. irrogatur ei qui opem alicui præstitit ad frãgendum carceres,& aufugiendum, si tamen non aufugit minus, igitur,& minori pœna esse hic reus afficiendus, qui non opem præstito in frangendo carcerem, cum iam eo inscio fractus esset, sed in tractando de illum exire faciendo, & emittendo extra ipsam terram, qui nec fuit emissus per illum cum quo tractauit, uel illi pecunias dedit, sed per alios ipso D. Frãcisco inscio, nec se intro mittente, uel se intromittere volente, ut pluries super hoc tortus semper affirmauit, quo fit, vt cũ non fuerit sequutus effectus illius tractatus facti per eum, nec etiam deuentum ad actum proximum per tractantes, non posset ẽt teneri ipse in-
3 quisitus uera pęna† delicti, sed minori & extraordinaria. Bal. in l.non ideo minus.col. 5. vers. 51. quæro nu. 16.C. de accusa.Mars.consi.51.nu. 16. Gram.not.viij.nu. 17.& 19.nu.3.& decisione 38. nu.8.ac Soci.Iun.consi.3.nu.37.3.uol. Pœna aũt corrumpentis officialem à statuto nostro Ferrariæ etiam statuta est librarum centum, ut in statuto, pęna corrumpentis potestatem, aut alios officiales.fol.158. licet quando ex corruptione nullus sequutus effectus minori pœna, scilicet librarum quinquaginta, uideatur reus corrumpens plectẽdus, ut in statuto sequenti,& hęc de plano sine difficultate procederẽt, nisi extaret bannum publicatum per magnificum D. Gubernatorem Carpi sub nomine Serenis.Ducis nostri, de eo igitur agendum est, ut uideamus, an in illius pęnam incurrerit hic inquisitus, & nõ incurrisse constanter teneo, ex pluribus.

Primò, quia certissimũ est proclama illud seu bannum non fuisse ipsius Sereni.D. Ducis cum impossibile fuerit intra paucas horas potuisse hẽre scientiam de fuga ipsius Galassij,& dedisse mandatum Dño Gubernatori, quod tale edictũ, seu bãnum suo nomine publicari faceret, ut deponunt ẽt testes pro reo examinati, Dñs aũt Gubernator non potuit tale bannum sub tam grauibus pœnis pecuniarijs ,& corporalibus face-
4 re,† & alterare dispositionẽ iuris, & statutorum sui Principis, eo inscio, ut per Parid. de Put. in tract.Syndi.in vers.perceperam. in §.restat.nu. 1. & in vers.tortura in §. an in causa pecuniaria nu. 3.& 4.& sequitur Gram.decisione 47. nu. 9. sicut ẽt non põt dare Iudex partem condemnationis accusatori prout factum fuit in ipso bãno inconsulto Principe, Boss.in tit.de senten.nu.41.

Secũdò cum quis de iure ciuili non teneatur
5 delinquentem indicare,† ut supra dictum fuit,&
* est cõis * opinio Doct.in l. ciuile. C. de furt. Archi.in c.quod quidam 3.col.circa med.ver.in ea gloss. 1.q.1.1.q. 1.& Io. de Ana. in d. c. cum fur. col.4.in principio & Rom.sing. 794.nunquid, & Hieronymus Gyg. in tracta.de crim.læsę maiest. lib.2.in tit. qui accus.poss.ultima q. tanto minus potuit ipse Mag. Gubernator tale edictũ facere.

Tertiò, admissa etiam ualiditate dicti banni, ex quo ipse D. Franciscus sciuit de loco in quo occultabatur,& latebat ipse Galassius ex secreta
6 reuelatione sibi facta† non tenebatur illum indicare, Soci. cons. 102.4.uol.Lãcel.Conrad.in suo prætor. libro 1.c.15.in tit. de furib. nu. 13.& sequitur Iul.Clar.in sua praxi.criminali. q.27. vers. sed quæro in §. fi. illius. Quod in casu isto tanto clarius procedit stante affinitate, & coniunctione ipsius D.Francis. cum dicto Galassio eius sororio, nam si affinis non tenetur pęna ordinaria statuta contra receptatores delinquentium,& ban
7 nitorum si affinẽ bannitum receptauerit, † ut est tex.in l.2.ff.de recep.trad.Bal.in l. 1.C.de his qui latro.occulta.Mars. singula. 210.iura sanguinis. Nouel.in tract.crimi.ad defensam.in rub. responsiones reorum in constitutis.nu. 27. Ludo. Damhoud. in suo enchirid. rerum crim.c. 134. de recep.delinquent.n.4.cum alijs citatis per Hieron. Gyga. in dicto tract. libro 1.in tit. qualiter, & in quibus crimen læsæ maiest.committa.q. 51. nu. 18.& lib.3.in ti. de pluribus,& var.quęstio.q.xi. nu. 5. Rolan. à Val.consi.45.nu.48.& seq.1. vol. sed mitius venit puniendus, quanto minus dẽt teneri hic inqsitus, q illũ nõ indicauit, vel denũtiauit cum illum sciret ex secreta reuela. ut supra,& sibi fuisset maximũ dedecus,& maxima ignominia si illum tam sibi coniunctum prodidisset.

Quartò, ut omittã plura alia, quæ egregie tetigit ipse Mag. eo aduocatus de bãno ipso fm solitum stylum non publicato ter. de quo deponunt d. testes pro reo examinati, & quod talia banna nõ solent, cũ fiant ad terrorẽ executionis deman

dari, illud tñ, q etiam ipse adduxit fundamentum magnificio q ipsum procla. seu bānum non imposuit successiuam pœnam his qui in futurū hñent sniam de ipso Galassio, vbi latitaret, & nō denūciarent, sed tñmodo his q tpe bāni, id sciebant, & incontinenti non denuntiarent, & sic per verba præsentis temporis, quæ hoc casu non trahuntur ad futuram, ut in dicto proclamate (*& desiderando sua Altezza Serenis. di voler venir in luce per ogni modo dove egli è, per questa sua publica grida* (& inferius) *incontinente debba venirlo a denonciare senza intermissione alcuna di tempo.*) Verba.n. illa (vbi est) proculdu-
8 bio sunt præsentis tpis, † & non possunt trahi ad futurum, l. verbum erit, & ibi Alcia. optimè exemplificat ad propositum cū dr (in campo est) uel (in comitio est). ff. de verb. sign. de quo etiam tpe præsenti, quod non trahatur ad futurū, trad. Bal. in l. fin. nu. 16. C. de Codici. & Doct. in alijs locis, & licet verbum præsentis tpis, in dispositione legis trahatur ēt ad futurum l. Arriani. C. de hęred. & l. 1. ff. de condit. ex lege. & ibi Doct. & Alcia. in l. vel bū oportebit. in prin. ff. de verb. signi. tamen qñ sumus in lege quę ius commune corrigit, ut supra ostensum fuit hanc corrigere, & quæ bona alicui aufert sine delicto, ut hoc casu, lex loquēs
9 per uerba † præsentis tpis non trahitur ad futurū, ita declarat Bar. in l. certa forma ad fi. per illū tex. cum quo sentit Bal. ibi 2. col. & firmat Ioā. de Plate. nu. 2. vers. hæc tñ translatio. C. de Iur. fisc. lib. x. sic ēt qñ lex in præteritum loquitur. (ut) etiā vr loqui hic de scientia eorum qui tpe proclamatis sciebant ubi esset. D. Galassius, tūc lex non trahitur ad futurū, ut per Saly. in d. l. Ariani per tex. in l. cū lex. ff. de legi. & q hoc casu tale proclama uoluerit tantummodo comprehendere eos, qui tēpore eius publicationis de ipso facto haberent scientiam, & non eos qui exinde illam esset habituri satis aperte comprobat secundum proclama publicatū illinc ad x. dies, quo præsupponitur scientes iam incurrisse pęnam banni, seu proclamatis, quo casu cessāt ea quę de dispositione. l. firmant Doct. quod ex quo intendit illū punire, qui in futurum delinquet cum futuris negocijs censeatur velle prouidere, ut per Alcia. in d. l. ver bum oportebit tps præsens ad futurum extenditur, quia cum ex tenore legis appareat, quod tantummodo uolebat prouidere præsenti, & punire etiam præteritā scientiam, nisi fieret statim denunciatio, cessat oīs scrupulus. Cum igitur in processu non constet tepore publicationis primi proclamatis dictum Domi. Franciscum habuisse scientiam dicti loci. in quo latebat ipse Galas-
10 sius, † quod pro parte curiæ erat probādum, iux. trad. per Bar. & alios in l. non solum. §. sed ut probari. ff. de oper. nou. nunc. & Alcia. in tract. præsumpt. regula. 3. præsumpt. 1. nu. 2. Ang. Arct. in tract. malefi. in vers. de anno præsenti 3. q. & ibi Ang. in addit. & in ver. in festo omniū sanctorum. Imò ex ipso processu magis cōstat contrariū nullo modo ipse reus pęna d. banni uenit affici ēdus.

11 Et cū de eius probitate, & bona fama † ex suis testibus fuerit probatum, debent magnifici iudices inclinare in mitiorem partē, ut etiam minoretur ordinaria poena. Crot. in repet. c. ut animarum. §. statum. col. fi. de rescrip. in 6. Gram. decis. 2. nu. 36. & 23. n. 7. Quod tanto clarius est faciendum stante longa carceratione tortura, & maximis uexationibus huius rei, quæ prębent iustam causam ad minorandum pœnam. Tiraquel. in tract. de pœn. ca. 46.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Post longam disputationem fuit denique iudicatum hūc non teneri pęna proclamatis, sed extraordinaria centum aureorum, ad rem, uide supra cons. 107. & Rim. Iun. qui in eodem casu consuluit cons. 327.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

De materia præcedentis consilij.

SVMMAE.

1 *Delinquentem occultans, & associans tenetur eadem pœna, secus si in hoc non fecit.*
2 *Muros transcendens non semper est reus crimine læsæ maiestatis.*
3 *Verba præsentis temporis non compræhendunt futurum quando pœna per illa additur facto, quod non erat delictum.*
4 *Statuta à Principe confirmata non possunt tolli ab officiali, licet habeat liberum arbitrium.*
5 *Receptans bannitum ascendentem nō punitur, & mitius affinem.*
6 *Tractatus nō sequuto effectu quando punitur.*

CONSILIVM CCCXLIIII.

In Domino confido.

DVBIA proposita aduersus D. Franciscum Puzzolum nō tollunt, uel elidunt fundamenta pro eo adducta in allegationibus nostris, quæ adhuc militant, & inconcussa manēt. Nanque quod de Iure cōi teneatur ad illammet pœnam, qua tenebatur Galassius omnino falsum est, cum l. 1. C. de his qui latro. uel alijs crimi. reos occulta. in casu
1 isto minime locum sibi uendicare possit, † quia ipse non occultauit delinquentem illum sibi sociando, ut in primo capitulo illius leg. uel latronem occultauerit, & receptauerit, illumq; iudicibus offerre supersederit, ut in primo responso, seu 2. capite illius l. quam sic declarat Igne. in l. excipiuntur. nu. 40. ff. ad senat. cons. Silla. sed verfatur

famur in casu in quo nō tenebatur de iure cōi denuntiare delinquētē fugitiuū, ut probatum est ex
* cōi * opin. Doct. in l. ciuile. C. de furt. quod & voluit Iul. Clar. qui & dicit cōem in allegata sua q. 87. ver. dictum est, nec negant Abb. uel Neuiz. in dubijs citati, nec Bal. Saly. & Io. de Ana. ac Dec. in l. culpa. caret. de reg. iur. loquuntur in his terminis. an teneatur quis delinquentem denuntiare post delictum: sed an teneatur quis cum potest, delicto occurrere, illudque prohibere in quo cōtrouertūt Doct. & videtur ē cōis opi. Quod non de iure ciuili, nisi in certis casibus, quos separant Docto. in d. l. culpa caret. & in multis locis, quos non referam cum sint extra quęstionem nostram, & referuntur à Clar. in d. uer. dictum est, & quatenus hoc fuisset delictum, pœnam non iuris communis, sed statuti lib. 5. o. ad summum esset puniēdus, ut alias fuit dictum.

Nō obstat etiā, quod ipse tractauerit de emittendo ipsum per muros illius terræ, quod videtur crimen læsæ maiestatis, l. fi. ff. de rerum diuis. tuā quia hoc non est crimen tale, maxime quan-
2 do ex alia causa quis† muros transcendit, vt è manibus curiæ aufugiat, ut per Clar. in q. 68. vers. muros. & qa alia pœna ex speciali statuto Carpi est imposita transcendenti, nec transitus hic alia pœna ueniret puniendus, quam corrumpentis officiales, & opem præstantis carcerato ad fugam, maxime cum tractatus non habuerit effectum & conatus non punitur, ut in allegationibus fuit comprobatum, uel nisi minima extraordinaria pœna, nec hoc casu sufficit, quod consenserit asserto delicto, ex quo non habuerit effectum, & ipse alia via, & sine eius scientia, & participatione aufugerit, & sicut non tenetur de tractatu, nisi ut supra tanto minus potest teneri de consilio, de quo etiam non credo fuisse inquisitum, cum ipse Galassius oīo id esset facturus, & ad hūc effectum fregerat carceres, & eis exiuerat, & secundum opin. Bal. in consi. in dubijs citato 250. nu. 2. primo uol. ex his igitur apparet falsum esse, quod de iure communi circūscripto proclamate, seu banno ipse D. Franciscus teneretur pœna qua tenebatur dictus Galassius, immo minima extraordinaria, ut supra tantummodo teneri possit.

Respectu vero Banni, illud non potest nocere ipsi inquisito per multa quæ alias adduxi in allegationibus, & eo pręsertim inconcusso fundamēto, quod cum proclama ipsum arctet eos qui non tenebantur denuntiare de iure cōi, & addat pœnam facto, quod nō erat delictum cum loquatur
3 per uerba præsentis temporis, † non extenditur ad futurum per not. limitationē. Bar. Bal. & Io. de Plate. in allegat. l. certa forma per illum tex. C. de iur. fisc. li. 10. cui fundamento non audiui adhuc bonum aliquod afferri responsum. & licet Bar. & alij in d. l. ciuile dicant, quod iudex potest cogere scientes delinquentes illos reuelare, inquirendo generaliter, & specialiter; hoc tamen non tollit difficultatem, quia aliud est examinare testes super inquisitione generali, ut per Bar. in l. 2. §. si publico nu. 4. & 5. ff. ad l. Iul. de Adult. & Aret. in tracta. malefi. in uer. hęc est quædam inquisitio. prima col. & aliud facere edictum, quod qui sciunt denuntient delinquentē occultum, ut omnibus notum est. tum quia admisso, quod iudex id facere possit, negari non potest, quin hoc sit apponere pœnam ubi non erat apposita de iure communi, & obligare ad delictum eum, qui non erat obligatus, igitur extensio ad futurum fieri non potest. & hoc fundamentum sufficit ad euitandum dictum bannum parum iustum, & æquum, tametsi etiam alia adducta cōtra ipsum adhuc militent nec tollantur per replicata in dubijs.

Namque, quod D. Gubernator habeat in suis literis patentibus liberum arbitrium, vt dicitur in dubijs, nō tollit fundamētum nostrum, quia non
4 propterea pōt tollere statuta † à principe confirmata, ut ex Par. de Put. & Gram. in alijs alleg. fuit ostensum, & per magnificum Coaduocatum appositissimè fuit allegatum consilium Mars. 49. nu. 15. & seq. nec Rolan. allegatus in dubijs in consi. 99. nu. 28. primo uol. aliter tenet, sed loquitur in potestatibus terrarū, quos certum est non posse dispositionem statutorum alterare, tum quia hic nō disputamus solum de auctoritate domini Gubernato. sed dicit etiam quod publicari fecit dictum banum de mandato serenifs. Ducis, à quo impossibile est habuisse speciale mandatum eo tempore. Vnde iustā habuerunt causam habētes scientiam dicti Galassij illum nō denuntiandi, ex quo sciebant bannū nō ualere, nec esse Principis.

Ad id autē quod in dubijs dicitur, quod statutum puniēs receptantē bānitos comprehendit ēt
5 affines, † & solū excluduntur ascendentes, Neuiz. in Sylu. nup. lib. 3. nu. 47. respondetur uerū esse, ꝙ illi non tenētur aliqua pęna, sed affines mitiori pęna ueniunt plectendi, ut est tex. in l. 2. ff. de recepta. & ita limitant oēs post Cyn. in d. l. 1. C. de his q latro. &c. & tot alij quos adduxi in allegationibus, & aliud est quod ad nihilum teneātur tantūmodo illę personę, quo casu loquitur Neuiz. & aliud quod minoretur pœna.

6 Quod modo tractatus† non sequuto effectu puniat, in materia d. l. fi. ff. de rer. diuis. nō uideo, ubi probet, nec Fely. in alleg. c. j. nu. 2. C. de psump. & Tiraq. in trac. de pę. cau. 36. in fi. hoc mihi dicunt.

Ad ultimum ꝙ bannum possit extendi ad futura supra, & in alijs allegat. fuit reprobatū, nec aliter repetam cum adhuc subsistat fundm. ex quo tollitur illud, quod dr de obedietia pstanda mandatis principū, quia hoc non pōt iure dici hoc esse principis mandatū, nec præcipere id, quod nō sonant eius verba, & durū, ac nimis iniquū esset, ut vellet cogere attinētes ad prodendū sororios, & alios cōsanguineos, & affines, quod eis magnū esset dedecus. & hæc sufficiūt vltra alias rationes ēt in alleg. adductas, qbus ī dubijs nō fuit rñsum

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Proclama pœnale loquens in tẽpore pręſenti, quando ex identitate rationis non extendatur ad futurum?

SVMMAE.

1 *Decretum pœnale ex identitate rationis regulariter non eſt oſtendendum.*

2 *Et maximè ſi ratio non eſt expreſſa in lege.*

3 *Statutum pœnale non extenditur de tempore ad tempus ex identitate rationis.*

4 *Et ſi ratio non eſt expreſſa in ſtatuto non extenditur ad alium caſum.*

5 *Extenſio non fit legis ne dum pœnalis, ſed correctoriæ ex identitate rationis, etiam in lege expreſſa.*

6 *Et quando maxima imponitur pœna attenta qualitate facti.*

7 *Idem ſi pœna imponatur pro delicto negatiuo, & in omittendo.*

8 *Vel ſi lex poteſt operari in uno caſu.*

9 *Pœnæ maioris extenſio non fit ad alium caſum etiam ex identitate rationis.*

CONSILIVM CCCXLV.

In Domino confido.

AVDIO iterum dubitari contra Do. Franciſc. quod proclama illud, licet loquatur in tpe præſenti, & non extendatur ad futurum, vt alias fuit oſtenſum, poſſit tñ extendi ex identitate rationis. quod dubium arbitror eſſe facilis ſolutionis, ex pluribus. Et primò, quia iuſtè poſſumus negare militare identitatem rõnis, cum ex verbiſmet ipſius proclamatis appareat mentem proclamantis fuiſſe ligare, tunc ſcientes, vt ſtatim incõtinenti denuntiaretur, quod ex ſecundo proclamate tanto clarius exprimitur. ideo non eſt eadem rõ in his, qui poſtea lapſis multis diebus ſciuerint, ſed demus ſine veritatis pręiudicio, quod eadem ratio militaret, adhuc non poſſet extendi hoc decretũ pœnale,
1 † ẽt ex idẽtitate rõnis ſm regulam l. factum. §. in pœnalib. ff. de reg. iur. ubi Dec. & alij in l. cũ quidam vbi Iaſ. ponit regulam. nu. 9. & nu. 23. ubi di
* cit eõem. * ff. de lib. & poſth. nec ſumus in caſu alicuius ex fallentijs traditis ad hanc regulã per
2 Doct. ideo regulæ inhærendũ. † Docto. in l. j. ff. de reg. iur. quod maximè procedit qñ ratio non eſt expreſſa in lege, vt in primo tom. crim. conſ. 63. nu. 22. & ad propoſitum quod non extendatur ſta-
2 tutum pęnale † de tpe ad tempus. trad. Mattheſ. Felicia. in 2. tom. crim. conſ. 37. nu. 13. & ſeq. & quod qñ ratio non eſt ſcripta in ſtatuto non extendat
4 † ad alium caſum, ex quo ſtatuentes potuerunt moueri pluribus rationibus. trad. For. Gaz. in vlt. tom. crim. conſi. 124. num. 3.

Secundò, qñ lex eſt ne dũ pęnalis, ſed ẽt corre-
2 ctoria, † tunc non fit extenſio. Iaſ. in d. l. cum quidam. nu. 14. vbi plures citat tenentes hoc procedere etiam ſi ratio ſu expreſſa in lege, & Rolan. à Val. conſi. 17. 3. volu.

Tertiò, qñ imponiĩ maxima pęna attẽta qualitate facti, vt in caſu iſto, & tũc nunquã fit exten-
6 ſio † etiam ex identitate rationis, ita declarat Cępol. in tracta. de interpret. extenſiua. nu. 52.

Quartò, cum pœna imponitur pro delicto negatiuo, & in omittendo pariter non fit extenſio
7 † Cæpol. loco præallegato. num. 54.
8 Quintò, & ultimo, qñ lex poteſt operari † in uno caſu, non debet trahi ad alios. Rol. d. cõſ. 74. nu. 19. & ſufficit, quod delinquẽs poſſit puniri aliqua mitiori pœna alterius ſtatuti, quia eo caſu nulla
9 debet fieri extenſio pœnæ maioris ad aliũ † caſum ẽt ex identitate rationis, ita declarat Didac. in c. 2. num. 5. col. 3. lib. 1. var. reſolut.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

ARGVMENTVM.

In materia ſuperioris conſultationis rurſus nonnullæ diluuntur emiſſæ dubitationes.

SVMMAE.

1 *Iudex quando præſumatur habere poteſtatem publicandi bona.*

2 *Iudex qui habet liberum arbitrium debet ſeruare ius cõmune, & arbitrio uti circa leuia.*

3 *Arbitrium iudicis quod poſſit extendi uſq; ad mortem, quomodo ſit intelligendum?*

4 *Publicare bona qui non poteſt, neq; etiam poteſt præcipere ſub pœna importante omnium bonorum condemnationem.*

5 *Capitaneus Iuſtitiæ Mediolani, cuius ſit authoritatis?*

6 *Principis ratificatio de banno facto ab officiali non habente poteſtatem eſt notificanda.*

7 *Verba banni præſentis tẽporis non poſſunt trahi ad futurum ſi illud quod non eſt delictum fieret delictum.*

8 *Ratio generalis ad omnes caſus non expreſſos in lege extenditur.*

9 *Lex non præſumitur unicã habere rationem.*

10 *Extenſio quando non fit, ſed comprehenſio?*

11 *Euaginatio, & delatio armorum eſt de iure prohibita.*

12 *Bannum ter non publicatum ſecundum ſtylum, an & quando non ualeat?*

CONSILIVM CCCXLVI.

In Domino confido.

DVBIIS poftremo loco excitatis per
Magnifi. Prætorem Carpi fubtiliter,
& copiosè fatisfecit excelfus. D.Ioã.
Bapti. Lifinardus coaduocatus, Quæ
etiam certè nirtualiter tolluntur ex his, quæ abun
de, per me pluries, & præfertim in pofterioribus
allegat. lato folio deducta fuere, quibus nec tan-
tillum quidem officiunt refponfiones ipfius ma-
gnifici Prætoris, tametfi fubtiles fint, & acutæ, &
licet uix credere queã ipfum magnificum Præto
rem ex animo hæc excitaffe, & in hac caufa pro-
pofitum in melius non mutaffe, (fi fortè prius ali-
ter fentiffer) veram potius ad tollẽdum ocium, &
ad oftendendum acumen ingenij fui, talia in me-
dium iterum, atq; iterum adduxiffe. nolui tamen
huic ueritati, quæ fentẽtia mea apertiffima eft, &
iuftitia huius nimis quam par erat uexati clientu-
li, & amici mei deeffe, aliqua paucula adducẽdo
pro cõfirmatione multorum adductorum per ip-
fum magnificum D.Coaduocatum.

Primò, itaque refricatur in dubium fundamen
tum pro hac parte per me conftructum, quod Ma
gnifi. Gubernator Carpi nullam de iure habebat
auctoritatem in banno per eum fub nomine Sere
nifs. D.Ducis noftri publicato, apponen. illã tam
magnam, & irrationabilẽ pœnam fcutorum triũ
millium, & ẽt triremium. quæ pęna pecuniaria ex
cedit ferè in maiori parti hominum illius terræ fa
cultates ipforum, & fic confifcationi omnium bo
norum par eft. Primò non negando ius, fed confũ
giendo ad factũ, de quo cum in proceffu non con
ftat, ex eo, fcilicet quod ex literis patentibus ipfe
D.Gubernator habet liberũ arbitrium fibi a Prin
cipe collatum (quod) cum ipfe fit ex maiorib. iu-
dicibus, & princeps ĩ hoc fuerit vfus abfoluta po
1 teftate, talem † auctoritatem etiam imponẽdi pu
blicationem bonorũ habere cenfetur. Marf. fing.
397. quæ quidem refponfio tollitur ex his, quæ
alias adducta fuere, cum fcilicet talis auctoritas
eo facultas nõ præfumatur, ideo debuit exprimi
in banno, uel faltem debuerant a principio offic.
oftendi dictę literæ patẽtes, & publicari, cũ nuno
non credatur ipfi Mag.D. id affirmanti. Præterea
cum factum fuerit nomine Principis abfentis, q
de eo non potuit hr̃e fcientiam, non voluit, & fal-
tem habuit iuftam cãm credendi illud nõ ualuif-
fe ipfe reus, vt in terminis decidit Iaf. in alleg. cõf.
46. in 3. quo fit, ut licet uerum effet de tali libero
arbitrio conceffo, id ẽt debuit cõftare alias reus
uenit excufandus. Quibus ultra alleg. per D.Co-
aduocatũ, quod Marf. in d. fing. facit pro hac nõ
ftra fnĩa, ex quo verfamur in cafu prouifo per fta-
tuta, in alio tñ maiori cafu, quæ ftatuta nõ potuit
ipfe alterare, & alia per eũ adducta. Addo quod
licet iudex habeat liberum arbitrium, a lege vel
2 Principe, debet tñ feruare ius cõe †, & tantummo
do eo uti põt, quo ad modũ procedendi, & circa
leuia, & Iul. Clar. trad. in fua praxi. crim. in §. fi. q.
31. verf. arbitrio atq; balia. & de ifto arbit. fcribit
Latius idem Clar. in q. 83. in verfi. fed qñ ante fi.
quod licet iudex habẽs arbitriũ poffit delinquen
tis irrogare pęnam mortis, hoc tñ facere nõ põt,
vbi qualitas delicti aut circunftantiarum fit talis
quòd de iure communi, uel confuetudine talis
pœna pro eo delicto non effet irroganda, & infe
rius dicit, quòd in pœnis imponendis debet fer-
uare modum confuetum, & pro paruo delicto nõ
imponere pœnam nimis exceffiuam, quia alias
poffet appellari, & fuperior rem reducet ad con-
gruum modum. His accedat quod trad. Fran. Vi-
ui. in prima par. fuarum com. opin. opinione 174.
iudicis arbitrio. vbi dicit quod id, quod dicitur
3 arbitrium iudicis poffe † extendi ufque ad mor-
tem: debet intelligi cũ grano falis, vt fcilicet non
poffit imponere pœnam fanguinis, nifi quando
concurrerent qualitates, & circunftãtiæ, quæ fua
derent talem pœnam imponi, & inquantum de-
fiderat criminis magnitudo; & propterea tene-
tur attendere facti, & perfonarum qualitatem.
Cum itaque hęc pœna fuerit comminata irratio
nabiliter compellendo omnes indiftinctè ad de
nuntiandum etiam attinentem, & affinem, certè
apud me nullum poteft fieri fundamẽtum in hoc
arbitrio, de quo nullus notitiam habuit.

Non obftant etiam aliæ fubfequentes refpon-
fiones adhoc noftrum fundamẽtum, vt quod hic
non agatur de confifcatione fuorum bonorum,
quæ poffent confifcari pœna, longe excedit con
fifcationem fuorum bonorum, & fufficit q in ca-
4 fu † de quo agitur auferat omnia bona, alias pof-
fet iudex qui bona non poffet confifcare, commi
nari pœnam. 10. millium uel 20. milliũ aureor. q
eft abfurdum, cum poffet hoc modo fieri fraus le
gi, ut in fimili quando partes in fraudem legis cõ
ueniunt de magna pœna quæ excedat quadru-
plum. Alcia. in l. unic. ante fi. nu. 96. C. de fenten.
quæ pro eo quod inter. profer. & lex effet impofi-
fita uerbis, ut Rebuff. illic trad. in glof. proferun-
tur. nu. 13.

Sicut etiam refponfio alia, quod edictum feu
bannum factum per, Capit. Iuftitię Mediolani in
cafu dicti confi. Iaf. fuerit factum per magiftratũ
minorem, ut eft in patria noftra iudex maleficio-
rum, non eft uera ex quo ille Capitaneus habet
5 fupremam poteftatem in illa ciuitate † in crimi-
nalibus, vt de eo fcribit Bof. in ti. de inquifitione
nu. 10. Vbi dicit, quod eft maioris auctoritatis
prætor. & habet arbitrium procedendi, etiam
non feruata difpofitione ftatuti, & in tit. de pœn.
nu. x. dicit ipfum habere amplam auctoritatem,
& quod eft maior iudex.

Quæ autem dicuntur de ratificatione Princi-
pis fubfequuta, tolluntur ex multis rñfionibus al-
legatis per D.Coaduocatũ, & ex plurib. limitat.
pofitis per Dec. & alios, in l. femper qui nõ prohi
bet. de reg. iur. fed quicquid fit, negari non poteft
6 quin debuiffet intimari huiufmodi † ratificatio

cum alias posset hic reus illam ignorare, & mere
tur excusationem, vt Ias. ad propositum tradit d.
consi.nu.3.in fi.vers.4.D.Io.Maria.& sexto ver.si-
cut non ligat reuocatio mandati, nisi sit publicè
intimata, vt latè per Feli.in c.ex parte decani.nu.
7.uers.reuocatio cum pluribus seq.

Quò ad secundum fundamentum, quod cum
illud edictum loquatur per uerba præsentis tem
poris nō possit trahi ad futurum, ex quo facit de-
lictum id quod non erat de iure communi, nulla
profecto adfertur in dubijs sufficiens responsio,
vt rectè docuit D.Coaduocatus, cum illa limita-
7 tio † sit verissima, & ī ratione fundata, nec potest
restringi ad casum illius l.certa forma. C. de iure
fisc. lib. 10. quia ratio generalis ad omnes casus
8 † non expressos in lege extenditur. l.regula.§. fin.
ff. de iur.& fact.ignor. cum alijs trad. per Euerar.
in sua topic. legali, loco 35. a ratione legis larga
in princip.

Sicut etiam non tollitur ex alia responsione,
quod ex quo unica ratio est expressa in eo ban-
no, etiam in pœnalibus, & odiosis debet fieri ex-
tensio, cum hæc responsio fuerit alias ex plurib.
in alijs scriptis, & præsertim posterioribus subla
9 ta. In quibus ostendi non præsumi † legem unicā
rationem habere, quod etiam uoluit Euerard.in
d.c.35.11. pag. vers. sed hic cadit pulchra. quia
ostendi imò præsumi alia ratione fuisse motum
Magnificum Gubernatorem, & allegare volun-
tatem facientis legem pro ratione ipsius legis,
ne scio an probetur ratione vel auctoritate. sed
& Euerar. loco præallegato, voluit non sat esse
rationem in lege esse expressam, quando uersa-
mur in pœnalibus & odiosis simul, ut per eum il
lic. versiculo. item suas. & in quarta fallen. & i-
dem erit quando alia ratio est in contrarium,
prout extare in alijs allegationibus doctum
fuit.

10 Quòd aūt versemur in comprehensione † non
in extensione, vt probatur ex pulcherrimo text.
in l.libertum.§.senatusconsulti.ff.de rit.nupt.fal-
sum est, cum ultra responsiones Magnifici Coad
uocati, ille text. loquatur in extensione facienda
de una persona ad aliam, quę secundum iuris in-
terpretationem reputatur eadem cum expressa,
quo casu in utraque debet esse eadem ratio, ita
declarat Euerard.in d.c.pag.23. versicu. primo,
quando agitur per tot, maxime ad fi. & pag. seq.
ubi etiam limitat quando dispositio est valde o-
diosa, prout in casu isto est odiosissima.

Illud etiam non omitto, quod exemplum ad-
ductum in dubijs de edicto puniente euaginan-
tem ensem loquente per uerba pręsentis tempo-
11 ris nō facit ad propositum, cum euaginatio, † &
delatio armorum sit de iure prohibita, & decisi.
Bar. & aliorum in d.l.certa forma loquitur quan-
do fit delictum id quod de iure cōmuni non erat
delictum, & cum habeamus decisionem specifi-
cam frustra disputandum est futilibus & leuissi-
mis argumentis, ut alias etiam diximus.

Postremo loco non tollitur etiam fundamen-
tum factum in eo, quod dictum bannum non fue
12 rit † ter secūdum stylum solitum publicatum, ex
trad.in terminis per Rim. in consi. 60. per totum.
propter quod obijcitur illud non ualere, uel non
extendi ad futurum tempus ponderando, & con
siderando causam finalem, vt in dubijs, vt ad om
nium transeat notitiam, quia cum ex tali non pu
blicatione oriatur non parenti iusta causa nō pa
rendi excusat. potuit enim credere illud nō fuis-
se ualidum, vel non extendi ad tempus futurum,
ut ostendit illic Rim.in d. consi.

Ex quibus sublatę sunt etiam hæc nouæ, vel
potius renouatæ difficultates, & liquido constat
ipsum D.Franciscum ob non denunciationē mi-
nimè incurrisse pœnam dicti bāni. Quod autem
alia fecerit de quibus in dubijs, vel non fecerit,
ex proces. ipso constat, & ex responsionibus, seu
replicationibus Magnifici Do. Coaduocati, ad
quem in cæteris me remitto.

Laus Deo Opt.Max.

Bartho.Bertaz.

ARGVMENTVM.

In eadem causa rursus disputantur diligentius ar
ticuli illi de quibus superius.

SVMMAE.

1 *Bannum latum sub nomine Principis absentis est nullum, & inualidum.*

2 *Iudex debet temperare à pœna triremium.*

3 *Confiscationis pœna in quibus casibus non possit imponi, & sit nulla?*

4 *Bannum latum sub pœna confiscationis, quod omnes teneantur reuelare tormenta bellica non ualet.*

5 *Iudices etiam summi non possunt multare ultra sex uncias auri.*

6 *Et præses tantum potest multare ultra duas uncias.*

7 *Principis de commissione non creditur iudici, nisi ostendat literas illius.*

8 *Cardinali, nec etiā creditur de litteris Principis, nisi ostendat illas ubi agitur de tertij præiudicio.*

9 *Proclamati quis potest non parere sciens proclamantem excedere suam authoritatem.*

10 *Precepto facto sub graui pœna ab eo, qui ita nō poterat præcipere impune quis potest non obedire.*

11 *Contumax non est qui non paret præcepto illius*

lius, qui non poterat praecipere.

12 *Proclama auferens bona alicui, & faciens delictum quod non est delictum, non extenditur ad futura.*

13 *Qualitas, quae tempore proclamatis exigebatur ad incurrendum poenam, est probanda.*

14 *Extensio non fit proclamatis quando sumus in poenalibus, & correctorijs simul.*

15 *Dispositio poenalis non extenditur ubi irrogatur grauissima poena.*

16 *Idem in statuto etiam ex identitate rationis.*

17 *Vel quando sumus in delicto negatiuo, quod consistit in omittendo.*

18 *Delictum est minus quod quis incurrit omittenda quam committendo.*

19 *Causa qualibet iniusta excusat a dolo.*

20 *Bannum de reuelando delinquentem non comprehendit illum, qui tempore publicationis non habebat scientiam de illo.*

21 *Proclama emittens poenale debet inserere proclamati mandatum Principis, ita proclamandi.*

22 *Bannum ter non publicatum non ualet, nec extenditur in futurum.*

23 *Rationis identitas, an faciat quod dispositio poenalis sit extendenda?*

24 *Ratio dispositionis in dubio multiplex praesumitur.*

25 *Extrahere prohibitus super iumento punitur, licet extrahat super humeris.*

26 *Statutum prohibitiuum potest extendi ne sequatur absurdum.*

27 *Poena statuti non habet locum in casu non expresso, nec proceditur de similibus ad similia.*

28 *Poenalis dispositio est strictè interpretanda, & sufficit, quod possit aliquid operari.*

CONSILIVM CCCXLVII.

In Domino confido.

DVTABAM magnificum Praetorem debere acquiescere veris rationibus, & auctoritatibus in alijs allegationibus adductis ad ostendendum Puzzolum nullo modo posse teneri poena proclamatis, pro qua fuit inquisitus, sed quia video animum eius ne dum non acquieuisse, sed adhuc urgentius dubitare opere precium esse duxi pro ueritate discutienda, quae quanto magis agitatur tanto clarius splendescit in lucem ca. graue. 35. q. 9. altius rem hanc exordiri, & ea quae alias leuius tetigi, nunc grauius, & maturius comprobare, ne ueritas haec opprimatur. quae nisi defendatur, saepe opprimitur, c. error. 83. distinct. dico igitur, & iterum repeto ipsum D. Franciscũ non posse teneri poena banni praed. ex quo primo illud non ualuit respectu potestatis magnifici Domini Gubernatoris illud facientis, quia cum fuerit publicatum per ipsum sub nomine Principis nostri ab sentis, & qui de dicta publicatione nullam potue
1 rat habere scientiam, fuit nullum † & inualidum, Ita in terminis trad. Iaf. in cons. 46. nu. 1. 3. uol. qui loquitur in Capitaneo iustitiae Mediolani, qui ab sente Rege bannum emiserat sub poena confiscationis bonorum. & quia non docebat de commissione expressa a Rege, quam tenebatur ostendere, nec illi erat credendum tam & si esset magnus officialis, respondit bannum ipsum non valere, nec subditos ligare. Quod tanto clarius procedit ex quo in ipso banno contrafacientibus, poenam ne dum confiscationis omnium bonorum ferè omnibus imposuit (cum poena trium milliũ aureorũ sit tam maxima, ut maiori parti hominũ illius terrae posset omnia eorum bona auferre) sed & poenam triremium addidit, a qua tamen iu
2 dicem temperate debere † docet Craue. consil. 18. nu. 18. & vlterius etiam sub quacunque alia suae celsitudini arbitraria, uoluit contrafacientes teneri, ut in proclamate: quo fit, vt cum iudex uel officialis etiam si sit magnus, & magnae auctoritatis, ut praeses prouinciae non possit sine expressa licentia, & mandato Principis poenam confiscationis imponere in casibus, in quibus de iure, nec tacitè, nec expressè debebat imponi, talis irroga
3 tio † est nulla, tex. est in leg. unica, & ibi declarat Cyn. Alber. Sal. Ang. & Fulg. C. ne sine iussu princip. certis. Iud. sic confisc. vbi expresse loquuntur de preside qui prouinciam regit, secus tamen dicunt in proconsule qui legem condere potest & ad propositum in dicto Capitaneo Iustitiae Mediolani faciente bannum, quod quilibet teneretur denuntiare tormenta bellica, seu artellarias, quas habebat in domo, sub poena confiscationis bo
4 norum, quod bannum non ualuerit, † respondit Iaf. d. consil. 46. nu. 1. quam opinionem etiam tenet Io. de Ana. in c. uergentis in fin. de haere. quem sequitur Iul. Clar. in sua practica criminali in §. fi. q. 78. uersiculo quarto nunquid. & idem etiam firmauit Corse. in sing. suis. in uerb. poena 18. incip. Iudex potest in fi.

His accedat quod summi etiam Iudices, & maxi-
5 me auctoritatis non possunt aliquem † multare ultra sex uncias auri, l. eos quae est l. fin. C. de mod. mult. trad. Doct. in l. prima. in prin. ff. si quis iurisd. non obtemp. ubi Cagnol. nu. 14. & seq. Alcia. in l. fraus. §. inter multas. uersiculo ex arbitrio. ff. de
6 uerb. signi. vbi dicit praesidem tantummodo † usque ad duas vncias tantum auri multare posse, & licet

licet Spe. & nonnulli alij autumauerint de cōsue tudine esse derogatū dispositioni illius l. alij, tñ contrarium, & melius tenent, exigentes constare debere de obseruantia talis consuetudinis eo in loco ubi agitur de multa ipsa, vt per Cagno. in d. l. prima nu. 19.

Nec huic fundamēto obstat qđ, ut dicitur ī du bijs, prędictus Magnificus D. Gubernator habet hanc facultatem a serenissimo Duce nostro talia proclamata publicari faciendi sub nomine Altitudinis suæ. & tales etiam grauissimas pœnas cō minandi, & imponendi; quia hoc debebat constare à principio, nec creditur ipsi Magnifico Gu-
7 bernatori id attestanti nisi ostendat litteras † principis id mandantes. ita trad. Bart. Io. de Plate. & alij, in l. prohibitum. C. de Iur. fiscl. 10. & in l. unica nu. 1. C. de superindict. eo. lib. & in l. prima ubi Dec. nu. 16. C. de manda. princ. Abb. in consi. 94. in quęst. hęredum. nu. 3. 2. vol. Corn. in cons. 155. in fi. primo vol. Roma. consil. 336. circa propositū nu. 4. & in his terminis Ias. d. consi. 46. nu. 1. quam sententiam tenet etiam Antonius Gabr. libr. primo suarum cōclusionum, ti. de probat. conclusione 3. nu. 10.

Et licet nonnulli uelint id non procedere in Cardinali legato propter eius Altitudinē, in alio
* inferiori communiter * concludunt non esse illi credendum nisi ostendatur literæ Principis, quia
** immo & in Cardin. magis communiter ** concludunt Doct. illi quidquam attestantis non esse
8 credendum † sine literis, si agitur de 3. preiudicio ita declarat Angelus in consil. 182. mandatum principis Dec. in l. prima numer. 20. dec. Tholos. 463. & ibi in addit. Ias. qui Rom. tenentem contra rium in officiali reprobat in l. admonendi. n. 189. ff. de Iur. Iur. & in cōs. 104. primo dub. primo vol. Gabr. d. conclusione 3. n. 9. & 16. & sequitur Octa uia. Cachera. ad propositum nostrum decis. 21. & nu. 12. & seq. & Vant. in tract. de nullita. ex defec. Iurisd. & uide nu. 16. Vbi dicit, ꝙ excepto Papa nemini creditur in præiudicium 3.

Præsupposita igitur inualiditate dicti proclamatis consequentia plana est, quod licet dominus Franciscus illi non paruerit, non propterea potest teneri ea pœna uel pœnis in eo commina tis, quia non tenebatur illi credere, ex quo scie-
9 bat † proclamantem suam potestatem, & auctoritatem excedere, vt probatur in l. fi. & ibi Barto. & Ang. C. de cano. largi. tit. lib. 8. & quod excusetur
10 is qui conuenitur uigore † præcepti facti sub pœ na graui confiscationis bonorum, vel alia insolita excedente metas suę auctoritatis, trad. Ias. nume. 3. & Claud. de Scise. nu. 4. in d. l. prima. §. primo. ff. si quis Iurisd. non obtempe. vbi hoc ca-
11 su illum non esse † contumacem affirmant. quod uoluit etiam Brun. in consi. 87. nu. 41. & ad propositum Ias. in d. consi. nu. 4.

Secundò, sicut inspecta potestate d. Magnifi. Gubernatoris ipse D. Franciscus non potest teneri pęna d. banniti, nec considerata eius uoluntate, quæ ex illius uerbis apparet, cum enim ex eo proclamate tantummodo ij, qui tunc temporis habebant in domo ipsorum Galassium, uel de eo scientiam, uel aliquam notitiam habebant, ligabantur, & cogebantur illum statim denuntiare dispositio, & pœna illius non extenditur ad eos, qui ex post longo interuallo de eo scientiam habuerunt. quia licet mens legis sit dare formam futuris negotijs, tam cum venit ad correctionem Iuris communis, & facit delictum id quod nō erat
12 delictum auferens bona alicui, tunc non † extenditur ad futura, vt alias fuit demonstratum ex do ctr. Bar. Bal. & Io. de Plate. in l. certa forma per illum tex. C. de Iur. fisc. lib. 10. & adduco dictā decisionem Pedemont. 71. nu. 13. & seq. vbi fuerat factum proclama, ꝙ qui habebant blada in eorum domibus deberent ea denuntiare, & cū quis non haberet in eius domo, sed in aliena, fuit absolutus, ex quo vt illic dicitur debuit probari illa qualitas banni, quod ea habuisset in eius domo, licet non inficiar, quòd illic non sit hoc fundamētum in tēpore præsenti, sed tantummodo quia quali-
13 tas, quæ tempore proclamatis † exigebatur non probabatur, ut ibi nu. 14. & in terminis proprijs Bero. consi. 163. nu. 9. 3. uol.

Non obstat ꝙ ex identitate rōnis proclamatis dispositio sit extendenda per aliqua, quæ in posterioribus dubijs adducuntur, quia iudicio meo non est in casu isto intrandum hoc dubium quodammodo brocardicum, ex quo habemus decisiones specificas, & nihil allegatur nisi generalia quædam, quæ non tangunt hanc decisionē in indiuiduo. & tamē quādo habemus decisiones in terminis nō debet attendi etiam communis opinio, quæ esset à remotis. in contrarium Neuiza. in sylua Nupt. li. 2. nu. 72. & sistandum esser regulę generali in edicto pęnali, ꝙ vbi est eadem ratio lex pœnalis sit extendenda, & ratio ea sit, uel uoluntas puniendi delinquentem, vt tangitur in du bijs, vel vt maleficia puniantur, certe semper edictum vel statutum pœnale ad omnes casus in eo non comprehensos traheretur, quòd omni absurdo absurdius est. & nunquā locum sibi vendicarẹt dicta decisio Bar. & aliorum, & plures aliæ decisiones doctorum tenentium, immo non extendi, & in proposito nostro ligaret etiam eos qui post exitum Galassij e terra Carpi de illo notitiam habuissent, sed quatenus hęc quæstio hic ueniret tractanda ex pluribus essemus etiam in
14 tuto, & in casu clarissimo ex quo sumus † in pęnalibus, & correctorijs simul, quo casu propriè loquitur dicta dec. Bar. & aliorum in d. l. certa forma, & adhoc plures citat Ias. in allegata l. cum quidam nu. 14. de lib. & posth. & Rolan. à Val. in consi. 74. nu. 17. & seq. in 3. quos citaui in posterioribus resolutionibus quibus adduntur etiam plures alij, quos allegat Craue. in tracta. de antiquī temp. 4. par. nu. 85. ubi uoluit legis dispositionem non extendi etiam ad casum qui de larga significatione uocabuli comprehendi posset, sub casu

expresso,

expreſſo,ne dum ex identitate, ſed etiã ex maio-
ritate rationis, quod ultimum uolucre alij relati
per Iaſ.in d.nu. 14. His additę fuere duę alię limi-
tationes, & declarationes ad dictã regulam ad
contrarium adductam, quæ (ni fallor) effugiunt
omnem controuerſiam. Altera, eſt quod regula
illa non procedit quoties ſtatutum, uel lex maxi-
mã irrogat pœnam attenta qualitate facti, ut in
caſu iſto irrogantur grauiſſimę. hoc enim caſu di-
15 ſpoſitionem pœnalem non extendi † in indiui-
duo firmauit Cępol. in allegato tracta. de inter-
preta.extẽſiua.nu. 52. Cui adſtipulatur alia ſimi-
lis dec. not. trad. ad limitationem. d. regulæ per
Seuer.in repet. l.omnes populi.nu.255.ff. de iuſt.
& iur. ubi uoluit ſtatutum non extendi etiam ex
16 idẽtitate rationis, quando eſt contra † regulam
iuris, uel contra iuris rationem, & ſine ratione
in ſolo motu ſtatuentium fundatum. Vnde cum
iſtud proclama compellat etiã affines, & attinen-
tes denuntiare fugitiuum, & ſub tam grauiſſimis
pœnis, non uideo, quomodo non ſit irrationa-
bile, & contra omnes rationes iuris. Altera eſt, ꝙ
quando ſumus in delicto negatiuo, quod in omit
tendo conſiſtit, & tunc non fit extenſio in pœna-
17 libus, etiã ex identitate † rationis, ut per Cępol.lo
co præcitato nu. 54. quæ dec. etiam ratione com-
18 probatur, quia longe minus eſt delictum † quod
quis incurrit omittendo quã cõmittendo, ut op-
timè comprobatur ex trad. per Caſtr. in l. 1. nu. 9.
ff. de legi. & ex alijs trad. ad propoſitum in d. de-
ciſione Pedemont. 71. nu. 37. & ſeq.

Tertiò negari non poteſt, quin ipſe D. Franciſ.
habuerit iuſtam cauſam non obediendi, & excu-
ſetur à pęna cum non poſſit dici illum fuiſſe in do
lo non denũtiando à quo, quęlibet etiam iniuſta
19 cauſa † excuſat l. igitur. ff. de libe. cauſ. & late Tira
quel.in tract. de pęn. cauſa. 48. cum enim ex ratio
nibus prędictis potuerit facile credere bannum
non ualere, nec emanaſſe de conſcientia Princi-
pis, ſed pro uoluptate Domini Gubernatoris, q
ut occurreret imputationi, quæ ob eius, uel ſuo-
rum officialium negligentiam illi attribui poſſet,
tale bannum publicari fecerit, nec ex eo ligari,
ex quo tempore eius publicationis nullam de di-
cto Galaſſio notitiam habuerat, certe à dicta pœ
20 na † uenit excuſandus, ut ad propoſitum, & in ter
minis trad. Iaſ. in d. conſi. 46. nu. 4. ubi quando cre
didit proclama iniuſtum, uel nullum, & col. 4. &
idem trad. Octau. in dicta deciſione Pedemont.
nu. 16. ſi enim uolebat D. Gubernator bannum
ſuum eſſe ualidum, ut quia tale mandatum, ut di
citur in dubijs, habebat à principe. debuerat inſe
rere tenorẽ illius in proclamate, aut ſaltem à prin
cipio talẽ facultatẽ oſtendere officialibus cõmu-
21 nitatis ipſius terrę, ut exigunt quam plures † ex ſu
pracitatis Doctor. in primo fundamento, & prę-
ſeritm lo. de plate. in l. unica. nu. primo. ꝙ etiam
trad. Vant. in tracta. de nullita. in titulo de nullita.
ex defect. citationis. nu. 47. Vbi loquens in Iudice
delegato qui non inſeruit in citatione tenorem
literarum ſuę poteſtatis, dicit citatum non poſſe
dici contumacem ſi non comparuerit, ex quo iu-
ſtè ignorauit poteſtatem ſuam, quòd tanto cla-
rius etiam procedit ex quo bãnum illud non fuit
publicatum ſecũdum ſolitum ſtylum ter, ut alias
dictum fuit. quòd præſtat iuſtam cauſam non pa-
22 rendi. & quod bannum † non publicatum ter, uel
non ualeat, uel non extendatur in futurum. trad.
Rim. in conſi. 60. per totum.

His ſtantibus urgentiſſimis & ualidiſſimis fun-
damentis, & rõnibus corruunt omnia adducta in
dubijs poſtremo loco excitatis per magnific. D.
Poteſtatem. Nam primò, quod Dominus Guber
nator potuerit facere tale edictum comminando
tales grauiſſimas pęnas excedentes etiam confi-
ſcationem bonorum falſum eſt, ut ſupra abundè
comprobatum extitit, nec ei uedendum eſt de
commiſſione & mãdato Principis, ut ſupra, nec
propterea opus eſt adire Principem, quia habe-
mus intentionem fundatam, & tot legibus, & au-
ctoritatibus Doct. Vnde nõ remanet ſola difficul
tas (ut dicitur in dubijs) ſuper eo, quod proclama
loquitur in tempore pręſenti, ſed etiam in alijs
rationibus ſuperius adductis.

Sicut etiam & ſecũdum tollitur, quòd cum ſit
23 identitas rationis † diſpoſitio proclamatis ſit ex-
tendẽda, quia cõtrarium ſupra ex pluribus com
probatum extitit, nec uideo aliquem ex Doctori
bus in d. l. omnes populi. uel Dec. in conſi. citato
617. dicere aliquid cõtra deciſionem Bar. & alio
rum in d. l. certa forma. ſicut nihil facit, & uolun-
tas fuerit Dom. Gubernatoris inuenire fugitiuũ
latitantem, quia talis uoluntas non inducit ratio-
nem legis ut extendatur, quiuimo illa irregulata,
& nimia uoluntas illum inueniendi, & capiendi
antequam poſſet de negligentia imputãri apud
Principem, illum mouit ad cogendum illos, qui
de præſenti, & tunc temporis de eo habebant no
titiam, & ut etiam portę illius terrę, quę tũc tene-
bantur clauſæ eo reperto poſſent aperiri, & exi-
re, ac ingredi omnes perſonas. Nec etiam uideo
quid faciat ad hunc caſum conſi. Alex. 54. in 4. &
Paris. 83. nu. 15. in 3. uel dec. pedem. 59. nu. 5. hęc
enim non percutiunt ſcopum, ſed remotiſſima
ſunt, ſicut etiam nihil facit illud quod unica ra-
tio poſſit reddi, quia hoc negatur, & contrarium
24 quod immo plures præſumantur † tenet fortu.
Gar. in poſterioribus allega. citatus in ult. tom.
criminali. conſi. 124. nu. 3. Vbi alios citat, & loqui
tur in ſtat. pœnali, quo caſu non loquuntur, nec
Oldr. in alleg. in dubijs conſi. 181. nec alij in du-
bijs citati, ſicut nec illa opin. eſt vera, nec commu
nis in his terminis, ut pluſquã clariſſimè ſupra o-
ſtẽſum eſt, & licet quandoque Doct. in aliquibus
caſibus uoluerint extendi ſtatutum etiam pœna-
le ad alios caſus ex identitate rationis, tamen in
illis caſibus concurrebat aliqua ratio ſpecialis,
quæ non concurrit in caſu iſto, & alia quidem
diuerſa ab ea, quòd ſic uoluit legiſlator punire
delinquentes, uel inobedientes. pro ſua uolupta-
te,

te, non rationabili uoluntate, ut hoc casu, prout cōtingit in q. relata in dubijs de edicto puniente extrahentem frumentum, uel portantē super eur
25 ru, equo, uel asino, † ut teneatur etiam ad pœnam qui super humeris propositis exportauerit, ut per Saly. in l. serui nostri. nu. 25. C. de noxa. & seuer. in l. omnes populi. nu. 263. nam hoc ideo procedit ex eo, quod statutum considerauit exportationē non modum exportandi, ut ipsi dicunt, & alia ēt est ratio in hac q. quam ponit Iul. Ferret. in tracta. suo de Gabel. & publica. nu. 58. quia in statuto prohibitiuo admittiē extensio ex identitate ratio
26 nis † rationem absurditatis uitandę, ne fraus fieret legi & eius menti, quæ rationes in casu isto non militant, et qđ pœna statuti non habet lo-
27 cum in casu non expresso, nec † procedant de similibus ad similia, uideaē Gandi. in titulo de reb. nō portan. extra deuentū secūda col. in uers. item pone. in fi. cum vers. sequ. & quod etiam dispositio huius proclamatis sit strictè interpretanda, &
27 non possit extendi † extra proprietatem uerborum, & sufficiat quòd possit aliquid operari. & afficiat alios. trad. ad propositum Octau. dicta decisione. 21. nu. 51. Vltra ea quæ in hac q. trad. etiam in decisione. 67. n. 11. quod sat est posse statutum in aliquo casu operari, de quo etiam per Rolā. d. consi. 34. nu. 19. in 3.

Postremò non obstat, quod possit puniri de attentato ex quo consenserit per modum auctoritatis, quia cū ex processu appareat qūo consenserit, & ex alijs solutionibus fuerit satisfactum motiuo fundato in dicto Clar. in pract. q. 87. & Menoch. in casu 460. lib. 2. in tract. de arbitr. iudi. nō repetam alias dicta, sed ea me remittam. & ex his arbitror satis & super omnibus esse satisfactum.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Damnum eueniens ex tempestate maris, an magister nauis emendare teneatur, quando scilicet diligens fuit, ut tenebatur.

SVMMAE.

1 *Identitas rerum non præsumitur.*
2 *Testes de iudicio non probant.*
3 *Testibus affirmantibus magis standum, quam negantibus.*
4 *Etiam si negantes essent plures.*
5 *Testibus melius informatis creditur.*
6 *Testes parte nō citata possunt examinari, quando agitur de probando casum, ne quis indebitè damnum patiatur.*
7 *Longe est, qui est extra prouinciam.*
8 *Testes ut examinentur ad perpetuam rei memoriam multa requiruntur.*
9 *Testibus deponentibus de ijs quæ pertinent ad illorum artem, statur.*
10 *Nautæ possunt testificari de ijs quæ gesta sunt in naui.*

CONSILIVM CCCCXLVIII.

In Domino confido.

NVLLA proculdubio potest etiā probabilis difficultas, qn ipse Mattheus Fabrinus magister nauis, & D. Io. Andreas Chioeanus eius fideiussor ueniant absoluendi à petitorio istius mercatoris de Terzanis, cū plene, & concludenter fuerit probatum damnum amissionis olei euenisse propter casum tempestatis maris, & naufragij, per tres testes examinatos in terra Codegorij, quibus omnino standum est, ut in primis allegationibus satis, & super deductum fuit, constito enim de casu, culpa non præsumiē, nisi probetur, ut præter alias adducta in terminis. trad. Strach. alias etiam citatus in tract. de Naut. nauib. & nauicul. 2. par. nu. 6. quod tanto magis procedit cum tres testes ipsi deponant de diligentia ipsius magistri nauis, quod dolia, seu buttas, olei bene aptauerit, & stiuauerit (quod aiunt) in naui, & in nulla culpa fuit. quę conclusio tāto clarior apparebit, si ostendero quod adducta, licet subtiliter in dubijs per magnificum. D. Iudicem, nullo modo hāc ueritatem offendere possunt.

Primò igitur non obstat, quod per quatuor testes mercatores actor probauerit culpam, & negligentiam ipsius Fabrini, magistri nauis, quod non bene stiuauerit dictam butiam olei, quam si bene stiuasset, impossibile est quod fracta fuisset, & fundus ex ea exiuisset, ac oleum fuisset ammissum, quibus cum sint plures numero ditiores, & digniores, potius uidetur credendū, quam dictis nautis deponentibus contrarium. Namque primo ego respondeo, vt dixi in allegationib. quod dicti testes nihil probant contra hunc reum, ex quo omnes suum dictum fundant in uisione cuiusdam dolij, seu buttæ sibi ostēsi, seu ostensæ, in quo pars aduersa prætendit fuisse oleum ammissum, quod tamē non cōstat. Vnde oportebat probare, vt dixi, identitatem huius dolij, vt concludenter cēseretur probata negligentia, uel culpa huius magistri Nauis, quia idētitas reorū nō præsumitur, sed potius pluralitas c. in præsentia de probat. trad. Alex. consi. 119. Viso processu, col. pen. primo uol. cum alijs trad. per Paris. in c. Auditis. nu. 24. & seq. de præscrip. de quo etiam per Ruin. in consi. 141. nu. 4. & quod admittit in consil. 65. nu. 3. 5. uol. si enim dolium ostensum non fuisset illud met in quo fuerat positum dictum oleum,

leum, de quo controuertitur certè cessaret omne dubium, & testes non essent inuicem contrarij, ideo hoc specificè, & concludenter erat probandum. & huic fundamēto irrefragabili, quod tollit omnem difficultatem nihil fuit obiectum, uel responsum in dubijs.

Secundò, cum testes rei deponant de veritate facti, cui ipsi interuenerunt, & oculis proprijs viderunt, nescio quomodo velimus magis esse credēdum testibus, qui nihil horum viderūt, vel sciuerunt, sed tantummodo ostensō sibi quodā dolio, quod etiam potuit post factum mutari, & aptari, pro arbitrio actoris. deponunt de iudi-
2 cio suo, & tamen testes † iudicantes non probāt, quia debent testificari per actus exteriores, non interiores. Campe. post Bar. in tract. de testi. reg. 214. & qđ testes deponētes, (iudicio meo) non probent. trad. Ang. in l. sciendū. nu. 6. de ver. obl. Alex. in consi. 74. Viso testamento col. 3. uersi. tenet iste testis. primo vol. & Crot. in tract. de testi. nu. 122. Vltra qđ possunt adduci multæ decisio. ad probandum, qđ magis sit credendum his testibus, q̄ alijs actoris, quas adducit. Anto. Gabr. lib. primo suarum concl. ti. de test. concl. 3. & ma-
3 xime quia nostri deponunt affirmatiuam, † quòd magister nauis bene stiuauerit doliū hoc, quod in effectu negant testes aduersarij, vt per eum, ibi nume. 1. & deponunt uerisimilia, & iuri consona vt illic. nu. 23. & 28. & hoc casu præsumitur magistrum nauis fecisse id quod officio suo incūbebat, nec fuisse in aliqua culpa, ut ex Benuenu. supra deductū fuit: nec est verisimile, q̄ male astiauerit, uel stiuauerit huiusmodi dolia, deponūnt pro reo, quo casu præferūtur etiam dignic. rib. Gabr. ibi nu. 41. & 44. & seq. & nu. 47. ampliat
4 etiam † si aduersarij essent plures num. deponunt etiam cum causa redditionum, quia interfuerūt facto, cum alij tantummodo de iudicio suo deponunt, vt illic. nu. 59. de quo etiam supradictū
5 fuit, & nu. 64. ubi quod credere melius † informatis. & deponunt etiam in pluribus de facto proprio ipsorum quibus magis est credendum. ut ibi. n. 71. de quo etiam late Menoch. de arbit. iud. libr. 2. Centu. prim. casu. 99. sed & deponunt pro parte quæ habet iuris præsumptionem pro se, ut per Gabr. nu. 89. Cum igitur tot concurrant pro testimonio istorum testium non uideo quomodo possit dubitari, quòd magis probent testes actoris, qui deponunt id quod eis penitus est incognitum, quàm ij qui oculis proprijs omnia viderunt: & tanto magis, cum omnibus notum sit quę sit uis tempestatis maris, quę non tātum fundum unius dolij frangit, sed & quandoque naues, & omnia quæ in naui sunt, adeo vt nimis fuerint audaces testes aduersarij in deponendo, q̄ fuerit impossibile frangi fundum illius dolij, si fuisset bene stiuatum.

Secundò principaliter non ob. quòd testes ipsius rei non probent, ex quo recepti fuerint parte non citata, ex quo potuerit citari, cum fuerint examinati in loco Codegorij, quo potuisset citari pars ipsa, & casus non euenit in loco multum remoto, uel longinquo: quiā dico depositiones
6 testium † ipsorum ualere, & si parte absente re-
a cepti fuerint, a per tex. & ibi Bar. & alii l. 2. C. de Naufrag. lib. 9. Io. de Ana. in c. excommunicationi. 2. col. de rapto. & Strach. in d. 2. par. ad fi. nu. 7. nec tex. in d. l. fi. exigit casum euenire in longinquis partibus, & quod pars non possit citari, ut dicitur in dubijs, sed duo copulatiuè exigunt, ut dicit Dec. in d. c. de testi. nu. 266. limit. q̄ infra an-
b num b producant testes coram iudice ordinario, & quòd agatur de probādo casum ad effectum, ne quis sine eius culpa damnum patiatur. Et qui non exigatur casum euenire in tam longinquo loco, & partem esse tam procul à loco ubi recipiuntur testes, apparet ex dicto Bartol. & Bald. illic. in d. l. 2. Io. de Ana. & Strach. in locis praecitatis, qui loquuntur per verba dubitatiua, non affirmatiua, quia forte pars est in loco multum longinquo, quasi innuit idem etiam esse si degeret in non tam longinquo loco, licet omnia cessent, cum casus hic in mari, & procul ab hac ciuitate accidit, & testes fuerint recepti statim qđ ad locum ubi potuerint examinari nauis cum nautis peruenit. Vbi cum testes non essent illic permansuri, sed recessuri fuerūt examinati, quod licite
c fieri potuit, ut etiam ex hac causa firmat Alex. in addi. ad Bar. in d. l. 2. nu. 2. nec etiam prius in alio loco donec fuisset per factu iter nauis potuissent recipi, ut parti obessent, ut disponitur in l. maris. in c. 220. de Testimoni de marinari. &c. Et cùm terra Codegorij distet ab hac ciuitate ultra 30. millia passuum, nō uideo quare pars nō dicatur fuisse in loco longinquo, & hic non deberet cita
7 ri per prædicta, cum longè, uel longius † q̄ tis dicatur esse, quādo est extra prouinciam, uel iurisditionem illius iudicis, qui testes recipit, & corā quo pars uenire citanda, ut probatur ex tex. iun cta gl. & ibi Bar. in l. nemo. C. de Anno. & tribu. primo versi.

Tertiò non ob. quod testes fuerint examinati
8 ad perpetuam rei memoriam, quo† casu multa requiruntur, ut per Campe. dicto tract. de testi. reg. 361. & maxime, quod iudex pronuntiauerit fidem esse adhibendam. & etiam per Papiens. in for. capitulorum quando testes producuntur ad ęter. rei mem. quia alius est casus noster diuersus à casu. c. quoniam frequenter. Vt li. non cont. & à casu Anth. sed & si quis. C. de test. & c. Albericus. ubi Doct. extra eo. quia hoc nostro casu non exigitur citatio partis, nec pronuntia aliqua, sed solum illa duo de quo per Dec. in d. c. 2. nu. 26. quæ ad vnguem in eo concurrunt.

Quartò non ob. etiam, quod testes hi non sunt idonei & tractent de se exonerando, & sint domestici, possitque adscribi laus, uel uituperium, ut late dicitur in dubijs: quia negamus illos habere aliquod interesse in hoc facto, cum totum onus ad magistrum nauis pertineat, licet etiam

cum

9 cum deponant sup his quæ pertinent ad artē † il
lorũ in deferrēdo merces naui, illis esset creden
dum, vt de Brētatore trad. Cur. in allegato in du
bijs tract. de testi. concl. 38. & Cepha. consi. 171.
10 num. 50. sed quod nautæ † possint testificari de
huiusmodi naufragijs, & de his quæ gesta sunt in naui, est tex. in l. 3. C. de naufrag. lib. 11. & ibi omnes, quod etiam disponit lex maris. ĩ d. c. 20. nec est etiam verum quod aliqua laus, vel uituperium possit eis ex dicto facto resultare, & certè si non posset naufragium, vel casus tempestatis probari ex dictis nautarum, vix posset dari casus, vt probari possit, cũ ferè semper merces deducantur sine mercatore, vel aliquo custode, vel alijs personis præter magistrum nauis, & nautis. Ex quibus satis, & super sublata sunt dubia proposita.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

ADDITIONES.

a Hoc esse singulare dicit Marſ. in sing 24. & fuit decisum in Capel. Tholosa. in decis 447 & innumeroa citat Gabriel. tit. de citatio. conclusi 1 prima. num. 352. vers 18. limita. Mascard. de probat. in oerbo casus. conclu. 273. num. 10 Alcia. consi. 101. num 19 quem refert Medic. in tract. de fortui. casib. par. 2 q 9. num 4.

b Fuit restrictio quam Bar. in d. l. 2. C de Naufrag dixit esse mirabilem, sequitur decis Tholos d. q. 447. attamẽ Ang. non probat hoc motus ne sequatur absurdum, quod exceptio naufragij sit temporalis, & actio sit perpetua contra iuris regulas, ita il i in d. l. 2. Aufred in additio. ad d decis. Tholos. hinc uoluere aliqui in d l. 2. contineri casum specialem, ut per Mascard. in dicto loco num. 14 ego crederem non propterea excludi nautam a perpetua naufragij exceptione, licet iubeatur intra annum docere de illo, quia hoc debet facere, ut tollatur præsumptio mendacij, & facilior in lucatur probatio, & certior fiat dominus mercium, sed si hoc non faceret nauta, & posset probare naufragium non propterea esset excludendus ab exceptione, & certè il le tex. in l. 2 loquitur de actore nauta nõ autem de reo si uerba illius considerentur.

c Et hoc adeo est uerum, ut ob timorem absentiæ, uel mortis possint etiam testes examinari in loco non apto, decis. Rot. 120. in antiquis. Rom. in l. si uero. §. de uiro. ff. solut matr. Lanfr. in c. quoniam contra. §. confessiones. num. 2. ver. quia forenses. de probat. & in his terminis Mascard. in d loco num. 7.

d Idem respondit Soci. Sen. consi 17. omnipotens Deus. num. 5. in primo uol. Maschar ubi supra num. 4. & nu. 15 16. demonstrat quomodo admittantur in hac materia domestici, & familiares.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Stante proclamate contra prouocatores, an iniurians aliquem uerbis, dicatur incidisse in pœnam dicti proclamatis.

SVMMAE.

1 *Prouocare dicitur, qui aliquem offendit uerbo.*

2 *Verba conditionalia non sunt iniuriosa.*

3 *Iniuriato licet impune dicere tu mentiris.*

4 *Dolus exigitur ad incursum pœnarum.*

5 *Testi unico non creditur.*

6 *Prouocator non præsumitur qui non est solitus inferre iniuriam.*

7 *Comparitio spontanea tollit omne indicium.*

CONSILIVM CCCXLIX.

In Domino confido.

SPECTABILIS D. Io. Maria de Ballarinis uenit absoluendus a processu criminali contra eum formato, cũ nihil mali, vel delicti fecerit, vel commiserit, ut in aliquam pœnam condemnari possit. nam si vera sunt quæ ipse in suo constituto fassus est, vel etiam quæ testes curię deponũt, ipse non fuit prouocator, sed prouocatus a D. Bartholomeo, quod etiam innuit inquisitio contra eũ formata, quo casu quo ad eum cessat pœna proclamatis. cum enim testes deponant, quod ipse D. Bartholomeus prius sibi dixerit. *Che andasse à far*
a *delli scartozzi*, [a] *& che non uoleua pagar niuno*, vel (ut
audio fuisse probatum,) *& mezzo Dottore*, proculdubio ipse D. Barthol. fuit prouocator. cũ is
1 prouocare † dicatur qui aliquem offendit etiam
verbo. Bar. in l. licitatio. §. quod illicitè. num. 4. de public. Abb. num. 17. ad fi. & Felyn. num. 10. in c. dilecti. de excep. post Spec. per eos citatum. Et propterea cum ipse D. Ioan. Maria esset mercator, & non solitus facere carthocios, ut deponũt eius testes, & soluere sua credita, creditorib. suis, ut faciunt alij legales mercatores, licuit ipsi D. Io. Mariæ eidem respondere, ut ipse confessus. *Chi lo vuol dire se ne mente per la gola*, vel ut dicũt aliqui testes curiæ. *Voi ui mentite per la gola*. Si teneamus quod dixerit prout cõfessus fuit ex illis uerbis nullam intulit iniuriam D. Bartholom. cum il
2 la verba † essent cõditionalia. Dec. in consi. 487.
num. 6. & Soc. Iun. in consi. impressis post tractat. Alc. de Duel. in primo consi. fol. 8. secunda fac. & in 2. consi. pag. pen. ubi plura citat. Si uero ut dicunt testes curię, & tunc nulla pœna potest teneri D. Io. Maria, etiam quod illa uerba per eum dicta intulissent iniuriam. D. Barthol. ex quo licet
3 prouocato, & iniuriato † respondere tu mẽtiris,
impune. l. quæ omnia, & ibi Doct. ff. de procura. l. ut uim. & ibi expressè Dec. ad fi. ff. de iust. & iure. nec propterea potest incidere in pœnam decreti, seu proclamatis. Alc. cons. 106. num. 4. quinto libr. & hoc tanto minorem habet difficultatem

si cre-

si credendum sit duobus testibus curiæ, & inqui
sitioni affirmantibus D. Bartholomeum dixisse
ipsi D. Ioan. Mariæ, sachin furtu. & super hoc ip
sum dixisse, *menti per la gola*.

Et tantò minus potest teneri ipse D.Ioan.Ma-
ria pœna dicti proclamatis cum exigatur, quod
4 ipse fuerit in dolo † ad incursum pœnarum in eo
comminatarum. nec sufficit culpa. & maximè,
quia tractatur de pœna corporali, trium ictuum
funis. Bar. in l.j.§.1.ff.si quis test.lib.esse iuss.fue.la
tè Tiraq.in tract.de pœn.causa.11.nu.3.& Plot.
in l.si quando.nume.765.C. vnde ui.& in iniuria
etiam inferenda exigitur dolus.l.3.§.primo.de
iniur.Bal.consi.453.num.4.quarto uolu. Crauet.
consi.119.num.4.& Boss.in tit.de iniur. num.13.

Nec aliquid officit D.Ioan.Mariæ si dicatur,
vt videtur deponere unus testis curiæ, quod D.
Ioã.Maria dixerit D.Bartholomeo. *Io tengo de par
nostri da far de' scartozzi*. quia etsi id uerum esset,
quod diffitemur, adhuc D.Ioan.Maria non pos-
set dici prouocator, propter alia verba prolata
contra ipsum per D.Bartholomeum ei iniuriam
5 inferentia, vt supra, tum quia illi testi † non est
credendum cum sit unicus, & singularis. l.iurisiu
randi.C.de testi.c.ueniens.c.licet. in fi. extra eo.
tum quia plenè non scit factum, ut ipse fatetur. &
plus credendum est cæteris de omnibus uerbis
prolatis deponentibus. Et propterea non posset
etiam facere indicium ad torturam, & maximè
probata bona fama D.Ioan.Mariæ, qui non est
solitus alicui inferre iniuriam, vt deponunt eius
testes pro eo examinati, quo casu tollitur indi-
6 cium, quòd fuerit prouocator. † Alex. consi.14.
tertia col.in tertio uol.Ioan.de Ami.consi.23.nu.
10.Gram.consi.29.num.17.& 62.num.2.Carer.
in sua pract.crim.§.6.num. 139.Alcia. in tracta.
præsumpt.reg.3.præsumpt.49.num. 12.& Boer.
decis.237.num.2.

Et idem est propter spõtaneam comparitio-
7 nem, † quæ etiam tollit omne indicium, quod es-
set contra eum.Mars.in pra.cri.§. diligenter. nu.
204.in consi.117.num.49. Carer. in princ. dictæ
suæ pract.num.158. secunda col. Abb. consi.94.
in fi.& Nouel.latè.in tract.crim. ad defens.tit. re-
sponsio.reo.in constit.num.10.fol.70.

Laus Deo Opt. Max.

Barth.Bertaz.

Fuit ab inquisitione penitus absolutus D.Ioan.
Maria.

Clau.Bertaz.

ADDITIONES.

a An uerba ista inferant iniuriam, ante omnia est deciden dum. nam inde postea desumitur, an licuerit iniuriam retorqueri mentitione sanè ex distinctione Doct. quos adducit Menoch. ac sequitur consi.41. si uerba prolata non respiciunt honorem, at famam alterius, vel illi non obijcitur crimen, mentita remanet iniuria uerbalis, ut ex tex.in l.1. §.iniuria. ff. de iniur. neque potest hoc casu dici retorquutio iniuriæ quæ nulla adest: ad cognoscendum autem, an ipsa uerba sint iniuriosa. Primò est considerandum, an ex suo significatu importẽt iniuriam, quia si sunt contumeliosa & conuicium inferentia, prolataque ad infamiam alterius agi potest iniuriarum Litem apud Labeonem.§ conuicium.ff. de maior.& hoc casu mentita est excusabilis. Secundo est inspiciendus animus, quia iniuria sine affectu iniuriandi non fit.l.illud relatum.§.1 ff.de iniur l. cum quis.§. fi. ff.eo l.si quis seruum.§ sed hoc utrunque.eo. tit. & dicit tex.in d.l.illud relatum.& in § 1.nemo potest dici facere iniuriam, nisi sciat se iniuriam facere. Itaque si quis Reipub.causa, uel sui officij, secundum bonos mores aliquid dixerit, licet cõtumeliam alicuius respiciat non dicitur iniuriam inferre. hinc qui honesti officij causa mulierem sectatur, non tenetur iniuriarum l. apud Labeonem.§.meminisse. ff. eo. tit. Ideo si iudex in sententia uel testis examinatus in suo testificatu aliquid dixerit, licet contumeliam alicuius respicere possit, cũ ratione officij secũdum bonos mores fecerit, & ut officio suo satisfaciat non poterit ei dari mẽtita ita quod teneatur ut actor probare, quod dixit. sunt enim contra iudicem qui malè iudicauit, & testẽ qui falsum deposuit actiones, & accusationes constitutæ magis ad publicam uindictam, quàm pro interesse priuato, ut habetur in l.fi.ff.de uar.& extraordi.cogni.instit. de obliga.quæ ex quas delict in prin.& in l.uni.C.de pœn.iudi.qui mal indica.& per Bal.in l obseruare §.proficisci. in 22.q ff.de offi.procons.& lega.Ias in l. properandũ. §.sin autem alterutra.ff.de iudi.nu.35 & in l. sancimus. num.21.uers.6 not.eo.tit & in l. si quis in conscribendo.nu.21.uers vlt not.C. de pact.& pulchrè in l.1.in prin.nu.16.ver.per istam glo ff.quod quisque iur.& de teste, quod puniatur pœna falsi, habetur in l.1.ff. de fal. & per Doct.in l 1.in prin.ff.ad l.Cor.de sicar. qui igitur uult dicere iudicem falsum iudicasse, uel testem falsum dixisse, actione, vel accusatione uti debet, ut quod asserit probaret.l.qui accusare.C. de edend. & l.actor. C.de probatio.

In nostra autem proposita specie si prouocatus in quid grauius irrumperet excusatione esset dignus, nam lubricum linguæ non potest ita facile reprimi. ut not.in l.famosi ff.ad l.Iul.maiest.Alc.consi. 15. uiso processu ante fi lib.3 Cæpol.consi.79. Præterea fauore prouocati minor semper iniuria ab illo proueniens iudicatur. Mars.in pract.§.quoniam.num.62.& Clar in §.fi.q.60. vers.nunc quæro.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Iocosè quidam nominauit aliũ hominem Crassum pro Baccho in præsentia unius attinẽtis illius (cum tamen hoc ille ignoraret, & qui respondit hunc Crassum esse elegantiorem, & ut uulgo dicitur) *più galant'huomo di lui*. cui censeatur facta iniuria, & quis offensus dicatur in præsenti consilio disputatur.

S V M M AE.

1 *Iniuria fit alicui si dicatur, quod equus suus est minoris precij quam capili capitis aduersarij.*

cum

cum pro minimis irrogatur nu. 2.
3 *Offenso licet propulsare iniuriam.*
4 *Defensio est omni iure licita.*
5 *Vulnerare licet ob defensionem propriam.*
6 *Testes non repetiti, & recepti parte non citata nihil probant, idem si sint recepti pro informationibus ante responsionem rei, nu. 7.*
8 *Aggressor dicitur qui prius euaginat ensem.*
9 *Præsumptio in dubio est contra prouocatorem, si incertum sit quis prior euaginauerit arma.*
10 *Rixæ principium quando est licitum, totũ quod fit p defensum ad defensam præsumitur fieri.*
11 *Insultato licet aggressorem vulnerare, & occidere, antequam ab eo percutiatur.*

CONSILIVM CCCL.

In Domino confido.

VISO processu criminali agitato contro D. Baptistam Paganum eius sum sententiæ, qđ veniat absoluendus à dicto processu contra eum formato, stantibus probationibus pro eius parte factis ad eius defensam. Nam certum est, quod licet ipse D. Baptista iocosè nominauerit illũ de Rauenna nimis crassum, & Rubeum in facie pro Baccho, nullam propterea iniuriam fecit, D. Io. Mariæ Guizardo quem ignorabat esse sibi notum, ita ut licuerit d. D. Io. Mariæ ipsum iniuria afficere dicendo eidem quod ipse Grassus erat elegãtior, & ut vulgo dicitur (*Piu galant'huomo di esso Pagano*) ex quibus verbis negari non potest, quin illi facta fuerit iniuria præponendo tale quodammodo monstrum, tali ciui, & iuueni militi, si enim
1 fit iniuria† alicui dicẽdo quod equus suus nõ est minoris precij, quam capilli capitis aduersarij, vt est tex. in c. cũ te. de re iudic. ubi Doct. tenent, quod pro huiusmodi minimis etiam irrogatur
2 iniuria† & trad. Doct. in l. Turpia. in prin. Vbi Ias. nu. 8. ff. de lega. 1. & latè per Boer. in consi. 4. in prim. colum. certè ex his verbis cogimur fateri
2 iniuriam fuisse illatã dicto Pagano, cui licuit iniu
3 riam† propulsare, respondendo quod male diceбat, uel mentiebatur, ut aliqui testes deponunt, Bar. & alij in l. quę omnia. §. 1. ff. de procur. Doct. in l. ut uim. ff. de iust. & iur. ubi Dec. ad fin. & Cla. de Seissel. nu. 125. in repe. Bar. in consi. 5. nu. 9. & seq. 1. tom. consiliorum crimi. Boss. in tit. de homicid. nu. 86. & de iniurijs. nu. 7. & Conrad. in suo prætor. in tit. de iniurant. nu. 4. & quia ipse Guizzardus iniecit lutum in faciem uel personam dicti Pagani, & exinde euaginauit ensem, licuit ipsi D. Io. Baptistę etiam eius ensem euaginare, & ad sui defensionem illũ uulnerare, quem etiam po-
4 tuisset occidere, cum defensio† sit omni iure permissa, d. l. ut uim. c. significasti. il 2. de homic. & c. dilecto in prin. de sententijs excom. in versi. latè Mars. in l. 1. nu. 28. & seq. ff. ad l. Corn. de sicar. Plaz. in suo epitom. delicto. c. 28. in princ. & Iul. Clar. in pract. crim. in §. homicidium. in uerb. excusatur autem. & cum semel fuerit à dicto Guizzardo luto percussus potuit credere ipsum habere animum illum repercutiẽdi. Grama. consi. 29.
5 nu. 9. & vo. 24. nu. 3. ideo licita fuit uulneratio† ob defensionem propriam. Matthe. Brun. in consi. 112. nu. 64. 2. tom. consiliorum criminalium. & licet testes in proc. recepti. uideantur contrarij super euaginatione ensium facta, cum aliqui curię, & partis aduersæ, quos tamen audio esse inimicos dicti Pagani, deponant ipsum fuisse priorem in euaginando suum ensem. attamen ex testibus ipsius domini Baptistę plures deponunt contrarium, quod immò Guizzardus fuit prior in euagināndo ensem, & quod ipse D. Baptista protestatus fuit quod ipse erat ab eo prouocatus, qui ensem contra eum euaginauerat, & ad sui defensionem opus erat euaginare ensem suum uel similia, ut primus. 3. 4. 5. 6. & decimus affirmant, & 7. & octauus de protestatione, & vocatione testium, quibus omnino standum est, tum quia plures numero, tum quia alij, tàm curiæ, quàm partis fue-
6 runt recepti ipso D. Io. Baptista non citato † & sic
7 illi nõ officiunt. c. 2. de testibus. nec testes† recepti pro informationibus ante responsionem rei probant, si parte citata non repetantur. Saly. in l. fi. in fi. C. de quęstio. Mars. in pract. cri. in prin. nu. 122. 3. col. uers. & intellige. Petr. Caleph. in cõs. 108. nu. 11. d. 2. tom. & Bursa. con si. 24. & licet fuerit assignatus terminus octo dierum ad faciendum defensiones cum monitionibus, quia tamen in illo termino non fuerũt recepti, nec repetiti, sed longe post per multos menses, cessat omne dubium. Gram. consi. 78. nu. 7. & 12. in ciuilibus. præsupposito igitur quod dictus Guizzardus prius euaginauerit ensem ultra uerba iniuriosa prolata contra Paganum, & lutum iactũ in ipsum quo illum percussit, non potest negari, quin ipse fue-
8 rit aggressor† & D. Baptista insultatus, ut trad. Cępol. in consi. 28. nu. 9. Io. de Ami. consi. 23. nu. 1. Aluaro. consi. 74. nu. 26. 1. uol. consiliorum crimi. 1. impressorum. Quinimò in casu dubio si nõ constaret prout constat, quis prior euaginauerit ar-
9 ma, pręsumptio† est contra prouocatorem, & insultãtem quod ille prius euaginauerit arma. Are. consi. 34. visis diligenter. prima col. vers. 2. est pręmittendum. unde & is in dolo pręsumitur. Cępo. d. consi. 28. nu. 5. Cum itaque principium rixę
10 † respectu dicti D. Baptistæ fuerit licitum, totum id quod euenit, & factum est per insultatũ se defendente ad defensam factum præsumitur secun
* dum communem * Doct. sententiam, quam tenet Alber. in l. 1. nu. 11. C. vnde ui. Alex. consi. 109. uisis. col. 3. 1. uol. Cępol. d. consi. 28. nu. 7. & q. Io. de Ami. d. cõsi. 23. nu. 7. Dec. consi. 459. in prin. & 469. nu. 9. & 11. Mars. in consi. 4. nu. 15. & consi. 81. nu. 1. Gram. consi. 29. nu. 12. Aluaro. d. consi. 74. nu.

74.num.42.Boer.decis.168.num.7.tertia col.& Petr.de Barbo.in primo tom.consi.crimin.cons. 197.nu.10.& hoc casu licuit insultato † etiam antequam ab aggressore percuteretur illum contra se uenientem cum armis vulnerare, & occidere. Bar.in l.si ex Plagis.§.Tabernarius.ff.ad l.Acqui. Bal.in d.l.prima.num.17.& 18.C.unde ui. Corn. cons.107.tertia col.in prin.ex quibus apertè constat ipsum D.Baptistam absoluendum esse.

Laus Deo Opt.Max.

Bartho.Bertaz.

ADDITIONES.

a Etiam mentitam inferrendo, & hoc licet impune, nam quod ait Nat consi.6.Viso processu num.5.6. licet iniuriosè respondere iniuriam inferenti,& opini Bart.sequuti sunt plures alij.in d.l quæ omnia, ubi Castr nu.3.Canonistæ in l.cum ie.de re iudic. ubi Abb. & Fely. Ang.de Malef. ibique Augušt. in uers. verba iniuriosa. num.9.Alb in 2.par.statu.q 42. Luc. de pen. in l. erat, num.5.C de pecul.Castr.milit lib.12.Bald.consi.45.in primo.& 46.in tertio.Dec.consi.487.num.5.& 6 Viu. lib.2.opin.5 incip.Actione iniuriarum. Capi decis.58. num.2.Menoch. consi. 41.ubi latè, & nos supra diximus.consi.135.

Sed ut ibi diximus lit. A. opinionem contrariam sequitur Clar.in §.iniuria.ver quæro,& Boer.consi.4.nu. 26.& Villab.in opin.communi. in uerbo actione iniuriarum.num.27.& seq. omissa distinctione Menoch in d.consi.41. quam ueram arbitror,arbitror etiam Clar. opinionem posse procedere quando qui mentitam intulit erat prouocator, nam si causam dedit iniuriæ, debet sibi imputare, & non addere nouam offensam primæ offensæ, nam prouocanti culpa semper adscribitur l.si ex plagis.§.tabernarius.ff.ad l.Aquil.Ale. consi.119. num.4.in 7.& dicens alicui tu mẽtiris maleficium obijcit, quia mendacium intelligitur falsa uox cum intentione fallendi, ut est glo. in l. de ætate. §. si cum esset. ff. de interrog.actio. & mentita dicitur quando quis scienter contra ueritatem dixit, ut per Ange in l.interrogatus.ff de petit.hæred.Paris.de Put.in tract. de re milita. lib.6.c.15.in prin.& sunt consilia, & Alcia. & Soci. ego tamen omnibus post habitis loquor de actione iniuriarum ciuili, quæ interdum liberaliter est concedenda, ut reprimantur loquaces prouocatores.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Delatio armorũ ex quibus testib. non probetur.

SVMMAE.

1 *Homicida non est idoneus testis.*

2 *Bannitus qui ex forma statuti habetur pro confesso non est idoneus testis.*

3 *Minoris testimonium non admittitur, nec de iure, nec de consuetudine.*

4 *Tale tamen dictum potest facere indicium ad inquirendum.*

5 *Indicium quodlibet bona fama eliditur.*

CONSILIVM CCCLI.

In Domino confido.

DOMINVS Horatius Laghinus condemnari non potest in pœnam delationis armorum prohibitorum, scilicet sclopi a rota, cũ testes contra eũ examinati nedum non faciũt plenam probationem, quæ requiritur ad condemnandum.l. fi.C. de proba.sed nec etiam ad torquendum. nã Pau
1 linus de Baldis fuit,& est homicida, † vt ex bãno pducto, & ex teste examinato ad defensam pro reo cõstat, quo casu non est idoneus testis, vt per Stepha.Aufre.in tracta. de reproba.testi.in verb. homicida.nume.50.& quando ex forma statuti
2 bannitus habetur pro confesso † non admittitur in testem, ut trad.Fel.post Bal.in c. super eo. nu.6. de testi.& infamis nunquam admittitur sine tortura.Carer.in sua pract.in princ.num.152.col.6. quib. si addatur quod etiam est infamis de alijs delictis furto, & similib. vt deponit dictus testis & quod adhuc nõ cessauit inimicitia cum Petro de Corellis socero ipsius D. Horatij, proculdubio in eius depositione. nullũ fiet fundamentum.
a Fuit etiam examinatus quidã impubes a mi-
3 nor † 14.annis, qui nec ex forma statutorum, nec de iure communi admittitur. statutum enim Ferrariæ sub rub.quod maior annis 25.fol.131.exi-
b git minorem excedere b 15. annum de iure ciui est tex.in l.3.§.l.Iulia.ff. de testi.& in l. in testimo-
c nium. c ff.eo.tit.& ibi Doct.Blanc.in l.fin.nu.346. ff.de quæst.Aufr.d.tract.in verb.impubes.nu.57. Gram.deci.40.nu.15.& seq.Crot.in tract. de test. nu.70.& maximè quando sumus in his, quæ habitu,& actu possunt probari per alios, ut Crot.ibi trad.& Foller.in practi.crimi.2.par.ver.capiat informationes.num.65.& quod tale dictũ non fue
4 rat indicium, nisi ad inquirendum. † Carer.d.nu. 152.quarta col. uers. quandoque non debet examinari,& Blanc.in d.l.fi.num.348.& 353.

Cæterùm,& si ipsi testes facerent aliquod indicium contra eum stãte eius rei bona fama per testes probata (vt præsuppono) tolletur & elidi-
5 tur indicium ipsum, † ut latè per Carer. in d. sua praxi. in princip. numero 123. tertia columna. Grammat. decisione sexagesima. numero duodecimo. Roland. a Val. consi.16.numero uigesimotertio.& consi.73.num.75.& trad. alij passim in alijs locis.

Laus Deo Opt.Max.

Barth.Bertaz.

ADDITIONES.

a Quod impubes non possit esse testis, tenent plures quos refert Brun. in tract.de indic.& tort in qõ.2. primæ partis, ubi docet quando faciat indicium ad tor-

turam. & hanc partem negatiuam sequitur etiã Blanc. in tract. de indic. nu. 346 Bagarot. in tract. de reprobatio. test. nu. 16.

b Imò in criminalibus volunt multi debere expleuisse uigesimum annum, vt dicit Brun. dicto numero 17. & Federicus Schen in tract. de testi. num. 14 Bagarot. ubi supra est c. consilium Alex. consi. 64. viso themate. col. 1. in fi. & col. seq. in primo & D. Consultor supra consi. 3. nu. 5. ubi nu. 12. de pupilla. pluribus agit. eandem opinionem tenet Bursat. consi. 201. nu. 143.

c Hunc text. ostendit Bursat. in d nu. probare minorẽ 20. annis non posse esse testem propter ætatem, non autem compelli tantum nõ posse, nam ob id non possunt compelli, quia fragile est illorum testimonium. quod attinet ad illum contextum, & alios similes in dicto tit præsertim transeo ego tacitus agnosco, namque Tribonianum nostrum nobilissima antiquiorum iurisconsultorum commentaria, ita dilacerasse, ac decurtasse, & quicquid obuium fuit mutilum atque deforme in Pandectarum opus digesserit hinc, vel interceptis, uel extintis iuris ciuilis fontibus difficile est ex riuis istis non haurire multum plus limi, ac sordiũq; humoris, si meam inanem arbitraris querelam, legas quæso tractatum, uel titulum illum de testibus, & uidebis, quod ait eruditissimus Muretus, veteres Iurisconsultos instar Deiphobi laceros crudeliter ora.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Custode condemnato ob contumaciam propter damnum datum à bestijs, an dominns teneatur.

SVMMAE.

1 *Custode condemnato ob contumaciam propter damnum datum à bestijs non tenetur Dominus.*

2 *Condemnatio facta in contumaciam principalis nõ nocet ei, qui tenetur pro eo soluere damnum, & pœnam.*

3 *Custos bestiarum antequam condemnetur pro damno dato est citandus Dominus.*

4 *Damnum datum debet optimè probari, nõ per iuramentum vel dictum saltuarij, vt incurratur pœna statuti de damno dato.*

CONSILIVM CCCLII.

In Domino confido.

QVAERITVR in casu statuti Ferrariæ sub rubrica quis damna data à bestijs emendare teneatur. fol. 184. an Dominus teneatur ad emẽdationem damni dati à bestijs, vt in vers. si vero custos, illius statuti, si custos fuit condemnatus in contumaciam, nec fuit dominus citatus. & non teneri
1 duplici ratione † arbitror, prima est, quia quãdo
statutum disponit vnum teneri pro alio in casu
quo delictum committat, vel damnum det, vt videtur
loqui statutum ipsum in prin. ibi, (in omnibus,
& singulis casibus in quibus bestiæ damna
dederint,) & cõdemnatio facta in contumaciam
2 principalis non nocet ei † qui tenetur pro eo sol-
a uere damnum vel pœnam, a vt ad propositum de-
* cidit Bar. quem cæteri * communiter sequuntur
in l. cum filius. in prin. nu. 4. & ibi Soci. nu. 15. 16.
Ias. nu. 18. & Alcia. nu. 17. ff. de verb. obliga. &
idem Bar. in consi. 116. statuto Perusinæ. nu. 3. &
seq. & in q. 3. Perusinæ ciuitatis. nu. 17. vers. circa
3 quartum. & nu. seq. & propterea eo casu † dominus
est citandus, vt per Soci. illic. nu. 12. & Alcia.
nu. 19. vbi dicit quod alias in executione potest
allegare condemnatum, non deliquisse, & ita tenet
Alex. cons. 84. in causa quæ vertitur. col. pe.
& seq. in prin. lib. 3.

Altera est ratio, quòd in casu huius statu. dam-
b num datum debet probari b p legitimas proba-
4 tiones, nec sufficit † dictum vel iuramẽtum saltuarij.
Dec. cons. 410. nu. 6. 7. & 13. Ias. post antiquos
in l. si quãdo. nu. 37. & seq. C. unde vi. Mars. singulari.
338. extant. Craue. consi. 196. in fi. & late Io.
Bap. Plot. in d. l. si quando. nu. 759. & 768. ubi in
terminis.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ADDITIONES.

a In hoc casu, quo statutis disponitur, vt quis teneatur pro delicto alterius multa sũt excogitata paulò fauorabiliora à nostris, hinc licet alioqui ex statuto per iuramẽtum damnum passi probetur damnum illud tamen non habet locum, vbi non concurrit odium delinquentis, sed vnus tenetur pro alio, ita Bar monuit in l. si quando. nu. 14. vers. quæro dicit statutum. C unde ui. Imo. & Abb. in c. fi. quod met. can. Curt. in repetitio l admonendi. nu. 348. vers. tertio limita de iureiuran. Crauet. consi. 196. in fi & nos inferius dicemus. nam probatio per iuramentum non admittitur, ubi quis cõuenitur de dolo alterius, vt scribunt Docto. in l. 1. ff. qoando ex fa-
* cto. & esse con munem * opinionem. dicit Ias. in d. l. si quando. nu. 38.

Sed quæstio, est, quid si damnum passus agat criminaliter, posse enim agi supra diximus consi. 116 lit. A. respondeo dominum non teneri quando agitur criminaliter pro delicto sui officialis, secus si ciuiliter, est glo. in l obseruare. in §. proficisci in fi. ff de offic proconsul. Roman. singul. 127. Nescit. Barbat. inter consi. Calcan. consi. 66. nu. 2. Ias. in l. non impossibile. nu 2. ff. de pact. Dec. in c 2. in pri. lect nu. 4. de constitu. Mars. in pract §. examinanda. nu. 12. & consi. 16. nu. 27.

b Et iudex debet admittere probationes in contrarium, licet statutum mandet, quod stetur dicto, & iuramento saltuarij. Io. Andr in additio. ad Spe. in ti de offic. omn. iud §. si. vers. sexto. Docto. omnes in l qui damni. ff. de damn infect. ibi Ang. Imol. Castr. Roma. nume primo.
* secundo. & Alex. nu. 17. qui dicit eam esse omnium * mentem. hunc refert Iason. in d. l. si quando. numero 27. 28.

27.28.& iudex potest veritatis studio recedere à d. iuramento, parsque poterit dictam relationem saltuarij falsam demonstrare, faciunt, quæ notantur a Butr. in l. 1. C. si aduer. liber. Bal. in l. 1 num. 3. C. de re iudi. Hoc tamen fateret non procedere quoties statutum uellet iuramentum saltuarij haberi pro plenaria probatione est additio magna in litera A. versi. tamen uideatur ad Bar. in d l. si quando citat gloss. in clemen. de probat. & Ale. in d. l. qui bona. §. damni. num. 15.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Quomodo, & quando, possit quis mulctari ob contumaciam?

SVMMAE.

1 *Contumacia requiritur uera, ut quis multetur in pœnam comminatam.*

2 *Contumax ut multetur, requiritur alia diuersa citatio ad uidendum se multari, & ad se defendendum.*

3 *Contumacia excusatur illius, qui ob iustum impedimentum non potuit comparere.*

4 *Multa reuocatur si docetur de re, quæ a principio illam impediuisset.*

CONSILIVM CCCLIII.

In Domino confido.

MVLTA scutorum centum in quam fuit condemnatus D. Lambertus de Vecchijs fuit nulla, & iniusta, & ita referendum est altitudini suæ.

Primò enim ipse nō fuit contumax, cum non
esset citatus personaliter, sed domi, & tamen exi
gitur vera contumacia, vt multetur in pœnam
1 comminatam. †Bar. in l. unica. §. fi. num. 5. & 6. &
ibi Ias. num. 32. C. si quis iusdicen. non obtemp.
& Cagnol. num. 25.

Secūdò debuit citari ad uidendum se multa-
ri, & ad se defendendum alia citatione diuersa,
2 †ut per Bar. & alios. in d. l. 1. in prin. nume. 13. per
tex. in l. 2. §. 1. ff. si quis in ius uoc. non ier. & licet
plures teneant sufficere si in eodem primo præce
pto sit comminatio, quod si non uenerit multabi
tur, tamen nisi sit notoria cōtumacia iterum de-
bet citari. Dec. in c. primo. de iudi. prima lectura.
nu. 26. col. pen. & ita de consuetudine seruari di-
cit Boss. in suis uar. tract. crim. in ti. de multa. nu. 6.

Tertiò, ex quo ipse erat absens, & clausus in
terra Mirandulæ, tunc obsessa ab exercitu Pon-
tificis, ex qua sine periculo uitæ non poterat re-
cedere, vt deponunt quatuor testes pro eo exa-
minati, non poterat condemnari, uel multari in
dictam pœnam, quia proculdubio iusta causa ex-
3 cusat, †vt in d. l. uni. per omnes, quinimò gl. ibi in
§. fi. ubi Ias. nu. 14. & Cagn. nu. 20. & seq. quinimo
voluit gl. in d. §. fi. quod sufficiat etiam iniusta cau
sa modo sit colorata, ut non cēseatur cotemptus
iudex, & licet super hoc controuertant Doct. tñ
remittitur arbitrio iudicis, ut per Cagn. illic. nu.
22. sed quando citatus fuit absens, uel nō potuit
sine periculo comparere, ut hoc casu pūctus nul
lam habet difficultatem, ut per Ias. illic. nu. 28. &
29. & cum nunc constet, id quod si constitisset
tempore ipsius multæ ipse non fuisset cōdemna-
3 tus † debet omnino liberari, Mars. sing. 72. & Ca
rer. in pract. in prin. nu. 75. & 115.

Illud etiam addo, quod omnes illę multę, quę tunc tam iniustè, & iniquè factę fuere, fuerūt cassatæ per gratiam Principis, vt D. Franciscæ sororis uxoris meæ, & suorum filiorum me instante tempore Serenissimi Ducis Herculis, qui cū intellexisset factum, quomodo processerit statuti, gratiam liberam fecit, & cassari mandauit.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Fuit reuocata multa ista, comparuitquè D. Lambertus, & fuit absolutus ab Illustriss. Domin. Crispo.

ADDITIONES.

a Adde alios de quibus alibi in hoc uolumine fit mentio Ioan. Andr. in c. 1. de dol. & contumac. Angel. consi. 8. col. fi. ver. quarto. Plot. & Bal. in consi. 3. num. 5. in 2. cri mi. posterio. Boss. de mult. num. 6.

b Imò est statuendus terminus ad probādum, & adducendum quare multari non debeat alioqui multa est nulla, ut trad. Bar. in d. l. 1. & Cagn. num 97. de magis com-
* muni * testatur Nicel. in concord glossar. nume 325. Chircou commu. opinio. Centu. 5 conclus. 70. Rolan. consi 47. num. 43. 45. in secundo. & quod ante sententiam condemnatoriam requiratur alia citatio peremptoria ad uidendum ferri sententiam, dicunt Ploti. & Bal. in d. consi. 3. num. 16. & 19.

c Iam uero non solum iusta, sed iniusta quælibet causa colorata & leuis excusat a pœna multæ, ut per Plot. d. consi. nu. 29. 30. adducitur glo. in l. satisque pœnæ. ff. de in ius uocan. Docto. in l. 2. & 3. ff. ne quis eum qui in ius uocat.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Iudex non potest facere præceptum imputatis, ut comparere debeant sub graui pœna.

SVMMAE.

1 *Præceptum non debet esse initiam inquisitionis, vt commodius detineatur reus.*

2 *Præceptum non valet, nec multa potest imponi non formata prius inquisitione.*

3 *Contumax non potest dici, nec multare qui non fuit citatus ad domum.*

4 *Multa non potest imponi grauis, & in magna summa, si formanda est inquisitio.*

CONSILIVM CCCLIIII.

In Domino confido.

MVLTARI non potest per magnificum Potestatem sancti Felicis, Baptistinus, & Iulius fratres de Cardinalibus, propter præceptum factum illis de comparendo personaliter sub pęna scutorum ducẽtorum. Qui cum sint imputati de asserto delicto homicidij comissi in personam cuiusdam Beroarij, vt audio, non debet alterari modus procedendi contra eos iuxta dispositionem statutorũm, & propterea formanda contra eos venit inquisitio, & ordinariè procedẽdum, nec incipien-
1 dum est à præcepto, vt possint † commodius detineri, vt in indiuiduo trad. Brun. consi. 87. nu. 46.
a & quod præceptũ non sit iustũ a & ad multã deue
2 niri non possit † nisi prius formata inquisitione trad. late Bos. in suis var. tract. crim. in tit. quomodo procedendũ per pręcep. ferè per tot. & Brun. d. consi. nu. 41.

Secundò, cum dicti fratres non fuerint perso-
b naliter citati, sed ad domum b non possunt dici
3 veri contumaces † ideo multari non possunt, Bal. Alc. nu. 10. & 102. post Bar. ibi Ias. col. pe. & Clau. nu. 8. in l. prima. ff. si quis Iusdi. non optempera. Ang. in consi. 8. regulatores. nu. 3. vers. 4. quia sententia. & Ias. in d. l. prima. §. primo. col. 2. vers. 3. requiritur. & ibi Cagnol. nu. 9. & Cagnol. d. §. fi. nu.
c 20. & Alcia. consi. 13. nu. 9. 7. libr. c
4 Vt omittam quod multa † non potest irrogari
d tam grauis, & pro tanta summa d per tex. in l. fi. C. de modo multan. Alex. consil. 35. viso themate. 3. col. 2. uol. & Alcia. in l. aliud est fraus. §. inter multam. vers. ex arbitrio. ff. de verb. signif. Aufr. in addit. ad decisionem 274. Capel. Tholos. & Cagnol. qui reprobat tenẽtes contrarium seruari de consuetudine, in d. l. prima. in prin. nu. 19. ęquius igitur, & Iustitiæ conuenientius erit, si ipse D. Potestas procedat via Regia, & ordinaria contra ipsos fratres illos inquirendo, quia cum ipsi se prætendant innocentes, comparebunt ad se defendendum.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Destitit ab hoc modo procedendi D. illæ Prętor, quia verè de iure non licet ita deliquẽtes punire, fuit aliquando coram Serenissimo Principe nostro de hac re inter iudices actum. sententiam contrariam nonnulli sequebantur, nam sunt aliqui casus, in quibus uidetur officere formatio inquisitionis, quia reuelet ea quæ necessario sunt supprimenda silentio, vel vt nõ offendatur honestas publica, vel detrimentũ aliquod status Principis patiatur. & sine inquisitione nõ possunt condemnari absentes veris pęnis delicti, ad citationes nõ comparentes, ergo est necessaria comminatio magnæ poenæ.

Contrariam sententiam tenuit tunc temporis Pater meus, & secundum illam est resolutum, & ita obseruant curiæ huius status, quia alioqui magna daretur facultas iudicibus perdendi inquirendos ante inquisitionem, & hinc multę orirentur absurditates. & cauti iudices possunt multa subscribendo innuere crimina, ad quę deluenda vocatur inquisitus.

Clau. Bertaz.

ADDITIONES.

a Receptum hoc est communiter a Doctor. post glo. fin. in l. prima. ff. si quia iusdicen. non obtempe. & hæc præcepta improbant multi si facta sint ante formatam inquisitionem, secus si post Bos. hic allegatus. Roland. consi. 47. num. 44. 45. in secundo.

b Et si causa est grauis, nec per edictum, aut ad domum est facienda citatio; sed personaliter Tabarel. consi. 128. numero quinto Soci in tractat. fallent in uerb. absens. Cesar Vrsill ad Afflict. in additio. ad decisio. 289. numero sexto. contrarium fortasse esset uerius si citatus esset vagabundus, uel rebellis modo de hoc constaret, Menoch consil centesimo. numero centesimotertio. & in tractatu de recupera. possessio. rem. octauo. numero centesimosecundo. itaque nuncius debet diligenter inquirere delinquentem, antequam relaxet citationem domi alioqui, nulla citatio redditur. Vant in tractatu de nullitate ex defectu citationis. numero nonagesimotertio. nonagesimosexto & sequent. quæ omnia procedunt nisi statuta loci disponant citationem posse fieri, & ad domum, & personaliter, quia tunc non esset requirenda persona per ea, quæ refert Asin. in sua practic. §. sexto. cap. 3. per tot.

c Istis possumus addere Ioan. Andr. in capitulo primo. de dolo & contumac. Angel. consi. octauo. colum. fin. versiculo quarto. Benedict. de Plũ. & Bald. de Vbald in consil. tertio in secundo uolumine crimin. posterio. numero 5. Bos. in tit. de mult. num 6.

d Concludunt omnes, iudices debere cessare ab excessiuis multis Rolan. qui alios adducit dict. consi. quadragesimoseptimo. numero quadragesimonono. & quinquagesimotertio. Bos. d. titulo de mult. numero decimo. Nat. consi. 240. num. 2. & 593. num. 5. Clar. in §. fin. q. 31. vers item quæro, quæ uero sit excessiua declarant Docto. & præcipuè Cagnol. in l. 1. ff. si quis iusdicent. non obtempe Monta. in tract de appellatio. lib. 1 capit. ultimo. nume 92. multam debere respondere delicto, nec grauiorem irrogari dicit, & Rol. in d. consi. nu. 52. dicit illam esse insolitam, quæ est facta contra stylum curiæ, & contra determinationem iuris, ut si quis mul-

tetur in tota causa vel illius ualore Dec.consi. 358.nu. 30. Plot in d.consi.3.nu.7.Boss dicti nu.10.& Rol d.consi.& hoc casu quo multa est excessiua sententia est nulla & potest dici nulla absque appellatione. Nat. consi.594 nu 4 Cagnol.in d.l.1.nu 21.& Rim. sen consi. 270.nu 41.dicit multantem ultra modum sibi à iure concessum debe condemnari in duplum.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Carnem morbosam non dicitur uendidisse, qui vendidit bouem claudum licet etiam in loco macelli non vendiderit.

S V M M AE.

1 *Carnes corruptæ, et putridæ nõ debent vẽdi.*

2 *Carnes esse putridas vel corruptas quibus credatur.*

3 *Officium iniunctum vnusquisque præsumitur benè exequi.*

4 *Verisimilitudo in probationibus maxime attendenda.*

5 *Carnem fuisse morbosam non probatur ex eo, quòd fuerit uendita in loco insolito.*

CONSILIVM CCCLV.

In Domino confido.

NON video quo iure Gregorius iste Macellarius possit in aliquo condemnari ob venditionem carnis huius bouis. Quia scilicet id forte fieri posset, si car-
1 nes ipsæ fuissent corruptæ † & putridæ, seu morbosę, ut trad.Rip. in tracta. de peste vltima part. nu.146.per tex.in l.prima §. cura carnis ff. de off. præfect.urb.tamen non video vbi constet, quòd
a carnis huius qualitatis uendiderit, a quo pro parte curiæ probandum erat, & in pœnalibus probatio pleniss.exigitur l.fi.C.de probat.sed ne dũ non constat hoc ex parte curiæ, sed totum contrarium per testes pro eius parte examinatos extitit.deponentes bouem hanc omnes actus conuenientes corpori sano fecisse, præterquã quod erat claudus, & propter casum nõ bene stare poterat,& periti testes deponunt hoc casu non esse carnem morbosam vel putridam seu non sanam
quibus † credendum est l.prima in prin & ibi Bar. nu,3.ff.de uentr. inspic. c. proposuisti cũ ibi not. etiam de probat.nec est verisimile quod prouisor ille, qui & ipse est macellarius & bene peritus carnium similium bestiarum taxasset pretium ipsi carni in rationem octo quadrantum,nisi caro esset pulchra,& sana,quia præsumitur quis bene
3 exercere suum officium † & facere ea quam sibi incumbunt,l.prima C. de suscep. libr. 10. Alcia. tracta.præsump.regula 3.præsump. 15.in prin.&
4 verisimilitudo † in materia probationis multum est attendenda.Aret.consi.9.2.col.& late Craue. consi.61.nu.9.

Nec me mouet, quod cõsules terræ Centi no
b luerint quod venderetur b in Macello Cẽti, quia præter id quod (ut audio) id factum fuit in iniuriam cuiusdam Macellarij, qui illum emerat hoc non probat carnem fuisse morbosam † vel corruptam, quia nõ probat hoc esse quod ab hoc cõtingit abesse.l.non hoc C. unde legi. & probatio debet esse necessario concludens c. in præsentia de probat.Nec est præsumendum bouem ipsum fuisse uenditum lib. 36.alias 38. si nõ esset sanus respectu carnis in macello uendendæ. ex quibus refideo, ut nullo modo ipse Gregorius sit amplius uexandus hac de causa.

Laus Deo Opt. Max.

Barth.Bertaz.

Fuit absolutus, & meritò iste macellarius venditor.

Clau.Bertaz.

ADDITIONES.

a Sed si non possunt vendi huiusmodi carnes possunt teneri? dicerem posse teneri si quis retineat sui vsus gratia, vel amicorum modo non venales in loco destinato venditioni, moueor per ea quæ dicit Bartolus. in cons. 135.statuto Castri plebis,& in lege qui villa.ff.de seru. rusti prædio. vbi dicit quod si est soluenda gabella. pro corijs, quæ in platea tenentur vendendi gratia, ille, qui coria tenet in manibus debet soluere gabellam, quia dicitur occupare plateam, nisi gestet sui vsus gratia.

b Imò eorum est munus aufferre dictas carnes, nam & Romani ædiles consueuere auferre carnes, & populo distribuere teste Liu. in fine primi libri. Plin lib. 15.& hoc cautum erat edicto Aproniani præfecti, ut ex antiquitatis obseruatione refert D. Decia. uir. præter legum exactam notitiam historiarum, & numismatum peritissimus, in consi.4 nu.61.in 3.

ARGVMENTVM.

Ex quibus causis pœna ordinaria statuti minuatur.

Et quando cicatrix dicatur vituperare faciẽ, & comprehendatur in statuto?

Persuadens, & inflamans ad sui ipsius commodum, an dicatur opem præstare, & mandare, teneaturque statuto de mandato?

S V M M AE.

1 *Pœna potest ex causa augeri, & minui.*

2 *Etiam quod sit pœna à statuta imposita.*

3 Quod procedit maxime in maiore iudice, vt Pratore.
4 Confessio sponte emissa pœnam minuit.
5 Non autem corporalem ex statuto Ferrariæ.
6 Sed iudices parum curant hodiè, de hac confessione.
7 Famam ob bonam etiam delinquenti potest iudex veniam dare.
8 Pœna est minuenda non solito delinquere.
9 Manus non potest amputari ex statuto pro vulnere, non solito delinquere.
10 Et maximè si vulnus non deformat personam vulnerati.
11 Nobilitas efficit, vt pœna præsertim corporalis sit minuenda.
12 Et maximè si delictum non minuat nobilitatem.
13 Defendere licet se in causa honoris non secus, ac in causa vitæ.
14 Iniuriam iniuria quomodo non liceat repellere.
15 Nobilis ac generosus non facilè potest iniuriam ferre.
16 Prouocatum motū fuisse ex sola causa prouocationis est probandum.
17 Inquisitioni est standum, quo ad qualitatem in ea expressam.
18 Nec contrarium potest probari.
19 Prouocatio excusat à pœna, etiam si ex internallo fiat offensio.
20 Et pro homicidio debetur solum pecuniaria, vel relegationis.
21 Etiam si uerbu tantum iniuria fuisset illata.
22 Etiam si affini uel fratri.
23 Fratre neminem habemus cariorem.
24 Prouocatus non potest dici ignorans.
25 Dolorem iustum difficilimum est temperare.
26 Assassinus non est, qui ad uindictam tentauit pecunijs homicidium.
27 Sfrizatio raro adfert periculum mortis.
28 Statutum de cicatrice deformante non habet locum, nisi interueniat qualitas deformationis.
29 Et probetur, alias inquisitus non poterit condemnari.
30 Cicatrix deformans comprehenditur statuto de cicatrice punibili.
31 Cicatrix est concauitas, & scissura apparens in exteriori parte.
32 Vulnus si est paruum in facie non importat faciei uituperationem.
33 Cicatrix quandoque est euidens, quandoque non.
34 Cicatrix quandoque est decora in facie.
35 Secus in muliere, quia est semper deformis.
36 Cicatricis nulla potest fieri æstimatio in homine.
37 Cicatrix à superueniente barba occultāda non comprehenditur statuto.
38 Iudex solet minuere pœnam diu carcerato, & molestiam passo.
39 Mandatum si non est probatum, sed sola instigatio curia succumbit.
40 Mandatum & instigatio sunt diuersa crimina.
41 Mandati uerba sunt probanda.
42 Verba generalia palàm probata non inferunt mandatum.
43 Mandare non dicitur qui, uel hortatur, uel suadet, vel monet.
44 Mandator non dicitur qui assentit, inflammat, & hortatur.
45 Mandatum durius obligat, quam persuasio.
46 Scientiam delicti non dicitur habere, qui eam habet in nube.
47 Delictum esse aliquem alioqui patraturum ex quibus coniecturis probetur?
48 Pœna instigatoris debet esse longè minor illa, quæ debetur principali delinquenti.
49 Et pœna debet esse extraordinaria.
50 Et pecuniaria & leuis.
51 Et ita est sæpè iudicatum.
52 Instigans propter se ipsum instigatorem minorem pœnam meretur, ac si instigaret propter ipsum instigatum.

CONSILIVM CCCLVI.

In Domino confido.

DOCTISSIME quidem, & elegantissimè eccell. D. Cremona ostendit Ecc ellētem D. Claudium Brusatum non teneri pœna statuti Ferrariæ de occidente, vel vulnerante, aut occidi, uel uulnerari faciente prece, vel precio. Rubr. 73. lib. 3. Verùm quia omne ius nedum amicitiæ, sed humanitatis postulat, ut nostros quales, quales futuri sint

sint non claudamus iuris, & legum riuulos amicissimo iuueni, ita (ut fors tulit) in maximas ærumnas cõiecto. ideo sicuti antea in acerbissimo hoc casu amici condoluimus, ita nunc amicissime quicquid opis est nostræ deferimus.

Credimus itaque etiam si essemus in casu illius statuti, ex multis D. Prætorem debere pœnam ordinariam minuere. Illud namque in confesso est, pœnam quamlibet etiam a iure determinatam esse arbitrariam iudici, posseque ex causa
1 tum augeri, tum † minui. text. est iuncta glos. in l. hodie. ff. de poen. & scribit Bald. in l. & si seuerior. C. ex quib. cau. infam. irrog. Castr. consi. 328. col. secunda. in secundo. Dec. in capit. de causis. numero 18. de officio delegat. Viu. lib. primo. opin. commun. opinio. 165. Didac. lib. secundo. resolutio. capit. nono. numero octauo. Claud. Battand. regul. tertia. Tiraquell. late in suo tracta. de poen. in præfatio. & latius Clar. in §. fina. quæstion. 85.
2 quod procedit † in pœna a statuto imposita, ut tenent supra citati, quibus addo Boss. in titulo de pœnis. numero decimo. Plac. lib. primo. epirom. delict. cap. 33. numero quinto. Clar. d. quæst. 85.
3 numero quinto. & maximè cum simus † in maiori iudice, nempe in prætore de qua re tractat Menoch. de arbitr. q. 96. num. 10. 14.

Prima itaque causa pœnam minuẽdi illa est, quia D. Claudius ingenuè fassus est statim, quicquid patrauerat, & mandauerat, licet non esset conuictus, nec posset fortasse conuinci ex dicto mandatarij; ob hanc spontè emissam confessio-
4 nem pœnam minui † debere probatur in l. 1. C. ne tutor, uel curator. &c. & scribunt omnes in c. si clerici. de iudic. ubi Abb. Dec. Fely. Tiraquell.
* late de pœn. caus. 30. & est communis opinio, * vt dicit Bero. in d. capit. si clerici. Simanch. & Catholi. Insti. cap. 55. numero sexto. Nec me præte-
5 rit in pœna † corporali confessionem, nihil minuere ex statuto nostro sub rubrica 19. lib. 3. sed nos non versamur præcisè in pœna corporali, sed in arbitraria, ut nunc contendimus, & infra ostẽdemus. scio etiam iudices de hac confessio-
6 ne † parum curare, ut dicit Clar. in §. fin. qõ. 60. versic. non desunt. quod scripsit Alberic. in l. 1. §. quæstioni. numero tertio. ff. de quæstion. Verum adducimus hoc, vt ob multa, ac varia, iuncta simul ostendamus hũc casum maiore dignum esse misericordia, quam punitione.

Secunda causa est bona, immò optima fama ipsius D. Claudij, etiã D. Prætori (ut credo) alioqui non ignota, cum ex hac possit index etiam
7 † delinquenti ueniam dare. Crot. in repetit. cap. vt animarum. §. statuto. colum. fin. de rescrip. in 6. Grammat. decisio. quinta. numero trigesimosexto. & decis. vigesimatertia. numer. septimo. & ita euenisse, scribit Nat. consi. 458. numero undecimo. tertiodecimo. de hac causa tract. Clar. dict. quæst. 60. vers. frequens etiam. At uero si vulnus mandatum fuit non est mirum, si quidem vulneratus adeo iniurius fuit, ut coegerit etiam ipsam humanitatem sæuire.

Tertia est causa huic secundæ affinis, quod D. Claudius non est solitus delinquere, neque ha-
8 ctenus deliquit unquam, quò fit, vt pœna † sit minuenda, vt notant supra adducti Doctores, quibus addo Grammat. uot. 17. numero quartodecimo. quintodecimo. Mars. in pract. in §. diligenter numero 196. & consi. 109. numer. 27. & 120. numero trigesimosexto. trigesimo septimo. Paris. consi. 151. numero 13. & consi. 153. nume. 51. in quarto. Horat. Lut. consi. 161. numero 50. 51. in primo crimi. Merend. consil. octuagesimonono. numero quadragesimooctauo. in secundo. & in his terminis scribit Grammat. uot. vigesimo. nu-
9 mero decimo. pœnam amputationis † manus de qua in statuto nostro pro vulnere, non habere locum in non consueto delinquere, & ira fuisse seruatum, scribit Ludoui. in decis. Lucens. 15. num. 90. quod maximè procedit si vulnus non defor-
10 maret † personam vulnerati, vt dicit Gramma. dicto num. 10. nullam autem adesse deformationem ob vulnus infra ostendemus.

Quarta accedit causa diminuendi pœnam nobilitas, & dignitas D. Claudij. est enim Doctor, & ex familia oriundus Carpi antiquissima, & no-
11 bilissima. & hoc procedit, maxime † si agatur de
* pœna corporali, ut est communis * opinio. Didac. lib. secundo. resolut. capitulo nono. numero tertio. Roland. consi. sexagesimotertio. numero sextodecimo. in tertio. & fusè hoc tractant Tiraquel. de pœn. caus. trigesimaprima. Clar. in dicta quæst. 60. vers. prodest etiam. Rimi. iun. consilio 245. numero sexagesimoquinto. cum sequenti. quod procedit, maxime in delicto, quod non
12 minuit nobilitatem, † imò auget, secus in furto, & in falso ex Luc. de pœn. in l. mulieres. colomn. quinta. vltimo not. c. de dignit. lib. duodecimo. Afflict. capitulo ultimo. quibus mod. feud. amit. Socin. iun. consi. trigesimonono. numero quadragesimoprimo. in secundo. vt paret ex Tiraquel. & Rim. iun. supra citatis. neque enim nobili possibile erat diutius ferre illius honorem, totiusque familiæ, ita turpiter alterius dolo, & opera, qui minimè hoc facere debuerat pessum ire. hinc addo, quod cum liceat in causa honoris non secus, ac in causa uitæ se ipsum defendere,
13 † & iniuriam repellere, ut in l. ut uim probat Ias. columna penultima. numero trigesimosexto. versic. quæro. ff. de iustitia & iure, & scribit Plotiu. consi. trigesimosexto. numero sextodecimo. vtique dicitur Do. Claudius ad defensam impune vulnus mandare potuisse. neque enim aliter poterat defendi, ita molestus erat hic vulneratus, atque importunus. & licet omnia per uiros nobiles essent Illustriss. Gubernatori insinuata, attamen neque hic aliquod fuit sequutum, imò nec tentatum remedium, & licet Dec. in d. l. vt vim. num. 36. versi. postremo quæritur. dicat ad vindi-
14 ctam pro repulsione iniuriæ non licere † iniuriam uti, cui ego assentio, vt in materia libelli famosi,

aliàs est per me cõclusum, attamen illius dictum
cedit quando iam est illata iniuria, non quando
infertur, vel necessariò est inferenda. an uero si-
mus nos in hoc secundo casu D. Prætor visis te-
stium depositionibus non dubitabit. accedat q
vt alias in primo volum. crim. scripsi, vir genero-
15 sæ † indolis ac nobilis, qui eã patitur iniuriam,
quam minimè est ꝓmeritus si ad grauiora egre-
ditur, tanquam non sani capitis est excusandus,
hinc exclamat Terentianus Leno, in Adelphos.
act. 1. scen. 1. Pro supreme Iupiter minimè miror
qui insanire occipiunt ex iniuria. Ego in tali ca-
su illam à Deo peterem tolerantiam & patien-
tiam, quam etiam facilius est in Doctore opta-
re, quàm inuenire.

Quinta subsequitur causa vrgentissima, ob q̃
omnino pœna est minoranda, nempè prouoca-
tio & iniuria illata, tum D. Alfonso fratri D. Clau
dij, tum uniuersæ domui brusatæ, hæc colligitur
vberrimo ex processu, namque probatum satis
est ex ea sola causa motum fuisse D. Claudium, &
16 non ex † alia, quod probandum esse dixit Alex.
consi. 103. post num. 13. ver. & dato. in prin. & ita
practicari ait Blanc. in pract. crimi. fol. 139. num.
8. quod etiam ipsa inquisitio fatetur dum dicitur
(D. Claudium dedisse mandatum ad causam de
qua in processu.) Inquisitioni autem stãdum est
27 † quo ad qualitatem in ea expressam, ut tradit
Mars. consi. 7. num. 68. & consi. 57. nume. 24. & in
consi. 61. numero 13. ubi ait contrarium probari
18 † non posse Petr. Calepha. decis. quinta. nume. 3.
impressa post secundum uolum. consiliorum cri-
minal. Iam uero quod ob prouocationem excu-
setur quis à pœna ordinaria tradunt passim Do-
cto. & probat text. in l. Diuus. ff. de parricid. qui
tex. loquitur quãdo ex interuallo facta est offen-
19 sio † non incontinenti, ut glos. Bar. & Ang. ibi te-
stantur. sequuntur deinde alij. Mars. in d. l. nume.
11. & in l. 1. num. 26. in 13. limita. ff. ad l. Corn. de
sicar. & consi. 67. num. 57. 53. num. 55. 80. nume.
57. Gram. Vot. 23. num. 14. & seq. Nouel. in tract.
ad defens. in prin. num. 61. Afflict. decis. 206. Ti-
raquel. de pœn. cau. prima. Clar. d. q. 60. ver. nũc
quæro. Carer. in practi. crim. §. 6. num. 160. 2. co-
lum. ubi loquitur de pœna minuenda, licet uindi
cta facta sit ex interuallo. Et licèt sequatur ho-
micidium, tamen pœna ordinaria non debetur,
20 imo nec corporalis, sed pecuniaria † solum vel
relegationis. Mars. in d. l. diuus. num. 11. Gramm.
consi. 5. num. 8. & consi. 18. num. 7. Ioan. de Ami.
consi. 22. num. 14. & Rimi. cons. 4. num. 8. Paseth.
consi. 185. num. 1.

Quæ conclusio procedit etiam si iniuria uer-
21 bis † tantum illata fuisset. Ang. in l. si adulterium.
§. imperatores. ff. ad l. Iul. de adulter. Alex. consi.
119. num. 10. in 7. Mars. cons. 137. num. 6. Gram.
uot. 23. num. 14. Nouel. in tract. ad defens. in prin.
num. 61. Nec obstat, quod iniuria fieret D. Alfon
so fratri, quia fiebat etiã Dom. Claudio, & totæ
agnationi, & si Mars. consi. 68. num. 2. dicit proce
22 dere hanc conclusionem † etiam si affini facta
fuit iniuria, quanto magis si fratri? Quo neminẽ
excepto patre habemus, aut propinquiorẽ, aut
23 cariorem, ut in his terminis probat. † Tiraq. de
pœn. caus. 22. num. 6. cum sequ. Addamus, quod
maxima hic adfuit prouocatio, nam si prouoca-
tus debet scire, & intelligere prouocationem &
24 ignorans † non potest dici prouocatus, ut pro-
batur in c. dilecto. de senten. excom. in sexto. &
per Spec. in tit. de accusa. §. 1. col. 5. ver. sed quid
si te uocaui. Albe. in dict. suo in uerbo Prouoca-
tus. & Abb. in c. dilecti. num. 17. & Fely. num. 10.
de exceptio. utiq; fuerũt maxime prouocati isti
fratres, qui cum aduertissent animum huius vul-
nerati, illumque per communes amicos, & co-
gnatos commonefecissent, ut ab incœpto desi-
steret, perstitit ille iniuriam inferre, eam que
atrociorem reddere, agimus namque in hoc ca-
su non tantũ de iniuria illata, sed de illa quæ con
tinuo inferebatur, & tendebat semper ad grauio
rem infamiam prouocatorum, cui quidem com
pulsi fuerũt obuiam ire. difficillimum enim est se
ipsum cohibere, proprium, que compescere
25 † dolorem, ut nõ procul ab hac materia scriptũ
est in l. si adulterium. §. imperatores. ff. ad l. Iul. de
adult. trad. Doct. in l. quicquid calore. ff. de regul.
iur. Tiraq. d. cau. de pœn. & in primo uolu. crimi.
posterio. Rim. Iun. consi. 135. num. 21. & Maluat.
cons. 111. num. 24. Asin. cons. 112. num. 29. in se-
cundo crimina. ob hoc idem concludit Gabriel.
consi. 170. num. 13. non teneri de assassinio, qui
26 iniuriam † vlciscendi gratia cum aliquibus pecu
nia uocatis tentauit homicidium.

Sexta est causa, quia ut omittam q illud, quod
est mandatum nõ poterat vulnus graue, aut mor
27 tem inducere, nam sfrizatio † ut ait Clar. q. 89.
in §. 1. vers. Pone aliquis. si fiat in facie cesim num
quã solet vulnus ad mortẽ importare, illud qđ
est sequutum non compræhenditur pręcise à sta
tuto. in eo enim dicitur (faciem deformando) &
ideo, hoc statutum loquens de cicatrice defor-
28 mante nõ habet locum, si non intentet † qualitas
deformationis. Floria. de S. Petr. in Litẽ Mela. §. si
plures. ff. ad. l. Aquil. & Alex. ad Bar. in l. denun-
ciasse. §. quid tamen. ff. ad. l. Iul. de adulte. & pro-
29 betur † etiam, alias inquisitus, nunquam poterit
condemnari, ut per Bart. in proœm. digestorum.
§. 1. & in l. 1. §. 1. ff. de uentr. inspicien. & de hac
praxi omnino obseruanda, scribũt latè Catal. de
Syndica. nu. 29. Nell. in tract. de bannit. 2. par. 2.
temp. nu. 52. Caballi. ad Aegid. consti. l. 4. c. 17.
glos. 1. Imò si statutũ solum faceret mentionem
30 de cicatrice punibili intelligendum † est, si cica-
trix sit deformans, vt scribit Floria. in l. ex hac. ff. si
quadrup. paup. feci. dic. & in l. 1. ff. de his qui de-
ie. vel effude. cæterum à nobis probatum est sfri-
zationem esse uix propinquo apparentem, & fu
turam etiam ocultam barba superueniẽte itaq;
31 cum cicatrix † sit concauitas, & scissura appa-
rens in exteriori parte, vt scribit Bald. in l. si quis.

deC.

C. de pœn. & sequitur Catald. d. nu. 29. & pulchrè demonstrat Christoph. de Florent. in suo tract. de cicatrice, qui est apud Nel. d. nu. 12. certè hęc non potest dici cicatrix quę faciem uituperet, at quę deformet, nam quod ait Cristoph. in fi. illius pulchri tract. Vituperatio non sequitur in ali
32 quo paruo vulnere † etiam in facie facto à quo facta erit abscisio cutis, uel alterius partis spermatici membri. ad hoc enim, vt facies sit vituperata requiritur, ut tanta sit facta læsio in superficie, quod oculo corporali uideatur a longe concauitas, seu vestigium relictum. Hinc apud no-
33 stros alia est cicatrix † euidens, alia non, vt in terminis statuti declarat Ang. in l. extat. nu. 4. ff. quod met. cau. & in l. quæritur. in §. si nominatim. nu. 2. ff. de ædili. edict. imò discrimen adest inter cicatricem, & deformitatem, & probatur per tex. no. in l. 1. in fi. & ff. de his qui deie. vel effud. nam-
34 que quandoque decora est cicatrix † in vultu iuuenili, effert enim quandam ferocitatem generositatem que demonstrat, secus autem esset in
35 muliere. in qua omnis † cicatrix est deformitas,
* hinc uulgo * traditum est in homine cicatricum
36 nullam fieri æstimationē, † vt scribit Flori. & Alberi. in d. l. ex hac. secus autem est in muliere, & præsertim non nupta, ut est singulare dictū Petr. de Dau. in d. l. ex hac quem sequitur ibi Alberi. & refert Gomes. tom. 3. ti. de iniur. nu. 12. Accedat.
37 quod cicatrix † superuenienti barba occultabitur, itaque statutum non compræhendit cicatricem, quæ tegitur capputeo, uel capillis, si loquatur de euidenti, ut consuluit Bald. consi. 432. in 5. & loquitur quando adest & maxima concauitas.

Ex his ergo arbitror, uel non esse nos in casu statuti, uel si sumus, aut nullam, aut minimam pœnā deberi. satis enim dicti fratres pœnas dederunt cum indignis modis fuerint carceribus immissi, & diutius detineantur, quàm illorum delicta sint promerita, quæ omnia solent etiam iudi-
38 ces mouere † ad minuendam pœnam, vt scribit Tiraquel. d. trac. de pœn. cau. 41.

Superest modo, vt dicamus de D. Alfonso, fatemur nanque D. Claudium fuisse mandatorem, quod & ipse fassus est. Verum quia inquiritur D. Alfonsus, vt mandator à curia, nec est probatum
39 mādatum, sed sola instigatio, ideo debet † curia succumbere. Bar. in l. 1. in prin. ff. de eden. sunt
40 enim diuersa † crimina per eundem. Bar. in l. non solum. §. si mādato. ff. de iniur. late Bero. cōs. 170. nu. 8. in 3.

Iam vero, vt ostendamus D. Alfonsum fuisse instigatorem, necesse est admittere non nulla, quę tum colliguntur in processu, tū alioqui vera sunt. Primum est, quod D. Claudius dedit mandatum huic Filippino, & ipse statim aceptauit, eratque repente oblata occasione crimen patraturus. Secundum est, quod D. Alfonsus non omnia sciebat, quæ D. Claudius agebat, vt hunc vulneratū ab iniuriando reuocaret, sub nube aliqua intelligebat, sed non omnium erat conscius, tum quia ita sæpè euenit, ut mariti serius intelligant ea, quæ ad alios statim deferuntur, tum quia D. Claudius fratri omnia celabat, ne ira correptus aliquod magnum malum cōmitteret. & hoc est etiam verisimile, quia non erat necessaria communicatio cum fratre, si absque illo poterat solus D. Claudius omnia perficere. Tertium est, quod vindicta quodammodo pertinebat ad D. Claudium, tum quia erat familiæ caput, tum quia susceperat supra se negotium, & sciebat omnia. & licet fortasse suspicaretur D. Alfonsus necessariū esse sicarium, attamen non illius erat mandare, non potuit tamen se cohibere, quin inflammaret sicarium ad vindictam, quam ut perciperet omne ius postulabat.

His sic stantibus certum est D. Alfonsum non mandasse, siue respiciamus illius verba, siue mentem, quæ ex uerbis & coniecturis probatur. nam
41 cum verba mandati † sint probanda, vt scribit Franc. March. decis. 423. nu. 10. 23. par. 1. & Burs. consi. 20. num. 5. nam video, nisi verba generalia inflamantia solum, & instigantia (*Fate quel che dice il Signor Claudio*) aut (*io lo desidero*) (*seruitelo bene*) & alia hoc genus, at certum est, quod verba ista generalia & prolata coram alijs palàm, ut dicitur
42 in processu, nō inferunt mandatum, † aut important quod scriptum est à Bal. consi. 229. uol. 3. & Mars. consi. 88. num. 10. & 101. nu. 13. Bero. latè consi. 175. num. 28. in tertio. & Mars. in tractat. de bannit. in verbo mortui. nu. 147. ubi ostēdit non
43 mandare illam, qui de hortatur † vel suadet, vel monet, vel commendat, Bursa. consi. 192. nu. 26.
44 subsequitur ergo conclusio, † quod qui assentit, inflammat, vel hortatur, non dicitur mandator quibuscumque verbis vtatur Ang. consi. 22. 1. col. Ias. in l. 1. col. 4. ff. de serui. fugit. Corn. cōs. 17. in 3. col. in 4. Dec. in c. 1. nu. 10. de offic. deleg. Rui. consi. 6. nu. 1. 6. in 5. Boss. in tit. de manda. ad homicid. nu. 63. Carer. in pract. crimi. §. j. nu. 54. Crauet. consi. 29. nu. 2. Bero. consi. 175. nu. 23. in 3. & est pulchrum consilium Cæpol. 27. in quo tres erant fratres, & duo properabant ad uindictam, alius vero dixit (ite nam ego feram rastros pro sepeliendo illum) & illic Cæpol. defendit esse instigatorem hunc, sequitur Rim. iun. consi. 310. nu. 14.

Quo ad mentem & animum D. Alfonsi idem etiam est dicendum quia non est præsumendum voluisse dare mandatum si iam datum erat à D. Claudio, & mandatarius erat alias facturus, ut constat ex dicto ipsius, & certum est, quod quis præsumitur potius persuasisse, quā mandasse cū
45 mandatum durius † obliget. Barto. consi. 165. in quæstione. nu. 3. Bal. in d. l. 1. nume. 7. Ias. colu. 4. & Ang. d. consi. 22. Gram. decis. 34. nu. 40. Mascard. in pract. de probat. in verbo consilium. conclus. 419. num. 6. Et licet sciret delictum committendum, sciebat tamen omnia in nube, & nō omnes qualitates intellexerat, quo casu etiam non ha-
46 bere notitiam † delicti patrādi dicitur, vt scribit Fely.

Fely.in c.quoad eo nſultationem. col. pœn.verſ. 12.concluſio.de re iudica.Nat.conſi.225.nu.5. Bec.conſi.37.nu.23.& in his terminis Rim.iun. d.conſi.310.nu.24.

Addamus quod certum eſt mādatarium ſine hac inſtigatione alioqui fuiſſe facturum illud delictum, ipſe enim acceptauerat mandatum, obtulerat ſe illam occiſurum endum vulneraturum, & ſe præparauerat ad facinus. quæ omnes ſunt
47 † coniecturæ, quem eſſe alias facturum, vt per Docto.in d.l.1.C.de ſerui.fugit.Bald.Caſtr.Iaſ.& per Bal.in l.metum.in fi.l.quod met.cauſ.Cœpo. caut.39. vidimus Corn.dict.conſi.57.Gram.uot. 6.nu.20.Bero.d.conſi.105.nu.33.37.in 3.& alibi ſæpe.

Pœna ergo inſtigatoris debet eſſe longe mi-
48 nor quàm illa quæ debetur principali † delinquenti.Sali.in.l.unica. 3.q.nu.25.C.de rapt.virgi.Mattheſ.not.94.Dec.in l. conſilij.nu.4.& Cagnol.nu.8.ff.de reg.iur.Boſſ.dicto tit. de manda. ad homicid.nu.59.& hæc pœna debet eſſe extra
49 ordinaria † ex Bal.in d.l.1.nu.6.Iaſ.col.4.& in d. l.conſilii.Dec.nu.4.Cagnol.nu.9.Alcia.in l.ſæpe in verbo(non poteſt).ff.de uerbo.oblig.Soc.iun. conſi.38.nu.171.in 2.Plaz.in epitom.lib.1.c.17. nu.1.Boſſ.dict.tit.nu.59.Barth.Ghit.conſi.157. nu.5.& ſeq.in 2.vol.conſiliorum crim. quæ pęna
50 non debeat eſſe corporalis,ſed pecuniaria, † & leuis.Gram.conſi.39.nu.4.& conſi.36.nu.23.& vot.5.nu.3. quam pœnam ſecūdum hanc ſenten
51 tiam pluries terminatam eſſe dicit † ibi Gram. Burſa.ſequitur conſi.192.nu.41.& in cauſa Gabrielis Mazzariæ, in qua amplè conſuluit Rim. iun.conſi.105.in pri.crimi.prior.& Pater meus conſi.70.in 2.crimi.poſterio. fuit condemnatus extra ordinē in ſcutis 100.ille inſtigator de quo in conſi.nu.33.& ne dubium faciat D.Prætori, q D.Alfonſus videbatur inſtigare propter ſe ipſum inſtigatorem,quia ob hoc idem meretur minorē
52 pœnam, quia † ita accenſus inſtigauit propter ſui vindictam, quod non eſt in illis, qui nulla laceſſiti occaſione etiam in malis aliena curant, & in iniurijs dormientes exſuſcitant ad arma, & ſanguinem, quod certè eſt diabolicum, & non ſine pœna relinquendum. Pro fine huius noſtræ ſententiæ addo caſum olim Ferrariæ nō diſsimilem eueniſſe,in quo extant tria conſilia Parentis mei, in 1.vol. ſuorum conſi. crimi. duo fratres volebant occidere Nobilē quendam de Pochin teſtis, qui illorum patrem occiderat antea, tertius frater interuenit tractatui ſocium alium perquiſiuit,& adduxit, omnes hortatus fuit, inſeruiuit, pro exploratore in actu homicidij, attamen extra ordinem fuit condemnatus a curia huius magnifici Prætorij.& D.Prętor fortaſſe erat tunc Vicarius,ego interim illi amiciſſimū adoleſcentem, imò in ipſum commendo.Claudium enim & Doctorem commendo.

Laus Deo Opt.Max.

Bartho.Bertaz.

ARGVMENTVM.

An impune liceat iniuriantes, vt contumelijs vtentes,tanquam aggreſſores vulnerare.

SVMMAE.

1 *Offenſio ad ſui defenſionem eſt licita.*

2 *Prior in minando,& alterum iniuria afficiendo eſt prouocator.*

3 *Inſultatus præſumitur retrahens ſe.*

4 *Iniuriam inferenti poſſumus dicere tu mentiris.*

5 *Inſultatus præſumitur qui probat bonam famam.*

6 *Qui ſponte carceribus ſe offert.*

CONSILIVM CCCLVIII.

In Domino confido.

ABSOLVENDI ſunt à proceſſu contra eos formato, & liberandi à carceribus Io.& Frabicius fratres de Perazzolis, cum de eorum innocentia apertiſſime conſtet. tam ex teſtibus pro eorum parte examinatis, q̄ ex receptis pro parte curiæ contra eos.quatuor enim teſtes examinati ad defenſam pro eis, licet tres. Primus & quintus deponunt, quod Alex.Malacoda fuit auctor rixę. & prior iniurias & contumelias protulit contra ipſos.eiſque illos affecit.Et ſubinde ipſe, & Dominicus Bonſignorius eius ſocius armati, archibuſio,ſcilicet ipſe Alexander,& alter enſe & pugione denudatis. aggreſſi fuerunt illos. vt vulnerarent,vel occiderent. quod etiam in proceſſu informatiuo curiæ atteſtati fuerunt. Secūdus,& tertius teſtes examinati pro curia,ſcilicet Philippus Marchiorius,& Franciſcus Villanus, & vltra eos etiam Ioan.Cathenacius, Quartus teſtis curiæ, quod & quintus teſtis videtur etiam fateri.

Quo ſtante licet ipſi fratres nō vulnerauerint, vel offenderint dictum Alexandrum,ſi tamen illum offendiſſent,vel vulneraſſent,quia ad ſui neceſſariam defenſſionem id feciſſent venirēt abſoluendi.l.vt vim.vbi omnes.ff.de iuſt.& iur.ca-
1 pitulo † ſignificaſti.in l.1.nu.28.& ſeq.ff.ad l.Cor. de ſicar.in conſi.4.nu.4.& 81.num.2.& ſeq.Iul. Clar.in practi.crimi.in §.homicidium.in ver.excuſare autem.alij in alijs locis.Qui enim eſt prior in minando,& iniuria alterum afficiendo, cenſe
2 tur.prouocator & aggreſſor.† Io.de Ami.in conſ. 23.nu.1.& Gram.conſ.28.nu.8.2.Carer.in pract. crimi.in §.ſext.nu.141.ſic etiam fuerunt aggreſſores, ex quo prius arma cæperunt euntes contra eos,vt deponunt omnes teſtes.Cæpol.conſi. 28.nu.9.Io.de Amic.dicto conſi.2.nu.& Aluaro.

primo

primo tom. crimi. consiliorum. primo impressorum consi. septuagesimoquarto. numero vigesimonono. Ex verbis etiam ipsorum de Perazzolis, id constat, & præsertim dicti Ioannis, erga dictum Alexandrum, dum illos insultaret, de quibus nonnulli testes deponunt, scilicet dum ipse illum appellatet mendicum, inedia mortuum, in famem, & similem. & ipse responderet (*io sono quello che tu vuoi tu*,) & similia. ex verbis enim, in rixa prolatis arguitur quis fuerit īsultatus, & qui aggressor. Cępol. consi. uigesimonono. numero octauo. Marſ. conſ. prædicto. quarto. numero vigesimoquinto. & Carer. dicto §. sexto, nu. 144. & 149. & idem est quia testes deponunt, quod se retrahebat, immò Ioannes aufugit. & Fabritius se defendebat (vt dicūt testes) arma hastata, quam habuit à quodam, qui illam illum detrahit, nam etiam eo casu probatur alterū insequētem fuisse aggressorem, & retrahentē se insultatum. Cæpol. d. consi. vigesimooctauo. numer. undecimo. ver. quia. & conſ. sequenti numero septimo. verſ.

3 secundo. quia † Alcia. tract. pręsump. tertia regula præsumption. trigesimanona. numero duodecimo. & Carer. dicto numero 144. licet his pręsumptionibus nō sit opus, cum omnes testes affirment ipsos Alexand. & Bonsignorium fuisse aggressores.

4 Et licet † aliqui ex testibus deponāt, quod Dominus Ioānes propulsando iniuriam sibi illatam

a per Alexandrum, a respondiderit eidem, quod mentiebatur, non propterea potest puniri, quia hoc ei licuit, Bar. in l. quæ omnia. §. primo. ff. de procura. & Doct. omnes in l. fin. ff. quod quisque iur. & in alijs locis.

Sicut nihil facit, quod post verba iniuriosa ꝑhabita, ipsi de Perazzolis iuerint post dictum Alexandrum uehentem nauim deorsum per flumem, quia non propterea hoc ad culpam potest illis imputari, cum inermes illuc accesserint, non causa rixandi, sed magis ut verbis humiliter, & blandis rem cōponerent cum Alexandro, qui erat etiam partuelis vxoris Fabricij, vt deponunt Philipp. Marchiorius tertius testis curiæ. quod etiam probant primus testis ad defensam, dum deponit q̄ Ioannes dicebat Bonsignorio, (*lassami dir quattro parole à Alessandro, lassa che parliamo sieco*,) & idem deponit tertius testis subdens, quod ostēdebat uelle illum alloqui amicè, & amabiliter, & vltimus test. qui alia deponit ad propositū in penul. facia. eius testificatus, cum & illuc iuissent inermes non licebat aduersarijs illos aggredi armis.

His accedat, quod est probata bona fama & pacifica uita dictorum fratrum, ex qua præsumitur eos fuisse insultatos. Io. de Ami. dicto. consi. vigesimotertio. numero decimo. Alcia. dict. pręsumption. numero octauo. & in l. penultima. §. si quis simpliciter, numero septuagesimo octauo. ff. de verborum obligation. Gram. d. consi. uigesimonono. numero quartodecimo. Carer. d. §. sexto. numero 139. & Boer. decisione 237. numero secundo.

Postremò cum ipsi comparuerint spontè. & se in carceribus mācipauerint, ut imò testes. maximum hoc est indicium innocentię, quod tollit alia indicia q̄ cētra ec s extarent. Marſ. in practi. crimi. in §. diligenter. nu. 204. & in conſ. 117. nu. 49. Alb. consi. 94. ad fi. Gram. d. consi 78. nu. 31. & seq. & pulchrè. Nouel. in suo tract. ad defen. in ti. responsiones reorum in constitu. nu. 10. & sequenti.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

ADDITIONES.

a De hac re diximus supra conſ. 135. lit. A. sanè contra hoc
8 rempta † fuit instãtia, ut ad propositum trad. Bar. & alij in d. l. de pupillo. §. fi. nu. 2. & Castr. ibi in §. pen. nu. 4. Roma. consi. 216. res ista. Saly. & Dec. in c. intelleximus. de iudi. & trad. etiam Doct. in c. cum inter priorem, & in c. significauerunt de except. & in terminis Anchara. consi. 333. ad dubia. primo dub.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ADDITIONES.

a Annectemus commodè, & aptè huic loco praxim, quam æquum est intelligere, tum quia plerunque contrarium assessores seruant, tum quia in his casibus homines plerunque arma experiuntur potius quàm leges.

Quando ergo aliquis, est in possessione alicuius rei vel quasi possessione alicuius seruitutis, uel iuris, & timet ne impediatur uti iuri suo, uel sui ei fiat in eo, potest implorare iudicis officium, ut prohibeat aduersarium ne ipsum de facto impediat, & implorantem defendere debet. l. fi. in prin ubi Bar. ff. quod met. caus. l. fi. ff de offi. procon. Cæsa. l. si seruus ubi Bal. Castr. & alij C quod cum eo. & trad. Bal. & latius Castr. & cæteri sequuntur in l. si super possessione, per illum tex. C. de transact quod etiam trad. Bal. in c. an sit. de appella. q. *
* opinionem dicit communem * Aret in c. in præsentiue col. 1. nu. 27. de probati. & sequitur Fely. in rubric. de treug. & pac. col. fi 9. declaratione. Nec isto casu, ut ode nes fatentur est opus libello, uel litis contestatione.

Imò nec exigitur partis citatio secundum Rim. in d.l. si super possessione, & licèt istud ultimum de citatione patiatur aliquam difficultatem, quando maximè nō est periculum in mora, ut per Zuccard. in l fin. C. de edict. Diu. Adria. tollen. num. 110. & 112. tamen negari non potest, quod non possit procedi per uiam præcepti iuxta ea, quæ trad. Paul. de Castr. in consi. 3. in causa quæ uertitur in prin. in 2. uol. nouissimorum, alias consi. 5. in antiquis, & Guid. Pap. loquens in seruituti. q. 578. si agatur, & trad. etiam Capit. decis. 13. in prin. Nam dubium non est, quod pars quæ de facto potest defendere suam possessionem, possit etiam petere per iudicem absque ordine iudiciario prouideri ne turbetur aut molestetur, ut Doct. allegati admittūt. de quo tradit abundè in theorica, & practica Plot. in l. si quando C. unde ui. num. 102. & seq. Et isto casu si pars negat possessionem petentis, & iudicia officium implorantis, iudex debet assumere informationes de possessione, uel quasi partium & in ea defendere, ac tueri eam partem, quæ melius de sua docuerit, nec permittere, quod partes ueniant ad arma l æquissimum. ubi Bal. ff. de usufruct. qui ait. quod hoc fieri potest, etiam si iudicium ordinarium fuisset inter partes intentatum in interdicto, uti possidetis, ut trad. Capit. qui latè examinat in decis. 96. in 2 dub. & in fi. dicit per sacrum consilium, ita fuisse iudicatum. & quod ista discussio inter partes eo modo summatim fieri debeat, admittit Zuccard. d. nu. 112. & latius Plot. d. nu. 102. & seq. & ne dum pro quasi possessione iudex officium impartiri debet, sed & pro nuda detentione detinentis, ut per Ias. & Alcia. in d. l. si super possessione, & cum non exigitur libellus uel alia iudiciorum solennitas, potest fieri hoc casu præceptum parti cum clausula iustificatiua si senserit se grauatum, ut trad. hic num. 1 & trad. Rui. in l. filiusfam. §. Diui. ad fi. ff. de leg. 1. ubi dicit hoc casu præceptum in uim simplicis citationis resolui non debere & in terminis Plo. in d. l. si quando. num. 104. 105. in fi. & ita practicatur quod non reuocatur, uel reducitur præceptum, sed suspenditur & interim audiuntur iura partium, assumunturque informationes, quibus uisis, aut iudex reuocat præceptum, aut confirmat, interim qui præcepto non paret mulctatur, ut hic.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Si quis uendat fundum ob modicam pecuniam cum pacto de retrouendendo, & nomine conductionis. deinde illum retineat, an contractus præsumatur usurarius, & simulatus? Et quibus alijs coniecturis illud demonstretur?

SVMMAE.

1 *Possessionis extrema duo quomodo sint probanda in remedio reintegrandæ.*

2 *Possidere præsumitur pater iure familiaritatis pro filio.*

3 *Possessio ut probetur per locationem, probatio debet esse plena.*

4 *Et non probatur, nisi cōstet locantē possedisse.*

5 *Possessio præsumitur continuata medio tempore probatis extremis.*

6 *Locatio etiā iuncta pensionis perceptione quandoque non probat possessionem.*

7 *Constitutum quandoque non probat possessionem constituentis.*

8 *Remedium reintegrādæ non competit non possidenti.*

9 *Nec competit ex persona patris, si non constat illum usque ad tempus mortis possedisse.*

10 *Contractus si est simulatus, aut fœneratitius non transfertur dominium, aut possessio.*

11 *Et talis conuincitur ex duobus tantum cōiecturis, modicitatis p̄cij, & pacti de retrouēdēdo.*

12 *Precij modicitas quando dicatur adesse arguēs contractum usurarium.*

13 *Coniecturæ, quibus arguitur contractum usurarium, iudicis arbitrio relinquuntur.*

14 *Cōtractus demōstratur usurarius si emptor nō uult reuēdere terras emptas nisi post bienniū.*

15 *Item si post elapsum tempus retrouendendi augumentum terrarum est soluendū uenditorib.*

16 *Item si pactum de soluenda gabella respiciat uenditorem.*

17 *Quod habet locum in alijs expensis.*

18 *Idem est si uenditor nomine affictus remansit in possessione terrarum uenditarum.*

19 *Et si pensio pro affictu respondeat in rōnē pro cētenario de pecunijs habitis pro uenditione.*

20 *Et idem est si immoderata sit solutio redditū.*

21 *Alia est etiam præsumptio, si uenditores donarunt illud quod pluris res ualebat emptori.*

22 *Item si res uendita restat in æstimo uenditoris.*

23 *Fructus in sortem sunt imputandi, si contractus est pignoris.*

24 *Testibus quibus sit standum deponentibus de ualore rei?*

CONSILIVM CCCLXXI.

In Domino confido.

ABSOLVENDVS uenit oīno Capitaneus Ludouic. de Vecchijs a petitis p istos fratres hæredes assertos D. Francisci de Gnolis ex pluribus.

Primò, quia non probauerunt intentionē suā, & actore non probare reus, & si nihil præstiterit, uenit absoluendus l. qui accusare. C. de edend. c. cum ecclesia. ad fin. de caus. pos. & propriè. Agūt enim remedio reintegrādæ contra ipsum ad possessionem terrarum de quibus in causa c. reintegrādæ. 3. q. 1. qđ ut locū habeat exigit duo probari extrema, alterū ex parte agentis. s. antiquio

1 rem possessionē, alterū ex parte † cōuenti posses-
sionem de pñti, vt trad. Doc. in c. cū ad sedem. de
rest. spol. & in l. rē quæ nobis. vbi Soc. 7. q. nu. 16,
ff. de acquir. pos. & de primo extremo Soc. consi.
266. 4. dub. 6. col. 2. uol. & Ruin. consi. 47. nu. 4. 3.
vol. sed respectu primi, non tantum illud non est
probatum, sed probatum est cōtrarium ex testi-
bus examinatis pro parte ipsius rei deponentib.
quod ante contractum factum de dictis terris in
processu pductum inter D. Bernardinum Trom-
bam, & D. Mattheum de Vecchijs, ex una, & præ
dictum quōdam D. Frācischum, ipse Capitaneus
Ludouicus terras illas possidebat, & maximè id
affimant, primus, octauus, nonus, duodecimus,
& 13. testes. Et licet aliqui deponant, q dicto tpe
possidebat etiam D. Mattheus eius pater, cum ex
instrumento in causa producto constet, q terræ
ipsę ante anno 1548. fuerunt datę in dotem ipsi
Capit. Ludouico, & sibi fuerit illarum dominium
quæsitum, præsumitur, quod pater iure familiari-
2 tatis † ipsius eius filij possedisset. l. qui iure fami-
liaritatis. ff. de acquir. poss. Alc. in tract. præsump.
2. reg. præsump. 23. in fi. cum igitur non probaue
rint antiquiorem possessionem, non possunt obti
nere, sed non tātum non probauerunt possessio-
nem antiquiorē, sed nec etiam posteriorem, cū
duo tantum testes singulares deponant de rece-
ptione nonnullarum pecuniarum a D. Bernardi
no prædicto conductore ipsarum terrarum, pro-
3 pter quod non † est probata possessio ipsius D.
Francisci. l. iurisiurādi. C. de testi. c. licet causam.
de probat. Crot. in trac. de testi. nu. 319. & in pro
posito probatio debet esse plena, & cōcludens,
Afflict. decis. 364. & Rolan. a Val. cōsi. 50. nu. 16.
2. uol. Et dato quod dicti testes probarent loca-
tionem factam, & receptionem pensionis, non
4 propterea cēseretur † probata possessio, nisi con
staret locantem possedisse. Rui. consi. 47. prealle
gato. nu. 4. & quādo alius possidet, vt in casu isto
probata est possessio Capitanei Ludou. quæ præ
sumitur continuata vsq; in præsens. l. 3. §. in amit
tenda. ff. de acq. poss. Abb. d. c. cum ad sedem. nu.
15. & maximè cum & ipse possideat de præsenti,
vt fatenē aduersarij, quo casu probatis extremis
5 præsumitur † medio tpe continuata possessio.
Bar. & alij. in l. Celsus. ff. de usucap. Alc. d. tract. 2.
reg. præsump. 22. & præsum. præcedenti locatio
6 † ēt iūcta pensionis perceptione nō probat pos-
sessionem. Bar. & alij in l. quamuis. §. j. vbi Claud.
nu. 1. ff. de acquir. poss. & Fely. in c. inter dilectos.
nu. 8. ff. de fid. instr. sicut etiam constitutum appo
situm in dicto instrumento uenditionis non pro-
bat agentium uel eius patris possessionem, cū nō
7 constet uenditores † constituentes eo tpe posse-
disse, licet contra illos probaret Ang. in l. quāuis
præallega. §. si conductor. Cagn. in l. contractus.
nu. 34. ff. de reg. iur. & ad propositum Nat. in cōsi.
439. nu. 2. Cum itaq; de possessione D. Francisci
non fuerit probata cessat remedium intētatum,
8 quod non possidenti non competit. † Rui. consi.
164. nu. 5. 5. uol. Cagn. in d. l. hæredem. num. 22.
& Rolan. d. consi. 50. num. 13.

Secundò non tātum debuit probari possessio
antiquior ex parte actoris, vt supra, sed cum ipsi
agentes fundent se in possessione paterna, qui ut
asseritur ex aduerso in eorum libello cecidit ui-
uēs a possessione ipsa, vel ea fuit spoliatus, debue
runt id probare, cum posset esse, quod possederit
vsque ad tempus eius mortis, quo casu remediū
9 hoc ex eius persona † illis nō competeret, ita in
terminis. trad. Corn. consi. 229. col. 7. primo uol.
& declarat etiam Cagnol. alios citans in d. l. hæ-
redem. nu. 22. quod tenent Nat. consi. preall. 439.
2. dub. & Rol. à Val. d. consi. 50. nu. 16. & 25.

Secundò principaliter, & si ex aduerso omnia
suprascripta fuissent probata, adhuc tamen non
posset actores obtinere, cum certum sit possessio-
nem harum terrarum peruenisse ad D. Franciscū
(si tamen ad illum peruenit) uigore contractus
uenditionis sibi factæ per dictos D. Bernardinū,
& D. Mattheum, de qua in processu, ut dicunt te-
stes examinati, ex quo quidem contractu posses-
sio ipsa non censetur translata etiam quod fuis-
set penes uenditores, ex quo contractus fuit fi-
ctitius, & simulatus, fœneratitius, & prohibitus,
10 ut mox ostēdam, quo casu † non transfertur do
minium, nec possessio, ut ad propositum, trad. A-
lex. consi. 54. num. 2. sexto uol. & Paris. consi. 54.
num. 26. primo uol. Quod modo contractus fue-
rit simulatus, & fœneratitius probatur ex eo, q
in eo fuit appositum pactum de retrouendendo,
& fuerunt uenditæ terræ pro scutis decem auri
pro singula bubulca, cum tamen fuerint precij
scutorum uigintiduorum pro bubulca, ut depo-
nunt omnes testes d. rei. quo fit, ut ex his duabus
11 tantum coniecturis † iudicetur contractus usu-
rarius, & fœneratitius secundum magis commu
* * nem * * Doct. sententiam, ut per Paris. d. consil.
num. 62. & num. 66. Vbi loquitur etiam quando
non erat excessus in precio, nisi in tertia parte, ut
quia res erat uendita in rationem decem aureo-
12 rum, quæ † erat precij tredecim in quatuorde-
cim, hanc etiam opin. tenet Craue. consi. 156. nu
me. 4. Rolan. latissimè. consi. 40. nu. 21, 2, uolum.
Nat. consi. 198. num. 8. & seq. & secundum istam
partem fuit iudicatum, ut per Thom. Gram. dec.
76. in tribus ultimis, col. & Didac. qui alios citat
in c. 8. num. 4. lib. 3. suarum uar. resolut. & Petr. de
Foller. in sua praxi. de censi. in uerb. instrumento
gratiæ pro consimili precio. nū. 3. & sine dubio
procedit quando extant aliæ cōiecturæ, quę red
13 dant ipsum † contractum suspectum, quę iudicis
arbitrio remittuntur. Bal. in consi. 311. in q. Gual
uagnini. nu. 12. in 5. & Craue. d. consi. num. 14. ac
Didac. d. c. nu. 4. & in proposito præter has duas
extant, quamplures præsumptiones & coniectu-
ræ, quæ non solum reddunt ipsum contractum
suspectum, sed ipsum conuincunt fuisse fœnera-
titium.

Et prima est, quod non licebat dictis uendito

ribus

ribus ex pacto ita conuento retroemere dictas terras nisi post duos annos à tempore contractus intra octo annos, quo casu uolebat omnino fructus tutò habere emptor pro illis duobus an-
14 nis hoc.n.ostendit † contractum vsurarium, vt est tex. in c. ad nostram.de empt.& uendit.& ita tra. Cæpol. in tracta. de simulat.contract. 10.præsumptione nu.49.Craue.d.conf.156.nu.5.& Didac.d.c.8.nu.4. Vbi iuncta hac præsumptione illis duabus habet rē pro expedita.

Secunda præsumptio, quod partes conuenerunt, † si terræ augerentur interim pretio, & ualore, vel propter bonificationes & meliorationes eis faciendas, per uenditores uel aliter in fine annorum octo deberent æstimari per duos peritos, & augmentum illud uenditoribus solui, quod pactum est alienum ab alijs uēditionibus, & contra
15 naturam ipsius venditionis, & sic est suspectum vt trad.Bal.d.consil.numer.8.& 10.& Nat.d.consi.198.num.12.

Tertiā est, quia etiam fuit conuentum quòd ipse emptor tempore retroemptionis recuperaret etiam laudemium solutum pro inuestitura recipienda de dictis terris quod etiam reddit contra
16 ctum suspectum, ut in pacto † de soluenda gabella trad.Alex.d.consi.54.num.2.Paris.d.consi.54.nu.
17 77.ubi loquitur etiam in alijs expensis † & ante eos.Bal.in d.consi.311.nu.8.& 10.& Rolan.d.cō sil.40.nu.35.

Quartā est, quia D.Bernardinus uenditor semper remansit in possessione dictarum terrarum, &
18 afflictus soluit, ipsi emptori, & propterea simulata, & ficta fuit emptio, Anchar.consil.257.si prædicta.2.colu.Anan.d.consi.58.& ante eos Bal.d. consil.311.nu.6.ubi dicit hoc casu constitutum nō tollere suspicionem fraudis, Crau.d.cōsi.156. nu.10.Nat.d.cōs.198.nu.10.& Rolā.d.40.nu.31.

Quintā est, qui a illinc ad duos menses ipse emptor locauit (ut prius fuerat tractatū) illas terras d.D.Bernardino pro scutis triginta duobus auri pro dictis octo annis, quibus durabat tempus ad retroemendum soluendis singulo anno, quæ locatio cum respondeat ad rationem pecuniarum habitarum in rationem decem pro centenario, ostendit uenditionem fuisse simulatam, & fuisse
19 conuentum inter partes ut solueretur † pro pecunijs solutis, vt in his terminis trad.Ancha.d.consi. 2.colu.ad fin.Ana.d.consi.58.col.2.Rolan.d.consi.40.nu.25.& Nat.d.consi.nu.11.& seq. hoc etiā
20 uideri uelle Alex.de immoderata † solutione redituum d.consi.nu.1.& Paris.d.consil.54. nu. 73.& seq.ex ea arguentes contractum simulatum, & fœneratitium.

21 Sexta est præsumptio, quando uenditores † donarūt illud quod pluris res valebat emptori Bal. d.consi.nu.2.& Craue.d.consi.156.nu.9. sed quia hæc clausula est solita apponi in omnibus instrumentis uenditionum in hac regione, non multam uim facio in hac præsumptione.

Septima ultima est, quia (ut audio) res semper fuit, & stetit in æstimo D.Bernardini, uel D. Mat-
22 thei, & emptor nunquā soluit onera † pro ea, quæ considerant pro maxima suspicione, & præsumptione Bal.nu.8.& Rolan.nu.33.36.& Nat.nu.11. dictis consilijs, ex quibus præsumptionibus claris-
23 simè liquet contractum illum fuisse pignoris † nō uenditionis, & fructus in sortem fuisse imputandos, c.illo nos.de pignor.l.1.& 2.C. de pignor. actio.Bolog.in addit.ad consi.Anan.58.& Paris. d. consi.54.nu.79.& nullam posse dici possessionem translatam ut supra.

24 Quibus non obstat, quod aliqui † testes deponant, quod dictæ terræ erant minoris pretij scutorum 13.uel circa pro bubulca, quia ultra quod hoc satis esset, ut per Paris.d.consi.illis non est stā dum, cum testes D.Rei melius deponant, & sunt plures, & digniores ultra quòd deponunt affirmatiuam, ut per Alex.d.consi.54.nu.6.

Laus Deo Opt.Max.

Barth.Bertaz.

Fuit iudicatum contra hæc, sed ob non probationem solutionum, quia alioqui sunt ucrissimæ decisiones hic allatæ.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Tractatur de materia de qua in superiori consilio, & de effectu prætensi contractus fœneratitij.

SVMMAE.

1 *Pactum de retrouendendo cum modicitate pretij conuincit contractum usurarium.*
2 *Et maxime si addatur aliqua alia præsumptio, ut si non possit uenditor rem redimere nisi post certum spatium.*
3 *Exceptio magis competit ad non tradendum, si actio daretur ad uindicandum.*
4 *Retentio facilius conceditur quàm petitio.*
5 *Dominium non transfertur ex contractu fœneratitio.*
6 *Testes melius probant deponētes in specie quàm in genere.*
7 *Arbitrium iudicis uersari debet circa probationes.*
8 *Et debet esse iuri, & æquitati consonum.*
9 *contractus ex conuentione legem accipiunt.*
10 *Vsuræ sunt imputandæ in sortem si illicitæ erant.*

CONSILIVM CCCLXXII.

In Domino confido.

SCRIPSI alias late ad fauorem Magnifici Capitanei Ludouici del vecchio, in causa contra illum mota per hæredes quæ D.Franc. Gnoli agentiũ uirtute contractuum uenditionum terrarum d. olim.D.Franc.eorum patri factarum contractus ipsos fuisse fœneratitios,& illicitos,quod ostendi ex multis pręsumptionibus tunc in vnum collectis,& in allegationibus adductis & tandem ipsi hæredes in causa illa possess.reintegrandę succubuerunt.Et fuit absolutus ipse Capitaneus Ludouicus.Nunc iterum agunt tam cõtra ipsum Cap. Ludouicum uti hæredem patris,& nomine etiam eius prop.ad traditionem bubulcarum undecim uenditarum d.q.D.Frã.per D. Bernardinum Trõbium procuratorem ipsius, & patris, nec non & contra ipsum D.Bernardinum vti uenditorem,& ipsum Capitaneum Ludouicum possessorem aliarum bubularum triginta duarum terrarum venditarum d. q. D. Franc. ad traditionem earum dem terrarum.In quibus quidem iudicijs motis ipsi rei conuenti ueniunt absoluendi ex deductis in dictis prioribus allegationibus,& præsertim ex eo quia dicti cõtractus fuere fęneratitij,& reprobati, & eorum virtute agi non potest, quod ex plurib. præsumptionibus alias adductis ostensum fuit,
** si.n.uerior,**& comunior est opin.ꝙ pactum de retrouendendo iunctum cum modicitate pretij
1 conuincat contractum de usuraria† prauitate,q.c quid alij voluerint,ut per Franc.Viui. in suis.commun.opin. 1.par.opin.336.quanto magis iunctis etiam tot alijs præsumptionibus consideratis in primis allegationibus.nam unica tantum addita illam opinionem tenet etiam Neuiza.in cons.88. nu.3.& seq.ubi loquitur in præsumptione adducta pro hac parte, quòd non posset uenditor,rem
2 redimere,†nisi post certum spatium temporis,idem firmat Bero,consi.165.nu.6.& seq. 1.uol.& consi.212.nu.6.3.uol. Et cum dominium rerum non transeat in fœneratorem,non est etiam illi facienda rei traditio,quia tanto magis datur possi-
3 denti† exceptio,cum actio competeret ad uendicandum res l.uendicantem.ff.de euict.quod & ꝓbatur in reg.uulgata l.nemo inuitus, §.cui dam⁹, & ibi moder.ff.de reg. iur. & facilius conceditur
4 † retentio,quàm petitio,Cagnol.in l.quod aquoq; nu.2.ff.eo.tit.& in d.§.cui damus,quod autem dominium non transferatur ex contractu fęnera-
5 titio trad.pǫst Didac.& alios per eũ citatos.Iul. Clar.in sua pract.crim.in §.usura.pag.pen.ante fi. uersi.præterea dominium.

Et licet pars uad.in hoc iud. nixa sit probare bonã famã D.Franc.contrahentis,& ẽt pretiũ minoris summę dãrũ terrarũ tñ melius probãt testes
6 in specie deponentes,quàm deponentes † in genere,vt latè per Port.2.lib.suarum conclusionum & regularum eorum conclusione 33. sicut etiam melius fuit probatum de valore, & ęstimatione terrarum pro parte ipsius D.Rei, quàm pro parte dictorum actorum iuxta trad.per Doct. in l. 2. C. de resc ind.uẽd.super quo ulterius õn me extẽdã
7 † cum probationes iudici sint arbitrariæ l.3.uers. tu magis scire potes. ff.de testi.Castr.in l.admonẽdi nu.39.ff.de iur.iur.& Dec.in consi.510.in prin. & cum tot.& tantæ præsumptiones in casu isto cõcurrant,ꝙ d.contractus fuerit fictitius,simulatus, & in fraudem usurarum factus,non est dubitãdũ, quin talis contractus sit pro tali habendus cum
8 iudicis arbitrium debeat esse iuri,& æquitati† cõsonum.Rom.cons.376.quęstio est, pe.co.& Mar. in pract.crim.§.diligenter nu. 24.

His accedat quod respectu dictarũ 11.bubularũ pro quibus fuit conuentus ipse Capitaneus Ludouicus vt hæres patris debent actores succũbere,cũ non fuerit probatũ esse talem.Cagnol.in l.hæredẽ.nu.9.ff.de reg.iur.sicut etiã non tenetur in aliquo licet possideat aliã petiã terræ bubulcarum triginta duarũ, cũ non uendiderit, nec possit vt possessor cõueniri,licet etiã respectu D. Bernardini militent ea quæ de contractu fœneratitio superius deducta fuere.

Cęterum & si omnia cessarent,quę tamen militant,hoc unum non cessat,ꝙ ipsi agentes,non possent obtinere d.terras nisi prius satisfacto de augmento ipsarum iuxta æstimationẽ ipsarũ terrarũ faciendã pro ut in d. instrumentis fuit conuen-
9 tum per pactum expressum,† contractus.n.ex conuentione legem accipiunt,l.1.§.si conueniat.ff.de po.c.contractus.de reg.iur.in 6.ubi gl.dicit ꝙ pacta rumpunt leges, quod etiam tenet Cagnol.in l. contractus nu.79.ff.de reg. iur. & ppea cũ ipsi rei possent agere ad repetitionem terrarũ nisi soluere tur tota æstimatio,tãto magis possunt illas retinere donec sibi sit satisfactum.d. §. cui damus.cũ alijs,de quibus sup.& cũ pecuniæ solutæ pro usu-
10 ris; in rõnem 10.pro centena.in sortem sint computandæ ad eius extenuationem l.1.& l.fin.C.de pig.actio.Negus.in tract. de pignor. & hypot. 2. mẽbr. 2.par.princ. per totũ.& Rui.cõs.48.nu.4.2. uol.de eis est ẽt habenda ratio, vel ut restituanẽ d. Capit.Lud.uel tanto maior sũma illi debeaẽ pro valore & ęstimat.dictarũ rerũ,quat.d.contractus sit attendendus, cuius tamen virtute agi nõ posset tum ex sup.quã ex alijs alias adductis comprobatum extitit.

Laus Deo Opt.Max.

Barth.Bertaz.

ARGVMENTVM.

De materia de qua superius tractatur,& discutiuntur coniecturæ quibus contractum uenditionis simulatum,& usurarium esse conuincitur.

SVMMAE.

1 *Pactum de retrouendendo facit, ut res dicatur minoris ualoris.*

2 *Probandi onus incumbit reo si per testes actor suam*

ſuam probauit intentionem.

3 *Emphytheoticæ conditionis onus facit ut res dicatur eſſe minoris ualoris.*

4 *Teſtibus illis magis credendum eſt qui bonis mouentur rationibus.*

5 *Vſurarius eſt contractus emptionis licet læſio pretij ſit infra dimidiam iuſti pretij.*

6 *Quod autem ſit hoc iuſtum pretium iudicis arbitrio remittitur.*

7 *Vſurarius præſumitur contractus ſi præter modicitatem pretij, & pactum de retrouendendo adſunt aliæ coniecturæ.*

8 *Pactum de retrouendendo quomodo faciat rem dici minoris ualoris.*

9 *Valor quomodo ſit idem eiuſdem rei licet adſit onus emphyteoſis.*

10 *Conſuetudo apponendi clauſulas in contractu ſuſpecto de uſura quomodo ſit probanda?*

11 *Vſurarij cõtractus an ſit bona cõiectura ſi uẽditori nõ liceat retroemere niſi poſt duos annos?*

12 *Quid ſi melioramenta in fine temporis ſunt ex pacto ſoluenda uenditori.*

13 *Sãguinis cõiũctio facit ut præſumatur ſimulatio.*

14 *Fraus & ſimulatio arguitur ſi coniunctæ perſonę quis uendat.*

15 *Famę bonæ probatio quandoque non prodeſt.*

16 *Præſumptio una alteram tollit.*

17 *Penſionis ſolutio ſi nimia eſt, & exorbitans pro aſſictu etiam ſtante conſuetudine reducenda eſt ad ęquum.*

CONSILIVM CCCLXXIII.

In Domino confido.

ADHVC non obſtantib. ſubtiliter adductis in dubijs in hac cã hæredum olim Dñi Frãc. de Gnolis, cũ Capitaneo Ludouico de vecchijs & D. Bernard. Trombio eius ſocero, cenſeo iudicandum eſſe ad fauorem ipſorum reorum ex multis adductis tam in prima, quàm in hac 2. cauſa, vel cauſis contra eos per d. hæredes motis. Et pręſertim eo ualidiſſ. fundamento, quod contractus quorum virtute agitur conuincuntur neceſſariò fuiſſe fœneratitios, & vſurarios, & propterea eorum vigore non teneri ipſos reos conuentos ad traditioné rerum, fructusq; ſeu penſiones in rationem decem pro centenario perceptos ſeu perceptas in ſortem imputandos eſſe, ut latius in alijs ſcriptis comprobatum extitit.

Nec obſtant adducta in dubijs, & 1. quòd non conſtet uenditores fuiſſe lęſos in pretio ultra dimidiam, ex quo præter id quod teſtes actorum uidentur probare contrarium eius q̃ depoſuerũt teſtes noſtri propter pactum de retrouendendo,
1 †quo minoris eſſe pretij rem fatendum uideatur, Cagnol. in l. 2. nu. 21. C. de pact. inter empt. & ven
2 di. & onus contrarium probandi† reos incumbere videbatur, Soci. conſi. 248. col. fi. 2. vol. tum ẽt
3 propter onus emphyteuticariæ† conditionis, quę de iure communi eſt conſideranda, auten. præterea. C. de ſacr. ſan. eccleſ. ubi gloſ. & ex forma ſtatutorum idem cautum eſt, unde diminutio ipſius pretij eſt facien. qua iniuſt. pretij ceſſante cæterę ſuſpitiones de facili tolli poſſe uidentur.

Nanq; primo quo ad probationes factas ſuper ualore terrarum uenditarum, arbitror omnino teſtes noſtros proculdubio melius probare q̃ terræ ipſe erant communis prætij & valoris ſcutorũ 22. auri ꝓ ſingula bubulca, & meliores reddunt rationes quàm teſtes aduerſarij, qui deponũt ferè omnes de iudicio ſuo, & de credulitate,
4 & non bonis mouentur rationibus, quo caſu† magis noſtris credendum eſt, ut latè Port. lib. 2. ſuarum concluſionũ concl. 27. & idem eſt ex quo deponunt pro reis, vt per eũ ibi concl. 25. quorũ depoſitiones iuuant aliqua inſtrumenta producta, in quibus apparet terras conuicinas fuiſſe uenditas in rationem ſcutorum 25. auri pro ſing. bub. poſt dictum contractum per aliquot annos, ut de anno 1559. 1564. & 1565. quòd oñdit quòd de anno 1553. poterant ualere ſcutos 22. pro qualibet bubulca, ut teſtes deponunt.

Secundò dicitur, quòd licet in hoc caſu non fuiſſet probatum plenè de iniuſtitia pretij ultra dimidiam, tamen non propterea iuſte poteſt negari, quin contractus ſit fęneratius, cum non exigatur ut modicitas pretij ſit ultra dimidiam iuſti ꝑ
5 tij, ſed ſufficit quod etiam ſit infra† dimidiam, ut ſatis uidetur probari in c. ad noſtram. de empt. & uendit. & ita trad. Afflict. poſt Cæpol. per eum ci
6 tatum concludens† id remitti arbitr. iudicis dec. 40. nu. 19. & ſequitur Pariſ. in allegatu alias conſ. 54. nu. 68. & 69. 1. vol. & ſm hanc ſententiam refert Cagno. ita fuiſſe conſultum, per Put. in hac ciuit. in d. l. 2. nu. 50. cui opin. quòd ſufficiat conſtare de inueſt. pretij citra dimidiam, & quòd remittatur arbit. iudicis declarat idẽ Cagno. ibi nu. 58. Tertiò, quicquid ſit de hac opinione q̃ exigatur, vel non probatio ualoris rei ultra dimidiam uel in duplum eius pretij quo uendita fuit res illud ꝓcedit quando duæ tantum præſump. cõcurrerẽt, ſcilicet modicitas prætij, & pactum de retrouen
* dendo quo caſu ſm cõmunẽ* opin. contractus fę
7 neratitius† præſumitur, ut alias comprobatũ fuit. qđ ẽt firmat Capr. in reg. 87. emere. n. 172. & ſeq. & admittit Mar. Mant. conſi. 221. nu. 27. 2. vol. ſecus tñ eſt qñ concurrunt tot aliæ conſideratæ in prioribus allegationibus ſcriptis in alia cauſa, qa tunc in confeſſo eſt, punctum nullam pati difficultatem & contractum cenſeri uſurarium.

Et licet propter onus pacti de retrouendendo res poſſit dici eſſe minoris pretij & ualoris, non ia

8 men hoc procedit respectu tanti excessus † prout
in casu isto, vt per Cagn. in locis præallegatis, qui
in Codice meo sub d. tum. 21. non dicit illud ad
quod allegatur.

Sicut etiam minimè est habēda consideratio
conditionis emphyteuticariæ, cui res ipsa est sup
9 posita, cum etiam ea admissa & attenta † res esset
eiusdemmet precij, vt deponunt testes, nec Auth.
præterea, alias perpetua. C. de sacr. san. eccles. vel
statutum nostrum de modo detrahendi de rebus
cōdititijs &c. aduersantur, quia loquuntur quan
do res, ut libera alienaretur, secus si ut cōditiția,
uel eo iure quo est.

Secundò non obst. quod in dubijs dicitur de
consuetudine seruari, ut omnia pacta, & clausulæ
in hoc contractu appositæ apponuntur, & pactū
10 de retrouendendo † licitum sit. Bald. in d. l. 2. q. 3.
quia negatur hæc consuetudo, nec uideo in qua
parte processus sit probata, quæ tamen cum sit fa
cti debuit probari, ut per omnes in l. de quibus. ff.
de legi. & latè trad. Roch. de Curt. in rep. cap. fi. de
consue. in 6. q. num. 571. & seq. ubi agit de modo
probandi consuetudinem, & licèt no negauerim
pactum de retrouendendo per seipsum esse lici-
tum, si tamen concurrat iniustitia precij prę sumi-
tur contractus simulatus fictitius, & fęneratitius,
& tanto magis si aliæ præsumptiones cōcurrunt,
vt alias ostendi.

Tertiò, quod præsumptio alias considerata, ꝙ
non liceret ante elapsos prędictos duos annos rē
11 recuperare, & reemere non obsit † agentibus, ut
per Cagnol. in dubijs citatum. d. l. 2. nu. 26. & 27.
vbi id videtur actum ex eo, quod partes intellige
rent interim possessionē impinguari, minimè ue-
rum est, cum hæc præsumptio sit apertissima, &
quæ ponitur pro tali à Pontifice d. c. cum ad no-
stram, quam sequuntur Doct. citati, in dictis alle-
gationibus, nec inuenio quod Cagnol. in loco in
dubijs allegato illam reprobet, sed imò. num. 52.
illam admittit pro uerissima, quod etiam admit-
tit. Soc. in d. consi. 248. col. pen. vers. 4. in d. cap. &
ante eum Christo. Port. in consi. 31. numer. 18. &
Cap. d. reg. 88. num. 171.

Quartò non est sufficiens responsio ad tollen-
12 dum † secūdam pręsumptionem de melioratio-
nibus interim in re ipsa faciendis per auditores,
ex quo in fine temporis earum precium erat sol-
uendum per emptorem, quia negari non potest.
quin vtrunque pactum & meliorationum facien-
darum, & æstimationis faciēdæ in fine temporis,
tam respectu augumēti ob meliorationes, quàm
quacunque alia de causa, sit contra naturam con
tractus venditionis. & propterea est suspectū, ut
ex Bald. & Nat. fuit dictum in dictis prioribus al-
legationibus.

Quintò loco responsio illa, ꝙ quarta & quinta
præsumptiones cessent, ex quo locatio fuit facta
tertio non uēditori etiam tollitur, tum quia cum
ipsi dominus Bernardinus fuerit etiam venditor,
& agatur contra eum ad traditionem rerum non
potest considerari, vt tertius, tum quia cum loca-
tio fuerit facta socero venditoris, & sic coniūctæ
13 personæ, propter talem coniunctionē oritur † prę
sumptio simulationis. Bart. in l. post contractum.
num. 3. & ibi Alcia. nu. 27. ff. de donat. ubi dicit Al
cia. coniunctum præsumi, quid egisse amore con
iuncti, ut legem fraudaret. l. si quis donationis. in
fi. ff. de contrahen. empt. & quod ratione coniun-
14 ctionis sanguinis præsumatur † etiam fraus, pro-
batur in l. data. C. de don. quod etiam trad. Crot.
in repet. l. si constante. secunda lectu. nu. 108. ver.
2. fallit. ff. solut. matrim.

Quę autem sexto loco dicuntur de bona fama
Gnoli probata, cessant, & si nihil in cōtrarium de
15 mala † probatum fuisset, super quo, alias etiam
scriptum fuit. cum enim tot & tantę præsumptio-
nes concurrant ad conuincendum contractum
de simulatione & fraude nihil prodesset, etiam ꝙ
ipse contrahens fuisset habitus pro sancto, ne dū
16 pro bono, ex quo una † præsumptio alteram tol-
lit. l. diuus. ff. de in integ. restit. & plures unam, uel
pauciores uincunt. Craue. consi. 145. num. 11. Et
in proposito prę cæteris illa est urgētissima, quod
fuit conuenta, & promissa solutio pensionis in ra
tionem decimam pro centenario, quæ quantitas
minimè concurrit fructibus ipsarum terrarum, &
nimis est exorbitans & excessiua, in tantū quod
etiam stante consuetudine contraria reducenda
17 esset ad æquum, ut per Mantu. consi. 215. primo
uolu. de quo etiam per Paris. in d. cons. 54. nu. 68.

Postremò loco, quo ad oblationē factam pro
parte Capitanei Iudici, quod non sit imputādum
parti aduersæ, quæ illum non acceptauit, vt in du
bijs. dicitur quod oblatio facta in scriptura oppo
sita. folio 11. in primo processu fuit legitima, nec
fuit conditionalis, sed relata ad instrumentum, &
pactum in eo cōtentum, adeo quod satis uidetur
constituta in mora, ex quo illam non acceptauit,
& posito quod etiam fuerint petiti fructus in sor-
tem imputandi, non propterea fuisset iniusta, uel
illegitima, cum fuisset petitum id, quod iuri, &
æquitati cōsonum est, ut supra, & latius in alijs al-
legationibus ostensum fuit prę ter id, quod etiam
nulla facta oblatione nō possunt teneri rei ad tra-
ditionem rerum, nisi adimpletis pactis, & cōuen-
tionibus in instrumento contentis, ut in secundis
allegationibus in hac causa scriptis comproba-
tum extitit. & omni in casu de dictis pensionibus
indebitè perceptis, ratio est habenda ad utilitatē
reorum, ut alias etiam dictum fuit, ex quibus ces-
sant, & penitus sublata sunt dubia proposita, &
clara apparet iustitia ipsorum reorū cōuentorū.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Quid sit dolus, quid calliditas machinatio, &
fraus. Et quid dolus p̄sumptus, aut manifestus.
Dolo quando quis dicatur aliū induxisse ad con-
trahendum, vel ad relinquendum sibi?

SVM-

S V M M AE.

1 *Dolus verus est omnis calliditas fallacia, vel machinatio ad circunueniendum alterum adhibita.*

2 *Calliditas tacendo, fallacia mentiendo, machinatio arte verborum exercetur.*

3 *Fraus committitur per eum, qui ad deceptionem alterius, aut sui commodum, aut uerum tacet, aut falsum exprimit.*

4 *Dolus uerus, & manifestus est, qui ex uerbis uel factis indicijs manifestis apparet.*

5 *Dolus præsumptus tantummodo causatur ex læsione.*

6 *Nec est propriè dolus.*

7 *Dolus ex proposito arguitur propter qualitatem personæ, quæ de facili permittat sibi persuaderi.*

8 *Et eiusdem est indicium qualitas personæ ignaræ rerum suarum.*

9 *Dolus arguitur ex facti ipsiusmet qualitate.*

10 *Et articulatur cum dicitur aliquem scienter uerè tacuisse ad sui commodum, & deceptionem alterius.*

11 *Dolus probatur ex persuasione alicuius & importunis precibus.*

12 *Vt in marito qui legatum ab uxore extorquet importunitate.*

13 *Idem est si quis adhibeat amicorum suasiones, ut aliquem impellat ad contrahendum.*

14 *Et si uideat eum cum quo contrahit lædi vltra dimidiam.*

15 *Dolus namque ex persuasione cum mendacio probatur.*

16 *Contrahens non præsumitur pati enormem læsionem, nisi dolore, & per insidias ad id inductus fuisset.*

CONSILIVM CCCLXXIIII.

In Domino confido.

PRAESVPPONENDVM est in hoc puncto reiectionis, vel admissionis horũ capitulorum productorum pro parte huius dominæ Blancæ con
1 tra N. dolum verum esse † omnem calliditatem,
fallaciam, machinationem ad circunueniẽdum,
a fallendum, decipiẽdumq; alterum a adhibitam,
vt est tex. in l. 1. §. dolum. ff. de dol. mal. & ĩn glo.
2 ibi calliditas † tacendo, fallacia mentiendo machinatio arte uerborum exercetur, vel ut malunt Alcia. in l. aliud est fraus. in prin. 2. pag. de uerbo. sign. Cagnol. in l. fraudis. nu. 5. ff. de reg. iur. fallacia habet simulationẽ annexam, calliditas refertur ad ingenium, machinatio ex præcogitata ali-
b qua inuentione, manuq; & arte cõficitur, fraus b
uero propriè cõtra fidem est, & committitur per
3 eum, qui ad deceptionem alterius, & ad sui commodum, aut uerũ tacet, aut falsum exprimit. Cagnol. in l. generaliter, cum de fraude. num. 1. ff. de reg. iur. post Abb. per eum illic citatum. Dolus autem uerus differt à dolo re ipsa, vel præsumptio,
4 quia uerus, seu manifestus est, qui ex uerbis, vel factis indicijsque manifestis apparet. l. interpositas. C. de transact. præsumptus uero qui ex p̃sumptionibus & coniecturis. l. dolus. §. mãda. ita trad. Ioan. Pyrrh. in repet. l. contractus. 2. pag. in fi. ff. de reg. iur. in quam sentẽtiam uidetur etiam incidere. Alex. in consi. 103. col. antep. primo uol. quem sequuntur Cagn. in d. l. contractus. num. 6. & Plot. in l. si quando. num. 803. C. unde ui. sed hic secundus præsumptus, uel re ipsa, nihil habet cõe cum facto, vel ꝓposito partium, sed est penitus ab eo
5 separatus, & tantummodo † causatur ex læsione, vt probatur ex tex. expresso in l. si quis cum aliter, vbi Ias. 3. not. ff. de verb. obli. vbi etiam Petr. Pic. in repet. num. 2. quinimo non est propriè dolus,
6 † ut per glo. pen. in d. l. si quis cum aliter. Cagn. in l. 2. sexta q. num. 79. C. de rescind. uend. & in d. l. fraudis. num. 2.

His præsuppositis stantibus, cum respectu fraudis, & doli ueri ipsius Magnifi. N. nulla probatio ueniat admittenda, re iudicata illũ reijciente, dubio procul capitula omnia ex aduerso producta fraudem, uel dolum uerum ipsius N. concernentia, uel pungentia, vt impertinentia ueniunt reijciẽda. Modo in proposito plura ex eis talia sunt, ut ostendam. Et primò omnia illa capitula, quæ concernunt qualitatem utriusq; contrahentis, ut ꝙ D. Hercules erat homo rudis, inconsideratus, ineptus gubernio, & regimini rerum suarum, ipse vero N. expertus, & sapiẽs qui bene notam habebat qualitatem D. Herculis non boni iudicij, & qui nesciebat se gubernare, & suas res componere, ut faciunt homines sapientes, & qui tanquam imprudẽs nesciuisset emere, vel uendere, nec estimare, vel appreciare res in contractibus, vt fecisset diligens paterfamil. nec sciebat iustum pretiũ rerum suarum, & præsertim rerum de quibus in causa. omnia. n. capitula ista arguũt dolum uerũ, non præsumptum ipsius. N. qui cum sciret D. Herculem, tam imprudentem, & ignarum illum induxit ad secum contrahendum, & illum decepit, & fraudauit. unde dolus ex proposito arguitur propter qualitatem personę, quæ de facili permittat
7 sibi persuaderi † sibi utile fore aliquid facere, ut
per Alc. in l. posteaquam. in prin. C. de transa. ubi
c ponit hoc indicium c ad probãdum dolum qua-
8 litatis personæ ignaræ rerũ suarum, † ut minoris,
mulieris, & similium, ꝙ ẽt trad. Nat. in cons. 166.

nu.4. & Plot.in d.l.si quãdo.nu.327.& Io.Pyrrh.
in d.l.contractus.4.regula,nec alio potest tende-
re intentio partis articulantis,quam talibus indi
cijs,quibus dolus probatur l.dolum.C.de dolo,
dolum uerum,& ex proposito ipsius magnifici
N.detegere,& probare non obstante re iudica-
ta.Capitula verò sequentia, quod ipse N. uide-
bat,& cognoscebat D.Herculem eo tempore te
nere, & credere illa bona non esse, nisi illius mo
dici ualoris de quo in capitulis,& quod tanti illa
æstimabat, & similiter quod non habebat cũ eo
amicitiam talem, ut illi deberet donare, vt do-
nauit,& quod consuluit peritiores ante donatio
nem ipsam,similiter arguunt dolum ipsius N. q̃
deceperit dictum Herculem suæ rei ignarũ, qui
aliter non fuisset donaturus, si sciens prudensq́-
que fuisset, & quod nulla extabat causa donan-
di sine qua ad donandum deueniri solet, l. nec
adiecit, ff. pro soc. nam quemadmodum ex per
sonæ qualitate dolus arguitur,ut supra compro-
9 batum extitit, ita ex facti ipsiusmet † qualitate, l.
dolus. C. de rescin. uendit. l.prima.§.fi.ff.de dol.
Calcan. consi. 24.col.16.uers.nec obst.tertium,
& Plot.d.nu.327.& cum ipse N. sciens,prudens-
que uerum tacuerit ad sui commodum & decep
tionem D.Herculis(ut innuũt capitula ipsa)pro-
10 culdubio † eius dolus articulatũ, Crau.post Abb.
per eum citatum in consi.142.nu.20. succedunt
etiam capitula, quod ipse N. tractari fecit rẽ hãc
per illum Cænobitã fratrem Ioannem Baptistã
à Ponte,qui ipse fuit medius in tractando,& cõ-
cludendo illam, quod etiam videtur tangere do
lum d.N. ut etiam uiuens diffamauit.d. Hercules
affirmando hunc religiosum sibi persuasisse, ut il
lam donationem ipsi N.faceret,& ab eius blãdi
tijs, & suasionibus fuisse seductum, & deceptum
super quo ei fuit impositum silentium,& nouissi-
mè declaratum obstare illam rem iudicatã, quo
fit, ut omnia capitula de tractatu, & ministerio
huius religiosi in hac re ueniant reijcienda cum
arguant dolum.d.N.si quidẽ persuasio alicuius,
11 vel importunæ præces † probãt eius dolũ.l. cum
quis de dol.& ad propositum de marito suasioni
bus, & importunis precibus ab uxore legatum
12 obtinẽte, quod esset † in dolo uero.trad. Afflict.
dicens ita fuisse iudicatum dec.69.nu.6. & 7.idẽ
de persuasionibus huiusmodi trad. Calcan. d.
consi.& Craue. consi.192.nu.12.cum pluribus,
seq. & facilius dolus inducitur ex facto. 3, quam
ex proprio,Corn.consi.258.col.quinta.in fi.lite-
ra.K.4.uol.& quod quando adhibitis amicorum
suasionibus quis inducitur ad contrahendum cẽ
13 seatur adhibens in dolo † versari,trad. etiam Al-
cia.in d.l.posteaquam.2, pag. Cætera autem ca-
pitula cõtinentia quod ob dubium, ne ob natiui
tatem filiorum reuocaretur donatio Dominus
N. prædictis procurauit fieri transactionem ad
eius utilitatem,& damnum D.Herculis, quia ui-
debat,& uidit illum fuisse læsum ultra dimidiam
14 arguunt etiam dolum † ipsius domini N. per tra.
per Craue.non extra propositum in d.cons.142.
nu.16.& seq.nam & persuasio sua hoc casu maxi
15 me cum mẽdacio probaret † eius dolum.Craue.
d.consi.192.nu.13, & maximè nimia. Cur. iun.
consi.141.nu.17.& 18.ex quibus apertè constat
capitula ipsa arguentia dolum uerum & ex pro-
posito,uel fraudem d. D.N. omnino esse reijcien
da, licèt iustè etiam posset dubitari, de his quæ
concernunt enormissimam læsionem, & exces-
siuam,cum dolus præsumptus eo casu etiã nõ di-
catur,sed arguitur ex proposito,cum non sit ueri
simile, quod contrahens passus fuisset, se adeo
enormiter lædi,nisi dolosè, & per insidias ad id
16 inductus † fuisset Corn.consi.236.col.fi.& d.258.
col.quinta.in 4.& Craue.d.consi.142.nu.22.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ADDITIONES.

a Est bona desinitio, vt potè desumpta ex uerbis Iuris-
cõsulti, quam ut intelligamus, & uniuersam hanc mate
riam,quam tamen explicant diligenter tum nostri, &
præcipuè. Bar.in l.quod Nerua.ff.depos.& Abb.ac reli-
qui.in c.1.de commodat.& in c.fi de deposit.& Soci.in
reg 95.Dolus.Alcia.in l.magoa.ff.de uerbo signif.Ca-
gnol.in l.contractus.ff.de reg.iur.& Coras.lib.4.miscel
lan.c.1. tũ etiam theologi,& in primis D.Thomas om
nium sine controuersia Princeps.j. par.q.48 art.5 & 6.
& 1.2.q.21.art.2. & 2.2.q.118. art.8. sciendum est in
primis, quod culpa generaliter sumitur, & generaliter
sumpta, ut ait D. Thom. est uoluntaria inordinatio
actus,uel deuiatio à bono,ut ait Bar. & Abba.in d.c.1.
de commoda.Itaque cum ista inordinatio uoluntaria,
siue deuiatio uoluntaria eueniat interdum ex certa ani
mi destinatione & proposito lædendi aliquando ex se-
gnitie quadã, & simplicitate inconsiderantię adhibita,
hinc culpa diuiditur in dolum,& culpam simplicem,do
lus hic definitur,ut est species culpæ in genere sumptæ,
qui dolus est etiam astutiæ minister,nã cum uera Pru-
dentia, quæ est uirtus inclinet ad quærendum uerè bo-
na per uerè bona media. ut est author philosophus. 4.
ethico.& explicatius D.Thom.2.2.q.57. art.1.& Pru-
dentia falsa,seu prudentia mundi, quæ est uitium incli-
net ad quærendum bonum apparens per bona uel ma-
la media, si bonum est medium cum ea per illud quæ
sunt huius seculi appetantur dicitur prudentia huius se
culi,si uero malum sit medium sunt,est astutia,quæ est
uitium inclinans ad quærendum bona per mala media
iuxta eundem D.Thom.2, 2.q.55. art.1. 2.3. Astutiæ
autem sunt ministri dolus, qui est circumuentio, ut hic
dicitur, & fraus de qua inferius dicemus.

b Ex superioribus Docto. traditionibus, & præsertim
Thom.2,2.q.118.art.8. colligitur duplicem esse dolũ,
quandoque fit uerbis, & uocatur fallacia,quandoque
fit rebus tãtum,& uocatur fraus, itaque dolus genus
est,& comprehendit tam circumuentionem,quę fit uer
bo tantum,quam quæ fit facto tantum;aut utroque mo
do.fraus autem cum tantum facto eueniat. est species
doli generaliter sumpti, hinc apparet Cagnol. in l.gene
raliter.nu.1. ff. de reg. iur. de quo hic decipi, dicendo
fraudem cõmitti falsum exprimendo,aut uerum tacẽ-
do,quia fallacia est,uel mendacium,quod probatur tum
ex D.Thom.in d.2.2.q.55.art.1.2.3. tum ex I.C.in l.
Iurisgẽtium §. sed si fraudandi.ff.de pact.iuncta glos.
ibi.& Bar.Aret.in §.præterea.nu.38.Instit.de actio.

c Sunt alia indicia in hac materia,ut si quis rem habuit pro

uili pretio.l cum ij.§.modus.ff.de transact. & adsit enormissima lęsio, ut est decis.Perusi 10.nu.55.nec interuenerunt debitæ solemnitates.Olasc.decis.109.nu.9.Cepol.consi.115.nu.13.qui loquitur in solemnitate statuti de qua re tractat. in q. ad statutum Perra, nu.11.53. & Stepha Lamberteng. in suo tract. de contractib. & maximè si contractus fiat per interpositam personam ex Olasc.d.decis.109.nu.10.& fiat cum eo qui sua bona proijcit.Bertran.consi.49.nu.1.in primo,& clausulæ insolitę apponantur,Grat.cons.59 nu.10.in prin.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

De pœna l. diffamari.C. de ingen.& manumiss. Et quando teneatur ad interesse ille, qui impediendo aliquem ne exigat, uel suum consequatur, hocque faciat dolosè alteri damnum infert.

SVMMAE.

1 *Damni causam dans sua culpa, & negligentia, damnum dedisse pręsumitur.*

2 *Damnum dans non solum tenetur ob delictum adhibitum, sed ob culpā leuem, & leuissimā.*

3 *Culposus dicitur qui non cogitauit illud, quod euenire poterat.*

4 *Assertio temeraria est lata culpa & dolo proxima, & facit asseuerantem teneri ad omnia damna damnificati.*

5 *Actio de dolo datur ad interesse damnum passi contra diffamantem se habere aliquod ius.*

6 *Damnificans sua diffamatione ad interesse tenetur.*

7 *Debitorem impediens satisfacere alicui, & illi protestans tenetur ad interesse.*

8 *Dolus præsumitur, & probatur ex mendacio.*

9 *Et idem si quis aliquid faciat quod sibi non prosit, & alteri nocet.*

10 *Pronuncia est interloquutoria si non fuit lata per uerbum condemno, uel absoluo.*

11 *Diffamationis iustam causam non habet qui uisis instrumentis non acquieuit.*

12 *Culpa sufficit ad cōdemnationem damnorum, & interesse.*

13 *Interesse potest petere damnificatus ĩgenio, & industria aduocati aduersarij.*

14 *Debitori alicuius notificans creditorem uelle illum capi facere tenetur de suo, si debitor fugam arripiat.*

15 *Causa iniusta nō excusat a dolo, si quis errat in iure prohibitiuo naturali, uel ciu. indubitato.*

16 *Et debet probari illum ex cā illa motum fuisse.*

17 *Idem est in his quæ in iudicio fiunt, uel quando sufficit dolus præsumptus.*

CONSILIVM CCCLXXV.

In Domino confido.

NEGARI non potest, quin dominus Hercules de Nigrisolis impediuerit solutionem faciendā per Napulionē debitorem spect.D. Bartholomei Remi de Nigrisolis, ipsi D. Bartholomeo, causamque dederit damnorum, & interesse ob non factam solutionem ipsam passorum per ipsum dominum Bartholomeum interpellando ipsum Napulionem, seu ipsum interrogando, diffamando, & protestando, prout in processu factum fuisse constat. quę si ipse D. Hercules non fecisset nullo damno, uel interesse fuisset affectus dominus Bartholomeus. certissima enim est iuris regula, q̃ qui causam damni dat damnum dedisse censetur, & ad emendationem damnificato tenetur, si mo-
1 do † sua culpa, uel negligêtia id euenisse cōstet, c.si.cum ibi not.de iniur.& dam.dat.quod etiam probatur in c.2.ubi gl.in uerb. occasione. de off. ordin.in 6.plura citāt Mars.in l. nihil interest. nu. 3.ff.ad l.Corn.de sicar.& Grama. decis.3.nu.10. inferentes ad damnificatos ex represalijs factis occasione alicuius, ut is teneatur qui occasionē præstiterit ad emendationem damnorum per alios passorum. & ne dum tenetur damnum dans ob delictum adhibitum, sed etiam ob culpam le-
2 uem, † & leuissimam.d.c.si.& ibi Abb.num.1.& plura citat Craue.in cons.97.nu.2.nec isto casu ignorantia excusat, quia damnificans debet cogitare, q̃ ex eo, q̃ facit alicui damnum, uel iacturam contingere potest, ut cantat text.illius capi-
3 tuli, quod si quis non cogitauit † culposus pręsumitur. Crau.consi.98.num.4.& latius cons.179. nu.5.cum itaque ob dictum impedimentum pręstitum & causam datam per D. Herculem ob ea, quæ gessit contra Napulionem dictus Bartholomeus creditum suum congruo tempore consequi non potuerit, & damnum nō modicum passus fuerit, dubium non est, quin ad eius emendationem sibi teneatur d.D.Hercules.

Secundò tanto magis tenetur, cum lata eius culpa non tantum leuis, uel leuissima interuenerit. cum enim asseruerit ĩ illa sua scriptura, quod terræ uenditæ per dominum Bartholomeum dicto Napulioni erant suppositæ fideicommisso, quondam D.Philippi de Nigrisolis, & ad ipsum, & fratres pertinebant, in quarum possessionem erant immittendi, quæ assertio temeraria est lata
4 culpa, & dolo proxima, † & facit asseuerantem teneri ad omnia damna damnificati. Castr. Ale. & alij.in l.2.ff. quod quisque iur. Craue.dicens talē teneri, ac si esset dolus in consi.249.nu.6.ubi etiā dicit, quod asseuerans etiam si ignoret, an sit uerum, necne quod affirmat, pręsumitur in dolo, & propterea fuerit impeditus dict. Bartholomeus suum consequi, tenetur eidem ad eius interesse.

Tertiò, proculdubio si dolus interuenit nullā habet Dñs Hercules excusationem, cum contra

diffa-

diffamantem se habere ius contra aliquē uel eius
5 bona detur actio de dolo ad interesse † damnum passi,l. rei quam. ff. de dol. Spec. in ti. de empt. & vendit. §. nunc dicendum est. ver. qualiter ergo sibi consuletur. Roma. consi. 53. uisis themate. post prin. Fely. in c. cum M. Ferrariensis. nu. 42. ver. 2. conclusio. de consti. & Cagnol. in l. diffamari. nu. 4. C. de ingen. & manu. sic etiam falsum afferens,
6 & tertium damnificās † ad eius interesse tenetur. l. prima. in prin. ff. de eo per quem fact. erit. & in protestante contra debitorem alicuius, & impe-
7 diente † ipsum satisfacere, trad. Bar. i l. non solum. §. morte, nu. 34. ff. de nou. oper. nunc. & Rip. in d. c. cum M. Ferrariensis. nu. 151. & in proposito dolus ex quā pluribus probatur, & maxime quia cum ipse D. Hercules sciret dictas terras non fuisse suppositas dicto fideicommisso, ut iam prius annis elapsis ex chirographo eius manu scripto aperte confessus fuerat, affirmans id à suis aduocatis didicisse, supponendo etiam terras loco alienatarum, ut in eo, sciretque, etiā patrē suum ipsas alienasse, & de euictione promisisse, & per cōsequēs non posse eas uendicare, vel molestare possidentem, affirmando ea quę falsa erant, ex mēdacio il-
8 lo præsumitur, † & probatur dolus. l. si quis affirmauerit. ff. de dol. trad. Craue. consi. 2. nu. 13. & consi. 282. nu. 8. Plura ad propositum. citat Plot. in repet. l. si quādo. nu. 658. C. unde ui. ubi tali casu infert. iuramētum in litem damnum passo deferendum esse, qui etiam dolus probatur, & præ-
9 sumitur, cum quis † aliquid facit q sibi non prodest, & alteri nocet. Craue. consi. 35. nu. 10. & cū habeamus in hoc casu in diffamante, & protestāte decisiones specificas, & in indiuiduo, ut teneatur ad interesse impedito suum cōsequi, casus iste nullam uidetur habere difficultatem.

His actis fundamentis deuenio ad resolutionem dubiorum propositorum, ex quorū solutione tanto clarior apparebit iustitia dicti Bartholi, primo igitur nō obstat, quod pronūtia facta per Magnificos Dominos Factores Ducales D. Herculem fuisse in causam, quod d. Magnificus Napulio & filius nō soluerint pecunias debitas ipsi Dominos Bartholo fuerit nulla, cum esset diffinitiua, & causa nō cognita, & sine scriptis lata fuerit. Quia optimè defendi potest, immò fuisse interloquutoriam, cum non definierit totum negotium damnorum & interesse petitorum; nec fuit
10 lata per uerbum condemno, † uel absoluo, iuxta ea quæ habentur per Rip. in rub. de re iudi. per Fran. de Arc. acceptam in tract. de senten. diffi. & interlo. nu. 13. & seq. & Marant. in tracta. de iudi. 3. par. sex. par. nu. 42. & seq. sed cum parum intersit dicti Bartholi, quod sit pronūciatum uel quod pronuntietur per Magnificos arbitros. D. Herculem causam damni dedisse, & teneri ad interesse d. Bartholo non laborabo frustra.

Secundò nō obstat, quod iustam causa motus fuerit D. Hercules ad interrogādum possessorē, & alia faciendum, ut in actis, ex quo non præsumitur habuisse scientiam contractus paterni, & ignorantia præsumitur, ut in dubijs, qa negamus expressè ipsum motum fuisse ex aliqua iusta causa, immò constanter fatemur, ex iniustissima motum fuisse, cum scientiam haberet bona non esse supposita fideicōmisso, & etiam fuisse alienata p patrem, tum ex dicto chyrographo, tū quia uix fuit facta denūtiatio dicto Bartholo, quod statim produxit instrumentum uenditionis factę per patrem D. Herculis, & id notificauit ipsi Domino Herculi, quo casu nullam prętēdere amplius potuit ignorātiā, Vnde licet ante dictam productionem instrumenti potuisset moueri aliqua iusta causa, debebat tamen ui so instrumento cedere, nec impedire dictum Bartholum in sua exactione per tot mēses, quo casu nullam potest habere
11 respectu reliqui † temporis excusatio nem, p ea quæ ad propositum trad. Bal. in l. properandū. §. sin autem alterutra. nu. 3. C. de iudi. Ang. in l. dotis se. nu. 2. ff. eo. tit. & Lāfr. in c. quoniam contra. in uerb. expresse. nu. 5. & facit. l. qui solidum in prin. ff. de leg. 2. & cum ipse Dominus Hercules succubuerit in causa, & coactus fuerit fideiussorem pro D. Bartholo de euictione præstare in dubio præsumitur motum fuisse ex iniusta causa. Bal. in d. §. sin autem alterutra. nu. 2.

Tertiò non obstat, quod cum dolus exigatur, quęlibet causa etiam iniusta ab eo excusat, quia primo defendimus non exigi dolum ad eondem nationem damnorum, & interesse, sed sufficere culpam, ut supra in primo, & 2. fundamēto dictū
12 fuit, quod uidetur, † etiam sentire Rui. i cōs. 194. nu. 8. primo uol. & quod damnificatus facto tertij impedientis, uel prohibentis per indirectum, quem suum consequi, indistinctè possit emendationem sui interesse ab impediente consequi probatur in l. si. ff. de eo per quem fuerit. in pri. ubi ex illo tex. Soci. nu. 5. infert. ad damnificatum ex ingenio, & industria aduocati aduersarij, ut possit
13 ab eo † suum interesse consequi. & nu. 6. de impediente ęquum currere ad brauium, & etiam facit decl. Ancha. in cons. 340. ui so themate in fi. quod
14 notificans debitori alicuius † creditorem uelle illum capi facere, si debitor fugam arripiat, ut am-
a plius non sit consultum creditori, * tenetur notificans ad solutionem debiti, & ad emendationem damni creditori, sequitur Mars. in rub. de fideiuss. nu. 17. & latius singulari. 136. in iure clarum, nec exigunt Doctores ipsi probationem doli, sed magis sentiunt culpam sat esse.

Præterea, & 2. conclusio illa, quod etiam causa iniusta excuset à dolo recipit plures limitationes optimè casui nostro inseruientes, & maximè
15 quando quis errat in iure prohibitiuo, † naturali, uel ciuili, indubitato, ut per Alcia. in tracta. præsump. 3. reg. præsumptione. 30. nu. 5. Vnde cū ius ciuile prohibeat quem protestātem, vel diffamātem impedire alium exigere sibi debitum, alias
b teneatur ad interesse, b ut supra probatū est, cessat hoc fundamentum, 2. debet constare ex ea

causa

causa motum actum huiusmodi faciētem, cum in dubio magis † dolo censeatur motum fuisse. Bar. in l. inter omnes. §. rectè. de furt. Tiraquel. in
9 1 tract. de pęn. caus. 43. nu. 9. Tertio nō habet locū dicta regula in his, quæ in iudicio fiunt, uel quan
17 do sufficit dolus præsumptus, † & lata culpa, ut per Tiraq. alios citantem loco præallegato. nume. 11. & sequen.

Vltimò nihil facit, ꝙ dolus non sit probatus, quia sat est si culpa interuenit præterea, & satis de eo constat, ex perspicuis indicijs, & uerisimilibus coniecturis, vt supra in tertio fundamento comprobatum extitit. Ex quibus sublata sunt omnia motiua, & clara apparet iustitia dicti Bartholi, quæ etiam maximè innititur.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Ignoratur decisio.

Clau. Bertaz.

ADDITIONES.

a Idem tenet Ioan. de Ana consi. 55. num. 4. & idem trad. Saly. & Castr. in l. fi. C. de oper. libert. Ias. in § pœnales. num. 103. vbi Ias. num. 103. & Gom. nu. 49. Institu. de actio. quod etiam tenet Benuenut. Strac. in trac. de decoctor. in 2 par. ult. par. num. 12.

Quam opinionem intellige si creditum esset amissum, secus si non esset quia remaneret actio per trad. per Doct. in d. § pęnales, & Cast. distinguentē in d. l. fi.

Quæ declaratio limitatur duobus modis. Primo quando impediens fuisset usus ui, quadam prohibendo exactionem, ut per Castr. ibid. Secundo si actio inanis remansit propter pauperiem creditoris, tunc enim mihi uidetur amissum creditum. l. non is. ff. de dol. mal.

Hanc eandem opinionem credo procedere quando fuit facta prohibitio, uel admonitio, non tantum respectu personæ debitoris, sed etiam exactionis realis, quia est eadem ratio in executione reali, quæ in personali, imò maior uidetur ratio, cum non fiat iniuria debitori in exigendo per uiam executionis realis, sicut fit per capturam personalem, ut notum est, unde tanto minus a tertio debet impediri. l. a Titio. ff. de uerb. oblig. l. illud. ff. ad l. Aquil.

b Ad interesse, hoc est per actionem de dolo, uel per actionem in factum, si actio de dolo nō daretur, ut tenet Specul. in citat. nu. 5. & Rom. in l. de pupillo. §. is cui. ff. de oper. nou. nun. Nat. in dem. sæpe. col. 35 de ue. b. signi. Contard. in d. l. diffamari, ampliat. 19. nu. 140.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

A pœna commissi quando excusetur qui erat in possessione non soluendi gabellam? Et quid si illi licebat liberè transire?

SVMMAE.

1 *Confinia præsumuntur esse iurisdictionum, quę sunt media inter illas.*
2 *Iurisdictio ex quibus actibus satis probetur.*
3 *Probationes sunt arbitrariæ iudici.*
4 *Causa iusta & simplicitas excusat à pœna delicti.*
5 *Quasi possessio libertatis est vnicuique manutenenda eundi per viam solitam.*
6 *Possessor quilibet est manutenendus in sua possessione.*
7 *Et maximè libertatis ab exactionib. gabellarū.*
8 *Dictio (liberè) importat idem quod sine alicuius contradictione.*
9 *Et illius effectum nihil extrinsecum potest impedire.*
10 *Licentia alicuius uel consensus non requiritur, quando actus potest fieri (liberè).*
11 *Et propter hoc verbum, neque etiam consensus Domini requiritur.*
12 *Liberè quis non dicitur facere, qui faciendo incidit in pœnam.*
13 *Clausula (sine ulla exceptione) nullam admittit excusationem.*
14 *Gabellam non tenetur soluere qui potest transire sine molestia.*
15 *Testes recepti sine iudice & parte non citata nullam faciunt probationem.*
16 *Præsumitur quisque facere meliorem & pleniorem præsumptionem.*
17 *Præsumptio quando maximè sit pro libertate ipsa.*
18 *Interpretatio in dubio est facienda contra gabellam.*

CONSILIVM CCCLXXVI.

In Domino confido.

PRO Magnifica Communitate Mutinæ pronunciandū omnino est non licuisse daciarijs terræ Soleriæ capere boues, & currus huius ciuis Mutinæ pro asserto contrabanno pluribus rationibus, & propterea fideiussores per eum præstitos dicta de causa liberandos esse.

Primò, quia prætendit ipsa Magnifica Cōmunitas, ꝙ uia illa nuncupata Sancti Peregrini, saltē quousque cohæret, & confinat cum territorio ipsius ciuitat. sit pro dimidia ipsius communitatis, & de iurisdictione ipsius ciuitatis, & propterea in ea pluries fuerunt per executores Mutinæ capta plura contrabanna, & factæ executiones, ut deponunt quatuor testes examinati pro Maneto in proc. fol. 277. vsq; ad fi. processus, & ita est præsumendum, tum quia media inter iurisdi- a
1 ctionē præsumuntur † esse in confinio dictorum territoriorū, ut de flumine. tradit Cæpol. in titu. de flum.

de flum. nu. 14. in tracta. de seruitu. rustico. prædio. & Hieronymus de Monte in tract. de finibus c. 34. nu. 9. & de uia in c. seq. nu. 5. tunc quia ex il-
2 lis actibus † satis iurisdictio uidetur probata, iuxta trad. per Alc. in consi. 23. col. prima. in quinto. & consi. 34. col. 2. in 4. uol. Soci. consi. 187. col. 4. in 2. uol. & Brun. in consi. 34. nu. 8. & seq. Verùm quia pro parte dictorum datiariorum fuerunt factæ aliquæ probationes quibus nituntur ostendere uiam hanc esse de iurisditione dictæ terræ Soleriæ, & nūc non agimus de confinibus distinguendis, uel decidēdis inter has iurisdictiones,
3 cum etiam quia † probationes sunt arbitrariæ. l. 3. §. primo. vers. tu magis scire pote. ff. de test. Dec. consi. 463. nu. 23. & 510. nu. 1. super hoc latius nō insistam, quia quicquid sit de hoc fundamento si alia non extarent saltem ueniret liberandus D. Bartholus ob hanc iustam causam, cum non censeretur uoluisse fraudare gabellam, & ubi nō est dolus, uel fraus, sed iusta causa, uel etiam simpli-
4 citate quis contrauenit, excusatur à pœna † commissi. Bal. in consi. 229. proponitur in facto in fin. quinto uol. & Abb. consi. 68. nu. 3. ver. 3. probo, primo uol.

Secūdò probatum fuit per quamplures testes pro parte dicti. D. Bartholi. examinatos ipsum, & auctores suos, & alios ciues Mutinæ habentes bona in territorio Mutinæ fuisse solitos conducere per dictam uiam omnes eorum fructus, & redditus suarum possessionum absque solutione alicuius datij, seu Gabellę, & sine aliqua professione uel licētiam datiarij, vt attestantur primus qui loquitur de tempore. 24. annorum sol. 148. & seq. secūdus de tpe annorū. 35. tertius de 12. annis, quartus de 15. quintus de duobus annis huius possessionis, & de quinque annis alterius possessionis sitæ in dicto loco, & sextus de 7. annis. Et non solum testes huius ciuis attestantur de hac libertate conducēdi fructus suos ad ciuitatem, sed etiam septimus testis dictorum daciariorum, qui fuit pluribus annis datiarius ī dicta terra, fo. 251. apertè fatetur, quod nunquam fuit petita licētia per ipsum Do. Bartholomeum conducendi fructus suos per dictam uiam, & si uideantur omnes testes examinati etiam post factum processum, & pendentem inhibitionem Magnificorum D. D. V. V. nullibi constabit, quod unquā aliquis ciuis pro huiusmodi transitu aliquid soluerit, uel etiā licentiam transeundi cum suis fructibus petierit. Quibus stantibus dubium non est quin ciuitas, & ciues habentes possessiones in dictis locis, & soli ti conduci facere fructus suos per dictam uiam,
5 sint manutenendi in hac sua † quasi possessione libertatis iuxta trad. ad propositum per Castr. cōs. 313. postremo. col. prima. primo uol. quem sequitur Crauc. alia adducens in cons. 111. nu. 10. hoc enim est regulare in quocūque possessore cuiuscumque iuris, ut manuteneantur † in sua possessio-
6 ne. Abb. in c. peruenit. nu. 3. de censib. & in c. querelam per illū tex. de elect. Iac. de sancto Georg. in tracta. de Homag. car. 3. col. fi. & Bos. loquens in possessore, uel quasi libertatis ab huiusmodi
7 exactionibus † in suis uar. tracta. in tit. de fisc. & priuil. eius. nu. 60. & in quasi possessione alterius iuris, Rip. in l. rem quæ nobis. nu. 20. ff. de acqu. possessione, & latè Io. Bap. Plot. in l. si quando. nu. 97. & seq. C. unde ui.

Tertiò, cessat etiam omnis difficultas ex cōuētione olim inita de anno. 1471. inter Sereniss. Dominum Ducem Herculē primum, & Illustres Dominos de Pijs, de qua in prouisionibus Mutinę fo. 156. ubi est capitulum expressum, q subditi Serenis. Ducis possint, & ualeant uti, & gaudere bonis suis, fructibus & redditibus, ac prouētibus ipsarum suarum possessionum, & terrarum existētium in quibuscumque locis, & super territorio, & loco quomodocumque ipsorum Dominorum de Pijs, & ea omnia conduci facere liberè, & expeditè, & sine aliqua solutione datij, uel Gabellę, & cuiuslibet alterius solutionis, uel oneris, ac sine ulla exceptione ad terras, & loca prædicti Domini Ducis.

Ex quibus amplissimis uerbis dubium non est licere ciuibus, & subditis prædictis absque solutione Gabellæ, uel licentia petenda conduci facere fructus suos ad dictam ciuitatem Mutinę, &
8 hoc solum importaret † illud uerbum (liberè) qd idem quod sine alicuius contradictione importat, glos. & Doct. in c. primo. de censi. in sexto. Alcia. & Ioā. Andr. in c. cum episcopus. de officio ordi. eo. lib. Alex. consi. 40. nu. 5. 6. & 214. nu. 4. quinto uol. Corn. consi. 106. col. 3. in 5. & Dec. in c. reprahensibilis. nu. 5. de appellat. & quod nihil
9 extrinsecum possit impedire † effectum Alex. cōs. 12. viso thematc. post pri. in 11. & quod nō requi-
10 ratur alicuius requisitio † uel licentia c. de multa, ubi Abb. nu. 3. de præben. Dec. consi. 360. nu. 5. latè Ias. in l. prima. prima col. C. de sacr. san. eccles. Gozadi. consi. 91. nu. 7. & Tiraquel. in repet. l. si unquā. in ucr. reuertatur. nu. 135. C. de reuocan. do-
11 nation. & quod etiam propter tale uerbum † cōsensus etiam domini non sit requirendus, tra. Bal. in c. quæ in ecclesiarum. nu. 4. de consti. Cur. Iun. in consi. 2. nu. 3. Ias. & Tiraquel. in dictis locis, & dicit Cor. in cōs. 60. 3. col. 2. uol. Qd ille non dici-
12 tur quid liberè facere, si illud faciendo † incidit in pœnam. & in consi. 543. col. in 4. dicit quod propter tale verbum, non requiritur alterius factum, & quod importet idem quod sine ullo onere, aut obstaculo, uel contradictione, trad. Idem Corn. consi. 267. 2. colum. eo. 4. uol. Quid igitur si addantur tot alia uerba, & tot clausulæ, de quibus supra clarè inferentia, & inferentes nullam solutionem esse faciendam, nec etiam licentiam petendam, quod est onus sine dubio transeuntis, & cum nil, possit in iure, uel in facto allegari p ad-
13 uersarios ad eorum excusationem pp illā † clausulam, (sine ulla exceptione) ut per Soc. cōs. 188. quinta dubitatione, col. antepe. 2. uol. Nō uideo quo spiritu potuerint moueri ad capiendum hos

currus,

curtus,& boues huius ciuis,cum etiam non tenerētur ad solutionem uectigalis si tantum esset di
14 ctum,† quod possēt trāsire sine molestia,ut trad. Signor.in consi.70.col. 3. & Bos.in tit.de uectiga. solue.qui tene.nu.6.Quibus concinunt quod plures aliæ prouissionis,& declarationes,& conuentiones factæ per serenissimos Dominos Duces præteritos ad fauorem ciuium ipsius ciuitatis, & subditorum suorum ne grauerentur huiusmodi indebitis molestijs, & grauaminibus,& bene sciret semper hoc statutu u horum dominorum de Pijs opidō fuisse infestum his ciuibus,& subditis, ut est uidere in instrumento permutationis cum eis factæ registrato, & impresso in libriculo dictarum prouisionum, fol. 110. ubi eximuntur terræ existentes in uillis ibi expressis,& ciues eas possidentes à iurisditione dictorum nobilium,& in prouisione Illustr. Leonelli Marchionis de anno. 1450.fol. 113.Vbi prohibet grauari ciues habentes possessiones in terris Soleriæ. & in instrumento permutationis fol. 164. Vbi conuenitur ciues habentes bona in uillis separatis debere esse immunes, iuxta capitula quæ illuc usque seruata fuerunt.ciuibus habentibus bona in territorio Soleriæ.

Postremo cum hic casus accidisset ī quodam colono D.Nicolai Casteluitriæ qui transeundo per dictum territorium Soleriæ cogebatur soluere uectigal,tunc fuit habitus recursus ad Serenis. Ducem, qui scripsit literas potestati dictę terræ, & ipse potestas permisit ipsum libere,& sine solutione transire, ut in literis ipsius potestatis registratis in libris communitatis prædictæ exhibitis Magnificis. [illegible] V.V.Quod cum nunc fiat, constat iniustè, & iniquè fieri.

Nec probationes factę sine iudice,& parte nō citata testibus publicatis in causa,& pendēte inhibitione magnificēctiarū. V.V.quicquā obsunt ciuitati,uel huic ciui, cum enim primo fuerint testes isti recepti parte non citata , † & sine iudice
15 nullam faciunt probationem.c.2.cum ibi not.de testi.Boss.ad propositum in tit.de oppo.contra testes,nu.32.Præterea cū fuerint examinati super eisdem uel directō contrarijs,minime tanquam suspecti de subornatione probant, clem.2.de testi.c. fraternitatis cū ibi not. eo.tit.tum quia licet pars aduersa fecerit omnem conatum , ut probaret solutionē factam per aliquot ciues , tamen illam non probauit,sed tantum aliquorum rusticorum qui aliquando donauerunt capones officialibus , ut liberè possent suppellectilia sua alio ducere , & transire per dictum territorium, quæ exactio,& si fuerit iniusta per decisionem Principis , de qua in dictis literis potestatis Soleriæ , tā illa nihil officit ciuibus ius diuersum,& fortius ac plenius habentibus ut supra, & cum non constet ex libris daciariorum aliquem ciuem unquam soluisse,quia illos ostendissent si extarent , sicut ostēderunt partitam fol.duorum ex causa diuersa solutorū, ut in testificatu. 4. testis fol. quinto
16 cum præsumptio sit,quod † quis faciat pleniorē, & meliorem probationē quam habeat, Craue. consi.134.nu.3.post Bellamer.per eum ibi citatū
17 tanto magis † pro eorum libertate præsumendū est, Craue.d.consi.111.nu.13.ver.52.& in dubio
18 contra † Gabellā facienda est interpretatio.Cor. consi.199.litera.Q.& R.primo.uol.& Craue.consi.231.in fin.

Laus Deo Opt.Max.

Barth.Bertaz

Non fuit lata sententia de hac re.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Quomodo probetur rem traditam fuisse adsportandam.

SVMMAE.

1 *Testis probat delationem rei licet seruitor,uel domesticus si ipse fuit qui detulit.*
2 *Testis unus supplet defectum alterius.*
3 *Probationi persuasiuæ statur ubi cognoscitur sola facti ueritate inspecta.*
4 *Nauta habet contra se præsumptionem, & contra eum defertur iuramentum.*

CONSILIVM CCCLXXVII.

In Domino confido.

SATIS probata censetur intentio Illustrissimæ Dominæ Isabellæ Estensis aduersus hunc Gubinum nautam, quod ei fuerit tradita imago illa picta (quam retractum uocāt)olim Serenissimi Ducis Herculis semper recol. mem. ut illam deferret Mantuam. duo enim testes probant traditionē ipsam, qui dñr sufficere ad eius condemnationē l.ubi numerus.ff.de testibus,& licet alter sit seruitor ipsius Illustrissimæ Dominæ non propterea
1 uidetur reijciendus † & si deponere uideatur ad eius exonerationem,per ea quæ trad.Papien.de Brentatore , uel baiulo rem alicui deferente , quod sit tamen idoneus testis in for. oppo. contra test. post pub.in glo.in facto eorum proprio.nu.5. & Cur.sen.in tract. de testibus.38.concl. nu.81. pōt enim dici, quod ipsa utatur opera, & ministerio horum inseruiētium ad huiusmodi obsequia expedienda adeo, ut exemplo baiulorum ei sit credendum.

Et quia cum eo concordat alius testis habilis
2 qui dictę traditioni interuit,† unus suplet inhabilitatem alterius iux. not. per Bal. & alios in l.si quis ex argentarijs.§.cogentur.ff.de eden.Alex.consi. 56.uiso

56.uiso processu.4.col.vers.2. potest responderi
2.uol. & plene.Io.de Amic. in consi.120.nu.10.
Præterea cum (ut audio) corã Magnifico Do-
mino iudice Gabellæ procedatur sola facti ueri-
3 tate inspecta sufficit † probatio etiam præsump-
tiua Bal. in l. solam. ante. fi. C. de testi. Aret. consi.
84.col.4. Dec. in c. dilecti. 2. col. de iudi. Mars. sin-
gulari. 494. probationes. Planc. in tract. de com-
promis. q. prima. nu. 39. & alij quos sciẽs prętereo.
4 Postremò tanto magis tenetur hic nauta † cum
habeat legis præsumptionem contra se l. prima.
ff. nau. caup. & stab. & potest iurari contra eum in
litem pro ualore rei. Io. Baptista Plot. in repet. l.
si quando. nu. 397. & 750. C. unde ui. & hęc pau-
ca in re modica sufficiant.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Pœna quando sit minuenda propter prouocatio nem, ipsa quæ prouocatio excusationem inducat.

SVMMAE.

1 *Prouocatio affert excusationem.*
2 *Prouocatus quis dicitur ex iniuria illata alicui agnato uel affini.*
3 *Pœna, ut minor irrogetur, sufficit quod quis ex iniusta causa moueatur.*
4 *Prouocatus non debet puniri pœna corporali.*
5 *Pœna est minuenda ob ætatem minorem.*
6 *Minor ob ætatẽ nõ põt puniri pœna corporali.*
7 *Iudex necessitate compellitur minorem pœnam imponere minori.*
8 *Puniendus extra ordinem non potest puniri pœna corporis afflictiua, sed pecuniaria.*
9 *Noctis prima hora si adest non est locus pœnæ statuti de insultu tempore noctis.*

CONSILIVM CCCLXXVIII.

In Domino confido.

BAPTISTA de Agazotis inquisitus
non potest de iure in aliquam pœnã
corporalem cõdemnari duplici fun-
damẽto, primo, quia cum fuisset pro
uocatus à Mattheo Pigotio qui bastono percus-
serat Iacominum eius fratrem mensibus præteri
tis, ut ex testibus examinandis comprobabitur,
non debet puniri pœna ordinaria delicti, sed mi
1 tius, † quia prouocatio affert excusationẽ Mars.
consi.67.nu.57.73.nu.55.& 80.nu.52.& quod
mitius sit puniendus trad. Idem Mars. per illum
tex. in l. diuus. Adrianus. nu.11. ff. ad l. Põpe. de
parcid. in consi.25.nu.22.& 137.nu.6. Grãma. uo
to.23.nu.14.& seq. Iacob. Nouel. in tracta. crim.
ad defen. in prin. nu.61. & Tiraquel. in tracta. de
pen. prima causa nu.5. & seq. quod autẽ dicatur
2 quis prouocatus † ex iniuria illata alicui agnato
uel affini, latè disserit Idem Mars. in consi.68.nu.
2. & seq. Nam sufficit etiam quod quis ex iniusta
3 † causa moueatur, ut mitius puniatur, ut abunde
prosequitur Gram. dec. quinta. nu.24.& seq. & in
Indiuiduo, quod propter prouocationem nõ de
4 beat quis puniri † pœna corporali, sed tantum pe
cuniaria, firmat Mars. ĩ l. diuus Adrianus. nu.55.
Secundò, quia cum ipse Baptista fuerit, &
esset tempore delicti minor ne dũ annis.25. sed
etiam decem octo, ut fertur posse probari, etiam
5 ex hoc capite minuenda † est pœna l. auxilium. §.
in delictis. ff. de minor. Comen. consi.96. Christ.
in fi. Dec. & Cagnol. in l. ferè in omnibus. ff. de
reg. iur. & Dec. in consi.535.nu.5. & quod non possit
6 pro delicto † minor puniri pœna corporali licet
alias delinquens esset ita puniendus, trad. Ang.
Aret. in tracta. malef. in glos. scienter, & dolosè
col. quinta. vers. & subdit. d. Ang. & ibi August. in
* addit. quæ opin. est communis, * ut trad. Mars. in
consi.24. nu.37.30.nu.10.48.nu.54.& pluribus
alijs consilijs, & ne dum potest iudex hoc facere,
7 sed debet, & a iuris necessitate † cõpellitũ, Gram.
dec.23.nu.11.& consi.36.nu.23.& 39.nu.12.
Nouel. in d. tracta. in prin. nu.35. Carer. in sua pra
cti. in §.6.nu.5. Petrus foller. ẽt in sua praxi. crim.
in 4. par. in glos. pœnis debitis ferientur. nu.17.&
Tiraquel. d. tracta. causa.7.& huiusmodi minor
ætas etiam ex aspectu probari poterit, Bar. & alij
in l. de ętate. ff. de minor. Cum igitur tum propter
prouocationem, tum etiã propter minorem ęta-
tem dicti Baptistæ pœna ueniat minuenda du-
bium non est, quia tantum pecuniaria, nõ autem
corporalis sit imponẽda, ut in terminis tra. Doct.
supra allegati, quod etiam ex alio comprobatur,
quia ubi ex aliqua causa receditur à pœna or-
dinaria, & extraordinariè reus uenit puniẽdus,
non potest imponi aliqua pœna corporalis, uel
8 corporis afflictiua, † sed tãtum pecuniaria, Mars.
in practi. crim. in §. quoniam nu.95.& 96.& in d.
l. diuus Adrianus. nu.11. ubi etiã loquitur in Mi-
nore Gra. d. vot.23.nu.20.& dec.8.nu.10. Mars.
d. consi.39.nu.59.24.nu.36.25.nu.55.30.nu.19.
47.nu.13.& 132.nu.29.
Et tanto magis hoc procedit in casu nostro,
cum potest probari adhuc non esse, uel fuisse ho-
ram primam noctis tempore quo dictum deli-
ctum cõmissum fuit, pro ut respectu etiam aliorũ
coinquisitorum etiam probatum extitit, quo ca-
9 su † statutum Ferrariæ sub rub. pœna faciendi in-
sultum tempore noctis fo.154.
Nec obst. statutum Ferrariæ sub rub. quod mi-
nor. 14. annis non possit etiã puniri, & c. fol.145.
quia illud nil facit ad casum nostrum, cũ minor

14. annis

14. annis non possit etiam puniri pœnis pecuniarijs impositis delinquentibus, sed minor annis. 25. potest puniri licet mitius, & debet minorari pœna pecuniaria, & nunquam imponitur corporalis, sed extraordinariè in pecuniam condemnatur. satigitur in causa ista erit si omissa pœna corporali, quæ nunquam ibi locum uendicare potest, ut supra puniatur delinquens pœna pecuniaria admisso benef. pacis. & confessionis, & etpropter prouocationem ipsa pœna pecuniaria aliqualiter diminuatur.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Fuit aliqualiter diminuta pœna.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Sponsio an sit ludus prohibitus, & qui sint ludi prohibiti, qui non merentur executionem? Et quando sponsio ipsa non obliget.

SVMMÆ.

1 *Ludus est prohibitus de iure nisi fiat uirtutis causa.*

2 *Sponsiones quæ fiunt an sint ludi prohibiti, & pro illis detur actio, & quando?*

3 *Et fiunt quandoque permodum cuiusdam ludi prohibiti, & non exercendi.*

4 *Opinio illa dicitur communis pro qua sunt Doct. maioris ponderis, aut authoritatis.*

5 *Doctori non creditur attestanti de communi opinione.*

6 *Sponsiones non habēt uim non interueniente stipulatione.*

7 *Verbū (conuenire) nō importat stipulationem.*

8 *Obligatio per iocum facta non ualet.*

9 *Coniunctus præsumitur scire facta coniuncti.*

10 *Testes etiam non interrogati debent rationem reddere de his quæ pendent ab intellectu.*

11 *Pactum si in cōsultè factum sit, & ex abrupto, nec à Principe debet cogi promitens ad obseruantiam.*

12 *Sponsio quando dicatur continere pactum nudum, uel stipulationem.*

13 *Hominis mutatio, uel pluralitas non præsumitur.*

14 *Fidem non seruare licet, si contractus est à iure reprobatus.*

CONSILIVM CCCLXXIX.

In Domino confido.

EGREGIE, & subtiliter scriptū fuit ad fauorem Magnifici, & excellentis, Il. Doct. D. Nicolai Bongi, Bergomensis. per Claris. D. Danthem fogarium mihi uti fratrem, & maiorem honorandum, qui adeo rem hanc pertractauit, & discussit, ut uix aliquid boni ulterius adduci possit, Vt tamen munerimeo ego quoque satisfaciam, aliqua addā ad confirmationem adductorum conducentia ad uictoriam prædicti Magnifici rei conuenti.

Primò igitur quo ad istam sponsionem factā, vt dicitur, inter partes super nomine illius nobilis mulieris, an scilicet uocaretur Grandelia, ut Iulius actor affirmabat, uel Lelia. ut Magnificus Bongus, mihi placet illa opin. quod non ualuerit conuentio, uel pactum factum inter partes, super co nomine contendentes, quia in effectu ni-
1 hil aliud est, quā quidam ludus, † qui à lege pro-
a hibitus a est, & in quo sponsio fieri non potest, ut est tex. in l. 3. ff. de aleę usu, & aleato. & maxime
b cum non fiat uirtutis exercendæ b causa, ut in l. præcedenti, & ita illum tex. intelligit hoc casu loqui Azo. in sum. illius tit. nu. 5. sed latius declarauit illum Rofred. Bene. in suo tracta. libel. in 7. par. in rub. de senatus consul. cuius nomen non habemus, quod uetuit pecuniam habere. Vbi dicit quod multi sunt hodie ita faciles, qui quādo aliquid dicunt ita esse, & ex alia parte negatur dicunt postea inter se ponamus pignus, & sic aliquando multi simplices multa amittunt, & aliquando imperiti iudices sic contrahentes condemnant. unde senat. consul. prohibuit pecuniā ludere, idest ponere huiusmodi pignora siue pecuniam, siue aliud quid sit, & ideo uetuit, ut non detur actio nisi in duobus casibus, quando causa uescendi, & quando causa uirtutis ostendendæ, ut per eum ibi, quam Rofred. opin. sequutus est Alber. in l. 2. §. senatus. d. ti. ad ipsum se remittēs, & Castr. huius fuit sententiæ qui pro cōtraria par
a te † noluit consulere, in l. à Titio. ff. de uerb. oblig. & in l. si quis cum debitorem in aliquibus lecturis. ff. de iure iuran. Paris. de Pute. in tracta. de Ludo. nu. 34. & Seuer. in eodem consimili tracta. nu. 18. huic etiam opin. subscribit. Zas. in d. l. à Titio. nu. 8. ita eo sensu intelligens dictam. l. 3. inquiens in hæc formalia uerba, (habes porrò ex hac doctrina, quod licitè fiunt sponsiones in lucta, cursu, saltu, iactu, & in alijs quæ fiunt uirtutis causa, si uicero dabis mihi decem, sin minus ego tibi, istas sponsiones laudari à iure p pulchrum tex. habes in l. quibus, supra de aleæ lusu. l. si rem sibi. §. fi. supra de præscrip. uerb. hanc etiam opinionem nouissime fuit sequutus Petrus santerna lusitanus, in suo tracta. de sponsio. 2. par. nu. 5. & seq. & inferius nu. 25. Vbi dicit quod istæ sponsio
3 nes † fiunt, (ut dicunt Doct.) per modum cuiusdā ludi,

ludi, quod regulariter est prohibitus, cum non sit
causa uirtutis exercendæ, ut in d.l.2.& 3.ff.de aleę
usu,& alea. Et licet ualeant plures promissiones
factæ sub conditione, vt ferè per totum titulum,
ff.de uerb.obli.tamen quando fiunt causa ludi, ut
in casu isto, non credit illas ualere, & ibi latè per
c eum. Et huic opinioni standum est, cum sit fulcita
auctoritate Doctorum maioris ponderis,& maxi
me illorum antiquorum Azo. & Rofred. qui fue-
runt maximæ auctoritatis uiri,& opin.antiquorū
propter auctoritatem ęquiparatur saltem multi-
tudini modernorum, ut trad. Neuiza. in Sylua
nup.lib.2.nu.5.& dicit Alc.in consi.202.nu.6.an-
4 te fi.consil..7.uolum.quod illa dicatur † commu
nis opinio quando Doct.maioris ponderis, & au
ctoritatis sunt pro ea,& sequitur Neuiz.d.num. 5.
& ex num.uidetur etiam communior, quæ maxi-
me procedit cum Doct.tenentes contrariam sen
tentiam pro maiori parte confugiant ad consue-
tudinem, quæ in casu isto non est probata, & ta-
men probari debuit ad notata in l. de quibus. ff.
5 de legi.in tantum quod etiam doctori de illa † at-
testanti non creditur, Iac.Philip.port.lib. 1.suarū
conclusionum conclusione.24.uersi, contrarium
Cagnol.in l.uni.in princip.num.20.ff.si quis iusd.
non obtemper.

Secondò illud certum est, quod tales sponsio-
6 nes † non ualent stipulatione non interueniente,
vt omnes admittunt, in d.l.à Titio.ubi Ias.dicit in
2.col.pactum nudum non valere etiam addita cō
ditione.& idem tenet in l.cū ad præsens.ff. si cert.
peta. Vbi etiam Alcia.ante fi. citati per Magnifi-
cum D.Danthem, quæ fuit etiam opinio antiquo
rum qui stipulatione tantum spōsiones faciebāt,
ut ex relatis auctoribus per Budeū citatis in suis
annotat.ad pādectas in annotatio.ad l.2. in uerb.
uindicias filiæ suæ.pag.6.ff.de orig.iur. quos bre-
uitatis gratia prætereo, cum illic citentur eorum
verbis etiam relatis,& idem trad.Alcia.in l. spōn
sio 2.pag. de uerb.signif. quod & uidetur tenere
Petr.Santer.d.tracta.d.2.par.nu.27.per l.2.§. cir-
ca.ff.de dol.except.& in proposito de nulla stipu-
latione apparet, cū uerbum (promisit) à testibus
prolatum non importet stipulationem, ut optimè
fuit comprobatum per prædictum Magnificum
D.Coaduocatum,& trad.Crot.in l.sciendum.nu.
17.ff.de uerb.oblig.Vltra quod etiam uerbū (con
7 uenire) de quo uidetur magis † tractandum non
importat stipulationem ut per moder. in rubrica
ff.de uerb.oblig.ubi Rip.nu.16.& Galia.nu. 27.&
Cagnol.in l.lecta.nu.87.& seq.ff.si cert. peta.

Tertiò, casus iste uidetur effugere omnem diffi
cultatem, cum ipse magnificus Bongus non serio,
& animo promittendi,& se obligādi dicto Iulio,
sed iocosè,& ut illum nimis loquacem,& garrulū
derideret dictam sponsionem fecerit, quo casu
8 obligatio † per iocum facta non ualet, tex. est in l.
obligationum substantia.§. fi. ff. de actio. & obli-
gat.glo.in l.sicut semel.C.de liber.caus.& in §.ple
nè in uerb.sermonibus Instit.de milit.testamento.
ubi doct.Alber.in l.1.§.primo.nu.3.ff.de pact.An
dr.de exe.in tracta. de pact.nu. 314.& probatur
ex coniecturis, quòd quis iocosè promiserit, uel
se obligauerit, ut trad.Io.Fab.in d.§.planè nu.4.&
in proposito multæ sunt coniecturæ id probātes.
Prima est, quia extat testimonium D.Ricard.3.te
stis deponentis, quod inter uidendū & colloquē
dum in faciendo spōsionem ipsemet magnificus
Bongus affirmauit ipsi testi, quod iocabat, & io-
cosè loquebatur, ut irrideret illum Iuliū garrulū.

Secunda est, quia in itinere incontinenti post
facta illa uerba id etiam fassus fuit ipse magnific.
Bongus, tam ad præsentiam ipsius 3. testis, quàm
etiā D.Hieronymi primi testis qui ita de illa con-
fessione deponit.

Tertià est, quia statim ipse misit nuntium ad D.
Iulium ad sibi nuntiandum, quod ioco & non se-
rio luserat,& ita deponit ultimus testis, se ea illi re
tulisse, cum quo concordat secundus testis depo-
nens de tali relatione, ex quibus testibus nedum
per coniecturas sed per ueras probationes cense
tur probatum ea omnia iocose,& non serio, ac a
nimo promittendi,& se obligandi facta fuisse.

Quartà est, quia cū ipsa nobilis mulier D.Gran
delia esset consobrina ipsius magnifici Bongi, vel
eius uxoris, ut ipse tunc in ludo fassus fuit, prout
deponit D.Baldassar Galuanus ultimus testis ad-
uersarij, non est uerisimile, quòd ipse nesciuerit
nomen ipsius Dominæ, quia coniunctus præsumi
9 tur † scire facta coniuncti, l.octaui. ff. unde cogna.
& l.de tutela ff.de in integr. rest. & maxime in his
quæ concernunt iura sanguinis,& processum na-
turæ, ut per Petr.Duen.in reg.125.coniunctis, &
propterea non est uerisimile quod uoluerit tene-
re partem negatiuam, quòd non uocaretur Gran
delia,& amittere scutos.202.

Quinta est, quia tanto minus id credēdum est,
d ex quo non æqualiter dicitur facta sponsio, sed lon-
ge inequaliter, cum pro brachijs quinquaginta
rasij lucensis non ascendentis ad ualorem scuto-
rum quadraginta ipse spoponderit, se soluturum
quintuplum & ultra, & tamen nemo præsumitur
tam supinus, ut uellet suum iactare l. cum de in-
debito.de probat.

Sexta est qualitas personæ promittentis, quæ
est legum doctor, nam Doctores sæpe promittūt
maria,& montes, ut dicit gl.in l.non omnes.§.fin.
gl.fin.ff.de re milit.nō tamen animo se obligandi,
& ita ad propositum hanc coniecturam notant.
Bauer.in d.§.planè.nu.15.ex his igitur tot, & tan-
tis coniecturis apertissime patet ipsum magnificū
Bongum spopondisse,& sponsionem illam ioco,
& non seriò fecisse, & propterea illam non ualuis
se,& licet testes aduersarij dicant, quod uerè promi-
sit,& non ioco, quia nullam allegāt, uel adducūt
sufficientem rationem eorum scientiæ, & in con-
trarium sunt tot pręsumptiones & coniecturę ces-
sat omnis difficultas,& tanto magis, quia testes ip
si non reddunt aliquam sufficientem rationem
quare magis serio, quàm iocoès spoponderint,

de

de quo cum dependeat a iudicio intellectus de-
10 bebant † etiam non interrogati rationem reddere. Innoc. in c. cum causam. de testi. Nel. in tracta. de testi. num. 135. & Crot. in tract. etiam consimili. de testi. num. 307. & 310.

His fundamentis stantibus corruit, quæ subtiliter fuerunt adducta per Magnifi. Aduocatum actoris aduersarius allegationes prędicti Magnifici D. Danthis. nam primo, & si per Magnificum D. superiorem bulletarũ possit in hac causa procedi sola facti ueritate inspecta, non propterea si nulla fuit sponsio, ut fuit supra ostensum, potest cogi Magnifi. Reus ad aliquid soluẽdum eius uigore, & tanto minus quia etiam Princeps uigore pacti nudi facti incõsultè, & ex abrupto non de-
11 bet cogere † promittentem ad obseruantiam illius Cagnol. in l. 2. q. 79. num. 229. C. de pact. inter emptor. & uendit. post Galia. per eum citatũ, & Andr. ob ex ea. d. tract. de pact. num. 314.

Non obstat etiam quod ualuerit illa sponsio. per trad. per Dec. in consi. 115. & Afflict. decisione 369. quia contrarium supra ex citatis in primo fundamẽto apertè constat, & in illis casibus
12 non erat † pactum nudum, maximè in casu Dec. in casu uer. Afflict. quod non sufficiat præstatio fidei uel pactum nudum, & exigatur stipulatio supra comprobatum fuit in secundo fundamento, & cum iocosè fuerit facta sponsio, cessat omnis scrupulus. Quod autem dicitur præsumi factam sponsionem ex causa donationis. l. Campanus. de ope. lib. licet non pungat dicta nostra fundamenta tollitur ex his, quæ in his terminis. tradit Imo. & alij. in d. l. a Titio. ubi dicunt, nullo pacto donationem præsumi, & màximè quia hic nulla traditio interuenit, sed tantummodo sponsio, & licet multæ sponsiones annullentur. si uera esset opinio nostra, non propterea hoc maiorem ualiditatem huic præbere potest. tum etiã quia aliæ sponsiones, quæ frequentantur in alijs locis. magis innitũtur consuetudini, quam iuri communi.

Dum autem dicitur, quod ex quo nomen hoc Grandeliæ, tanquam singularissimum potuisset de facili obliuisci, & mutari, respondetur quod immò obliuio tanto minus esset ꝑsumenda propter eius singularitatem, mutatio uerò nihil faceret, quia nomen uerum attenderetur, non mutatum, & non præsumitur etiam mutatio ad notata in l. uni. C. de mut. nomin. nec quod illa domina
13 uoluerit † sibi mutari nomen. cum illucusque in ea uoluntate perseuerasset. Alc. tracta. præsumpt. regula secunda. præsumptione 16. in princ. & pluralitas etiam nominum non præsumitur. Alex. consi. 172. num. 7. sexto uol.

Ad id autem quod dicitur de pacto nudo, ꝗ uerecundia esset non obseruare conuenta, & graue est fidem fallere, cum contractus a iure sit reprobatus, ut ostensum est, licitè potest Magnifi-
14 cus Reus † contra illum uenire. glo. fi. circa med. in l. fin. & ibi Alberi. num. tertio. ff. de aleæ usu. & alea. & idem cum non ualuerit obligatio ioco facta, ut supra. Ex quibus cessant omnia, quæ in contrarium adducuntur.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Contra hæc audiuimus fuisse iudicatum per Illustr. Consilium Iustitiæ,

Clau Bertaz.

ADDITIONES.

a Est prohibitus a lege Ludus hoc est a lege humana per
* tex. hic adductum, & est communis * opinio de qua per Clar. in §. Ludus. in p. inc. non autem a lege naturali, nam secundum merum ius naturæ, neque peccatum mortale est ludere, neque ulla inde nascitur restituendi obligatiu. est sententia D. Thom 2 2 q. 2. arti. 7. quem sequitur Domi. Sot. lib. 4. de iust & iur. q 5. art. 2. col 4. Allon. de Castr. lib. 2. de leg pœnal cap. 2. Corrolar. 3. Nauar. in manual. c 19. num. 6. quæ uera est opinio & suas habet uerissimas rationes.

Quod attinet ad l. humanam. text in Auth. alearum usus. C. de religio. & sumpt. fune expressè prohibet ludum, & mandat amissum restitui. sed lex imperatoria nullos ferè obligat hoc tempore, nam tum paucissimi sunt qui legibus utantur imperialibus, tum qui utuntur seruare non tenentur legem contraria consuetudine abrogatam. ait enim D. Thom. loco supra citato ius ciuile non omnes obligat, neque illos apud quos eiusmodi leges per contrariam consuetudinem abrogatæ sunt. sequitur, ac refert Sot. in d. 4. col. & Castr. d. Corolla. ver. hæc lex.

Ex his colligitur primo labi. Iul. Clar. in d. §. Ludus. ver. sed quæro dum ait puniri extraordinem lusorem, nam ut omittam hanc de qua supra dixi cõsuetudinem, lex ciuilis nullam aliam addit pœnam quam rei amissę restitutionem, cum enim qui lusit actum fecerit de iure naturæ nõ improbatum, & lex ciuilis, ut actione etiam conuentus restituat mandet nulla alia debetur pœna. nec obstat, quod de iure ciuil nulla certa sit imposita pœna, quia imò imposita est certissima, illique uelle aliam superaddere est contra iuris regulas ad pœnarum progredi multiplicationem.

Secondò colligitur, quod uerior est opinio ex consuetudine uictorem non teneri restituere si nullus in ludo interuenit dolus, aut fraus, ut esse communem opinionem dicit Barbat. consi. 66. numer. 7 in tertio, quem refert Roc de Curt. de consuetu. fol 23. num. 6. & Clar. in d § uer item vincens ubi ait tenetiã Theologis, & Sanctis uiris, nam hæc consuetudo facilè inducitur cum iuri naturali non repugnet, & qui ludo etiam illicito ab eo, qui donare potest, lucratur sine metu dolo & fraude non tenetur restituere de præcepto etiam pauperibus, ut est sententia D. Thom. & Caieta. ibid. secunda secundę q. 32 art. 7 ad secundum idem Caieta. in sum. in uerbo ludus. Maior. & Adrian relati a Nauar d. c. 19. numero 18. in fin. ubi extendit etiam quod ludus fiat cum peccato in locis sacris uel diebus.

Tertiò ex his reijcitur opinio Card relata à Clar. in d. uer. item uincens. quæ fuit etiam Paluda. in quartam distinct. 15 q. 3. quæ est quod lucri est facienda restitutio pauperibus, uel domino, nam iure naturæ pauperibus debetur lucrum, iure autem ciuili repetenti. si quidem ut egregiè docet Sot. d. artic. 2. uer. Veruntamen opinio. lucrãs nolli tenetur restituere, & si teneretur id

deberet facere uero domino. nam mendici iure naturæ non succedunt, nisi ubi non haberetur copia domini.

b Ludus (ut mihi uidetur) pulcherrimè definitur à Maria Soci. in c. inter dilectos. num. 25. de excess. prælato. actus quidam cessationis, uel recreationis quandoque ex sola fortuna, interdum ex industria nonnunquam ex utroque proueniens itaq; hoc est perperuo uerum * in hac materia ludum quemcunque respectu circunstantiæ posse esse licitum, & illicitum, hinc ludus per se licitus ratione circunstantiæ fit illicitus, ut scribit Bald. in rubrica. C. de condictio. ob turp. caus. Paris. de Put. in tract. de iud in princ. num. 7. Caccialup. in eo. tracta. numer. 9. & 10. & omnes Theologi supra adducti. Bursat. consi. 116. nu. 1. ubi defendit ludum pilæ esse illicitum si adsit turpitudo, & maximum pecuniarum dispendiũ, cui certè assentio, cum uideam huiusmodi Gymnasia non ad uirtutem aperiri, sed ad multa scelera & incommoda, quibus ingenui adolescentes afficiuntur, hinc dum hic dicitur (uirtutis exercendæ gratia) arbitror legislatorem de græca illa gymnastica intellexisse, quæ licet multa corporis exercendi studia proponeret barbaris quidem admirabilia, immò ridicula, cum modo in lucta cæno abuoluerentur lusores, & fronte arietarent, modo in pancratio semet uerberibus mutuis onerarent, artamen compendij, maximè & publicè utilitatis gratia probanda est, ut Solon apud Lucianum probat in dialogo de Gymnasijs. ob hoc non improbo pilæ lusum, cum ex Galeni sententia nullus alius magis totum dimoueat articulum corporis, sed malum ludendi modum haud laudare possum. Neque etiam consentio cum his qui miris extollunt laudibus ludum latrunculorum, uel scacchorum, de quo nuper emissus est liber a iuris studioso quodam egregiæ indolis adolescente, & quo uti magis licet quam alijs iuxta glo. receptam in Auth. interdicimus de episcopis & clericis. & gloss. in capit. clerici. 2 ubi Panor. & alij. de uita & honestate cleric. nam sicuti in eo nullam agnosco fortunæ uicissitudinem, ita maiorem quam cætera studia etiam litterarum mihi uidetur requirere animi intẽtionem. Sequor itaque. Ange. in tractat. de malefic. in uerb. meritore de mali dadi. & Paris. de Put. in tract. de lud. num. 11. qui fatentur ludum esse pestiferum. & Nauar. in d. cap. 19. numero tertio iu fi. Ego itaque non, ut uulgo fit suspicio illustres hos lusores qui in re adeo tenui bonas insumunt horas. Alexandri exemplo, ut nobis author est Gellius illorum industriam, ac illudendam in ludo, sed uilitatem Cicerum, aut cicercularum aceruo comprobarem. Non est huius occupatæ uitæ, non huius imbecillæ ætatis, ita ludendo uitam transigere, nam & nescio, an etiam hoc habeat plusculum profanæ uanitatis, & sordidioris curæ, parumque christianæ.

c Contra tamen est communis * opinio, ut per Dec. consi. * 115 num. 4. & Didac. in repetit. cap. peccatum. quos refert Clar. in d. §. ludum. uer. quæro etiam. & Domi. Sot. idem tenet d q. 5. art. 2. col. 3. in fi. & Nauar. d. capit. 19. num. 18. nam sponsio ipsa nulli legi iustitiæ est contraria. In hac re omnino est necessaria hæc distinctio. sponsio quandoque respicit aliquem euentum incertum, uel futurum, uel præteritum, & dixi (incertum) quia si aliqua certitudo posset haberi aliter quam ex coniecturis vulgaribus aliud esset, ut dicã infra. & hoc casu si euentus non expectitur contra bonos mores, & publicam honestatem ut per Santern. de sponsio in secunda parte, qui hic allegatur. ualet sponsio, & ita loquitur Sot. qui mouetur exemplo assecurationis, & Nauar. etiam nam si euentus est eiusmodi, ut præteritus nulla possit sagacitate subodorari, aut futurus præuideri, quod ius prohibet. ut sponsio constituatur? si quidem nec dolus, nec calliditas alterius in re ipsa locum habere potest. Quandoque sponsio fit de re, uel præterita, uel præsenti, quam non ignorare prætendit unusquisque spondentium, ut in casu istius consilij, & tunc crederem hanc sponsionem non subsistere. mouear quia cũ hic nullũ locũ habeat euentus, aut fortuna, neque industria ullam poterit habere uirtutis imaginẽ, imò quo maior erit industria maior erit calliditas & fraus. nã sciens rem asserẽ esse ueram, non nisi dolosè poterit dissimulare ignorantiã, & aliũ ad sponsionem inducere, nihil ergo aliud continere poterit ludus iste, quã decipiendi occasionẽ cum neque fortuna, neque bona industria in eo sibi locum uendicet. uix enim euenire potest, ut spondentes ambo equalem habeant scientiam, parem que animũ nõ decipiendi intentionem, quod & si eueniret aliquando non ob id esset tamen tam lata fraudibus, & machinationibus prestanda occasio. at uero quod non ualeat sponsio quando dolus adest uel adesse potest. scribit Maior. in quartum sententia distinct. 15. q. 15. & Adrian. in quartum. de restitutio. q. de ludo, & Nauar. d. ca. 19. num. 18 aget itaque rem dignam homine libero ille, qui socium ubductũ ignorationis caligine animo allucinatum ac aberrantem eommodo fecerit, nam & in ludo mortaliter peccat cum obligatione restituendi, quã non monet collusorem, qui errore calculi decipitur dicens si pauciora habere puncta, ut interrogatus respõdet Nauar. d. cap. 19. num. 17.

d Aequalitatem istam in ludo ego desidero, & idẽ in sponsione, nisi alter ipsius rei natura suadeat, ut fit Romæ, cum aliquis contendens aliquem ex purpuratis futurum Pontificem minorem summam constituit maiorem accepturus si uoti fiet compos, inæqualitas enim summę tolleratur, quia & in euentu præstituto adest inæqualitas, contra autem æqualis debet esse summa si æqualis est euentus, ut fit Neapoli, cum parẽ pecuniam spondent qui marem nasciturum esse authumant. Verum cum duplex sit inæqualitas, alia quæ est summarum in eodem ludo, imò in eodem iactu, puta, cum ludas tesseris, alia quę est summæ pecuniarum, quo ad statum ludentium, cum pauper uel filiusfamilias parum possit perdere, & cum diuite multum lucrari. in primo casu semper debet adesse æqualitas, hinc ludi illi, qui uulgo dicuntur (*da partito*) non mihi probantur, quia & in summa adest plerunque inæqualitas, & qui proponit conditionem non ignorat, qua arte possit alium uincere, itaque mihi uidetur illud esse potius hominem nimis credulum, & spe electionis conditionis perfractum eludere, quam sincere cum ipsa casu, ac fortuna ludere. secundo casu inæqualitas potest adesse, nam licet Sot. d lib. 4. de iust. & iur. artic 2. q. 5. aliter teneat, attamen commune est præsuppositum, ut defendit Nauar. consi. 19. num. 32. Filium familias posse a collusore plura lucrari, quam collusor ab illo, item pauperem posse plus lucrari a diuite, quam diues ab illo. ratio est in filiofamilias de quo magis erat dubium præter adducta a Nauar. quia si filiusfamilias potest, uel tres, uel quatuor aureos de suo commeatu ex præsumpta patris indulgentia ludere, ut admittit ipse Sot. quid uetat, quod non possit multa lucrari antequam duos illos, uel quatuor aureos amittat instar pauperis, qui nõ habet, nisi duos, uel tres aureos? Sed satis lusimus nostris hisce ludicris nunc ad solidiora.

Clau. sertaz.

ARGVMENTVM.

Minor bannitus innocẽs ex quibus nomine nullitatis, & iniustitia possit bannum funditus euertere.

ARGV-

S V M M AE.

1 *Bannitus non rectè non habetur pro bannito.*
2 *Delictum si non constet non ualet inquisitio, nec processus.*
3 *Minor non potest condemnari non dato curatore, & seruatis seruandis.*
4 *Expressio ubi est facienda debet fieri specifice nō per relationem ad acta.*
5 *Forma statuti nō seruata processus, & bannum nullum est.*
6 *Rixæ interuenientes non tenetur de his quæ alij fecerunt.*
7 *Minor non potest condemnari pœna mortis.*
8 *Imò nec pœna corporali.*
9 *Bannum tollitur per exceptiones, quæ à principio illud sustulissent.*

CONSILIVM CCCLXXX.

In Domino confido.

MANILIVS de Vechijs carceratus uenit absoluendus à sententia banni, & liberandus tandem à carceribus pluribus rationibus. Primò, quia ban
1 num contra ipsum latum fuit nullum, † ideo non habetur pro banno, & ipse qui non ritè est bannitus, non habetur pro bannito. l. 4. §. condemnatū. ubi Bar. & alij. ff. de re iud. Gram. deci. 29. nu. 1. & seq. & 79. nu. 10. quod autem bannum fuerit nullum ex pluribus constat, primo quia fuit formata inquisitio contra eum non constito de aliquo delicto commisso in personam, uel capitanei exequutorum, uel illius Elij occisi, ut ex processu constat, & certum est non ualere inquisitionem, uel
2 processum † non cōstito prius de delicto. l. prima. §. Item illud. ff. Ad Sylla. Marsi. in consi. 8. nu. 1. 14. nu. 13. & 49. nu. 30. & in pra. cri. in pri. nu. 4. & seq. Boss. in tit. de delict. nu. 1. 14. & seq. & in fi. illius tituli. 2. bannum fuit nullum quia probatum est, quod ipse Manilius tunc temporis non erat maior an-
3 nis. 16. suæ ætatis, ut in processu, † quo fit, ut non potuerit condemnari ei non dato curatore, & nō seruatis seruandis. Marsi. in d. pra. §. Nunc uiden. nu. 31. quod admittit statutum Ferrariæ sub rub. quod minor an. 25. fol. 31.

Tertiò, nō fuit seruata forma statutorum S. Felicis in ipsum Banien. cum enim statutum sub rubri. de For. proced. contra accus. denunti. &c. fol. 39. uer. si autem nō comparuerit, disponat, quod in banno dando inquisito debent exprimi effectus accusationis, uel inquisitionis, & tātum pars illius expressa fuit, uidelicet aggressio facta cōtra dictum capiendum, & in reliquis fuit facta relatio ad inquisitionem. & similiter in statuto sub Rub. de modo citan. re uel uerbo accus. fo. 38. ist dispositum, quod ter citentur rei, eos nominādo, cum qualitate delicti, & solū in prima citat. fuerit transmissa copia inquisitionis, in cæteris citationibus fuerit habita relatio ad inquisitionem ipsam, nulla de ea facta specifica mentionem, ut exigit statutum forma non censetur seruata, & citationes fuerunt nullæ, quia ubi expressio est fa-
4 cienda † debet fieri specificè, non autem per relationem ad acta, uel aliud. Ang. & alij. in l. prima ff. de lib. & posth. Perus. in c. consuluit. il. 2. 2. col. de
5 Appel. Forma autem statuti nō seruata † processum, & bannum esse nullum certi iuris est. Marsi. latè cōsilijs. 64. nu. 20. 92. nu. 21. & seq. 131. nu. 15. & 133. nu. 13.

Secundò principaliter posito fine ueritatis pręiudicio, quod dictum bannum fuisset ualidum, quod falsum est, ut ex suppositis liquet, attamen tanquam iniustum nullo modo exequi potest duplici fundamento. Primò, quia per testes probatum est, quod Dominus Manilius non interuenit dictis delictis, & quod ipse illos nōn uulnerauit, nec occidit, immo quod non erat præsens quando fuerūt uulnerati, quod attestantū illi exequutores, qui interuenerunt utrique rixæ, Et pariter probatum est, quod dicta delicta non habito tra
6 ctatu, sed casu, & in pura rixa fuere cōmissa, † quo casu etiam quod ipse rixæ interfuisset, nō tenetur de his quæ alij fecerunt, l. si in rixa. ubi not. ff. de Sicar. Anch. & Saly. concorditer decisiuè consulentes in consi. 216. Nos. Bartholus inter consipsius Anchara. cum alijs trad. per Marsi. in cons. 91. nu. 32. & Gram. deci. 25. nu. 6.

Alterum, & secundum fundamētum est, quod & si ipse fuisset delinquens, pro ut uerè fuit innocens, ex quo erat minor non poterat cōdemnari
7 pœna mortis, † quia erat minoranda pœna, l. Auxilium. §. in delictis. ff. de Minor. Comen. cons. 96. Cristophoforus. in fi. Dec. & Cagnol. in l. Ferè in omnibus. ff. de Reg. iur. & Deci. consi. 535. nu. 5. Soci. iun. cons. 7. nu. 5. in 3. Nat. consi. 458. nu. 12.
8 & seq. immo. nec pœna corporali, † Aret. in tract. malefi. in glo. scienter, & dolosè. col. 5. uer. & subdit. ubi Augu. in addi. quæ opiniō est. cōi. Mars. cons. 23. nu. 27. 30. nu. 20. 48. nu. 54. & pluribus consilijs. Gram. decis. 23. nu. 11. consi. 36. nu. 23. & 39. nu. 12. Nouel. in tract. Ad defens. in pri. nu. 35. Carer. in sua pract. cri. in §. 6. nu. 5. Foller. etiam in sua pra. cri. 4. par. in gl. pœnis debitis ferientur. nu. 17. & Tiraquel. in Tract. de Pœn. cau. 7.

Ex his igitur constat, & nullum, & iniustū fuisse bannum, & propterea minime exequēdum, tum quia probatur cōtrarium eius quod dicit bannū ipsum, tum etiam quia allegantur, & adducuntur, ac probantur tales exceptiones, quæ si oppositæ fuissent ante sententiam proculdubio impediuissent eius prolationem, & propterea nūc admit-
9 tuntur, & bannum † ipsum funditus tollunt, Mars. sing. 72. per tot. in consilijs. 32. numero uigesi-

mo,& 64.num.7. & Carer.in d.pract.in prin. Vbi alios citat nu.76.

Laus Deo Opt.Max.

Barth.Bertaz.

Fuit absolutus iste Manilius.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Quando tutoris culpa uel dolus non possit puniri, quia dicat omnia à testatore remissa fuisse?

SVMMAE.

1 *Tutoris omnis culpa, imò dolus præsumptus censetur remissus cum sit liberatus à testatore à ratione reddenda.*

2 *Culpa & negligentia tutoris excusatur, & dolus præsumptus nō tamen dolus uerus, licet sit liberatus à testatore.*

3 *Credulitas nimia & fatuita non excusat à culpa, sed tantum à dolo.*

4 *Tutor licet non possit de pecunijs pupillaribus mercari potest, tamen inceptas mercationes persequi.*

5 *Tutor non tenetur de dolo uel culpa si non sit factus locupletior.*

CONSILIVM CCCLXXXI.

In Domino confido.

ANTONIVS Maria de vecchijs de Fusignano, in rerum natura existens de anno 1560. recepit libras sexcentum quinquaginta duas ex pretio nō nullarum terrarum uenditarum per Iulium & fratres de Cortesijs, alias de Zampertinis, Marioto, & Dominico fratribus de corellis, & promisit una cum dictis uenditoribus emptoribus ipsis de rato, & ratihabitatione illius uēditionis pro Santhe ipsorum uenditorum fratre, & pro nonnullis mulieribus in instrumento huius contractus nominatis. Quem Antonium Mariam ipsi uenditores promiserunt indemnem à dicta promissione per eum facta conseruare, & pecunias ipsas ex pacto ab eo non exigere, nisi prius factis dictis ratificationibus, & ut latius in instrumento ipso. Demum ipse Antonius Maria illico soluit libras centum predicto Iulio ex illismet pecunijs habitis ab ipsis de Corellis sub promissione quod faceret dominum eius fratrem, & mulieres ipsas ratificare ut supra. Illinc ad nonnullos dies obijt dominus Antonius Maria prius cōdito eius ultimo testamento in quo duob. eius filijs pupillis hæredib. institutis tutores dedit, & reliquit Dñam Lucretiā eius uxorē Vecchiū, & Mattheū eius fratres & Iacobum etiam de uecchijs, & confidens de eorum bonitate, & legalitate ipsos, & quemlibet eorū liberauit, & exemit, ac penitus absoluit ab oī, & quacunq; inuentarij confect. & reddit. administrat. reddēdæ, ipsamq; rationem administrationis eis remittēs, quo defuncto ceteris hoc onus recusantibus Mattheus ipse d. tutelam administrauit, & pro tutore se gessit. Et ipsis Iulio, & fratribus instantibus soluit ultra interusuria quædam annua, libras ducentas plus minusue in pluribus uicibus ipsis promittentibus sub eorum fide facere dictum Santhem ratificari dictum contractum, & cum postea omnes fuissent congregati hac de causa recusauit ipse Santhes ratificationem ipsam facere uelle, immo mouit litem adu. dictos fratres de Corellis emptores petendo suā partē ipsarū terrarū, q notificarūt iudiciū motū d. Mattheo tutori ante dicto, & fuit sententiatum ad fauorē ipsorū fratrum uenditorū cōtra d. tutorē, qui ut euitaret rigorē iuris cōfugit ad compromissum faciendū cū d. Santhe in arbitros, & arbitratores quosdā, q illū cōdēnarunt ad soluendū D. Santhi ultra pecunias solutas, & quæ adhuc restabant in manu ipsius pro reliquo libras ducētū nonaginta, quas ipse eidē soluit, & soluit ēt expēsas in huiusmodi litibus factas, quę ascendere potuerūt ad libras centū, & sic ex hoc facto apparet hos filios pupillos posse prætendere se læsos hac de causa in & de libris trecentis uel circa. nunc autem dubitatur, nunquid in ratione reddēda his stātibus teneat de proprio ipse Mattheus refundere ipsis pupillis d. pecunias solutas ultra sortem debitam d. Santhi. & illas expensas, uel teneantur ipsi filij in ratione reddenda illas admittere. In quo articulo breuitati studendo, & decisiue loquendo censeo, & iuris esse arbitror ipsum Mattheum de proprio minime teneri, cum dam num huiusmodi, quod eis accidit, nō euenerit, ꝑpter dolum ipsius tutoris, sed tātūmodo propter eius nimiam credulitatem, uel culpam, quo casu cum censeatur liberatus à ratione reddenda per

1 testatorem, omnis culpa, imò dolus pręsumptus censetur remissus, & remissa, ut trad. Bar. ī l. Aurelio. §. Caius. nu. 6. & 7. ff. de lib. lega. & inter consilia Ale. Fran. Cremen. consi. 59. Sereniss. colu. 3. in 4. uol. Dec. consi. 178. col. 3. & latè in l. actione an te fi. ubi etiam Alcia. col. pen. C. de transact. post Ias. & alios admittit Rui. consil. 97. numer. 5. & seq. in 2. uolum. Idem sequitur Durant. in tracta. de arte testan. titul. 7. cautela. 2. numer. 2. Gozad. consi. 94. num. 20. Graue. consi. 193. num. 9. Plot. in repet. l. si quando num. 252. C. unde ui. & latissime omnium Didac. Couar. hispanus. 2. lib. suarum resolutionum capit. 14. numer. 2. Concludentes omnes communiter, * q licet per talem li

2 berationem nō excusetur tutor à dolo uero, a nec à reliquorum pręstatione, excusatur tamen à cul

2 pa, † & negligentia, & à dolo præsumpto, ex quo maxima fides, & probitas tutoris à testatore fuit approbata, ut per Crem. d. consi. col. pe. Quo fit ut

cum

cum Mattheus ipse nullum dolum adhibuerit in
hac re, sed magis culpam aliquam, vel negligen-
tiam nimis credens illis venditoribus permitten
tibus, quod omnino frater ratificaret breui tem-
pore non teneantur de suo ad huiusmodi pecu-
3 nias solutas, quia hæc nimia credulitas † nō con
cernit eius dolum, sed culpam, & ipsum excusat
a dolo, & pœna, etiam si fuisset fatua. Socin. post
alios. in l. prima. in prin. col. duodecima. num. 13.
ff. de eo per quem fact. er. & in terminis quod ista
probabilis credulitas excuset, Dec. d. consil. 178.
d. colum. tertia. vers. ad hoc etiam facit, & in con
si. 192. ad fi. Et hoc in casu isto nō habet dubium,
ex quo idemmet testator pariter credidit eidem
Iulio, absque aliquo fideiussore soluendo eidem
lib. cētum statim celebrato primo instrumento,
vt supra deductū fuit, quo casu ipse tutor iustam
quoque habuit causam eidem credēdi, pro quo
facit, quia licet tutor nō possit negociari, vel mer
cari cum pecunijs pupillaribus, si tamen pater cœ
perit viuens huiusmodi mercationes, & eas ges-
4 serit, poterit † pariter tutor eas continuare, & fa-
cere glo. in Authen. ut hi qui obli. §. vero. Bar. in l.
Titium. §. altero. num. 4. ff. de admi. tut. argu. text.
in l. si negocia. ff. de nego. gest. Soc. consi. 24. colu.
duodecima. versic. insuper confirmatur. in primo
volum. & Plot. in d. l. si quando. num. 222. & quan
do tria concurrunt, quod sit relicta liberatio a ra
tione reddenda tutori coniuncto testatori, quod
ipse non sit ī dolo uero, nec sit factus locupletior,
quæ omnia in casu isto cōcurrere præsupponun-
tur, proculdubio de culpa, uel dolo præsumpto
5 non tenetur tutor, ut trad. Fulg. qui loquitur in tu
tela fratri relicta in consi. 25. specialis. num. 4. co
lum. 2. & 3. & ita concordat opinion. contrarias
in dictis consil. 178. num. 9. & sequitur Alcia. d. l.
actione in fi. & etiam in consi. 428. num. nono. &
Plot. in d. l. si quando. num. 218. & Didac. d. c. 14.
num. 4. vers. 7. erit.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ADDITIONES.

• Adde Ang consi. 174. Gilius num. 1 & in cons. seq. num. 2. ubi dicit administratorem censeri in dolo si non restituat reliqua, & in consi. 185. Brunellus nu. 1. & 278. Tutor alimentauit tertio dub. nume. 5. idem latè tenet Alex. consi. 170. num. 7 8. 13 & sequen. in secundo. & consi. 74. num. 2. in septimo Ioan. de Anan. consil. 80. num. 2. ubi idem tenet, quod Ang. nempè quod administrator censetur esse in dolo, qui reliqua nō restituit, & illic Bologni. in addit. idem tenuerunt inter consilia vlti. uolunta. Ang. in co si 26. punctus. num. 2. & Anton. Rosel. consi. 145. num 8 & seq eandem sentētiam tenuit Soci consi. 73 num. 10. in tertio. Paril. consi. 84. num. 21. & seq in primo & in administratione præterita idem tenet Menoch de arbit lib. 2. Cal. 349. in fin & Franc Veg. consi. 41. num. 12. quam opinionem etiam tenet sal. consi. 49. num. 58. & seq in primo, ubi optimè declarat, & D. Rim Iun. consi. 338 nume. 12. & in pluribus num. seq. ubi plura.

Amplia primò, ut hoc procedat etiam quod ipse testatur confiteretur sibi satisfactum, & redditam rationem, ac computum fideliter, quia hoc non prodesset administratori, & uoluit Bar. in d. § Caius. nu [illegible]. quia non præsumeretur uera confessio si de contrario appareret ex scripturis ipsiusmet gestoris. Soc. consi. [illegible]. pen col in secundo quod uoluerunt etiam plures ex supracitatis Rosel d. consi. 145. num. 17 Paril dict. consi. 89. num 37 & seq Rol. d. consi. 49. num. 54 versic. ulterius. & seq. Rim. Iun d consi. 338 nu. 55. & seq.

Amplia secundò, quod nec clausula illa, quod testatur erat bene informatus de legalitate & probitate gestoris illum non releuat, ut in individuo scribit Alex. d. consi. 170. num. 8. uer. 3. hoc colligitur, & num. seq. nam clausulæ generales referuntur ad ea, quæ scribat testator. Bar in d § Gaius. nume. 10. & seq. & sequitur Alex. d. consi num. 8. & si ipse administrator tacuit se debitorem ad commodum suum censetur fuisse in dolo. Rim. d. consi. num. 71 & sic ratio dolosè semel reddita iterum est reddenda, Menoch d Cal. 209 nu. 39. & seq Nec dubitandum est, quod sicut tenetur administrator rationem reddere de gestis per eum, quod pariter etiam tenentur eius hæredes Dec. consi. 110. nu. 7. Neuiz latè consi. 3. num. 13. in seq. & Rol. dict. consi. 49. nume primo.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Damnum quando teneatur resarcire Villa ex incendio ortum, & quatenus, illiusque probetur diligentia in custodiendo?

SVMMAE.

1 *Villa excusatur de incendio in ea orto si fuit diligens in custodiendo, & accurrendo damnis.*
2 *Et probata diligentia ipsa est absoluenda.*
3 *Incendium si accidit culpa domini Villa non tenetur ad emendationem.*
4 *Culpa Domini probatur coniecturis.*
5 *Villa absoluitur si appareat incendium ex aliqua causa euenisse.*
6 *Damnum quando dicatur absconsè datum, uel occultè, ut exigit statutum.*
7 *Verisimilitudo maximè attenditur in probationibus.*
8 *Villa non tenetur ad emendationem damni, si incendium præsumptiuè accidit culpa alicuius.*
9 *Statutum odiosum puniens unum pro delicto alterius est strictè interpretandum.*

CONSILIVM CCCLXXXII.

In Domino confido.

a LICET difficilis a videatur defensio
Villæ, ne teneatur emendare dãnum
incendij patrono, stante statuto no-
stro de damnis, & incẽdijs absconsè
datis.fol.187.Tamen plura sunt quæ in hac cau-
sa horum pauperum hominum, & cõmunis mo-
uere debent Magnific.D. iudicare debentem ad
ipsos absoluendum a petitis per partem aduer-
sam, Primum est, quod excusari debet Villa, quã
usa est diligentia, & non fuit negligens in custo-
diendo loca, ne damnificẽtur incendijs, uel alijs
damnis accurrendo ad ignem & opem ferendo
1 in quantum potuit, tali enim casu excusandam
esse ad propositũ in simili statuto.trad. inter con-
sil.Calca.Franc.de Cap.in consi.48. 2.colu.& in
eadem cũ Barba. inter d. consilia.consi.64.col.9.
in fi.& Aegid.Boss.in suis var.tract. in tit. de capt.
num.47.ubi idem videtur sentire, at in proposi-
b to de huiusmodi diligentia b dictorũ hominum
in extinguendo ignem attestantur plures testes
examinati in causa appellationis, & maximè pri
mus. & secũdus igitur non uidetur quod possint
in hoc dici negligentes, & propterea teneantur,
Sicut etiam diligẽtia solita ipsius Villæ in capien
dis malefactoribus uidetur probata per tertium,
quartum, & sextum testes examinatos in casu ap
pellationis, vt supra deponentes, quod alias ho-
mines ipsi ceperunt fures furãtes equos, & dam-
num dantes in dicta Villa, cum enim Villa tenea
tur ad huiusmodi emendationem propter suam
negligentiam, si probetur diligentia, vt in propo
2 sito probata videtur, † uenit absoluenda, Barb.d.
consi.64.col.10.ver.ego nescio.

Secundò non tenetur Villa ad emẽdationem,
3 quãdo damnum uel incendium accidit † culpa
domini, ut trad.Bal.in consi. 184.casus est.2. col.
2.uol. Antonius Rosel. inter consilia Calca. con-
sil.39.secunda colum.& Franc.de Cap.lib. secun
da col.seq.consi.Alex.de Neuo.consi.87.num.4.
& inter consil. criminalia. primo tom. consi.92.
num.8.sed in casu isto per plures, & plures testes
probatum extitit, quod ob negligentiam domi-
norum non facientium obthurare, & aptare, seu
claudere aliquas rimas, vel foramina existentia
in furno existente, secus dictum fenile, Ignis (vt
creditur) exiuit ex dicto furno, & cecidit ĩ paleas
ibi suppositas, & post aliquod temporis spacium
serpens accendit fenile ipsum, & combussit. de
hac enim negligentia domini, & culpa uidentur
plures testes deponere, sed signanter quartus te-
4 stus.fol.26.& seq. & culpa hæc domini probatur
coniecturis, vt trad.Bal. d. consi. prima col. versi.
& utrum, & num.2. imò debet dominus docere
de diligentia sua secundum Rosel. dicto consil.
39.ante fin.

Tertiò, ex quo ex multis indicijs, & præsum-
ptionibus, de quibus deponunt testes pro ipsa
Villa examinati, sit præsumendum, quod ea de
causa incendium prædictum acciderit, non au-
tem ex eo, quod ab aliquo scienter delictum ip-
5 sum † fuerit perpetratum, absoluẽda uidetur Vil
la, vt innuit statutum ipsum, & trad.Bal.in d.con-
sil. vbi nu.3. dicit quod fama facit magnum ad-
miniculum, quæ in proposito probata optimè
est, & ad propositum quando propter ignem fur
ni potuit comburi fœnile, quod excusetur Vil-
la. trad.Barba.in d.cons.64.ad fi.consilij.& quod
non fuerit huiusmodi incendium ab aliquo fa-
ctum, uel commissum, seu perpetratum studiosè,
vel dolosè constat, quia de die accidit, quo c [illegible]
c non est dicendum absconsè c [illegible] damnum
6 fuisse, † uel occultè, vt exigit statutum. Calcan.
consi.38. colum. pennlt. & idem quia, ut est pro-
batum per testes, si fuisset per aliquem [illegible]
immissus ignis in dictum fœnile, non fuisset ap-
positum a capite posteriori uersus domum & fur
num. Vbi, & quo capite ortum habuit in[cen]dium
ipsum, sed alio capite, quia id fieri potuisset ma-
gis occultè, præterea non est etiam verisimile, quod
aliquis eo tempore immisisset in parte anteriori
ignem secus uiam, tũ quia extabat fossatum me-
dium plenum, vepribus, & spinis, per quod [illegible]
potuisset accedi ad ipsum fœnile, ut dicunt testes,
tum etiam quia cum fenile ipsum sit secus uiam
currentem per quam ferè singulis horis sempre
viatores transeunt, nõ est verisimile, quod in me-
ridie, & secus uiam publicam aliquis fuisset tam
audax, & scelestus, ut ignem in eo apposuisset.
7 multum enim uerisimilitudo † in probationibus
est attendenda, ut per Craue. consi. sexagesimo-
primo.numero nono.& septuagesimoquinto. nu
mero uigesimoquarto. ex quibus dicendum est,
omnino probatum esse saltem præsumptiuè di-
ctum incẽdium accidisse culpa dominorum, uel
eius colonorum, seu castaldionis, & ui[de]tur non
8 teneri ad emendationem damni. fortius † in ca-
su similis statuti uoluit Alberic.in secunda parte
statut. quæstio. octuagesima. & sequitur Fran. de
Cap.lib.dict.consi.quadragesimo. col. fin. quod
vt tollatur præsumpta culpa inhabitantium, de-
beat probari ignem fuisse immissum, licet non
probetur per quem.

Et licet pro parte actorum fuerint factæ aliquę
probationes, tamen non propterea videntur eli-
d dere probationes factas d per Villam, & homi-
nes prædictos, & factis per reos tanquam ple-
nioribus & fortioribus standum est, capitu. licet
causam. de probat. habetur in l. tertia.ff. de testi-
bus.versicu. tu magis scire potes. & sublato pri
mo teste famulo, & solicitatore aduersæ partis,
& s. etiam ancilla ipsorum, quibus non est cre-
dendum. capitu. in literis. cum ibi nota. de te-
stibus, alij uidentur parum prodesse actoribus, &
efficaciores uidentur probationes reorum pro
quibus in dubio iudicandum est.l. fauorabilio-
res.ff.

res.ff.de regulis iuris, & tanto magis, quia uer-
9 samur in statuto odioso puniente † unum pro de
licto alterius, ut per Fran. de Cap.lis. & Barb. di
ctis consilijs.

Laus Deo Opt.Max.

Barth.Bertaz.

ADDITIONES.

a Verè difficilis semper fuit hæc detentio nam cum sæpe uillas defenderemus, nunquam obtinuimus, & tamen sunt multi casus in quibus non nisi inuitè uilla damnaretur, & certè stat hoc non est satis consentaneum naturali rationi si simpliciter consideretur de illius tamen ualiditate non dubito, quia docet etiam contra naturalem rationem ualidum esse pronunciare cum Bart. in l. nc quid nu. 2. in fi. ff. de incend. ruin. naufrag. & Bal. consi. 203 præsupposito nu. 1. in 1. o. consi. 174. lasus talis est nu. 2 in 2. Bero. consi 213. nu. 7 in 3.

b Diligentia hæc in extinguendo ignem non sufficit ut ait Caican. consi. 38. in prin uidentur. n. sibi ipsis opem ferri, nam cum teneantur ad omne damnum, quo minus eorum opera illud est, minore afficiuntur incommodo.

c Tota difficultas in hoc uersatur, nam diuersa statuta diuersam etiam exigunt iuris determinationem, itaq; cum semper opponatur damnum non esse datum absconsè ut exigit statutum difficilis redditur controuersia, tota, quòd pendet a testium probationibus & boni iudicis arbitrio, sed difficilior imò difficilima fit quando statutum declarat ut facit nostrum, tunc intelligi dari num absconsè datum uel factum quando massarius, officiales, uel homines uillæ legitime, uel iuris præsumptione non probauerunt quis damnum dederit. nam stante simili statuto quod uilla teneatur ad emendationem damni consuluit Laur. Calca. d. consil. 38. in Cabadei ferè per tot. & in fi dicit, quòd ita semper fuit seruatum & idem respondit & idem Calca. in consi. 61. Ventura, & illum sequuti sunt in eodem casu Rolan. de Curt. & Cato sac in consilijs. seq. 62. & 63. ac alius subscribens post illos, & secundum hanc partem fuit decisiuè consultum per duos solemnes doct. in ciuitate Vincentiæ ut in 1 uol. consil. crim. 1. impresso. consil. 93. licet Ale. de Neuo contrarium consuluisset in consi. præcedenti, quod consilium est etiam positum inter consi. ipsius Ale. consi. 88. & ita semper seruatum fuisse in ciuitate Paduæ dicunt docto. illi in d consi. nu. 21. eandem sententiam consulendo tenuerunt Gram. consi. 22. nu. 9. & seq in crimi. Bero d consi. 213. nu. 8. & seq. & Francis. Burlat consi 59. nu. 25 & adeo tenetur uilla ex talis statuti dispositione ut non excusaretur etiam si denunciaret domino, ut bene custodiret res suas nè damnificarentur, ut Alberi. trad. 2. par stat. q. 73. & q. sequent.

d De probationibus istis dicitur in consil. sequent. sed si fiant per testes eiusdem uillæ quæri frequenter solet an isti admittantur? sanè de iure communi ex quo in causa habent interesse in particulari & sentiunt commodũ ex absolutione. dicendum est non probare ut per doct. in l in tantum § uniuersitatis ff de rer. diuis. & in l. sed si hac. §. patronum ubi Soc. ff. de in ius. uocan. Paris. consi. 138. nu 33. in 4 Croi. consi. 42. nu. 8 & late. declarat Didac. c. 18. nu. 4 pract q q. nec hoc casu numerus supplet Crauet de antiqui temp. 1 par §. quod in libro nu. 19. & in his terminis Gram d. consi. 22 nu. 8.

Sed quid si statutum istos admittat ut apud nos certe casu quo sunt pars & faciunt item proprijs impensis non uidentur admittendi. & hoc considerauit d. nu. 8. Gram. præterea etiam quòd essent admittendi iudicis tamen arbitrio terminabitur quanta fides sit talibus testibus adhibenda l. 3. uersicu tu magis scire. ff de testib. Dec. in consi 5 o. in prin. In concursu autem magis credere testibus contra illos deponentibus extraneis Bal. consi. 481 in 1. & 443. in 5 Afflict decis. 407. nu. 8. Fel. in c insuper nu 3. 4. testib. Didac. d. c. 18. nu. 4 Gram. d. consi. 22. nu. 11.

Clau Bertaz.

ARGVMENTVM.

Statuta pœnam irrogantia stricti sunt iuris, & strictissime sunt interpraetanda, ut non comprendatur plus quam in eis sit dispositum.

SVMMAE.

1 *Fundans se in statuto debet illius qualitates probare.*

2 *Et maxime in pœnalibus.*

3 *Natus mortuus habetur pro non nato.*

4 *Prohibitio est odiosa & restringenda, qua sancitur non posse homines de rebus suis disponere.*

5 *Interpretatio in fauorabilibus, & in odiosis di uersa est.*

6 *Lanæ appellatione ueniunt pelles lanatæ in legato, & secus in gabellis.*

CONSILIVM CCCLXXXIII.

In Domino confido.

CVM ex proclamate emanato super
pellibus non extrahendis extra passus huius ciuitatis, & assignandis, d.
Conductori beccariarum, dispositũ
sit de pellibus à coreis, ut ibi (*pelle di sorte alcuna da Curami*) ista qualitas pro parte D. Conductoris e-
rat probanda, vt posset teneri D. Io. Bap. de Augu
stis ad pœnam ipsius proclamatis cum fundans
se in lege uel statuto debeat eius qualitates pro-
1 bare, † Bart. in l. 1. ff. de condit. ex leg. Soc. consil.
55. in prin. 1. uol. quod maxime in pœnalibus ꝓ-
2 cedit, † Mars. sing. 187. qualitas. post med. & in cõ
si. 96. nu. 2. & seq. Rim. in consi. 17. nu. 14. & seq.
& illic in addit. Gram. consi. 31. nu. 51. Nat. consi.
254. nu. 2. & Io. Bap. Plot. in l. 51. quãdo. nu. 334.
& seq. C. unde ui.

Et cum ex testibus examinatis ad defensam
pro parte d. D. Io. Bap. cõstet, quod vitulus cuius
pellis fuit inuenta, & non missa ad officium d. cõ-
ductoris fuerit abortiuus non censetur compre-
hensa pellis illa in proclamate præfato, cum na-
3 tus mortuus habeat pro nõ nato, † neq; ꝓcreato,
l. qui mortui. & illic Alciat. ff. de uerb. significat.

& idem est de abortiuo.gl.in l.2.C.de posthum. here.instit.ubi Bal.& trad.Alcia.ff. de uerb.signi. in consi.291.in prin.Vbi dispositio dicti proclamatis de his pellibus non uidetur intelligenda, quæ uenit strictè intelligenda,tũ quia prohibeat hõies posse de rebus suis suo arbitrio disponere,
4 est odiosa,& restringibilis † Ruin.in consil. 296. nu. 13. vbi citat Doct. in l.filiusfam.§.Diui.ff.de leg.primo.tum quia est pœnalis, & in pœnalibus adeo fit stricta Interpretatio, vt licet una res ueniat, & comprehendatur in dispositione fauora-
5 bili, non comprehenditur tamen in odiosa, † ut probatur ex decisione Iul.Ferret. in tract. de Gabell.& publica. num. 400. ubi dicit,quod licet in legato appellatione lanæ, ueniant pelles lanatæ.
6 vt in l.si cui lana.ff.de lega.tertio.secus tamen est in gabellis,& odiosis.

Sed cum ex duobus vltimis testibus peritis in arte sit probatum per dictum D.Io.Baptistam,huiusmodi pelles uitulorum abortiuorum non esse aptas ad conficienda coria, & sic non comprehenduntur sub illo uocabulo(*di morsesine*)de quo in dicto proclamate, quia illę sunt aptę ad dicta coria,cessat omnis difficultas,& uenit absoluendus ipse D.Io.Baptista ab inuẽtione contra eum data,& à processu contra eum formato.

Laus Deo Opt.Max.

Barth.Bertaz.

Fuit hic absolutus, ut credimus, scimus autem absoluendum fuisse.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Præcepto si non est satisfactum, quod possit imponi multa. Et quando illa sit nulla, & possit de nullitate dici.

SVMMAE.

1 *Interloquutoria sine scriptis ualet.*
2 *Praeceptum cum clausula iustificatiua ualet.*
3 *Et est pronuncia interloquutoria.*
4 *Multare potest iudex in pœnam comminatam, quando non obstante pracepto est contrafactum.*
5 *Preceptum stat firmum si ille cui fit non paret, uel comparet in termino.*
6 *Multa est interloquutoria non definitiua, & potest reuocari per iudicem num.7.*
8 *Pars una aliam declarat dubiam.*
9 *Interpretatio statuti potius summitur ab alio statuto, quam a iure communi.*
10 *Nullitas etiam notoria non post elapsum tempus statuti adduci potest.*

CONSILIVM CCCLXXIIII.

In Domino confido.

SENTENTIA hæc optimo iure defendi põt à uitio nullitatis, vltra adducta per D.Procuratorem cum ipsa nõ fuerit diffinitiua, sed interloquutoria
1 † quæ valet,& si in scriptis non fuerat Ias. in l.nec quicquam.§.ubi decretum.col.11.ver.ult.quęrit Bar.post alios per eum ibi citatos.ff.de offic.proconsul.& lega.Marant.in spec.aur.in 3.par. sextę par.princ.num.12.& Vant. in tracta. de nullit. ex defect.proc.num.74.Quod autem fuerit interlo-
a quutoria a patet quia fuit factum præceptum isti de Spinellis,sub pœna lib.10.& amissionis operarum, ne laboraret i terris de quibus in proces-
2 su, & quòd præceptum factum † cum clausula iustificatiua fuit ualidum,ut per Bar.in l.j.C.de exe cut.rei iud.per omnes Doct.in l.de pupillo.§.meminisse.ff.de oper.nou.nunc.Ias. in d.§.ubi decretum.col.3.& Paris.de Put.in tract. syndi. in uerb. præceptum.in §.quia sæpe.nu.13.& seq.& est in-
3 terloquutoria, † ut trad. idem Paris.in d.§.nu.8. 10.& seq.& Marant.d.tertia par.num.27.& cum
4 non obstante præcepto fuerit † cõtrafactum, potuit D.Potestas illum multare in pœnam cõmminatã.lib.10.& amissionis operarum, iuxta trad. per Bar.& alios in l.1.in prin.vbi Cag.num.71.& pluribus seq.ff.si quis iusdi.non obtempe.Nam si ille cui fit præceptum non paret, uel compareat
5 in termino † præceptum stat firmum, & habet uim sententiæ,ut trad.Ioan.de Amic.consi.153. nu.2.& potest multari, ut per omnes in dictis lo-
6 cis, & multa hæc est † interloquutoria non diffinitiua.l.prima,cum ibi not.C.de mod.mult.trad. Alex.post Bal.num.2.& Soc.num.7.in d.l.1.§.si. ff.si quis iusdi.non obtempe.ubi dicunt, quod po
7 test † reuocari per iudicem, b quod etiam tradit Alcia.in l.aliud est fraus.§.inter multam.ff.de uer bor.sign.& ex hoc tollun tur omnia, quę in dubijs dicuntur, quæ loquuntur in sententia diffinitiua, non autem in interloquutoria.

Secundò, posito sine præiudicio ueritatis, q posset aliquo ex capite dici nulla, dicitur quod talis nullitas non potest opponi, etiam si esset notoria,& cõstaret ex actis, stante sta tut.nostro sub rubr.de executione sententiæ 2.facia.in quo admittitur tantummodo exceptio huius nullitatis notoriæ ante commissam executionem post uero commissam executionem eam excludit, & licet in inclusione non dicatur de ista nullitate notoria, tamen de ea est intelligendum, ex quo de ipsa supra fuit statutum loquutum, quia una pars
8 † declarat aliam ambiguam.l.uel statuti.l.utrum. in prin.vbi Bal.& Ang.ff.de petit.hæredit.Ias.in l. qui filiabus.in princ.ff.de legat.1.tum quia statu-
9 tum magis † recipit interpretationem ab alio statuto, quam a iure communi. Anchara.consi.94. ista domina,2.col.Dec.consi.65 num.4.cũ etiam quia quando statutum præfigit certum tempus

ad di-

ad dicendum de nullitate, ut in casu isto in executione sententiæ vsque ad sententiam, & tunc nisi intra illud tempus obijciatur de nullitate ẽt
10 notoria illa censetur † exclusa, ut trad. Alex. in consi. 15. ponderatis. 2. col. in 6. & 225. nu. 17. in 6. uol. Calcau. in consi. 15. col. 13. & seq. & admittit Gozad. consi. 103. nu. 9. iuncto fi. consi.

Laus Deo Opt. Max.

Barthol. Bertaz.

ADDITIONES.

a Multum interest non ignorare, an pronuncia sit diffinitiua in materia pœnarum, an interloquutoria, propter prohibitionem appellationis. nam sicut arbitrio iudicis remittitur, an appellatio sit friuola, & iniusta, ut per Menoch. in tract. de arbitra. iud Cas. 197. in fin & Cæs. Contard. in l. vnica. q. 1. an causa in appellatione sit inferenda. num. 40. C si de momen possessio. lue. appell. quod probatur ex trad per Salv. & Aret & alios citatos a Bero. consi. 16. num. 1. in 3 ita sicalis esse probabitur non debet admitti, & debet priuari appellans remedio appellationis in pœnam friuolam appellationem interponentis. c. cum si ante. de dol. & contu. tractat rem eandem Franc. Hercu. in tract. de atenta c. 18. de inhibiti. num. 22. & sunt ubique statuta pœnalia, ut apud nos de quo in eodem hoc libro diximus.

Vtilitas autem est, quia indistinctè prohibetur appellatio ab interloquutoria, vt decernit Concilium Tridentinum sessio. 25. cap. 20. de cuius intellectu quicquid sit negari, tamen non potest non posse appellari ab interloquutoria quando grauamen potest reparari propter appellationem a definitiua, ut in d. c. quod etiam ex regulis Cancellariæ esse dispositum, refert Contard. in d. l. vnica. 3. oppositio. num. 11. Quod etiam de iure ciuili est dispositum, ut trad. omnes in l. 2. ff de appellat. recipien. & in l. 2. C. de episco. audien & in l. pen. C. quo. appellat. Nam quando pars potest prætensum grauamen reparare per appellationem a diffinitiua, in qua etiam potest conqueri de eo, & reuocare illud. c. fin. de appellat. in 6. Ang in d l. pen. & uincendo ac obtinendo in definitiua non noceret sibi hoc grauamen. Bal. in d. l. 2. C. de episc. aud. num. 5. & Ang. Are. in d. l. 2. ante si ff. de appella. & succumbendo etiam potest reparare appellando ut supra, ergo potius appellasse præsumitur causa differendi negocium, quam aliter gloss. in d. l. 2. C. de episcop. audien. & Saly. in d. l. pen. num. 1. & sequitur Ang. Aret. in d. l. 2. in pr. in ubi Cuma. nu. 21. dicit hanc esse regulam certissimam.

Sed Petr. Duen. reg. 529. fallen uidetur uelle quod possit appellari quando pronunciatur probationes admittendas, vel non admittendas citando Corn. consi. 35. col. 1. in primo. tamen si rectè uideatur Corn. nam dicit ad id quod allegatur quando pronunciatur super non admissione, & sic super negatiua, sed tantum super affirmatiua, ut uoluit Bar. in d. l. 2. nu. 25. quia probationes, quæ alias non ualerent possent tamen mouere iudicem ad faciẽdum pati, & sequuntur alij ibi, quando pronunciatur probationes non esse admittendas, uel expressè, uel tacitè alia fit distinctio, qua aut potest reparari grauamen, aut non per appellationem à definitiua, pri. casu si potest reparari quod est regulare non potest appellari, aut non potest, quia interim amitteret pars probationem suam quia testes sunt senes, aut ualetudinarij, aut imminet aliud simile periculũ, & tũc admittitur, ita declarat Bal. in d l. 2. nu. 23. & seq. cũ quo tenent alij ibi, & Lanfr. in c. quoniã contra. in ver interloquutiones & appell. uu . 1 .. uer. itẽ quæro. de appel.

Præterea quando pronuncia habet uim definitiuæ, quia tangat negocium principale, & merita caussæ non prohibetur appellatio, ut per Rip. in l. quod iussit. nu. 27. ff. de re iud. & Contard in d l uni. 5. fallen. ratione interloquutoria num. 7. & 14 Verum hoc sicut nullo iure probatur, ita debet maxime considerari ab appellante, ut euitetur pœna iuris & statutorum, quia sæpe pronuncia tangit negocium principale, & tamen non admittitur appellatio. ut si pronuncietur positiones haberi pro confessans non est permissa appellatio, ut uidetur uelle Matthes not. 39 Nota quod interloquutoria. num. 9. & ibi in addit. col pen. & quod sit mera interloquutoria, & possit reuocari, & expectet aliam sententiam post se, uoluit Bero. consi. 42. nu. 38. 42 in 3.

Tertiò aduertẽdum in hac materia ad euitationem pœnæ, quod quando statutum grauat conscientiam iudicis, eiusque arbitrio & conscientiæ remittit, an sit danda, uel non danda copia singe indiciorum, ut apud nos nõ potest ab eius declaratione appellari, licet possit grauatus recurrere alia uia ad superiorem, & per querelã impetrare, ut iudex male factum emendet. glo in c. statutum. §. assessorem uerb. relinquatur de rescript in 6. vbi Franc. num. 6 Fely in c super his. nu. 11. de accusa. & in c. significasti. d 1. nu. 4. de homic. Marant. in specu. 6. par. 2. act. ult. par. nu. 352. Ant. Nicel in tract. de cõcor. gl. 6 concor nu. 63 latè Menoch. de arbit lib. 1. q. 70. fere per tot. num. 8. præsertim, & num. 16.

Nec iuuabitur iniustè appellans ex nota illa regula, quod appellatio est fauorabilis, & in dubio est admittenda. quia illa habet locum in appellatione a diffinitiua, quæ est fauorabilis, non in prohibita quæ odiosa ob pœnas etiam statutas. Fely. in c. cum Ioannes nume. 6. de fide instr. Nicel. d. sexta concord. nu. 410 fallent. & quando sumus in casibus prohibitis debet reijci in dubio. Dec. in c ad hæc. il 2. de appell. in c. super eo nu. 7. eo. Didac. c. 15. nu. 1. pract. qq Alc. consi. 44 nu. 10. lib 6.

b Imò quando euidenter constat de errore potest iudex cogi suam interloquutoriam reuocare. Rip. in d. l quod iussit. 3. q. & Bar. nu. 36 & quando grauaminis impositio est interloquutoria si emanauit sine causæ cognitione, nec aliqua oppositione facta per partem potest reuocari. Ang. nu. 5. & Cast nu. 3. in l. si debitori. ff. de iud. Peru. in c. cum cessante. nu. 10. ubi Dec. nu. 13. de appel. Fel. in rub. de re iud. col. 4. nu. 5. Rip in d l. quod iussit. nu. 23. Affl. in constit. reg in ut dé pœn. negan. nu. 12. in primo libro. quod habet ĩ se etiam rationem ex quo interloquutoria non habet iuris præsumptionem pro se. Aret. in l. sciendum. ff de uerb. oblig. cum alijs citatis per Gabr. in tit. de senten. concl 6. num. 22.

Huic tamen reuocationi arbitror non deesse debere citationem etiam quod pronuncia esset nulla, & de facto processisset. Rom. consi. 487. in causa præsenti, & Dec. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. num. 19. de constitu. & est tex. ubi Bal. in l. 2. C. si propter publ. pẽsita. latè Mar. in l. de uno quoque. ff. de re iud. nullam autem arbitror deberi causæ cognitionem si iudex a fuerit alterius calliditate & dolo errasse, sicuti uidemus quod decretum per iudicem interpositum reuocari potest si ex fraude & dolo interpositũ sit. l. quamuis. ff. de reb eo. uel quando iudex fuit deceptus, ut per Mars in singu. 320. sæpe contingit, & sic quando est manifeste & ipso iure nullum Rip. d. l. quod iussit. num. 402. licet alioquĩ interpositum super decretione curatoris non passim possit reuocari, sed causa debeat bene cognosci. l. curatorem. C. qui dar. tuto. uel cura. post. Bart. post glo. in l. si quis cum procuratorio. §. fi. ff. de procur.

Fallit, primo si interloquutoria sit confirmata per aliam pronunciã, quia tunc nõ poterit amplius reuocari, ut post Bar trad. oẽs in d. l. quod iussit, & ibi Rip. nu. 25. & 26. Doct in c. cũ cessante. & ibi Dec nu. 15. de ap.

Secundo, idem est si transitum fecit in iudicatum

quia

quia licet forte iudex ex se posset illam reuocare, ad instantiam tamen partis minime potest, ut trad Bar. in d. l. quod iussit. nu. 11. sequuntur Castr, Alex. & Ias. ibi, Abb. nu. 1. Peru. col. 13. Dec nu. 20. in d. c. cũ cessante,

Tertò fallit etiam si ipsa interloquutoria fuit missa exequutioni per pronunciam iudicis, nam sunt nullus esse amplius potest locus reuocationi cum res non sit integra, & ius sit quęsitum parti, ut per Imol in d. l quod iussit nu. 5. Castr. Alex. Ias Rip. nu. 33. Fely. in c. qualiter, & quando in primo nu. 15. fallent. 5. de accu satiu, Peru. in d. c. cum cessante. 8. col. 9. fallent & Dec. in fi. illius capituli, & quando ab ea fuit appellatum, & pendent causa ipsius appellationis in qua sit lis contestata nullus esset amplius locus reuocationi per tra. per Alex, in d. l. quod iussit. nu. 5. & nu. 16. Rip, nu. 23. Dec, in d. c. nu. 18. 10.

Clau. Bertaz,

ARGVMENTVM.

Si quis denunciauit Blada, & superueniet deinde proclama, & iterum non denunciet, an excusetur?

SVMMAE.

1 *Denunciatio non necessaria intrat in locum illius quæ postea necessario est facienda.*

3 *Et sufficit etiam facta per quemcunque alium officiali, uel quod aliunde ipse de hoc habuerit scientiam,*

3 *Syndicus qui accusare tenetur, excusatur si ab alio fuit præuentus,*

5 *Certus qui est non amplius debet certiorari,*

5 *Proclama si loquitur in personam requiritur dolus contrafacientis, ut in pœnã incurratur,*

6 *Dolus excusatur. ob iustam credulitatem,*

7 *Socer est idoneus testis pro genero,*

8 *Cautela abundans nunquam nocet in edictis obseruandis,*

9 *Protestatio declarat actum.*

10 *Actus in dubio debet potius iudicari licitus, quàm illicitus,*

11 *Maxime quando non sumus in his quæ sunt de genere prohibitorum.*

12 *Pœna ut euitetur in dubio est facienda interpretatio,*

CONSILIVM CCCLXXXV.

In Domino confido,

NEGARI nõ potest quin ex testibus examinatis pro parte Domini Francisci de Bergonio constet fuisse denuntiatum Domino Galeoto officiali ipsum Dominum Franciscum reliquisse semina pro se minandis suis terris extra terram Mirandulæ, & fuerit requisitus ipse officialis ab ipso Domino Francisco ad describendum blada ipsa denuntiata, & in hoc concordant ambo testes examinati quorum alter Dominus Antonius melius factum memoriæ retinens exprimit ipsorum Bladorum tunc denunciatorum quantitatem, & qualitatem, quo stante arbitror absoluendum esse omnino ipsum Dominum Franciscum à pœna ultimi proclamatis Illust. Domini Mirandulæ pluribus rationibus,

Et primo quia posito quod denuntiatio esset facienda uigore huius secundi proclamaris, non autem uigore primi editi de mãdato Illustrissimę Dominę coniugis ipsius Illustris. Domini, cum tamen ipse Dominus Franciscus prius eo tempore quo non cogebatur denuntiauerit huiusmodi semina dicto officiali, non tenebatur amplius id facere superueniente proclamate secundo id fieri
1 mandante, quia sat † fuit prima denũtiatio, adhoc allego pulcherrimam decis. ferè in his terminis Bal. in l. si quis hęres, per illum tex. ff. de iniust. rup. irrit. testa, ubi dicit, quod si quis denunriauit delictum, ut priuatus tempore quo non arctabatur, si postea efficiatur Syndicus, & ex forma statuti tenetur sub pœna denuntiare delicta, non tamen tenetur hoc tempore aliam denuntiationem facere, sed sufficit prima, ut excusetur à pœna. quã Bal. dec. sequitur Ang. de Aret. in tracta. malef. in verb. necnon ad denuntiationem. col. mihi. 15. vers. quid si Syndicus debeat denuntiare, & Ias. in l. si sororẽ. primo not. C. de his quibus ut indi.

Cum enim denuntiatio ista non sit necessaria ad alium finem, nisi, ut officialis ipse haberet sciẽtiam bladorum relictorum extra dictam terram, ne fierent fraudes, certè satis fuisset denuntiatio
2 etiam per quẽcunquæ alium † facta ipsi officiali, uel quod aliunde ipse de hoc habuerit sciẽtiam, ut non extra propositum trad. Bar. in l. diuus. la secunda nu. 12. ff. de custod. & exhib. reo. de Syndico qui sub pœna denuntiare tenetur, ut excuse-
3 tur † si ab alio fuit præuentus sequuntur Ang. de Aret. & Augu. in addi. in loco præallegato Alex. consi. 64. & si celeberime. col. 3. tertio. uol. quod etiam tenent Bar. & Ias. in d. l sororem in primo not. quod etiam confirmatur, quia qui est certus
4 certiorari † amplius non debet denuntiatione. c. cum qui. ubi Dyn. de reg. iur. in 6. cum sufficiat si aliunde sciat, ex quo non est introducta pro forma, ut latè trad. Tiraquel. in tracta. ti. primo. §. 36. glos. 2. nu. 24. & 28.

Secundò cum proclama hoc loquatur in personam, ut ibi (*Ciascuno sia tenuto venire a denonciare, &c.*) requiritur dolus cõtrafacientis, † ut in pę-
5 nam incidat Bar. in l. prima. §. non autem col. 2. nu. 2. ff. si quis testa. liber. esse ius. fue. latè Plot. in l. si quãdo. nu. 765. C. unde ui. & in suo consi. 108. nu. 8. & 106. in primo uol. Crimi. & idem est quia grauissimam pęnam imponit unius scuti pro quolibet stario, ut in proclamate ad trad. per Plot. in d. l. si

d.l. si quando nu. 765. sed in casu isto non potest dici Dominum Fräciscum fuisse in dolo propter iustam credulitatem ipsum officialem scripsisse dictam denuntiationem bladorũ, iusta enim cre
6 [illegible] excusat à dolo, Soci.in d.l.prima.in prin, nu. 13.ff.de eo per quē ni factu erit,& à pœna Plot, d.consi.108.& nu.93.

Non obst.modo quæ in dubijs subtiliter adducuntur,& primo, quod ipse D.Franciscus tenebatur post publicationem secundi banni denuntiare,quo casu nō sufficit id fecisse ante, quia immo cõtrarium est uerius,ut supra in primo fundamēto deductum est,& sufficit iusta credulitas, quæ ei tribuit iustam causam, ut in 2.fundamento.

Ad secundum,quod non fuerit facta denuntiatio cum quantitatibus bladorum , ut exigit proclama:respondetur satis etiam probatum contrariũ ex dictis testibus , & licet Dominus Antonius sit socer dicti Francisci non propterea est reijciendus cum probet pro g: nero,& est idoneus testis
7 ad defensam, Marf.singulari.59.nnol.cum a.i,s, citatis per Plot.in d.l.si quando,nu.141.

Et cuius dictum iuuatur ex alio teste qui dicit, Dominum Franciscum rogasse D. Galeotum, ut scriberet dicta femina,licet ipse testis non recordetur de quantitate seminum, negari enim non potest quin ipse testis aperte admittat,quod fuerunt expressæ qualitates,& quantitates seminum ipsorum licet nunc ipse de eis non recordetur,eũ alias non potuissent describi . & cum habeamus dispositionem duorum testium quod denuntiatio fuerit facta, & quod fuit institutum quod describerentur, non uideo ubi probetur ista non ucrisimilitudo,quod ita factum non fuerit, pro ut testes ipsi deponunt , cum uideamus sepissimè eueni-
8 re quod subditi utuntur maiori cautela † in obseruandis edictis Dominorum quam edicta ipsa exigant, & ta nen abundans cautela nocere non solet,l.testamentum.C.de testamentis.l.non solent & l. quæ dubitationis. ff.de reg. iur.

Et sicut ipse Dominus Franciscus uenit excusandus à pœna primi capitis proclamatis , tanto magis uenit excusandus à pœna secundi,eum satis ex dictis testibus cõstet de animo suo,cur reliquerit illa blada extra dictã terrã Mirãdulæ,quia
9 protestatio † declarat actum,c. cum M.Ferrarien.ubi Doct.ff.de constit.& quando sumus in
10 dubio actus debet † iudicari potius licitus quam illicitus.Alciat.in tracta.præsumptionum.3.regul. prima præsumptione, & cum hoc sit quoddã dependens ab animo potest iuramento probari,ad notata. in §.aliæ Instit. de actio.maxime quando
11 non summus in his † quæ non sunt de genere prohibitorum,Soc. d.l.prima.in prin.nu. 15.& Marf. consi.61.nu.28.& 96.nu.8.& maxime cum in du-
12 bio sit facienda † interpretatio per quam pœna euitetur.l.semper in ob curis,ff. de reg.iur. Alcia. reg. 3. præsumptione uit. ex quibus sublata sunt dubia ipsius Magnifici prætoris, & clarè apparet locum esse absolutioni. quod tanto magis facien dum est stante bona fama ipsius D. Francisci non soliti cõtrauenire edictis,& legibus illius Illustris. Domini , sed parere libenter, quæ multum est attendenda , ut in sexcentis locis Claris. Potestati notis,trad.Doct.

Laus Deo Opt.Max,

Barth.Bertaz.

Iudicatus fuit iste dignus excusatione.

Clau.Bertaz.

ADDITIONES,

a Et meritò nam & Alcia.definiuit in l.detestatio.ff de uerbo signifi.protestationem esse animi nostri declarationem iuris acquirendi,uel conseruandi,uel damni depellendi causa facta & eo loci late differit de attestatione, detestatione,contestati ne,& similibus.alia fuit definitio Card in clem.1.q 13 de proc ra rursus Io.monac. in c.in generali in mercuria in c.o. definiuit clamosam esse testationem,ad c nstiam protestantium inuentam, sed Bar hanc non admitti in l. non solum § mortenu. 11.ff de nou. ope.nuncia ubi aliter diffinit scilicet:,quod protestatio est denunciatio cum testatione facta.d.l.detestatio . & cum hac uideantur transire cæteri ibi, licet Alex cunctur seruare Io mona.sed certè magis placere debet illa quæ ab Alcia. prouenit,quicquid sit de definitione frequens est controuersia,in a criminis pœna excuset ipsa protestatio,& nos sæpe diximus,ut si quis prò testetur se nullum facere, & metu perterritum in quare. arbitror necessariam esse protestationem, in ipso actu, Alex.consi.146 nu.32.in 5.Bero q.: 4 nu 6.nam si facta fuerit post actum tunc necesse erit plenè docere de causa ipsius protestationis. ut respondit Ferret. consi. 340.nu.7.8.& Alcia.consi.5.nu.50.

Clau Bertaz.

ARGVMENTVM.

Reo inquisito absoluto,an accusator,uel denutiator possit teneri ad aliqua damna , & expensas ipsius rei liberati.

SVMMAE.

1 *Accusatores uel instigatores non tenentur ad expensas refundendas reis de communi consuetudine.*

2 *Expensæ ueniunt officio iudicis, & quãdo quis non est condemnatus per sententiam ulterius non potest condemnari, etiam si esset reseruatum illi ius agendi.*

3 *Denuntiator quãdo generaliter contra aliquos denuntiat , & non instigat specialiter contra aliquẽ, ad nullas expensas rei inquisiti tenetur.*

4 *Instigator ut quis dicatur, necesse est in processu pro tali describi, & nominari.*

5 *Accusa-*

5 *Accusator differt à denuntiatore.*

6 *Denuntiator, nec instigator tenetur ad expensas nec ad damna rei absoluti, quoties motus sit iusta causa ad denuntiandũ, uel accusandũ.*

7 *Testis unus excusat à calumnia.*

8 *Furtum cõmisisse presumitur, qui habet presumptionem iuris contra se.*

9 *Paupertas facit indicium contra expendentem pecuniam si ignoretur unde habuerit.*

10 *Contrarietas, & mendatium facit indicium ad torturam.*

11 *Indicia plura separata quo ad torturam inferẽdam in criminalibus iunguntur.*

12 *Delictum occultum, & nocturnum facit ut facilius deueniatur ad torturam.*

13 *Fugiens è manibus executorum, & statim reuertens purgat indicium fugæ.*

14 *Et fugæ indicium hoc purgatur per spontaneam comparitionem.*

15 *Torturæ eleuatio non fit sine inditijs.*

16 *Iniuriam alicui inferens ex iusta causa excusatur ab actione iniuriarum.*

17 *Accusator motus ex fama uel auditu excusatur à calumnia.*

18 *Testis unus excusat à dolo & à calumnia.*

19 *Condemnatio facta de reo in expensis præsumitur euenisse propter inditia contra eum.*

20 *Accusator non tenetur ad expensas si illas omnino facere debebat reus.*

CONSILIVM CCCLXXXVI.

In Domino confido.

ABSOLVENDVS & liberandus uenit omnino D. Paulus Poletus de Codegorio ab impetitione. Antonij Marię Thioni, pluribus rationibus. P. qa quicquid sit de iure communi de consuetudine omnium curiarum denuntiatores, uel instigatores non tenentur ad expensas refundend. reis,
1 † ut dicit pract. Bal. in l. qui crimẽ. nu. 28. ad fi. C. qui accusa. non poss. quem sequitur Io. de Anan. in c. accedens. 4. col. nu. 11. de accusat. & idem in calumniatore dicit Alber. in l. Athletas. §. calumniator in fi. ff. de his qui not. in fam. cum quibus transit Iul. Clar. in sua pract. criminali in §. fi. q. 62. uersi. sed nunquid. circa medium quando sumus in præsumpta calumnia non in uera, in qua raro condemnatur accusator in expensis, ne querelãtes mætu condemnationum detereantur ab accusando, & delicta remaneant impunita. ut per eum illic.

Secundò, cum istæ expensæ ad quas agit Thio
nus ueniant officio iudicis, & lata fuerit senten-
2 tia absolutoria † ab inquisitione, nec in ea fuerit
condemnatus D. Paulus tanquàm instigator, nõ
potest ulterius condemnari, etiam quod fuerit
reseruatum ius agendi Thiono, cum dicta reser-
uatio fuerit nulla. ita in puncto consuluit Iacob.
de Albe. in consil. 2. in fi. ubi rationes & iura in
id addunt.

Tertiò, cum hic nõ agimus de accusatore, sed
de denuntiatore, & querelante, qui generaliter
contra omnes culpabiles non specialiter contra
ipsum Thionum denuntiauit sibi surrepta fuisse
modia decem frumenti, quo casu quando aliter
non constet instigasse iudicem specialiter contra
reum, uel probationes sumministrasse, non tene-
3 tur ad aliquas expensas rei, uel inquisiti † ut deci-
dit Guid. Pap. q. 269. denuntiator. ubi dicit ita ui
disse pluries iudicari in contradictorio. quem se-
quitur Iul. Clar. in d. §. fin. q. 7. uersic. ult. At in pro
posito non constat in processu, quòd fuerit insti-
gator, cum tamen esset necesse in eo pro tali de-
4 scribi & nominari, † ut uoluit Luchi. de Curt. in 1.
tom. consiliorum crim. postremo loco impresso-
rum, consi. 63. nu. 7. & seq. & accusatorem à denũ
5 tiatore differre † probatur ex trad. per Lodo. Da-
mho. in suo inchirid. rerum cri. c. 2. in fi. & ca. seq.
nu. 10. Et licet in proc. fol. 7. ipse comparuerit,
& produxerit quandam scripturam, & induxerit
etiam testes ad probandum cõtenta in illa, cum
non constet ante uel post instigasse, uel aliquid fe
cisse, imò constet quod interpellatus pluries pro
testatus fuit, nolle aliquid dicere, uel probare cõ
tra eum, ut in proc. fol. 4. & 5. quod etiam fol. 9.
constat in ea sententia perseuerasse, ubi dixit ne-
scire, an ipse Antonius Maria subtraxerit dictum
frumentum nec ne? certe non potest haberi pro
instigatore, uel accusatore ita, quod possit teneri
si non probauerit expensas, maxime cum tot inti
mationibus protestationibus, & petitionib. par-
tis aduersæ ut cõdẽnaretur in expẽsis, ut in proc.
fol. 2. 5. & 7. fuerit prouocatus ad producendum
illam scripturam, & inducẽdum illos testes, quo
fit ut illi tanquàm prouocato sit ignoscendum ne
ad expensas teneatur, ut ad propositũ trad. Fran.
Cassan. in suo tract. criminali, in tit. de accusatore
non probante. c. 2. nu. 2. & in c. seq. de modo accu
san. per exceptionem. nu. 6. & 7.

Quartò certissimi iuris est nedum denuntiato-
rem, sed instigatorem, & accusatorem non tene-
6 ri ad expensas uel damna † rei absoluti, nec actio
ne iniuriarum quoties fuit motus iusta causa ad
denuntiandum uel accusandum, cum non dẽant
ius suum indiscussum relinquere. Ang. in consil.
250. Domina liberina. 2. dub. nu. 3. & in d. §. calũ
niator. nu. 7. ubi uoluit sufficere habere unum te-
stem pro se, Stepha. Aufr. in addit. ad sextam de-
cisionem Capel. Tholos. ubi dicit illum excusari
si fama, uel inditijs præcedentibus motus fuerit,
idem etiam tenet Bernard. Diaz. in sua pract. cri-
cano.

cano.c.196.nu. 13.ubi loquitur in delatore, qui
habuit iustam causam, & suam uel suorum iniu-
riam prosequitur, post l. uc.de pen. per eũ illic ci
tatum.& in c.59.nu.9.& seq.ubi uoluit quem ex-
cusari à calumnia si pro eo unum testem habeat
nisi sit conuictus calumniari.† & in c.ultimo ante
7 fin.ubi loquitur in expensis, sequendo Aufr.loco
sup.citato.idem tenuit Alc.in cons. 113.uiso the-
mate.col. pen. & fi.4.uol.ubi loquitur de fama &
semiplena probatione quem sequitur. Antonius
Nicel. in tract.de concor.glo.concord.47.nume.
216.& quòd unus testis excuset à dolo & à calũ-
nia uoluit etiam Alex.in consi.53.nu.15.7.uol.&
quod etiam excuset ab expensis qui habuit indi-
cia contra reum, etiam si unicum sit indicium ta-
metsi reus absoluatur, tenuit Ias.in l. properandũ
§.sin autem alterutra.8.q.2.limitatione.nu.22.C.
de iudi. & idem in his terminis consuluit Ias.ipse
in consi.2.col.pen.1.uol. quod etiam ad proposi
tum tenuit Pic.in l.qui accusare.C.de eden.& qđ
excusetur habens unum testem in causa crimi-
nali tenet etiam Mars.in l. patre uel marito.num.
36.ff.de quæst.hanc etiam sententiam sequũ.Ias.
io d.consi.tenet Lance.l.conrad. in suo prætor. in
tit.de excusatione.nu. 18. 2.limitatione idem in
proprijs terminis firmauit Io. de Amic. in consil.
51.nu.2.& seq.& idem Craue.in consi. 178.num.
10.& seq.secundum quam consuluit etiam Alb.
in d.consi.2.nu.5.cui sententiæ uidetur adhęrere
Iul.Clar.in d.q.62.uersi.sed pone, quod accusa-
tor. in fi. Cum itaq; in proposito D. Paulus nedũ
haberet unum indicium cõtra Thionum, sed plu
ra iuste debet excusari, ex quo iustis. habuit cau-
sam ne dum instigandi, sed illum accusandi, cum
enim horreum super quo erat frumentum subtra
ctum ne dum esset vicinum ipsi Thiono, sed ho-
stium illius est in Camera Thioni, & ipse melius
cæteris haberet illud notum, certe habebat præ-
sumptionem contra se, & inditium quod furtum
8 comisit † l.dominus horreorum.in prin.ff. loca. &
illic.Bar.& alij Bar.in l.fin.nu.5.& Plane. in repet.
num.402.ff.de quæstio.foller. in pract. criminali
in 2.par.in glo.capiat informationem.nu. 18. Et
cum ipse Thionus uendidisset eo tempore plura
staria frumenti, ut deponunt plures testes in pro-
cessu examinati, quod & ipse etiam fassus fuit, in
suis constitutis, & esset pauper, non solitus uẽde
re frumentum, hoc erat inditium contra ipsum ve
de expẽdente pecuniam, cum expendens sit pau
9 per, & ignoretur unde habuerit.† trad. Bart. in
d.l.fi.nu.5.& Blanc.nu.421.ac Boss.in ti. de delin-
quente, nu.2. Quibus si addatur quod ipse Thio-
nus conuincebatur de mendacio, cum dixisset u-
num saccum habuisse eiusdem frumenti, à quo-
dam Giauerina, ut deponit 2. Testis curiæ Simon
Zaffonus, quod tamẽ ipse Bart. Giauerina exami
natus negat dedisse, & aliter uacillando dixit Do
minico Nicolino, quod cum petijsset pecunias
mutuo ab amico illi dedit frumentum uenden-
dum, ut haberet pretium, vt attestatur ipse Domi
nicus.4. Testis Curiæ.& tamen ipse in suis cõstitu
tis id negat & aliter factũ refert, certè negari non
poterit quin etiam faceret indicium cõtra eum,
10 & augeret alia † iuxta trad. per Bar.in d.l.fin. & il-
lic Blanc.nu.220.& 265.& seq.& Clar.in d. §.fin.
q.21.uersi.mendacium. Vbi tenet iunctis alijs fa-
cere indicium ad torturam, plura enim ĩdicia se-
parata quo ad torturam ĩnferendam in criminali
11 bus iunguntur † Alex.consil.65.plura.col.fina. 1.
uol. Grãma.cons. 17.nu. 19.& Ant.Gabr.lib.1.cõ
clusionum suarum tit. de probat. conclusione.1.
num.27.& tanto magis poterat procedi ad tortu
ram, cum versaretur in dicto occulto & noctur-
12 no, in quo facilius deuenitur ad torturã † Gram.
d.consi.17.nu.3.& seq.& Clar.in d.§.fi.q.64.uers.
& ideo dici solet. Non nihil etiam urgebat cõtra
reum, quòd à manibus executorum aufugerat,
nec statim comparauerat citatus, & purgaret in-
13 dicium fugæ † Blanc.in d.l.fi.nu.286. Quinimo ci
tatus fuit contumax ultra mensem, quæ contuma
cia etiam faciebat inditium ad torturam. Cum i-
taque extarent indicia cõtra reum ad torturam,
quod etiam ex eo constat, quia potestas illic post
eius spontaneam comparitionem quæ purgaue-
14 rat inditiũ fugæ ut fortè alia † ut latè Nouel. trad.
in tract.criminali ad defens.in tit. rũsiones reorũ
in constitu.nu.13.& seq.& etiam admissis eius de
fensionibus, quæ regulariter non admittuntur in
processu informatiuo, nisi data tortura, fecit illũ
alligari torturæ, licet non fecerit eleuari in tortu-
ra, quo casu ĩdicia satis esse ad torturam uidetur
declarasse, nec etiam per spontaneam præsenta-
tionem & defensiones per eum factas fuisse ple-
ne purgata, cum etiam ad talem gradum torturæ
15 non deueniatur sine inditijs † ut per Paul. Grillã.
in tract.de quæst.& tortur.q.4.nu.2.& Iul.Clar.q.
64.uersi.nunc de gradibus. Certè negari non po-
test quin iustam causam habuerit D.Paulus accu
sandi, & instigandi, nec propterea possit ad aliq̃d
aduersario teneri licet ipse negauerit, & purgaue
rit indicia, uel per torturam, uel aliter, ut p Ias.in
d.consi.nu.10.ꝙ etiam uoluerunt plures alij ex su
pra allegatis, prout etiam uidemus excusari ab
16 iniuria, & actione iniuriarum † iniuriam alicui in
ferentem, modo ex iusta causa sit motus. Oldra.
consi.53.consueuit.col.fin.post med.Barba.con-
si.15.col.pen.4.uol.Cæpol.consi.70.nu.12.& 15.
17 Boer.consi.4.nu.43.& seq.quinimò excusatur † à
calumnia accusator si motus sit ex fama uel audi
tu à fide dignis, ꝙ falsum assererent. ut Bart. trad.
in l.cum quidam §.ꝙ dicitur num. 3.ff. de acquir.
hæred.Guid.Pap.q.446.iuxta nu.1.& dicit Bal.in
in l.generaliter.nu.13.2.q.C.de epis.& cleri. ꝙ u-
18 nus testis excusat † à dolo, & à calum. & ꝙ fama
excuset à calum.accusatorem, uoluit Abb.ĩ c.cũ
contingat.nu. 4. & ibi in addit.de rescrip. & Fol-
ler.in d.pract.2.par.2.partis principalis in uerb.
audiantur exceptiones.nu. 58. postremo cum in
sententia absolutionis iudex condẽnauerit Thio
num in expensis, censetur ipse habuisse iniustam
causam

19 causam propter indicia existentia † contra eum, ut in simili trad. Fely. in c. ex ratione. nu. 5. de appel. & possem plura alia ad propositum adducere, quæ scienter prætereo, cum sup. satis sint, & super, pro uictoria Poleti.

Quartò & ultimo, cum non constet ipsum Poletum instigasse, uel aliquid fecisse contra Thionum, nisi quãdo produxit dictam scripturam, & induxit illos testes, quod nihil pluris onerauit Thionum, quam si non comparuisset, uel induxisset ex quo omnino erat coactus pro sua liberatione facere dictas expẽsas, & nihil pluris uel maio

20 ris † damni passus fuit, ipse Poletus non tenetur, ut ad propositum trad. Ias. in d. consi. 2. col. final. numer. 12.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Fuit absolutus iste denunciator.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Disputatur de pœna l. Imperator. ff. ad S.C. Trebellia. & quando euitetur pœna illius legis, & administrator bonorum non sit in dolo?

SVMMAE.

1 *Supplicatio probat contra supplicantem.*

2 *Actio intentata cognoscitur expetitione.*

3 *Prætor non tenetur assignare fundum pro alimentis filij.*

4 *Causa una intentata, & alia probata potest tamẽ actor obtinere, si cognoscitur sola facti.*

5 *Quod procedit quando Princeps per se ipsum cognosceret, secus si iudex qui hanc haberet potestatem.*

6 *Pater, ut teneatur pœna l. Imperator. ff. ad Trebel. debet esse in fraude, & dolo.*

7 *Et est distinguendum inter bona, in quibus pater habet usufructum, & illa quæ sunt subiecta fideicommisso.*

8 *Et patris administrantis dolus est probandus.*

9 *Et an sufficiat culpa ipsius patris.*

10 *Fraudis appellatione propriè uenit dolus, & impropriè culpa.*

11 *Alienans fideicommissum alia bona subrogando non incidit in pœnam priuationis, nisi committat dolum, seu fraudem.*

12 *Pœna l. Imperator. ff. ad Trebellia. non habet locum si pater est diues, & potest esse consultum filio.*

13 *Idem est quando damnum non est notabile, & potest esse salua substantia rei.*

14 *Secus si Pater permitteret exsiccari arbores, & corruere ædificia.*

15 *Et illius culpa non præsumitur.*

16 *Tutor sine pœna potest locare res pupillares.*

17 *Culpa non est in eo qui facit quod alij faciunt.*

18 *Testis nõ probat, quando tẽpus est de substantia.*

19 *Dictum unius est dictum nullius.*

20 *Testis non probat affirmatiuè non deponens.*

21 *Testibus illis potius standum est, qui arguunt bonitatem hominis.*

22 *Deteriorationes qui fecit, si fecit etiam meliorationes fit hinc inde compensatio, ut pœna euitetur l. Imperatores. ff. ad Trebellia.*

23 *Et sufficit quod nos sit etiam in eodem prætio licet sit deteriorata qualitate intrinseca.*

24 *Idem est si pater paratus est prouidere deteriorationi.*

25 *Patri dilapidanti fideicommissum datur coadiutor, qui uacet administrationi.*

CONSILIVM CCCLXXXVII.

In Domino confido.

MAGNIFICVS D. Bartholomeus Pendaleus uenit absoluendus ab impetitione. D. Roberti eius filij plurib. rationibus. Primo, qa egit in processu, ut assignaretur sibi possessio de qua in causa pro suis alimentis taxatis, ut est uidere ex sua suppositione registrata in processu fol. 42. cui standũ

1 † est contra producentem. l. cum præcum. C. de liber. caus. & expeditione actoris cognoscitur

2 † actio intentata. Bar. in l. certi conditio. in prin. ff.

3 si cert. pet. nu. 2. sed petitio hęc nõ est iuridica † cũ ad id pater non teneatur. Bal. in l. non potest. ff. de adopt. Ias. in §. si quis in fraudem. nu. 4. Instit. de actio. & in l. nã, & postea, §. si quis in fraudẽ. nu. 4. ff. de iur. iur. Seuer. in l. frater à fratre. nu. 122. ff. de condit. inde. & Boer. dec. 61. nu. 18. & stante hac petitione facta de re diuersa, & diuersa actione, & remedio, quam ex remedio. l. Imperator. ff. ad Trebel. quod ex eo apertè consta, ex quo agens offert separatum soluere, uel compensare ipsi D. Bartholomeo illud plus quod precipitur ex affictu dictæ possessionis ultra alimenta taxata, quod nullo modo potest conuenire remedio. d. l. Imperator. ipse in hoc iudicio non potest obtinere.

Et licet quando proceditur sola facti ueritate

4 inspecta † una causa probata, licet alia intentata actor possit obtinere, ut per Alex. in l. ita stipulatus.

tus.§.Grisogonus. nu.8.ff.de uerb. olib. post Butr.
per eum citatum, tamen illud posset procedere
5 quãdo princeps per se ipsum cognosceret † secus
quando Iudex habet talem potestatem, ut per
Claud. in l. prima. nu. 17.ff.de officio. assess. ultra
quod opus erat post factas probationes petere si
bi ius fieri super ipsis probationibus, ut per eum
ibi nu. 16.& tenetur etiam ad expẽsas, ut ipsemet
declarat ibi nu. 18,

Cæterum posito quod super remedio. d. l. im-
perator, esset iudicandum, non tamen ipse actor
obtinere potest, primo quia ad hoc ut l. illa locũ
6 sibi uendicet, exigitur, quod pater † fuerit in dolo,
& fraude, dissipando bona fideicommisso subie-
cta, ut ex uerbis illius tex. ibi, ac multa in fraudẽ
fideicommissi fieri probarentur, & inferius: ideo
damnum conditionis propter fraudem inflixit, &
a ꝙ exigatur dolus a patris eo casu tenet glos. Ang.
Imo.& Claud.ibi.nu.3.& seq. Campez. d. tracta.
dot.3.par.q.43.an mortua.nu.2.distinguendo in-
7 ter hæc bona, & alia in quibus pater † tantummo
do habet usumfructum. Socin. in consi. 34.4. &
quinto dub.primo uol.Crot.in repet.l.si constan-
** te.prima lect.nu.76.ff.solut.mat.ut est magis ** cõ
munis opinio, ut per Neguſ. in tracta. de pignor.
2.par.4. memb. nu. 14.& in proposito de aliquo
8 dolo non fuit probatum, qui nec præsumitur † nisi
probetur l.quoties.§.qui dolo.ff.de probat.Crau.
consi. 8.nu.1.& seq.immo nec aliqua culpa fuit
probata, ut inferius dicetur.

Nec obst.quod Alex. post Bar.& Castr. teneat
9 in d.l.fi.Imperator.sufficere † culpã patris ex quo
fraudis appellatione nõ semper uenit dolus, tum
quia communis est contraria opinio, ut supra tũ
10 quia propriè uenit dolus, & impropriè † culpa,
ut est tex. expressus in l. fraudis interptatio. & ibi
Dec.& Cagnol.ff.de reg.iur.ubi Cagno.reprobat
A ciat. aliter, & male illum tex. interpretantem
in l. aliud est fraus. in prin. ff. de uerb. signif. nam
fraus. teste Abb.citato per Dec.& Cagno.in l.ge-
neraliter. nu. 2.eo tit. de reg.iur. quæ est l. præce-
dens. d.l.fraudis. est cõtra fidem, & committitur
ad deceptionem alterius, & ad sui commodum,
& ad propositum in alienãte bona subiecta fidei-
commisso alia surrogando per permutationẽ, quod
11 non incidat in pœnam priuationis † nisi commit-
tat dolum, seu fraudem iuxta.d.l.fraudis.trad.Al-
ba.consi.97.nu.35.& seq.

Secundò, dispositio.d.l.non habet locum quã-
do p test esse cõsultum filio, ut q.a pater sit diues,
ut hic probatum est per plures testes, nam etiam
si alienaret bona non esset locus dicto remedio,
12 & dispositioni illius l. ex quo posset † esse consul-
tum filio, Bar.& Castr. ibi Sali. in l.fi.nu.15.C. de
senten.pas.Soci.d.consi.34.4.dub.prima conclu-
sione.Corn.post alios in l.cum oportet.§.nõ autẽ.
C.de bon. quæ libe.Crot.in d.l.si constãte.2.lect.
nu.93.Boc. d.q.61.nu.14.& Bellõ.d.cõs.24.nu.6.

Nec obst atꝙ d.Bartholomeus (ut ex aduerso,
dicebatur, habeat ferè omnia sua bona subiecta
fideicommisso, quia id negatur, nec hoc constat,
& habet quã plurima bona libera, ut docuit etiã
ipse filius aduersarius in iudicio facto super taxa
tione suorum alimentorum præter id quod in di-
cta possessione extant melioramenta fabricatio-
num turris, & aliorum ædificiorum. & nonnullæ
terræ acquisitæ per eum, ut etiam dicunt testes
aduersarij quæ ad ipsum pertinent, ut etiam fate-
batur D. aduocatus satis, & super est sibi succur-
sum, & remedium hoc locum habere non potest
contra illum.

Tertiò, quando damnum nõ est notabile, sed
tale quod potest esse salua substantia rei cessat il-
lud remedium, nam debet esse tale damnũ quod
propter dissipationem, & subuersionem, non sit
13 salua † rei substantia, ut illi l. locus sit, Bar.in d.l. si
constante.qua. q.2. par.nu. 63. Aret.consi. 224.
dub.& eius mẽtis uidetur esse Saly. in l.filiæ cuius
nu.24.C. fam. hereis.& Bertran.consi.243.nu.2.
prima par. priorum impressorum, at in casu isto
damnum nõ est tale cum modica impensa possit
reparari, nam respectu ædificiorũ fuit uisum per
peritos satis esse impensam Ducatorum quatuor-
decim, quos solui mãdauit d. Bartholomeus mẽsi
bus elapsis, vt ex partita Banci campsorij constat
respectu etiam plantationum arborum, & uitium
id reparari potest breui tempore adeo, quod nõ
debet propterea posse priuari pater sua admini-
stratione.

Quartò, & si sufficeret culpa patris in gubernã-
do bona, & vera esset opinio Castr. in lect. Bonon.
& Alexandri in d.l.Imperator. nu.14. quod pater
14 qui culpa permittit † exsiccari arbores, & cor-
ruere ædificia, possit ex illius l. dispositione admi
nistrat. bonorum pri uari, illa tamẽ culpa non est
15 probata, † nec præsumitur, glos.& Doct.in l. si q̃s
ex argentarijs.§.fi.de eden.Afflict.dec. 8.nu.18.&
Craue.d.consi.8. nu.20. imò ex testibus aduersa-
rijsmet constare uidetur contrarium, cum depo-
nãt ea euenisse, quia possessio ipsa fuit locata alijs,
quia eius curam neglexerunt in plantando eã, &
alia huiusmodi faciendo, sed propter locationes
ipsas factas etiam hebreis non potest dici dictũ
D. Bartholomeum fuisse in culpa aliqua, cũ rem
licitam fecerit, quam etiam tutor, & quilibet ad-
16 ministrator † etiam aliorum bonorũ facere põt,
ut per Doct.in l. si filiosam.§. si uir in quinquẽniũ.
ff.solut.matr.Alex.consi. 165.col.prima.2. uol. &
cum etiam alij locent hebreis res suas, ut depo-
nunt testes examinati pro parte dicti rei, non po-
17 test dici fuisse in culpa, qui facit † quod alij faciũt.
Bar.in l.si pignore.§.fi.ff.de pigno.actio.Castr.cõ-
si. 423. quia scio.col. pen.circa med. primo. uol.
Craue.consi. 6.nu. 78.& 18. nu.22. & in casu isto
res est extra omnẽ difficultatem ex quo ex ipsis-
met contractibus locationum constat de dilig
tia ipsius D.Barthol: qui in illis obligauit condu
ctores ad plantandum tot plantas, & ad fodi fa
ciendum fossata, & generaliter ad meliorandum,
& non deteriorandum rem ipsam, & potuit cre-
dere

dere ita fuiſſe obſeruatum, & forte id etiam fa-
ctum fuit, ſed quicquid ſit nulla culpa vt dixi ei
impingi poteſt.

Quintò, licèt teſtes dicti actoris videãtur de-
ponere de deteriorationibus, vnus tamen illorũ
non deponit de deteriorationibus factis vel exi-
ſtentibus tempore moti huius iudicij, quod mo-
tum fuit de anno 1567. ſed de exiſtentibus de an
no 1565. & poteſt eſſe, quòd tempore moti iudi-
cij res eſſet in alio ſtatu. vnde non probat hoc eſ-
ſe, & c.l. non hoc. C. vnde legi. & c. in pręſentia. de
18 probat. & quando tempus † eſt de ſubſtantia, ut
in caſu iſto teſtis non probat, niſi de eo deponat.
c. ex tenore. vbi Fely. num. 3. ff. de teſti. quo fit, ut
19 remaneat alius tantum, & dictum vnius † dictũ
nullius eſt, l. iuriſiurandi. C. de teſti. & licet ſecun-
dus teſtis D. Barth. dicat quòd iudicio ſuo res ſit
deteriorata ad tertiam partem, & idem dicat di-
ctus primus teſtis, tamen non probãt ex quo af-
20 firmatiuè † non deponunt, vt per Crot. in tracta.
de teſti. num. 313. poſt Ang. in l. ſciendum. ff. de
verbo. obliga. tum quia alij teſtes deponũt quod
ipſe eſt ſolitus vti rebus ipſis vt bonus paterfam.
quod probauit per plures, & digniores teſtes, q-
bus cum arguant bonitatem hominis potius ſtã-
dum eſt. Craue. dictis conſi. 6. & 8. Et Port. lib. 2.
ſuarum concluſionum, concluſione 20. Quòd
euidentiſſimè conſtat, cum ipſe D. Bartho. nunc
locet dictam poſſeſſionem pro ſcutis centum ui-
ginti, & ſic pluris quam ſolitus fuerit illam locare
recipiendo etiam anticipatam ſolutionem, nam
ſi fuiſſet ita deteriorata, & diruta certe tanti non
locaretur, & hoc ſolum indicium eſt potens ad
tollendum dictum teſtium aduerſariorum.

Sextò loco, & ſi omnia ceſſarent, (quæ vtique
militant) adhuc dici non poteſt dictum Bartho-
lomeum priuandum eſſe ob dictas deteriorationes,
cũ tam teſtes aduerſarij, quàm ſui deponant
multas meliorationes maximi momenti feciſſe
ſuper dicta poſſeſſione in ædificiis turris, & do-
morum, plantationibus, & aliis, quæ longe ex-
cedunt dictas deteriorationes, & quando pro-
pter deteriorationes quis poſſet re priuari, ſi ex
22 oppoſito fecit † etiam meliorationes hinc inde
fit compenſatio Dec. in Auth. qui rem. ſexto no-
tab. numero decimoquarto, C. de ſacroſan. eccl.
nam ſufficit quod res ſit in eodem pretio licet ſit
23 † etiam deteriorata qualitate intrinſeca, Bal. in l.
ſi inter in fi. C. de iure dot. & Dec. in dicta Authẽ.
num. 4. in fin.

Et cum etiam ipſe Dom. Bartholomeus ſit pa-
ratus prouidere tali deteriorationi, & iam man-
dauerit id fieri debere ſatis etiam videtur, ſi ca-
24 uerct † de id faciendo iuxta trad. per Soc. d. con
ſil. 34. quarto dubio. col. antep. & in quinto dub.
Iaſ. in d. l. ſi cõſtante. d. 9. q. 2. par. Bar. quinimmo
25 voluerunt Ang. & Imol. in d. l. Imperator. potius
dari coadiutorem patri, ſi non poſſet vacare cu-
ræ adminiſtrationis, quàm quod adminiſtratio
auferatur, ab eo, & cum tot, & tanta militent fun-
damenta pro ipſo Mag. D. Barth. quæ illi victoriã
certam promittunt, vlterius non inſiſtam.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Succubuit iſte filius, & patri non fuit ablata
adminiſtratio.

Clau, Bertaz.

ADDITIONES.

a Namque pater non tenetur reddere rationem niſi de do
lo, Corn. conſi. 105. in 30. & Soc. conſ. 34 col. fi. & Ne-
guzan. hic allegatus, ſecus autem in hærede qui tenetur
de culpa, de qua aliquid addere non eſt prorſus inutile.

In hac itaque re conſiderandum eſt, quòd hæres hæ-
reditatem poſt mortem ſuam reſtituere grauatus tene-
tur fideicommiſſario rõnem reddere de bonis hæredita-
tis ad ſe peruẽtis tex. in l. cũ tale. § Titina. ubi Bar. Bal. &
no. Pau. de Caſt. ff. de cond. & demon & probat tex. in l.
mulier. §. ſed enim. & ibi no. Alex. ff. ad S. C. Treb. & pro-
pterea tenetur conficere inuentariũ quod eſt caput ra-
tionis vt per Doc. in d. §. Titius, & ibi dicit Caſt. quòd
iõ fit inuentarium, vt adueniente caſu reſtõnis ſciatur
quę bona erant in hæreditate, & quę deficiant, ut ſic
hęres hęredis teneatur de mala adminiſtratione, & ibi
dicit habuiſſe in facto, quia fideicõmiſſarius põt coge-
re hæredem maxime ne mobilia diſsipentur, & vt ſi tẽ-
pore reſtitutionis erunt diſsipata poſsint peti ab hæredi
bus grauati, tenet ipſemet Pau. de Caſt. conſi. 366 ſuper
primo in fi. 1. par. nouiſſ. hoc idem quòd hæres tenea-
tur reddere rõnem de male adminiſtratis dilapidatis,
uel neglectis uniuerſa i fideicommiſſario tenet Bal. in l.
ſi ium quem habentem. in fi. C. fa. herc. ubi dicit quòd
hæredes grauati de reſtituendo fideicommiſſum poſt
mortem hoc nun credentes bonis abutuntur, ſed male
faciunt, quia tenentur ad intereſſe rerum deteriorata-
rum, hoc etiam quòd hęres teneatur reddere rationem
tenet Bar. in l. Marcellus. in prin. pen. q ff. ad Treb. Pap.
in for. libel. quo agitur ex ſubſtõne. in gl. ac per fideicõ-
miſſum. nu. 8. Alex conſi. 40. perſpectis. pe. col in 3. So-
ci. conſi 76 2 col in primo. & conſi. 213. 2. col. in prin.
in 2 uol. & conſi. 51. in prin in 3. Cur. ſen. conſi. 29 ad
fi. Bertran. conſi. 75. 2. col. 2. uol. poſterio. dupp. conſi.
184 eo. uol. eſt conſi. 250. nu. 6. 3. par. priorum. Pariſ.
conſi 25 nu. 51. & nu. 72. & conſi. 79. nu. 17. & ſeq in
2. & plenius conſi. 81. nu. 12. ubi dicit hæredem bene,
& fideliter gubernare debere res reſtõni ſubiectas, &
reficere damnũ datum ſua culpa uel negligentia & præ-
dictã concluſioné tenet ẽt Rui. conſi. 159. nu. 25. in 3.

Præterea tenetur ille qui rõnem reddere dẽt inſtrue-
re fideicommiſſarium de ſingulis, ut plene ſciat quid de
bonis & reb. pro quib. reddenda eſt rõ conſumptũ ſit,
& exinde reliqua reſtituere ut probatur in l. cũ ſeruus.
ff. de cond. & demon. & in l. pure in fi. ff. de fideic. libert.
nec eſt credendũ hæredib. quòd bona fuerint conſum-
pta, & non extent ſicut reddentis rõnea libro non credi-
tur maxime non extantib coniecturis pro eis, ut proba-
tur in d. l. cum ſeruus. & ibi no. Caſt. ad fi. Et propterea
ſi bona per hæredem erunt dilapidata, & ob eius culpã
conſumpta certe teneatur eius hæredes ad intereſſe de-
teriorationis, ut Bel. decidit in d. filium ſupra allegata,
& idem eſt ſi dum uiuebat hærea bona ipſa uel illorum
partẽ alienauit, quod quidem facere non potuit. l. fi. §. ſi
quis. C. commu de leg. niſi fuiſſet res tẽpore peritura
d. l. mulier. §. ſed. n. gl. in l deducta. §. ante uerb. non co-
gantur. ff. ad Treb. nã pretium ueniret reſtituendum ut
tradit Bertrã. d. cõſi. 75. nu. 3. Idẽ arbitror dicendũ ẽt qp

hæres

heres dicta bona per alios consumi fecisset etiam uten do, quia in hoc esset in culpa, & teneretur. d. § sed enim, & nedum teneretur de lata, sed etiam de leui, si fuisset institutus hæres, nec fuisset grauatus restituere hæreditatem, nisi post mortem suam, nec tempore testamenti esset senex, ut post Rapha. tenet Alex, & Claud. in d. §. sed enim.

In rationis autem redditione arbitror hæredem non posse se unico uerbo explicare, dicendo illa non extare, maximè si bona, quæ in inuentario, non ita facile consumuntur, fateor tamen, quod si fuerunt deteriorata, uel consumpta nulla culpa hæredis interueniente ipsi hæredes hæredis in aliquo non tenentur. Paris. consil. 25. col. pen. & fin in secundo. & consi. 55. in fi. in eo. uolum. sed in hac re arbitrio iudicis multum tribuendum esse censeo, qui inspecta rerum & personarum qualitate poterit iudicare, an dicta bona possint esse consumpta.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Iudicatur fraudasse gabellam, qui uendidit frumentum exemptum, ut extraheretur quod emerat prius à Domino illo, qui habebat exemptionem, & hoc stante quodam priuilegio?

SVMMAE.

1 *Immunitas est realis concessa respectu certæ & determinatæ rei.*
2 *Et si realis est nullus pro ea grauari potest.*
3 *Extrahere qui potest sine gabella, potest etiam medio aliorum emptorum.*
4 *Dictio (in) accipitur pro (pro).*
5 *Et pro (propter)*
6 *Res intelligitur esse in loco, ubi est mansura.*
7 *Prohibito si fiat, ut res non introducatur in ciuitatem, intelligitur, ut ibi maneat.*
8 *Prohibitio de stando in aliquo loco non militat, si is illinc est statim recessurus.*
9 *Dispositio facta in eo qui uenerit ad habitandum in ciuitate non habet locum in eo, qui habuit animum recedendi.*
10 *Verba sequentia præcedentia declarant.*
11 *Emptor tam secundus quam primus continetur ne uerba sint superflua.*
12 *Gabella non debetur in loco contractus, si traditio alibi est facienda.*
13 *Mens est uerbis præferenda.*
14 *Fructus uenduntur minus sine priuilegio immunitatis.*
15 *Interpretatio priuilegij est facienda secundum mentem concedentis.*
16 *Et ita semper est facienda, ut prosit illis quibus princeps prodesse uult.*
17 *Principis beneficium est latissimè interpretandum.*
18 *Et illius non est facienda restrictio, sed ampliatio.*
19 *Priuilegium non est aliter interpretandum, quam semper fuit.*
20 *Et declaratur ex obseruantia subsequuta.*

CONSILIVM CCCLXXXVIII.

In Domino confido.

COPIOSE, & subtiliter per Clarissimos DD. Laderchium, & Catũ. fuit scriptum ad fauorem D. Santhis Riccij, illum nõ teneri ad gabellam frumenti empti ab Illustrissimo D. Domino Alfonso Estense, uenditi ut extra dominium abduceretur. stante priuilegio concesso ipsi illustrissimo Domino in testamento quondam Serenissimi D. Ducis Alfonsi. recolendæ memoriæ eius genitoris, & per consequens abducendo nullam pœnam incurrisse. Quorum sententiam approbando aliqua etiam pro eius confirmatione in medium adferam, ad uictoriam ipsius D. Santhis optimè conducentia. Quod igitur gabella non debeatur habet ipse emptor fundatã intentionem ex immunitate generaliter, & per uerba pregnantissima concessa per dictum testatorem eius Illustrissimis filijs, respectu omnium eorũ fructuum. & redituum suorum bonorum. qui quidem fructus & reditus redduntur immunes. & exempti ab omnibus gabellis & alijs oneribus. & cum immunitas concessa fuerit respectu certæ & determinatæ rei, illa fuit realis, Ale. consi. 192. ex themate. primo dub. 2. uolu. & in fructibus. Alciat. in consi. 18. num. 7. & sequen. 4. libr. Et quando im-
2 munitas est realis † nullus pro ea re grauari potest. Abb. in c. ex parte. il primo, 2. col. de decim. Ruin. consi. 157. numer. 9. in 3. & Paris. consi. 69. num. 6. in primo uol.

Sed tota difficultas consistit in exceptione facta ab hac generalitate. de uenditione facta per emptores in ciuitate, uel districtu Ferrariæ. ut in ea clausula. (*Et quanto alli compratori delli frutti,*) solum *s'intende, quando li detti compratori uolessero condurre fuori del Stato di Ferrara li sopra detti frutti. & non quando detti compratori di nuouo li uolessero uendere in Ferrara, seu suo contado, & distretto. al qual caso la sopradetta essentione nõ si estenda.*) quia cũ præsupponatur fuisse factum contractum frumenti in ciuitate, licet ad finem, ut extra hoc dominium duceretur. uidetur nos uersari in casu huius exceptionis. Sed certè qđ tali casu debeatur gabella est,

tam contra uerba, quam contra mentem illius
priuilegij. Ex uerbis enim fit differentia, an em-
ptores ipsi uelint extrahi frumentum, uel fructus
ipsos ad aliena territoria, uel potius expediri, &
consumi in ciuitate Ferrariæ, vel eius districtu.
Primo casu, quo facta est, vel fiat extractio ad
aliena territoria, nulla est soluenda gabella. Se-
3 cũdò casu sic. & habet locum exceptio † & ad
hoc propositum fuit allegatum consilium Dec.
quod ferè est ĩ terminis istis 48. vbi uoluit, quod
qui potest extrahere, vel extrahi facere sine ga-
bella merces, id etiam facere potest modio alio-
rum emptorum. Et cum in exceptione dicatur
immunitatem non extendi quando uellent uen-
dere in ciuitate Ferrariæ, vel eius districtu, intelli
gendum id est, ut remanerent in ipsa ciuitate,
non ut statim abducerentur, & sic pro ipsa ciuita
te & ad eius commodum, & utilitatem. dictio.n.
4 (in) accipitur pro (pro).l. in modicis.† ubi gloss.
ff.de contrahenda empt.l.prima.ff.de condi. fur.
cum alijs trad. per Alberic. in dictionario suo su-
5 per dicta dictione, & † pro (propter). l. si deci-
piendi. ubi gloss. ff. ad Velle. l. prima. ff. de incend.
rui. naufrag. & Insti. de noxa. in fin. ubi glo. & Al-
ber. in dicto dictionario, & si hoc sensu accipia-
tur hæc prepositio (in) uerba de plano inferunt,
tunc deberi gabellam cum frumentum uenditur
Ferrariæ, vt ibi sit consumendum, non alio sta-
6 tim ducendum. pro quo facit, quia † res censetur
esse in eo loco, in quo est mansura. nõ si illic non
sit mansura. l. generali. §. uxori. ff. de usu. & vsufru
ctu. lega. quem text. non extra propositum citat
Rui. in consi. 112. numero quarto. quinto uolum.
7 Quibus optimè concinit, quod prohibitio † fa-
cta, ne aliquid puta frumentum, ducatur in ciui-
tate. debet intelligi ad finem, vt illic manent. se-
cus si ut alio ducatur, vt etiam fuit dictũ per alios
Magnificos Consulentes. & probatur in l. si quis
posthanc. C. de ædifi. priua. quod tenent Bart. &
alij. in l. cætera. §. sed si quis ad opus. nume. quar-
to. ff. de legatis primo. Vbi Castr. loquitur in pro-
hibitione facta de immittendo pannos forenses
in ciuitatem. ut intelligatur si illic permanserint,
non si id fiat, ut statim abducantur, & ibi Ias. in fi.
sequitur etiam Alexand. in allegato consilio 86.
secunda colum. quarto uolum. Bertachi. in tract.
de gabel. octaua par. primo membr. prima quæ-
stio. numero secundo. Mars. in repet. l. fin. numer.
154. ff. de iurisdictione omnium iudic. Rip. in tra
ctatu de peste. in titul. de præsenta. remed. con-
tra pest. §. deuenio nunc ad modum. numer. 114.
& Boss. in suis uar. tracta. in titu. de fraudan. uecti.
numero quarto. his etiam accedat quod prohi-
8 bitio facta † alicui de stando in aliquo loco. non
habet locum quando is illic est statim recessu-
rus. ut per Mars. in d. l. numero 153. sic etiam di-
spositio facta in eo, qui uenerit ad habitandum
9 in ciuitate. non habet locum in eo † qui habet
animum recedendi, ut in scolare, ut per Alexan.
& alios, vbi Dec. numero tertio. dicit quod non
reputatur in loco quis, cum illic sit ad tempus. in
l. cum filius. ff. si certum petatur. non iniuria, ita-
que dicimus gabellam non deberi de frumento
uendito in ciuitate Ferrariæ, ad finem, ut extra-
hatur, & abducatur, cum non dicatur facta uen-
ditio de re existente in ea, ex quo illic non erat
permansura.

Hanc etiam uerissimam interpretationem a-
pertius declarant uerba subsequẽtia &c. (*Che det-
ti frutti possino fare condurre per sua libera uolontà fuori
del Dominio doue gli parerà, senza alcuno pagamento di
gabella, ò estratta ne per loro ò compratori delli frutti.*)
Cum enim iste ultimus emptor sit emptor istó-
rum fructuum, proculdubio compræhenditur
sub hoc priuilegio non soluendi gabellam, uel
extractionem. nec hic fit distinctio, quæ superius
fit, quando uenduntur in ciuitate, ut scilicet illic
maneant & consumentur. unde generaliter de-
bet intelligi. l. de precio. ff. de publici. nec dubiũ
10 est quin sequentia † uerba præcedentia decla-
rent. l. si seruus plurium. in fin. ff. de legatis primo.
Ale. d. consi. 85, secunda colum. ver. confirmo. &
Ang. consi. 68. Martinus. numero quinto. Et cum
supra fuerit concessa immunitas generaliter a ga
bellis & extractionibus. ista ultima clausula re-
maneret superflua. nisi illam intelligeremus ad-
dere priuilegium omnibus emptoribus, tam pri-
mis, quam posterioribus extrahentibus, dictos
fructus, quod tamen non est dicend. cum uerba
11 † debeant aliquid operari. l. si quando. in princ.
ff. de legatis primo. cum alijs de quibus per Cra-
ue. consi. 297. numero quarto, immò etiam syl-
laba non debet esse sine effectu operandi. Curt.
Iun. consi. 85. numero quarto. Concludo igitur,
quod inspectis uerbis ipsis & eorum recto sensu,
& intellectu, nullo modo potest deberi gabel-
la ipsa.

Quod ex alio & tanto clarius procedit cũ ex-
peditio frumenti fuerit facta sob nomine præfa-
ti Illustrissimi Domini, & sub eius mãdato ei con
cesso pro extractione. & quin etiam (ut audio)
traditio ipsius frumenti fuit facta, prout erat fa-
cienda, extra territorium, quo casu gabella non
deberetur in ciuitate Ferrariæ, etiam quod con-
12 tractus † hic fuisset celebratus, ex quo traditio
erat alibi fienda. Bald. & Saly. in l. multum inter-
est. in fi. C. si quis alte. uel sibi. Bertach. in tract. de
gabel. sexta par. quæst. quarta. numero octauo. &
Tiraquel. in tractat. de retract. titulo primo. §. pri
mo. glo. 2. num. 47.

Cæterùm, quod id fuerit etiam de mente Du-
cis testantis eo modo legare hãc immunitatem,
& exemptionem filijs suis Illustrissimis, quæ mẽs
13 † verbis præferenda est. l. tertia, in fi. C. de liber.
præter. & l. in condirionibus primum locum. ff.
de condition. & demonstrat. Cagnol. in l. semper
in obscuris. numero sexto. & sequent. & in l. sem-
per in stipulationibus. numero tertio, & quarto.
ff. de regulis iuris. ex multis apparet. nã id totum
censetur Serenissimum testatorem fecisse, vt ma

idem

lorem utilitatẽ hñent eius Illust. filij legatarij, & cum minori etiam damno Serenissimi eius hære dis, quam fieri posset. licet enim frumentum extrahendum uendatur semel & pluries, modo extrahatur, nullum damnum resultat gabellæ, & domino illius, cum non consumitur in hac ciuitate, cũ aliud in ea simili summa omnino sit consumendum, & erogandum, pro quo debetur gabella, ut etiam considerauit Dominus Christoforus gabellarius, quando concessit licentiam D. Santhi extrahendi dictum frumentum. sed bene resultaret damnum ipsis Illustrissim. filiis, qui minoris vẽderent fructus ipsos sine hoc priuilegio.

14 quod considerat † etiam Dec. in d. consi. quadragesimooctauo. num. 3. uersic. quarto, ista conclusio. Igitur uoluit, quod si iterum alienarentur fructus in ciuitate Ferrariæ, & eius districtu. Vbi scilicet essent consumendi. cessaret immunitus con cesso, & ita uerisimiliter talis fuit mens cõcedentis priuilegium. secundum quam interpretatio

15 † est facienda. Craue. consi. centesimo trigesimosexto. numero trigesimotertio. nam semper est interpretandũ priuilegium, ut prosit his quib. prin

16 ceps † prodesse uoluerit, non quibus noluerit, ut idem Craue. trad. in consi. 5. num. 15. post Castr. per eum illic citatum.

Et cum uersemur in priuilegio, & beneficio

17 † principis. latissima est facienda interpretatio. l. pen. de constit. princ. Dec. d. consil. quadragesimooctauo. colum. penult. Fulg. consi. 225. Serenissimum. numero secundo. Alex. dic. consi. 192. secunda col. Craue. dict. consi. centesimo trigesimoquinto. numero trigesimosexto. Grammatic. decis. 51. numero quadragesimosexto, & quadragesimooctauo. Sylua. consi. 98. num. 14. & Alcia. in consi. quartodecimo. numer. vndecimo. & 18. num. quinto. lib. 4. & consi. 13. num. 18. & 19.

18 lib. 5. unde non est facienda † restrictio, sed ampliatio ipsius priuilegij. Et tanto magis contra gabellam, contra quam, utpotè odiosam, sempet est facienda interpretatio. Ang. consi. trecentesimo octuagesimoquinto. gabellæ. numero primo. Com. consi. centesimo nonagesimonono. colum. quarta. in primo uolum. Dec. dic. consi. quadragesimo octauo. colum. tertia. versi. sexto. & ultimo. Craue. consi. ducentesimo trigesimo primo. in fi. & Boss. in tit. de uectig. nu. nono. & decimo. Quod sine dubio faciẽdum est, cum priuilegium

19 huiusmodi semper hanc † habuerit interpretationem. unde minimè mutanda sunt, quæ certum habuerunt interpretationem. l. minimè. & l. si de interpretatione. ff. de legi. Alex. ad propositum. consi. 211. in fi. sexto uol. & de obseruantia,

20 quod priuilegium declaret, † uel cõuentionem. Dec. d. consi. quadragesimooctauo. column. prima. & in exemptione Sylu. consi. sexagesimosexto. num. 20. & 88. num. 28. & Alciat. consi. 54. numero undecimo. libro quarto.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz

ADDITIONES.

a In hoc pulcherrimo casu ego huic consultationi libenter subscribo, quia equissima mihi uidetur, licet verear non admissam fuisse a D. Iudice. & si frumentum periculo ipsius uenditoris exportabitur certè Ferrariæ non poterit dici facta uenditio. nam illud pactum arguit uenditionem non fuisse perfectam. l. 1. C. de peri & comm. rei uend. & sic res erit tutissima.

Sed demus factam fuisse uenditionem Ferrariæ, illa uerba testatoris, (*uolessero uendere a Ferrara.*) certè comprehendunt hunc casum arguendo a contrario sensu, uid. Rui. consi. 89. num. 8 in primo. qui multa ad interpretationem similis constitutionis.

Addamus quod priuilegium, quod est uenditoris, transit in emptorem saltem quando ipsè nomine illius extraxit. quando aliquod onus uectigalis quoquo modo conuerti posset in habentem priuilegium, & quando posset facilè eludi ipsa dispositio, ut hic. nam posset prius emptor nomine suo extrahere, & post uendere. ita his concurrentibus in simili casu, imò difficiliori allegatur hic. Dec. consi 48. per tot. & eum sequuti sunt ibidem recentiores Galli, & Alcia. consi 216. Tiraquel cessan cau prima par. num. 16. 17 & gloss. 1 § 1. num. 12 de retract Emilia. consi. 57. nu. 13. Rim. Iuo in additio. ad consilium 202. & 415 Rim Senio.

Clau. Bertax.

ARGVMENTVM.

Gabella an dicatur fraudata, si quis non immunem emptam postea reuendat? Et quando in priuilegio comprehendantur solum primi, & non secundi emptores?

SVMMAE.

1 *Dictio (solum) est restrictiua, quæ adimit facultatem in omnibus alijs casibus.*

2 *Et maximè si est apposita per uerba negatiua.*

3 *Emptores fructuum immunium quando gaudeant immunitate, tam primi, quam secundi.*

4 *Et quando ex reg. l. boues. S. hoc sermone. ff. de verbo sign. sit intelligendum de primis.*

5 *Immunitas gratiosa debet extendi ad personas non nominatas in ea.*

6 *Ratio, & causa finalis ampliat, & extendit priuilegium.*

7 *Dictio taxatiua, & restrictiua, extenditur etiam ad casus similes.*

8 *Dispositio conditionis considerato effectu extenditur ad alium similem casum habentem eundem effectum.*

9 *Immunitatis effectus quãdo id dicatur consum*

 ma-

matus, & non possit amplius extendi.

10 *Dominium quãdo quodamodo sibi reseruet uenditor, uel manyum iniectionem si facta non seruentur.*

11 *Successoris mentione primus, & singularis uenit non ulterior.*

12 *Interpretatio est facienda contra gabellam.*

13 *Iudaica interpretatio quæ sit.*

CONSILIVM CCCLXXXIX.

In Domino confido.

EX alijs multis adductis in prioribus allegationibus satis, & superostẽsum fuit gabellam non deberi frumenti empti per D. Santhem Riccium ab Illustrissimo D. Dono Alfonso, stante immunitate relicta ĩ testamento Sereniss. eius patris omnibus eius Illustrissimis filijs, quæ(iudicio meo(non tolluntur per subtilia dubia proposita per Magnificum consultorem Ducalis Cameræ, fuit enim optimo iure comprobatum, q capitulum exceptionis factæ de emptoribus fructuum illos uendentibus in ciuitate Ferrariæ debet intelligi, ut consumerentur, & distribuerentur in hac ciuitate, uel eius territorio, non autem, ut extrahantur ad alia loca, quod quidem fundamentum adhuc inconcussum manet, nec elisum, uel sublatum ex deductis in dubijs, ad quorum solutionem deuenio.

Primo igitur dum dicitur, quod immunitas cõcessa fuit restricta ad emptores qui uellent conducere fructus ipsos extra statum Ferrariæ, & nõ qñ de nouo uellent uendere in ciuitate, ucl comitatu. & cum uerba sint clarissima cessare uidetur dubitatio. l. ille, aut ille. §. cum ĩ uerbis. ff. de leg. 3. &

1 maxime apposita † dictione (solum) restrictiua quæ adimit facu'tatem in omnibus alijs casibus Bar. in l. 3. §. cum Titio. ff. de alim. lega. quæ etiam apposita extitit per uerba negatiua ibi (*& nõ quan do gli uolessero uendere in Ferrara, &c.*) quæ strictius

2 † abnegant concessionem in alijs casibus. l. quicquid astringendę. ff. de uerb. oblig. & l. luminum. §. ultimo. ff. de seruit. urba. præd.

Respondetur, quod ex uerbis expressis immunitatis priuilegium concessum est omnibus emptoribus fructuum Illustrissimorum dominorum, quo casu ueniunt omnes emptores tam primi q̃

3 secundi, & posteriores, cum† omnes sint emptores horum fructuum immunium natorum, & per ceptorum ex bonis immunibus. & cum sermo sit generalis generaliter est intelligendus, l. de prætio. ff. de public. l. prima. §. generaliter. de leg. præstan. cum alijs trad. ultra alia adducta, in allegationibus per Oldra. ad propositum in consi. 300. factum tale, est col. pen. vers. præterea, & sine dubio procedit cum uerba nõn loquãtur in ementibus ab ipsis Illustrissimis filijs, sed generaliter in emẽtibus fructus ipsorum bonorum. & his omnibus emptoribus indefinitè etiam concessum est priuilegium extractionis dictorum fructuum absque solutione gabellæ. Restrictio uerò facta per uerbum (solum) siue affirmatiuè, siue negatiuè fit, qũ uenderentur in ciuitate Ferrariæ uel districtu. qđ necess. debet intelligi, ut illic cõsumerentur, & finirentur, non ut abducerentur extra dominium, q omnibus emptoribus cõcessum est, ut inferius illic legit, & supra tactum fuit, eo enim casu quo maius fieret præiudicium Principi, (ut in primis allegationibus dictum fuit, immunitas locum sibi non uendicat, & procedit exceptio facta à regula immunitatis generalis, quod etiã ex eo satis probatur, quia si Princeps uoluisset quod semper deberetur gabella pro uenditione facta in ciuitate Ferrariæ per emptores, frustra adidisset tot uerba cum satis fuisset dicere, quod cum alijs uenderent tenerentur ad Gabellam, non autem cũ nollent extrahere, sed uendere in ciuitate uel comitatu seu territorio. quæ uerba remanent superflua, & sine effectu operandi. contra l. si quando. in pri. ff. de legat primo. & cum uerba illa (*Comprator: de frutti.*) de sui proprio significatu compræhendant etiam posteriores emptores ipsorum fructuũ, nõ uideo quare sit in hoc dubitandum, quod etiam

4 alijs rationibus comprobatur. & primò, quia † regula. l. boues. §. hoc sermone. ff. de uerb. signif. q a nobis obijcitur dispositionẽ hãc de primis emptoribus esse intelligendam, non procedit in fauorabilibus, & in his quæ benignam interpretationem recipiunt, ut per Tiraquel. libi. 3. limitatione. & idem est in priuilegio, ut per eundem in 8. limitatione, ubi nu. 5. citat dictum consilium Oldrad.

Secundò, quia cum interpretatio latiss. sit facienda in Principis benef. ita, ut extendi debeat

5 immunitas ad personas; non nominatas in priuilegio, ut firmant quam plures ex citatis, in primis allegationibus, & maxime Fulgo. consi. 225. nu. 2. & ad propositum Dec. consi. 48. col. pen. tanto magis si proprietas patitur uerborum, & nulla est facienda extensio.

Tertiò, cum dicta immunitas fuerit concessa fauore, & ad utilitatem ipsorum Illustrissimorum Dominorum filiorum, & emptorum, ut in dicto legato. (*in fauore, & benef. delli prædetti quattro suoi figluoli, & de suoi descendenti, & conduttori d'alcune di loro, & compratori si delli beni, come delli frutti*) ratio ista, & causa

6 finalis ampliat, & extendit† priuilegium ad casum non expressum, & si loqueretur in casu speciali Craue. consi. 135. nu. 32. unde si potest extendi ultra casum expressum, quare non debet comprehendere casum ex uerborum proprietate comprehensum.

Et hoc fundamento stante cessat motiuũ, quia hic non sumus in casu restrictionis, qñ emptores tam priores, quàm posteriores nollẽt extrahere frumentũ, sed uẽdere Ferrarię, uel indistinctũ, cũ hic secundus emptor potius uoluerit extrahere.

quàm

quàm uendere Ferrariæ,& solum hic casus uenditionis factæ Ferrariæ, ut inde non extrahatur censetur exclusus à priuilegio immunitatis in quo nos non uersamur,cum emptor uoluerit omnino extrahi,& hoc pacto uendidit, & in capitulo immunitatis consideratur eius uoluntas extrahendi,uel non extrahendi.præter id quòd taxatiua,
7 & restrictiua † dictio extenditur etiam ad casus similes,ut per las.nume. 11.in 2.limitatione, & Cagnol.num. 32.in ead.2.limitatione in l. 1.in prin. ff.si quis ius d.non obtempe.quo fit ut admisso φ uerba loquerentur etiam in primis emptoribus, quod certè dici non potest ex prædictis,cum priuilegium immunitatis sit concessum emptoribus tam bonorum , quàm fructuum aliquorũ ex eis, ut in capitulo immunitatis. & fienda esset extensio ad alium casum , cum casus tantummodo exceptus sit quando fructus uenderentur in ciuitate,& districtu,ut illic remanerent,non ut extraherentur,quòd tam ex ui uerborum quàm ex mente concedentis factum esse alias fuit comprobatum,nō propterea gabella deberetur, cum casus sit similis inspecto effectu,quo effectu considera-
8 to extenditur etiam dispositio † conditionis ad alium similem casum habẽtem eundem effectũ, ut per Bar.in l.Gallus. §.& quid si tãtum. ubi Soc. nu.6.ff.de lib.& posthu.Dec.consi 227.col. fi. & Soc.Iun.cõs.90.nu.27.& 106.nu.13.& 23. 1.uol.

Non obstat etiam , quod dicitur in dubijs respondendo ad rationem de effectu non consumato,quod censeatur consumatus quo ad primum emptorẽ qui aliter uendẽdo non potest amplius
9 extrahere, † unde tenetur ad Gabellam ut admittit Dec.allegato consi.48.ad fi.quia negatur fuisse effectum consumatum,ex quo cum tali pacto, ut extrahantur sit facta uenditio,& non aliter,immo uendens habebat curam extrahendi , nec dubium est quod poterat extrahere (pro ut extraxit)& cum uenditor eo pacto uendidit, ex quo
10 † dominium censetur sibi quodammodo reseruatum,uel manus iniectio si pactum non seruaretur,argumento.l.si Titius.ff. de seruis expor.cum alijs trad.per Bal.in l.pe.in addit.in fi.ff.de cõtrahen.empt.& Tiraquel.in tracta.de retract.ti. 1.§. 1.gl.2.num.34.Qd autem admittit Dec.in d.consi.non facit contra hanc partem,tum quia in casu suo omnes emptores fructuum non erant immunes,ut in casu isto,tum quia id procederet si uenderentur in ciuitate non ut extraherentur.

Sicut etiam cessat respõsio quæ datur ad clausulam immunitatis(*Et che ditti frutti possino fare condurre*)nam quod ex ea intelligatur indulta licentia solummodo Dominis & emptoribus conduci faciendi extra dominium fructus absque solutione gabellæ seu extractæ,eo casu quo emptores emissent, ut exconducerent non ut de nouo uenderent in ciuitate , quia alias resultaret cõtrarietas dispositionis ipsius quæ Paulo ante statuit emptores nõ gaudere priuilegio nisi eo casu quo uellent conducere extra statum,& non est uerisimile quod uoluerit in continenti se corrigere dãdo licentiam eis pro eorum libera uoluntate extrahendi,non officit extensioni nostræ. Quia intelligendo φ immunitas sit realis,& concessa omnibus emptoribus tam primis quàm subsequentibus præterquàm in casu reseruato , quando nõ uellent extrahere sed uendere iterum in ciuitate Ferrarię,cessat omnis scrupulus & intellectus clarus,& apertus de plano procedit, nec resultat aliqua contradictio,uel contrarietas,sed intelligendo secundum sensum conductoris Gabellarum de primis emptoribus , clausula esset superflua, cum supra fuisset dispositum de extractione ipsa sine solutione extractionis uel gabellæ,ut dixi in alijs allegationibus , nec est etiã uerũ φ immunitas censeatur cõcessa in casu quo primi emptores uellent adducere fructus extra dominium cũ possent illos consumere in suos usus, si uolunt, & non tenentur ad gabellam,sed si uellent uendere ut secundi emptores consumerent, & non abducerent locum haberet exceptio , & deberetur gabella,& hic(iudicio meo)est uerus sensus d.cap.

Vltimo non obstat, quod non ueniant alij emptores præter prædictas ex quo de prædicto sin-
11 gulari successore † uenit facienda interpretatio, non de ulteriori,Tiraquel.in tracta.de retract.eo uen.§.1.glo. 6.nu.18.quia contrarium est uerius, ut per eundem Tiraquel. in d. §.hoc sermone in 3.& 8.limitatione,& latè trad.Oldra.in d.consil. 300.præter id quòd Tiraquel. in loco in dubijs citato inferius nu.20.aliter tenet, & cum immunitas fructuum percipiendorum ex rebus de quibus in testamẽto sit realis, ut ostendi ex consilijs Alex.Alcia.& aliorum in primis allegationibus, & in genere de emptoribus ipsorum fructuum loquatur,non uideo quo iure uelimus intelligere illam in primis emptoribus propter illã exceptionem,quę potest conuenire omnibus emptoribus etiam posterioribus,ut ita demum teneantur ad Gabellam,cum noluerint extrahere, sed uendere in ciuitate uel territorio,qui non est casus noster,& interpretari ad fauorem gabellæ uerba,
12 cum tamen contra eam sit facienda † interpretatio,ut alias dictum fuit,& trad.etiam Tiraquel.in tracta.de leg. conub. glos. 2. nu. 29.& certè hæc
13 mihi uidetur iudaica interpretatio † de qua loquitur Bal.in consil.294.ad euidentiam.in fin. 1. uol.Vbi dicit quòd de istis iudaicis , licet nõ sint iudęi mundus est satis repletus , & sequitur Craue.in consi.3.nu.23.

Laus Deo Opt.Max.

Barth.Bertaz.

A R G V M E N T V M.

De pœna illius qui non tradidit quod tradere promiserat, & non seruauit conuenta.

Damnum & interesse an possit peti eadem uia executiua ex statuto sicut petitur debitum principale?

S U M M AE.

1 *Mora incurritur si post diei lapsum non traditur res promissa.*

2 *Interesse debet̃ ẽt quãdo q̃ nõ solito negotiari.*

3 *Solito autem negotiari debetur lucri cessantis.*

4 *Pactum de stando simplici dicto alicuius circa damna & interesse ualet.*

5 *Nec potest reuocari si reuocatio processit sine iusta causa.*

6 *Executio an si datur instrumento ex statuto ita detur, si agatur ad repetitionẽ cã non sequuta.*

7 *Et si contractus est nominatus datur actio ad æstimationem quanti plurimi post moram.*

8 *Interesse si expresse non est conuentum uigore statuti non potest agi ad illud.*

9 *statutum de executione instrumenti, habet locũ etiam si ex instrumento non expresse sed tacite ex eo aliquid contineatur.*

10 *Interesse potest peti per uiam executiuam ex forma statuti de execut. instr.*

C O N S I L I V M CCCXC.

In Domino confido.

MALE' proculdubio fuit iudicatum
ad fauorem Dñorum Hyppoliti de
Fantis, & Hier. Borilei cõtra D. An. de
Abbatibus, agẽtẽ ẽt nomine D. Hier.
de Seotis eius consotij, absoluendo reos conuen
tos ab obseruatione iudicij, cum debuisset cõtra
reos conuentos D. prætor cõmittere executionẽ
instrumenti petitam pro sorte, & expẽsis, Ex quo
fundata erat intentio agnatorum. nam cum ipsi
D. Hyppolitus & Hier. conuenisset infra certa ex
pressa tempora dare, & tradere ipsis consocijs a-
ctoribus milliaria sexcenta, fassinellarum condu
cta ad ciuitatem Venetiarum, & illa non dede-
rint non tradiderint, & per dierum lapsum fue-
1 rint † constituti in mora. l. magnam. C. de contra-
hen. & cõmit. stip. & l. uinum. ubi doct. ff. si cert. pe
a ta.ᵃ proculdubio tenebantur, & tenentur ad æsti-
mationem illarum habita ratione quanti pluri-
mi ualuerint à tempore moræ. l. 3. §. fi. & l. si steri-
lis. §. causa per uẽditorem. ff. de act. emp. ubi Bart.
& alij. & quod interesse debet ex quo non est ex-
2 tra rem etiam quod † non essemus in solitis nego
tiari. Ias. in l. 3. §. fi. ff. de eo qđ cert. loco. Cagnol.
in l. unica. nu. 52. C. de senten. quæ pro eo quod
b inter. profer.ᵇ tãto magis igitur cum etiam. ut in
processu probatum est, ipsi actores sunt soliti ne-
3 gotiari, quo casu interesse † sibi debetur lucri ces-
santis, ut per doct. communiter in d. l. unica. & in
d. §. fi. de quo etiam per Benuenut. strac. in tracta.
de mercat. in ti. de cõtract. mercat. nu. 3. 4. & seq.
ad qđ ẽt interesse ipsi debitores tenentur uigore
pacti in instrumẽto cõuẽti, ĩ quo expresse pepige
rũt, qđ in casu quo nõ obseruauissent, liceret illis
eas emere in d. ciuit. Venetiarũ expẽsis ipsorum
debitorum. unde cum probatum fuerit, ꝙ d. tem-
poribus communiter in d. ciuit. uendebantur in
rationem lib. 25. monetæ uenetæ pro quolibet
milliario non est etiam dubitandum quin ad il-
c lud pretiũ & æstimat. teneantur ipsi rei conuenti.ᶜ
Et respectu ipsius D. Hypp. de Fantis q. arctius
se obligauit in instrumento ratificat. rogato per
D. Franc. Benuenutum in causa producto, tanto
minor est difficultas ex quo ipse conuenit in d.
instr̃o de stãdo semplici dicto ipsorũ actorũ, de
omnibus eorum damnis interesse, & expensis, &
ipsi iurauerunt se tanti passos fuisse ob moram di
ctorum debitorum, ut in proc. nec dubiũ est quin
4 d. conuentio, † & pactum ualuerit, Bar. & commu
* niter *omnes in l. fi. ff. de præt. stip. & in l. iusiuran
dũ quod ex conuentione. in prin. ff. de iur. iur. Io.
de Ana. cons. 31. præsupposito. col. fi. Alex. consi.
37. uiso, & oportune. col. pe. 2. uol. Dec. in c. 2. nu.
10. de fid. instru. Alcia. in l. 2. §. eadem. ff. de uerb.
oblig. cũ alijs trad. per Plot. in l. si qñ. nu. 740. &
seq. C. unde ui. Afflict. dec. 91. nu. 11. & Benuenu.
d d. tract. in ti. nu. 6.ᵈ nec potuit reuocari d. pactũ ꝓ
ut fuit reuocatum per D. Hypp. ex quo reuocatio
5 † processit sine aliqua iusta causa, ut per Ang. &
alios cõtra Bar. in d. l. fi. Afflict. Benuenut. & Plot.
* latè in d. locis, ubi attestãtur de communi, *quã
ẽt tenet Bertrã. in cõs. 341. nu. 4. & 5. 2. uol. 1. par.
Nec obstãt modo, ea q̃ in dubijs adducebãtur
ꝑ D. ꝑtorem in cã principali & q. bus ipse fuit mo-
tus ad absoluẽdũ aduocatos ab obserua. iudicij.
Et primo ꝙ stat. nr̃um dãs execut. instrumẽtis pro
cedat qñ agat̃ ꝓ adimplemẽto cõtẽtorũ in instr.
6 secus si ad repet. cã † nõ sequuta, Bal. in cõs. 190.
Sempronius. 2. uol. col. fi. in uer. & est cõsiderãdũ.
Quia Bal. loquit̃ in casu à nr̃o penitus diuerso, &
diuersã rõnẽ hẽt, in illo. n. fuit celebrat⁹ cõtract.
cãbij in quo si nõ seruant̃ ꝓmissa agit̃ ad repeten
dũ cõdit. ob cãm, q̃ nõ nascit̃ ex ipsa scriptura in-
str̃i, sed ex quasi cõtractu, in quo scriptura nõ me
ret̃ executionem ex quo non agit̃ ſm tenorem in
strumẽti, sed ex noua causa ut ipse formaliter di-
7 cit; nos uerò uersamur † in contractu emptionis
fascinellarum nominato ex quo statim nascitur
actio emptori ad petendũ rem, & eius æstimatio
nẽ quãti plurimi ualuerit post morã, si res nõ fuit
tradita loco, & tẽpore conuẽtis. d. l. 3. §. fi. & d. l. si
sterilis §. cum per uenditorem, & ita agitur ad cõ
uenta ſm instrumentũ, & obligationem in eo fa-
ctam, non ex alia causa, postea nata ob contra-
factionem ut ad repetitionem conditione ob
causam, & sic cessante ratione decisionis cessat ip
sa decisio. l. quod dictum. ff. de pact. et ex diuersis
non infertur, l. Papinianus exuli. ff. de minor. Præ-
terea cum in utroque instrumento fuerit expres-
se conuentum quòd ipsi uenditores tenerentur
soluere interesse casu quo non traderent ligna,

dubium

dubium non est, quòd tenebantur uigore illius
expressę promis. cõtentæ in instro, ut statim dice
tur, & sic Bal. consilium non facit ad propositum.
Secundò non obstat, quòd non potuit agi ad
ista interesse uigore statuti, ex quo in instrumẽto
8 illud non legitur expresse fuisse †conuentum, Bar.
in l. 1. in fi. prin. ff. de his quæ in test. delen. & Dec.
in l. fi. nu. 36. C. de edict. diui. Adr. tol. qa 1. sumus
extra omnem difficultatem, cum specifice in in-
strumentis tam contractus uenditionis, quàm ra
tificationis fact. per D. Hypp. appareat, quod fue
runt promissa huiusmodi interesse in casu quo li-
gna non traderentur. 2. quia illa opin. non est cõ
muniter recepta, cum statutum habeat etiam lo-
cum, & si ex instrumento non expresse sed tacitè
9 tantum aliquid contineatur, uel ex eo †resultet se
* cũdum comunem* doct. opinionem, quam te
net Alex. in l. iurisgentium. §. quod ferè, ad fi. ff. de
pact. in consi. 126. num. 3. & seq. in 6. Fel. in c. trã-
slato. 2. col. de constit. Cur. iun. consil. 139. num. 4.
& 159. nume. 8. & Dec. met. in consi. 507. numer.
5. & 6. & nouissime. Octaui. Cacher. in decisioni-
bus senat. Pedam. decisione. 129. nu. 16.
Tertiò, & ultimo non obst. etiam id in quo du
bitauit D. prætor, ꝗ fuerit petitum damnum, uel
interesse passum, quod non legebatur in instru-
mento, nec illius probatio quantitatis similiter
in illo poterat legi, cum ex post iuramentum fa-
cta fuerit, & actore non probante reus absoluen-
dus, uulg. reg. l. qui accusare C. de eden. nã non
est dubium, quod instrumentũ continet promis-
sionem interesse, & pro eo potuit peti executio,
& subinde illud liquidari in processu, ut disponit
statutum nostrum, de modo, & forma procedẽ.
quando de debito apparet per pub. instrumen-
tum. Nec est etiam dubium quod de iure pro in-
10 teresse †potest peti executio ex forma talis statu
ti, & postea in processu liquidari, ut per Bart. l. 1.
nu. 17. ff. de leg. 2. & in l. prima, ubi Cast. ff. de edẽ.
Antonius de Canar. in tracta. de execut. instru. q.
14. Zuccar. in d. l. fi. nu. 176. C. de edict. diui. Adr.
* tol. & est cõmunis * opin. ut per Didac. Couaru.
in c. 11. 2. lib. suarum resolutionum. nu. 1. & seq. &
habetur in dicta decisione Pedemont. 129. nu. 9.
& seq. licet etiam potuit fieri liquidatio prius ꝑ
iuramentum ut supra deductum fuit, & exinde
peti executio, ut omnes admittunt, & cũ petitio
interesse in utroque instrumento promissi tẽdat
ad id ꝗ ualebant ligna tempore quo tradi debe-
bant, quod ex abundanti in processu est proba-
tũ per testes, ne dum tenetur D. Hypp. cõtra quẽ
vigore pacti cõuenti potuit iurari, sed ẽt D. Hier.
correus, q. se obligauit in solidũ ad tale interesse,
& ad tradit. lignorũ ut in instro pred. Ex qb. adill
tis ad ea q̃ ꝓ solutione dubiorũ d. D. p̃toris addu
cta fuere p Mag. D. Coaduocatũ, in ea sẽtẽtia resi
deo, ut reformãda ueniat snĩa, & cõmitt. sit execu
tio instri contra debitores pro sorte, & expensis.
Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ADDITIONES.

a Et hoc procedit maxime si lata est sententia, & commissa executio iuxta trad. per Bar & alios in d. l. vinum. & in l. in hac & in l si ff de condi. tritica & in l. 3. §. in hac. ff. commo Alex. consi. 64. col. 2 in 7.

b Quod procedit etiam usque ad tempus executionis snĩæ vt per Bar. in d. §. in hac. nu. 14 Capic dec. 19 ad fi. Alcia in l. vnic nu. 61. C. de sent. quæ pro eo quod inter.

c Sed quid si dicatur emptori non competere actionem nõ facta oblatione pretij l. Iulianus § offerri ff de act empti Ancha. 321. in princ. nu. 1. Dec. 421. nu. 7 Equidẽ ẽt non facta oblatione pretij emptor potest agere & obtinere, si pretium non sit per reum petitum, uel de eo in processu exceptum, ut trad Bar & Ias in l. si duo patroni. §. si quis ignorauerit, ubi Ias 3. col. ff de iureiu. & hæc
* opinio est cõmonis,* ut tenent plures citati per Boer. decis. 124. num 2. & Dec. ipse sibi parum constans in consi. 298. num. 1. Tiraquel. in tract de retracti. titu. 1. §. 1. glo. 17. num. 4. quam opinionem examinat latè, & secundum eam concludit And. ab ex ca, in tract de pact. numero 424.

Rursus, quid si debitor opponat ignorasse cõuenta, & offerat velle iuramento hãc suam ignorantiam probare? vtique non excusabitur quia scĩa præsumitur in facto proprio. l. fi. ff pro suo, & saltem tenebatur scire, unde non poterit se excusare, quia paria sunt scire, & scire debere. l quod te. ff si cert pet. & ibi Bar. & alij dicunt debitorem propter ignorantiam a mora nõ excusari, & ibi per Rip post alios in nu. 164. & seq. & in debitore hoc est c arissimum in quo tanto minus obliuio est præsumenda. Bal in c. fi. nu. 16. de cõfess. Rip ibi nu. 66 Imò data longitudine temporis facti notabilis ignorantia non præsumitur, ut tenent plures citati per Cra. cõsi. 134. nu. 31. Et hoc procedit maxime si debitor partẽ facti narrauit, & sciebat. nã tunc totius rei gestæ sciam habere præsumitur. l. nõ est ferendus. ubi Cast. ff de trãsac. Alex. consi. 102. visis. 3. col. in 1. & Crau. consi. 74. nu. 2 Et nõ solũ ignorantia facti proprij nõ excusat sed ẽt facti alieni, quando debitor põt habere sciam si utatur diligentia Rui. consi 88. nu. 12. in 5 Et iuramento hmõi ignorantia probari non potest, ex quo iurans hẽt iuris præsumptionẽ cõtra se, ut per Ias post alios quos citat in § sed istæ quidem. num. 92. Instit. de actio. nec repugnat Alcia. de præsump. 3. reg 16 præsum. nu. 2 in fi. quando efficacior uerisimilior est præsumptio iuris, quàm illa quæ oritur ex iuramento.

Vltimo quęramus de oblatione, an illa facta cum fideiussore excuset a mora, & dicimus.

Primò, oblationem hanc factam post litis contestationem non excusare debitorem à mora iam incursa Affl. dec. 174. ad fi. & Boer. d decis 124. nu. 29.

Secundò, idem est si mora est geminata Gozad. consi. 57. nu. 18. & Cæpol. d. decis 19. nu. 4.

Tertio, oblatio generalis ad ea ad quæ de iure quis tenetur non releuat, qoando debitor scit uel scire debet se teneri. Aret. consi 143. ex facto in ult. dub. Alex. consi. 102. 3. col in 1. & Nat. consi. 153. nu. 15. Et quando ut in casu præsentis cõsultationis debitor scit se teneri tradere quantitatem certam, tunc non est opus deponere uel offerre, sed requiritur actualis traditio, & oblatio nõ facta secundum obligationem non releuat Ruin. 119. nu. 11. in 5.

Quartò, qñ debitum non est certum, sed implicitum & illiquidum saltem pars certa est deponenda, uel soluẽda. Alex in l. si mora. nu. 4. 3. limit. ff sol. mat. & in d. cõsi. 102. col. 3. Rip. in d. l. quod te. nu. 67. Negus. in tract. de pign 2. par. 3. memb. 5. par. princ. 3. limita. & Tiraq. in d tract § primo. gl. 19 nu. 2.

Quintò si pars non recuset nello recipere rem debitam euanescit oblatio, ut per oẽs in d.l. si mora. & in l. q. Romæ. ff. de uerbo obliga. Negus. d. loco allegato, & Boer. d. decis. nu. 30. Et licet oblatio admittatur eius rei quæ realiter in iudicio offerri nequit, attamen procedit quãdo fieret antequàm debitor incurreret morã, Card. consi. 67. casus talis. 2. idem est quando constat quòd debitor habet rem paratã solutioni, Bal. in l. acceptam. 3. opposit. nu. 6. C. de usur. Alex. in d. l. si mora. nu. 4.

Tamen si iniqua sit taxatio debet reduci ad æquum arbitrio boni iudicis l. si libertus iurauerit. ff. de ope. liberto. Ray. in l. si quis in conscribendo C. de episco. & Cleri. trad. docto. locis supra adductis & Alex. d. consil. 37. col. fi. in 2.

Sed quid si lata sententia condemnatio facta est de sorte, & nulla est facta æstimatio rei non traditæ quanti plurimi? In executione poterit hoc officio iudicis declarari. ut not. Bal. in d. l. uirum col. fin. uersic. nunc uenio, ibi castr. colu. 2. nu. 5. Cagnol. nu. 5. Alcia. in d. l. unica. nu. 6. uersi. dixerit fortasse. & in specie ita declarat Paris. consi. 87. nu. 21. in 4.

Et licet lata sententia sit finitum officium iudicis ad interesse cõpetẽs l. 4. C. de posl. l. terminato. C. de fruct. & lit. expens. quia cum interesse huiusmodi ueniat officio iudicis mercenarij non potest subsistere sine principali & cessat principali actione sublata Bar. in l. fi. nu. 4. ff. de eo quod cer. loc. & trad. docto. in l. qui restituere ff. de rei uendi. Attamen aliud est, an possint deberi accessoria lata sententia super principali, quo casu illa iura loquuntur quo est etiam concludendum non facta solutione posse ad ea de nouo agi secundum Saly. in d. l. quarta. in sua distinct. in uers. aut non soluit. & ibi idem tenet castr. in usur. uel interesse, aliud est in æstimatione rei quæ debetur propter moram ut supra, quia lata sententia non cessat officium iudicis, sed durat etiã in executione, imò uenit etiam æstimatio quam si pluri mi post sententiam usque ad tempus executionis, Bart. in d. §. in hac. num. 7. & nu. 14. & Capi. d. decis. 19. ad fi.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Qui accusauit de falso alium, & non probauit crimen, an dicatur atrocem iniuriam intullisse?

Et an iuuetur iste ab emissam protestationem, adeo ut ingratitudinis nomine non sit priuandus propterea donatione?

SVMMAE.

1 *Donatio ut possit reuocari ratione ingratitudinis atrox iniuria requiritur.*

2 *Iniuriarum pœna non debetur, si quis mouetur ex aliqua causa ad inferendum iniuriam etiã extra iudicium.*

3 *Iniuriarum non tenetur qui dicit aliquod uerbum iniuriosum coram officiali, ut quis pecuniatur, & castigetur.*

4 *Item si quis faciat ex aliqua iusta causa, & correctionis gratia.*

5 *Idem si quis obijceret crimen falsitatis alicuius ut facilius rescriptum à Principe impetraret.*

6 *Et maxime si Reip. interesat tale crimen detegi propter pœnam applicandum filio.*

7 *Supplicans Principi falsum exprimens de aliquo tenetur iniuriarum.*

8 *Iniuria infertur grauis ob imputationem falsitatis.*

9 *Iniuriarum tenetur qui uexandi gratia aliquẽ ad iudicis tribunal interpellat.*

10 *Item qui curat sine iusta causa detineri, uel inquietari.*

11 *Procurator fisci tenetur iniuriarum, si alicui crimen obijciat non uerum.*

12 *Iniuria est atrox facta coram indice, uel Principe, in palatio, uel in Thalamo Principis.*

13 *Iniuriarum non tenetur qui probat crimen uerum quod obiecerat, secus si falsum est.*

14 *Et delicti probatione opus est ut quis excusetur.*

15 *Calumniator, est & tenetur pœna calumniatoris qui crimen non probauit.*

16 *Protestatio non facere animo iniuriandi nõ excusat aliquem ab iniuria.*

17 *Iniuria infertur si quis dicat, non fui condemnatus ego de falso.*

18 *Aut tadet me te fuisse condemnatum de falso.*

19 *Donatio potest reuocari ob atrocem illatam iniuriam.*

CONSILIVM CCCXC.

In Domino confido.

NVNC refricatur in dubiũ reuocatio, cuiusdã donationis ex quo ñ videat
1 cõstare de atroci ĩiuria, † quę hoc casu exigit l. fi. C. de reuo. don. ubi oẽs c. fi. de donat. Et licet donatarius porrexerit preces principi, & narrauerit falsitatem comissam, & petierit tale crimen puniri, non propterea dicetur donatori illata iniuria talis quæ uideatur sufficiẽs ad reuocationẽ, cum licitum sit recurrere ad superiorem, & narrare quod talis comisit tale delictum, ad finem quod si uerum esset puniretur, & tali casu non dicitur facta iniuria, ex quo non videtur factum animo iniuriandi, quia ubi ex aliqua causa quis mouetur ad aliquam iniuriã
2 alicui inferendum etiam extra iudicium, nõ † punitur aliqua pęna, l. item apud Labeonem. §. si qs astrologus, ubi gl. in uerbo, si quis. ff. de iniur. & Doc. exemplificant quando quis dicit coram superiore aliquod uerbũ iniuriosum, ad finem, ut
3 quis puniatur, seu castigetur † ut pœna eius transeat alijs in exemplum, Oldra. consil. 53. nume. 2. Roma. consil. 96. 2, colum. uersiculo, uel dicitur coram superiore, & ubi profertur aliquod uerbũ iniuriosum ex causa correctionis uel alia iusta

causa,

4 causa, † qđ quis nō teneať pęna iniuriarū est cōis
* *concl.ut per Rip.in d.l.fin.q.7.Fel.in ca.cum te,
de re iudi. Didac. Couar.lib.primo resolut.c. 11.
num. 6. vers. sextum iuris est.Pet.à Plaz. libr.pri-
mo epit.delict.c.primo.nu.4.vers.quo fit si crimi-
nis obiectio.Craue. consi. 168.nu.3.Boss.in tit.de
iniur.nu.3.& 4.& cum aliquis in præcibus Princi
pi porrectis obiecisset crimen falsitatis alicui, ut
5 facilius à Principe rescriptum † obtineret, nō te-
neri actione iniuriarum consuluit Roma.d.consi.
96.ex quo talis falsitas obiecta in pcibus fuit non
animo iniuriādi, sed ut facilius petita in impetra
6 rentur,& maxime quia intererat † rei publicæ ta-
le crimen detegi propter pœnam applicandam
fisco, sequitur Boss. d.tit. de iniur.nu.4. & in tit. de
inquisit.nu. 126. & seq. & Mandos. plures allegat
in addit. ad Rom. d. consi. 96.& in terminis trad.
Rip.in d.l.fin.q.7.nu. 26.& sequ. Quod tanto cla-
rius procedit consideratis uerbis suppositionis,
uerum quia ad eius notitiam nūc peruenit, quod
dictum instrumentrum est falsum, & etiam par-
titæ quę in eo continentur statuit detegere uerita
tem,& sic curare,ut error debita institia puniatur
ex quibus uerbis uidetur dici posse nullam fuisse
illatam iniuriam D.Iosepho.

Quibus tamē minime attentis persisto in prio-
ri sententia, quod donatio hæc in præiudicium
dicti D. Francisci donatarij propter ingratitudi-
nem in donatorem comissam reuocari possit, d.l.
fi.& d.c. fi. num. nec dubito quod imputatio da-
ta Domin. Iosepho de falso in supplicatione por-
7 recta Principi, nō faciat ipsum teneri † de iniuria
per tex.in d.l.item apud Labeonem.§.siquis libel
lo.ff.de iniur. & in terminis Soci. in consi. 118. 2.
dub.nu.5.ver.sed his non obstantibus.primo uol.
Quod tanto clarius est, cum ne dum hoc in præci
bus porrectis principi expresserit, sed etiam sup-
plicationem coram iudice delegato produxerit,
quinimò prius, uel post (ut audio) fecit auferri p
iudicem,uel per D.pretorem Carpi omnes scrip-
turas de domo D. Iosephi, & deponi penes offi-
cium. & etiam sigillari capsas suas, & bona quæ
sigillata steterunt, & multos menses hac de cau-
sa,ista itaque imputatio de falsitate grauem intu-
lit iniuriam imputato, & facit imputātem de iniu
8 ria † teneri,ut admittit Ang. in consi.250.D.libe-
rina. primo, & 2. dub.& firmant Anch. consi.22.
super primo dub.nu.1.& 2.& in eodem casu con-
suluit Cuma.consi.74.nu.4. ubi idem tenet,& idē
tenet Soci. in d.consi. 118.in prin. sequitur.Boer.
consi.4.nu.37. sic etiam tenetur actione iniuriarū
9 qui alium uexandi causa † ad tribunal alicuius in-
terpellet, quod lōgè minus est, l. iniuriatum. §. si
quis per iniuriam.ff. de iniur. Soci. d. consi. num.
5.Quod etiam admittit Ang. d.consi.250.nu.2.&
firmat Bertran.consi.133.nu.7.3.uol.2.par. sic ēt
de iniuria tenetur qui aliquem capi personaliter,
10 uel eius bona detineri, uel inquietari † nulla iusta
causa præcedente, curauit, Guid. Pap. q.324.si
11 quis Titium.quinimo etiam † procurator fisci te-
netur si alicui in iudicio crimen obijciat non ue-
rum,uel molester, uexet, uel inquietet indebite;
Craue.d.consi.168.2.dub.Dubium autem nō est
iniuriam esse atrocem si fiat coram iudice,& tan-
to magis coram principe. §.atrox. Instit. de iniur.
12 nu.5.loquens † in iniuria facta in palatio, uel tha-
lamo Principis,& Antonius Gomes.tom.3.suorū
tracta.c.6.de iniur.nu.4. & de iniuria facta in iudi
cio quod grauior sit,trad.etiam Anch.d.cōs.225.
num.2.& Bos. d.nu.5.& Craue.d.cōs.168.nu.11.

Nec obstant ea quæ supra in contrarium ad-
ducta fuere, quia si uideantur ea omnia diligen-
tius apparebit,quod omnes Doct. citati loquun-
tur quando delictum imputatum, vel obiectum
alicui esset uerum, uel probaretur, secus uerò si
13 esset falsum, uel non probaretur, & † ita etiam in
telligunt Doct.hāc materiam in l.fi.ff. quod quis-
que iur.& Oldr.& Rom. præsupponunt, quod de
delicto imputato constaret.alioq; male dixissent,
& consuluissent, & quod opus sit probatione, ut
quis excusetur,& ea non facta excusari,nequeat,
14 sed † teneatur de iniuria, declarat Anch.d.consi.
225.nu.1.& 2.& Comen.in d.74.Soci.dicto.118.
prima,& 2.dubitatione.& consi.146.nu.1.2.pri-
mo uol.cui sub scripsit Corn. consi.80.in vers.Fe-
li.in c.primo.nu.18.de except. Bertra.d.cōs.133.
nu.7.& seq. Boer. d.consi.4.nu.36.& seq.Bos.d.ti.
de iniur.nu.4.vers.sed aduerte,& inferius dicit es-
* se communem * opinionem. nu.21.quam etiam
dicit communem Iul.Clar. in praxi. cri. §. iniuria
uers.item quæro, & si uerum esset,quod quis pos-
set de falso uel de alio delicto aliquem deferre,&
nullam pœnam incurreret,sed posset excusari, li-
cet delictum non probaret, nullus de callumnia
15 posset etiam teneri, uel actione iniuriarū. † quod
est contra tex.in l.nostris. C. de calum. & in l.si nō
es nunciator,& ibi glo.& Doct.C.de iniur.p quas
ll.ad propositum uoluit eum teneri,Rom.in cons.
97.uiso themate.nu.2.debet enim qs prius se be-
ne informare de ueritate facti priusquā alium de
delicto imputet,& non debet assecurare ꝙ igno-
rat.l.Iulianus. in pri.§.quid tamen.ff. de act. empt.
Nec modus uerborum scriptorum,uel prolatorū
16 iniuriantem excusat,quia non † sufficit protesta-
tio quando delictum non probatur,ut per omnes
in d.l.fin.& Soci.ad propositum in consi. 118.nu.
5.ad fin.& nu.seq.nec consideranda est qualitas
uerborum,sed effectus ad iniuriam inferendum,
unde si alicui diceretur,ego nō fui condemnatus
17 de falso, fieret illi iniuria † quasi inferret sicut tu.
18 Boer.d.cōs.4.nu.17.uel si diceretur, me tædet † te
fuisse condemnatum de falso, uel de tali delicto,
Ang.in l. testem.ff.de iniur. Bert.consi.37.in prin.
2.uol.prima par. Boer.latè.d.consi.4. nu.1e. cum
pluribus seq. Concludo igitur, quod ex quo non
fuit probatum de delicto imputato dicto D.Iose-
pho, quod grauis, & atrox sibi fuerit illata iniu-
19 ria, & per consequens possit a reuocare † dona-
a tionem ipsam.d.l.fin.& d.c. fi.Anto. Gomez.tom.
3.suorum tracta.c.4. nu.14.& in terminis Ripa. in
d.q.7.

d.q.7.nu.28.uersic.secundo casu.ubi expresse loquitur si conuicium probetur, quo casu si non probatur remanet clara resolutio quod donatio reuocatur. Laus Deo Opt. Max.

Barth.Bertaz.

ADDITIONES.

a Potest autem reuocari propter ingratitudinē ut in d.l.fi. quod maxima rōnę introductū est, ne ēt ultro illudāt donatores, iniuria quæ afficiāt ingrati donatarij ut per Clar.in §.Donatio.q.21.

Sed in hac re est difficultas maxima, quæ in facto sæpe contingit,& quam non explicat ibi Clar.& est, quòd cum donatores promittāt ut plurimum, non reuocare donationē ullo unquàm iure uel cā ēt ingratitudinis,& si maximæ ne dū paruæ,quā ex nūc pro ut ex tūc,& ècōuerso sciēter & æquo animo donatario remittunt accedēte ēt iuramēto ī ampla forma pstito,an possint ob iniuriam similem illatam donationē reuocare,& infringere,& cōtra ipsum donatariū agere dicta de cā uel ipsum donatariū agētē exceptione repellere.in quo puncto,ut dixi maxima uersāt difficultas,q̄a multi tenēt partē ne-* gatiuā,& aliq̄ ex eis affirmāt esse cōmunē* sniam,ut p Rip in d.l.fi.C.de reuocan donat.& Cagnol.in l.fi. nu. 25 a.C.de pact qui alios citant.

Pro decisione huius.q.in primis est præsupponēdū, * apud fautores vtriusq. partis * cōiter receptū esse admittunt,non valere remissionē uel pactū remissionis ingratitudinis futuræ factū per donatorē donatario in donatione,quicquid sit de præterita ingratitudine iam cōmissa, quia dolus futurus nō pōt remitti.l.si vnus.§.illud.cū.§ seq.ff.de pac.& daretur materia delinquēdi.l.cōueniri.ff.de pac.dotalib.& ita in hac spē uoluit Spe.in ti.de don.§.1.uers.quid si actū est.nu.5.Bal.& Cast.in d.l.fi.nu.12.& ibi Mod.ibi Bal.in cōs.129.tactū. nu.7. in 2.Imo.cōs 35.nu.21.Rom.cōs 36. pro decis.nu.10. & illuc Mād.in add. Doc.mod.post Alex. ī l.stipulatio hoc mō cōcepta & maxime Zas.& Soc Iun.col.fi. ff.de uerb.obl.quicquid in contrariū argumētetur Crot.nu. 69.& seq latè Ant.Gomes.tom.2. suor. tractatuū.c.4. tit.de don.nu.14.Fernan.Vasq.in trac.de success creat. li.3.§.21.nu.163. Tota ergo difficultas stat in iuro.q̄a Doc. tenentes contrariā partē asseuerant donationem effici irreuocabilē ob remissionē ingratitudinis futuræ,quorū antesignanus fuit Io.And.in add. ad Spe in d.uersi.quid si actū,quorū fundamentū cōsistit in tex. c.quēadmodū.de iureiu.quæ difficultas ut tollatur animaduertendū esse censeo, q̄ opinio contraria non est cōis.2 q̄ non est vera.3.q̄ et admissa in aliquib.casibus non officit. Quod non sit cōis constat ex plurib. authoritatib.præsertim ex Bal. in cōs.18. Notissimū est. nu.2.& 3.in 1.uol.ubi tūld intelligit q̄ū per dolū donatarius donatori ingratus efficitur. & Corn. qui idē voluit in cōs. 120.in 1.& 2.col.in 1.uol. Ro.in 5.donationes.§.1.ff.de don.& in d. l.stipulatio hoc mō. idē tenet Cor.indistincte in cōs 102.2.col.eo.j.uol.Imo.cōs.35. nu.21.licet dicat dubitā Barb.in c.fi. 5 & 6.col.de don. Georg.Nat in c.q̄uis.col.17.de pac.in 6.Curt.in d l.fi. nu.37.ubi refert patruū suū,& alios papiēses hāc sniam tenuisse,quā ipse dicit veriorē,& eandē nti probabiliorē illic defendit Dec.nu.13.quā ēt tenet Cagnol. in l.cōtractus.nu. 105 ff de reg.iu. & huic opinioni in effectu post lōgā discussionē,& distinctionē vr̄ adhærere Rip. in d.q 54.nu. 182.quā ēt tenet Mansuet. in ti. de don. nu.4.vers item donatio,inter uiuos.fm quam ēt consuluit Boer consi.41.nu.12.& seq.& illā ēt tenēt mod. Gal.in add.ad consi.Alex.40.in 4.ult.add. cui ēt adhærere uidetur Nat.ibi in nouis addit.& Mand in d.addi. ad Ro.consi.26.in uerbo, nulla, vbi citat plures ex istis authoritatib.huic ēt subscribit Tiraq. in proœ. repetit. l.si vnquā.C de reuo don. nu.155.quā ēt vti uerā defendūt Zas & Soc.iu. in d.l.stipulatio hoc mō cōcepta co' si & quā ēt veriorē,& utiliorem dicit Soarez in suo thesau.i verb.donatio nu.266.& in uerbo ingrati culpa.nu.61.& seq.quib.si addatur,quòd aliqui qui passim pro contraria parte citantur huic nostræ adhærent ut Imo in c.fi.col 8 de don. & tollantur ēt aliqui qui pro contraria parte citantur,qui tn̄ subdubii sunt ut Butr.in d.c fi.2.col qui non sunt connumerandi cū tenentibus affirmatiue contrariā sniam ut aduertit Dec.cons 259. col.3 in fi uersi & eadē rōne satis aperte constabit hāc * * nostrā frequentiorē * * esse sniam.accedat q̄ mali ex contrarijs non discutiunt atq; examinant difficultates, & iō tanquā perdentes a numero aliorū non sunt magnifaciendi.Calca.cōs 39 col.5.Neuiz.in sylu.nup.li.5. nu 29. Quòd verior sit hæc opinio apertissime constat,quia oēs tenentes cōtrariam partem eo unico fundamento mouentur,qd̄ illis solū est refugiū. d. c.quemadmodum.de iureiu.qui tex. præter id quòd loquitur in diuersa materia matrimonij, quæ habet multa spālia ut aduertit Soc.iun. in d.l.stipulatio hoc modo.in fin. habet diuersos intellectus & multi tenent quòd loquatur in adulterio de præterito, & non de futuro,qui fuit intellectus Gulicl.Has,vt refert illic Abb.nu.14. quem tenet etiā Bal.ibi.nu.2.in uer.instatur.24. & Imo.2.co. ad fi.& col.pe & fi.Rom in d.l.stipulatio.Cor.d.consi. 102 col.1.Zas.& Soc.iun.d.col.fi. & nonnulli alii ex tenentib.opinionem nostrā. His ego addo,quòd tanto minus dispō illius c.suffragari pōt opinioni aduersantium , si quidem propter iuramentū ipsi oīno uolunt excludi allegationem cōmissę ingratitudinis, & ingratitudinem ipsam adeo,quòd donatori nullo mō pōt esse succursum , sed propter iuramentū ab oī suo iure excluditur,tametsi voluerit Alex.in d.l.stipulatio.nu.23. & in d.consi.40 nu.16.posse ingratū delinquentem puniri pœna ordinaria delicti etiā ad occupationem donatoris , ut etiam alij uoluerunt qui illum sequuntur, sed hoc nihil prodest donatori , uel sibi est succursum nisi ad uindictam suæ iniuriæ;at in casu d.c.quemadmodū. aliud statuitur nempe,quia succurritur iuranti nedū ad punitionem delinquentis , & adulteræ uxoris per denuntiationem euangelicā uerum etiam quia officio iudicis obtinebit,ne illi teneretur cohabitare,ut per Inn. Butr & omnes in eo.c scribentes , quorum aliqui voluerunt ut etiam eo casu,quo non faceret denunciatio euangelica, posset maritus non obstante iuramento cā accusare,& sic oī casu prouidetur iuranti, ut per Card. Abb.nu.14.& Imn.2.col.& pe ac fi. col.quod etiā sensit Bertran.consi 67.num.3 in 3.1.par. ubi in casu isto post Imo.in d.c.uoluit posse per denunciationem euāgelicā succurri donatori iuranti , termini ergo nō sunt pares,cum in casu d.c.possit esse succursum iurāti quo ad particulare interesse , & in casu nostro minime,sed donator destitutus sit omni auxilio secundum opinionem tenentium contrarium,quod etiam aduertit Dec. in d.l.fi.& aliqui ex supra citatis licet non ita clare explicent.concludo itaq; esse hanc opinionem ueriorem.

Circa tertiū caput à nobis propositū aduerto quòd in hac. q. fœdere distinctionis opiniones has dissonas conciliat Rip.in d.q 54. nu. 185. dicendo, quòd etiam stante iuramento ut in d. c. quemadmodum iuramentum non confirmat contractum , sed obligat iurantem ad obseruantiam , ut obtenta habilitatione uel absolutione à iuramento possit donator donationem reuocare, quem sequuntur Cagnol. in utroque loco supra citato pro utraque parte, & Tiraq.d nu.155.& pleriq; alij ex modernis supra citatis præter dictos addentes

ad cõsi.Rom.& Alex. Et hoc casu habita habilitatione uel absolutione, quòd possit reuocari donatio uoluerunt etiam Mansuet.d num.4 & Boer d consi.41.in fi. nec uidi in hoc contradictorem aliquem.

Accedat alius casus in quo nulla obtenta habilitatione potest fieri reuocatio donationis propter ingratitudinem donatarij licet donator periurium incurrat, ut per Corn.d.consi.103.& Rip. d.q.num.184. nam licet periurus non posset agere cõtra donatarium. c.dilecti. vbi Doct de excep. si tamen ut reus conueniretur audiri deberet se defendendo, prout etiam audiri debet excommunicatus se defendendo in iudicio conuentus. c.cum inter. vbi Dec.nu.3.& in alijs numeris post alios eod. titulo.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Declaratio facta in vno loco, non habet locum, nec se extendit ad alium, cum nõ liget personas contrahentes in alio loco, vel vendentes res extra districtum.

SVMMAE.

1 *Declaratio facta in vno loco non ligat personas contrahentes, vel res existentes extra locum vbi fuit publicata.*

2 *Bannum factum in ciuitate non ligat habitantes in villis, ciuitati subditis.*

3 *Dictio (Dictæ) refert supra expressos, & restringitur ad eos tantum de quibus habita est mentio.*

4 *Dispositio limitata limitatum producit effectum.*

5 *Princeps potest declarare priuilegium alicui concessum.*

6 *Declarationis est natura vt trahatur ad præteritum, non ad futurum.*

CONSILIVM CCCXCII.

In Domino confido.

DIFFICVLTAS reducitur in hac causa magnifici D.Marci Antonij Pelizzarij, an declaratio facta in literis Illustrissimi Ducis Herculis primi, de anno 1500. obsint ipsi D.M.Ant. quin potuerit vendere vinum cõductum ad terram Loreti ita, quod prius non censeretur facta venditio, & sic nõ deberetur gabella extractionis, vel transitus, in qua arbitror punctum esse extra aleam omniũ difficultatum, primo, quia illa declaratio nõ fuit publicata in ciuitate Mutinæ, nec in terra Finalis quod appareat, unde non ligauit personas contrahentes uel res existentes extra ciuitatem, & di
1 strictum Ferrariæ † ubi fuit publicata uel registrata.c.1.ubi latè Abb.de postul.prælato.Ias.latè cõsil.53.col.6.in 3.ubi fortius uoluit bannum factũ non ligare habitantes in uillis ciuitati subditis,
2 † & sequitur Io.Bap.Plot.in repet.l.si quando.nu.859.C.unde ui.Rolan.à Val.consi.8.nu.6.& seq. 3.uol.& dec.pedemont.141.nu.2.

Secundò, dicta declaratio non trahitur ad exẽptos factos post dictam declarationem, nec respecta exemptionum concessarũ per alios principes successores alijs personis, sed tantummodo respectu exemptionum concessarum per ipsum principem declarantem, qui attestatur animum suũ, & mentem suam non fuisse, vt immunitates illis concessæ in dictis casibus locum sibi uendicarent, quæ uerba non cõueniunt alijs exemptionibus per alios principes successores illinc ad multa annorum curricula concessis alijs personis, de quorum successorum mente ipse qui non etiam nosce potuit concedentes adhuc non natos nec etiam uenientes in lucem eo uiuente nullam potuit habere notitiam, & ubi uerba non cõueniũt non conuenit dispositio.l.4.§.toties.ff.de damn. infect.& limitata fuit declaratio ipsa respectu dictorum exemptorum & exemptionum ab eo cõcessarum ut ibi (*ui dicemo che detti priuileggiati*) & inferius (*non hanno à fruir il beneficio di dette essentioni*) dictio.n.dicti, uel dictæ, refert supra expressos, uel
3 expressas, cũ omnibus suis qualitatibus † Paris. latè consi.1.nu.131.& 21.nu.37.3.uol. & est dictio restrictiua ad eos tãtum de quibus supra mẽtio habita est, Craue.cons.98.num.8.Vnde.cum dispositio ipsa fuerit limitata quo ad certas personas uel imunitates debet limitatum produce-
4 re effectum † Fel.in c.per ordinem.nu.4. uers.limitata causa. Paris.cons.125.nu.45.2.uol.sicut etiã derrogatio limitata pariter producit effectum limitatum.Cephal.cons.117.nu.40. igitur impossibile est tradere, & extendere hanc declarationẽ ad alias exẽptiones, & immunitates post sexagĩta annos per alios principes concessas cuius mẽs forte fuit diuersa ab ea, quam declarat ipse Princeps habuisse, nam Princeps concedens priuile-
5 gium illud potest declarare † Dec.consi.51.nu.3. sed quod possit declarare mentem Principis adhuc non nati non uideo quo iure probetur. Et tãto clarius hoc procedit, cum natura declarationis sit, quod trahatur ad præterita, & contra natu-
6 ram eius est, quod trahatur ad futura, † ut firmat Paris.consi.141.nu.37.4.uol. Et quia hæc fundamenta sunt adeo clara, vt non possint illo modo ni fallor nedum destrui, sed nec etiam concuti, non laborabo in ostendendo quod dicta declaratio non posset extendi extra ciuitatem & districtum Ferrariæ, pro ut sonant eius uerba.

Laus Deo Opt.Max.

Barth.Bertaz.

Fuit iudicatum pro hac parte.

Clau.Bertaz.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Viam publicam, vel plateam non esse ab aliquo artifice occupandam, nec valere præscriptionem.

SVMMAE.

1 *Plateam quòd quis longo tempore occupauerint, non potest quis in hoc se fundare.*

2 *Via publica non potest occupari, etiam si hoc sit nemini nociuum.*

3 *Publicus locus non potest impediri aliqua fabricatione sine assensu Principis.*

4 *Via publica non est occupanda per merces, aut fascinas adeo vt homines transire non possint.*

5 *Præscriptio non habet locum in rebus mobilibus solo non affixis, & in rebus publicis.*

6 *Publica non possunt esse in dominio nostro, & ideo non prescribi.*

7 *Præscribitur minime populo non vtenti via per centum annos, immo nec per mille, & quando.*

8 *Cõsuetudo vtendi via populi exigit scientiam, & patientiam totius partis populi.*

CONSILIVM CCCXCIII.

In Domino confido.

PRONVNTIANDVM est bene fuisse, & esse iudicatum contra Strazzarolos ciuitatis Ferrariæ, & male per eos fuisse, & esse appellatum victos victoribus in expensis condemnan. Quia ipsi Strazzaroli iniustitiam fouent, siue ius municipale siue cõmune inspiciamus. Quod enim tabulis asseribus, & aliis huiusmodi impedimentis non possint impedire viam itinerantibus sub lodia, vel porticu existente ante eorum appothecas, cum ille locus sit platea, & de partibus plateæ ciuitatis huius, ut in statuto nostro, pœna cõmittentis delictum in plateis, vsque fol. 143. ad fi. apparet ex statuto, quod plateæ sint omnibus liberæ. fol. 217. In quo disponitur quod omnib. plateæ communis sint liberæ, & apertæ, & quod non possit aliquis se fundare, quod per aliqua tempora steterit in aliquo loco platearum &c.
1 † De iure communi probatur. in l. 2. in prin. in §. j. & in §. si quis nemine, & ferè per totam illam l.
2 ff. ne quid in loc. pub. & quod non possit uia † occupari, etiam si hoc nemini sit nociuum per d. l. 2. in princ. trad. Cœpol. in tract. de seru. rusti. prædio. in c. 3. de seruit. uiæ. q. 23. nu. 26. ubi infert ad plura, quod & uoluit in q. præcedenti. nu. 25. & in tract. d. seruit. urba. præd. in ca. 51. de ponticello, in prin. & ante ipsum Ang. qui uoluit idem procedere etiam in uia quæ non haberet exitũ
a a in consi. 18. reperitur. nu. 2. & quod in loco pu-
3 blico nihil fieri possit † nisi consentiente Principe, trad. etiam Arer. in consi. 302. dub. nu. 3. & sequitur Boss. in ti. de uia pub. nu. 3. & quod plateæ, & viæ nõ possint per aliquem occupari, trad. Pau. de Castr. post glo. ibi in l. fin. ff. de usucap. & ad propositum etiam, quod uia non possit occupari
4 † ne per eam iri possit etiam si in ea ponantur ballæ & merces consuluit Bertrando in cons. 334. 3. uol. 1. par. & Rim. consi. 431. nume. 29. Vbi quod uiæ non potest poni sbarra.

Nec obstat id quod nixi fuerũt probare Strazzaroli, quod ab annis. 40. uel 50. citra ipsi fuerunt soliti tenere tabulas, & alia huiusmodi, iter impedientia diebus non festiuis in eo loco, quia admisso sine præiudicio ueritatis, quod ita esset adhuc nihil plus iuris potuissent acquirere stante p̃allegato statuto, quod plateæ sint omnibus liberæ, quod tollit usum longissimi etiam temporis, & cum sint res mobiles quæ non sunt affixæ solo,
5 non potest induci præscriptio † ut ad propositum similis statuti distinguit Bald. in consil. 44. contra 2. uolumin.

Secundò idem est secundum iuris communis dispositionem, quia cum talia loca publica sint deputata ad publicum usum, nõ dicuntur esse in commercio nostro, nec possunt transire in domi-
b nium b priuati † & ideo pręscribi non possunt. l. p̃-
6 scriptio. C. de oper. publi. ubi glos. & Doct. glo. in c. cum non liceat. de præscript. Bal. in tracta. præscrip. prima parte sextæ par. principalis in sexto casu. nu. 4. Vbi nu. 4. loquitur in platea & uia, & num. 5. & probatur. in l. usucapionem. ubi glo. in uerb. ciuitatum exemplificat in uia publica. ff. de usucap. & in d. l. fin. ubi Alber. & Castr. eo. ti.

7 Tertiò, non præscribitur populo † non utenti uia etiam per centum annos l. uiam publicam. ff. de uia publica, & itinere pub. reficiendo. & ibi gl. & Doct. & cum hæc sit facultas quæ cuilibet à iure competit, illi non præscribitur etiam per mille annos, ut dixit Bar. in l. quominus. 15. q. nu. 27. ff. de flum. ubi Ias. & Rip. in d. q. nu. 99. & Cæpol. in d. c. 3. de seruit. uię. q. 9. nu. 20.

Et licet Doc. aliqui uelint quod saltem consuetudine quæri possit res uel usus rei, quæ est de iure gentium, aliud tamen uidetur in his quę sunt ciuitatum, ut uidentur distinguere doct. in d. l. fin. Vltra quod consuetudo non est probata quæ exi-
8 git scientiam, † & patientiam totius uel maioris partis populi, & quod talis solus utens re alios p̱hibeat, quæ in casu isto non interuenerunt, ut declarat Bal. d. tracta. 4. par. secundæ. par. principalis. q. 6. nu. 2. & 3.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Fuit pronunciatum, non esse impediendã uiã.

Clau Bertaz.

ADDI-

ADDITIONES.

a Contra tamen esset dicendum cum via publica sit quæ habet solum publicum relictum, ac directum certis finibus latitudinis ab eo, qui ius publicandi habuit, ut ea publice iretur, & cômearetur, vt est tex. in l. 2. §. si quis nemine versic. viç autem publicæ solum ff. ne quid in loc. public. trad. Cœpol. in tract. de seruit. rustic. prædio. c. 3. de via. 7. q. num 17 18. Alex. consi. 177. num. 6. in 6 Rip in l. quominus num 92 ff de flumi. ubi dicit tria exigi, vt uia dicatur publica: quòd per eam iter publicè fiat, quòd solum sit publicum, & quòd nos ducat in ciuitatem uel coloniam, quod adeo est verum vt necesse sit hęc probare omnia illi qui uiam dicit communem, per Bar in l. 1. in prin per illum tex. ff. de his qui deiec. uel effude. Io de Ami. consi. 1. num 27 Matthes no. 92. Nota vnum dictum & ibi Gabriel Saray. in additio Cœpol. consi. 103. num. 18. q. 7. & Rip. d. nu. 92. Ergo uia debet esse per via non autem carere exitu. quicquid sit in casu Ang. in casu nostro non est dubitandum plateá posse esse licet non peruiam nam accommodantur plateæ non tantum itineri, quam etiam negotiationibus quæ fiunt stando, & ideo neque partes ipse possunt impediri aut occupari, quæ autem supra retulimus habent locum in uiis villarum, quę nisi publicæ cum illis qualitatibus probentur possunt claudi & occupari, vt trad. Io. de Arno. qui dicit habuisse in facto in problemate suo 91. sæpe mihi ex facto, & obtinuisse ait Rip. in d. l. quominus num. 93.

Sed via quæ adhæret plateæ & contigua est, erit ne eiusdem naturæ, vt nô possit impediri? & uidetur eiusdem naturæ l. quæ religiosis. ff de rei uendic. & l. cum qui ædes ff. de usucap. sed contrarium arbitror verius, quia adhęsio aliter consideratur ibi pro ea re quę alteri inest, ut lapides sepulcro, secus si cohæreat, & ei proxima sit sicut unus locus alteri, vt est tex in l. si sepulcrum. §. profana. C. de religio. & sumpti. fune. & vtrobique declarat gl & regula de accessorio nô passim procedit.

Sed plures recipit restrictiones, quando est voluntarium non necessarium, quando militat diuersa ratio, quando est diuersæ naturæ ut latè per Modern. & maxime Cagnol. in l cum principalis. ff. de reg. iur. num. 4. q. 1. vt quod non sit eiusdem naturæ res quę cohæret uiæ publicæ sicut est uia ipsa probatur ex trad. per Bar. in tract. de alluuio. in § agro. nu. 6. Bal. in l. riparum. ff. de rer. diuisi

b Secus autem si sit uia publica ruri, quia tunc illam poterit alienare uniuersitas, Alcia. in l. quantum ad iuris. versic. uia est ante fi. ff. de verb. signifi etiam quòd uniuersitas recognoscat superiorem, Bal in consi. 206. præceptum fuit, num. 6. in 4. Luc. de pœn. in l. 1. C. de diuers. præd. lib. 11 Zas Alcia. & alij citati per Laur. Sylua. qui
* dicit communem * consi 96. num. 11.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Statutū aut consuetudo an ualeat, quòd uno delinquente alius teneatur. Et quòd expensę sint resarciendę illi ab agnatis omnibus, qui defenditagnationem omnem à pœna pacis ruptæ?

Et an sit idem siue obtinuerit, siue non obtinuerit in causa?

Consuetudo quatenus inducatur, & extendatur?

SVMMAE.

1 *Consuetudo est altera lex, & pro lege est seruanda.*

2 *Statutum ualet, quòd unus de familia teneatur pro alio delinquente ad pœnam pecuniariam.*

3 *Consuetudo ualet, quòd unus teneatur pro delicto alterius.*

4 *Statutum ualet, quòd quis teneatur pro delicto familiæ suæ.*

5 *Coniunctum non habere odio coniunctum suũ lex semper præsumit.*

6 *Læsio nõ datur minori quando damnum, uel lucrum potest esse reciprocum.*

7 *Consuetudo spacio decem annorum inducitur licet sit iuri ciuili contraria.*

8 *Fideiussor ut possit obligari ad pœnam corporalem ualet etiam consuetudo.*

9 *Consanguineus præsumitur aliquid facere in fauorem consanguinei, & amici.*

10 *Consuetudinem non inducunt actus uoluntarij.*

11 *Consuetudo est fortior statuto, & illud silere facit.*

12 *Nec inducitur ex solutionibus factis à multis in præiudicium aliorum qui non consenserũt.*

13 *Et probatur quando inducitur sciente et patiente maiore parte populi.*

14 *Priuilegio non censetur renunciatum ex solutionibus, quæ sunt actus reiterabiles.*

15 *Consuetudo est odiosa nec est extendenda.*

16 *Consuetudo temporis immemorabilis quomodo per testes sit probanda.*

17 *Et talis temporis debet probari si uenit ad derogationem legis.*

18 *Consuetudo quòd quis teneatur pro alio est stricte interpretanda.*

19 *Qualitas substantialis statuti debet adesse, ut sit locus statuto.*

20 *Delinquens non debet ex suo delicto reportare utilitatem.*

21 *Expensas tenetur resarcire uenditor emptori, qui defendit, & obtinuit.*

22 *Actio negotiorum gestorum datur illi qui se defendendo alium quoque defendit.*

23 *Argumentum à minori seu à fortiori ualet in quacunque dispositione.*

24 *Consuetudo extenditur ubi est eadem ratio ad alium casum.*

25 *Et quando casus ad quem extenditur comprehenditur*

benditur sublata significatione uocabuli casus expressi,

26 *Rei si plures sunt ex causa lucratiua uno soluente non repetit ab alias.*

CONSILIVM CCCXCIIII.

In Domino confido.

MAGNIFICVS D.Guido de Brandolinis tenetur omnino pro rata sua
Magnificis D.Cecco,& D.Io. Franc.
de Brandolinis,ad soluendum expen
sas factas per eos in iudicio pacis ruptæ motæ
contra ipsum D.Io. Frãciscum per Ducalem Cameram,stante consuetudine notoria illius Pro-
uinciæ Romandiolæ probata per quatuor testes
in processu examinatos,quod omnes agnati te-
neantur pro rata eorum æstimi bonorum quę ha
bent tempore solutionis faciendę,soluere pœnã
pacis ruptæ, & etiam omnes expensas quas pro-
pterea fieri contingat. Nam cõsuetudo est altera
1 lex,& pro lege † seruãda est,§. ex non scripto. in-
stit.de iur.nat.gent.& ciuil.l.de quibus.ff. de legi.
& tot.tit.de consuet.extra licet unus hic teneatur
pro altero contra iuris dispositionem quo ẽt fi-
lius pro patre,uel pater pro filio non tenetur, ex
Rubrica & nig.C.ne filius pro patre. non est ta-
men quin ualeat talis consuetudo,& sit iuridica,
sicut ualeret statutum quod teneretur unus de fa
2 milia pro alio de familia delinquente † ad pœnã
pecuniariam,ut in statuto Florẽtiæ trad. Bar. in l.
iure prouisum.per illum tex.C.de fabr.lib. 11. &
in l.sancimus.ubi Bal. Ang. & Fulgos. sequuntur.
C.de pę.& in consuetudine Ang.in consi.63.no-
bilis miles. in prin.latè Alex.in l.sępe.numer. 12.
cum pluribus.seq.C.de re iudi.& in consi.42. su-
per præmisso.col.6.uers.& specialius. 1.uol.Fel.q.
3 etiam loquitur † in consuetudine in c.2. nu. 2. de
consuetud.& illic Dec.nu.4.& idem Feli. in c.ius
naturale.col.fi.in addi. ad opus.Abb.in decreto.
Cur.in c.fi.de consuetu.num.442.& seq. & 451.
Rui.consi.116.nu.9.4.uol.Menoch.in tract.de ar
bitr.iudi.lib.2.centur.4.casu.345.nu.11.& in ter
minis.trad.Franciscus Hercula, in tract. de caut.
de non offenden.c.15.in fi. cũ enim agnatus hoc
casu reddi debeat uerisimiliter timidior ad delin
quendum ne suos agnatos in pœnam incurrere
faciat rõne innititur hæc cõsuetudo,& fundatur,
ut trad.plures ex supra citatis Doc.sicut ualet lex
4 uel statutum, quod † quis pro delicto familię suæ
teneatur ciuiliter ut Barto. ex aduerso citatus te-
net in l.prima.§. familiæ.ff. de publica. Roma. in
cons.15.plura sunt.num.1.& seq.& illic Mandos.
in addit.Quæ consuetudo tanto clariori ratione
fulcitur, quia lex semper præsumit coniunctum
5 non habere odio † coniunctum suum,& nolle ip
sum illaqueare, vt probatur.in l.prima.& secon-
da.ff.in uis uocan.ut eant.ubi glo.& Doctores uo-
lunt coniunctum pro coniuncto admitti in fide-
iussorem, licet non sit tam Idoneus facultatibus,
ut exigitur ĩ extraneo, de quo etiam per Mars.in
rubrica de fideiussoribus. nu.229.& seq. igitur
ea ratione quia omnes de agnatione tenẽtur cre
dendum est diutius pacem duraturam. Et cum
non teneatur unus pro alio, quin etiam alius te-
neat̃ pro illo uno,& æqualis sit & esse possit amis
sio,& æquale damnum cum reciproce,& mutuo
omnes teneantur. tanto rationabilior est consue
tudo ipsa l.de fideicõmisso. ibi not.doct. C. de
6 transact.ubi non datur læsio † etiam minori quan
do damnum,uel lucrum potest esse reciprocum.
Consuetudo autem hæc licet sit iuri ciuili contra
7 ria,spatio tamen 10. annorum inducta † fuit,ta-
metsi testes deponant de longiss.tempore, Doct.
in d.l.de quibus.ubi Ias.num.43.Corn. in consil.
293.col.4.primo uol.Guid.Pap.consi.131.num.
5.Curt. Iun.cons.43.num.7.Nata.consi.19.num.
7.& 431.num.3.Crau.tract.de anti.temp.4.par.
numer.7.& seq.& Pet.Duen.in reg. 138. consue-
tudo inducitur.

Non obstant modo ea quæ per D.aduocatum
prædicti Magnifici Domini Guidonis deducunt̃
in suis allegationibus propositis pro dubijs in p̃-
senti causa,& primò, quod dicta cũsuetudo non
ualuerit,de iure diuino,& humano, ex quo pęna
debet tenere suos auctores.nam hoc falsum est,
quia immo ualuit,& ualet etiam consuetudo, ut
8 fideiussor † possit obligari ad pœnam corporalẽ
ut per Rom.singulari.129.tu scis.de quo per Feli.
& Dec.in d.c.2.de consti.& cum in instrumento
pacis fuerat obligatus etiam D. Guido, & si ipse
pacem rupisset,uel fregisset,D.Ceccus. & D.Io.
Franc.tenerentur.ad pœnam,& ad expensas pro
sua rata, ita reciproce debet teneri ipse D. Gui-
do, & si uideantur Docto. citati ex aduerso aut
loquuntur de iure communi circumscripto statu-
to,uel cõsuetudine, aut tenent hanc nostram sen
tentiam.nec est uerum quod quando omnes te-
nentur cæteri redduntur proniores ad delinquẽ-
dum, quia immo ne coniuncti ellequeentur lex
præsumit,quod non sint pacem fracturi,vt in d.l.
prima & secunda. ff. in ius uocati. ut eant, & di-
ctum fuit supra,nec Bart.aliter dicit in d.l.prima.
§.familię.qui loquitur de iure communi.sed stan
te statuto tenet partem nostram,& idem pro no-
bis sentit Abb.in c.constitutis il primo de testib.
9 ubi dicit,quod † consanguineus præsumitur ali-
quid facere in fauorem consanguinei uel amici,
sicut etiam Rip.in rub.de dam.infec. num.16.lo-
quitur secundum iurisdictionem. & Soci.in alle-
gato consi.31.3.q.primo uol. admittit statutum
ualere,licet strictè, secundum eum ueniat inter-
pretandum.Roch.in d.c.fi.de consuetud.numer.
451.tenet expresse hanc nostram partem ad pro
positum,& nescio quo modo allegetur pro con-
trario,sicut etiam Hercula.in d.tracta.c.8.num.3.
loquitur secundum iuris dispositionem circun-
scripta consuetudine,nec Menoch. qui loquitur
de con-

de consuetudine irrationabili in tract. de arbitr. iudi. lib. 2. centur. prima casu. 82, hanc inter irrationabiles enumerat.

Secundò non obstat, quod dicta consuetudo non sit probata, quia testes conātur deponere de consuetudine soluenti pœnas conuentionales per agnatos usque ad sextum, & septimum gradum, quod est contra dispositiones Ducales, quo casu
10 actus uoluntarij † non inducūt consuetudinem, Roch. d. c. fi. nu. 366. quia primo non est uerum q̃ repugnarent ordines Ducales, quin possint teneri agnati, usque ad septimum gradum, & quatenus repugnarēt fuissent sublati per consuetudinē contrariam probatam per testes, nam consuetu-
11 do est fortior, ac potentior statuto, & illud † silere facit. Craue. de antiqu. temp. prima par. in pri. nu. 42. & Menoch. d. tract. lib. primo. q. 71. nu. 4. & cū non fuerint actus uoluntarij, sed necessarij ex consuetudine; ut deponunt testes, consuetudo est optimè probata.

Quod autem solutiones factæ à multis personis non inducant consuetudinem in præiudicium aliarum personarum, quæ illis non consenserunt,
12 ut per Soci. consi. 7. nu. 8. primo uol. Roch. d. c. fi. nu. 367. & alias in dictis allegationib. citat. tollitur, quia Docto. citati non loquuntur, quando ij actus fuerint facti à maiori parte populi, uel sciente, & patiente maiori parte populi, quo casu pro-
13 batur † consuetudo, ut admittit Feli. citatus ex aduerso in c. primo. de treug. & pac. col. 5. versi. limita. 2. & etiam inferius, & idem Soci. & Cur. in dictis locis. sed, & Rolan. à Val. in consi. 5. nu. 44. in primo, loquitur in consuetudine unius personæ, non unius populi, uel uniuersitatis.

Sicut etiam nihil facit, quod ex solutionibus
14 factis, quæ sunt actus reiterabiles, nō † censeatur renunciatum priuilegio, ad not. per Bar. & Ias. nu. 53. 57. in l. 1. ff. de constit. prin. quia non loquuntur in solutionibus factis uigore consuetudinis, & coactè, ut in casu isto, & hic nō agimus de amittendo priuilegio aliquo.

Non obstat etiam, quod testes non uideantur deponere, q̃ delinquentes essent soluendo quando alij cogebantur soluere, cum officiales nollēt exigere à pauperibus, unde extra illum casum nō uidetur consuetudo procedere, quæ ut odiosa
15 non † est extendenda. Arct. consi. 57. col. 3. Dec. consi. 359. & 491. in pri. Quia licet primus Testis dicat, quod massarij Ducales qui exigebant pœnas, & expensas, nollebant exigere à non habentibus bona, & pauperibus, tam ipse, quam cæteri affirmant fuisse, & esse consuetudinem soluendi indistinctè secundum æstimum, quod habebant tempore solutionis, & non negant, quin etiā pauperes tenerentur pro illis bonis tenuibus, quæ habebant, & in capita, ac pro capitibus. Vnde cum consuetudo hoc casu propriè loquatur nō est tractandum de aliqua extensione.

Ad id autem quod dicitur testes debuisse deponere communem fuisse opinionem, quod me-
16 moria non † esset in contrarium, ut per Alex. consilijs. 136. & 198. in 2. Rui. consi. 34. nu. 13. primo, & in proposito uideretur necessarium probare cōsuetudinem immemorabilis temporis ad der-
17 rogationem legis, ut officiat † rei publicæ, ut per Soci. d. consi. 7. col. pen. nu. 8. Rui. 154. nu. 11. & 116. nu. 8. in 4. Menoch. in casu. 82. & Hercula. d. c. 8. respōdetur, quod hic non agimus de consuetudine quæ nullā habeat in se rationem, & inducat peccatū, uel alias sit inhonesta, & turpis. quo casu multi ex dictis Doct. loquūtur, sed in ea quæ est tantūmodo contra, & præter legem, quo casu non exigitur spatium temporis immemorabilis, sed sufficit. 10. annorum, ut supra comprobatum fuit, ultra quod etiam aliqui ex eis non loquuntur in casu, quo de consuetudine, & usu maioris populi constabat. ut p Soci. & Hercula. allegatos.

Tertiò principaliter non obstat, quod licet cō suetudo esset probata p testes, quod omnes agnati teneantur ad solutionem pœnæ, & expēsarum, id tamē procedit respectu alterius partis, cui tupta est pax & fisci, secus respectu ipsiusmet partis quæ aliquas expensas fecit, ne condemnaretur, nam eas à cæteris agnatis repetere non potest in
18 uim dictæ consuetudinis strictæ † interpretandæ, ut supra, & per Menoch. d. casu. 345. nu. 11. & seq. & quia qualitas statuti, quæ est substantialis de-
19 bet adesse, ut sit locus † statuto Dec. consi. 44. nu. 1. & quia diuersa ratio militat † his expensis quia primo casu pœna & expensæ in casu succūbentiæ petuntur ex stipulatione. 2. casu petuntur per offensorem ad eius utilitatem, & sic ex delicto re-
20 portaret † utilitatem contra l. auxilium. ff. de minor. & c. quia frustra. de usur. Quia multipliciter respōdetur, primò quod testes examinati quando loquuntur de consuetudine soluendi has expensas, non se restringunt ad expensas quæ tantūmodo deberentur, & fierent, in casu pacis ruptæ, sed generaliter loquūtur de omnibus alijs expensis occursis, & factis ob dictam causam. Adeo quod eius uerba sunt generalia compræhendentia tam casum succumbentiæ, quam uictoriæ, & ubi non distingunt indistinctè sunt intelligenda. l. de precio. de publici. & certè esset iniquissimum quod tenerentur agnati, quando causa ipsorum non posset defendi ad pœnam, & expensas, quādo uerò fuissent defensi, ut non tenerentur ad pœnam, & defendentes expendiderint de proprio non tenerentur ad has expensas pro eorum rata, quod tamen ridiculum quam falsum est, & cum ipsi omnes agnati possent cogi ad causam defendendum, & subministrandum expensas pro sua rata, ex quo in casu succumbentiæ tenebantur uirtute consuetudinis ad instar uenditorum, qui tenentur de euictione, debent etiam teneri in casu quo defendentes obtinuerint. ut in simili de uen-
21 ditore, qui tenetur † emptori q̃ defendit, & obtinuit trad. Bar. & alij in l. uenditores. ff. de uer. obl. Io. de Ana. in consi. 31. in prin. & Aret. in §. omniū. nu. 21. Instit. de actio. tum etiam quia si ipsi defen-

dissent

dissent causam, & succubuissent, possent agere ad
expensas, ut admittitur ex aduerso cum pinguius
per suam defensionem, & utilius defenderit ab-
sentes obtinendo ne tenerentur ad poenam. &
ad expensas litis debent ipsi absentes teneri, si-
cut tenetur mandans mandatario qñ pinguius, &
utilius impleuit mandantum quam ipse mandas-
set. & idem est quia negari non potest, quin dare-
tur eis actio negociorum gestorum utiliter pro ip
so D. Guidone, illum defendendo licet defenden
22 do † se alium in consequentiam defenderint acto
res, & illos liberauerint. l. ex facto, ubi gl. & Castr.
ff. de neg. gest. & cum ualeat argumentum à mino
23 ri † seu a fortiori in qualibet dispositione, Auth.
multo magis. C. de sacros. eccle. glos. Castr. & alij.
in l. prima, C. de neg. gest. Nicol. Euerar. in sua to-
pic. legal. loco. 65. a minori, seu fortiori ferè per
tot. si teneretur D. Guido in casu succumbentiæ,
quo non defenderetur ob negligentiam non de-
fendentium ad expensas. tanto magis tenetur si
defendatur per diligentes defensores, qui obti-
nuerunt. Postremò cum consuetudo extendatur
24 † ubi est eadem ratio ad aliũ casum, ut per Ias. in
d. l. de quibus. nu. 21. etiam si sit contraria iuri cõ-
muni, quando casus ad quam fit extẽsio compre
25 henditur † sub lata significatione uocabuli casus
expressi, ut per Cur. in d. c. si. nu. 330. & seq. ubi po
nit aliquas limitationes quæ huic casui conueni-
re uidentur, prout etiam facit Craue. qui alios ẽt
adducit in d. tract. de antiquita. temp. par. nu. 81.
13. limitatione, & nu. 137. 18. limitatione quan-
do resultaret absurdum. & quando esset casus
omissus. in quo militat eadem ratio. ut in ultima li
mitatio. nu. 350. cessat omnis scrupulus. Nec est
uerum, quod diuersa ratio militet in poena, & in
expensis quæ petuntur in casu succumbentiæ, ut
dicitur ex aduerso, quia quo ad dictũ Coccum
qui non deliquit, hæc ratio non procedit. præte-
rea etiam respectu offendentis, & rumpentis pa-
cem, eadem ratio uiget, quia si tenentur alij ad
poenam ob eius culpam quod est plus, tanto ma-
gis debent teneri ad expensas in casu uictoriæ qñ
non deliquit, quod est minus. & certè sequeretur
unum quod est euitandum, ut latè per Euerar. d.
topic. loco. 8. ab absurdo, quia si quis suo delicto
pacem rumperet, & conuentus succumberet, te-
nerentur agnati ad poenam, & expensas, & si im-
putaretur de fractione, & se defenderet, & totam
agnationem non posset recuperare expẽsas pro
rata aliorum factas. equidem hęc repugnant om-
ni æquitati, & rationi naturali. Nec est etiam ue-
rum, quod expensæ debeantur uirtute promissio-
nis in instrumentro contentæ, quia immò deben-
tur uigore consuetudinis. ut testes dicunt, & de-
bentur etiam ab agnatis non promittentibus pro
quibus alij promiserũt. Nec doctr. Rip. post alios
in l. si ex toto. §. fi. ff. de legi. primo facit ad propo-
26 situm, cum loquatur quando sunt plures rei † ex
causa lucratiua, quo casu uno soluente, non repe-
tit à cæteris, nec ad propositum nostrum loquun-
tur Castr. cons. 331. in primo, uel Ronchegal. in l. reos. n. 15. & 16. ff. de duob. reis. per multa quę supra deducta fuere.

Quæ autem quarto loco dicuntur de bonis cõsiderandis tempore solutionis pęnæ, & expensarum, quod aliud sit in poena, & expensis, quæ debẽtur in casu pacis ruptæ, & partis offensæ, aliud in casu reficiendarum expensarum in casu victoriæ tolluntur etiam ex supra deductis in quibus ostensum est, idem esse in utroque casu, & ubi est eadem ratio idem ius statui debet. l. illud. ff. ad l. Aquil. l. à Titio. ff. de uerb. obli. immò in casu isto est maior ratio, quam in contrario, ut supra comprobatum fuit. & dicere quod non teneantur agnati ad expensas factas per defendẽtes, est uelle defendentes ipsos lapidare de bono opere. Vt non omittam, quod testes deponentes de expẽsis soluendis non loquuntur de reficiendis parti aduersæ, sed etiam generaliter, ut supra, & fuit dictũ adeo quod non potest iustè assignari rationis ulla diuersitas. & cum consuetudo hęc in hoc casu clara sit, quod tempore solutionis pęnæ, & expensarum attẽduntur facultates cuiuscumque agnati, siue sint magnæ, siue paruę. nec hic agatur de procedendo cõtra bona obligata, uel uigore eorum obligationis, nec cõsideratur alienatio aliqua facta, non est disputandum de q. Doct. in l. in quartam. ubi Rip. nu. 98. ff. ad l. Falc. Vbi bona alienata quæ subiecta sunt fideicommisso, transeunt cũ sua causa. Et ex his satisfactum est omnibus deductis ex aduerso, & clara apparet iustitia. DD. agentium secundum quorum intentionem, uigore dictæ consuetudinis audiui etiam alias fuisse in ea prouincia seruatum.

Laus Deo Opt. Max.

Barthol. Bertaz.

Fuerunt solutæ expensæ aliquæ quarum ignoramus quantitatem.

Clau. bertaz.

ARGVMENTVM.

Quæ sit poena conductoris restipulãtis terras cõductas contra factum, & quando sit locus poenæ. l. si quis maior. C. de transac. & de uirtute factorum?

SVMMAE.

1 *Contractui iurato contrauenients priuatur cõmodo contractus.*

2 *Prohibita censetur maior quantitas si aliqua est permissa.*

3 *Et prohibitum censetur post tempus, quod ad tempus est promissum.*

4 Condu-

4 *Conductor debet obseruare legem conductionis.*
5 *Colonus non debet expelli nisi notabiliter fundum deteriorauit.*
6 *Conductor qui in modico defecit tenetur tamen pœna. l. si quis maior. C. de transact.*
7 *Prohibitionem in cæteris, an importet permissio.*
8 *Negatio censetur inducta in reliquis, quādo est limitata quantitas aliqua.*
9 *Argumentum à contrario sensu non procedit si resultat absurdum.*
10 *Et habet locum etiam in statutis ad correctionem iuris communis.*
11 *Et etiam in contractibus admittitur.*
12 *Pactum, & conuentio non debet seruire de uento.*
13 *Et debet aliquid addere dispositioni iuris communis.*
14 *Locator promittens non expellere conductorem est intelligendum, etiam si re sua indigeret.*
15 *Contractus omnis est interpretandus secundū mentem partium.*
16 *Interpretatio illa non est admittenda quæ induceret deceptionem ulterius partis.*
17 *Argumentum à contrario sensu magis militat cū est maior ratio.*
18 *Dolo quis censetur contractui contrauenire.*
19 *Conductor potest expelli propter restipulationem.*
20 *Etiam quod per pactum expressum sit promissum non expellere.*
21 *Probatio per euidentiam facti nullo tempore non admittitur.*

CONSILIVM CCCXCV.

In Domino confido.

DVAE sunt rationes, quibus optimo iure defendi potest hunc conductorē cecidisse à commodo contractus cōductionis sibi factæ per magnificam D. Blancam. Prima est, quod restipulando Terras in maiori quantitate quàm caperet saccus hor-
1 dei, contrauenit † instrumento iurato, & priuandus est omni commodo contractus. text. est apertus in l. si quis maior. C. de transact. Vbi omnes. nec defendi iure potest ex instrumento ipso non fuisse conuentum, ut non amplius restipulari posset, quàm pro seminando dicto sacco hordei, quia cum permissum fuerit restipulari ad illam quantitatem, & pro tali genere bladę, censetur
2 etiam fuisse prohibitum † pro maiori quantitate, & pro alio diuerso genere, ut probatur in l. Maritus. ubi gl. & omnes. C. de procur. in l. ita legatum. ff. de cōd. & demon. trad. Afflict. decis. 298. nume. 4. & Soc. consi. 1. nu. 12. 3. uol. sicut etiam permis-
3 sione facta ad tempus, post tempus † censetur prohibitio inducta. l. si ita quis. Vbi Ias. quòd arguit de re ad tempus. ff. de uulg. & pup. 2. colu. de quo latissime tradit Tiraquel. in tractat. de retract. tit. 2. §. primo. glo. 2. numer. 44. & sequen. si igitur ex pacto expresso erat prohibitum conductori ultra dictam quantitatem restipulari facere terras, & pro seminando alio genere bladorum, debe-
4 bat legem † conductionis obseruare. l. legem. C. loca. & l. si merces. §. conductor. ff. eod. nam contractus ex conuentione legem accipiunt. l. prima §. si conueniatur. ff. depo. capitul. contractus. de iur. in 6.

Non obstāt modo, quę in dubijs subtiliter pro mote in medium adducūtur. & primo, quod non
5 debeat expelli colonus, nisi notabiliter † detriorauerit fundum. Bald. in l. Aedem. nu. 14. C. loca. & in Authen. quòd rem. C. de sacr. san. eccles. cum alijs citatis in dubijs, quia illa procedunt de iure communi, & regulariter, de quo dicitur in sequenti ratione. secus quando extat instrumentū iuratum, tunc enim etiam si in modico defecerit quis, incurrit tamen pœnas. dicta l. si quis maior. latè Rub. Alex. qui etiam loquitur in conducto-
6 re, qui in aliquo † minimo defecerit, in consil. 30. numer. 3. Pap. in d. l. si quis maior. 11. q. & Cagno. numer. 104. nam pacta rumpunt leges secundum uulgares glos. in d. cap. contractus.

Secundò non obstat, quod pactum hoc additū fuerit ad fauorem conductoris ergo non debet conuerti in odium. l. quod fauore. C. de legi. & inductum ad augendum, non debet operari diminutionem. l. legata inutiliter. ff. de adimend. lega. quia hæc eadem argumenta fiunt per Doct. in l. præallegata, maritus. & soluunt. ut per Alex. ibi. in 2. colum. cōcludentes communiter, quod hoc
7 casu permissio † in uno, importat prohibitionem in cæteris. si licet etiam dici potest, quod non est uerum simpliciter, quod in eius fauorem sit factum, sed communi fauore, ut possit restipulari facere, sed ad illam quantitatem, & pro illo genere bladorum seminando. & nō est etiam uerum, quod pactum fuerit appositum ad augendum, quia immo fuit appositum ad diminuendum. cum enim fuerit limitata quantitas, & genus bladi, cē-
8 setur inducta † negatio ī reliquis per ea quæ trad. Bal. in l. edita. column. 13. uersicul. sed hic quæritur. C. de eden. & Ias. in l. eum qui ita. §. qui ita. col. 6. uersicul. item quia affirmatiua. ff. de uerb. oblig. & Tiraquel. loco allegato, numer. 45.

Tertiò non obstat, quod uideatur facta prohibitio

bitio argumentando à contrario ſenſu, quod ar-
gumentum non procedit, quando abſurdum
9 reſultaret, & quia debet † ſumi ad uerba quis
qua ſunt in directo ſenſu po ſita. Dec. in l. ſenium.
colum. 2. C. qui teſta. fac. poſſ. nam primo repſon-
detur quod hic non agimus de probanda reſtipu-
latione a contrario ſenſu ſumpta ex uerbis in-
ſtrumenti, quia immo reſultat ex ſenſu directo, &
habet locum etiam in ſtatutis ad correctionem
10 † iuris communis, ut in terminis trad. Bald. in l.
obſeruare. §. profiſci. col. 2. 3. q. uerſi. ſed opponi-
tur. ff. de offi. Procōſ. & lega. Ale. in cōſ. 3. n. 6. 7. uol.
& Tiraq uel. loco præallegato. nu. 47. tum etiam,
quia etiam in contractibus habet locum argumē
11 tum à contrario † ſenſu, ut etiam admittitur in
dubijs, & in contract. locationis. trad. Alex. in con
ſi. 129. puto de iud. in prin. 2. uolumn. ſequuntur.
Dec. num. 43. & Claud. numer. 58. in l. prima. ff. de
offi. eius. Qd modo reſultet abſonus intellectus,
uel abſurdum aliquod, non uideo ubi probetur,
ſed bene uerum eſt, quod ſi ītellegetetur dictum
12 pactum † ut non reſtringeret poteſtatem reſtipu-
landi conductori, ſeruiret de uento, contra l. ſi ſti-
pulatus, de uſur. l. ſi quando. de leg. primo nam ſi
ut dicit Bald. in Rubrica. C. de contrahend. empt.
9. q. nullum uerbum etiam minimum debet eſſe
ſine effectu operandi, immo nec etiam ſyllaba de
bet eſſe ſuperfluo appoſita ſecundum Curt. Iu-
niorem. conſi. 85. numer. 4. quanto minus hoc pa-
ctum debet eſſe ſine effectu operandi, immo
13 deberet aliquid addere † diſpoſitioni iuris com-
munis per ea quæ trad. Ang. in d. l. æd. uerſicu. illi-
cò, etiam ubi dicit, quod ſi locator promittit non
expellere conductorem, ut uerba aliquid operen
14 tur, debet intelligi † etiam ſi re ſua indigeret pro
uſu proprio. ſequitur. Dec. in conſi. 292. numer. 3.
a a & quando alias diſpoſitio eſſet inutilis, uel nuga
toria omnium conſenſu, tale argumentum proce
dit, Cland. in d. l. prima. nume. 52. Quo ad ſecun-
dum, quod ſumendo argumentum ad uerba in di
recto ſenſu reſultet à contrario, quod ſeminari
poſſint alia blada reſtipulando, iſtud eſt falſum,
& contra mentem expreſſam partium, cui enim
reſtricta fuerit reſtipulatio faciendi ad duo, ſcili
cet ad qualitatem bladi, & ad quantitatem, debe
retur hoc modo ſumere uerba, permittitur ſemi-
nari hordeum in terminis reſtipulatis, ergo à con
trario ſenſu prohibetur ſeminari quodlibet aliud
genus. & ſimiliter permittitur uſque ad quantita-
tem ſacci, ergo prohibetur à contrario, ultra di-
ctam quantitatem, uel menſuram. & hoc modo
intelligendo, & ſumendo, reſultat aptus ſenſus,
qui conuenit menti, & intentioni partium, ſecun
15 dum quam omnis contractus † uenit interpretan
dus. Soci. in conſi. 94. numer. 36. 3. uol. & maxime
quia hæc interpretatio, de qua in dubijs induce-
16 ret damnum, & deceptionem † alterius partis.
Craue. conſil. 33. numer. 25. & 91. nume. 2. & cum
maior ratio ſit in caſu prohibito reſpectu aliorū
bladorum, quæ magis ſteriles reddunt terras
17 reſtipulatas, tanto magis militat † argumen-
tum à contrario ſenſu, ut per Bald. in l. apud an-
tiquos. C. de fur. Eucrar. in ſua topica in loco à
contrario ſenſu fol. mihi. 34. ubi agit de contracti
bus prima limitatione, ſed cum ſic proprie non
fundatur intentio dicti agentis in ſenſu contra-
rio, ſed in directo, ut ſupra ceſſat tota iſta diſputa
tio, Concluditur igitur ob contrauentionem di-
cti conductoris, ipſum cecidiſſe à commodo di-
cti contractus, & diſpoſitioni l. ſi quis maior. præ-
allegatæ. locum eſſe etiam cum contraueniendo
18 contractui per ipſum † geſto, cenſeatur dolo id fe-
ciſſe. l. dolus. ff. mand. Cagnol. in d. l. numer. 190.
ubi dicit quem eſſe in dolo, ſi contractum non ob
ſeruat. latè Craue. conſil. 12. numer. 96. & conſil.
c. nu. 9. & 193. nu. 3

Secunda eſt ratio, quod etiam de iure commu
ni circumſcripto pacto, ob huiuſmodi reſtipula-
19 tionem † poteſt expelli ipſe conductor, ut proba-
tur in l. ſi merces. §. conductor. ff. loca. præallega-
ta, quod procedit etiam ſi ſibi fuit permiſſum per
20 pactum expreſſum de non † expellendo, quia il-
lud intelligitur, ſi ut portet, coluerit. l. quæro. ff. in
ter locatorem. ad fin. ff. eod. titul. & probatur in d.
l. æde. in fin. Tota difficultas uerſatur in hoc, an
hæc fuerit notabilis deterioratio, quia teſtes ui-
dentur ſibi inuicem contrariari in quantitate ter
tarum reſtipulatarum. ſuper quo licet plura ſcri
bere poſſem, & teſtes aduerſarios iure reijcere,
tamen ad finem ut ueritas clara, & certa appa-
reat, poteſt haberi teſtis, qui mentiri neſcit,
nec ſubornari poteſt. hæc enim eſt euidentia
21 facti, cuius probatio nulla tempore non † ad-
mittitur, ut per Marſ. in l. prima §. ſi ſeruum
quaſi. numero 5. ff. de queſtio. & in rubrica de
probation. numero 157. & ſequen. & Hyero-
nimus de Monte in tracta. defini. capitul. 30.
numero 3. & ſequenti. nam adhuc extat pratum
reſtipulatum, extant etiam terræ aliæ reſtipula-
tæ, poſſunt menſurari, & ſic dignoſcetur ex
quantitate, an leuis, uel grauis fuerit deterio-
ratio, licet eius ſim ſententiæ, ut ſufficiat ſa-
tis, & ſuper prima ratio ſupra comprobata,
nec opus nobis ſit hoc ſecundo fundamen-
to.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Non fuit res iudicio terminata.

Clau. Bertaz.

ADDITIONES.

a Fuit opinio Ang. in l. 3. ante fi. C. loca & quæ communiter
* recipitur, & quam ſequitur idem Dec. in c. quæ in eccle-
ſiarum. col. fi. nu. 31. de conſtitutio. Nat. conſi. 481. nu-
mer. 19. Grat. conſi. 1. num. 36. in 1. & conſil. 69. nu. 20.
&

& 139.num.19 in 2.Ant.Gabr.lib.3.sua.conclusio.titu. de locatio.conclu 3 numer.2.& Petr. Io. Anchar. Regien.l 3.q.8. q.numer.21.

Sed quid si superueniat indigentia uel necessitas locatori Fel.in consi.43.per tot.consuluit posse locatorem uenire contra pactum.quod consilium tanquàm fauens parti de qua superius citat Gabriel,ut sæpissime facit, d.nu.2.& in casu Fel. erat dictum quòd durante termino & tempore locationis, locator etiam si uellet domũ locatam pro eo non posset ipsum expellere.

Vera superuenta necessitate admitto consultationẽ Fel.in illius casu contrarium tamen crederem si expresse esset conuentum,quòd locator non posset dicere uel petere quòd uelit, uel indigeat domo pro sua habitatione & indigentia, ut in individuo firmat Corn.qui ponit casum pro indubitato in consi.10 col pen.in fin in 2. Et idem ad propositum quando est facta mentio unius ex casibus expressis in d.l 3 quibus locator potest expellere conductorem ut non solutionis, quàm eo eueniente locator non posset conductorem expellere uoluit Sa'y in l.quæro §.inter locatorem ante h. ff. loca. Et magis hanc sequerer sententiam si in instrumento addita esset clausula iuramenti per quam partes uoluerunt contractum haberi pro iurato,de qua scribit Bursat.consi.74.nu.17. nam iuramentum operatur quòd censeatur in genere cogitatum etiam quando non est facta expressa mentio.l.qui iure militari ff de milita testa. Docto.in l.sancimus C de testamen.Crot.in l 1.§. si quis ita in fi 2 lectu.ff de uerbor.obligatio.Io. de Sel. in tract.de iureiuran.2 par.: q.nu.1.& seq & docto. in alijs l ocis Et quòd iuramentum alteret contractum & iuris dispositionem constat etiam ex eo quòd licet quis ante biennium non possit expelli ab emphyteusi si deficiat in solutione, uel si id ex statuto disponatur, tamen si in contractu sit addictum iuramentum expelletur ut per l.si.m.t.n quis maior.nu 12.C de transact.

Neque obstat opinio Fely quia omittendo quòd ille uix posset defendi in casu suo in hoc à nobis proposito res est clarissima,si quidem ego aliter sentio de eo qui promisit non expellere etiam si uellet pro usu suo, ut in casu Fel.quàm de illo qui addit expressionem propriæ necessitatis illique renunciat, nam per expressam renunciationem locator sibi præiudicauit, & renuncianti nõ datur regressus l Herrennius. in prin ff.de euict. l.quæritur §.si uẽditor ff de ædilit edict.Dec.cõs.389. nu.10.Crauet.consi 24.nu 4.itaq; Fel.in illo consi.facit primum præsuppositum. quòd uerba contrahentiũ non trahũtur regulariter ad incogitata l. tres fratres. ff. de pact quia in casu suo de nulla necessitate fuerat facta mentio,aut expressio illius tamen opinio non est admittenda dum extendit illud idem præsuppositum ad casum iuratum quia imo iuramentum habet uim expressi,& tacit præsumi saltem in genere de eo casu esse cogitatum,sicut & nihil facit ad propositum, quod renũciatio iuri quod quis habet,uel habere sperat intelligatur ex causa de præsenti. nam in casu isto nõ potest hoc habere locum,ex quo causa necessitatis quæ fuisset tẽpore contractus non satis fu ff.1, cum debeat esse de futuro & inopinata, ut per omnes post gl.in d.l.3.& in c. propter sterilitatem.de locat. Et propterea quando nullum ius de pręsenti competit,in quo possit renunciatio uerificari,debet extendi ad ius de futuro ut per Bartol. quem alij sequuntur i allegata per eum.l. qui Romæ.§. duo fratres 6.q.nu.19.in fi ff de uerbo.obligatio

Secundum præsuppositum factum per Fel. quòd expressio eorum quæ insunt nihil operatur.l 3 ff.de leg. 1.non facit ad casum à nobis propositum, in quo non exprimitur id quod non inest,quo casu omnes fatentur operari,sed in casu illo in quo de aliqua necessitate non fuisset expressum forte posset defendi illius opinio, nisi repugnaret authoritas Ang.tot alijs suffulta quibus magis decet accedere,quàm uni Fely, consulenti.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

An qui semel est absolutus, possit prætextu nouorum indiciorum iterum uexari, atq; torqueri.

SVMMAE.

1 *Accusatus semel, uel inquisitus non põt amplius accusari, uel inquiri.*

2 *Et quando adfuit sententia definitiua.*

3 *Et ista exceptio impedit litis ingressum.*

4 *Delictum si non fuit probatum, an superuenientibus nouis indicijs possit probari.*

5 *Absolutio si fiat ob non probatum delictum ulterius contra reum non proceditur.*

6 *Confessio extraiudicialis delicti non facit indicium ad torturam.*

7 *Et maxime si contra stet sententia lata.*

8 *Indiciũ cõfessionis extraiudicialis tollitur alijs indicijs contrarijs.*

9 *Confessio extraiudicialis ut indicium faciat cõtra confitentem cuiusmodi debeat esse.*

10 *Confessio delicti facta calore iracundiæ indistincte potest reuocari.*

11 *Et facta iactationis, uel uanæ gloriæ gratia.*

CONSILIVM CCCXCVI.

In Domino confido.

CVM Baptistinus Saccagius semel de homicidio fuerit inquisitus, & comparuerit, & suam innocentiam probauerit, tum per torturam, tum per testes deponentes illum ea nocte,qua fuit occisus ille præsbiter in ciuitate Regij fuisse in loco monzabellarum,& tandem fuerit absolutus, nedum à processu, sed ẽt ab inquisitione contra eũ formata,non uidetur amplius posse inquiri, uel uexari prætextu indiciorum de nouo superuenientium ex uulgata regula l.de his. de accusat.& l.si cui.§.1.ff.eod.titu.quod semel accusatus, uel inquisitus non potest amplius accusari,uel inquiri,
1 † quod & firmat Alex.consil.11.circa princ.uers. dubio.5.uolu. Marant. in tract.de ordi.iudi.in 6. par.in prin.in titu. de inquisitio.uer.8.quæro.nu. 49.Ioã.de Ami.cõs.37.nu.1.& Cagn. in l.bona fides.nu.7.ff.de reg. iur.nam transit in iudicatum

ut Foler. trad. in sua pra ctcrimi. in 4. parte. 3. partis principalis in uerb. pœnis debitis feriatur. nu. 54. idem etiam defendit Sylua. in consil. 75. numer. 15. & sequen. quando est sententia diffinitiua, †quod & sequitur Marsconsil. 293. in addit. 2. uolum. Cepha. l. 39. numer. 14. & ante eos idē etiam uoluit Alb. in capit. fin. 2. not. de collus. detengen. Quod etiam procedit si superueniant indicia, cum præsumatur pro absolutoria, per quā purgata est omnis macula, quasi pro indicijs maxime remotis, Bal. consil. 89. proponitur ante fin. 5. uolum. & ista exceptio impedit litis ingressum
3 Bart. in l. senatus. ff. de accusat. Io. de amic. dicto consi. 37. nu. 1. & Io. de Ana. in d. c. de his col. 1. in fi. uersi. nota quod ista exceptio.

Nec huic conclusioni uidetur obstare distinctio, quā faciūt alij moderniores, quod aut reus est absolutus, quia consistit ipsum non deliquisse, ille fuisse inocentem, aut quia non fuit proba-
4 tum delictum contra ipsum, †quo casu superuenientibus nouis inditijs potest de nouo inquiri ut per Iul. Clar. in sua pract. crimi. in §. fi. q. 57. in fine primæ col. in quo ultimo casu nos uidemur uersari, quia quando absolutoria est facta diffinitiuè non tantum à processu, sed etiam ab inquisitione non potest ulterius contra reum procedi, tametsi absolutoria fiat ob non probatum de-
5 lictum. †glos. Bar. & Abb. in d. cap. de his Ang. in d. l. si cui. §. 1. in prin. & hos casus parificat Butr. in d. capitul. si non fuit probatum, uel constitit de innocentia in 2. colum. uersicul. 8. casu & huic opinioni adhæret Bossi. in titu. de senten. numer. 77. quam etiam tenet Di dac. in capitu. 10. nume. 1. 2. libro suarum resolutionum. Nat. in consil. 225. in prin. & August. Bero. in consil. 166. nume. 1. & 3. 3. uolum. & propterea solent iudices ad euitandum hunc scrupulum absoluere reum nō ab inquisitione, sed pro eo tunc ut per Manc. in consil. 251. numer. 4. 1. uolum. uel dimittere simpliciter de carcere, uel cum clausula stantibus rebus prout stant ut per Bossi. in tit. de senten. numer. 65. quod obseruatur in casu, quo clare non constat de innocentia, ut per eum ibi numer. 72. Ex quibus liquet Iul. Clar. & alium quemcunq; qui eius sententiam teneret non rectè sentire in hoc articulo, quod in casu isto tanto clarius procedit cum de innocentia huius inopis satis constitisse uideatur, ut audio, ex probationibus in dicto processu factis præter torturā per illū passam.

Super alio puncto proposito assertæ confessionis extraiudicialis factæ per ipsum Baptistinū, qd̄ commiserit illud homicidium à quo fuit absolutus, preterea, quæ abundè uidi scripta ad eius destructionem, & maxime quia, ut audio, suspicari ne probetur per testes tum inimicos, tum multas, & magnas exceptiones patientes, Dico qd̄ posito, quod iterum possit inquiri ipse Baptistinus, quod minime admitterem perpetrata, illam tamen non tam passim facere indicium ad
6 torturam contra confitentem, †ut regulariter facit glo. fi. in l. capite quinto. ff. ad leg. Iul. de adult & Doct. passim. nam ultra, quòd multa exiguntur, & cōcurrere debent ut per Foler. in sua prax. crim. in 2. par. 3. partis in uerb. & si confitebitur, per tot. & potest reuocari iuxta doctri. Bal. in l. unica. colum. pen. numer. 96. C. de confess. quem sequitur Fely. in cap. olim. numer. 2. 1. fallent. de rescrip. & in capitul. at si clerici de iudi. num. 6. Marsi. in pract. crimi. in §. diligenter num. 19. & in. §. examinanda. numer. 32. Carer. in pract. criminal. in prin. numer. 121. Rip. in l. admonendi. numer. 156. ff. de iure iuran. Gerar. de pet. san. singulari. 67. Foller. numer. 20. loco præallegato, & Bernard. Diaz. in suis reg. iur. reg. 125. in 1. fallen. 2. sublimatione quando contra suam confessionem fuit iudicatum, & extat sententia lata eius, cui us
7 contrarium quis fateretur, talis confessio† nō est attendenda, & potest confitens ea non obstante illud negare. Ita trad. Alex. in l. magistratibus numer. 1. ff. de iurisd. om. iud. Mars. consi. 20. nu. 62. & Foller. loco præallegato. nume. 18. sicut etiam
8 tale indiciū confessionis extraiudicialis †tollitur alijs inditijs in contrarium urgētibus, Ang. Aret. in tracta. malefi. in uerbo comparuerunt dicti inquisiti, & tot negauerunt numer. 4. & Foller. d. 2. par. numer. 17.

Quibus accedat, quod etiam hi, qui admittūt talem confessionem inditium facere exigunt, qd̄
9 sit facta †uerisimili causa ratione loci, & temporis, & quod non sit informis, sed certa & qualificata, ut Par. de put. trad. in suo tract. syndicatus in uerbo tortura. in. §. quia communiter. numer. 12. Brun. in tract. de inditijs tort. 1. par. 3. q. nume. 15. Carer. dicto. numer. 120. Blanc. in l. fi. de quæstio. numer. 202. Nouel. in pract. crimi. in §. forma cōspeciendo cadauera nume. 35. il. 1. fol. 42. Diaz. in dicta reg. 125. prima fallen. antè fi. & Foller. d. 2. par. nu. 5. & nu. 10. ubi tandem id remittit arbitrio iudicum, sicut etiam considerandum est an
10 potuerit fieri calore iracundiæ, †quia indistinctè potest reuocari, & secundum opinionem eorum, qui tenent partem negatiuam, Dec. in dicto. capitul. at si clerici. numer. 18. 3. fallen. & Foller. d. nu-
11 me. 10. uel iactationis †uel uanæ gloriæ gratia, ut sæpe faciunt plures, qui etiam delictum non cōmiserunt. Rip. in d. l. admonendi. d. numer. 165. Quæ uolui adduxisse ex abundanti, non quia credam unquam posse amplius procedi contra dictum absolutum, sed ut uideant magnifici iudices, quod etiam, quod procederetur talis confessio non faceret inditium ad torturam, cum sit debilitata, ne dum probationibus factis in eo inditio, sed etiam à sententia ipsa.

Laus Deo Opt. Max.

Barthol. Bertaz.

Fuit tamen processum contra istum, & ille qui uere patrauerat delictum confessus fuit, & capite punitus.

Clau. bertaz.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Concesso priuilegio deferendi arma alicui, & illius factoribus ac ministris qui ueniant?

SVMMAE.

1 *Ministri appellatione uenit, qui in aliquo alicui ministrat.*
2 *Ministrare uerbum quid importet, ac significet.*
3 *Seruientes quilibet gaudēt priuilegio Domini.*
4 *Minister est licet quis salarium non habeat.*
5 *Interpretatio solita excusat contrafacientem.*
6 *Obseruantia priuilegij fida interpres.*

CONSILIVM CCCXCVII.

In Domino confido.

CONCESSVM est priuilegium D. Iosepho leui, & fribus bancherijs fæneratoribus deferendi arma per ciuitatem, & districtum Ferrariæ die noctuque cum lumine, & absque lumine, ut in capitulo 36. suorum capitulorum. & inferius in c. 49. declaratur omnia priuilegia ipsis concessa censeri etiam concessa factoribus, & ministris suis. Qua concessione stante eius sum sententiæ, quod Iacob istæ Carceratus qui inseruiebat D. Iosepho prædicto tempore carcerationis, pro delatione armorum de eo factæ nulla pœna ueniat puniendus, cum negari non possit, quin ue-
1 niat appellatione ministri † qui est ille propriè q alicui seruit in aliquo. ut probatur in l. quæ adulterium. C. ad l. iul. de adult. & c. pręsenti. §. fi. Vbi Archidi. de officio ordi. l. 6. in l. in lege cēsoria. in fi. ff. de uerb. signi. ubi Alcia. in uerb. administratores interpretatur seruiētes in mensæ, cum pro
2 prie † ministrare (secundum eum) accipiatur à manibus ducto sermone, idem etiam Alb. ī dictionario suo in uerb. ministri domini. quod etiam uoluit glos. in procem. digestorum in uersi. & post eundem, in uerb. ministræ. & ibi Cagnol. in uersi. 31. nu. 216. Vbi dicit, quod sunt propriè ministri qui seruiunt, quod ex Iuue. & Aul. Gel. comprobat, & post Bal. ibi infert, quod tales seruientes
3 † gaudent priuilegio domini; poss ē etiam multis auctoritatibus, & Poetarū & Oratorum hoc idē comprobare, sed cum habeamus decisiones specificas iuris consultorum non laborabo frustra.

Nec aliquid facit, quod ipse Iacob (ut ipse in suo constituto affirmat) non conuenerit de salario cum ipso D. Iosepho, quia hoc non facit quin
4 dicatur eius minister † & si salarium nō haberet, & pro hoc facit q trad. Feli. in ca. in literis. nu. 1. 2. not. de testi. Nec uideo quid prohibeat, quod illud non possit petere licet à princ. super eo solue do nihil fuerit contientum. Et cum huiusmodi decretum (ut audio) semper habuerit hanc interpre
5 tationem tāto magis uenit ipse † captus excusandus l. minime. & l. ii de interpretatione. ff. de legi.
6 Alex. consi. 211. in fi. in 6. uol. & obseruantia † priuilegij declarat concessionem, Dec. consi. 48. col. 1. Sylua. consi. 66. nu. 20. & 88. nu. 28. ac Alcia. cōsi. 14. nu. 11. lib. 4. Et in dubio capienda est ea pręsumptio per quam pœna euitatur l. semper in obscuris. ff. de reg. iur. Alcia. pręsumptione omnium ultima. in prin.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Exiuit iste carceres, sed non sine aliqua pœna & merito. nam odiosa sunt ista priuilegia quibus armorum delatio conceditur hæbreis.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Instrumentum falsum esse quomodo per testes probari possit?

Et quid sdicatur illum tunc temporis abfuisse à ciuitate eius præsentia enunciatur in instrumento?

SVMMAE.

1 *Testes reprobaturi instrumentum debent esse omni exceptione maiores.*
2 *Et hac qualitas per alios testes est probanda alias agens succumbit.*
3 *Probatio debet esse necessario concludens.*
4 *Testis non est idoneus nō confessus, nec cōicatus.*
5 *Testis attinens, & cognatus actoris non est idoneus.*
6 *Index non debet fidem adhibere testibus deponentibus non uerisimilia.*
7 *Memoria nimia in teste est suspecta.*
8 *Instrumenti uacillantis fidem confirmat testis instrumentarius.*
9 *Et in dubio instrumento est standum, quando sunt testes hinc inde contrarij.*
10 *Falsitas non præsumitur in uiro honorato ob modicum lucrum.*
11 *Instrumenti ueritas maxime arguitur ex ipsius obseruatione:*
12 *Et si duæ circa illud obtentæ sunt sententiæ conformes.*
13 *Verisimilitudo facit præsumptionem pro instrumento.*
14 *Instrumentū qui habet pro se, & possidet in du*

bio obtinere debet si testes non instrumentarij contradicerent.

15 *Falsitatis suspicio in ciuilibus habetur pro ueritate respectu captura, non condemnationis.*

16 *Nec procedit quando ex aduerso militant aliæ præsumptiones pro ueritate.*

17 *Idem est si suspicio falsitatis sit contra instrumentum publicum, secus si contra testes.*

CONSILIVM CCCXCVIII.

In Domino confido.

NON obstantibus subtiliter adductis ad fauorem huius Barati actoris contra hæredes q. Magnifici Capitanei Hieronimi Gattamelati, proculdubio ueniunt rei absoluẽdi ab impetitione actoris cũ uictoria expensarum. cum n. habeant ipsi rei instrumentum uenditionis pro se, pro quo præsumitur l. cum præcibus. C. de probat. cum alijs trad. per Alcia. in tracta. præsump. 3. reg. præsumptione. 13. nu. 7. & seq. habent intentionem fundatam, quę minime debilitata est uel elisa ex probationibus ex aduerso factis.

Primo. n. testes illi examinati ad probandũ quod
ille Franc. Barat. erat absens à Ciuitate Ferrariæ
tempore celebrationis dicti instrumenti, & sic per
indirectum ab re probandum instrumentum ex
pluribus non probant, nam debent esse testes
1 omni exceptione maiores, & undique idonei,
2 †qui ad impugnationem instrumenti inducuntur.
tex. in terminis in l. optimã. C. de contrahen.
& committen. stip. trad. omnes in c. cum Ioannes,
de fide instrumentorum. Dec. cõs. 101. col. 2. Craue. consi. 77. in fi. 56. num. 3. & 75. nu. 14. & Bos. in
tracta. varia. in tit. de fals. nu. 43. & hæc qualitas
per alios testes erat probanda, qua non probata
2 †agens succumbere debet, Ang. in l. 1. §. si quis
neget, ff. quemad. testa. aper. Dec. consi. 37. col. 4.
& fi. in c. 1. col. pen. de appel. Mars. in l. si quis ne
quæstio. Gram. consi. 35. nu. 38. Soc. iun. cons. 22.
num. 10. primo uol. D. Vber. in l. fi. num. 83. C. de
edict. diui. Adr. tol. Alc. in tracta. præsump. 3. reg.
præsumptione 2. num. 9. & Bos. d. titu. num. 47. ex
* quibus constat hãc esse communem * opinionẽ,
secundum quam iudicandum est, licet Felin. in
d. capitu. cum Ioannes, & reliqui pauciores contrarium uoluerint.

Secundò, testibus ipsis nulla est danda fides, quia non solum non constat quòd sint idonei & omni exceptione maiores, quod erat necessario probandum ut supra, sed constat ex eorum met testimonijs eos multas pati exceptiones, primus enim Simon uel Simeon ille contradicit. 4. & inter se aduersantur, cũ ille dicat assumpsisse Fran. præd. ad piscandũ secũ, & eo artificio seu opere usum fuisse toto illo mẽse Maij, noctũ diuq; nunquã ab eo recessisse nisi modico interuallo, iste uero dicit imò ipsum quartũ testẽ dedisse cõsociũ, & operariũ ipsum Franc. in piscatione ipsa cuidã Chechino Bertario, cũ quo stetit per aliquos dies & Chechinus exinde loco sui surrogauit Simonem, & sic constat quod alter eorum mẽtitur, quod toto mẽse Maij simul iugiter piscati fuerint, primus ẽt deponit oĩbus noctib. piscatos fuisse, cũ quartus dicat de qualitate 3. nocte, addens quod alias ui
giles esse nõ potuissent. secundus ignorat tẽpus,
b & annũ, & nihil de eo scit, uel recordatur, b quo
casu eius dictum, non est in aliqua consideratio-
3 ne, quia probatio debet esse †necessario concludens gl. Bal. & oẽs in l. iurisgentium. §. quod fere.
ff. de pact. Dec. d. consi. 101. 2. col. sed & testis ipse admittit, quod aliquibus diebus illius mensis non
potuerunt isti piscari, quo tempore commodè
ipse potuisset uenire Ferrariam ad contrahendũ,
& in hoc aduersatur, quod expresse dicit contrarium
tertius testis est homicida, excõicatus, per 4.
4 annos nõ confessus est peccata †sua nec sacramẽ
tum eucharistiæ sumpsit contra c. omnis utriusq;
sexus. de pœn. & remis. & sunt Pauperes ferè om-
5 nes, & quartus est cognatus, & attinens †actoris,
quo casu non probat, Bos. ad propositum d. ti. de
fals. nu. 89. & nu. 97. Non possunt igitur dici omni
exceptione maiores, cum aliqua macula eis potest impingi. Soci. Iun. consi. 29. nu. 25. in 2. uol.

Tertiò, isti testes, deponunt non uerisimilia,
quo casu, & si plenè probarent iudex non debet
6 †eis fidem ahibere, Crau. consil. 134. nume. 36.
37. & 249. num. 7. Grama. decisione. 28. nume. 2. Bos. in tit. de oppo. contra testes, nu. 94. & seq. ubi plura ad propositum. non est enim uerisimile quod deponit dictus primus testis, quòd ipse cum esset tam tenellæ ętatis, tam ualidè per mensem totis ferè horis diurnis, & nocturnis laborauerit in piscatione. & minus uerisimile est, quod ipsi post annos 19. & ferè uiginti elapsos fuerint ita memoriosi, & recordati fuerint, prout impudenter deposuerunt singulis diebus, & ferè singulis noctibus uidisse dictum Franciscum in uilla Guardazzolæ ita ut die 20. Maij non potuisset esse Ferrariæ. Equidem
7 non possumus †negare, quin & Mitridates,
& Themistocles qui querebant artem obliuionis. de quibus meminit Ias. in §. ex maleficijs. nu. 38. instit. de actio. eis cedere debeant. & quod regula l. peregrè, & quod ibi trad. Doct. in prin. ff. de acquir. pos. quod obliuio saltem longo tempore inducitur, & in his testibus fallat, sed certe uerius est dicere, quod mẽtiantur, & sint testes redempti, & quod eis non sit credendum, & ex hoc solo quod deponunt non uerisimilia sunt repellendi, ut ad propositum ultra supra allegata trad. Mars. in consil. 77. numer. 29. ubi loquitur in testẽ, qui post nouem annos recordabatur de nonnullis suppellectilibus super quibus deposuerat, & de earum signis, & demostrationibus ut ibi per eum.

Secundò principaliter dicitur, quòd dato, & non concesso, quod isti testes facerent aliquam probationem adeo ut fides instrumenti vacillaret, tamen cum ex uno teste instrumentario examinato

minato constet, quòd immo dictus. q. Fran. in-
8 teruenit † contractui, & uendidit, ut in eo, cessat omnis difficultas, ut trad. omnes in c. cum Ioannes ubi Fely. num. 43. Dec. d. consil. 101. 2. colu. Marss. singulari. 61. dictum. & consi. 27. nu. 14. Craue. consi. 56. nu. 7. & 15. Boer. decisione. 118. nu. 9. & 15. Soci. Iun. consi. 132. num. 2. & Bos. d. titu. de fals. numer. 37.

Sed ne dum iuuatur ipsum instrumentum testimonio ipsius testis instrumentarij, sed etiam de positionibus duorum aliorum testium, q eo tempore, quo fuit facta uenditio Casalis, & p aliquot paucos dies ante, & post ipse q. Franc. confessus fuit uendidisse Casale Capitaneo Hyeronimo, & erat Ferrariæ, & secundus testis ipsorum deponit se operam præstitisse dicto Franc. post factam uenditionē, & postquàm Capitaneus Hier. eius executione habuit eius Casalis possessionem in adducendo farcinulas suas, q tunc iuit ad habitandū in dicta Villa Guardazzolæ, ex quibus apertè cognoscitur de mendacio testium aduersantium, & cum pro instrumēto sint tot testes desen-
9 dentes quot sunt impugnantes † cui dubium, q in strumento standum est, iuxta. trad. per Bal. in l. in exercendis. C. de fid. instr. Corn. consil. 261. litera L. in fi. 4. uol. & Craue. consi. 67. nu. 12.

Tertiò, ultra testes prædictos militant ad probandum hanc ueritatem quam plures præsumptiones pro instrumento. Prima est, quod ista uēditio, quæ allegatur falsa, non est rei maximi ualoris, sed modici, & minimi, aureorum uiginti, uel circa. ob cuius modicitatem, & uilitatem absit, quod sit suspicandum d. q. Capitaneum militem honoratum, & notarium rogatum de instru-
10 mento uoluisse † committere falsitatem, quæ tali
c casu non est præsumenda. Craue. d. cons. 56. nu. 14. & consi. 75. nu. 16. & tanto minus spoliando inopem rebus suis.

Secunda est, quod post dictam venditionem ipse Capitaneus adeptus fuit possessionem dicti Casalis, & ipse exinde possedit, per totum tēpus vitæ dicti Francisci, qui superuixit per decem annos vel circa, vt deponunt aliqui ex testibus aduersarijs, & exinde usque ad tēpus mortis ipsius
11 Capitanei, ex quo maxima oritur † præsumptio
d ueritatis dicti instrumēti, dut ad propositū trad. Craue. in consi. 65. nu. 11.

Tertia est, quia instrumentum prædictum longo tempore fuit obseruatū, & eius uirtute binas
12 sententias conformes † in possessorio obtinuit ipse Capitaneus Hieronimus, quod eti am inducit præsumptionem pro eo. Craue. d. nume. 11. & in consil. 101. numer. 4.

Quarta est uerisimilitudinis, q est p ipso instrō fundata, in pluribus indi tijs, & cōiecturis ultra ipsā ueritatē plenisś. pbatā. nōne est verisimile, q Cap. Hier. emerit Casale, si ptiū eius soluit creditori uēditoris, q ab eo cōduce bat, ut cōstat ex a-
13 lio instrō cerrtè sic. ideo uerisimilitudo † facit prgsumptionē p instrō, Craue. d. cōs. 56. nu. 18. 19. &

licet in hoc instrō magnā uim faciat pars aduersa ut magis hoc instrūm faciat præsumi falsum, tamē hoc etiam est falsum, ut Inferius ostendam.

Quartò & ultimo, & si oīa sint clara pro parte reorum, & nullus penitus remaneat scrupulus tamets remāsisset, rei hñtes instrūm pro se, & possidētes in casu dubio obtinere deberēt, & si duo testes nō instrarij cōtradicerēt instrō, & nullis testi-
14 bus iuuarēt † fm Anch. post Goff. per eū citatū in cōs. 77. uisis ad fi. & Dec. qui opiniones cōciliat i c. 3. loco nu. 11. de probat.

Sed nūc opere pretiū est rūdere fundamento facto per Magnificū D. Aduocatū aduersariū in suis allegationibus datis loco dubiorū, fit. n. fundamētū in iure, & in facto ni fallor, in casu isto falsum, & minime sustētabile in iure, q dr q psumptio falsitatis, cū ciuiliter agat p ueritate hr, q uero ultra dictas pbationes testiū aduersariorū extēt aliquot psūptiones deduc it i dictis allegationibus. Qd attinet ad id qd iuris est rūdetillā con-
15 clusionē nō esse ueram, & pcedere respectu † capturæ tñ, nō cōdēnationis, ut dec. trad. i c a. porrecta circa med. 1. col. & in fi. eiusdē col. de confir. uti. uel inuti. & i cōs. 175. nu. 5. 2. & si uera esset, nō
16 procedit qñ ex aduerso militāt † aliq psumptiones p ueritate, ut ēt admittit prædictus D. Aduocatus aduersari, & uidetur tenere Craue. consil. 28. nu. 9. & trad. Rip. in c. 2. de rescrip. nu. 26. At in proposito ne dum extāt aliquot præsumptione pro ueritate instri, sed plenæ probationes, adeo q nusq de ea est dubitandum. Tertiò, illa conclusio nō procedit, qñ suspicio falsitatis est contra
17 instrumētū publicū, secus si cōtra testes, uel aliā scripturā, nisi instrūm q in suspicione deducit haberet uitiū uisibile, ut rasuram, & similia. ita not. distinguendo declarat rationibusque, & auctoritatibus comprobat Bos. in d. titu. de fals. nu. 6. 13. & 14. & in titul. de par. suppos. num. 32.

Nec uideo quomodo in facto possit colligi psumptio falsitatis, licet in instrumento uenditionis dicatur, quòd emptor soluerat pretium pro uenditore Marchesino pistori, seu pro parte eius lib. 69. cum tamen nō teneretur nisi ad quinquaginta uenditor ex anticipata solutione pceptas, & in alio instrō constat fuisse solutas libras. 90. seu factam delegationē pro ea summa ex cā cessionis conductionis à dicto. Marchesino. Nam si rectè omnia consi derentur, nulla oritur ex hoc suspicio falsitatis, imò magis ueritatis, ut dixi. fatetur. n. uenditor, se fuisse debitorem Marchesini de lib. 69. & eas fuisse. solutas per emptorem de Iussu, & uoluntate uenditoris creditori, ut ex instrumento rogato per Vrsinum eodem die. licet enim ex instrumento Gaimarij, non constāret dictum Franciscum esse debitorem Marchesini ultra lib. 50. hoc nihil facit, quia potuit teneri ex alia causa nō expressa, nec uenditor se restringit ad aliquam causam in instrumento uenditionis. si igitur constat de solutione facta per delegationem q importat solutionē. l. quauis. §. interdū.

ff.ad velleia.ambo instrā concordant, non aduersantur. & licet Capitaneus Hierony. de proprio ultra debitum dicti Francisci uoluerit soluere dicto Marchesino lib. 25. ut cederet sibi iura sua anteriora, quæ habebat in dicto Casali, & quia fortè nolebat renuntiare eius conductioni in præiudicium cuius non poterat fieri alienatio saltem eo uolente emere, ut in dicto instrumēto Guimarij, non uideo quare id facere non potuerit, & cur dici possit instrumenta ipsa inuicem adeo aduersari, ut possit resultare præsumptio, uel minima cōiectura falsitatis uē ēditionis. Cessant igitur omnia obiecta, tā in iure, q̄ in facto, & ueritas ista sæpius excogitata splendescit in lucē, c. graue. 35. q. 9.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ADDITIONES.

a Idem est quando testes instrumentarij directi sunt reprobaturi instrumentum. tunc enim propriè falsitas instrumenti probatur, ut nos sæpè diximus, & scribunt Doct. in l. 1. §. si quis neget. ff. quemad. testa. aperian. & in c. cum Ioannes. de fid. instrumen. Didac. uaria. resol. lib. 2. c. 13. Bursat. consi. 33. Menoch. de arbit. caus. 105. & Petr. Ancha. q. 71. in prima par.

b Circa hæc uerba loquendo de teste instrumentario directè reprobante instrumentum, de quo institui sermonem, illud est notandum, quod si testis dicat non interfui, uel ita non fuit dictum: tunc reprobatur instrumentum, secus uero si dicat se non recordari, aut nescire: ut per Fely. in c. cum Ioannes. nu 48. de fid. instr & Doct. in d. §. si q̄s neget. d. l. 1. Menoch. d. cas. 105. nu. 31. Bos. in tit. de fals. nu. 31. Gabr. consi. 180. nu. 9 in qua re est aduertendum, quod hæc uerba ita absolutè prolat. apos sunt importare etiam testem nescire, aut non recordari interuenisse, aut nescire, aut recordari tale instrumētum unquam factum fuisse. secus si testis fateatur interuenisse, sed non recordetur de rebus habitis inter partes, & in casu isto loquuntur Doct. sup. citati. in altero autē casu iudex ego perquirerem à teste, an crederet potuisse interuenire, licet nō recordaretur, aut uero minime, primo casu æquior essem, secundo uero perpensa etiam qualitate hominis ipsiusquè controuersiæ, & reliquis circunstantijs statuerem testem hunc nihil aliud uelle agere, quam instrumentum reprobare asseuerando non interuenisse. nam & qui simpliciter dicit non interuenisse non alia mouetur ratione, ut id dicat, nisi quia nescit, aut non recordatur interuenisse.

c Fuit dictum Bal in l. 2. nu. 4. C. de fals. Ceph. qui multos adducit consi. 652. nu. 30.

d pulchrè Bal. in consi. 37. in primo, & idem Cranet. consi. 188. col. 1. & in tract. de antiqui. tempo. in prima par. nu. 199. Ioseph. Ludo. conclus. 38. col. 3. quod maximè procedit si qui falsum esse instrumentum prætendebat distulit sinè causa agere, Cranet. consi. 75. nu. 7. 12.

e Idem Cranet. idem trad. consi. 28. in prin. & consi. 75. nu. 20. & Curt. iun. consi. 17. col. 2. & consi 178. col. 2. Rim. iun. consi. 126. nu. 17. quæ tamen præsumptio procedit in dubio secus in casu claro Dec. consi. 575. nu. 6. uid. Boss. tit. de Fals. nu. 133.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Si quis sit cōdemnandus, quia cōtra statutū alienauerit in forēsem, an cā sit ciuilis, uel criminalis? Et ad quem pertineant bona confiscata?

SVMMAE.

1 *Confiscata bona acquiruntur primò Principi, licet postea sit lata sententia.*

2 *Causa est criminal. quādo pœna applicatur fisco.*

3 *Et si pœna ꝓueniat à statuto posito īter crimin.*

4 *Non uidetur actio criminalis si ponatur cōdictio ex lege, & non competat accusatio, uel detur.*

5 *Secus ãt quādo fiscus agit ad uindictā publicā.*

6 *Statutum prohibens uendi forensibus imponit pœnam criminalem, & ad eam criminaliter agitur, & inter criminalia ponitur.*

CONSILIVM CCCXCIX.

In Domino confido.

PROVIDENDVM est per Reuerendas, & Magnificas excellentias. VV. huic inopi D. Luciæ de Pratisolis Ciui Regij, ne spolietur à Camera Illustris. Co. Scandiani, terris obtentis per quinque sententias contra Ser Donatū, & filios de Camolis. quarum tres posteriores causas in executione duarū conformium sententiarum super meritis delegatæ fuere per ipsum D. Comitem, & lata ultima sententia se intrusit ī possessionem dictarum terrarū, quarum fructus fuerunt depositati pęnes tertium nullo equidem iure permittente. cum non possit habere plus iuris in hac causa, quam habuerit Ducalis Camera à qua fuit inuestitus. l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur. & tamen Ducalis Camera cōscia se iniustitiā fouere liti cessit, ut in literis Magnific. factorum, & etiam fuit iudicatū per sñam, ipsam Ducalem Cameram in eius bonis nullum ius hr̄e.

Secundò, quia ipse D. Comes nullū potest prætendere ius in his bonis ex quo posito, quod confiscatio ipsorum haberet locū propter alienatio-
a nem factam a in forensem, iuxta formam statuti, intentati fuissent acquisita Ducali Cameræ, tunc
1 Dominę Scādiani, licet etiam lata postea † fuisset sententia. Boer. latè dec. quinta. Nec talia quæsita Cameræ fuerunt concessa in inuestitura dicto D. Comiti, sed tantum quæ fuerunt percepta à tempore inuestituræ, quæ facta fuit die tertia Iulij anni. 1565. cum tamen casus huius confiscationis euenisset eo anno de mense Martij, ut in processu, & ut in inuestitura fol. 6. prima facia.

Nihil etiam facit, quod in chirographo facto dicto die tertio Iulij registrato in fin. inuestituræ Serenis. Dux reseruauerit quod deberēt expediri ad sui beneficium. processus criminales cæptos, quia hoc facit etiam contra partem aduersam cum hæc sit causa criminalis ex quo
2 pœna † applicatur fisco, glos. & Bartol. in l. ter-
* tia. ff. de sepulcr. uiola. trad. communiter * omnes in rub. extra de iudi. quam etiam latè prosequtur Iul. Clar. in praxi sua criminali. in §. fi. q. 1. uer. 4. quod etiam ex eo constat, quia illud statutum est positum inter consilia criminalia, & sic debet

3 intelligi † secundum tit. sub quo est situatum l. im-
peratores. ff. de in diem addict. & Cæpol. ad pro-
positum consi. 12. num. 3. in criminal.

Et licet quando agitur ex contractu illicito ꝓ-
ponatur condictio ex lege, & non uideatur accu-
4 satio competere, uel dari, & sic causa † non uidea-
tur criminalis Bal. in l. fin. numer. 6. C. de litigio,
per glos. ibi illud procedit quando pars cui pena
applicatur agit, & hoc casu loquitur glos. ibi in
uerb. recipiat ad fi. quam omnes admittũt, secus
5 † uero quando fiscus agit ad uindictam publicã
iux. trad. per Bar. in l. prima 3. q. numer. 11. ff. de
condit. ex leg. Ang. & alij in l. si quis id quod. Vbi
Soci. num. 27. de iurisd. omn. iudi. & quod hoc sta
tutum imponat pœnam criminalem, & ad eam
6 criminaliter agatur † ponit Iona. Baptista Plot.
in primo tom. consiliorum crim. primo impresso.
in consi. 108. num. 1. ubi congerit omnes casus, q̃
bus non habet locum dicta pœna. & inter crimi-
nalia eam ponit idem Iul. Clar. in dicta praxi. q.
82. in uersi. statutum 2. tum etiam quia illud c. ni-
hil dat etiam respectu ciuilium dicto Comiti, cũ
supra in instrumento fuerit expresse conuentum
quod haberet tantummodo redditus, & prouen-
tus à tempore concessionis citra.

Sicut etiã nihil facit absolutio facta dicto Co-
miti in dicto instrumento per Serenissimum Du-
cem de reseruatis in chirographo concessionis,
tum quia illa absolutio est restricta ad causas scã
diani tempore contractus cæptas, & tamen hæc
fuerat agitata Regij, & non Scandiani, tum quia
cum iam fuisset renunciatum liti, & causæ pro par
te Cameræ Ducalis, non potest dici, quòd absolu
tio ipsa comprehendat hanc causam pro qua ip-
sè D. Comes nihil unquàm soluit Ducali Came-
ræ. Et cum hæc sint tam clara, ut nulla possint ca-
uillatione turbari, supplicat excellẽtijs VV. ut ue
lint tandem hanc inopem oppressam, & tot an-
nos in litem distractam ab his molestijs liberare

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Fuerunt omnia restituta à fisco huic Dominæ.

Clau. Bertaz.

ADDITIONES.

a. Imo habet locum statutum hoc pœnale licet non sit facta ipsa alienatio, sed tantum adsit obligatio & hypotheca. quam opinionem tenuit Phanut. in suo consil. impresso post tract. de inuenta Sed contrariam tenuere Alb. Bal. Saly. & Castr. in l fi. C. de reb alie. non alien. Alex. consi. 169. in fi. in 6. & cons. 29 num. 15 in 7. Soc. cons. 75. 2. colu. in primo Dec. consi. 645 nu. 6. Negusant. in tract. de pigno. 2. par. 3. memb. nu. 75. & seq. Alcia in l. alienationis uerbum. post prin. & illic Petr. Rebuff 2. pagi. uer sic. intellige. ff. de uerbo. signif. Plot. consi. 19. num. 18. Craue. consi. 337 num. 16 Franc. Veg. consi. 39. num. 7. Guliel. Redoa. in tract. de reb. eccles. non alien. tit. 1. de significat. uerb. alienat § item sub uocabulo. num. 6. & seq.

Sed quando non fuit facta obligatio, uel hypotheca specialis rei cum traditione illius, quæ hoc casu censetur prohibita à statuto, sed tantum est facta uerbalis obliga

tio honorum, illa impune fieri potest Bal. in c. 1. §. aut si libellario. col fi. num. 4. & illic Afflict. num. 21. qui. mod. feud admitta. quod noluerunt etiam Rebuff in d. l. d. 2. pagi. in fi. uersi. ego autem dicerem August. Bero. in ca. non nulli in 2. & 3. col. nu. 9. & seq. & nu 22. de reb. eccles. alienum. uel non. sequitur etiam Didac Couaru. l. 2. uaria. reso'ut. ca. 16. nu 7. uersi. hactenus de locatione & Redoa. d. § num. 1.

Et in hac re sunt maxime consideranda uerba statuti etiam benigne interpretando. nam licet statutum hoc à multis dicatur introductum propter bonum publicũ, ut facilius possint cogi. subditi ad subeundum onera, ut trad Barbat consi 43. col. 13. uersi item quia istud statutum, in primo. & per consequens fauorabile & extendendum ut per Roma consi. 509 circa propositum 3. col. & & sequitur Crot. in §. Dini l. filiusfam. ff de leg. 1. nu. 80. & expressius Rip. n. 80. & 102 attamen arbitror odiosum esse casu hoc quo agitur de pœna, & cum regulariter cuilibet etiam forensi & extero res quælibet uendi possit l. dudum. C. de contrahen. emptio. statutum est dicendum odiosum tanquàm cõtra ius ciuile, canonicũ, & diuinum ut ostendit Barbat. d consi 43 col. 9 & seq. sane est illud certum contra ius naturale ob illud maxime impediri inter homines mutuum commerciorum usum, ac nexum. esse autem restringendum scribit Soci. consi. 81. nu. 13. in 3. & Cephal consi. 13. nu. 4.

Primo itaque si statutum, ut Mantuæ, excipiat bona generaliter obligata ut in 2. pagi. in uersi. nisi fuerint generaliter obligata l Rub de alienatio. prohibit. res est clarissima, quia clausula in fi. posita debet referri ad omnia præcedentia supra contenta l. talis scriptura. §. fin. ff. de leg. primo c. secundo requiris ubi Dec. de appellatio. & Gabriel l. 6. tit de clausul conclus. 9. in prin.

Secundò idem arbitror dicendum esse in statuto nostro, quod non habet hanc exceptionem, quia dum alienationem prohibet explicat illos titulos qui possunt transferre dominium, ergo hypotheca. nam pignoris obligatio non est proprie alienatio, & ideo de ea statutum non potest intelligere, ut trad. Ang. in l. benignius. ff de leg Et in hypotheca generali res est sine dubio licet in speciali aliud fortasse posset dici, cum obligatio specialis referatur ad rem certam sicuti uẽditio, donatio, & aliæ species donationũ, & cũ hypotheca specialis regulariter parũ excedat debitũ, & subsit regula l. qui habebat. ff. de l. 2. & qñ res est obligata tãti quãti fere ualet, uidetur alienatio, Sed apud reos quotidiana interpretatione & obseruatione probatum est, nullam prohiberi hypothecam. Et stante hoc statuto admittit Plot. cons. 19. nu. 30 uer 6 quod consilium est impressum inter criminalia, et hic adducitur, tenere obligationem, nam cũ creditor nõ intendat acquirere bona immobilia ad finẽ ea tenendi, sed uendendi, & alienandi subditis, & capacibus non debet posse prohiberi talis acquisitio momentanea de qua statutum non uidetur intelligere, Calca. con 25. quantum ad primum col. pen. & Plot. d. consi. nu. 63. uersi 3. & nu. 81. uersi 37.

Et licet ex statuto, ut apud nos, esset prohibitum dare in solutum etiam iudicialiter forensi, attamen forensis esset admittendus ad consequẽda sua credita per uiã subhastationũ & uenditionẽ rerũ faciendã capacibus. & ita quotidie practicatur. Præterea si ex statuto forensis licita esset datio in solutũ, & statuto alienãtis cautũ esset, ut idẽ ius seruaretur forensi quod seruatur in loco forẽsis ciui loci alienãtis, haud dubie licita et esset datio in solutũ, q̃ est alienatio necessaria q̃ fit mediãtibus subhastationibus creditori forensi ut per Bursat. cons 44. nu. 29. hãc conclusionẽ admittũt Castr. cõs. 156. statutũ ad fi. in 1. & Ale. consi 111. nu. 16. in 7. & ad propositũ huius statuti scribit Soc. in consi. 292. 1. & 2. col. in 2. & in consi. 19. in 3. uol.

In his omnibus casibus nullam deberi pœnam arbitror, addo ad materiam huius statuti duos alios casus nō tactos à Plot. nec à Clar. qui rem tractant subtilissime.

Primus est, cum non obstante hoc statuto valeat dispositio facta in forensem sub conditione si capax, vel cuius effectus fuerit ut trad Rip. 1. lib. respons. c. 2. nu. 24. & Plot. d cons. 19. vers. decimo, nu. 26. & eiusdē mentis esse videtur Soc iun. consi. 3 nu. 27. in 3. quæro ego quid iuris si ciuis acquirat pro forensi emēdo pro persona nominanda, deinde nominet ipsum forēsem effectum ciuem tēpore nominationis? maius est dubium in hac re, quia in præcedenti casu cum dispō differatur in tempus capacitatis subsistit actus. l. in tēpus. in princ. ff. de hæred. instit. & hoc pacto spurius, & illegitimus ualide pōt institui, vel substitui cū fuerit legitimatus. Bal. consi. 146 titulus Principis nu 3. in 1. Durant. tract. de art. testan. ubi plures citat tit. 1 caut. vl nu. 15. Clar in §. testamentū. q. 31. ante fi quod admittit Decia. cōl 26. nu. 60. in 3. & in substōne banniti rñdit olim excellent. Caius in cons. 103. nu 8. in 1. crim. quem sequit. Decia. d. nu. 60. & Cœph. consi. 639. nu 10. cū seq. nam pendente conditione nihil est quæsitū. l. cedere diem. in fi prin. ff. de verb. signifi. ubi Alcia & Plot. in d consi. d. vet. decimo. vbi dicit paris esse nihil fieri, vel fieri sub conditione. & ideo statuto non potest dici contrauentum esse.

In proposita hac. q. in primis distingue, aut quis emit pro persona nominanda, aut emit pro se & persona nomināda. neutro casu nulla pœna debetur; namq; primo casu persona emptoris posita est in conditione, quod fieri potest, ut in terminis decidit Bal. in l. in vendētis. col. pen. 3. q. nu. 12. & ibi Saly. etiam 3 q. C. de cōtrah emp. ubi dicunt ualere contractū factum per aliquem pro Titio aut Seiu, prout ipse declarauerit mō sequatur declaratio, quia alias non valeret contractus iuribus per eos allegatis, cum ergo adsit conditio militant ea de quib. superius, neque e. n. stante conditione pōt dici transferri ab initio dominium in nominandū Secundo casu quo emptio fit pro se & persona nominanda, aut iste neminem nominat, aut nominat: si nullum nominat tūc acquiritur dicto sic ementi sm Franc. de Alber. de Aret. in l. secundum C. de contrah. & comm stip quem sequitur Fab. de Mon in trac de emptio q. 3 princ. 12. q. ubi tenet etiam indistinctè, quod acquiratur contrahenti nullo nominato quando nomine tantum nominandi est facta acquisitio per l. si absentis. C. si cer peta & in l. si pupilli. §. si Titij seruū. ff. de neg gest, si vero nominet tūc ex nominatione acquiritur ius nominato, immo sufficit sola confessio nominantis, vt ius nominato acquiratur Soc. consi. 228. 2. col. 2. uol. quod procedit qñ nominatus est præsens, & acceptat, uel alius eius nomine secundū Ancha. consi. 127. ad dubia elicita, quem sequitur, Soc. consi. 61. nu. 12. in 4. ergo nunquā pœna potest incurri, quia dominium primo quæritur emēti pro nominādo, deinde ex eo ipsi nominato, ut trad. Fab in d. trac. 12. q. 3. q. princ. nu. 19. Alex. qui optime declarat in consi. 232. nu. 3. in 6. sequitur Dec. in consi. 543 num. 3. Cagn. in l. 2. q. 68. nu. 205. C. de pac in. emp. & vend & sic tempore nominationis dominium transfertur in capacem, sufficit enim stante hoc statuto quem esse capacē tempore traditionis rei seu possessionis adeptionis, ut trad. Cast. consi. 234. nu. 3. in causa appellationis, & 286. Videtur quod prima. in 2. uol. nouiss. sequitur Cror. ubi ampliat in d. §. Diui. nu. 41. 4. fallen Zuccard. in l. fi. nu. 23. C. de edic diui Adr. tollen & in isto statuto Rip. in c. 2. num. 18. & seq. & nu. 25 1. lib. respons. possunt ergo citra pœnam omnia hæc fieri, nam & nominans, & nominatus actum faciunt licitum, & uendens capaci vēdit, & emens nominat capacem, & ipsa ciuitas acquirit ciuem, & hæc præcedunt etiam quod omnia fiant scienter, & artificiosè, quia si bona fide, & ignoranter tunc aliæ adsunt excusationes, de quibus inferius. neque obstaret si clausula constituti poneretur in instrumento emptionis, & etiam nominationis, quia semper etiam quòd res tradatur transfertur possessio in capacem, præterea cōstitutum non potest facere incidere, ni si statutum aliter diceret, actualis. n. traditio respicitur, sicuti alienans emphyteusim non interueniente actuali traditione, sed tantum per constitutum nō cadit à iure suo, Guid. Pap. q. 101 si quis rem. & ante eum Bal. in c. Cumana. 2. col. num. 3. de electio. Cur. sen. consi 8. num. 7 Rip. in c. cū M Ferrariensis. nu. 50. in fi de constitu. Tiraqu. de constitu. 3. par. 16 limita. nu. 2. & 6. Rolan. consi. 51. nu. 28. in 2. si autem forensis emeret per procuratores, & ciuis uenderet aliud statuerem, quia procurator dum cedit domino actiones ad rem emptam nomine suo non facit nouum contractum ideo ex tali nominatione, uel cessione nulla est soluenda gabella, ut decidunt Bal. & Saly. in l cum per eos. ad fi. c si quis alie. uel sibi. Bertach. de gabell 5. par prin. q 12. & sequitur Corn. consi. 106. col. fi. ad fi in 4.

Secunda est. q. quid si quis alienet in forensem successurum tamen alienanti ab intestato? res tota ab eo pendet, an prohibita alienatione censeatur etiam prohibita successio ab intestato? & negatiuam partem tenet Bar in l. si ita quis § ea lege nu. 6. & ibi alij ff. de uerbo. obliga. Comensis consi 85. præsupposito casu in prin & in hoc statuto signanter Soci. consi. 292. col. fi. 2. uol. & tenent alij quos prætereo, præsertim Castr. consil. 60. Visis statutis communis Vincentiæ, in 1. dub. 2. uolum. quod est in antiquis consi. 27.

In hac controuersia inspicienda sunt statuti verba, si statutum ut nostrum Fer. ratione expresse prohibeat successionem ab intestato utique incursa est pœna: si vero prohibeat solum alienationem tūc habent locum quæ supra sunt adducta, & non est incapax forensis, & alienatio est vice cuiusdam successionis legitimæ. nam quæ ratio suadet, ut qui à lege communi admittitur ad successionem & non prohibetur à statuto, non admittatur etiam ad acquisitionem propria pecunia, si velit onera subire, & ciuitatem suam frequentare? at si statutum verbis vniuersalibus prohiberet alienationem in non subiectos (quoquo titulo) res esset dubia, quia tunc inclusum esse etiam casum successionis ab intestato scribunt multi, ut in simili statuto trad. Card Zabar. consi. 135. Titius ciuis. in princ. quam etiam opinionē ita declarando Bar. ibi tenet Aret in l. uentre. nu. 7. col. 12. uersic. dicamus ergo & melius in l. Panthonius §. f. 2. col sub nu. 7. ff. de acquir hæred & hanc Aret. sententiam sequitur Dec consi 23 num. 4 col. 2. versic. quinto quia verba. & consi. 481. num. 8. Ias. in d. §. ea lege. in fi. idem sequitur Rui. consi. 133. num. 7. in 2. & huic opinioni videtur accedere, licet subdubius Tiraq in tract. de retract tit. 1. § 1. glo. 9. nu. 172. & seq Ferd. Loazes. in repet. l. fi. insfa §. Diui. nu. 156 ff. de leg. 1. Rub. Alex. in consi. 1. col. ult. Idem firmat Alcia post Crot. in d §. Diui nu. 33 ante fi. quam etiam tenet Didac. in repet c. Raynaldus. in prin nu. 10. de testam. & hanc opinionē dicit esse sine dubio Boss. in suis var. tr. c. tit. de princ. & eius priuile. nu. 340. sed dubia tamen adeo est hæc opinio, ut possit excusare contrahentem a pœna, si in dolo non fuit, & credidit sibi licere, iuste autem potuit credere, si hoc idem Docto. in iure uersatissimi crediderunt. faciunt multa quæ confert ad hoc statutum Plot. in d. consi. 19. ostendendo excusari credulum contrahentem, & non dolosum.

Clau. Bertaz.

ARGV-

ARGVMENTVM.

In eadem causa diligentius disputatur ad quem pertineat confiscatio.
Argumentum à contrario sensu quomodo procedat in inuestituris, & concessionibus?

SVMMAE.

1 *Bona confiscata pertinent ad illum qui erat Dominus, cum delictum est cimen, & formata inquisitio.*
2 *Etiam quod in statuto extet clausula (ipso facto.)*
3 *Verba si sint clara limitantia tempus non est disputandum, uel insistendum in coniecturis.*
4 *Pœna est criminalis qua plectitur, qui ex statuto prohibebatur uendere forensibus.*
5 *Criminaliter proceditur etiam ex contractu illicito quando pœna applicatur fisco.*
6 *Argumentum à contrario sensu non est sumendum, nisi respectu quo loquitur contractus in sensu directo.*
7 *Nec procedit quando maior, uel eadem ratio est in contrarium uel casu contrario.*
8 *Contrahentes non præsumuntur uoluisse se statim corrigere.*
9 *Argumentum à contrario sensu cessat, quando resultat correctio uoluntatis disponentis.*
10 *Verba sunt interpretanda ne repugnantiam contineant.*
11 *Argumentum a contrario sensu non subsistit quando repugnant uerba sequentia.*
12 *Reseruatio apposita in fauorem alicuius non debet in eius odium retorqueri.*
13 *Absolutio quãdo restringitur ex uerbis ad certas causas, ad alias non extenditur.*
14 *Concedens præsumitur motus ex causa iusta & uera, non autem falsa.*
15 *Citandus est procurator non dominus post litis contestationem.*
16 *Procurator substitutus potest aliũ substituere.*
17 *Instantia transit in successorem in dignitate.*
18 *Contradicere nõ potest si non poterat ille à quo quis causam habet.*
19 *Descriptio fructuum etiam fisco est prohibita ante sententiam.*
20 *Licet de consuetudine constito de delicto soleat fieri descriptio.*

b

CONSILIVM CCCC.

In Domino confido.

EX prioribus allegationibus satis, & super constat indebitè vexari hanc Dominam Luciam ab Illustriss. Co. Scandiani, cum ipse nullo iure possit prætendere bona de quibus controuertitur ad suum fiscum spectare, & tanto minus potest possessionem illorum adipisci, & impedire executionẽ suarum
1 sententiarum. † Nanque in hoc cõcordamus omnes, quod quatenus fuisset locus confiscationi terrarum alienatarum in forẽsem, uigore statuti Scãdiani, de quo in processu fo. 196. confiscatio ipsa pertinebat ad Ducalem Cameram, tunc dominã illius status eo tempore, perabundè trad. in dec. quinta Boer. quod tanto clarius procedit cum in
2 eo statuto extẽt clausula (ipso facto), † quæ importat latam sententiam, c. 2. cum glos. ipso facto in tit. ne cleri. uel mona. in 6. cum alijs trad. per Tiraquel. in repet. l. si unquã. in vers. reuertatur. vers. 45. nu. 143. C. de reuocand. donat.

Tota igitur difficultas in eo consistere uidetur, an iura ipsius Ducalis Cameræ per inuestituram factam de dicto statu, & Comitatu Scandiani dicti Illustrissimi Co. Octauio fuerint in eum trãslata. secũdo admissa affirmatiua, an illi obstet sententia lata contra Syndicum Ducalis Cameræ, uel renuntia dominorum Ducalium factorum. & quo ad primũ (ni fallor) punctus caret omni scrupulo, quia uerba sunt, quod Serenissimus Dux noster noluit concedere dicto Co. reditus introitus dictæ iurisdictionis, nisi à primo die Iulij anni 1565. & non ante. ut in chirographo registrato in fine inuestituræ, ibi (*che i salary, & formenti delle podestarie, & altre entrade, comminciano à esser del predetto signor Co. dal detto primo d Luglio &c.*) idem etiam expresse dicitur in inuestitura fol. 6. percipiendumque omnes fructus redditus, & prouẽtus à die cõcessionis prędictæ, & contractus in posterum. & cum uerba sint clara limitantia tempus non est dispu-
3 tandum, uel insistendum † in coniecturis. l. continuus. §. cum ita. in fi. ff. de uerb. oblig. & debẽt cessare cauillationes aduocatorum. Craue. ex Bal. consi. 4. nu. 21.

Nec obstat, quod ipse Serenis. Dux sibi reseruauerit, quod ad sui benef. deberent expediri processus crim. qui initium habuerant, quasi quod à contrario sensu, causæ ciuiles essent concesse feudatario, prout dicitur hæc quæ oritur ex contractu illicito. Quod primo negamus hanc esse causam ciuilem, cum immò sit crim. ex quo pęna cõfiscationis bonorum debetur fisco, ut ostensum fuit in prioribus allegationibus, ubi citaui dec. lo
4 quẽtes in hac pęna † quod est crim. & fuit responsum ad doctr. Bald. in l. fi. C. de litigio. quã sequũtur Alex. in addit. ad Bar. in l. 2. ff. de sepulcr. uiola. Quod etiam tanto clarius constat, quia etiam ex contractu illicito, proceditur criminaliter quando pœ-

5 do pœna † applicatur fisco, ut in usurario contractu trad. Iaco. But. & alij in l. improbum. C. ex quibus. cauf. infam. irroge. & Iul. Clar. in pract. crim. in §. usura. ver. & ex hoc. & intelligēdo quod hæc fuerit causa criminalis compræhenditur sub dicta reseruatione, & tanto clarior apparet iustitia ipsius Dominæ.

Secundò animaduertendum est, quod stante dicta reseruatione non potest summi argumētum à cōtrario sensu, quod causæ ciuiles, & redditus, ac fructus causarum ciuilium præteritarum fuerint concessæ, uel concessit dicto Comiti, quia nō sic sumendum est, hoc casu argumentum cum habeat locum eo respectu, quo loquitur contra-
6 ctus † in sensu directo, ut per Doct. in l. prima. ff. de officio eius cui mand. est iurisd. Dec. consi. 216. nu. 6. & Craue. consi. 203. nu. 9. Cum enim princeps. sibi reseruauerit expediendos ad sui beneficium processus criminales initiatos, à cōtrario sensu, non censetur exclusisse reditus causarum ciuilium, ut declaratur exemplis Dec. & Craue. quinta citatorum.

Tertiò, argumētum à contrario sensu non procedit si eadem, uel maior ratio est in contrarium,
7 uel casu † contrario, ut post Bal. trad. Iaf. nu. 39. & Iacob. de Nigr. nu. 60. in repet. in d. l. prima. ff. de officio eius. & Dec. consi. 232. nu. 6. sed in proposito sequeretur, quod corrigeretur statim hęc reseruatio ex Clausula seq. & ex alia Clausula posita in dicto instrumento in quibus limitantur reditus ad tempus primæ die Iulij dicti anni. 1565. Nec
8 est præsumendum quod statim contrahentes, uoluissent se corrigere, l. nam ad ea. in prin. ff. de con
9 dit. & demonstr. † & quando resultat correctio uoluntatis disponentis cessat huiusmodi argumentum. Paris consi. 57. nu. 23. in 2. & 53. nu. 50. in 3.
10 uol. Nam † uerba sunt interprætanda ne repugnātiam contineāt. Bar. in l. fin. §. idem quæsitum est, nu. 4. ff. de condit. indeb. sicut dictum argumentū
11 non procedit quando repugnant † uerba sequētia, ut hic Dec. consi. 30. sub. nu. 4. uers. illa enim tacita. & Craue. d. consi. 203. nu. 11. Vltra quod cum hæc reseruatio fuerit apposita ad fauorem dicti serenissimi Principis nostri, nō debet in eius odiū
12 † retorqueri, Dec. ad propositum, d. consi. 232. nu. 6. & Craue. consi. 39 nu. 8.

Secundo non obstat etiam clausula confessionis dicti serenissimi Ducis, & absolutiones factæ dicto D. Co. ut in dicto instrumento, tum quia si teneamus, quod esset causa ciuilis illa non uenit, nec in reseruatione, nec in cōcessione facta dicto Comiti: si uero crim. initiata. & cum ipse Serenis. du † fateatur sibi fuisse solutum, & satisfactum de omnibus causis reseruatis. & ex processu appareat quod nihil habuit unquam de hac, sed fuit absoluta domina Lucia à Fisco, ut in sentētia, nō potest compræhendi hæc in illa libertatione, uel confessione facta Co. Octauio, qui pro illa nihil soluit. quando enim absolutio restringitur ex uer
13 bis ad certas causas † ad alias non extenditur, ut per Doct. in l. si de certa. C. de trāsact. Bar. in l. Aurelio. §. Caius. nu. 10. & seq. ff. de liber. lega. Soci. consi. 159. col. quinta. uel s. 4. & ult. 2. uol. Vltra quod cum nihil propterea fuerit cessum, uel concessum dicto Com. de dictis alijs causis non potest in ea facere fundamentum. & ex his solutum est primum Dubium.

Quo ad secundum dubium concluditur, quod dato quod ipse Comes potuisset aliquod ius prætendere ex inuestitura, & concessione prædicta, ex quo tamen Ducalis Cam. non posse timpedire executionem harum sententiarum, nec molestare hanc dominam stante renuntiatione facta per Camerā, ut in literis factoralibus, & sententia lata contra fiscum, ut dixi in allegationibus prædictis, pariter nec dictus Comes. Nec obstat quod litteræ ipse uideantur scriptæ ea ratione, quia Serenissimus Dux nel eius Ducalis Camera non habebat aliquod interesse in dicta causa propter cōcessionem factam feudi dicto. D. C. quia hoc non exprimitur literæ ipsæ, & cum supra fuerit comprobatum quod immò Ducalis Camera babuisset interesse, si confiscatio bonorum locum haberet, non est dicendum, quod id fuerit scriptum ex ea causa quę fuisset erronea, & iniusta. ex quo nulla cessio uel concessio horum iurium unquā facta fuit dicto. Co. ut supra, unde præsumendum est ipsos dominos factores ex causa iusta, & uera, motos,
14 fuisse, non ex falsa, † uel nulla, Craue. consi. 23. nu. 2. Quod tanto clarius procedit cum adhuc non fuisset facta inuestitura dicto. Co. nec data aliqua possessio illius iurisditionis quæ etiam non erat danda, nisi solutis uiginti millibus aureorum, de quibus in chirographo, ante quorum solutionē non est uerisimile quod domini factores uoluissent illum admittere.

Sic etiam respectu sententiæ latæ quod nocueri ipsi D. Comiti, non est dubitandum, quia cum Syndicus Cameræ fuerit effectus dominus litis perlitis contestationem, non erat citandus Domi
2 nus a sed procurator, † qui potuit alium substi-
15 tuere, c. primo. §. primo de procur. in 6. Dec. in c. 2. nu. 36. de testib. Marant. in suo. tract. de ordi. iudi. 4. par. 16. distinctione. nu. 25. & in l. si actor. nu. 5. & 6. ff. de procur. nec p̄ pręsentationē litetarum DD. factorum fuit reuocatus substitutus Vinianus, cui etiam non fuit notificata illarum præsentario, & substitutus, qui interuenit in causa. & fe-
16 cit aliquos actus, non potest reuocari, † sed, & ipse potest alium substituere, ut in dec. quinta. Rot. in tit. de procur. in nouis. & illic in nouis addit. nu. 2. uoluit igitur sententia etiam respectu successoris in comitatu ipso, cum instantia transeat in suc
17 cessorē † in dignitate, ut per Abba. nu. 11. & Dec. nu. 8. in 3. casu. in c. quia. V. de iudi. nec alicubi probatur, quod esset opus citare ipsum Comitē, qui nullum ius habebat, in ea causa, & quatenus habuisset durabat mandatum in Syndicum Cameræ, & cum eo poterat procedi, ut supra. & sic etiam in hoc puncto concluditur, quod admisso quod

quod ipse. Co. ius haberet à Camera ei per sententiam est præiudicatum. & sicut Ducalis Camara
18 non posset nunc contradicere, ita nec ipse † qui ius ab ea habet, d. l. nemo plus iuris. alias citata. ff. de reg. iur. sed quod Serenissimus Dux noster, & Magnifica signatura eius Ducalis intellexerit ipsum Comitem non habere interesse in hac eau sa, satis ex literis Magnificæ signaturæ de anno. 1567. 19. Aug. in processu appellationis. B. fol. 47. In quibus deciditur causam appellationis esse cō mittendam per Serenis. Ducem non per d. Comitem, qui prætendebat, ad ipsum pertinere committere dictam eausam. quod tamen uerum fuisset, si habuisset interesse in dicta causa, ut nunc prætendit, ex eo quod confiscatio sibi deberetur. Non igitur est mirum si pars ipsius. D. Luciæ clamitet, & reclamitet, quia iustitia sua opprimitur à dicto Co. nullum ius iuste prætendere ualente in dictis bonis, & tamen satis omnibus sententijs tentat se in illi ingerere, cum tamen si ius aliquod sibi competeret, non posset possessionem bonorū propria auctoritate apprehendere, cū &
19 fisco de iure sit prohibita, descriptio † ante sententiam, ut est tex. in l. defensionis facultas. C. de iur.
20 fisc. lib. 10. licet de consuetudine constito † de delicto soleat fieri descriptio, Antonius Gomes. in suis var. tract. in tit. de delict. c. 9. nu. 2. & Iul. clar. in sua praxi crim. §. fi. q. 44. in vers. sed hodie. cum seq. Quare supplicatur. Eccellentijs vestris, ut uelint occurrere, ne à potētiori hæc humilis, & pauperrima mulier opprimatur, quod officio illarū ī cumbit, l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de officio præsidis.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ADDITIONES.

a Secus autem ante litis contestationem iudicium à principali non à procuratore est inchoandum maxime si principalis erat præsens, ut scribunt Bar. & communiter omnes in l. 3. ff. de procur. probatur in c. causam. de dol. & contuma. ubi Abb. nu. 2. & 11. cum alijs citatis per Tiraquel. in tract. de retract. tit. 1. §. 9. glos. ult. nu 8. Vant. in tit. ex defect. citatio. nu. 84. Menoch. de recupe. possessio. tomo. 7. q 3. nu. 74. & seq quod sine dubio procedit quādo agitur de non magno præiudicio, Abb. in d. c. & moder. in d. l. 3. Dec. consi. 460. nu. 32. Crane. cons. 182. nu 11. Hoc præcederet maxime si statutum mandaret fieri citationem de nominato delinquente, uel nominato debitore, ut est apud nos, quia tunc non potest cumprehendi procurator sicut non potest comprehendi hæres qui non fuit nominatus in instrumento, ut per Ang. Castr. & Alex. in l. prostulante in prin. ff. ad S. C. Trebell. Soci. consi. 120. col. 7. ver. 4. principaliter in primo, & consi. 293. 2 col. in 2.

Hinc notandum est, quod si citationes fuerunt factæ de principali quæ fuerunt nullæ, & iterum fuit cæpta processus, tunc iterum est inchoandum à principali etiā quod ab initio fuerit constitutua procurator, cum nō possint iungi dicta acta simul ex quo illa priora non litigauerunt principales. Et licet procurator comparuerit occasione citationis nullæ ad petendum copiam, nō est tamen quin in iudicio de nouo cæpto non sint citandi principales, & ita iudicauit ob hec nuper D. Achilles Fantinus Illustrissimis consiliarus iustitiæ mihi socer, & pater, secus autem quando citatio de principali fuit ualida ut per Balb. decis. 43.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Agitur hic de pœna. tum l. meminerint. tum l. si quis in tantam. C. unde ui. & quando quis excusetur ab huiusmodi pœnis uel non excusetur?

Inuadens possessionem quod teneatur fructus restituere, & quatenus sit deferendum iuramen tum in litem?

Priuationis pœna quando habeat locum, si usufructuaria modice deteriorauit fundum?

SUMMÆ.

1 *Dubia illa prius sunt soluenda ex quibus resultat resolutio aliorum.*

2 *Usufructuaria possidens habet tamen remediū. l. si quis in tantam. C. un. ui.*

3 *Possessionem inuadēs punitur, si aliquem ut possessorem conuenit, nam debuit se informare an alius possideret.*

4 *Possessionē ereptam qui recuperauit potest agere ad pœnas. l. si quis in tantam. C. unde ui.*

5 *Pœna ubi non est à statutis determinata recurritur ad ius commune.*

6 *Pœna. l. si quis in tātam. C. unde ui. habet locum quando agitur de pœna fisco applicanda.*

7 *Pœna quando est duplex, & alia est ciuilis, & alia criminalis tunc una non tollit aliam.*

8 *Causa dicitur ciuilis non criminalis quando pœna applicatur parti.*

9 *Pœna. l. meminerint. C unde ui. habet locum quando quis spoliatus est ex sententia nulla.*

10 *Sententia manifestè iniusta nulla est.*

11 *Delegationis copia est transmittēda, uel ad recipiendum illam debet fieri citatio.*

12 *Citatio est necessaria ad accipiendum copiam rescripti, uel delegationis.*

13 *Procurator dominus litis factus per oppositionē est ipse citandus non principalis, alias sententia est nulla.*

14 *Confessioni aduersarij non potest quis inniti quam reprobauit.*

tatio est necessaria ad uidẽdum committi exe cut... m quando executio non est facienda in re certa.

16 *Pœnam.l.meminerint.C.unde ui.quis incurrit qui sine citatione necessaria ex rescripto, uel sententia possessionem ingreditur.*

17 *Possessionem inuadens debet se informare quis possideat, & ideo non excusatur.*

18 *Attentari nihil potest in praiudicium appellationum interpositarum.*

19 *Attẽtata nulla sunt etiam intra tempus ad appellandum prefixum, & magis interposita, & admissa appellatione.*

20 *Sententiæ non dicũtur conformes propter additiones, & declarationes in 2. & quando alias.*

21 *Executionem sententię non potest quis petere à cuius parte appellauit si est unicũ capitulum.*

22 *Appellatio datur ab executione respectu excessi modi.*

23 *Sententia est interpretanda secundum iuris dispositionem.*

24 *Datio in solutum fit interueniente iudicio, & æstimatione æstimatorum.*

25 *Tenuta secunda est etiam danda post illam ex primo decreto, & post dationem in solutum.*

26 *Citatio est necessaria in adiudicatione.*

27 *Executionem qui habuit non seruatis solemnitatibus est in mala fide.*

28 *Possessionem qui adeptus est inordinatè debet expelli, nec facit fructus suos.*

29 *Possessionem inuadens tenetur omnes fructus restituere, tam perceptos, quàm qui percipi potuerunt.*

30 *Iuramentum in litem datur pro fructibus contra occupatorem possessionis.*

31 *Fructus sunt restituendi uel compensandi in sortem quando non ualet decretũ immissionis in possessionem.*

32 *Possessor tenetur fructus restituere quando sententia immissionis ad irritum reducitur.*

33 *Fructus sunt restituendi percepti post attentata pendente appellatione, uel tempus ad appellandum.*

34 *Datio in solutum quando est facta pro debito partim uero, & partim falso est in totum annullanda.*

35 *Notificatio sententiæ fieri debet etiam ubi citatio non esset necessaria.*

36 *Scientia sententiæ quæ nõ sit plena, sed in nube non præiudicat.*

37 *Protestatio conseruat ius.*

38 *Et etiam contraria facto releuat si respiciat actum de futuro.*

39 *Sententia nulla est si iudici potest constare principalem ualde esse infirmum.*

40 *Infirmus non potest dici cõtumax, nec ualet executio contra illum facta.*

41 *Vsufructus priuatio non datur si modica sit deterioratio non procedens ex dolo, culpa lata, uel leui.*

42 *Et de deterioratione arbitrium iudicis debet iudicare.*

43 *Rationes reddere nemo tenetur si omnes administrant.*

44 *Iuramento administratoris in modicis est standum, & in quibus, & quando.*

45 *Ratio non est exigenda stricta à domesticis sicut ab extraneis, & quomodo illa possit reddi placidè, & pacatè.*

CONSILIVM CCCCI.

In Domino confido.

QVONIAM in hac causa Magnificæ D. Domicillæ Austonæ de Corrigio multa abunde scripta fuere super omnibus ferè punctis omnium harum causarũ Excellent. vestrę delegatarum inter eam ex una & Dominos Franciscum Augustinum, & Bernardinum fratres de Austonis ex altera vertẽtium, & parum decet ea scribere, & repetere, quę alij scripserunt, propterea substantialiter tangam aliquot articulos. & aliqua dubia discutiam, ex quorum discussione (sententia mea) luculenter apparebit, quę debeat esse resolutio huius causę. Diuidam igitur materiam hanc omnium horum processuum in quatuor dubia principaliora, plura alia in se continẽtia. Quorum prius ea ponam
1 ex quorum resolutione alia cessare cẽsent. † iux. tex. in c. pastoralis. §. quoniam. ubi Abb. col. 2. de rescri. & in l. ex facto. §. fi. Vbi Rip. in 2. not. nu. 11. ff. ad Trebel. Primum itaque erit, nunquid præfati fratres de Austonis per violentum ingressum, & spoliationem possessionis bonorum, de quibus controuertitur, inciderint in pęnas. l. si quis ĩ tantam. C. unde ui.

Secũdò, quatenus possent se ab illis excusare. num saltem ex dispositione. l. meminerint. C. eo. tot. iuribus suis priuari debeant, & in pœnas etiã huius. l. incurrerint.

Tertiò admisso, quod etiam has pęnas euitare possint, an tamen executio facta contra prædictã Domi-

Dominam, tanquam nulla, & iniusta ueniat re-
tractanda?

Quartum, & ultimum cõcernet petitiones ad-
uersariorum super quibus agendum erit, an illi in
in eis possint obtinere?

Descendo itaque ad primum, in quo sicco quo-
damodo pede pertranseam, ex quo amplissime
illud fuit discussum per Magnificum. D. Quirinũ
Dominum principaliorem aduocatum causæ,
qui materiam hanc adeo perfectè digessit, ut pa-
rum addi possit. Dico igitur concl. per cum firma-
tam optimo iure procedere, ex quo negari non
potest quin aduersarij ipsi iniuste se detulerint in
uadendo possessionem ipsorum bonorum, quam
sciebat esse pęnes ipsam Dominã, & quã ut eam
possidentem conuenerant, ut in processu, cui & si
2 tantummodo† usufructus ipsorum illi deberetur
ex quo illa possidebat remedium d.l. si quis in tan
tam. cõpetijt, ut ex Bar. nu. 19. ibi post glo. & alios
constat, quod etiam tenuit Menoch. in hoc reme
dio in tracta. recupetan. possess. 9. remed. q. 41. nu.
395. & quod tanto Iustius procedit, cum ipsi ad-
uersarij scienter detractauerint restitutionem us-
que ad sententiam, & sic magis probauerint, ut
probatur in l. conductores. C. locat & in l. non ab
re. C. unde ui. Is enim qui rem alterius restituere
recusat censetur petentem spoliare, ut in eo tex.
& Menoch. in x1. remed. dict. tracta. nu. 3. Nec pro
testatio illa alioqui obscura per eos apposita in te
nuta seu inuassione facta illos excusare potuit, cũ
merum fuerit comẽtum, cum enim scirent ipsam
Magnificam D. Domicillam possidere, & contra
illam, ut talem iudicium instituissent, præterea de
3 buerint quærere, † & se informare, an alius possi-
deret. Benintend. concl. 93. nu. 10. & Franc. Hercu
la. in tracta. de attenta. c. primo. ante fi. uers. nec
obstat. illa eos iuuare non potest, & quam uis ipsa
Domina possessionem prius recuperauerit, non
propterea censetur exclusa, quin ad pœnas illius
4 legis agere potuerit, † ut optimè probauit dictus
D. Coaduocatus, cuius scriptis addo Abb. in con-
si. 101. nu. 4. primo uol. & Ant. Gabr. qui ponit am
plè materiam illius. l. libro quinto suarum conclu
sionm. u tit. primo, conclusione prima. nu. 59. &
Menoch. d. 9. remed. nu. 314. Nec ullũ negotium
huic conclusioni facere uidetur, quod per statutũ
Corrigij minor pęna imponatur spoliatori nem-
pe lib. 100. quo casu à maiori pœna priuationis
uidetur recessum, ut disputat Menoch. in d. 9. re-
medio. nu. 338. & seq. quia ultra quod Menoch.
illic nu. 369. & seq. amplectitur contrariam opi-
nionem in his terminis. Nec statutum corrigij 9
in pœnis imponendis procedatur de similibus
ad similia ob. ex quo statutum illud non loquitur
in terminis in quibus loquitur Bar. in l. prima in fi.
5 ff. ui. bon. rapt. quãdo disponit scilicet, † quod ubi
non est pœna à statutis determinata recuratur ad
ius commune, ut per Menoch. dicto remed. nu.
389. Vnũ est quod tollit (indicio meo) omnem
scrupulum, quod tetigit ipse Magnificus aduoca
6 tus, quod scilicet. q. illa procedit † quando agitur
de pęna fisco applicanda, posse agi ad pœnam. d.
l. si quis in tantam, uoluit Alex. citatus per d. D.
Aduocatum in consi. 103. nu. 5. uers. immo tunc
uidemus. primo uol. & Menoch. illum sequitur in
dicto remed. in fi. nu. 400. Quam sententiam com
probo ex eo quod in hac q. scribunt Doct. quod
quando ex aliquo malefacto resultat duplex pœ
7 na, alia ciuilis, & alia crim. tunc una aliam nõ to-
lit, ut declarat Phil. Franc. in c. Felicis. §. per hoc
nu. 7. in 4. limit. de pen. in 11. & Henric. Botte. in
tract. de Synd. episco. Vbi agit de statutis, articulo
primo. 13. concl. nu. 242. & in proposito quando
8 pœna applicatur parti, non fisco, causa † dicitur
ciuilis non crim. secundum communem opinio-
nem, quam refert, & sequitur Iul. Clar. in pract. cri.
in §. fi. q. prima uers. 4. igitur fuit opinio, & hæc
quo ad primum dubium sufficiant.

Quò uerò ad secundum dubium super quo et
per alios fuit scriptũ. Primò uidẽdum est, an sentẽ
tia lata per D. Io. Stephanum. de Camillis, cum
consi. D. Pauli Panetini fuerit nulla. quia cũ eius
uigore fuerit ista Magnifica D. spoliata sua pos-
9 sessione. d. l. meminerint. locum sibi vendicat † se-
cundum communem Doct. opinionem relatam
per Menoch. in d. 8. remed. nu. 19. & seq. quinimo
arbitror ego satis esse si notoriè ex actis cõstet de
** mani festa illius ** sententiæ iniustitia, quia talis
10 sententia est etiam nulla † secundum frequentio-
rem Doct. sententiam, quam firmat Feli. in c. inter
cæteras. nume. 10. & seq. uers. 3. concl. de re iudi.
& Vant. in tract. de nullita. in tit. ex defect. proc.
nu. 127. & in proposito sententia illa conuincitur
pluribus ex rationibus de nullitate, & primo ex
fundamento per alios tacto, quod fuit lata per iu
dicem delegatum, qui citando dictã D. nullam ei
transmissit copiam suæ delegationis, nec illam ci-
rauit ad accipiẽdum illius copiam, uel ad illi opo
11 nendum, † quod necessarium omnino est, ut de
primo Inno. tra. in c. prudentiam. nu. 11. de officio
delega. Ang. consi. 139. uisis omnibus. ante. fi. Ro-
ma. consi. 336. nu. 4. Guid. Pap. q. 286. in fi. Graue.
consi. 266. nu. 5. in fi. Marant. in tract. de ordi. iud.
4. par. quinta distinctione. nu. 59. Iacob. de statuto
Georg. in l. 2. nu. 1. ff. si quis in ius uocat. non ier. cũ
alijs citatis per Antonium. Grau. in addit. ad ve-
stri. in sua praxi. lib. 7. c. ult. nu. 39. & licet Fely. in
c. cum in iure. de offi. delega. & aliqui alij uelint ua
lere citationem sine transmissione copiæ delega-
tionis, quando maxime quis citatur in eo loco
ubi est iudex, quod non tenent alij pro hac parte
citati indistinctè tenentes esse necessariam trans-
missionem, illud tamen posset forte procedere
quando dilatio conueniens citato ad comparen
dum citationi uel delegationi, quod in casu isto
factum minime fuit, ex quo fuit citata ipsa D. etiã
infirma, parum ante latam sententiam, quæ data
opera fuit fulminata, ut sua possessione, & bonis
12 priuaretur. Quod autem sit necessaria citatio † ad
accipiendum copiam rescripti, seu delegationis
scribit

tinebatur in prioribus sententijs proculdubio da
22 batur appellatio respectu excessi modi † est text. in l. ab executione. ubi omnes C. quorum appel. non recip. & quando in alijs sententijs non fuit ita iudicatum, sed additur nouum grauamē (qđ possit appellari, firmant Ang. & alij supra in prece denti fundamento citati. Vbi ipse Angelus loquitur quando in ultima sententia quis est condemnatus in expensis. Cum itaque pendente decendio ad appellandum dicta prætensa sententia fuerit executioni demandata, proculdubio executio fuit nulla, & tanquàm attentata uenit reuocanda. dict. capitu. non solum Didac. & Hercula. supra citati, & per consequens non fuerit nulla dispositio etiam dict. l. meminerint. locum sibi uendicat.

Sextò non tantum fuit missa executioni sententia hæc executionis tam iniustè lata, ac perperam & de facto, sed etiam longe ultra illius dispositionem facta fuit dicta executio, & spoliatio huius matronæ. nam licet fuerit commissum, & relaxatum bulletū pro dictis scutis triū milliū, & pro expēsis, & etiam iudicatum in quibus bonis debuerit fieri executio, non tamen in ipsa sententia dicitur quod debeat statim auferri possessio dict. D. Domicillæ, quinimo uidetur decidi quod prius sit facienda ęstimatio per peritos, & eligit duos pro parte ipsius Dominæ ille iudex uel consultor, & mandatum de immittendo non potest intelligi, ut importet traditionem uel eiectionem de possessione ante factam æstimationem, sed ut uel detur possessio ex primo decreto, & facta æstimatione ex secundo, alias iudex, uel consultor ipse esset sibimet contrarius, & censeretur se in continenti correxisse contra l. nam ad ea. ff. de condition. & demonstration. & sententia, quæ multa repugnantia inter se contineret, non ualeret, l. ubi repugnantia. cum ibi nota. ff. de regulis iuris.
23 Et eum sententia † secūdum iuris dispositionem fit interpretanda l. miles. §. decem. ff. de re iudica. Craue. consi. 188. numero octauo. & iudex censetur iudicare, prout ius disponit. l. si fundus. §. si in uendicatione. ff. de pignor. Crauet. consil. septuagesimoquinto. numero nono. Concludendum est non fuisse seruatam formam sententiæ. cer-
24 tum autem est, quod † datio in solutum fit interueniente iudicio, & æstimatione æstimatorum. Afflict. dec. trecentesima quinquagesima octaua. numero quinto. Marant. d. tract. sexta par. ultimo actu. numero. nono. & Rolan. à Val. consil. trigesimo secundo. numero. trigesimotertio. primo uolumine. Vnde cum aduersarij nulla facta æstimatione, uel adiudicatione in solutum inuasi fuerint possessionem ipsam dicto decreto iudicis inualido, non uideo quare non inciderint in pœnas prædictas.

Septimò, & si illa immissio uel associatio ad tenutam posset valere in uim primi decreti, (quæ certè non ualuit (adhuc alia erat danda tenuta post dationem in solutum si illa facta fuisset, alias
25 non potest possidere creditor, † n[illegible] ur dominium, Io. Fab. & Aret. nu. 2. in [illegible] de officio. iudi. Boer. decisione. 277. nu. 10. & 11. & quod non efficiatur dominus, nec faciat fructus suos tra. etiam Afflict. d. decisione. 358. nu. 4. Qđ autem in adiudicatione, sit etiam necessaria cita
26 tio † scribit etiā Rolan. d. consi. 32. nu. 39. in primo, at in proposito fuit nedum facta immissio in tenutam, & associatio, ut supra, sed & exinde fuit factum pręceptum conductoribus bonorū, quod dictos aduersarios in dominos, & patronos recognoscerēt, & hoc post interpositam appellationem ab illa sententia pro parte ipsius Dominę, & sic fuit penitus exclusa, & spoliata sua possessione ut in processu. fol. 91. ex quibus apertissimè constat dictos aduersarios nulliter, & inualidè possessione sua spoliasse dictam. D. Domicillam, & iure optimo puniendos esse pęnis. d. l. meminerint. cuius remedium intētatum fuit, & omnia incumbentia pro eius parte probata fuere.

Nunc de tertio dubio agendum est, quod stantibus discussionibus, & resolutionibus priorū remanet superfluū, ut tamē appareat iustitia huius Dominæ in omnibus abundare, aliqua etiam super eo adducam. Dico igitur, quod casū quo clarissimę. D. V. dubium uideretur, an aduersarij in has pœnas inciderint. l. si quis in tantam. uel. l. meminerint. quorum remedia sunt intentata, negari tamen non potest quin illa, ut iudex omnium causarum, & processuum ipsarum partium debeat condemnare aduersarios inuasores, & spoliatores ad restituendum bona per ipsos inuasa, & habita, una cum fructibus perceptis, & qui precipi potuerunt, damnis interesse, ac expensis, prædictæ Dominę. Namque, ut ex pluribus incōcussis, & apertissimis fundamentis supra comprobatum extitit, illa executio fuit nulla, & inualida, ac manifestè, & notoriè iniqua, & iniusta facta pendente appositione interposita, & pendente tempore ad appellandum non pręcedente æstimatione necessaria de iure cōmuni, & ex forma sententiæ, nec datione aliqua in solutum legitimè facta, & nullis seruatis solemnitatibus iuris necessarijs, quo casu ipsi proculdubio fuerunt, &
27 † sunt in mala fide, glos. & Doct. in l. prima. C. de fid. instrum. & iur. hast. fisca. & missus in possessio
28 nem inordinatè † debet expelli, nec facit fructus suos. Innocen. in capitu. consultationibus. numero primo. in fin. de iure patronat. quem sequuntur Bald. in l. secunda. columna fin. numero 80. in fin. C. de serui. & aqua. Fely. in c. consultationibus. nu. 7. de officio delega. & Car. con. 71. in ad-
29 dit. in prin. nu. 22. & seq. & tenetur inuadens † ad restituendum omnes fructus tam præceptos, quā qui precipi potuerunt. l. ex diuerso. in prin. ubi glos. & Doct. presertim Bar. & Ang. ff. de rei vēdi. Aret. in §. si quis à non domino. Insti. de rerum diuisione. & probatur in l. filio. §. contra tabu. ff. de inofficio. testam. & hoc casu restituta re pro fructibus iuratur si litem contra occupatorem.

certum tempus administrauit, ita pariter filij administrarunt, non videtur quod illa magis teneatur hæredibus filij vltimi, quam hæredes ipsi ei teneantur, quia quando omnes administrāt, neu
43 ter tenetur reddere rationem † alteri, ut per Castr. consi. 126. non sequendo ordinem. colu. 1. 2. uolum. Crau. consi. 159. nu. 6. & decis. Perus. 28. num. 7. & quatenus teneretur non esset facienda diligens inquisitio, quæ solet fieri in tutoribus, & curatoribus, ac alijs administratoribus. Sed debet reddi ratio taliter qualiter reddi potest, quia non de omnibus possunt haberi testes. & in mo-
44 dicis debet stari iuramento suo. † in immodicis verò si personæ qualitas uerisimilitudo, & iudicis motus cum hoc concurrat, ut Bal. trad. in consi. 418. ad primum. sexto dub. num. 6. in 3. & in ratione reddenda per filiam patri, & sic inter domesticos scribit Abb. consi. 12. sexto dub. 1. uol. ubi dicit, quod non est exigenda stricta ratio, sicut ab extraneo, sed satis est, quod generaliter ostendatur quantum in familia. & alijs sumptib.
45 uerisimiliter potuit expendere † quod sequutus fuit Soc. in consi. 40. num. 12. in primo. & in consi. 192. nu. 6. & 213. num. 2. secundo uolu. & Plot. in l. si quando. num. 496. C. unde ui. Ex quib. omnibus dubijs arbitror satisfactum esse, & apertissimam Iustitiam huius Dominæ Viduæ luculenter constare.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Et ita fuit iudicatum pro hac parte ab Illustr. uiro D. Achille Fantino, Consiliario Iustitiæ, & Socero meo carissimo.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

In eadem causa de eisdem pœnis l. meminerint. & l. si quis in tantam. C. vnde ui. agitur, & ostēditur inuasorem non excusari in multis casib. respectu præsertim incertitudinis possidentis, uel iustæ credulitatis.

Pœna priuationis hæreditatis quando non sit punienda mulier, quæ non petijt tutorē filio?

SVMMAE.

1 *Possessionem esse apud alium satis quis uidetur fateri, qui in capitulis proprijs hoc ponit.*
2 *Possidere quis potest per colonum.*
3 *Possessio probatur ex instrumento.*
4 *Res iudicata pro ueritate habetur, & facit fidem inter easdem partes.*
5 *Etiam si lata fuerit in iudicio summario.*
6 *Pœna l. si quis in tātam. habet locum, licet quis ingrediatur sine uiolentia, & alium possessorem priorem non admittat.*
7 *Et sufficit quod habuerit animum repellendi, & reijciendi uerum possessorem.*
8 *Protestatio de sibi non præiudicando est facienda à principio tempore moti iudicij.*
9 *Delictum non excusatur propter protestationem quando est de facto cogitatum.*
10 *Credens sibi licere inuadere possessionem alterius si habet animum inuadendi, non tamen excusatur.*
11 *Idem est si credebat se possidere, uel neminem possidere.*
12 *Credulitas enim debet esse iusta, alias non excusat.*
13 *Pœnam l. si quis in tantam. non incurrit, qui ex statuto continuante possessionem potest iustè credere se esse in possessione.*
14 *Est tamen locus pœnæ si quis inuadat res tanquam obligatas, uel debitas pro suo relicto.*
15 *Statutum de continuanda possessione, non habet locū cum institutus prædecedit testatori.*
16 *Credulitas licet adsit non sufficit, sed est probandum ex iusta prouenire causa, & in ea fundari.*
17 *Pœna l. si quis in tantam. & l. meminerint. C. unde ui. non potest habere locum si quis ex ingressu, uel inuasione non amisit possessionem.*
18 *Idem est si licentia data sit a testatore ingrediendi possessionem, & quando.*
19 *Possessionem ingredi non potest filius institutus in legitima.*
20 *Possessorem uiolenter expellere non licet, & si concessa sit licentia ingrediendi.*
21 *Pœna inuadentis possessionem iuris ciuilis debetur, licèt adsit pœna statutaria.*
22 *Remedium l. meminerint. C. unde ui. competit quando non est citatus possessor.*
23 *Nec competit si quis medio executoris fuit immissus in possessionem, licet nulliter.*
24 *Citatio generalis, & in nube, ubi specialis requiritur, non arctat, &c.*
25 *Citatio nulla habetur pro non citatione.*
26 *Pœna l. meminerint. C. unde ui. ut habeat locum sufficit quod decretum de immittendo sit nullum ex quacunque causa.*
27 *Secus si iudex procedit iniustè non nulliter.*
28 *Nullitas non debet cognosci si de ea nihil est petitum.*

29 *Sententia est nulla non transmissa copia citationis.*
30 *Copia delegationis transmittenda est ex verio ri sententia.*
31 *Et maximè quando agitur de graui iudicio.*
32 *Citatio debet fieri ad dicendum contra rescriptum, vel delegationem.*
33 *Et ad dicendum contra producta.*
34 *Mandatum est finitum finita prima causa, & nouum exigitur.*
35 *Procurator constitutus generaliter ad omnes causas potest appellari, & appellationem prosequi, licèt sit finita causa principalis, & hoc sine nouo mandato.*
36 *Procurator est citandus, qui litem contestatus est, & factus est dominus litis non autem principalis.*
37 *Sententia non annullatur infirmitate principalis, si non constat iudicem de ea notitiam, & scientiam habuisse.*
38 *Infirmus non tenetur mittere procuratorem cum non possit esse contumax.*
39 *Citatio non est necessaria in executione quando diligens est habita causa cognitio.*
40 *Causa tunc bene dicitur cognita, & disputata quando praeter oppositiones fuit allegatum per Doctores.*
41 *Citari tunc debet pars in executione quando obstant aliqua, ut non debeat executio fieri.*
42 *Citatio autem tribus casibus non admittitur in executione.*
43 *Executio non impeditur quãdo appellatio non habet iuris adminiculum.*
44 *Sententia an sit nulla si omissus est ordo. l. à Di uo pio. §. in venditione. ff. de re iudic.*
45 *Et opin. Bar. negatiua non est uera, nec cõis.*
46 *Et quando non extant mobilia pro tali summa ille ordo non est attendendus.*
47 *Et ab hac forma tanquàm a re essentiali non potest recedi, alias actus est nullus.*
48 *Nullitas notoria appareus ex actis semper est admitienda non obstante statuto.*
49 *Item etiam non comprehenditur nullitas prouentens ex defectu citationis.*
50 *Executio non est retractanda respectu nullitatis, sed magis confirmanda si constat de uero debito.*
51 *Iudex non nisi stulte debet impartiri officium suum non petenti.*
52 *Tenuta data sine citatione partis non potest confirmari ex ueriori opinione.*
53 *Sententia quae transiuit in iudicatum non potest amplius respectu nullitatis retractari.*
54 *Appellatio est deserta, licèt supplicatio steterit in examine sine expeditione si pars supplicans non protestata est, ut debebat.*
55 *Iudex appellationis potest addere quae omisit primus iudex.*
56 *Etiam si per partem non fuit petitum, ita fieri.*
57 *Mater exclusa a successione censetur pariter exclusa a legitima.*
58 *Et si approbauit testamentum non potest contrauenire, & legitimae supplementum petere.*
59 *Nec supplementum potest ei dare iudex, nisi constet quot bona, & cuius ualoris remanserint in haereditate.*
60 *Et in casu testati mater potest habere legitimam in bonis filij.*
61 *Et maximè si instituta est illa, quae matrem non excludebat.*
62 *Legitimam quis non dicitur amittere, licèt adeat haereditatem, & in testamento dicatur prohibere haeredem aliquid plus petere.*
63 *Legitima non potest relinqui in usufructu.*
64 *Mater quae non petijt tutorem filio est expellenda ab haereditate.*
65 *Et habet totum annum ad petendum, hinc si quis filius interea moriatur ipsa excusatur.*
66 *Idem est si filius qui obijt adultus erat.*
67 *Institutus in re certa non tenetur ad debita haereditaria.*
68 *Secus est si aliter disponat testator, quia etiam legatarius tenetur.*
69 *Deterioratio non notabilis non obest usufructuariae.*
70 *Vsufructuaria an teneatur ad fructus si nõ praestitit cautionem petentibus proprietarijs?*

CONSILIVM CCCCII.

In Domino confido.

DVBIA subtilia, & copiosa proposita per Clarifs. D. Consultorem harum causarum aduersus Magnificam Dominam Domicillã de Rustonis, Prima facie multũ urgere uisa sunt, penitius tamen, & medullitus illis consideratis optimo iure fundamenta nostra in prioribus scriptis constructa, & fir-

& firmata defendi posse sum arbitratus. Quibus
suppositis nec aliter breuitatis gratia repetitis,
sequēdo ordinem ipsorum dubiorum omnibus
in eis adductis satisfaciam, & victoriæ ipsius Do
minę non obstare (ni fallor) ostendam.

Primò igitur quo ad remedium.l.si quis in tan
tam.C.unde ui.pro eius D.Domicillæ parte intē-
tatum plura obijciuntur, primò quod non proba
uit incumbentia d.Actrix in illo remedio cum de
eius possessione non docuerit, nec de uiolentia
aduersariorum inuadentium, & expellentium il-
lā, quę sunt extrema necessaria, ut obtineri possit
in illo remedio. Quo ad primum de possessione
negari non potest, quin plenissime de illa cōstet,
nam preter id quod aduersarij egerunt cōtra ip-
sam Dominam tanquam possidentem bona, pe-
tētes fieri obsignationem mobilium, ut in primo
fol. 2. & in libello suo in quo ipsi petūt se imitti in
possessionem bonorum per eam possessorum pro
scutis tribus millibus, ut in proc.fol.61.& in posi-
tionibus idem posuerunt maxime positione. 18.
in proc. fol. 19. quo casu satis, & super censentur
1 fateri illam possedisse, l.cum præcum.C.de liber.
caus.trad. Doct.in l. 2.C. de instit. & substit. quæ
non concurrebant in casu Soci.citati in dubijs in
consi. 122.in 4. De possessione ipsa satis constat
ex testibus pro eius parte examinatis deponenti
bus de expulsione, & eiectione cōductoris cuius
medio ipsa Domina possidebat, nam per colo-
2 num quis † possidet.l.qui uniuersas.§.qui per co-
lonum.ubi Doct.ff.de acquir possessione. Afflict.
dec.167.nu.6.& 325.nu.3.2. de possessione ip-
sius Dominæ constat ex instrumento suæ tenutæ,
ac copiæ per eum de anno 1574.die 3. Aprilis
producto in ultimo processu coram D. Nigrisolo
fol. 128. ex instrumento enim probatur possessio.
3 † Rui.cons.27.nu.10.4.uol.Campeg.inter cōsilia
feudal.Brun.consi.primo.nu.17.& Soci.cōs.146.
nu.6.primo uol.3. & ult.de dicta possessione con-
stat ex sententia lata in primo iudicio per D.pote
statem Corrigij producta in processu dicti reme-
dij.d.l.si quis in tautam.fol.45.in qua expresse ad
uersarij condemnantur ad restituendum, & rela-
xandum dictæ D.Domicillæ anteriori possed itri
ci possessionē per dictos fratres indebite assump-
tam, & ipsam Dom. Domicillam in sua pristina
possessione restituit. quo casu negari non potest
quin ex dicta sententia inter partes lata apertissi-
me constet de dicta eius possessione, cum uulga-
4 tissimum sit rem iudicatā † pro ueritate haberi.l.
ingenuum.ff.de stat.homi.l.res iudicata, & ibi la-
tè Cagnol.ff.de reg.iur.& inter easdem partes fa-
cit fidem.l.sed, & si possessori.§.fi.cum.l.seq.ff.de
iur.iuran.Fran.de Vico mercu.in repet.l.secundę
nu.54.C.de eden. quod procedit etiam si lata fue
5 rit, in iudicio sumario, † in quo tamē fuerit plenè
probatum, & cognitum Crot. in l.qui Romæ.§.
duo fratres nu.58.ff.de uerb.obligat.& idem, est
in alio iudicio accessorio, & depēdente à primo,
ut in penæ petitione.l.ex diuerso.§.primo.ff.de
rei uendi.trad. Rip. post alios in d.§. duo fratres
nu.13.& 14.

Quo uero ad secundum de uiolentia, & inua-
sione illa, & plenè fuit probata, si rectè testes inspi
ciantur, in processu descripti fol. 60. & seque. li-
cet enim eo mane quo uiderunt ipsam Domi-
nam euntem in arua capite denudato eam saluta
uerint, ut dicitur in dubijs, post prandium tamen
armati cum alijs socijs accesserāt ad possessionē,
& expulerunt ex quadam Camera conductores,
quam detinuerant & per octo dies contra eorum
uoluntate, item & expulerunt colonos, & exinde
confirmauerunt pro suis colonis, & fuit etiam fa-
ctus insultus per unum ex socijs suis contra Ma-
gnificum Antonium Mariam Carantanum con-
ductorem, ut ipse attestatur, & cum eo etiam con
cordat secundus testis deponens, quod illum ce
pit per Brachium, & plures etiam deponunt,
quod abstulerunt caseum colonis, adeo quod di
ci iure non potest non fuisse probatum uiolentiā,
& propterea dispositionem dictæ.l.sibi locum.
non uendicare, quæ procedit etiam si sine uiolen
tia quis expellatur, uel si quis possessionem alte-
rius ingrediatur, & postea uenientem non admit-
a tat a possessorem, ut etiam admittit Magnificus
6 D.Consultor in dubijs † quod latè trad. Menoch.
in 9.remed.recuper.poss.q.34.numer.264.& An-
tonius Gabr.lib.2.suarum conclusionum titul.de
acqui.possessione, prima cōclusione.12.amplia-
tione.numer.20.& 22. Nec dubium est, quod cū
ipsi aduersarij steterint ad dictam possessionem
per tot dies ipsa D.suspicata fuit, se posse repelli,
b & sufficit quod ipsi habuerit animum illam b de-
7 cipiendi, † & non admittendi, ut habeat locum il
lius l.dispositio Corn.consi.207.ulti m.dub.colu.
pen.in fi.2.uol.& Menoch.dicto remedio.q.14.
numer.13.& quod hunc animum habuerint satis
& super probatur ex instrumento tenutæ acceptę
per eos dictorum bonorum & ingressus in ea fa-
cti, in quo apparet etiam de colonorum expulsio
ne, & alijs actibus. de quo inferius etiam dicetur
& de quo in proc.fol.48.& seq.& ex præcepto fa-
cto conductori quod illis responderet de fructi-
bus ut in proc.fol.47.

Tertiò obijcitur, quod stante prohibitione fa-
cta per aduersarios in dicto instrumento tenutæ
satis uidetur constare quod non habuerunt ani-
mum illam spoliandi, uel inuadendi possessionē
quo casu à pœna dictæ.l. uidentur excusandi,
per multa quæ in dubijs adducūtur, sed certè, ut
etiam alias dixi ista protestatio non potest illos
iuuare uel excusare; primo enim si illa bene inspi
ciatur, quæ tamen composita est uerbis obscu-
ris, & parum intelligibilus, non probat quod non
habuerint animū expellendi possedritricem, quia
de hoc nullum uerbum, sed ex alijs causis fecerūt
protestationem ipsam, primo propter litem con-
tra ipsam dominam motam in qua petebant se re
mitti i possessionē, ut i libello, ex quo n. timebāt,
& iustę sibi preiudicasse i ingrediēdo possessionē

propria auctoritate protestati fuere, quod ꝓpter
dictum iudicium motum non censeretur sibi su-
blata facultas ĩgrediẽdi ꝓpria auctoritate, cũ ad
8 iudiciũ uenerint, ne essẽt auctores rixę, q̃ † ꝓtesta
tio ꝑpostera nõ ualuit ob olũ, ex quo erat faciẽda
à principio tẽpore moti iudicij ut per Sal. in l. 3. q.
13. C. de pignor. Negus. ĩ tract. de pigno. 4. par. nu
me. 36. & seq. Zuccar. in l. fi. C. de edict. diu. Adri.
toll. num. 101. & Menoch. in tract. de adipis. pos.
remed. 6. numer. 10. & 11. Præterea protestati sũt
respectu conductorum, quod possent expelli ob
restipulationes terrarum, & non solutionem affli
ctus, quod non facit cõtra ipsam Dominam. Rur
sus protestati sunt, quod si terrę quas fuere ingres
si essent minoris ęstimationis suo prætenso credi
to quod non intendebant illi reliquo renuncia-
re si maioris, ex quo errassent in ęstimando, intẽ-
debant illud pluris relaxare, cui uel quibus de iu
re tenebantur. & quando si hæc bona occupata
reperiuntur ab aliqua persona, uel personis ultra
quod propter sequuta, & omissa uera sunt præfa-
ta. Quæ uerba protestationis non inferunt, quod
nollent excludere ipsam Dominam, sed quod po
terãt suo iure adipisci possessionem, quod falsum
est ut supra, etiam quod habuissent ius ingredien
di propria ex quo iam sine protestatione iudiciũ
nouerant quod etiam non est uerum ut inferius
dicetur, præterea ut etiam alias dicebam ista pro
testatio quatenus ex ea constaret, quod nollent il
lam expellere, ut potè contraria facto & in actu
deponente à uoluntate dũorum non releuat nec
9 excusat delictum † quando est de facto cogita-
tum, ut per Bald. in l. prima. 16. q. numer. 56. C. de
his quæ pęn. nom. Dec. consi. 160. nume. 4. & Lau
rent. Sylua. in tract. de feud. recogni. q. 81. num. 1.
2. colum. quod etiam tenuerunt Doct. in capitul.
ea te. de iur. iuran. & dicit Bald. in l. unica. 10. co-
lum. ad fin. C. de confes. quem sequitur Ias. in rub.
ff. solut. matr. columu. fin. quod in re facta non ua-
let ars uerborum. & in præiudicialibus uerba nõ
prosunt ad cautelam, nec protestatio releuatur,
Et in terminis istis tanto minus eos protestatio il
la excusare potest, quia nihil refert quod quis cre
dat sibi licere inuadere † possessionem alterius
10 quando habet animum inuadendi, Bartol. in l. si
quis in tantam. numer. 16. & Bald. in 7. q. numero
11 18. Vbi dicit illum non excusare iuris ignorantia
sed si credebat se possidere, † uel neminem
possidere, idem tenet Corn. qui loquitur ad pro-
positum in muliere usufructuaria in consil. 158.
column. 2. cum seq. 4. uolumn. quem sequitur Ga-
br. d. prima conclusione. nume. 3. & nume. 19. nec
enim in dispositione huius l. & ut locus sit illius
pœnis, dolus in uadẽtis exigitur. Corn. cõs. 207.
ad fin. 2. uolum. Gabr. d. numer. 19. & ad proposi-
tum quando quis mouetur ex credulitate ad pos
sessionẽ aliquam inuadẽdum quod iusta debeat
12 esse credulitas, † & aliter non excusetur latè scri-
bit Menoch. in d. 9. remed. num. 133. quæ penitus
tollunt istam obiectionem, nec aliter tenent Bart.
& Ang. in d. l. citati in dubijs.

Quarta est obiectio, quod aduersarij potuerũt
iustè præsumere se esse in possessione ciuili uirtu-
13 te statuti Corrigiensis contiuuantis † possessio-
nem in hęredem, quo casu à pœna d. l. excusaren
tur glo. & Doct. illic, Bald. in consil. 439. in primo.
Socin. in d. consi. 122. numer. 21. Gabr. d. prima
concl. nu. 74. & facit quod trad. Tiraquel. in tract.
le mort saisit le uif. par. 3. declaratione prima n. 5.
sed certè etiam ista obiectio non obest D. actrici
tum quia nullibi constat, quod ipsi aduersarij ha-
buerint hanc credulitatem se possidere, quia id
expressissent in protestatione in qua nullum uer-
bum de hoc, & non possumus diuinare illos ita
credidisse, tum quia respectu usufructus relicti, &
in quo fuit instituta ipsa domina licet esset hæres
in re certa, fuit in eam cõtinuata possessio ex quo
in eo nullus alius est hæres, Tiraquel. in d. tracta.
2. par. 4. declar. numer. 6. & seq. nec ex alio possu-
mus dicere illos habuisse hanc credulitatem, uel
opinionem, quia accepissent possessionem om-
nium bonorum quæ fuisset in eos continuata, nõ
aliquorum pro satisfactione relicti scutorum triũ
millium, quo casu inuaserũt res ipsas tanquam
14 obligatas uel debitas pro dicto relicto, † & ad
eius solutionem & per consequens locus est pœ-
nis illius l. Gabr. d. conclusione. 22. ampliatione.
numer. 38. & seq. & in creditore trad. Menoch. lo
co pręcitato q. 27. nu. 204. Quibus accedat quod
cum ipsi fuerint substituti D. Claræ licet succesle-
rint ex directa, uel uulgari, cum ipsa prædecesse-
rit testatori, statutum de continuanda possessione
15 in hæredem † sibi locum uendicare non potuit,
ut probat idem Tiraquel. in 2. par. 9. declarat. per
tot. sed nec etiam sufficit, ut haberent istam credu
16 litatem nisi probaretur. illam fuisse † in iusta cau-
sa fundatam, ut declarat Menoch. in d. remed. nu
mer. 130. & seq. ubi hanc q. discusit, & maxime d.
numer. 133. & supra etiam in alia q. numer. 46. &
seq. Nec consilium Bald. in dubijs citatum loqui-
tur in his uel similibus terminis, sed penitus diuer
sis sicut Tiraquel. etiam citatus loquitur in diuer-
sissimis nempe quando est finitus usufructus, q̃d
proprietarius potest ingredi possessionem nõ ob-
stante statuto continuante possessionem in hære-
dem, quod in hoc casu non uidetur procedere, in
quo durat usufructus.

Quintò obijcitur, quod ex quo dicta D. non a-
misit possessionem ex in uassione uel ingressu ad-
17 uersariorum † non potest esse locus dictus pœnis.
d. l. Pic. in l. in quartam. num. 168. ff. ad l. Falc. Soc.
d. consi. 122. numer. 18. & Gabr. loco pręcitato.
numer. 103. Quæ obiectio cessat cum non sit uera
in facto, nam tam ex testibus supra citatis, quã
ex sententia lata, qua ipsi condemnati fuere ad re
stitutionẽ possessionis indebitè per eos acceptam
apertè constar illam fuisse priuatam sua posses-
sione, quia alias non fuisset opus restitutione, nec
condemnatione ad restituendum, priuatio enim
præsupponit habitum l. manumissiones. ff. de iust.
& iur.

& iur. & l. decem. ff. de uerb. obliga.

Subiungitur & sexto loco i dubijs, quod cum censeretur data licentia à testatore ipsis aduer-
18 sarijs hæredibus substitutis † impunè potuerunt possessionem apprehendere, ut trad. Rip. in terminis. in l. centurio. num. 52. & 53. ff. de uulgar. & pupil. ubi uidetur uelle id procedere, etiam si per uim quis ingrediatur, sicuti etiam excusat licentia de ingrediendo propria auctoritate in pacto. Gabr. dict. concl. num. 91. sed & hæc obiectio potest etiam facile euitari, quia (ut dixi) hi aduersarij, tanquam directo instituti, uel substituti non fuerunt ingressi possessionem hanc, quia non tantum hanc partem, sed omnia bona hæreditaria apprehendissent, & propterea cum illã uiam non elegerint. electa sibi pateat l. habebat. ĩ prin. ff. de instito. & cum ipsi uoluerint tantummodo uti dicta licentia pro consequendis scutis tribus millibus, de quibus in testamento qui non poterant magis ex una re, quam ex altera percipi, non potuerũt ingredi possessionem illarum partium,
19 prout non potest filius † qui sit institutus in legitima, ut trad. Rip. in d. l. in quartam. nume. 118. ff. ad l. Falc. & idem uidetur tenere in c. sæpe. nume. 94. de restit. spoliat. & Menoch. in dicto 9. remed. num. 220. cum pluribus seq. & tanto minus in casu Rip. licet expellere per uim resistentem, prout hic conductores resisterunt, quicquid uoluerit. Rip. ex aduerso citatus, ut tenet Galia. in d. l. Centurio. num. 103. qui negat quando alius possidet substitutum posse apprehendere possessionem, &
20 & quod non liceat uiolenter † expellere possessorem etiam quando est concessa licentia ingrediẽdi aduersus Rip. aliter tenentem declarat Menoch. in id Bar. & alias auctores citans in dicto remed. nu. 208. & seq. Quinimo, & quod hoc casu exigatur citatio partis trad. Gabr. lib. 2. tit. de citat. concl. prima. nu. 206. & seq. ubi attestatur de magis communi.

Postremò obiectio respicit punctum alias tactum in alijs allegationibus, an ex quo uidetur prouisum per statutum Corrigij cõtra inuadẽtes possessiones alienas, censeatur recessum à pœna iuris communis, & sic. d. l. si quis in tãtam. in quo quicquid sit de opin. illa an statutum in pęnis corrigat ius commune sumus extra difficultatẽ quãdo per partem agitur ciuiliter ad pœnã parti ap-
21 plicatam in quo puncto † habemus decisiones specificas Alex. & Menoch. alias citatorum primi in consi. 103. nu. 5. in primo & 2. in dicto remedio in fi. qui non habent contradictores, quos ui derim, & quando habemus dec. in terminis illi standum est, & si communis opin. sit in cõtrariũ, à remotis, uel in alijs terminis Neuiza. in Sylu. nupt. lib. quinto. nu. 72. & quam sententiam etiã comprobaui, in dictis primis scriptis, nec uideo aliquid allegatum, pro respõsione quod obstet. ex quibus censeo quo ad hoc primum caput omnibus obiectionibus fuisse satisfactum, & eas omnes fuisse sublatas, & euacuatas.

Nunc de secundo capite. l. meminerint. C. eo. tit. agendum est in quo ipse Clarissimus Domin. Consultor de duobus dubitauit. Primò, quod cũ remedium illius l. competat, quando non est cita
22 tus possessor, vt per Doct. illic. Bartol. in consi. 91. vers. quarto, vidẽdum, & Doct. in l. iustè possidet. ff. de acqui. poss. & hic fuerit ipsa Domina citata, vt in processu non uidetur posse obtinere. Secundò, quia ex quo ipsi medio executoris fuerũt im-
23 missi in possessionem, licet nulliter tamen remedium illius. l. agenti non competit ex Bar. num 7. & Ang. in prin. in d. l. Aret. in §. quadrupli. nu. 47. Institut. de actio. Negus. de pignor. tertia par. 7. membr. num. 27. & seq. Quo ad primum respondetur citationem factam de ipsa Domina nõ ualuisse, ex quo debuit citari procurator illius, qui interuenit in causa, & in ea causa executionis fuit quasi litem contestatus, ut dixi in alijs allegationibus. Vltra quod citatio de ea facta non ualuit, quia debuit mitti copia delegationis, & citari ad dicendum contra illam, ut inferius suo loco dicetur. & specialiter erat citanda ad actus qui postea facti fuere, pignorationis immissionis ĩ possessionem, & aliorum huiusmodi, nec sufficit ci-
24 tatio generalis, & in nube, ut declarat Vant. ĩ tra cta. de nullita. in tit. ex defect. citationis. num. 30. ubi dicit, quod alioquin citatio non arctat. cita-
25 tio itaque nulla † non habetur pro citatione. l. 4. §. condemnatum. ubi Rip. nume. 3. & seq. ff. de re iudi. facit l. quoties, ubi plura adducit Ias. ff. qui satisda. cogan. & sufficit quod decretum sit nullum
26 de immittendo ex quacunque † causa, ut dispositioni. d. l. locus sit, Bar. in d. l. iustè. num. 2. & illic alij sequuntur. Vbi Socl. num. 8. & est communis
* * vt per Menoch. & remed. num. 19. in tit. de recuper. poss. Quò verò ad secundum respondetur, ꝙ Bar. & alij citati loquuntur quando iudex procedit iniustè, non nulliter, quia primo casu quando pars sine executore ingreditur habet locũ dispo-
27 sitio illius. l. secus si cũ executore, † & illius medio, eo enim casu cum immissio sit iniusta, nõ nulla appellandum est, & ita etiam intelligit Curt. in addit. ad Ale. citatus in dubijs. in d. l. iustè possidet. num. 27. & ita etiam intelligit Cassad. decis. 6. num. 7. in tit. de caus. poss. & proprie. Possem ẽt hic repetere omnia alia fundamenta, quę in prioribus allegationibus adduxi in hoc puncto, quæ tendunt ad uictoriam ipsius dominę in hoc remedio. Verum quia Clariss. D. Consultor obiectiones, & motiua contra illa posuit super sequenti puncto nullitatis ipsius sententię, ne excedam or dinem ipsorum dubiorum de eis super discussione sequẽtis capitis verba faciam. interim ipsum Magnificum D. Consultorem admonẽs, quod ea omnia fundamẽta huic capiti. l. meminerint. optimè conueniunt, & scopum hunc percutiũt, quæ si ostendero subsistere, & militare inseruient resolutioni, etiam huius remedij intentati. d. l. meminerint.

Tertium igitur caput nullitatis uenit discutien

 dum,

dum,in quo Magnificus D.Motiuans, primò du-
bitat,quod cum tantum fuerit intentatum reme-
dium.d.l.meminerint.nec petitum aliquid ſuper
28 nullitate † non ſit de ea agendum,ex Paris.conſ.
45.num.99.in prin. tum quia præſumendum eſt
pro ualiditate, & in dubio contra nullitatem eſt
pronunciandum, iuribus in dubijs ſi præſuppo-
namus extare nullitatem ſententiæ, prout in rei
ueritate extat,nec excuſari poteſt,ut alias oſten-
di (& inferius etiam latius comprobabo, certũ
eſt,quod ipſa Magnific. actrix debet obtinere in
remedio.d.l. meminerint. quo ipſi aduerſarij iu-
ribus ſuis ueniunt priuandi,& hoc caſu inanis, &
ſuperuacua erit diſputatio ſuper hoc capite nul-
litatis, quod ſi aliter in hoc remedio uideretur
Magnifico D.Conſultori, quod uix credere poſ-
ſum,tunc ſubintraret hoc dubium nullitatis, vel
inualiditatis executionis, quæ quidem nullitas
fuit etiam deducta,& allegata in proceſsibus, &
ideo ſuper ea eſſet iudicãdum, & conſulendum,
namque in proceſſu executionis.fol.56.& ſequ.
eſt producta pro parte ipſius dominæ ſcriptura
dictionis de nullitate, cum allegatione cauſarũ
eiuſdem, & appellationis, a dicta ſententia lata
cum conſi. Panetini, in ultimo proceſſu in princ.
apparet commiſsio,& delegatio huius cauſæ nul
litatis in ſupplicatione ipſius dominæ expreſsè,
& in eo proc.ſol.50.& ſeq. apparet ſcriptura re-
plicatiua ipſius dominę, in qua expreſsim de nul
litate huius ſententiæ executionis opponitur, &
ſuper ea ſit petitio cũ clauſula,ſuper quibus &c.
adeo quod negari non poteſt, quin deducta ſit
nullitas in proceſſu.l.meminerint.in libello regi-
ſtrato. fol.3.& ſeq.& in ſcriptura ipſius dominæ
fol.22.Quod modo præſumatur pro ualiditate,
& contra nullitatem ſit pronunciandum. ut dici
tur in dubijs ceſſat,ex quo de ea apertiſsimè con-
ſtat,ut in alijs allegationibus oſtendi, & inferius
etiam oſtendam ſigillatim reſpondendo dubijs
propoſitis,ad quorum diſſolutionem deuenio.

Primò igitur dubitatur, quod dicta ſententia
non ſit nulla,licèt non fuerit tranſmiſſa copia de-
legationis ipſi dominæ cum citatione, ex quo ci-
29 tata † erat in loco,vbi citabatur ſecundum Iaſin
l.2.in prin.ff. ſi quis in ius uocat. Marant. in ſpec.
car.16.num.74.Maria.tracta.de citatio.artic.20.
num.10.& ſeq.nec uidetur ſatis declaratum, qđ
debeat dari dilatio ad comparendum, & oppo-
nendum,imò Docto. limitantes dicunt,quod ex
quo pars eſt ĩ loco modicum eſt ei præiudicium
comparere.Dubium hoc tollitur primo ex dedu
ctis in primis allegationib. quod indiſtinctè opi-
nio Doct.tenentium tranſmittẽdam eſſe copiam
** delegationis uerior eſt, ** quam tenent † ultra
30 alios citatos.Rim.conſi.270.num.27.Emil.con-
ſil.114.num.4.& Rolan.a Val.conſi.39.num.23.
& ſeq.ubi agit de muliere infirma citata, cui fuit
datus breuis terminus ad comparendum, qui ca
ſus multum conuenit caſui noſtro. Et quatenus
illa limitatio ſit tenenda, illa tamen non proce-
dit quando quis citatur ad cauſam, in qua agitur
de grauiſſimo præiudicio,ut hoc caſu quo ageba
tur de ſententia ferenda, eo enim caſu omnino
31 tranſmittendã † eſſe copiam delegationis,in ter-
minis firmauit Butr.in c.2.col.4.verſic.tertius ca-
ſus, de dilatio.à quo non diſcrepant Abb.ibi. nu.
5.ver.primo caſu.Soc.in loco in dubijs citato.nu.
11.& Rolan.d.conſi.num.25. nec Iaſ. aliter vult.
qui ad Abb.ſe remittit,& exemplificat, quod ci-
tatus non comparens põt multari,quod quidem
leue præiudicium concernit. ſecundo ultra id, ꝙ
non debebat,nec poterat citari ipſa domina, ſed
eius procurator,qui interuenerat ĩ cauſa, ut alias
fuit dictum, & ſtatim eſſe in ſequenti motiuo di-
32 cetur,illa † erat citanda ad dicendum contra re-
ſcriptum, vel delegationem, prout tenent Doct.
citati:Aſinin.in ſua praxi.iudi.& Nicol.Pignol.in
addit.ad ſingul.Rom.208.& quod citatio ſit ne-
33 ceſſaria ad dicendum contra † producta decla-
rat.Veſtri.in ſua practi.lib.5.cap.1.& illic in add.
num.4.de quo etiam ſcribit Vãt. qui plures citat
in tracta.de nullita.in tit.ex defect.citat.nu.55.

Secundò ſubiungitur in dubijs,procuratorem
in ea cauſa non fuiſſe citandum,ex quo non con-
ſtat de eius mandato,& finita ea prima cauſa fini
34 tum quoque erat † eius mãdatum, & nouum exi
gebatur.Bar.& alij in l.ſi procurator. ff. de procu-
ratoribus.cum alijs in dubijs citatis,&tex.in alle
gata.l. meminerint. exigit dominum non procu-
ratorem citari,ſi haberi poteſt, & facit quod ha-
betur per Maria.d.tracta.de citatio.art.5.num.4.
& ſeq.prima pars dubij reſoluitur ex mãdato ge
nerali facto per dictam D. domino Camillo Do-
nino in primo proc.fol.14.& cum fuerit conſtitu
tus generaliter ad omnes cauſas non eſt dubium,
35 quod poterat appellare, & in omnibus † cauſis
appellationum ĩteruenire,& illas proſequi. Bart.
Iaſ.& omnes in l.inuitus.C.de procur. & maximè
quando interuenit, & fuit admiſſus in cauſa ap-
pellationis non poteſt reijci procurator. l. ita de-
mum, vbi Doct.C.de procura. & per conſequens
potuit interuenire ĩ cauſa executionis.Bar.in du-
bijs citatus.in d.l.ſi procurator.num.2.quo fit. ut
cum citatus non fuerit, ſententia fuerit nulla, & li
cet lex meminerint.exigat citationem principa-
lis,antequam deueniatur ad citationem procura
toris illud procedit in initio litis, quando procu-
rator prius in cauſa non interuenit, ſecus uero ſi
interuenit,& litem fuit cõteſtatus, uel quaſi, quo
36 † caſu ipſe eſt citandus, ut alias comprobatum
fuit,& hoc idem tenet Soci.in loco in dubijs cita
to.num.5.2.col.uerſ.ſed ſi procurator.

Tertiò dubitatur, quod infirmitas ipſius Do-
minæ non annullauerit ſenteniam ex quo non
37 conſtat iudicem † de ea ſciẽtiam habuiſſe, Doct.
in l.quæſitum de re iudi. Vant.de nullita. tit. ulti-
mo nu.118.ſed licet hoc etiam fundamentũ poſ-
ſit defendi ex trad. per Bero. poſt. Alex. per cum
citatum in conſi.61.nu.30.in 3.& D. Rim. noſtri
38 iun.in conſi.179.nu.34.uolentes non teneri † in-
firmum

firmum mittere procedere, cum non possit esse
contumax. & maxime, quando itatur ad senten
tiam. Port. consi. 3. nu. 16. quæ opinio deberet ad
mitti, ex quo ucrisimile est, quod iudex, & pars
habuerint scientiam de dicta infirmitate, quę diu
durauit, & nō simus in ciuitate magna, in qua ue-
risimiliter ignorantur infirmitates conciuium, ta
men sufficit nobis, quod posset dari restitutio in
integrum, quatenus illa sententia ualeret, quæ
cum ex alijs fundamentis à nullitate defendi ne-
queat. fundamentum hoc infirmitatis quasi su-
per uacaneū inseruiet pro confirmatione aliorū.

Additur, & quarto, quod citatio omissa non ui
tiaret sententiam, ex quo in committēda executio-
ne fuerat adhibita diligens causę cognitio, & lon
go processu in contradictorio res fuerit discussa,
39 † quo casu citatio non erat necessaria, Maria. d.
tract. articulo. 7. nu. 22. in fi. & quando non potest
opponi nisi id de quo fuit cognitum citatio non
exigitur, Nicel. in concor. glos. 62. uers. 60. col. fin.
Neuiz. consi. 20. col. fi. vers. 3. & in proposito fue-
re omnia opposita, quæ poterant opponi, & non
poterant etiam opponi, & maxime stante statuto
Corregij de modo, & ordinè procedēdi in §. post
quam, quando in sententijs confirmatis omnes
tollit oppositiones Dubium hoc nec in facto, nec
in iure, nobis obstat, in facto quia non constat ex
processu quod fuerit habita causæ cognitio, quæ
allegatur, quia licet factæ fuerit oppositiones in
processu causa ipsa non fuit disputata in allega-
40 tionibus (quod constet) † quod exigitur pro co-
gnitione & discussione causarum c. in causis de
testibus specul. in tit. de disputa. & allegat. §. pri-
mo Marant. in 6. par. 16. & ultimo actu. Vnde non
potest dici fuisse habitam magnam causæ cogni-
tionem in iure similiter non procedit, quia Socy.
in loco citato non intelligit de executione iuris.
sed quādo non restat nisi actualis executio facti,
qui non est casus noster. cum multa de iure ue-
niebant decidenda, quæ perperam, & parte, non
audita decisa fuere auctoritates etiam Franc. in
c. licet episcopus in fi. de preben. & Tiraquel. in l.
si unquam in uers. reuertatur nu. 339. C. de reuo-
can. donat. sunt in diuersis terminis, & ex diuer-
sis non infertur. l. Papinianus exuli. ff. de mino. &
l. fi. ff. de Calum. nam loquuntur quum in collatio
ne beneficij, fuit cognitum de iuribus possessio-
nis eo citato, quia parte nō citata potest fieri exe
cutio. & in proposito sumus in casu in quo neces-
sario erat pars uocanda, cum multa obstarent, &
executio nō erat fienda in una re super qua fuis-
set cognitum, & iudicatum. quo casu omnino de
41 bet pars † citari, Soci. in d. nu. 22. & latè prosequi
tur Gabr. lib. 2. tit. de citat. d. conclusione prima,
ampliatione. 29. nu. 121. Quod autē dicitur per
Nicel. & Neuiz. qui illum sequitur etiam non cō-
42 tradicit, quia tribus casibus † admittit Nicel. cita
tionem non exigit in executione excludendo ta-
men casum quando executio est facienda in alia
re, ut supra, ut per eum in principius vers. nu. 268.
& seq. quando scilicet certum est nullam excep-
tionem comperere parti, uel appareret notoriè
nihil posse obijci, uel super eis fuisset cognitū, qui
casus minime nostro conueniunt, nam debet cō-
stare expresse, quod citandus non posset impedi-
re actum, immò debet esse certum, quod si fuisset
prȩsens non potuisset iudicem trahere in suā sen-
tentiam, ut latissimè firmat post multos per eum
citatos Gabr. d. conclusione prima. 16. limit. nu.
332. & seq. & nu. 334. ex Ias. & Rui. intelligit illam
limitationem procedere in casu quo esset noto-
rium parti nullam defensionem competere. Ad
statutum Corrigij respondetur, quod non facit
ad casum nostrum, cum loquatur in causa princi
pali nisi fortè Claris. D. uoluerit allegare sequens
statutum quomodo appellādum sit, & infra quæ
tempora. in §. postquam, in fi. dicti statuti, quod ēt
non obest, quia oportebat prius cognoscere, an
sententiæ essent conformes nec ne, & poterat de
nullitate earum dici, ut inferius suo loco dicetur
respondēdo dicto statuto de quo iterum fuit mo
tiuatum inferius.

Successiuè quinto loco dubitatur non obsta
re fundamentum nostrum, quod pēderet appel-
latio à sententia, & propterea non potuisset eius
executio committi, ex quo illud procedit in arti
culis à quibus appellari potuit, quia in his nihil
est innouandū, secus uero ubi sententię sunt con-
formes in capitulis confirmatis ex statuto Corri
43 gij in dicto. §. postquam. & non impeditur † exe-
cutio quando appellatio non habet iuris admini
culum. Bal. in c. pastoralis. de offic. delega. Ias. cōs.
87. col. 6. in 2. & cum statutū mandat sniam mitti
executioni non habet iuris adminiculum. Ias. in
d. 6. col. & alij in dubijs citati, sed hoc dubiū fuit
dissolutū, in primis allegationibus in quarto fun-
damento, in quo ostendi difformitatem harū sen
tentiarum illam probando pluribus rationibus,
& auctoritatibus quibus non uideo aliquid pro
responsione allegatum, & cum non simus in sen-
tentijs cōformibus cessat statutum, & admittitur
apppellatio quæ in dubio est admittenda. l. in
maioribus. C. de appellat. cum simil.

Sextò obijcitur non posse dici nullam illā sen-
tentiam ex quo non fuerit seruatus ordo Iuris de
quo in l. à diuo. pio. §. in uenditione. ff. de re iudi.
** & opi. Bar. ibi est magis communis, ** quod omissio
44 † talis ordinis nō uitiet, quod uoluit Brun. distin-
guens casus in tract. de forma. in ti. quando aliqd
censeatur datum pro forma. concl. 12. & fuit iudi
catum in Rota Ianuen. sed, & hanc obiectionem
cessare, ex quo opin. Bar. & asseclarum non est ue
45 ra nec communis, defendimus, nam cōtra † eam
tenet Imol. & Alex. in d. §. in uenditione. Fely. in c.
quod ad consultationem. nu. 12. col. 8. de re iudi.
Afflic. dec. 358. nu. 2. quam sententiā dicit uerio-
rem Marant. in d. suo tracta. par. 6. 3. actu. nu. 9. &
quam etiam sniam tenent Cassane. Cotta, & alij
quos citat Cesar Vrsil. in addit. ad dictam deci-
sionem Afflict. nu. 1. ubi dicit eam esse tenēdam,
& illam

& illam semper uidisse in praxi obseruari in sacro consi.

Septimò, quo ad formam seu ordinē snīæ non obseruatum dubitatur eius omissionem non irritare sententiam, cum de mente iudicis satis constare uideat, qui uoluit pro summa trium milliū aureorum executionem fieri, & cum certum esset non extare mobilia pro tali summa ille ordo non
46 † uidetur attendendus ex trad. per Io. Andr. in c. cum dilecta. de rescrp. per tex. in l. nec enim. de solut. in l. cum pater. §. fidei tuæ, de leg. 2. & Marant. in d. 3. par. num. 109. in d. tract. sed hic tollitur, q̄a hic agimus de forma data per iudicem in sua sententia quæ obseruanda est, Afflict. dicta decisione. num. 4. non de ordine scripturę, quo casu loqtur Marant. & iura citata. & ab hac forma tanquā
47 à re essentiali non potest recedi, alias actus † est nullus, & ultra Fely. qui plenè cumulat in c. cum dilecta. de rescript. tra. Vant. in d. tracta. in titul. quot, & quibus modis nulli propo. pos. nume. 52. & seq. & licet mens iudicis uel consultoris fuerit quod ex dictis bonis soluerentur tria millia aureorum, uoluit tamen quod bona æstimarentur per electos confidentes, in sententia nominatos, & per tertium quem elegit iudicem delegatum ad publicandum consilium, quod ne dum expressit in consi. sed & in literis seriò scriptis dicto iudici ad hunc finem in processu registratis. quæ forma cum seruata non fuerit non uideo, quomodo (& si omnia alia cessarent, quę utique militāt) possit dicta executio à uitio nullitatis defendi, per supra deducta, & per alia quæ alias super hoc abundè scripta fuere.

Octauò loco additur in dubijs, quæ nullitates allegatæ omnes prorsus uidentur reiectæ, & omnes amaritudines sublatæ ex statuto prædicto Corrigij in d. §. postquàm uero lata, in rubrica quomodo appellandū sit, & ex statuto sub rubrica de executione sententiæ, quibus mādatur sententias exequendas esse in partibus in quibus cōfirmatæ reperiuntur omnibus iuris remedijs realiter, & personaliter etiam uno remedio aliud nō expectante, uel excludente, seu differente. & hoc non obstantibus ullis exceptionibus, iuris uel facti, nisi sit exceptio nullitatis, quę proueniat ex defectu iudicis, uel solutionis factæ post sentētiam, uel nisi sit exceptio, uel defensio quæ eidem permittatur ex forma aliquorū statutorum. quo stante fundamenta pro hac nostra parte adducta quæ possent de iure communi procedere, stantibus dictis statutis, procedere nō uidentur ad impediēdū executionem, ex quo tātummodo reseruatur nullitas proueniens ex iurisdictione, & ex capite alterius statuti.

Pro dissolutione huius dubij ad plura est animaduertendum, primò, quod statuta ipsa loquūtur quando sententiæ sunt conformes, secus si nō sunt conformes, pro ut non sunt in casu isto, stantibus additionibus, & alterationibus factis in 2. sētentia Panetini, & sic sumus extra dispositionem dictorum statutorum. Præterea dicimus sententiam latam per Nigrifolum cum consi. ipsius Panetini, esse nullam ex defectu iudicis, qui non citauit citandum, nec transmisit copiàm delegationis, quo casu talis nullitas admittitur ex dicto ultimo statuto. Tertio statuta ipsa non loquuntur de
48 nullitate notoria apparente † ex actis, quia illa sē per est admittenda. Vant. in tracta. de nullitatibu. primo num. 22. de quo etiam scribit in tit. coram quo nulli propo. pos. nume. 13. & expressius quod non censeatur reiecta à statuto in tit. quis pos. dicere. de nulli. numer. 51. & latè etiam trad. Rolan. à Val. consi. 29. nu. 43. in primo, sicut etiam nō comprehenditur nullitas prouenienس ex defectu cita-
49 tionis, ut per † eosdem illic Vant. nume. 49. & Rolan. numer. 39, nec admissio nullitatis ex defectu iurisdictionis, uel iudicis, uel ex capite alteri⁹ statuti excludit nullitatem notoriam, uel ex defectu citationis, cum in eis sit diuersa ratio. Vnde regula l. cum prætor. de iudi. non procedit ut per glos. ibi. nam statutum uoluit eas admittere, quæ admittuntur etiam quando sunt dubię, & requirunt altiorem indaginem, ut de dicta ex defectu iurisditionis scribit Vant. in d. tracta. in titul. quot, & q̄bus mod. nullita. propo. pos. num. 31. & 33. Vnde cum dubium esset, an possent admitti nullitates de quibus statim constare non poterant iux. trad. in d. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. ad tollendum ista dubia statutum uoluit illas expressas admitt', sed tamen non est dicendum quod aliæ, ut est notoria, quæ ex actis apparet, & nulla probatione indiget, & alia quæ prouenit ex defectu citationis, & ex actis pariter probatur, & quæ tolli non potest, cum sit de iure naturali, ut per Vant. d. num. 49. censeantur sublatæ. Postremo cum non sit seruata forma sententiæ executionis quam tenebantur seruare, nō possunt acceptare sententiā nisi eum hac additione & forma, non uideo quomodo defendi possit ualiditas ipsius executionis factæ perperam, & contra formam commissionis illius, de qua non loquitur aliquo dex dictis statutis, etiam si priores sententiæ fuissent in omnibus partibus cōformes, ex quo fuit data certa forma dictæ executionis faciendæ ut supra.

Postremo loco dubitatur, quod ex quo cōstat de confirmatione sententiarum quo ad solutionem trium millium aureorum & sic de debito ipsius Dominæ, licet executio illegitimè, nec seruatis seruandis processerit, non propterea ueniat re
50 tractanda † sed magis confirmanda ex tex. in l. si. ff. quod met. cau. quem ad propositum citant p singulari Are. & Cur. in l. si pacto C. de pact. & Rebuf. sequitur in tract. de senten. execut. art. 7. glos. 14. num. 7. & faciunt quæ trad. Castr. & Ale. in l. si cum nulla. ff. de re iudi. sed certè hoc dubium minus cæteris obstat, tum quia non uideo ubi sit petita ista confirmatio, quam esse petendam omnino uolunt doctores tenentes eam sententiam, cum certum sit iudicem non impartiri officium
51 suum nisi petenti. l. 4. §. hoc autem iudicium. † ubi

Rip.

Rip.in prin.ff.de dam.infect. & stultus uidetur iu-
dex.qui super non petitis iudicat,l.fi.C. de fidei-
com.liber.tum quia illa opinio,quod tenuta data
52 sine† citatione partis possit confirmari,ō,n admit
titur communiter,ut per Rom.in l.si finita.in prin.
ff.de dam.infect.Gozad. qui alios citat in d.l. si pa
cto.num.5.& quando sumus in ui ex pulsiua,ut in
casu l.meminerit. idem tenet Seuer. in tract.de
debitor.suspe.q.14.per tot.maxime nume.3.cum
etiam,quia illa opinio non procedit quando post
ex pulsionem expulsus, & spoliatus petit se resti-
tui ad possessionem.hoc enim casu nullo modo
deueniri potest ad confirmationem tenutæ,ut de
clarat Zuccar.post alios quos citat in d.l. fi.num.
273.sublata itaque iudicio meo, & penitus eua-
cuata sunt omnia dubia Clarissimi Domini Con
sultoris super nullitate huius executionis,& aper
tissime apparet iustitia ipsius magnificæ D.Domi-
cillæ indebitè spoliatæ,& expulsæ a bonis suis.

Superest modo uidendum,quid iuris sit super
meritis ultimi processus super quibus etiam ual-
de,& copiosè dubitauit ipse magnificus D. Con-
sultor, in quo in primis admonitum esse uolo Cla
rissimum D.Consultorem non oportere laborare
super sententia prima dicti Panetini, lata in cau-
sa primæ appellationis,an scilicet fuerit iusta uel
iniusta,quia illa transiuit in iudicatū,& amplius
53 non potest retractari,ex quo habetur† pro uerita
te,d.l.ingenuum.ff.de stat.hom.& l.res iudica.ff.
de reg.iur.& facit de albo nigrum,& de nigro Al-
bum,& falsum mutat in uerum.ut ex Bal. trad. la-
tè Cagnol.in d.l.res iudicata.Quod autem fuerit
appellatio aduersariorum deserta ex processibus
satis constat.Nam fuit lata dicta sententia d.Pane
tini die.22.Martij anni 175.ut in proc. ultim.fol.
84.& ab ea fuit eadem die uiua uoce appellatū,&
tamen non apparet,quod ipsi prosequuti fuerint
appellationem ipsam,uel petierint causam com-
mitti p Illustr.DD.Corrigij nisi de mēse nouēbris
illius anni,ut in fide & attestatione D. Fabritij p
partem aduersam producta,in processu.fol.65.p̄
terea tenebantur illam facere statim comitti,&
prosequi intra.25.dies utiles, ut in statuto Corri
gij quo modo appellandum sit,& infra quæ tem-
pora.nec fuit commissa nisi die 24.Februarij.anni
1576.ut in prin.ultimi proc.sed & illam etiam nō
fuerunt prosequuti coram iudice delegato nisi
die 2.maij adeo quod lapsa fuit instantia dicti sta
tuti,& sententia transiuit in iudicatum.Nec dica-
tur quod tempus non eucurrerit donec supplica-
tio stetit in examine, dictorum Illust. dominorū,
tum quia constat quod post multos menses fuit
protestata, & sic fuit deserta ante commissionē,
tum quia ex quo est statutum tempus ad faciēdū
committi causam, & prosequendum si non pote-
54 rant habere expeditionem,debebāt† protestari,
ut per Alex.in terminis in consi. 19.uiso processu.
num.3.primo uol.quod uoluerunt Butr. Perus. &
alij in c.ex ratione de appella.ubi Perus.num.11.
& seq.sequitur etiam Marant. in d.tract. in 6. par,
in 2.actu.ubi de appellatione agit,numer.219.&
seq.& admittit Bero.consi.25.ad fi.3.uolu.& licet
ipse illustrissimus D. Fabritius affirmet,quod te-
nuerit illam supplicationem pœnes se per plures
dies hoc non excusat peremptionem,cum iā fue-
rit deserta.& uerificatur illa attestatio in duobus
diebus ca.pluralis loquutio.de reg. iur.in 6.l.ubi
numerus.ff.de testib.Vltra quod post rescriptum,
& commissionem factam steterūt etiam per duos
menses,& ultra ad præsentandum illam, & prose
quendum appellationem,nec constat de eorum
diligentia,uel de protestatione necessaria ut su-
pra immo ex fide Cancellarij ipsorum Illustrissi-
mi DD.apparet,quod statim illam habuerunt, q̄
fuit producta post scripturas transmissas ad ma-
gnificum Consultorem Coram illo D. Iudice de-
legato,& quæ ipsi Clarissimo Consultori per eum
transmissa fuit.hoc igitur stante cessant omnes du
bitationes Clarissimi D.præfati huc tendentes,su
per quibus(ut dixi)non esset laborandum;uerùm
ut respondeatur,& appareat ipsam Magnificam
Dominam in omnibus partibus iustitiam fouere,
opere pretium esse duxi non recedendo propte-
rea a dicta desertione appellationis,motiuis etiā
super huiusmodi propositis satisfacere.

Primū igitur dubiū propositum in hoc articu
lo eo tendit quod cum ea,super quibus D.Pane-
tinus iudicauit in prima sua sententia non fuerint
deducta in causa principali,non habebat iurisdi-
ctionem super eis cognoscendi, & maxime,quia
fuit appellatū per aduersarios restrictiuè,& mul-
ta super hoc in dubijs adducuntur,inferendo qđ
non potuit iudicare super suplementum legitimę
in hæreditate D.Herculis,& super alijs de quibus
ī dicta sentētia in dubijs relatis. Quibus,& si pos
sem plura in iure respondere,uolui tamen ne tem
pus,& laborem inutiliter conteram, solum huic
motiuo satisfacere ex processu causæ principalis
fol.15.& seq. Vbi est scriptura exceptionum ip-
sius Dominæ,quam non puto uidisse, ipsum Cla-
rissimum D.Consultorem,in qua constat fuisse ne
dum ea adducta,quæ respicerent legitimā Vsum
fructum successionem debita omnia soluenda ex
scutis ter mil. sed etiam plura alia, quæ & spe-
cialiter,& uirtualiter comprehendunt ea super q
bus D.Panetinus suam sententiam fundauit addē
do ea, quæ præfactus iudex omiserat, quod face
55 re potuisse† ambigendum non est, ca. cum Ioan-
nes.ubi doct.de fid.instr.c.Rainutius.§.cum autē,
de testa.trad.Rom.in consi.281.in re præsenti.in
primo dub.quod procedit etiam si per partē non
56 fuisset petitum† ita fieri, ut declarat Didac. couā-
ru.in d.c.Raynutius. in §.11.in 2.colu.Valida igi
tur fuit hæc 2.sententia in hac parte iusta, quia
fuerunt omnia deducta,sed & in prima sententia
omissum super eis iudicari.ideo potuit iudex ap-
pellationis suplere.

Secundum dubium est,quod nedum nulliter,
ut in præcedenti dubio,sed etiam iniustè uidetur
fuisse iudicatum per d.D.Panetinum, & maxime

quo

quo ad suppositum legitime eum de legitima ob-
stante statuto Corrigij matrem exeludente, non
57 uideretur agendum ex quo mater exclusa † à suc-
cessione pariter à legitima censetur exclusa, ut in
terminis respondit Ang. cons. 105. in fi. Rui. cons.
41. in 3. Ale. 3. in 7. Dec. 299. 2. col. & Cepha. cōs.
quinto. nu. 46. Vbi idē affirmat procedere in cau-
sa testati. Præterea cū ipsa Domina testificatum
filij approbauerit, ut in processu. l. meminerint. in
fi. non uidetur posse contrauenire, nec suppleme-
58 tum † petere, l. non putauit. §. si quis sua manu. de
bon. pos. contr. tab. l. postquam de pet. hęred. & l.
fi. ff. de inoff. testa. & cū nō fuerit probatum quot
bona, & cuius ualoris remanserint in hęreditate,
59 d. Herculis non uidetur iustè potuisse † sic iudi-
cari Bar. consi. 17. & Nat. consi. 352. in fi. Ad pri-
mam partem huius dubij dicitur contrariam opi
nionem, quod in casu testati mater possit habere
60 legitimam in bonis filij iure † defendi posse, ut in
terminis consuluit Barb. consi. 24. in primo. uol.
& secundum quam consuluerunt Soci. & Seuer.
inter consilia Soci. 150. primo. uol. ubi subscripse
runt tot alij excellentes iure cōsulti illius ætatis,
quam opinionem dicit ueriorem Io. Coras. in l.
precibus. nu. 52. C. de impub. & alijs substi. & qđ
statutum non censeatur excludere à legitima li-
cet excludat à successione, scribit etiam Viu. qui
alios refert. in 2. par. suarum comun. opi. 315. sta
tutum excludens uers. interpretatur. 1x. & secun-
dum hanc etiam nouissime respōdit Thob. non.
in consi. 13. nu. 4. & seq. & secundum quam audi-
ui fuisse pluries iudicatum in rota Vrbis.

Cui opin. in casu isto libenter accedo, cum in
hoc testamento D. Hercules instituerit sororem,
quæ ex forma statuti non excludebat matrem,
& sic apparebat animus testantis uolentis soro-
rem matri præferre, quo casu magis communi-
** ter ** Docto. admittunt matri † legitimam de-
61 beri ex quo cessant rationes Doct. tenentiū con
trarium post Bal. in l. Gallus. §. & quid si tātum. ff.
de lib. & posth. cum enim eo casu fieret iniuria
matri, debet admitti ad legitimam, ut admittunt
Castr. in consi. 196. in puncto quæritur. nu. 3. pri-
mo. uol. ubi ponderat culpam testatoris qui ex-
traneum instituit, Soci. qui refert Castr. licet sub
alio num. in d. consi. 150. col. 14. & 15. & Brun. in
tractatu super statuto quod stantibus masc. femi.
non succed. Nono artic. prima. q. nu. 19. & 6. art.
q. 41. nu. 31. & licet fuerint uocati agnati illam ex
cludentes, si ipsa nō fuisset hęres, uel sine filijs de-
cessisset, & ut in testamēto, qui casus euenit, ut su
pra, hoc non debet esse in cōsideratione ex quo
si ipsa superuixisset matri fuisset debita legitima,
& hoc casu attenditur dispositio testatoris quæ
fuit in culpa, extraneum instituendo. Ad secun-
dam partem dubij de probatione testamēti. re-
spondetur negando talem approbationem quæ
non probatur ex inuentario facto per dictam Do
minam uti usufructuariam à filio relictam, uel p
promissionem factam de restituendis bonis, fini
to usufructu registrato in dicto processu, quia il-
lud factum fuit cum ꝓtestatione facta per illam
quod non præiudicaretur iuribus suis, sed Salua
semper, & illæsa remanerent, ut in dicti processus
fol. 140. & protestatio cōseruatius protestantis,
ad trad. in l. non solum, §. morte. ff. de oper. nou.
nunc. & in c. cum M. Ferrariensis. de constit. quod
ad aliud propositum admittit excellentimus D.
consultor, pręterea hæres adeundo hæreditatē,
uel agnoscendo relictum nō censetur adeo testa-
mentū approbare, ut amittat legitimam etiam
62 si testator † prohibuerit ipsum hęredem aliquod
plus petere. Io. de Ana. consi. 99. col. fi. Cur. cons.
75. 7. col. Paris. qui alios citat consi. 43. nu. 32. &
seq. 3. uol. & idem tenet in consilijs ulti. uolunt.
Cont. de Perus. in consi. 32. per tot. quod tāto cla-
rius procedit cum legitima debeatur tam in pro
pietate quam in usufructu auth. nouissima. & in
corpore unde sumitur. C. de inoff. testamēto, &
quod legitima debeatur ultra usufructum relictū
trad. Soci. iun. consi. 64. nu. 3. & seq. 2. uol. Quod
autem non possit relinqui legitima in usufructu
63 † tantum probat Vasqui. qui dicit communē * in
* tract. de succes. creatione. §. 20. nu. 288. 3. col. ver.
quidem contra, & in tract. de success. progres. lib.
primo. §. 4. nu. 27. Ad tertiam partem dubij dici-
tur quod cum ipsa Domina haberet bona pęnes
se, potuit petere sibi assignari, & declarari deberi
sibi supplementum legitimæ in eis, nec hoc casu
opus erat probatione quantitatis, & ualoris bo-
norum, prout exigitur quando non possidens pe
tit supplementum quo casu loquūtur Bar. & Nat.
& in executione sententiæ poterit declarari, & li-
quidari quid, & quantum illi debeatur iux. tra.
in l. unic. C. de senten. quæ pro eo quod inter pro
fer. per Aret. in §. si duorum. in fi. Insti. de rerum
diuis. & alibi sempre Doct. Vltra quod cum ex in
strumento tenutæ bonorum immobilium, & ex
inuentario bonorum dictæ hæreditatis constet,
quid, & quantum remanserit in dicta hæreditate
facile est liquidare, & taxare quantum importet
hoc suppositum, licet hoc casu Dominus iudex
prudenter iudicauerit supplementum legitimæ
deberi quatenus legata non sufficiant ad ipsam
legitimam, ꝙ subinde liquidādum erit, ut supra.

Tertium dubium est respectu usufructus tertię
partis bonorum cæterorum filiorum ex forma
statuti Corrigij illi debiti, quia non uidebatur de
beri ex quo ex processu constare uidetur filios
impuberes decessisse, nec constat illam eius tuto-
rem petijsse infra annum, quod affirmat Magnifi
cus consultor fuisse expresse à parte aduersa in
processu deductum, & ostensum. unde ab eorū
64 successione uidebatur † repellēda, l. 2. §. si mater.
ff. ad Tertul. §. fi. Instit. eo. tit. & habetur in l. sciant
C. de legi. hęre. Quo ad dubium hoc, primo dico
quod non potui inuenire in aliquibus ex proces-
sibus factis inter partes, quod fuerit oppositum
predictæ Dominæ de non petitá tutela, & quod
propterea non successerit filijs impuberibus de-

cedentibus licet diligenter uoluerim, & reuolue rim omnes processus, Quod si sic est, non potest Magnificus D. consultor iudicare, uel consulere super non petitis, d. §. hoc autẽ iudicium Afflict. dec. 3. nu. 1. de quo supra fuit dictum. Praeterea respectu primi filij posthumi qui obijt eo anno quo natus fuit nulla est difficultas, qa excusatur
65 mater ex quo † totum tempus anni habebat ad petendum tutorem. Abb. cons. 90. nu. 5. in 2. uol. Neui. lib. 2. Sylu. nupt. nu. 53. sexta. limit. Rui. cõs. 8. nu. 16. in 3. Marant. in l. is pot. nu. 232. ff. de ac quir. haered. Ant. Gabr. lib. 6. sua. cõclusionum tit. de tutel. 4. limit. nu. 46. Respectu uerò alterius
66 filij masculi, qui obijt adultus etiã † nulla est difficultas, ut per Marant. in d. l. nu. 239. Neui. loco precitato. 7. limitat. & Gab. d. conclusione in 3. limit. nu. 45. & cum ipsi aduersarij exclusis fratribus successissent ipsis filijs, & filiabus exclusa matre ex forma dicti statuti, ad ipsos pertinebat petere tutorem filijs ipsis saltem lapso primo anno Gabr. d. concl. nu. 9. Vnde ipsi id non possunt opponere eidem dominae, quia mutua delicta pari compensatione tolluntur. l. uiro. atque uxore. ff. solut. matr. Quae resolutio inseruit etiam respectu terrarum sitarum extra territoriũ Corrigij, cum omnes responsiones supra allegatae praeter ultimam illis conuenīant.

Quartum dubium respicit condemnationem fructuum trium millium aureorum a tempore publicationis processus, super quo uidetur dicẽdũ, quod cum pecuniae deberentur, nulli fructus debeãtur aduersarijs, cũ non probauerint aliquod interesse uel damni emergentis, uel lucri cessantis. ad trad. in d. l. unica. C. de sentent. quae pro eo quod inter. & cum nulla sit facta adhuc datio in solutum eisdem, nec dominiũ bonorum, nec possessionem acquisiuerint, non pñt deberi eisdem aliqui fructus, & sibi est imputandum, quod noluerunt incumbere expeditioni predictae causae, sed spoliauerunt ipsam dominam primo, & postea secundò uigore multae, & iniustae executionis, ut satis supra, & in alijs allegationibus dedu ctum fuit.

Quintum dubium respicit declarationem factam in sententiam. 2. quod aduersarij teneantur soluere debita haereditaria, quia non uidetur id potuit addi in executione, & quia institutus in re
67 certa † non tenetur ad debita haereditaria, Alex. in l. quoties. in ultimo not. C. de haere. insti. quo ad primum de addit. respondetur hic non agi. de additione aliqua facta in executione, sed secũda sententiam iudicis appellationis qui potuit addere, & supplere omissa per primum iudicem, ut supra. nec hoc casu loquitur Are. in allegato cõs. 56. in fi. uel alij in dubijs citati, Quod modo haeres in re certa non teneatur ad debita haereditaria, est uerum regulariter, sed secus est si testa-
68 tor † aliter disponat. nam hoc casu etiam legatarius tenetur. l. imperator. §. si centum. ff. de leg. 2. Rom. consi. 189. stante primo. & Durant. in tract. de art. testan. tit. 6. caut. 42. nume. 2. & in proposito testator uoluit D. Claram haeredem institutam cui ipsi successerunt, teneri soluere omnia debita testatoris. & cum testator uoluerit matrem habere integrum usum fructum, ultra scutos termille, certè necessario intellexit quod solutio esset facienda ex dictis scutis tribus millibus.

Postremo loco dubitatur super petitionibus nouis ipsorum aduersariorum, super quibus etiã alias fuit scriptum. Et primò super incisionibus ar borum ultra indigentiam suam, de quibus, ut dici tur, deponũt quinque testes, sextus, cum quatuor sequentibus. ex quo abusu praetendunt aduersarij eam cecidisse à comodo usus fructus. sed cer tè ut alias dixi, & in hoc falluntur, quia tales incisiones fuerunt modicae, & non damnosae terris, uel saltem parum, ut fatentur testes, nec illi omnes testes deponunt de tempore quo ipsa Domina tanquàm usufructuaria bona possedit, sed tantum sextus & septimus, qui cõcordant de duode cim soghis lignorum in annis tribus, & ex truncis sectae asseres & dogae aliquae fuere, quod si etiam esset uerum non posset dici, quod fuerit facta inci sio nisi pro necessitate ipsius Dominae, cum certũ sit quod pro usu domus non indiget minori numero sogarum, uel curruum, 12. pro quolibet anno. & hic non constat quod in duobus, uel tribus annis fuerit facta incisio ultra. 12. sogas, & trunci illi secti, uel uenditi, uendebantur pro emendis lignis, quae minori pretio habebantur per uenditio nem truncorum, & asserum, quàm si trunci ipsi fuissent secti, uel incisi pro lignis comburendis. Cum itaque non fuerit notabiliter deteriorata proprietas sequitur, quod ipsa domina ueniat ab
69 soluenda cum uictoria expensarum, † per ea quae alias in prioribus scriptis adduxi, quibus potest addi. Alex. consi. 118. in casu. nu. 10. & seq. 2. vol. Rolan. à Val. consi. 49. num. 20. & seq. 2. uolum. & Gugliel. Redoan. in tracta. de reb. eccle. non alie. in tit. de caducitate ob rei deteriorationem. num. 9. & seq. fol. 506. de Borgni. in d. tracta. de usufr. mulie. reli. num. 157.

Rursum dubitatur, quod ipsa Domina teneretur ad fructus. ex quo non praestitit cautionem
70 † petentibus proprietarijs ex distinctione. Bar. in l. uxori usufructu. ff. de usufr. lega. Soc. consil. 131. in fi. in primo. & Nat. consi. 297. num. 3. Sed certè cum ipsa Domina haberet uoluntatem testatoris illam liberantis ab inuentario, & cautionis praesta tione. habuit iustam causam litigandi, & differendi donec id fuisset decisum, quo casu non loquun tur Doct. praecitati. & cum factum fuerit inuentarium & praestita cautio nõ est amplius disputãdũ.

Ad ultimum dubium de administratione reddenda fuit etiam in primis scriptis satis factum, nã certum est, quod, à tẽpore quo filij fuerũt adulti, & qui faciebant magnas impensas, & administrabant etiam ipsi, illa non tenetur per decisiones citatas, & satis probatum est de tali illorum administraratione ex testibus aduersariorum, & instrumentis

mentis prædictis, pro reliqua uero partè tempo-ris quo ipsi non administrauerunt ratio est reddē-da de bono, & æquo, ex quo illa erat mater, nec potest deueniri ad iuramentum in litem, per ea quæ dictis prioribus allegationibus adducta fuere, contra quę cum nihil adducatur quod urgeat, nō laborabo in longioribus resolutionibus, quæ nimis longè, & prolixę fuerunt ex quo longa, & copiosa multa fuerūt dubia proposita, quæ ęqui dem terruissent prima facie quencunque exercitatissimum causæ patronum, licet (vt initio dixi) eis bene discussis, & ruminatis nullum, vel minimum negocium faciant uictoriæ ipsius Magnificæ D. Domicillæ.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ADDITIONES.

a Probatur etiam uis ex alio, quia si uocati in iudicio, ut possessionem restituerent, illam restituere recusarunt, probatur expulsio secundum Inno. Ioan. And. & But. in c. suborta. de rescrip. & probatur in l. conductores. C. loca. & in l. non ab re. C. unde ui. is enim qui rem alterius restituere recusat censetur petentem spoliare, quin imò & dolus ex hac recusatione aliquando probatur, quod colligitur ex no per Bal. in l. fi. num. 3. C. de edic. diui Adr. tollen. & Bar. in consi. 91. colu. 2. quamuis & sine dolo pœnæ illius legis incurrantur secundum glo. in d. l. si quis in tantam. & Rofredus not. idem in commenta. illius l. num. 68. Corn. consi. 205. in fi. in 2. & Soci. Iun. consi. 18. in fi. in secundo. & Pontan. in tracta. de spol. lib. 3. num. 116. 120.

b Dicit tamen Alex. in cōsi 64. in fi. lib. 3. pœnam. l. si quis in tantam. non habere locum quoties arte, aut fallacia aliqua possessio recipitur. cuius dicti meminit. Rube. consi. 13. num. 11. & Cranet. consi. 700. num. 11. in fi. quo loci etiam tenet recuperationem fieri posse sine pœna d. l. modo fiat clam sine ui, ex Castr. consi 399. num. 4. in prin. & Rub. in d. consi. 13. num 9

c Non releuat protestatio per ea, quæ trad. Bal. cons. 9. Factum tale. in prin. & propius ad casum nostrum. consi. 95 mortuo Gregorio in 3.

Præterea in præiudicialibus protestatio non iuuat, ut hic tangitur secundum Bal. in c. fi. num. 23. de confess. & in c. 1. §. denique quę fue. pri. cau. benef. amitten. in usibus feud. Rot. decis. 577. quidam expectans in antiquis. in fi.

Vltimo non poterit iuuare, quia est apposita contra expressam. l. prohibitionem, & apposita super facto, quod est de genere prohibitorum, ut in terminis ferè terminantibus habetur per Oldra. consi. 107. & per Ias. consi. 146. in princ. in 4. & per Tiraq. in tract le mort saisit le uif. par. 7. decl. 10. num. 3. ubi concludunt fideicommissarium possessionem apprehendentem ante restitutionem sibi factam incurrere pœnas dictæ legis, tametsi protestatus fuerit, quod non animo inuadendi possessionem ingrediebatur. Sed de his pęnis loquitur eleganter ex recentioribus Ponta. in tract. de spol. hinc superflua est nostra additio.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Notarius qui in officio deliquit, an possit rite rogari de testamento? Et quid si habuerit gratiam? Gratia quando vitietur, quia non sint expressa omnia necessaria?

SVMMAE.

1 *Vitium inuisibile potest opponi in remedio. l. fi. si illius probatio non requirit altiorem indaginem.*
2 *Vt de eo qui non poterat testari propter furorem.*
3 *Vel quando hæres est incapax.*
4 *Testamentum est nullum si deficiat authoritas notarij.*
5 *Notarius licet non condemnatus, uel priuatus officio, si in eo deliquit non potest rogari de testamento.*
6 *Notario propter suspicionem minor fides est adhibenda.*
7 *Surreptio uitiat gratiam impetratam.*
8 *Notarius quando ob falsitatem sit officio priuandus?*
9 *Gratia non prodest si supplicans omnes qualitates delicti non expressit.*
10 *Et excusatur qui occidit tali modo gratiatum.*
11 *Et est facienda etiam mentio de gratia habita pro alio delicto.*
12 *Testamentum primum non suspectum est exequendum in remedio. l. fin. quando secundum est suspectum de falso.*
13 *Præsumptio pro instrumento quando esset.*
14 *Falsitatis testamenti propter dubium, an hæres possit adire.*

CONSILIVM CCCCIII.

In Domino confido.

MAGNIFICI D. Antonius Maria, & D. Iacobus de Mandolis immittendi sunt in possessionem reorum, & bonorum, quæ fuerunt tenta, & possessa per quondam D. Dominicum de Mandulis tempore eius mortis, & in ea manutenendi, & confirmandi sunt, ex quo habent testamentū ipsius D. Dominici in causa productum non abolitū, non cancellatum, nec in aliqua sui parte suspectum. l. fi. cum ibi not. C. de edict. diui Adr. tol.

Nec modo aliquo iste Iacobus aduersarius cōparens ad impediendum missionem prætextu alterius posterioris testamenti, est audiēdus ad immissionem hanc impediendum, vel immissionem de eo faciendam obtinēdum. Et licet istud

non

non videatur vitiū visibile, sed inuisibile, tamen
1 quādo eius probatio non requirit † altiorem in-
daginem potest opponi in hoc iudicio.glo. Bart.
& omnes in l.2.C.eo.tit.Ang.consi.135.Paucius
2 secundo dub.vbi loquitur † in eo, qui non pote-
rat testari propter furorem.Guid.Pap.q.132. sed
probato.Rui.consi.28.nu.11.vbi loquitur, quan
3 do hęres † est incapax quinto uol.idem trad.Mo
der.in d.l.fi.Vbi Zuecar.num. 74. & sequitur Al-
cia.responso.56.num.2. sexto lib. At in proposi-
to de ualiditate dicti testamenti satis constat, ex
quo fuit confectum,& rogatum per not. alias de
falso condemnatum & prohibitum rogari de ali
quibus instrumentis, uel testamentis per decen-
nium,& ultra ad beneplacitū Serenissimi D. Du
4 cis.quo fit, ut cum deficiat † auctoritas testamen
tum sit nullum, ut trad.Bal.in cons.349. super eo,
quod dicitur num.2.tertio uol. & facit eius consi
lium 66.factum tale est in 3. etiam uol. Idē trad.
Castr.in consi.103.ponitur in facto.prima col. 2.
volum.nouissimorum, ubi idem dicit, & si non
5 fuisset condemnatus, † & priuatus officio cū sat
sit, quod in officio deliquerit.l.si aliquid.C. de su
scepto.& Anch.lib.10.hoc etiam latè trad. Igne.
in l.3.§.si quis tabulas.nume.6.de Senat.Sylla.&
dicunt Doct.in dictis locis, quod etiam quando
notarius suspectus ex alijs falsitatibus cōficit in-
strumentum uel testamētum, illud est suspectum
a de falso, a licet non fuerit condemnatus. Nec du
6 bium est, quin propter suspicionem minor † fides
sit adhibenda.Rui.consi.36.num.4.in quarto, &
consi.præcedenti.num.10.Bertran. consi.23.nu.
1.secunda par.priorum impressorum.& Nat.con
si.124.num.5. Cum itaque constet testamentum
aduersarij, vtpotè rogatum a notario exauctora-
b to esse nullum, b sed etiam suspectum de falso, cu
jus auctor & scriptor est etiam nunc carceratus
pro simili delicto, uel imputatione, certè non de-
bet impedire missionem faciendam de istis do-
minis actoribus habentibus testamentum uali-
dum legitimum, & in nulla sui parte suspectum,
quia testamentum debet esse certum, & non su-
spectum, ut dicit ad propositum. Alcia. in consil.
60.num.8.& seq.lib.9.

Nec obstat gratia obtēta per ipsum notarium
à priuatione officij, quia illa fuit, & est nulla, & in
ualida, surreptitiè, & obreptitiè fuit impetrata,
7 quæ † surreptio etiam uitiat.c.constitutus.& c.ad
aures. de rescrip.latè Rui.cōs.98.nu.14.in 4.cum
enim ipse fuerit condemnatus ob duo delicta
falsitatum per eum patrata alterum tanqnam pri
uatam personā falsificādo prothocolū alienum,
alterum delinquendo in officio tabellionatus fa-
ciendo instrumētum falsum, cuius occasione ue-
8 niebat † officio priuandus de iure communi.d.l.si
aliquid.& ex forma statutorū nostrorum solum
fecit mentionem de prima falsitate non tā graui,
& tacuit secūdam hoc casu nullissima fuit gratia,
nec sibi, uel alijs prodesse, cum non sufficiat habe
re gratiam de delicti pœna, nisi principi omnes
9 qualitates delicti † exprimantur, ut trad. Bal.in d.
præscriptione. nu. 20.& ibi Ias.col.fi. C.si contra
ius, uel utilit.pub.Alc. cons.114.ponderatis. col.
10 prima ubi firmat excusari † talem gratiatum oc-
cidentē, primo uol. Fely. in c. ex libris. nu. 3.3
not.de officio delega. Ias.ī d.l. nec damnosa.post
prin.C.de prę.Imper.offer.& Bos.in ti.de remed.
ex sola clem. princip. nu.37. Immò fortius nedū
tenetur delinquens facere mentionem de omni-
bus qualitatibus delicti illud aggrauantibus, ut
in indiuiduo affirmant omnes Doctores supra ci
tati, sed tenetur etiam facere mentionem de gra-
11 tia habita † pro alio delicto per eum antea perpe
trato, quia si Princeps sciuisset forte gratiam non
concessisset secundam, ut per Guliel. de Cun. in
l.3.C.de episcopali audi.cum alijs trad.per Mars.
in sing.3.supplicans Arnonus sing.11. Nat.consi.
211.nu.5.& latè Grego.Magalot.in tracta.de sal-
uo conduct.3.par.3.& 4.pag. Vbi dicūt alias fuis-
se decapitatum quendam, qui nō expresserat pri
mum delictum, etiam de quo habebat gratiam,
Quanto magis igitur reijciendus est ille, qui nul-
lam mentionem fecit de delicto cuius occassione
fuit priuatus ab officio, sed illud dissimulauit tan-
tum faciendo mentionem de minore, cuius cau-
sa talis pœna non erat imponenda.

Et cum exceptio nostra opposita sit notoria in
iure, ut ex deductis supra patet, non est dubium
quando excludat aduersarium, & admittēda sit,
ut per Castr.in d.l.2. ante fin.

Non obstant modo, quæ subtiliter per excel-
lentem.D. Vicarium motiuando obiecta fuere,
quia ex prædictis euacuata, & pœnitus sublata
sunt, namq; Primo.Zuccar. in l. fin. præallegata.
nu.mihi.355. alias.390.uers.circa tertiū non lo-
quitur quando tertium testamentum est nullum,
12 & de nullitate incontinenti † est probatum, ut in
casu isto, & idem quando est suspectum de falso,
ut quia est rogatum per notarium alias condem-
natum, & nunc etiam imputatū, & carceratū pro
falso. quo casu cum sit suspectum primum non su
spectum est exequendum, ut per Alcia.d.respon-
so seu consi.60.nu. 8.

Et idē est respectu decisionis spec. In §. restat.
col.3.in tit. de instr. edi.vbi dicit in dubio præsu-
13 mi † pro instrumēto. Nam cessat pręsumptio, ubi
veritas probetur Craue.consi.35.nu. 5. prout re-
spectu nullitatis tollitur hoc casu, ut supra sicut
etiam cessat, quando extat alia fortior præsum-
ptio falsitatis, ut hic.l.diuus. de in integr. restitut.
minor.

Cessat Cōsilium etiam Roma.234.quo ad pri-
mum alias.235. in quinto dub. nu.9.quia ibi non
dubitabatur an hæres esset mittendus in posses-
14 sionem quasi falso fuisset institutus † in testamē-
to, cum in utroque testimonio esset institutus,
sed dubitabatur an hęres posset adire propter du
bium falsitatis, At hic concurrunt duo testamen-
ta quorum unum est sine uitio, & suspicione alte-
rum, nullum, & suspectissimum quo casu non lo-

quitur

quitur Roma. ex diuersis igitur non infertur. l. si §. de calum. l. Papinianus exuli. ff. de minor.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ADDITIONES.

a Est autem ratio, quia ex falso homini uix quicquam non falsum haberi potest, nam qui alias instrumentum improbum fabrefecit præsumitur non grauatè in idem scelus prolabi. Io. de Ana. consi. 49. & Rui. cõsi. 35. col. 6 in 4. nu. 10 ante hos Spec. in ti de instru. edit. §. instrumentum. uers. item opponitur, quod notarius. Docto. in c. cum Ioannes. de fid. instru. quos adducit Rui. in d. consi. & Rim. iun. consi. 58. nu. 32. quod autem malum nomen Notarij reddat instrumentum suspectum scribit idem Anan. d. consi. 49. est pulcrum consilium Bal. 463. in quinto Crauet. consi. 434. nu. 34. & consi. 731. nu. 11. Decia. consi. 91. nu. 42. in 3.

Contra autem bona fama notarij auget multum instrumenti fidem adeo, ut præualeat etiam malæ famæ probationi contrariæ, ut ait Bal. d. consi. 40. latè de bona fama hac ex recentioribus, Grat. consi. 60. nu. 19. in 2. Crauet. consi. 65. nu. 13. Neuia. consi. 5. nu. 20. & consi. 68. nu. 31. Bursat. consi. 33. nu. 15. & Gabriel. consi. 180 nu. 14.

b Hactenus de fama mala, nunc de malo ipso dicamus Notarius aut deliquit ut priuatus, aut deliquit in officio notariatus, primo casu illius delictum non obest instrumentis ab eo confectis, ut multi probãt, quos adducit Alex. consi. 190 nu. 32. in sexto.

Secundo casu, aut notarius non est exauctoratus prorsus, sed est per quoddam tempus suspensus ab exercitio tabellionis; aut est prorsus destitutus authoritate, & officio. primo casu procedunt ea quæ diximus in alio consi quod conscriptum est etiam pro eodem Mandola, & est in primo uol. nisi fallor.

Altero casu, aut notarius est condemnatus cõtumax, aut confessus, si sententia est lata contra notarium contumacem tunc ualere instrumẽta, & præterito tempore confecta, & futuro conficienda multorum est opinio Bar. in l. si ideo. ff. de euict. Fely. in c. ex litteris. nu. 20. de constitu. & in c. cũ Bertoldus. nu. 20. de re iudic. Marsi. consi. 82. nu. 12 Bos. consi. 31. nu. 13. in primo, & consi. 29 nu. 27. in 3. quod tamen quo ad futura instrumenta non procedere crederem in locis in quibus uiget statutum, quod contumax habeatur pro confesso.

Si uerò post confessionem commissæ falsitatis est damnatus, tunc quo ad instrumenta futura non est dubitandum de nullitate ipsorum, quo uerò ad præterita concludunt doctores ualere illa etiã confecta post commissam falsitatem. Canon. in c. fraternitatis, de hæretic. & alij in l. si quis ex argentarijs §. 1. ff. de eden. Bal. consi. 349. nu. 2. in 7 Castr. consi. 168. nu. 4. in primo, & consi. 10. in 2. Mars consi 10. nu. 27. & cõs. 32 nu. 23. Ceph. consi. 627. nu. 16. Foller. in pract. crimi. in uerb. banniãtur. nu. 39.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Qua pœna sit plectendus ille, qui friuolam, & iniustam interponit appellationem non sine calumnia, & an sit condemnandus in expensis?

SVMMAE.

1 *Appellationem interponens friuolam, & iniustam ultra alias pœnas debet condemnari in expensis per iudicem ad quem.*

2 *Appellatione prohibita censetur prohibita quo ad utrunque effectum tã deuolutionis, quam suspensionis.*

3 *Appellari non potest à secunda quæ cõcernit executionem primæ transactæ in rem iudicatam.*

4 *Appellatio est temeraria si est contra casum legis, & non est grauatus appellans.*

5 *Et an talis sit arbitrio iudicis terminatur.*

6 *Expensas tenetur refundere uictus uictori.*

7 *Et illæ sunt reficiendæ quas quis fecit occurrendo commissioni ipsius causæ.*

8 *Expensæ possunt peti condictione ex statuto, licet illarum nulla sit facta condemnatio.*

9 *Et hæc est uera opinio.*

CONSILIVM CCCCIIII.

In Domino confido.

APPELLATIONEM friuolam iniustam, uel temerariam interponens ab aliqua sententia, vel pronuncia a qua non licet appellare. præter alias pœnas à iure comminatas, & pœnam librarum vigintiquinq; impositam a statuto Ferrariæ sub Rubr. de appellationibus interponendis. fol. 71. prima facia. in fi. cum princ. sequen. debet etiam
1 condemnari in expẽsis † per iudicem ad quem,
ut est tex. in c. cum appellationibus. vbi Doct. de appella. in 6. & trad. etiam Doct. in c. 2. vbi Abb. & Dec. in prin. eod. titu. Quo fit ut cum pro parte D. Iuliæ de Locatellis vxoris D. Ioan. de Fuccijs. & cæterorum consortum fuerit iniustè, & teme-
a rariè a appellatũ a pronuncia Magnifici D. Com
missarij Cotignolæ, faciendum esse compromissum inter partes. lata ad fauorem Magnificæ D. Heleonoræ Locatellæ, de Mengolinis, uxor. Magnifici D. Vincentij, cum appellatio ipsa esset expressè prohibita per statutum Ferrariæ sub rubr. de compromissis faciendis inter cõiunctos. fol. 36. secunda facia. ver. qui iudex. ubi etiam prohibetur restitutio in integrum ex capite minoris ætatis. & prohibita appellatione, censetur prohi
2 bita † quo ad utrunque effectum, tàm deuolutio
nis, quàm suspensionis. Dec. in rubr. de appellat. num. 5. Rolan. a Val. consi. 77. num. 27. in 2. uolu.
b ipsę appellantes ad expensas b necessario factas
pro reuocatione factę inhibitionis, & declaratione facta per Illustr. Consilium signaturæ. coram

quo

quo fuerat citata ipsa D. Heleonora, siue eius procurator teneâtur ipsi.d.Heleonorę. Quod tanto clarius procedit, quia ex alio etiam erat prohibita appellatio. ex quo scilicet prius fuerat pronūtiatū super dicto compromisso faciendo, nec fuerat ab ea pronūtia appellatum, unde in iudicatū transiuerat. c. quod ad consultationem. de re iud. igitur si non poterat appellari a prima quæ in iudicatum transitum fecerat. nec à 2. quæ concerne
3 bat † eius executionem. gl. Bal. ad fi. primo col. 2. Ang. nume. 4. in l. si cum exceptione. §. hæc autem actio. ff. de eo quod met. caus. Feli. in d.c. quod ad consultationem. nu. 2. & Capit. decisione prima. nu. 23. & 34. uol. 2. Cum itaque dicta appellatio fuerit sine legitima causa interposita. & contra expressum casum legis municipalis. & cum non essent grauatæ dictæ mulieres appellantes, appella
4 tio ipsa fuit friuola, † frustratoria, & temeraria, ut per Domi. in d.c. cum appellationibus. num. 5. & Marant. in tract. de ord. iud. 6. pat. 2. actu. numero 336. & supra. num. 334. firmat talem appellationem non esse admittendam. & iustè egit Magnificus. D. Comissarius ipsam appellationem reijciē do, quod facere debuit ex rationibus pfatis. & quia erat ei arbitrarium. an dicta appellatio esset friuo
5 la † nec ne, Menoch. in tracta. de arbitr. Iud. casu. 197. in fin. lib. 2. & Cęsar. Contard. in l. unica. q. 1. num. 40. C. si de moment. pos. fue. appel. Et cum etiam hic punctus fuerit disputatus coram dicto Illust. consi. signaturæ, & pro tali ipsa appellatio fuerit reiecta, & reuocata inhibitio, dictę mulie
6 res iustè, tenentur ad expensas † ipsas ex regula generali, quia Victus Victori tenet ad expēsas. l. eum quem temere. in prin. ff. de iudi. cap. finem litibus. de dolo & contu. & l. properandum. §. sin autem alterutra. ubi Ias. post alios in prin. C. de iud. latè Ioan. Bapti. Asini. in pract. sua. §. 32. c. 2. in prin. Et hoc casu expensa hospitij, equorum, & aliorum huiusmodi, quæ fecit prædictus. D. Vincentius pro ueniendo ad hāc ciuitatem pro reuocada di
7 cta inhibitione † & occurendo commissioni ipsius causæ, debet ei refici, ut per Ias. in d. §. nu. 14. & Asin. ca. 3. num. 2. eo. §. 32.

Nec obest, quòd ipsæ appellantes ōn fuerint cō demnatæ per Magnificum D. Commissarium ad dictas expensas tempore reiectionis suæ appellationis, quia non agitur uirtute illius pronuntiæ ad dictas expensas quæ adhuc non erant factæ, nec poterant comprehendi sub ea sed propter appellationem interpositam friuolè & temerariè, à dicta pronuntia per partem aduersam, quarum expensarum condemnatio non erat facienda per d. iudicem à quo. sed per D. Iudicem ad quem, ut in d.c. cum appella tionibus. Et quia Illust. consilium Signaturæ, non iudicat super causis. sed tantum remittit partes ad suos iudices, ut notissimū est. ideo sat fuit quia reuocauerit inhibitionē, & remiserit partes ad Magnificū Commissarium, coram quo fuit facta petitio ipsarum ex psarum, & debet super eis pronunciare, & partem aduersā ad illas condemnare ut supra.

Vt non ommittam, quia cum extet statutum Cotignolę, de condemnatione expensarum, & expensis reficiendis. quo disponit, quia Victus Victori condemnetur in expensis nisi habuerit iustam causam litigandi. possunt peti expensæ condictione
8 ex eo statuto, licet nulla sit facta † condemnatio. Bar. in l. non solum. in fi. ff. de rei uend. & in l. 3. §. si rem. num. 3. & illic etiam Bal. ff. de leg. 3. Imol. in d.c. finem litibus. colum. fi. uer. Idem Bar. ubi dicit
9 † esse ueram opinionem Ang. Aret. in l. cū in una. num. 4. ff. de appella. reci. Fel. in c. pen. nume. 6. de excep. Marl. latè in l. patre uel marito. nume. 28. ff. de quæstio. & Asin. in 1. §. c. 2. 33. limitatione numero 22. Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Fuit inter partes res transactione composita.

Clau. Bertaz.

ADDITIONES.

a Iniusta autem temerariaque appellatio præsumitur si appellans succubuit, & præsumitur fuisse in culpa iniustè appellando, ut ad propositum ex Bal. trad. Fel. num. 5. & Dec. num. 10. in c. ex ratione. de appellat. Gram. consil. 53. nu. 18. & seq. in crimi Ceph. consi. 266. nu. 8 9. & uidetur sequi. Tiraquel. in tract. de retract. tit. 1. § 4 glo. 3. nu. 2. & maximè quando fuit condemnatus in expensis, ut per Fel. ibi. Et si fuerint factæ protestationes pro parte actionis contra reum, & fuit ille in mora constitutus.

b Imo tenebitur appellans ad damna & interesse passa per appellatum, si propter moram & tergiuersationem aduersarij non potuit summe reditum consequi, & se liberare à credito usurario, nanque non est dubiū, quod reus appellans est in mora constitutus tam per litis contestationem, quàm per sententiam qua fuit condemnatus. ut per Doct. in l. uinum. ff. si cert. peta in l. in hac, & in l fi. ff. de condit. tritic. Alex. consi. 64. col. 2. in 7 Nec est dubium est quin debitor teneatur creditori ratione dāni emergentis, docto. in l. 2. C. de usur. & in. C urabit. C. de actio empt. et in l. unica. ubi Cagnol. nu. 48. C. de sen ten. quæ pro eo quod inter. Plot. in l. si quando numer. 469. C unde ui. Et in hac specie, quòd debitor teneatur ad usuras quas creditor soluit trad. Imo. Abb & alij in cap. 1. de usur. Rom. consil. 101. Propositæ. uersi. 2. illud Alex. consi. 221. super titulo. uersi. comprobantur in 2. cum alijs citatis per Rol. consi. 35. nu. 2. & seq. in primo, & Plot. in d. l. si quando nu. 480.

Et si hæc damna & interesse passus fuit ipse appellans pendente iudicio, & post sententias latas dubium nō est, quòd in executione de eis non est habenda ratio, Bal. in d. l. uinum col. fi. ubi Cagnol. nu. 5. Paris. consi. 87. nu. 22. in 4 & quòd ueniant interesse passa post sententiam in exequutione nouo iudicis officio exequentis, trad. et Bal. in. l. 1. §. 1. ante. fi. ff. de usur. per l. fi. ff de re iudi.

Nec obesset si hæc petitio non fuisset facta coram iudice à quo, cum satis sit quod fieri possit coram iudice ad quem, ex quo iudex appellationis potest non solum pronunciare bene uel male appellatum, sed etiam de nouo condemnare, si iudex à quo omisit. Fel. latè qui plura ad propositum adducit in c. cum causa. nu. 3. de sent. & re iudi. Et quòd iudex appellationis possit supplere, & addere sententiæ, trad. etiam Rom. consi. 281. in re præsenti. in primo. dub. & late Didac. in c. Raynutius. per illum tex. in. §. 11. nu. 1. de testamen. ubi idem extendit procedere nemine petente.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

In eodem casu disputatur de qua appellatione sit intelligendum. Et quando illa sit prosequuta, quando sit calumniosa, & faciat Procurator Dominum incidere in pœnam.

SVMMAE.

1 *Statutum Ferrariæ prohibet appellationem a mera interloquutoria.*
2 *Pronuncia (faciendum esse compromissum) habet uim diffinitiua.*
3 *De hoc tamen potest dubitari.*
4 *Et grauamen esse saltem dicunt Docto.*
5 *Alternatiua (vel) ponitur inter diuersa.*
6 *Appellationis prosequutio non censetur facta per commissionem causæ.*
7 *Et illā cēsēt ꝓsequi, qui supplicationē porrigit.*
8 *Imò ex sola arreptione itineris, censetur quis prosequi.*
9 *Et sufficit ĩ fine primi anni cōmitti facere eām.*
10 *Expensarum a refectione magna, & plusquam iusta causa excusat.*
11 *Statuto Castri non prouidente est recurrendum ad statutum ciuitatis.*
12 *Appellatio licet sit calumniosa, non pōt procuratorfacere incidere Dominum in pœnam.*
13 *Procurator præsumitur intimare factum arduum principali.*
14 *Et illius gesta oīa ꝑsumitur pars ratificasse si eius noīe facta fuit supplicatio, & inhibitio.*

CONSILIVM CCCCV.

In Domino confido.

ADHVC non obstantibus subtilissimis dubitationibus eleganter excitatis ꝑ Clariss. D. Commissariū Cotignolæ aduersus intentionem Mag. D. Eleonoræ Mengolinæ, arbitror DD. aduersarias suas teneri ad expēsas factas pro reuocatione inhibitionis, & reiectione friuolæ, & iniustè appellationis interpositæ pro illarū parte a pronuncia faciendum esse inter ipsas partes cōpromissum, prout tenetur qui temerariam friuolam, uel iniustam appellationem interponit. c. cū appellationibus. cum ibi not. de appel. in 6. cū alijs adductis in prioribus scriptis. Ex quibus remanet fundata intētio Mag. Actricis. Vnde superest tantum vidēdum, an obiectiones subtiliter propositæ tollant, vel elidant fundamenta nostra, necne. Et concludendum est, quod non.

Namque primò, ꝙ statutū Ferrariæ per me allegatū sub rubr. de appel. interpo. fol. 71. ver. & si quis repertus. loquatur qñ est appellatū a mera
1 † interloquutoria. nō ab hac faciendū esse com-
2 promissum. quæ vr̄ hr̄e vim † diffinitiuæ, ex trad. ꝑ Bal. in l. j. C. si quacunq; ꝑdit. dignit. Cum. cōsil. 17. in fi. Rebuf. in repet. l. qđ iussit in ꝑfat. nu. 53. ff. de re iu. tollit̄ primo ex eo, q̄a illud statutū nō tm̄ loquit̄ in mera interloquutoria, sed in quocunq; alio grauamine alicuius iudicis, quo casu procul dubio cōprehendit ēt interloquutoriā, quæ hēt vim diffinitiuæ. quæ grauat partē, quo fit, ut admisso, ꝙ hæc fecisset hmōi, quę hr̄et uim diffiniti-
3 uæ, super quo iustè † posset dubitari, vt per Blan in tract. de compromis. q. 5. num. 8. ad fi. cū tm̄ oēs
4 hanc pronunciā † appellēt grauamen Iudicis, ut per Cum. in d. cons. & Blanc. d. nu. 8. ac Camil. Bauel. in tract. suo, seu cōmentar. in pragma. reg. Ferdi. Odia. & seq. §. 2. gl. 3. 8. q. nu. 32. non est disputandū an habeat, uel non habeat uim diffinitiuæ, ex quo statutū non tm̄ disponit, & punit appellātem ab ĩterloquutoria. sed a grauamine alicuius Iudicis. qđ est q̄d diuersum ab interloquutoria.
5 vt probat dicta alternatiua † (uel) q̄ ponit̄ inter diuersa. l. si is qui suis. §. nihil. ff. de manumis. & l. si ita fuerit. §. j. ff. de manumis. testa. Rebuff. in repet. l. unicæ. C. de sent. q̄ pro eo qđ inter. ꝙ fere in gl. ꝓferunt. nu. 3. alias nu. 540. sm̄ aliā impressionē. Vt non omittā, ꝙ cū de iure cōi. temerariè & iniustè appellans tenet̄ ad expensas. d. c. cū appellationib. cum alijs alias citatis. non egemus etiam remedio, vel beneficio huius statuti, licet etiam illud admodum faueat nostræ intentioni.

Non obstat ēt, qđ secūdo loco in dubijs tāgit̄, ꝙ fuerit appellatū a denegatione restōnis in integrū petitæ aduersus ꝓbōnes omissas, q̄ uidebat̄ cōcedenda, ut in dubijs. q̄a licèt nō potuerim uidere in facto, qūo res ꝓcesserit. ex quo non fuere transmissæ scripturæ. misso tm̄ ꝙ fuerit ēt petita dicta restitutio, illa nō erat admittenda repugnāte statuto Ferrar. de cōpromissis. ꝙ tollit ēt restōnē in integrū, vt alias ēt fuit deductū, & ꝓut sic fuit reiecta. Vltra ꝙ, cū prima pronūcia de faciendo cōpromissum in iudicatū transiuerit, nō poterat a secunda lata in eius executione appellari, ut in prioribus scriptis ostēsum fuit. qđ tollit ēt dn̄iam quę fit ab interloquutoria mera ab hn̄te uim diffinitiuę ꝑꝑ statutū allegatū. quod cum cōprehendat esse aliud grauamen, ut supra proculdubio & uerba, & dispositio huic casui cōueniunt, & cessant ea quæ latè super hoc in dubijs adducuntur.

Tertiò non obstat, ꝙ statutū ipsum procedere possit qñ pars appellationē fuerit prosequuta, q̄
6 prosequutio hoc casu facta † non censetur ēt per cōmissionem causæ, ex decis. Rot. Thom. Fastol. caus. 7. dub. 38. & c. gratū. & c. relatū. de offi. dele. Quia negari non pōt, q̄n facta fuerit ꝓsequutio appellationis per suppositionem & citationē partis, ac inhibitionem factam in causa ꝑꝑ cuius reuocationē opus fuit facere expensas, quę nūc petuntur. nec dubium est, ꝙ per supplicationē cen-
7 setur pars † prosequi appellōnē, vt probatur in c. cū sit Romana. de appell. imò ex sola arreptione
8 † itineris censetur pars illam prosequi. ut fuit decisum

eisum in Rot. per plures decisi. ut in tit. de appell. decis. 14.25.& 66. in nouis. & decisi. 48. & 50. in antiquis. & quod sufficiat in fine primi anni com mitti facere causam, ut dicat pars prosequutam
9 fuisse † appellationem, tenet Fely. post Ang. per eum citatum. in c. ex ratione. num. 6. de appellat. & id quod tenet Fastol. in dict. decis. procedit ex stylo urbis, ut per Cassado. in tit. de appellat. decis. 6. num. 8. & Octau. Vestr. in sua praxi. lib. 3. ca. 5. num. 2. Et cum non steterit per partem, quin illa ulterius prosequuta fuisset, si potuisset obtinere commissionem, & fecerit oẽm conatũ, ut comi mitteretur, non uideo quo modo non teneatur ad has expẽsas ad quas ob eius culpam pars nostra fuit grauata, ac si eã fuisset cõmissa, & succubuisset, cũ sit eadem rõ in utroq; casu. l. illud. ff. ad l. Aquil. & l. à Titio. vbi latè la. ff. de verb. obli.

Quartò loco obijcitur, quod debuit constare de calumnia appellantis uerè & non præsumptiuè, nec hoc casu uidebatur talis appellatio calumniosa, uel friuola. nec statutũ Ferrariæ illam prohibens, uidetur attendendum, quod non fuit intentatum per multa, quæ in dubijs adducũtur. sed certè cessant in casu nostro, quid ultra quod Doct. citati non loquuntur in aliquo casu nostro simili, quod debeat cõstare verè de calumnia appellantis, & maximè vt teneatur ad refectionem
10 expensarum a quarum excusatione magna, † & plusquam iusta causa excusat nõ quælibet etiam leuis, ut per Menoch. in tract. de arbitr. iud. lib. 2. casu 321. num. 34. Et cum appellatio ipsa fuerit prohibita etiam de iure communi, quia in iudicatum transacta ut supra, & ex forma statuti non uidetur quomodo possit negari fuisse calumniosam, uel friuolam. Et cum statutum Cotignolæ de cõpromissis non prouideret hoc casu, an posset appellari ab hac practica, & propterea esset
11 † recurrendum ad statutum Ferrariæ, ad tradi. per Soc. consi. 81. col. 2. in primo uol. & 128. nu. 2. & sequen. in 4. non potest dici, quod non fuerit etiam intentatum hoc statutum.

Quintò loco obijcitur, ꝙ & si fuisset appellatio
12 calũniosa † non potuisset procurator facere dominam incidere in pęnã ex Roland. cons. 18. nu. 11. in 1. sed & hoc ẽt cessat ex quo hic nõ agimus de pena, sed de expensis ad quas semper tenẽtur principales ꝓ factum procura. præterea præsu-
13 mitur, ꝙ in re ardua procurator intimauerit † factum principalibus, vt per Rom. consi. 481. col. 2. & Ant. Gabr. lib. 6. suarum concl. conclu. 5. nu. 33. & seq. Et postremo cum ad instantiam principalium, & nominibus illarum, fuerit facta supplicatio & inhibitio. cẽsentur ratificata omnia
14 † gesta per eum. l. Paulus. & l. bonorum. ff. rem rati. hab. Dec. & alij. in l. semper qui non prohibet. ff. de reg. iur. & alibi sæpe Doct.

Postremò loco non obstat, ꝙ statutũ Cotignolæ, ꝙ Victus Victori &c. uideatur loqui in succũbentibus, & in ijs diffinitiuis, & ĩ prima instãtia. quia cum gñaliter loquatur gñaliter est interpretãdũ. l. de ꝓcio. ff. de publicia. cũ vulg. Ex quibus arbitror satisfactum esse dubijs propositis & apertam apparere iustitiam ipsius Magnifi. Dñæ.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Animal quando dicatur mortuum culpa conductoris, aut fortuito ex diuino iudicio. Et quando culpa demonstretur.

SVMMAE.

1 *Statuto standũ est de iugatica, licet de eo nõ sit facta mentio modo ab eo non sit recessum.*
2 *Præsũptio iuris municip. est liquidissima ꝓbõ.*
3 *Et quæ releuat ab omni onere probandi.*
4 *Medicum adhibere imperitum, uel non adhibere paria sunt.*
5 *Testi statur deponenti contra producentem.*
6 *Medicum serò adhibere non sufficit.*
7 *Probatio dubia cõtra ꝓbantẽ est interp̃tãda.*
8 *Culpa in eo est qui non obseruat conuenta.*
9 *Animalis mortui, licet quis præsentet pellem, debet tamen probare casum fortuitum propter quem perijt.*
10 *Et debet probare identitatem bouis, uel alterius animalis.*
11 *Et testes non periti infirmitatum animaliũ non probant mortem euenisse diuino iudicio.*
12 *Testis debet reddere particularem rationem scientię, uel credulitatis.*
13 *Copiæ non plus est credendum, quam originali.*
14 *Testes deponentes audiuisse ab alijs quando faciant præsumptionem.*
15 *Et talem quod transferat onus probandi contrarium in aduersarium.*
16 *Iudex tenetur iudicare secũdũ acta & ꝓbata.*

CONSILIVM CCCCVI.

In Domino confido.

DOMINVS Iacob. Galetus (iudicio meo) iustitiam fouet in hac causa huius bouis dati per eũ ad iugaticam, D. Francisco Nano, non obstantibus adductis subtiliter ĩ dubijs per Mag. D. Iudicem Bladorum. pluribus rõnib. Primò. n. certum est statutum nostrum sub rubr. quę sit bona, & legalis iugatica. fol. 210. in hoc casu sibi locum uendicare, tam & si in chyrographo inter partes cõfecto, nulla de ipso statuto fit facta mentio, & aliqua pacta addita fuerint nõ omnino ipsi statuto

conformia, quia in cęteris seruandũ est statutum
1 † cum ab eo non fuerit recessum, ad not. in l. oẽs
populi. ff. de iustit. & iur. ꝙ expresse disponit sta-
tutum ipsum in prin.(saluis pactis, & conuentio-
nibus partium) Quo stante certum est, ꝙ ipse. D.
Franc. habet præsumptionem ipsius statuti con-
tra se, ꝙ bos nõ obierit, uel obierit facto, & culpa
eius, & sic teneatur ad eius pretiũ, Disponit enim
statutum ipsum recipiẽtem boues ad iugaticam
teneri si infirmentur denũtiare dño infirmitatem
illorum saltem infra duos dies, & subinde mor-
tem, & tamen neutrũ horum factum est, (ꝙ con-
stet) unde succedit contra ipsum præsumptio iu-
2 ris municipalis culpæ, quæ † est liquidissima pro-
batio. l. licet Imperator ubi Alex. & Ias. ff. de leg.
1. Alcia. in tract. præsump. 3. par. nu. 4. & seq. &
3 quæ releuat ab onere † probãdi dñm, & in aduer
sariũ trãsfert onus probãdi, ut per Alcia. ibi. nu.
2. & ibi latius ĩ addi. nu. 3. & Crau. cõsi. 198. nu. 3.

Secundò tenebatur ipse Dñs Franc. recipiens
adhibere oẽm curam, & diligentiam possibilem,
in infirmitate, & morbo ipsius bouis pro mede-
la, & salute ipsius, alias pręsumitur facto, & culpa
sua obijsse, ut in ipso statuto disponitur. & in pro-
posito non est probatum, ꝙ ipse Dñus Franc. ul-
lam curam, uel diligentiam adhibuerit, uel fece-
rit circa eum, immò nec ꝙ Bernardinus ille Raui-
gnanus, q̃ boues ipsos ab eo subcõduxerat oẽm
curam, & diligentiam possibilem adhibuerit, ut
sanaretur, & curaretur nam debebat peritum me
dicum fabrum Ferrarium adhibere in eius cura,
& tempore debito statim cũ fuit infirmatus, quo
rum neutrum factum fuit, faber enim ille adhibi-
tus ad eius curam quart⁹ testis examinatus, inge
nuè fatetur se non cognouisse infirmitatẽ bouis,
4 & adhibere medicum † imperitum, & non adhi-
bere paria sunt, & utrunque arguit culpam, ut est
tex. in l. ꝙ si nolit. §. si. mãcipium. ff. de ędilit. edict.
a tra. Rolã. à Val. in tract. de lucr. dot. q. 64. nu. 3. a

Hic etiam, quod nõ fuerit adhibitus medicus
debito tempore. constat ex eo, ꝙ faber ille depo-
nit bouem obijsse post uiginti dies à tẽpore quo
illũ uiderat, & curauerat, & tñ secundus testis ex
aduerso examinatus attestatur, quod stetit infir-
5 mus ultra mensem, cui testi statur ex quo † depo-
nit contra producentẽ Craue. cons. 201. nu. 7. &
ꝙ nõ sufficiat ad curã animalis equi, uel bouis fe-
b ro *b* medicum † adhibere trad. Alexan. in consi.
6 184. nu. 3. 7. uol. & cũ cõductor habeat præsump-
tionẽ iuris contra se debuit plene probare eius
diligentiam, & curam, quæ in proposito non fuit
7 probata, & maxime, quia probatio † dubia contra
probantem uenit interpretãda. c. in pñtia. de pro
bat. & l. non hoc. C. uñ legi. Vltra, ꝙ nõ constat, ꝙ
dictus Rauignan. adhibuerit Dñm Fabrum, nisi
semel ad curã bouis, quod minime sufficere uĩ.

Tertiò, pacto expresso in chirographo conuen
tũ fuit, ꝙ ipse conductor teneretur in casu mortis
boum, pelles ipsorum, & coria ipsi Dño præsen-
8 tare, ꝙ factum ẽt nõ fuit. uñ fuit, & est in culpa † nõ
obseruando conuenta, ut in terminis trad. Alex.
in consi. 158. in causa, & lite. 2. col. in pri. 2. uol. &
cũ teneatur cõductor ẽt ꝙ pellem præsentet dño
9 probare interitum bouis, & casum fortuitũ † quo
perierit, ut Bal. trad. in l. cum ita. §. species in fi. ff.
de leg. 2. Alex. in d. cons. 1. col. Ias. & Dec. in l. si pa
scenda, C. de pact. quanto minus potest se defen
dere, si etiam non præsentauit corium dño iuxta
expressam conuentionem cum eo factam.

Quartò, licet pars aduersa nixa fuerit probare
infirmitatẽ, & subinde mortẽ bouis de quo con-
trouertitur. tñ nõ crediderim fuisse probatã idẽ-
10 titatẽ bouis, q̃ debuit plenè † probari, iuxta trad.
ad propositũ per Io. And. & oẽs in c. auditis, de p̃
scrip. Alex. in consi. 118. in cã, & lite. col. fi. in 1. &
consi. seq. col. 3. & in termi. in d. consi. 158. col. 2.

Non obstãt modo, ea quæ in dubijs adducun-
tur. & primo, ꝙ contractus non fuerit celebratus
sm formam statuti, & uerba chyrographi nõ con
ueniant cum statuto, quia licet in aliquo fuerit al
terata illius dispositio non tñ fuit sublatum statu-
tum, sed omnino est seruandũ, ut supra in pri. fuit
ostensum, & licet breui manu boues fuerint dati
per Nanũ, dicto Bernardino Rauignano ẽt præ-
sente Galero, non tñ p̃pea est liberatus ab ipso
Dño, q̃a tenerẽ ad oĩa disposita in dicto statuto,
licet ipse quoque haberet eandem actionẽ con-
tra Rauignanũ, & ambo tenebantur ad consigna
tionem corij seu pellis, ut ad fi. dicti chirographi
ibi (*che li detti siano obligati à cõsignar le pelle à detto mes-
ser Iacomo*) quo fit, ut nullo modo possit dici ipsũ
Nanum fuisse liberatũ, quia teneretur ad omnia
disposita in dicto statuto.

Non obstat ẽt, ꝙ uideatur probata diligentia,
& cura in infirmitate bouis, & ꝙ perierit diuino
iudicio, q̃a contrariũ supra ostensum est, debuit
enim primo denunciari infirmitas dño, q̃a forte
ipse prouidisset de peritiori medico, & maiorem
curã, & diligentiã præstitisset rei suæ, & in hoc cõ
ductores ipsi iniquè se gesserunt nõ denũciando
p̃terea nimis sero adhibendo medicũ, seu fabrũ,
& ẽt imperitũ illius, & forte aliarũ infirmitatũ, &
q̃ semel tñ bouẽ curauit, ultra, ꝙ non uideo quo
modo sit probatũ, ꝙ diuino iudicio perierit, si nõ
constat qua infirmitate obierit, q̃ ẽt faber, nec no
minate sciuit, uel cognouisse fatetur. & licet ali-
q̃ testes dicãt, se credere, ꝙ bos perierit, diuino
11 iudicio, non tamen probant cũ non sit periti † in-
firmitatũ huiusmodi. tũc enim eis bene staretur,
ut trad. Bar. in tracta. testimo. nu. 12. & Ias. citatus
in dubijs rub. de iur. iur. in 1. limi. & Crot. in trac.
de testi. nu. 315. nec est uerũ, ut dr̃ in dubijs (ꝙ ip-
si testes adducãt rationes ex quibus eis credi de-
beat, ut in 4. limit. Ias. Quinimò cum hoc pẽdeat
12 à iudicio intellectus debuerunt testes † reddere
particularem rationem suę scientiæ. uel credu̇li-
tatis, ut per Bal. seu alium qui fecerit dictam repe
titionem in tracta. Bar. prædicto testimo. in l. con-
uenticulam. C. de epis. & cler. nu. 21. & Crot. in d.
tracta. nu. 305. & cum faber qui est illis peritior

nesciat

nesciat qua infirmitate perierit, tanto minus testes rustici possint illud nouisse, uel scire.

Ad id autem quod dicitur in dubijs, quod ex quo ipse Dominus Iacobus receperit alterum bouem, clarinum, censetur, & psumitur habuisse scientiam de morte alterius. Respondetur, quod non negatur habuisse scientiam de morte sed longe postquam illa euenerit, non autem sequenti die, ut exigit statutum, quo tempore potuisset ipse Dominus Iacobus uideri facere bouem mortuum per peritos, ut cognosceretur qua infirmitate obierit, & an diuino iudicio, uel facto, & culpa conductoris. & certè iniquum esset, quod infirmitas durauerit per mensem, & nunquam denũtiata fuerit ipsi Domino, & quod exinde obierit, nec mors illius illi fuerit intimata. sed necunquam pellis illius illi fuit presentata uel ostensa, quod est contra expressum pactum inter partes conuentum ultra dispositionẽ statuti in cæteris.

Quò uerò ad dubium de probatione mortis eiusdem bouis, & indemnitatis illius arbitror et testes eam non probare, cum omnes deponant de auditu, uel à Rauignano, uel à Nano qui habẽt interesse in causa, & sicut non crederetur illis id deponentibus etiam cum iuramento, tanto minus alijs qui ab eis audiuerũt. quia testes nõ probant quorum repelluntur auctores, alias plus cre-
13 deretur copiæ † quam originali, ut late trad. Craue. consilijs. 6. nu. 67. 41. nu. 2. & 112. nu. 13.

Nec hoc casu dictum Archid. in c. hoc uidetur. 22. q. Fely. in c. tam libris. nu. 9. de testibus. & aliorum in dubijs citatorum obest ipsi actori, qa
14 non loquuntur quando testes † audiuerunt à personis suspectis, ut hic, ultra quod illa presumptio de qua loquitur Arechid. non est talis, quod pos-
15 sit facere transferri onus probandi † contrarium in aduersarium, ut uoluit Roma. relatus per Dec. in consilijs citatis in dubijs. 272. & 592. ut declarant Alcia. in l. prima. vers. Celsus. ff. si cert. peta. Nat. in consi. 170. prima, & secunda col. & Benintend. concl. 67. in tertio dub.

Ad ultimum dubium de estimatione frumenti pro iugatica, cum ex statuto Ferrariæ sub rubrica quo tempore æstimationis frumen. soluen. ratio habe. debe. in prin. dispositum sit, quod pro iugatica bouum, sit soluenda æstimatio frumenti secundum tempus quo ualuit tempore destinatæ solutionis, nõ potuit Magnificus. D. iudex sapiẽ. etiam cum ipsis sapientibus Ferrariæ facere aliã prouissionem contrariam ipsi statuto à Principe confirmato, ad not. in d. l. omnes populi. Vltra q cum ipsa non fuerit producta. in iudicio non põt in ea fieri fundamentum, cum iudex debeat iudi-
16 care secundum allegata, † & probata. l. illicitas. §. ueritas. ff. de off. præsid. & cum dictus. D. Franciscus teneatur ad iugaticam ipsi Domino Iacobo. prouisio facta ad fauorem comitatiuorum nõ obest ipsi. D. Iacobo. q boues non dedit rustico.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ADDITIONES.

a Adest consilium Corn. 363. lit. M. in 3. quod refert ac sequitur Mascard. in tract. de probatio. in uerbo Medicũ, conclus. 1035. nu. 2. 3. ratio est, quia si, quod ait tex. in l. quoties. ff. qui satis. cogan. & in §. nulla. ff. de autho. tuto. idem est nihil facere mali, & perperam facere, quid est dicendum de eo qui audacem, & imperitum medicum adducendo magis nocuit, quam si nihil factum esset? quantum uerò obesse possit malus medicus imò bonus satius est intelligere, quam experiri; uideo enim ipsos siue Pathologiam, siue Terapeuticã, siue ipsa elementa artis, & Phisiologiam respicias cæcutire, & aberrare, neque in ipsis principijs, & fundamentis scientiæ conuenire, quod malum eo magis est deplorandũ, quo diutius, & apertius serpit, imò grassatur. Video enim dum hæc scribo placidissimo hoc mẽse Maij hilaritati, & relaxationi aptissimo omnes passim, & indiscriminatim temere multa ex medicina in se ipsos moliri. nulla alia ad hoc urgente necessitate. illud certè accidit (mea sententia) maximo ualetudinis detrimento, ut alius una cum sanguine uitalis spiritus portionem non minimam emittat, quo fit ut totum corpus citius ad frigiditatẽ, & decrepitatem deuergat. alius medicatas potiones propinet, & catapotia, seu pilulas deuoret, quibus uires deijciuntur, & natura prosternitur, alius inciendo uomitu laborare, non desistat, & ita libenter, ut turpiter in caninam consuetudinem, & naturam deuenire patiatur, uideo hæc aliena esse à priscorum institutis, omnibus enim hominibus eandem inesse humoris redundãtiam, quæ uel purgationem, uel euacuationem exigat, nemo admittet, qui elleboro, & ipse non egest. sed iam delitamus uerenda medicorũ placita detegere, quod amplissimè fecit Tiraquel. in tract. de nobilita. c. 31. nu. 408. cũ seq. & ne credas uirum iuris professorem rei medicæ peritos uellicare iniustè, uidendus est Hierony. Carda. medicus hac ætate notissimus in eo libro, quem inscripsit centum errores medicorum.

Sed quid dicemus de aduocato, imperito adhibito? Accurs. in adducts. l. quod si nolit. ibi (uel malum adhibuit) adijcit eos quoque emptores in culpa esse, ut de euictione agere non possent si malos causæ suæ patronos adhibuerint hactenus modestè Accurs. subijcit postea nullam, tam malam esse causam, quam peritus aduocatus non possit bonam facere. ego ob hæc magis succenseo Accursio quam medicis, aderit ergo in iure nostro peritia, quædam qua patronus poterit quamlibet causam malam superiorem facere, & qua etiam prudentes iudices errare, & bonos minus bene sentire perficere poterit.

b Idẽ respondit Mars. consi. 7. nu. 49. & Mascard. ubi sup. nu. 4. sed in his omnibus habenda erit ratio, & loci, & copiæ medicorũ. nam qui necessitate adactus, uel serò adhibet medicum, uel imperitum adhibet, excusandus erit. hanc partem tractat fusissime Mascard. in d. concl. 1035. & in conclu. superio. & hæc habent locum quando, uel serò, uel imperitus est adhibitus medicus, quando, uerò nullus est adhibitus uix locus restat excusationi, & in his terminis loquitur tex. in d. l. quod si nolit. ibi (si non adhibuit medicum) culpæ enim nomine teneri, respondit, ait Paul. in l. si seruum stipulatus fuero. ff. de uerbo. obliga. si infirmum neglexerit, & is mortuus sit, negligere autem intelligitur, qui medicum non adhibet, siquidem aduerti nostros iurisconsultos benignè admodum iudicasse de medicina motos fortasse Galeni authoritate, quem eorum tempore floruisse constat, licet superior ætas medias per multa annorum curricula, si Plinio credimus, non grauate caruerit. hinc Vlpia. in l. 1. §. medicorum. ff. de uar. extra. cognit. ait iustiorem medicorum causam esse, quam professorum est. Modesti-

nus in l.inter eos.§.1.ff.ex qui cauſ.maio.non diffitetur eorum officium publicè intereſſe.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Procurator ad tranſigendum quãdo dicatur doloſè, & fraudulenter ſe geſſiſſe, & mandati fines exceſſiſſe. Et quando colluſionem feciſſe cum aduerſario, & quid ſit colluſio, & quomodo probetur?

SVMMAE.

1 *Mandatum ſpeciale requiritur ad trãſigendũ.*
2 *Et habens clauſulam (quicquid uidebitur, & placuerit) cẽſetur limitatum ad arbitrium boni uiri.*
3 *Mandatum ſpeciale requiritur, ut Procurator renunciet inſtantiæ, liti, & ſententijs.*
4 *Mandatum generale cum libera quando ſpeciali æquiſtaretur.*
5 *Et ſpeciale requiritur ad paciſcendum.*
6 *Et ad confitendum debitum uel ſchedulam eſſe manu domini.*
7 *Nam hoc caſu confeſſio eſt temeraria, & ſapit donationem.*
8 *Et ſpecialiſſimum, & in indiuiduo requiritur in his quæ tendunt ad fauorem aduerſarij.*
9 *Et quando ſpecialiſſimum requiritur non ſufficiunt uerba generalia ſpecialitatẽ importãtia.*
10 *Clauſula (quicquid placueret faciendum) arbitrium boni uiri importat.*
11 *Clauſula (in prędictis, & circa prædicta) reſtringit mandatum.*
12 *Mandatum fuiſſe ſufficiens probandum eſt probatione clara.*
13 *Mandato conceſſo ampliſſimo cenſetur ſemper excepta fraus, & poteſtas dilapidandi.*
14 *Procurator eſt in dolo qui in rem propriã rem domini conuertit.*
15 *Tranſactio reſcinditur quando dolus illi dat cauſam.*
16 *Procurator colludens cum aduerſarijs tranſigendo non poteſt domino præiudicare.*
17 *Colluſio eſt inter reum, & actorem latens, & fraudulenta conuentio.*
18 *Et colludens dicitur falſum committere quia aliud agit, & aliud ſimulat &.*
19 *Colludium fieri dicitur ubi quis ex conniuẽtia illicitum quid agit.*
20 *Colluſio probatur coniecturis, & præſumptionibus.*
21 *Et cuiuſmodi debeant eſſe iſta.*
22 *Procurator cẽſetur reuocatus ſi principalis compareat in cauſa.*
23 *Dolus probatur ex diuerſis coniecturis, & quando.*
24 *Pluralitas non præſumitur.*
25 *Quod procedit in actibus hominũ ſecus autem in rebus.*
26 *Venditio probatur ſi habita ſit mentio de pretio, & de traditione rei.*

CONSILIVM CCCCVII.

In Domino confido.

DOMINVS Ioannes Meliorius reus conuentus a D. Bartholomeo Fraſſo nouenit abſoluendus a petitione ipſius actoris, non obſtantibus dubijs ſubtiliter excitatis per Magnificum D. Conſultorem huius cauſæ, & præſertim a quantitate pecuniarum ſolutarum, (ut dicitur) per dictũ actorem ex cauſa trãſactionis per eum initæ, uti procuratorem ipſius D.Ioannis eum DD.Anto. Brutio, & Ambroſio Ferro, aſſertis creditoribus ipſius D.Ioannis, cum certum ſit tranſactionem ipſam fuiſſe nullam, & inualidam, & nullum præiudicium ipſi D. Ioãni afferre potuiſſe, & à damnis & intereſſe ea occaſione, vt dicitur per eum paſſis, & in proceſſu petitis. Nam præter id quod ipſe Fraſſonus tranſegit in lite propria, in qua nunquã comparuerit Meliorius, & ſolum fuit ſequeſtratum ſericum, tãquã ſericum ipſius Melioris, vt fuit tactum per D. primo ſcribentẽ, multa ſunt fundamenta pro hac parte, ex quibus cõcludenter probatur, dictam tranſactionem fuiſſe & eſſe nullam, nec nocere Meliorio, primo ex defectu
1 mandati ipſius Fraſſoni, eum certũ ſit † quod exigebatur mandatum ſpeciale ad tranſigendum. l. mandato generali. ff. de procura. l. tranſactionis. C. de tranſact. Anch. in c. quo ad agendum. quarto. not. num. 3. de procura. in 6. Bero. conſi. 76. nu. 17. in primo uol. eum alijs trad. per Ioſeph. Lud. concl. ſua 30. pag. 5. ver. 5. requiritur.

Et in propoſito licet fuerit factum mandatum ad tranſigendum, & componendum, &c. quod aliqui volunt eſſe ſpeciale, cum tamen fuerit addita in dicto mãdato clauſula, (prout ipſi procuratori videbitur, & placuerit) ut in clauſula prę-
2 cedente dictam clauſulam ad tranſigẽdum, hoc mandatum cenſetur fuiſſe limitatum † ad arbitrium boni viri, vt in terminis declarat Soci. Iun. conſi. 59. num. 9. & conſi. 129. num. 53. & ſeq. primo uolu.

mo uolu. Igitur non potuit in tā magnum damnum, & præiudicium mandantis domini transigere, & domino præiudicare, ac illum enormissimè lædere. quia hoc casu non censetur habuisse mandatum legitimum.

Secundò, procurator ipse renunciauit iustitiæ, & liti illius causæ. in qua binas sententias fauora-
3 biles reportauerat. & in hoc † exigebatur mandatum speciale. Alex. consi. 115. nume. 3. quinto volum. Iul. Scarlati. inter consilia Bero. primo uolum. consi. 187. num. 52. Bero. q. sua 33. numer. 2. vbi dicit quod ne dum exigitur speciale, sed indiuiduum mandatum. nec sufficeret mandatum ge-
4 nerale cum libera, † quod speciali æquiparatur. ex quo procurator non potest remittere, quia saperet donationem, sequitur Ludo. d. conclus. 30. ver. 23. & versi. declara tñ primo fol. 76. huius &
5 exigebatur mandatum speciale † ad paciscendū Rebuff. in concordat. galli. in titu. de electio. derogatione. uer. xj. fol. 111. & sequit Ludoui. dict. conclusione. ver. 70.

Tertiò, & si ad hæc habuisset mandatum sufficiens (quod non admittimus) non tamen habebat mandatum ad confitendum debitū, vel schedulam esse manu domini, & tamen etiam ad hoc
6 † exigebatur speciale mādatum. Rebuf. loco præcitato. ver. 42. fol. 115. & Ludo. d. conclusio. ver. 86. fol. 78. nam confessio quæ hoc casu est teme-
7 raria † & supina. & sapit donationem, & iactationem non ualet. Cuma. consi. 148. venerabilis uir. nu. 2. in fi. Lud. concl. 46. uer. ampliatur. fol. 106.

Quartò, quando agitur de his principaliter, quæ ad fauorem domini nullatenus tēdunt, sed in merum aduersarij fauorem, non sufficit mandatum generale, etiā cum libera, sed requiritur
8 speciale, † & indiuiduum. Bero. d. q. num. 10. & Ludo. d. concl. 30. ver. declara tamen primo. Et quando exigitur mandatum specialissimum non sufficiunt verba generalia in mandato expressa,
9 importantia † aliquid fuisse speciale mandatum. Soci. Iun. d. consi. 129. num. 52. & Ludo. d. concl. ver. 63. & maximè addita illa clausula, (quicquid
10 placuerit facien.) quæ arbitrium boni † uiri importat, ut ex Soc. Iun. supra deductum fuit. Quod uoluit etiam Afflict. decis. 91. num. 4. & seq. maximè quando agitur de damno uitando, ut hic, & Lud. d. conclusione. ver. 65. & idē & tanto magis quando est addita alia clausula (in prædictis & circa prædicta,) quæ restringit mandatum, ut
11 non extendatur ultra † casus expressos. Card. Zabar. consi. 59. nu. 1. Ale. consi. 22. viso instrumento in fi. lib. 1. & consi. 21. num. 5. lib. 7. & Soc. Iun. consi. 21. num. 29. tertio uol. Ex quibus constat mandatum prædictum non fuisse sufficiēs, quod
12 ex aduerso erat probandum probatione † etiā clara & lucida, ut per Ludo. d. concl. 38. secunda col. ver. mandatum.

Quintò, dato & non concesso, quod mandatū fuisset specialissimum (prout non est,) & in eo essent etiam appositæ clausulæ amplissimè, cense-
13 retur tum excepta † fraus & potestas dilapidandi. l. creditor. §. latius, vbi Doct. ff. mand. Alc. consi. 44. viso & discusso. num. 2. 2. uol. Et quando in
14 rem propriam rem domini conuertit, † censetur esse in dolo. l. idemque. §. si procurator. ff. manda. Plot. in l. si quando. num. 533. & num. 731. C. unde ui. ubi eo casu uoluit contra procuratorem iurari posse in litem. & quando dolus dat causam
15 trā sactioni illa † rescinditur. l. interpositas. C. de transact. cum ibi not. Curt. Iun. consi. 205. nu. 22. & sequen. & Craue. consi. 747. num. 49. & in proposito negari non potest, quin dolus cōuincatur ipsius procuratoris transigentis, qui cum posset consequi uictoriam causæ, & tertiam sentētiam, quia nihil esset probatū, uel probari posset scriptū illud esse dicto D. Ioannis uoluit nihil notificato dicto D. Ioanni, uel eo minimè admonito. transigere cum aduersarijs, & fateri omnia ad damnum principalis sui, & soluere creditum nō probatum dictis Bancio, & Ferrio. & se liberare ab illa lite. & ulterius prætendit etiam D. Ioānem sibi teneri ad eius damna & interesse pro hoc bono opere, quod quam iniustum & absurdum sit, nemo est qui non uideat.

Sextò, & ultimo negari nō potest, quin dictus procurator transigendo, ut supra colluserit cum dictis actoribus in perniciē dicti domini. & pro-
16 pterea non potuit domino † præiudicare. ut per Castr. consi. 32. circa primam. tertio dub. num. 4. 2. uol. quem sequitur Boer. d. q. 33. num. 6. Ploti. in d. num. 531. & Pet. Rebuff. in tract. de contumacia & defect. in præfatione. nu. 26. est enim collu-
17 sio inter reum † & actorem latēs, & fraudulenta conuentio. glos. 1. in c. 3. de collusio. detcg. Abb. & Ioan. de Anan. in Rubr. eo. tit. Hier. Gyg. in tracta. de pensio. q. 42. num. 3. & Menoch. consi. 175. num. 7. & colludens dicitur committere falsum,
18 quia aliud agit, † & aliud simulat, ut per Abb. & Gyg. vbi supra, & Nat. consi. 537. num. 30. Et col-
19 ludium fieri dicitur † ubi quis ex cōniuentia illicitum, quid agit Luc. de pen. in l. 3. numer. 9. C. de uenden. rebus ciuit. lib. 11. collusio uero pro-
20 batur coniecturis † & suspicionibus. l. quia aūt. §. non simpliciter ibi (si tamen nulla suspicionis collusio religionē prætoris instruxerit) ff. si quis omissa caus. testa. Bal. in l. 1. in fin. C. eo. tit. Ioā. de Ana. in c. audiuimus. prima col. de collusio. detegen. Gyg. d. q. 42. num. 4. & in cons. 50. num. 9. ubi dicit, quod actus est nullus, Cephal. cons. 759. nume. 2. & sequen. & Menoch. d. consi. 175. nu. 19.
21 Et cum in casu isto tot † concurrāt præsumptiones & coniecturæ huius collusionis, & maximè quod clam nō admonito principali procurator ipse transegit. post nouem annos a tempore concessionis mandati post habitas duas sententias conformes ad famam. nec erat periculum reuocationis earū, quæ tarditas arguere collusionem ad propositum trad. Ceph. d. consi. num. 6. & 7. quia ipse fuit fassus omnia, quæ asserebant aduersarij, & alia plura quæ ex processu colligi possunt, cer-

16 *Tortus præsumitur ueritatem defendisse, & protulisse.*

17 *Testis non præsumitur agnoscere effigem hominis propter lapsum longissimi temporis.*

18 *Testis potest deponere de his quę uidit paruulus si excessit infantiam.*

19 *Hominis mutatio non officit ueritati.*

20 *Testis de credulitate probat adducēs rationem suæ credulitatis.*

21 *Probatio sufficit per indicia, & coniecturas quando agitur de hominis identitate.*

22 *Hominis appellatio quo casu arguat personæ identitatem.*

23 *Religiosus nō potest assertione sua ius quæsitum alijs auferre.*

24 *Religiosi de rebus suis quicquam disponere non possunt.*

25 *Religiosi dicto magis est credendum.*

26 *Religiosus enim præsumitur uerax.*

27 *Et magis creditur testibus religiosis quā laicis.*

28 *Et testi religioso, qui testamentum condidit.*

29 *Monacus potest facere ne dum declarationem meri facti, sed etiam electionem.*

30 *Testator præsumitur habere affectum ad hæredem institutum.*

31 *Et presumitur uelle quod ipse adeat hereditatem.*

CONSILIVM CCCCVIII.

In Domino confido.

SENTENTIA lata ad fauorem Antonij Raffanelli uenit confirmanda. Non obstantibus subtiliter in dubijs adductis contra eum. Nanq; dubium (iudicio meo) non est quando sit probatum dictū Antoniū fuisse hominem illum qui fuit institutus in testamento q. Paneli de Raffanellis in causa ꝑducto, nunc fratris Pauli ordinis Sancti Francisci nuncupati, quod tam ex quàm pluribus testibus in processu examinatis, quàm & multis iuris præsumptionibus aperte constat. Et ut in testibus initium faciam extat primo testimonium D. Eleonoræ de Massarijs examinatę, in processu fol. 217. quæ deponit illum recognouisse ad faciem statim quod illum uidit, qui habet effigiem suorum genitorum & eis similis est, & ex multis alijs indicijs & demōstrationibus, & ex alijs q̄ ipse Antonius palam fecit de facultatibus suis, & amicis tpe suæ pueritiæ, & quod multi alij illum pro tali nouerunt, & tenuerunt, ac reportauerunt.

2. qđ cognouit etiam ipsum ad loquelam. q̄ hēt aliqualiter impeditā. ut habebat in pueritia. Idē deponit secunda testis fol. 17. & sequen. quæ illū statim recognouit da effigiem, quā habebat cum esset puer & parentū, & affirmat illum etiam idē corpus d. Antonij per eā ante eius recessum bene cogniti ultra infinita signa ei expressa. q̄ nemo poterat scire nisi ipse fuisset ille Antonius pręter phātasmata, & spiritus immundos. & quòd est similis patri. & ꝑ tali fuit recognitus & habitus a multis eum cognoscentibus in uilla Consandoli, quas ipsum nominat & exprimit. tertius testis fol. 19. ubi ponit, quòd illū recognouit ex signis, indicijs & qđ pro tali ab alijs tenet, & credit ipsum esse talē. Sed & clarius de idētitate illius, & de recognitione eius corporis attestati quartus testis fol. 21. & seq. q ad effigiem eū ipsum ante absentiam hēt bene notum illum optime recognouit. & plura audiuit ab eo de gestis ꝑ patrē dū ipse esset puer. Idem tamen affirmat quintus testis fol. 24. qui fatetur eum ad effigiē recognouisse. & rememorauit testi ipse Antonius multa, q̄ euenerūt tpe uitæ patris. & qđ est idē & nō diuersum corpus, & plures alij illum etiam recognouerunt quòd est similis patri, & habet effigiem quam habebat ante recessum. & ꝙ non posset esse alius septimus testis. fol. 28. affirmat se credere, & tenet ꝑ certo quòd sit idem Antonius, eum quo habuit conuersationem in pueritia per quinque annos eundo ad scolas, & ei rememorauit quàm plura quæ eis euenerūt cum essent pueri, q̄ sunt uerissima. & maxime de casu testis, cū illū in dorso deferret ex quo sibi caput fregit, & ꝑpter id remāsit ei cicatrix, & plura alia per eum expressa cuius testis fides fuit etiā approbata per partem aduersā illum in testem et recipi facien. l. si quis testibus. C. de testi. & ꝙ publice & communiter per tali in dicta uillá tenetur & reputatur. Idem deponit octaus testis fol. 31. & sequent. qui illum recognouit, & non tantum credit, sed tenet per certo quòd sit ille Antonius, qui ei rememorauit plura, quæ cum eo fecit in pueritia, ut, quia fuit ab eo percussus cum hortū sibi deuastasset, & alia per eum expressa quæ ipse nō potuisset scire, nisi fuisset ille Antonius, & ꝙ ita publicè, & communiter per tali tenetur & reputatur, & firmiter tenet ꝙ nō potuerit esse alius. De eius excognitione etiam deponit nona testis qui pariter ad effigiem illum recognouit, & quia multa quæ euenerunt cum esset puer illi rememorauit quæ illa exprimit quæ alijs non potuissent esse nota. Et idem attestatur decim. testis illius soror, cui etiam plura ad memoriam reduxit ex his quæ aceiderunt cum esset puer, & præsertim de caligis ei datis per eum. Ex istis testibus apertissime constat de identitate ipsius An-
1 tonij. Nam testes † deponentes aliquem cognouisse ad faciem probant, Bar. in. l. cum in diuersis. ff. de relig. & sump. fune. & in l. stigmata nu. 1. C. de fabricen. l. 11. Vbi ad propositum loquitur in recognitione alicuius, qui aliquando fuit in studio

Tertiò nō obstat, quòd testes rearū deponāt, q̄d Dictus Antonius alibi alijs nominibus nūcu pabatur.quo casu graui pœna posset teneri, quia testes nostri affirmant, quod in uilla Consandoli semper affirmauit se esse dictum Antonium, & licet quandoque sibi mutauerit nomen. non
19 ꝓpterea talis mutatio† officit ueritati, ut est tex. in d.l.ad recognoscendos.&ibi Bald.& trad.Soc. d.cōſ.62.col.3.cām autem mutationis nominis ipse expressit in processu criminali coram Clarissi mo Prætore Veronæ, quę fuit iusta.& uerisimilis.

Quartò nihil facit,ꝙ testes nostri deponant de credulitate,quia plures ex eis attestantur de uera earum recognitione & paucissimi sunt qui de cre dulitate loquantur. tum etiam quia ex quo testes
20 ipsi reddunt rationem de sua credulitate† conclu dentem probant,Bal.& Sal.in l.testium,C.de test. Alex.in consi.187.in causa & lite nume.13.2.uol. Marſ.singulari.183.diffusè,& Crot.in d.tracta. de testi.nu.315.uerſ.primo fallit,nec uideo quòd aliqui ex prę̨fatis testibus supra citatis asserant,ꝙ posset esse quod ille non fuerit Antonius Raffanellus de quo agitur.Q̄d autem hic sit necessaria probatio luce meridiana clarior non uidetur esse
21 uerū. cum immo sufficiat† ex indicijs & coniectu ris,ut ex Bal.Imol.& Pariſ.supra citatis apertè cō stat.nec hoc casu loquitur Anch.allegato cōſ.64.

Quintò nō obstat, quod doctri.Bar. in d.§.si in ter,& Crau.ac aliorum supra citatorum non pro cedat quando nō cōstat,ꝙ dictus Antonius prius
22 † hoc nomine uocaretur, ut per Veg.consi.9.ma xime.nu.7.quia respondetur satis & super constare,quod ipse agens uocatur hoc nomine.& tot te stes deponunt,& non tantum hoc nomine uocāt, sed cōiter tenetur & reputatur per illo Ant.q ab fuit,& fuit hæres institutus ut deponunt testes. unde sumus in longe fortiori casu quàm esset ca sus Bart.& nō uidetur uerum,ꝙ opus fuerit pro bari quod prius sic uocaretur. cum sat sit quod tempore quo agit sic uocetur, cum non præsu matur pluralitas personarum uel nominum ut su pra.& tanto minus quia esset præsumere delictum ut supra.

Sextò non obstat,ꝙ assertio testatoris nō probat ex quo est frater Sancti Francisci, qui non po test ius quæsitum alijs auferre. Fede. de Sen.con-
23 si.26.nec possūt religiosi de rebus suis† quicquā disponere,Bar.in Auth. si qua mulier. C. de sacr. san.eccl. & mors ciuilis ęquiparatʼ naturalī.l.deo nobis. C. de episcop. & cleric. electioq;, quæ non est facti eis denegatur;Rip.in l.ex facto.§.si quis.il 2.nu.5.ff.ad trebel.& quoties actus habet aliquid iuris ad mixtū ei nō cōcedit, Rip. ibi nu. 4.ex hac uero declaratione ius uidetʼ suboriri ex quo possidēs reijcitʼ,& alter admittitʼ. Nāq; respō detur, quod immo esset credendū dicto ipsius testatoris declarantis hunc Antonium esse illum met, quem ipse in suo testamēto instituit.ex quo ex coniecturis id probari potest ut supra.nec offi cit, quod sit religiosus quinimo prodest.cū eius
25 dicto† magis sit credēdū.§.cōgitandum in Auth. de monac.& eius dictum probat Mant. consi.91.
26 n.14.religiosus.enim pręsumitur† uerax.Menoch.
27 consi.14.nu.7.& magis creditur† testibus religio sis q̄ laicis, Crau.cōsi.521.nu.10.& ad proposi-
28 tum in teste† religioso qui testamētū cōdidit.idē Craue.cōsi.708.n.19.Quod in casu isto tanto cla rius procedit, cum hic agatʼ de declaratione me ri facti an hic Ant.per eum uisus & recognitus sit ille quem ipse hæres instituit.quo casu nedum declaratio, sed etiam electio, quę facti est per
29 † monachum fieri potest secundum opinionem
* Bar.in tract.minori.c.4.quæ est communis* secū dum Rip.in d.§.si quis rogatus nu.5.& Didac.qui ad propositum concludit,ꝙ certitudo potest reli gioso committi, in c.tua.nu.1. ante fi.de testa. Et cum ultra eius declarationem extent testimonia tot & tantorum testium, & præsumptiones de quibus supra.certè non est locus alicui dubitatio ni.& tanto minus, quia non est uerisimile,ꝙ ille Reuerendus Pater uoluisset præferre forēsē igno tum suis substitutis.cum testator præsumatur ha-
30 bere affectum† ad hæredem in testamento institutum,Bald.in l.cum quidam.C.de neceſ.ser.hære.insti.Franc.Man.in tracta.de coniectu.ulti.uolum.l.2.tit.15.nu.3.& præsumitur uelle quod ip-
31 se adeat† hæreditatem,Bal.in Rubrica. C.si quis omiſ.cauſ.testa.uerſi.& per hoc. & Man.d.tracta. l.12.c.9.nu.1.

Laus Deo Opt.Max.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Iniuriarum an tenetur tutor, qui nomine pupilli curauit debitorem suspectum capi,& quando excusetur ab iniuria,uel calumnia?

SVMMAE.

1 *Capiendi debitorem uti suspectum iustissima est causa,si ille clausit apothecam.*

2 *Et hoc casu qui capi fieri debet absolui ab expen sis.*

3 *Causa iusta litigandi sicut excussat à damnis et interesse,quæ possent uenire ratione iniuriæ il latæ ob capturam.*

4 *Iniuriarum non tenetur nisi qui dolo malo iniu riam intulit.*

5 *Vt si quis iuste credidit aliquem suspectum esse de fuga,& capi curauit.*

6 *Et satis fuisset etiam, quòd suam intentionem probasset per unum testem uel semplenè.*

7 *Quod procedit etiā si testes fuissent reprobati.*

8 Tutor

8 *Tutor qui calumniosam litem mouit, debet condemnari in expensis non eius pupillus.*

9 *Vel ambo sunt excusandi si iustam habuerunt causam.*

10 *Pupillus in causa principali nunquã condemnatur in expensis uel damnis.*

11 *Statutum pœnale strictè, & frigidè est interpretandum.*

12 *Nec est extendendum ad alios casus omissos de quibus potuisset loqui si uoluisset.*

CONSILIVM CCCCIX.

In Domino confido.

PRAESVPPONITVR in dubijs
subtiliter excitatis cõtra hũc pupillũ
Cessarem Mengardum quod iniusta
fuerit captura Patellę eius debitoris,
& propterea iustè fuerit condemnatus ad damna,
interesse, ac expẽsas. sed hoc quidem præsuppositum
falsum esse censeo ex pluribus, quæ latè
scripsi in causa principali quibus oportet respondere,
& ea tollere antequam fiat tale præsuppositum,
cum enim fuerit iudicatũ per D. Vicarium
capturam nullam, & nos prętendamus illam validam,
fuit ab illa sententia prouocatum. Vnde
primo, & antę omnia uidendum est, de iustitia dictæ
sententiæ super validitate, uel iustitia capturæ,
& prius sunt discutienda fundamenta nostra
super illa, quæ si in dubium reuocabuntur rationibus,
uel iuribus contrarijs, curabimus pro uiribus
partes nostras tutari. interim igitur non ita
præsupponendum est capturam iniustam, nullis
in medium propositis rationibus eius iniustitiæ,
& non sublatis iuribus, & rationibus nostris.

Cęterum, ut satisfaciam dubijs propositis, admissio
sine præiudicio ueritatis quod captura ipsa
posset dici iniusta, quod tamen expressè negamus,
dico nullo modo Dominum iudicem à quo
potuisse, uel debuisse de iure condemnare ipsum
pupillum, ad dicta damna, interesse, & expensas,
cum ipse habuerit iustissimam causam faciendi
debitorem capi, tanquam de fuga suspectum, cũ
iam alienasset, & clausisset appothecam, quam
1 † tempore contractus exercebat, ut in terminis
trad. Paris. in allegato consi. 99. nu. 18. & 19. in 3.
uol. cum alijs citatis in resolutionibus dubiorum
causæ principalis. cum igitur iustam causam habuerit
litigandi, & capi illum faciendi, debuit ab
2 solui à damnis †, & expensis. l. qui solidum. §. etiã,
& ibi Bar. ff. de leg. 2. trad. Ias. in l. properandum.
§. si autem alterum. prima col. C. de iudic. & latissimę
Mars. in l. patre uel marito. nu. 17. cum pluribus
seq. ff. de quæst. & ibi nu. 32. loquitur quando
litigans habet opinionem Doct. pro se, quod
sit absoluendus ab expensis, & sicut iusta causa litigandi
excusat ab expensis ut supra, ita ẽt illum
3 debuisset excusare à dãnis, & interesse, quę † possent
uenire ratione iniuriæ ei illatæ. l. 3. ibi Bal. C.
de calumnia. & in iniuria trad. Oldra. consi. 53.
col. fi. Barb. consi. 15. col. pen. in 4. & Bos. in tit. de
iniur. nu. 4. Quod proculdubio procedit, cum
4 quis † non teneatur de iniuria, nisi dolo malo iniuriam
intulerit, Bal. consi. 444. nu. 4. 4. uol. Alex.
consi. 209. nu. 14. in 6. uol. & Bos. in d. ti. nu. 13. ita
ut etiam non sufficeret lata culpa. Bal. consi. 277.
nu. 2. in quinto. uol. Quinimò si pupillus ipse; uel
eius tutor fama intellexissent ipsum debitorem
a effectum fuisse suspectum de fuga a cum ex ea ha-
5 buissent iustam causam † id credendi, excusaretur
ab iniuria. Cæpol. cons. 70. nu. 13. & Boer. cõs.
4. nu. 43. & seq. & satis fuisset etiam quod suam in
6 tentionem probasset per unum testem †, uel semiplenè,
ut per Bald. in d. l. 3. C de calum. & in auth.
generaliter. col. pen. nu. 13. C. de epis. & cle. Ang.
in l. Athletas, §. calũniator. nu. 7. ff. de his, qui not.
infam. Ias. in d. §. sin autem alterum. 8. q. & in cõs.
2. nu. 9. primo. uol. & in actione iniuriarum tenet
Ang. in consi. 250. domina Liberina. 2. dub. nu.
3. Quanto magis igitur debuisset excusari cũ probauit
p tot testes deteriorationem per modum,
7 de quo in processu. fortius si testes † sui fuissent reprobati,
debuisset excusari, Spec. in ti. de calum.
in fi. ubi Bal. in addit. in l. prima, nu. 8. C. de aduo.
diuers. iud. quia iustus error excusat. Bar. in l. prima.
nu. 6. ff. ad Turpil.

Secũdo, & si tutor ipse nullam iustam causam
habuisset. (quod falsum est, ut supra) non tamen
ipse pupillus debuit condemnari ad dicta dam-
8 na, interessè, & expen. sed tutor † ipse qui calumniosam
litem mouisset. l. non est ignotum. C. de
administrat. tut. Cagnol. in l. prima. §. si procurator
nu. 35. post alios ibi. ff. si quis iusdi. non obtempe.
Rip. in l. 4. in prin. nu. 19. ff. de re iudi. & ita declarat
not. excellentissimus Cephal. noster in cõs.
116. nu. 13. & 14. sed cum ambo. iustam cau-
b sam b habuerint, & saltem putauerint bonã cau-
9 sam habere † debuerunt excusari, ut trad. Rip. d.
nu. 19. & certè non memini me unquã uidisse in
10 causa principali pupillum condemnari † in expensas,
uel damna, & interessè nisi nũc, licet pluries
uiderim etiam in causa approbationis minores
absolutos propter ætatem, cum illa ætas habeat
excusationem, ut per glo. ult. ad fi. in l. edita.
C. de eden.

His stantibus fundamẽtis tollũtur ea, quę adducuntur
in dubijs, & primo præsuppositũ quod
iniusta fuerit captura; quia immò fuit iustissima,
& quatenus potuisset de ea dubitari, cum tamen
tutor habuerit iustam causam, ut supra uenit absoluẽdus
tam tutor quam pupillus quod si tutor
calumniosè egisset (quod falsum est) ipse tãtum,
& non pupillus debuisset condemnari.

Non obstat etiam, quod ex quo statutum nostrum
in pluribus casibus disponit capi faciẽtem
teneri ad expensas, & damna, ac interesse capti,
ita

ita sit dicendum in casibus nõ expressis, quia statutum primo loquitur in casibus in quibus est cõtrafactum statuto & captura uel fuerit nulla, uel ex post facto annulletur, secus quando fuit ualida, ut in casu isto, tamen quia extensio non potest fieri de casu ad casum in statuto quod strictè, & frigidè uenit interpretandum, ac etiam recipit
11 † interpretationẽ, uel subauditum inllectum, & statuta sunt sicut mulæ quæ non pariunt, sed sunt steriles, ut trad. Rip. in consi. 3. nu. 2. & c. 9. in prin. primo lib. responsorum, & cum statutum procedit in illis casibus, & non in alijs non extendẽdo
12 † ad alios casus omissus, de quibus potuisset loqui si uoluisset l. uni. §. sin autem ad deficientiam C. de caduc. tol. Paris. consi. 160. num. 154. uol. & in quibus minor ratio est, ut per Craue. consi. 17. num. 2. prout in casu nostro, in quo non est contrafactũ statuto, & eius forma fuit seruata, ut alias comprobaui, cuius contrarium factum censetur in casibus à statuto expressis.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Nulla fuit sequuta condemnatio.

Clau. Bertaz.

ADDITIONES.

a Quicquid sit in principalibus, de quibus alias pluribus egimus in tutore, de quo hic quæritur est diuersa ratio, nã in re propria potest esse impune quis negligens, quod non euenit in tutore cuius est præcipuum officium pupillum defendere, & diligenter cauere ne illum indefensum reliquisse uideatur. l. tutoris præcipuum. ff. de admi. tuto. & l. fi. §. omnem. C. e. ti. Rom. cons. 425. quo ad primum in prin. & Plot. in l. si quando. nu. 225. C. unde ui. & debet adhibere omnem diligentiam in rebus pupilli. l. à tutoribus in prin ff. de admi tuto. Rom. d. cõsi. 2 col uersi. quintò quotiescunque Soc. consi 2. 2. col. in 1. Plot. in d. l. si quando. nu. 229. quinimo tutor negligens mortaliter peccat rem pupilli negligendo Soci. ibi d. 2. col. post med. & Plot. nu. 196. & 216.

Quod autem attinet ad exactionem etiam arctius tenetur, nam non debet permittere differri exactionem faciendam etiam à fratre pupilli l. qui negotiationem. §. pen. ff. de admi. tuto. & l si puellæ eo. tit. Soci. d consi. 2. 2. col circa. med. & Plot. in d. l. si quando. nu. 216. & eius negligẽtiæ adscribitur. si debitores pupillares effecti sunt non soluendo, & periculum ad ipsum tutorem pertinet ut trad Roma d. consi. 425. quo ad primum uersic. octauo. Soci. d consi. 2. col. 2. ubi late.

Apparet ergo maximam habere tutorem excusationis occasionem, quod procedit etiam si alius con tutor negligeret exactionem, quia socius non debet permittere alium male administrare alias de suo tenetur, Ang. cõsi. 21. Ser Ioannes. Et hæc procederet maxime si tutor habuisset fidem de pretio, quia diligentius propter periculum debet exigere, cum & illi in iure prohibeatur habere fidem de pretio, ut trad. glo. & Bar. in l si procurator. ff. de iure fisc. Bar. Alex & Ias. in l. à Diuo Pio §. sed si emptor. ff. de re iudi. Sal. in l in ciuile. C. de rei. uend. Castr. in l. eleganter. §. si conuenerit. de pigno. actio. Pract. papien. in form. exequut. sent. dicti. in gl. P. publico. nu. 7. & Aret. sequitur in §. uenditæ. Instit. de rer. diui.

b Hanc autem iustam causam demonstrabit tutor illa præsumptione, qua quis dicitur nelle suum consequi non autem alium afficere iniuria Sed quid si tutor sit solitus ita iniuriosè agere, & licet alia uia sit consultum capturã tamen moliri soleat? dicendum est ipsum teneri de iniuria sicuti pœnę. l. meminerint. C. unde ui. tenetur tutor licet bona fide possessionem ingressus fuerit, & hoc propter frequens tutorem colludium glo. in d l. meminerint in uersi. colludio. id quod firmat Ias. in l. 1. §. si procurator. ff. si quis iusdi non obtempe. In hac tamen re quia impium esset ex incerto colludio licet frequenti hominem bonę fidei damnari, ideo sicuti in casu l. meminerint. admittitur tutor cõtra d. pręsumptionem ad probandum suam bonam fidem, ut tenet. Ang in eius dictionario in uerbo, possessionem ingrediens. & declarat Potan. lib. 1. de spol c 8. nu. 36. ita admitterem hoc casu assuetum ad capturam debitorum ad probationem bonę fidei, & iustę excusationis.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Quando conuentioni initæ inter Principes de dãdo sibi bannitos & rebelles locus sit, & quãdo illorum aliquis dicatur factus subditus & domicilium contraxisse?

SVMMAE.

1 *Statutis particularibus potius est standum quã iuri communi.*

2 *Ciuis non est qui habitat per decenium cum parte sua familiæ.*

3 *Statutum magis recipit interpretationem ab alio statuto, quàm à iure communi.*

4 *Domicilium non potest dici constituisse qui familiam reliquit in alio territorio.*

5 *Habitasse non dicitur qui sine uxore & familia diu moratus est.*

6 *Et exigitur cohabitatio uxoris.*

7 *Domicilium quis habere dicitur in loco in quo reliquit familiam licet ab eo absuerit.*

8 *Bannitus remanet ciuis suæ ciuitatis quo ad suum incommodum.*

9 *Domicilium alibi non uidetur constituere qui recessit de loco relictis rebus & familia.*

10 *Et in hac re statur fortioribus præsumptionibus, & coniecturis.*

11 *Scolaris si staret per mille annos in studio non censetur illic domicilium constituere.*

12 *Domicilium etiam post decem annos qui non cõstituit in loco in quo exercet officium temporale.*

13 *Et quo casu hoc arbitrio iudicis relinquatur.*

14 *Et bannitus qui habuit gratiam non præsumitur constituisse in loco, in quo degebat.*
15 *Habitasse in loco quis non dicitur si ex coniecturis constare potest de animo recedendi.*
16 *Domicilium in loco contraxisse post decennium quando quis præsumatur.*
17 *Subditus ratione domicilij, an possit puniri pro delicto alibi commisso si fuit processum contra eum in loco delicti.*
18 *Delinquens nō potest puniri in loco ratione assiduæ conuersationis.*
19 *Subditi ratione originis potius quam domicilij ueniunt in dispositione.*
20 *Conuentiones inter Principes de dando inuicem bannitos recipiunt interpretationem a lege, & ratione ciuili.*
21 *Veneti dicuntur non seruare conuentiones de dando bannitos, sed falsò.*

CONSILIVM CCCCX.

In Domino confido.

NOTA difficultas huius causæ in eo consistere videtur, an hic carceratus fuerit, & sit subditus Serenifs. Dominij Veneti, propter assertam habitationem longi temporis in terra Lendenariæ. Ita q in eo dispositio tertij capituli conuentionum inter hos Principes initarum locū sibi uendicet, vel potius remittendus & dandus sit Serenissimo d. dominij nostro eius Principi naturali. in cuius iurisdictione tot excessus commiserit. secūdum tenorem secundi capituli ipsarum conuentionū.

In quo puncto eius sum sententiæ, quod nullo modo possit dici subditus dicti Serenissimi dominij, & propterea sit tradendus dicto Serenissimo D. Duci puniendus, iuxta formam conuentionū, siue inspiciamus dispositionem statutorum Lendenariæ, & Policini Rhodigij. quibus † standum
1 est potius, quàm iuri cōmuni, ad trad. per Doc. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. cum alijs de quibus per Corn. consi. 114. col. 2. uol. primo. & Carcr. in praxi. crimi. §. 7. num. 14. & alibi Doct. siue ius commune.

Ex forma enim statuti Rhodigij sub Rubrica. Quod qui habitauerit per decennium sit ciuis. c. 58. disponitur, quod si quis habitauerit per decē annos continuos in Policinio cum tota sua familia, intelligatur esse ciuis, & gaudere possit priuilegijs aliorum ciuium, q sint originarij. & cum hic Iacobus nūqnam habitauerit cum tota sua familia in dicto Policinio, nō potest dici adeptā fuisse ciuilitatem, ut sit effectus subditus. quod nunquam conduxerit uxorem, uel filios ad habitandum cum eo in dicto loco apparet, tā ex sua confessione, quam ex testibus examinatis. Et tamen non sat esset si partem familiæ, cū eo duxisset ad
2 habitandum, † ut in terminis similis statuti declarat Alcia. in l. detestatio. §. fi. ff. de verbo. signi. ubi dicit ita consuluisse, prout consuluit in cons. 163. in princ. lib. 5.

Præterea, ut quis fuit subditus in dicto loco oportet, q sustineat onera, uel obtineat immunitatem secūdum formam statuti de exemptione forensium, c. 56. Quod autē habeatur pro nō subiecto disponit statutum Rhodigij sub rubric. quod non subiectus nō audiatur, nisi fideiubeat, in quo disponitur, q aliqua persona nō subiecta iurisdictioni comitatus Policini, nec sustinens onera, & factiones cum dictis communibus, eiusdemque conditionis non audiatur &c. & idem videtur probari in alio statuto Rhodigij, sub rub. quod nullus forensis erat possessiones, in fin. vbi prohibetur acquisitio forensi non sustinente ōne ra cum cōitatibus. Idem considerat statutum de faciente homicidiū ex iniurijs, vbi disponit nihil applicari de confiscatione bonorum, hæredibus occisi, si occisus esset forensis, & non habitans cum familia in dicto Policinio, certū autem est statutum unum magis recipere interpretatio
3 nem ab alio† statuto, quam a iure communi. Anchar. consi. 94. ista domina. uer. non obstat. Dec. consi. 401. num. 8. & 409. num. 1.

Iure communi idem dicēdum est, ex quo constat, qdod hic fuit bannitus ob plura crimina a Dominio Serenissimi d. nostri Ducis, vbi habebat domicilium, & nunquam uxorem, uel filios, (quod constet) duxit ad secum habitādum. sed suam familiam reliquit in hoc territorio, quo ca
4 su non potest dici † in eo loco domicilium constituisse l. ciues. C. de incol. lib. 10. nam nec habitasse in en loco censetur qui sine uxore, uel fami
5 lia illic † moratus etiam diu fuit. Bar. in l. 1. §. habitare. in fi. ff. de his qui deiece. uel expule. idem videtur Bal. loquens de familia in consi. 198. statuto ciuitatis. num. 3. in 2. Roma. consi. 263. ut is Nursius. ad fi. vers. 4. & quod exigatur cohabita
6 tio † uxoris, trad. etiam Bertran. consi. 75. nu. 6. 2. uol. primæ par. & consi. 157. num. 18. 3. uolum. eiusdem partis. Gram. decis. 87. num. 3. & Ludo. de Prat. in consi. 93. num. 12. primo uol. consiliorum criminalium, primo impressorum. imò po
7 tius ille dicitur habere domiciliū ī loco, † in quo reliquit familiam, & à quo aberat glo. in l. prima. §. 1. verb. maneat. vbi Bar. ff. de liber. agnos. Felin. in c. quoniam. num. 2. de offi. iud. ord. & maximè, quia quo ad damnum suum, & præiudicium bannitus non amittit forum orignis. Soc. in c. fi. 9. q. num. 55. de foro compet. Et dicit Butri. in l. prædia. §. 1. per illum tex. ff. de fund. instr. & instru. le
8 ga. nam & bannitus † remanet ciuis, quo ad suū incōmodum Bon. a curtil. in trac. de nobilita. septima par. nu. 22. & fuit iam tactum in prædictis scriptis,

scriptis,& trad.& Io. le Cirier.ĩ tract.de primoge. q. 16.nu.9.primo lib. & ante eos Iaſ. in Rubri. ff. de iusti.& Iur.nu.20.& Bart.in q.sua prima Lucanæ ciuitatis. nu.10.& Bos.alias citatus in ti. de cri mi.læsæ maie.nu.93.& seq.q̃ recedens de loco re
9 lictis rebus & familia,non videtur uelle † alibi do micilium constituere.sequitur Rui.consi.59.nu.7. 3.uol.& Soci.in d.ca.fi.9.q. nu. 54.

Nec memouent auctoritates eorum,qui uolue runt elapso decennio censeri habitatorē unius lo ci illic cōstituere domicilium,ut in scolari est tex. in l.2.C.de incol.lib.10.nã ille tex.procedit quan do elapso decennio ille eo loco sibi sedem constituerit,quod dici non potest in hoc Iacobo qui nullas sedes illic constituit,uxorem,& filios nullo tempore illuc ducendo.& propterea quod cōstat
10 per indicia & pręsumptiones † fortiores quòd q̃s domicilium illic nollet constituere,eis standum est,Abb.in prohem.Gregorius.nu.18.Soc.in c.fi. q.6.sub nu.26.& 3.de for.cōpe.Fel.in c.dilectus il 2.num.12.de rescrip.& Bero.consi.60.nu.22.& se quen.2.uol.& propterea etiã in scolari quòd si sta
11 ret per mille annos in loco studij non † censeatur illic contra here,uel constituere domicilium,ut uoluit Bar.in l.quæsitum.in prin.ff.de leg.3.Fel.d. c.nu.12.& uidetur sequi.Pet.Roy.decis.Lituani.3 nu.131.& seq.latissimè declarat distinguendo ca sus Menoch. in tracta.de arbitra.iud.lib. 2.casu 86.nu.17.& nu.22.& sequen. Et idē procedit q̃n quis in aliquo loco exerceret aliquod officium rē porale nam non propterea etiam post decenniũ
12 censetur illic cōstituere † domicilium,ut uoluit Al cia.in consi.3.lib.2.alias est 55.num.9.secundum aliam impressionem,quod uoluit etiam Bero. d. consi.60.num.22.& sequen. Et licet Menoch. d. casu.86.nu.26.uersi.6.dubitet de opinione Alci. & cũ Menoch.transeat Camil.Gallini,in tract.de uerb.sig.lib.5.n.99.ex quo ille Castelanus uxorē ĩ
13 loco duxit.& illuc bona † transtulit,& propterea id arbitrio iudicis reliquit,cum in casu isto neutrum istorum interuenerit hæc opinio in casu no stro nullum habebit contradictorem.& sequitur Burs.cōs. 225.numero.42.& concludendum erit q̃ ex quo ille habebat animum recedēdi cum ha buisset gratiã a Principe,non censetur illic habi-
14 tasse & minus domicilium † constituisse, ut supra, quod & trad.etiam Cæphal. consil.451.nu. 103. & idem quando potest constare ex coniecturis
15 de animo † credendi,quod non dicatur habitare in loco post Barb.in consi.52.nu. 10.in 2 .trad.& sic in add.ad decisionem Affli.384.num.3.in seruiunt ad tollendum oppositionem quæ fit ex aduerso, quòd dictus Iacobus ne dum habitauerit ĩ dominio prius,sed etiam militiam in eo exercuerit, admisso q̃ de hoc constaret,quod utique con stare debet,ut per Bal.d.consi. 198.nu. 2. ex quo non potest dici habitasse uel eo loco domicilium constituisse,cessat esse dubium.

Et licet aliqui teneant per d.l.2.& gl. ibi,q̃ præ
16 sumatur in dubio † post decennium contrahere domicilium,ut Bal.cōsi.393.in 1.& 313.in 4.cum alijs de quibus per Rolan.consi.79.num. 51.in 3. & p alios citatos per Clarissimum Dominum Fantinum,illi tamē sunt intelligendi secundum supre scriptã distinctionem,nisi aliæ pręsumptiones uel coniecturæ urgerent in contrariũ ut hic,q̃ scilicet ipse erat bãnitus, & tenebat familiam uxorem & filios in domicilio originis.& præsumebatur habita gratia recessurus ut supra.quæ non concurre bant in casibus allegatorum in contrarium.

Præterea,cum dubia sit illa opi.an subditus ra tione domicilij possit puniri pro delicto alibi cōmisso.& maxime quando fuit processum contra eum in loco delicti.In qua multi.& magnæ aucto ritatis affirmant esse pro parte negatiua cōmunē,
* * & propterea affirmant † locum esse remissioni
17 delinquentis,Gram.decisione 26.per tot.Viui.1. par.suarum commu. opinionum opinio. 117. iudex domicilij.Laur.Kircho.in 2. centur. suarum commu.opinionum conclusione.89. iudex origi nis.Rolan.a Val.consi.19.nu. 8. & sequen. 2.uol. Thob.Non.consi.98.nu.1.& sequen.Bursat.consi. 77.num.4.& sequen.Menoch.consil.2.num.130. & in primo tom.consiliorum criminalium posteriorum Iul.Scarlat.consi.112.num.3.4.& laco.No uel.consi.169.nu.1.& sequen. Non est dicendum q̃ Serenissimi Principes intellexerint conuentiones suas,q̃ subditi in suo foro punirentur in casib⁹ dubijs,sed clarif. Ex maxime quia per assiduam conuersationem q̃s nō potest puniri in eo loco,ni si illic steterit per decennium cũ familia, uel illic
18 haberet † maiorem partem fortunarum suarum, Clar.in practi.q.39.uer.quæro nunquid.Vnde cē sentur partes intellexisse de subditis potius ratione originis quàm domicilij, ex quo illud hēt annexam causam naturalem,quæ præualere de
19 bet,† ut latè ad propositum plura trad. Alcia.d. consi.3.num.10.& sequen.& Cæphal.d.cōs.451. nu.122.Et cum hic reus sit subditus & ratione ori ginis,& delicti,nulla ratio permittit q̃ hoc prætextu assertæ habitationis,Et assiduæ conuersatio nis in eo dominio possit denegari ne remitta-
20 tur.ex quo conuentiones † huiusmodi recipiunt interpretationem a lege & ratione ciuili,ut per Alcia.consi.17.nu.6.lib.5.& supra num.5.ac inferius plura scribit ad propositum huius interpreta tionis.Quod facere deberet Serenissimum Domi nium tum ex supra deductis nominibus,tum ut ef
21 fugiant nomen ascriptum antecessoribus † nunc uiuentium in non obseruandis his conuentionibus, de quo scribit Chasse. in cōsuetudine Burgũ. in Rubrica 12.§.unico.in prin.num.14.col.mihi. 1435.quod etiã refert.Clar.in d.practi.q.38.uers. hoc tamen.in fi.Quod quidem non est admitten dum in illa Serenissima Rep.innixa ueritati & iustitiæ per tot annorum secula.

Laus Deo Opt.Max.

Barth. Bertaz.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Falsitas ex quibus coiecturis præsumatur, & probetur in prothocolo notarij, & quando cancellatio, uel inductio præsumatur facta a notario, uel ab alio.

SVMMÆ.

1 *Cancellatio est omittenda, & de ea non est curandum in releuatione instrumenti, quando dubitatur à quo facta fuerit, & quo tempore.*

2 *Falsitas in ciuilibus ex suspicionibus probatur.*

3 *Cancellatio non præsumitur facta a notario, si non conuenit cæteris uerbis testamenti.*

4 *Idem si ex diuerso attramento sit, & uideatur recentior.*

5 *Et maior oritur suspicio si uerba in quibus uersatur difficultas fuerunt rasa.*

6 *Et arguitur falsitas ex dissimulitudine, & diuersitate cancellationis uerborum.*

7 *Testator non præsumitur uoluisse maritum filiæ esse melioris conditionis, quam ipsa filia.*

8 *Falsitas potius præsumitur, quam quid repugnans uerisimili.*

9 *Prothocollum non præsumitur cancellatum per notarium si stetit penes tertium.*

10 *Et maximè si a tertio fuit per aliquod tempus occultatum.*

11 *Cancellationis & inductionis facienda est mentio à notario.*

12 *Nec instrumentum potest releuare non facta mentione illius.*

13 *Notarius præsumitur diligenter facere conuenientia officio suo.*

14 *Falsitas probatur duabus tantum præsumptionibus, & coniecturis.*

15 *Notarius releuando potest ordinare instrumenta notarij prædefuncti secundum stylum illius.*

16 *Instrumento releuato, & sumpto statur quando non est diuersitas in substantia.*

17 *Substitutio quod fuerit præposterè in instrumento apposita nihil officit.*

18 *Falsitas nulla adest, ubi non adest mutatio ueritatis.*

19 *Iudex qui potest condemnare, potest etiam absoluere.*

20 *Instrumento reperto in archiuo, seu memoriali ciuitatis est maximè credendum.*

CONSILIVM CCCCXI.

In Domino confido.

INSTRVMENTVM Testamenti q.D.Luciæ de Mantua, releuandum est iuxta tenorem alias releuati per quond.Ser Anton.de Bonacossis, cui scedæ, & rogationes olim ser Petri mariç Petenatij extendendæ, & releuandæ concessæ fuerunt, non obstãtibus deductis, & petitis, pro parte D. Catherinæ prætensę uxoris, & hæredis, quo Iulij filij, & hæredis instituti à dicta D.Lucia eius matre in dicto testamento, & quia tota difficultas in eo fit, quod nunc apparet prothocolum dicti notarij clausula continente fideicommissum, cuius casus nunc euenit cancellatum, & dubitatur, num quid id tempore conditi testamenti per not. ipsum de mãdato testatricis factum fuerit. uel alias per alium inconsulto, uel falsò, propterea inquirendum est, à quo id effectum præsumatur, ut docet imperator ad propositum in l. si unus. C. de testamentis. in qua re constanter censeo nullo modo iudicandum esse inductiones, siue per cãcellationes ipsas per dictum notarium, uel de uoluntate testatricis factas fuisse, & id tã apertè ex inspectione ipsiusmet prothocoli apparet, ut amplius dubitandum non sit quin callidè, & falsò, additæ fuerint. & in primis antequam deueniam ad præsumptiones, & coniecturas quibus apparet falsò hanc inductionem superadditam fuisse præmittere uolui hanc q. in terminis fuisse decisam per Paul. de Castr. in consi. 38. dubium facit. ante fi. in antiquis. alias. 131. 2. uol. in nouis. qđ consilium allegatur contra hanc partem per. D. Aduocatũ aduersum, qui (ni fallor) non bene illud considerauit, ubi cõcludit, quod quando est
1 dubium à quo † cancellatio facta sit, cum tam à notario, quã ab alio, & tam tempore testamẽti, quam post fieri potuerit, non est attendenda talis cancellatio, & instrumentum sine ea releuatũ, quod etiam dicit fuisse decisum idem Paul. in aliquibus lecturis in d. l. si unus, & cum eo transeunt ibi Alex. & Corn. & ipsum etiam sequuntur consi. 137. col. 5. 1. uol. Bertran. consi. 2. nu. 49. 2. par. priorum. & consi. 295. 3. uol. Posteriorum. & Rui. consi. 68. nu. 5. 4. uol. & in his terminis etiam consuluit Alex. consi. 14. nu. 13. 6. uol. Cum itaque habeamus specificam, & expressam in hoc puncto decisionem, non esset ulterius quærendũ, sed acquiescendum. Verum, ut magis exuberantior iustitia nostra pateat, ex quam pluribus coniecturis, & præsumptionibus per alium, quàm per notarium

tarium ipsum inductiones, uel cancellationes ip
sas falsò factas fuisse ostēdam. Ex quibus dubio
procul, maxime cū ciuilis quæstio agatur falsitas
2 probabitur, quæ ex suspitionibus tali casu † pro-
batur, ut ex Archi. & alijs tra. Doct. in c. porrecta,
prima col. de confir. uti. uel inuti. & in consi. 189.
prima col. Bertran. consi. 216. nu. 15. 3. uol. poste
riorum. Marsi. consi. 27. nu. 9. & 10. Rui. consi. 35.
nu. 9. in 4. Soci. Iun. in pluribus consilijs. & maxi-
me. 189. nu. 61. & 32. num. 12. in 3. ac Crau. consi.
a 134. numer. 26.

Prima igitur coniectura, & pręsumptio, q non
fuit cancellata tota clausula huius fideicommis-
si, sed tm̄ vna linea huius clausulæ, & reliqua li-
nea remansit indeleta, quo fit, vt cum ex præce-
dentibus & sequentibus constet dictam cancel-
3 lationem non posse conuenire cæteris † uerbis te
stamenti non pręsumitur facta à not. & vitiatur, vt
voluit gl. vbi Abb. ad fi. in c. cum uenerabilis de
reli. dom. & trad. oēs post gl. in l. fi. C. de edict. di-
ui. Adr. tol. Ancha. consi. 431. præmissa in fi. Cast.
& Alex. d. consi. & Rui. d. consi. 68. nu. 5. 2. col.

Secunda, q d. Inductio, & cancellatio apparet
4 facta ex diuerso attramento, & uidetur † recēnior
fundamento ipsarum allegationum præceptum
8 † illud non valuisse ex quo sine causæ cognitione
emanauit, quibus dictis ibi additur Mars. in sua
pract. crim. in §. 2. quando. nu. 79. & in sing. 648.
causæ cognitio. & cum præceptum factum de ip-
sum retinendo, quod per indirectum carceratio-
nem eius continebat, censeretur iniustum, ipse
non tenebatur ei parere, sicut etiam non ligat pręe-
ceptum de personaliter comparendo ad finem,
ut commodius possit detineri, quia cum reus pōt
probabiliter dubitare, non potest dici cōtumax,
9 † ita, ut debeat multari. ita ad ꝓpositū trad. Brun.
in d. consi. 87. nu. 46. & seq.
10 Quartò, & ultimo fundamento † nihil adden-
dum esse censeo præter Rip. qui sequitur Ias. in al
lega. l. q iussit. nu. 4. de re iud. ubi intelligit tex. in
l. fi. ff. de interd. & releg. procedere quādo iudex
in pœnam alicuius delicti restringit personā ali-
cuius rei in domo comminando ne exeat domū
propriam, secus uero si ex alia causa commina-
retur, ut in casu nostro.

Cæterùm præter allegata fundamenta duo et
faciunt pro absolutione huius rei. Alterum est q
non constat fuisse datam commissionem præci-
11 piendi dict. D. Alfonso nuncio, † & ei nō erat cre
dendum, ut per Mars. in l. de minore. §. plurimum
12 quoq; . nu. 21. de qō. quæ commissio † non præ-
sumitur, ubi maxime agitur de tam magno præ-
iudicio. Soci. in tract. de citat. art. 11. & 12. nu. 9.
Dec. in c. primo secundæ lect. col. 9. & Rip. nu. 90.
ubi ampliat. de iudi. de quo etiam latè trad. Tira-
quel. in d. tract. de Retract. d. §. 8. nu. 20. & 30.

Alterum est, quod ipse D. Alfonsus cum esset
adhuc in eius domo habitationis, & fuerint missi
executores, ut ipsum caperent, & ad carceres du
cerent, iustam habuerit causam fugiendi eorum
13 manus, ne carceraretur, hoc enim casu fugā † ex-
cusationem habere, & non facere indicium con-
tra fugientem habetur per Saly. in l. admonendi.
nu. 11. de iure iur. Gram. vot. 10. nu. 2. & seq. Blāc.
in l. fin. ff. de qō. nu. 286. Carer. in sua pract. crim.
in prin. nu. 113. & Foller. in simili praxi in secūda
par. secūdæ par. in glo. Itē quod sororem uene-
nauit. nu. 30. sed nedum quis excusatur à mulcta
14 propter causam † iniustam, ut tenent gl. Bar. Bal.
** & magis cōiter ** omnes. in d. l. prima. §. fin. ff.
si quis iusdi. Ias. in consi. 46. colu. 4. uers. 5. prædi-
cta optimè. 3. uol. Brun. d. consi. 87. nu. 40. Plot. in
repet. l. si quando. nu. 349. C. uñ ui. & licet aliqui
moderni in d. §. fi. aliud uoluerint, tamen à com-
* muni opinione * non est recedendum, & saltem
secundum Cagno. ibi nu. 22. hoc est relinquendū
arbitrio iudicis, qui debeat arbitrari, nam ex ali-
qua causa iusta motus non paruit præcepto,
at in casu isto certo certius est, nedum iusta, sed
iustissima causa motum fuisse dictum Dominum
Alfonsum ad fugiendum, seu recedendum de
domo, ut supra, quo casu tanto magis absoluen-
dus est à pœna comminata. Præceptū enim fuit
nullum,

nullum, non in scriptis manu notarij factum, non tenebatur credere nūcio in re tam ardua, nō poterat comminari tam grauis pœna, ultra solitum stylum præceptum emanauit cōtra imputatum de delicto, contra quem ordinariè erat agendū, iuxta dispositionem statutorum, & cum ipse haberet probabilem dubitationē, ne carceraretur si pareret mandato, & propter timorē exequutorū, ne ipsum caperant, nō paruit mandato, igitur ex his omnibus omnino excusandus est per supradicta.

Ad illud autem, quod dicebat, dū istic essem, quod fuit etiam comminata pœna indignationis Prīcipis, dupliciter respōdetur, primò, quod nihil facit, eum ipse Princeps talem non fecerit, uel commisserit cōminationem, nec uideo quomodo D. Potestas, uel Nūcius potuerit sine expressa licentia Principis, sic comminari secūdo,
15 quia † hoc nihil facit ad pœnam pecuniariam, ut per Ias. & Cagnol. in d.l. prima. in prin. nu. 5 licet tali casu posset Princeps extraordinariè secundū qualitatem facti contemptus, & personarū mulctare inobedientem, de quo nunc tractandū non est, cum in alio casu uersemur.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Pertaz.

ARGVMENTVM.

In eadem causa examinantur superiores conclusiones, respondendo consultationi D. Rimin. Iun. non impressæ.

SVMMAE.

1 *Officialis propter timorem rixæ potest à regulis iuris recedere.*

2 *Illi tamen non creditur de periculo rixæ fiēdæ.*

3 *Vulnerans non præsumitur velle iterum vulnerare.*

4 *Secus si rixa durante non recessit.*

5 *Argumentum à cōmuniter accidentibus in probationibus recipitur.*

6 *Iudici non creditur de causa, qua motus fuit ad excedendum terminos iuris.*

7 *Citationi factæ extra terminos iuris, nemo tenetur obedire, si iudex in ea non expressit, quare ita processerit.*

8 *Periculo cessante non habent locū ea, quæ propter periculum fiunt.*

9 *Captura de debitore facta propter timorem fugæ non seruatis seruandis, debet postea iustificari.*

10 *Mulcta imposita à iudice non potest excedere quantitatem taxatam in l. eos. C. de mod. mulcta. nisi iudex expressè certam pœnam comminetur.*

11 *Vel magnum adsit periculum rixæ.*

12 *Et de consuetudine non seruatur modus positus in d.l. eos.*

13 *Contraria tamen opinio est uerior, & illam sequuntur Doctores maioris authoritatis.*

14 *Opinioni illi stādum est per quā pœna euitatur.*

15 *Consuetudo est differens secundum differentiam locorum.*

16 *Et obseruanda illa est eius curiæ in quo fit comminatio.*

17 *Et de illa testanti, nec etiam creditur Doctor. Excellenti.*

18 *Iudici siue iustè, siue iniustè procedenti est parendum, si non fuit appellatum.*

19 *Præceptum si nullum est, & inualidum, nemo tenetur parere, nec recursum petere.*

20 *Et idem est si est euidenter iniustum.*

21 *Et in extraiudicialibus quando infertur grauamen irreparabile nō tenetur subditus parere.*

22 *Et maximè si parendo subditus caperetur, vel carceraretur.*

23 *Iudici nulliter procedenti, tàm in iudicialibus, quàm in extraiudicialibus non est parendum.*

24 *Præceptum, ut quis non exeat de domo, ut possit capi, non ualet.*

25 *Iudex quando non possit præcipere & grauare aliquem, ut non exeat de domo.*

26 *Iudex potest præcipere, ut quis ad aliquem locum non accedat, non autem ut certum locum non egrediatur, quia est quid diuersum.*

27 *Nuncius quando præsumatur habere iudicis commissionem præcipiendo.*

28 *Iudex potest incipere à captura.*

29 *Fugiens debet protestari, qua causa motus fugiat, & probare ea motum fuisse, & quando hoc num. 31.*

30 *Captura continet preiudicium irreparabile, & infamiam capti.*

32 *Causa qua quis est motus ad fugam non est probanda si constat per probabiles, & vehementes coniecturas.*

33 *Actus unus præsumitur factus in executionem alterius propter breuitatem temporis.*

34 *Fuga etiam si sit iniusta quis non potest multari in pœnam comminatam.*

35 *Iudex potest pœnam comminatam minuere.*

36 *Nec hoc casu agi potest de pœna, sed multa.*

CON.

CONSILIVM CCCCXVII.

In Domino confido.

NON obstantibus subtiliter, & copiosè allegatis per Clariss. D. Riminaldum, in hac parte Aduocatum fiscalem proculdubio absoluendus uenit D. Alfonsus de Renosijs ab asserta pœna sibi comminata, per ea quæ latè, tam in primis, quàm in secundis allegationibus deducta fuere, quæ adhuc militant, & minimè sunt sublata, & euacuata per responsiones ipsius Magnifici Aduocati. Et quia ex ipsis per nos deductis fundata est satis superque intentio nostra, solum opus erit, instare super respōsionibus ad fundamenta nostra exhibitis, & discutere nunquid obstent, nec ne victoriæ nostræ. Quò igitur ad primum nostrū fundamētum concernens nullitatem præcepti facti dicto D. Alfonso, ex quo nō fuit scriptum, uel subscriptum manu notarij causæ, ut exigit statutum ipse Magnificus Aduocatus, iudicio meo, admittit adducta p nos in hoc puncto esse uera, & opus fuisse obseruare dispōnem ipsius statuti, dum nō curat disputare super decisionibus allatis, sed tātum innititur partes fisci tueri alia ratione, quod cum illa rixa tempore nocturno acciderit, periculumque esset in mora, ne partes ad nouam rixam
2 redirent† potuit Magnificus D. Potestas a regulis iuris recedere, per not. in l. de pupillo. §. si quis rinos, ff. de oper. nou. nunc. & Mars. in pract. crim. in §. constante, nu. 7. cum seq. cum alijs ibi per eum citatis. si igitur ostendero, quod ista responsio nō tollit, uel modo aliquo non elidit fundamentum nostrum consequentia clara erit, fundamentum subsistere, & militare, & reum hunc absoluendū fore. pluribus itaque rationibus ueris, & rationabilibus responsionem hanc in casu nostro non procedere concludimus. Primò enim negamus t pe dicti facti præcepti esse periculum aliquod in mora, tale quod non potuerit expediri, & fieri præceptum in scriptis per notarium, iuxta formā dicti statuti. cum enim nō media nocte, sed in serò rixa accidisset, & eo tempore quo potuisset haberi notarius, qui etiam qualibet hora noctis haberi commodè potuisset, ut notorium est, non uideo quomodo possit defendi non fuisse necessarium seruare dispositionem statuti. iura enim allegata loquūtur, quando nullo modo seruari potest, uel cum maxima difficultate. sed hic non est casus noster, cū eadem facilitate potuisset habere notarius, qua habitus fuit nuncius, & sic ex isto primo capite hæc responsio non procedit.

Secundò dicitur, qđ licet iudex possit prouidere ne rixæ fiant, & partes deueniant ad arma, & facere præcepta, ne ad aliquem locum accedant, ut inferius tetigit ipse Magnificus D. Aduocatus i dictis suis allegationibus, illud tamē procedit, quando constat ex actis periculum extare huiusmodi rixæ fiendæ, & hoc casu non credi-
2 tur† ipsi iudici id asserēti. ita in terminis tra. Ang. in consi. 107. Iacobellus. in fine. quem sequuntur Dec. i l. fi. nu. 6. & D. Vbert. Zuccar. nu. 102. C. de edict. diui Adr. tol. & Paris. consi. 41. nu. 31. primo uol. at in casu isto ex actis non cōstat de dicto periculo rixæ futuræ, ergo dictum præceptum fuit nullum, quod tantò magis procedit cum iam finita rixa, rixantes hinc inde essent uulnerati, & nullum erat periculum, quod ipse D. Alfonsus, uellet offendere aliquem ex aduersarijs rixantibus, à quibus nullum uulnus receperat, immò si inquisitioni contra eum formatæ standum esset, ipse unum ex eis uulnerauerat, & non erat præsu-
3 mendum, quod ex interuallo iterum uellet† uulnerare, ut trad. Doct. Bal. & Saly. post glos. in l. prima. C. unde ui. & in l. ut uim. ubi Claud. nu. 93. in repet. ff. de iust. & iur. ubi uolunt, qđ durante rixa
4 præsumatur qui primo percussit, si non † recedit iterum uelle percutere, secus si recessit, & sit finita rixa, & hoc uidemus procedere a communiter accidentibus, quod argumentum communiter
5 recipitur † in probationibus. l. neque natales. ubi omnes. C. de probat. trad. Doct. in c. in præsentia, ubi Dec. nu. 21. eo. tit. nam qui aliquem uulnerauerit, non solet finita rixa ex interuallo nulla superueniēte noua causa iterum accedere ad illum offendendum, ex quibus apertè constat nullum extitisse tunc temporis instantaneum periculum, uel dubium nouæ rixæ, ut tale præceptum nō seruatis seruandis fieri posset.

Tertiò dicitur, quod quando iudex ex causa excedit terminos legales, ut in casu isto debet ex actis constare de causa qua mouetur ad sic exce-
6 dendum, quia alias † ei non est credendum, Fel. in c. 2. nu. 2. in fi. de rescri. & plura citat Tiraquel. in tract. de pœn. in præfat. nu. 54. & seq. & magis in terminis trad. Inno. in c. præterea. in fine. de dilat. quod quando iudex decernit citationem, uel qđ aliud præter, uel cōtra iuris ordinem, quod tamē ex aliqua causa iustificari posset, ut propriè cōtingit in casu nostro tenetur in citatione, uel actu ip-
7 so causam illam exprimere, † alias non tenetur citatus, uel grauatus obedire. sequitur Abb. c. primo. nu. 7. de cler. non residen. & Feli. in c. primo. nu. 7. ult. ampliat. de re iudi. & ferè infinitas concordantias adducit Tiraqu. in d. præfatione. nu. 56. & seq. cum itaque in præcepto facto dicto D. Alfonso nulla fuerit expressa causa quare fiebat, & cur sine scriptis contra formam statuti, dubio procul illud fuit, & est nullum, & inualidum.

Quartò, & ult. respondetur, quod licet propter instans periculum iudex qnque leges excedere possit, tamen cessante periculo iustificandum est factum sine ordine legali, & de nouo ordine seruato faciendum est, quę enim dicuntur de pe-
8 riculo † non habent locum cum cessante eo, l. prima. Vbi las. latè in ult. not. col. 15. ff. de officio eius cui mandat. est iurisd. Dec. in c. cum cessante. in prin. de appellat. Tiraquel. in tract. cessante caus. in prima par. nu. 198. idem est cessante causa metus, ut per

per eundem ibi.nu. 176.cum igitur dle sequen.rixam prædictam,cessasset omnis difficultas,& omnis metus, & posset cōmodè fieri præceptum in scriptis ualidum ipsi D. Alfonso,secūdū formam statutorum illud erat faciēdum,& reiterandum, seu repetendum per prædicta,& ad hoc optimè
9 † faciunt tradita per Ang.in l.nemo carcerem.C. de exact.trib.lib.10.Seueri. in tract. de debit.suspect.6.q.nu.17.Alex.consi.19.uiso processu.prima col.3.uol. & Dec.alios citantem in cons.75. col.2.uers.7.est aduertendum,quod licet ualeat captura debitoris nulla iustificatione crediti,uel aliorum necessariorum præcedente propter timorem fugæ,debēt tamen postea facta iustificari,& quæ antea fieri non potuerunt deinde tempore congruo fieri. Ex his itaque tationibus concludimus cessare responsionem præfati Magnifici D. Aduocati, & fundamētum nostrum factum super nullitate dicti præcepti, optimo iure defendi, & militare ad uictoriā dicti D. Alfonsi, quod in rei ueritate est tale,& tam stabile, iuridicum, ut ipsum solum sufficiat pro absolutione ipsius, nec esset opus aliter discutere,alias responsiones datas ad cætera nostra fundamenta, cum ex hoc res fit in tuto.uerum,ut Magnificus D.Prætor uideat etiam cætera nostra fundamenta subsistere ad discussionem responsionum ad ea accōmodatarum per ipsum Magnificum Dominum Aduocatum deueniam.

Secundò igitur contra fundamētum nostrum, quod mulcta imponi non possit, pro tam magna summa, sed quod non possit comminari, uel irrogari ultra quantitatem taxatā in l. eos. C. de mo. mul.dantur duæ responsiones,altera est, quando iudex exprefsè certam pœnam comminatur
10 potest transcendere † quantitatem taxatam in d. l.Oldr.consi.15.Host.& Io.Andr.citati per Alex. in d.l.prima.§.primo.ff.si quis iusdi.non obtemp. quod etiam tenet Alberi.in d.l.eos, & tanto magis,quia cum hic tractaretur de magno periculo propter magnam rixam potuit transgredi, leges
11 † ipse Magnificus Potestas, ut per Gram. decisione.36.col.2.& 3.cum alijs per eum citatis, altera est, quod de consuetudine uniuersali dispositio
12 ipsius legis nō seruatur,sed passim iudices† mulctas irrogant excedentes dictam pœnam,ut per Alberi.in d.l.nec hoc probandum est,aliter secūdum Cagnol.in d.§.primo.nu.19.Quò ad responsionem dicitur,ut etiam alias dictum fuit, quod opin.Oldr. communiter reijcitur, & quod nō est uerum, quod iudex etiam exprimendo certam pœnam possit excedere modum taxatum à lege, quia alias esset inuenta uia fraudandi leges. & hæc opinio omnino est amplectenda,quam plu-
13 res etiam maioris auctoritatis † tenēt,ut glo.Bar. Imo.Ias.Cur.& Cagnol.in d.l.prima.in prin.citati per ipsum Cagnol. nu. 18. quod etiam tenet Ang. in cōs.regulatores.nu.3.ubi erat specificata pœna, & tamen dicit non ualere propter illum
14 excessum,& huic opinioni omnino † standū est, cum per eum pœna euitatur.l.factum.§.in pœnalibus,ubi Dec.& alij.ff.de reg.iur. Alcia.in tracta. præsump.ult.reg.ult.præsump.Quod uerò attinet ad secundam responsionem dicimus consuetudinem non esse uniuersalem,sed secūdum differen-
15 tiam locorum est etiam consuetudo † ipsa differens,ut trad.Rofred.in tract.suo libel. in 3.par. in tit.si quis iusdi.non obtemp. nu. 2. quod dicit, quod in Lōbardia ubi Potestates habent liberum arbitrium inducunt maximam mulctam quam ipse dixit uidisse imponi libr. centum imperiali. sed in Tuscia tantum imponunt pœnam sol. uiginti.
16 & quod sit obseruanda consuetudo † curiæ, in qua fit cōminatio,trad.& pract. Papien.in forma inquisit.in glo.debita forma.col.fi.nec est uerum quod Cagnol.noluerit non esse necessarium probare cōsuetudinem,in d. §.primo.nu.19.quia ibi nullum uerbum de hoc, sed in prin.illius.l.nu.19. dicit totum contrarium, ubi expressis firmat uerbis consuetudinem si notoria sit,non esse probandam,sed sufficiat allegari,alias est probāda,cum Doctori etiam Excellēti attestāti de consuetudi
* ne non credatur sm * cōem † opi.ut per Ias.i.l.de
17 quibus.col.pe.de legi.Dec.cōs.200.275.col.pe. & pluribus alijs cōsilijs per eum ibi citatis, cū igitur non constet in casu isto in terra Finalis unquā aliquem fuisse mulctatum nedum hac pœna maxima scutorū mille, sed nec & scut. centum, sequitur quod etiam hoc secundum fundamentū nostrum de plano procedit,nec illa decisio Grā. uel alia iura citata faciūt ad proopositum, quia non nego quin iudex possit transcendere, leges condemnādo, & ordinariè pro delictis procedēdo, secus autem mulctando, & cum mulcta tantum imponatur pro contumacia, uel propter inobedientiam, & in ea non potest excedi modus à lege taxatus,uel a consuetudine Curiæ inductus. & licet hic posset agi de uita hominis, & magnis rebus,tamē potest etiam dici, quod minimis agi poterat, prout agitur inspecto euētu,cum uulneratus non obierit, & mulcta hoc casu ferè in centuplum excederet pœnam uulneris.tamen quicquid sit nullo modo potest irrogari, etiam si de causa uitæ ageretur, quia imponitur hic propter contumaciam, non propter delictum. quod habet suam pœnam ordinariam,& cum etiam certū sit præceptum huiusmodi emanatum fuisse, præter consuetum ordinem, & stylum curiæ dictæ terræ,tum quia non fuit factum,in scriptis,tum ēt propter maximam,& grauissimam pœnam cōminatam. sequitur etiam quod ueta est cōclusio nostra,de qua in secundis allegationibus, quod ipse D.Alfonsus non tenebatur credere nuntio præcipienti,nec responsio prædicti Magnifici Aduocati tollit hanc decisionem distinguendo, quod aliud est in causa criminali,& aliud in ciuili, ut primo casu teneatur, secundo non, quia ut dixi hic non agimus de causa criminali, nec præceptum fuit factum propter causam criminalem, sed fortè propter periculum, ne noua rixa fieret, & hic agitur

agitur de inobedientia, & contumacia, quę tamē non est in consideratione stāte nullitate præcepti, & hoc casu propriè loquuntur. Ias. Claud. Corset. & Brun. consi. allegato. 77. nu. 41. allegati, qui bene uideantur cum sint in terminis nostris proprijs in materia. huic etiam nō obstat, quod cum non fuerit appellatum debuit pareri, & obtempe-
28 rari iudici, siue iustè, siue iniustè † procedēti, per not. per Bar. & alios. in l. de pupillo. §. si quis ipse Prætori. ff. de noui. oper. nunc. & Claud. in repet. l. ut uim. nu. 51. ff. de iust. & iur. nanque hic nō sumus in extraiudicialibus, quo casu loquuntur iura citata, sed in iudicialibus, cum per nuntium publicum fuerit factum, præceptum D. Alfonso, &
29 de mandato D. Potestatis, sed quia † istud fuit nullam, & inualidum, nō tenebatur parere, nec hoc casu recursum petere. ita expresse trad. Claud. in repetitione. nu. 52. ubi dicit quod potest resisti
30 de facto, & nu. seq. idem dicit, si est euidēter † iniustum. & idem etiam tenent Feli. & Dec. in c. si quando. prima, & 2. col. de officio. deleg. Dec. & Cagnol. in l. non uidetur. §. qui iussu. ff. de reg. iur. præterea, etiam in extraiuditialibus quando infertur grauamen irreparabile per iudicem, non
31 tenetur subditus parere, † si nulliter præcipiatur, & inualidè procedatur, ut omnes trad. in c. si quando. & maximè si reus caperetur, uel carceraretur,
32 ut in isto casu, hoc enim casu non tenetur † parere, ut post Bal. & Castr. trad. Alex. in l. 4. §. condemnatum. nu. 29. & Rip. nu. 22. ff. de re iudi. & idem trad. Claud. d. repet. l. ut uim. nu. 59. ubi dicunt, quod propter infamiam quæ resultat reo potest resistere si nulliter procedatur, uel uirtute sententiæ nullæ contra eum. Non igitur est uerū, quod siue iuste, siue iniustè, siue ualidè, siue inualidè procederet D. Potestas præcipiendo ei esset parendum, quia imò hoc est falsum, tā in iudicialibus
33 in quibus uersamur, quam † in extraiudicialibus, ut supra, quod etiam in his terminis trad. Brun. d. consi. nu. 41.

Contra tertium fundamentū similiter responsiones datę nōn obstant, quia non est uerū, quod quando ordinariè est procedendum, contra aliquem propter delictum, possit fieri præceptum de comparēdo personaliter sub pęna, uel de non exeundo domo, ut commodius capi possit, uel examinari, quia admitto, quod possit capi extantibus indicijs, uel præsumptionibus, non autem quod possit præcipi, ut ipse per semet ipsum se retrudat in carcere, alias mulctetur. hoc enim esset
34 profectō inquissimū, & hoc casu non ualere † præceptum, firmat Brun. in allegato consi. 87. nu. 47. cui non est responsum, sicut etiam non est bene responsum ad absurdum quod nascitur ex dicto præcepto, quod quis licet minor esset pœna ordinaria delicti poterit de facili omnibus suis bonis priuari. Quod autem modo dictum præceptum emanauerit sine causæ cognitione, uerissimū est, cum non constet ex actis de aliqua suspicione nouæ rixæ, & iudici hoc casu non creditur, ut per Ang. Dec. & alios citatos supra super primo fundamento.

Quartum etiam fundamētum, quod in his terminis iudex non possit præcipere, uel grauare ali-
25 quem † ne exeat domo propria iure defendi pōt stante in terminis dec. Bal. Ias. & Rip. & licet Bal. loquatur in arbitratore, tamen ratio qua mouetur militat etiam in iudice, & tanto magis cū agamus de pœna euitanda, ut supra dictum fuit, & licet iudex possit pręcipere alicui ne per aliquem locum accedat, tamen hæc non est species seruitutis, quia per omnia alia loca transire, & ad quæcunque alia accedere potest, secus est in eo qui domo cōtinetur, & restringitur, quia hoc est speciē seruitutis addere reo, & sic termini non sunt
26 pares si bene † consideretur, cum ratio Bal. in eo casu non militet, quo quis prohibetur alio accedere, ut supra, ex diuersis igitur non infertur. l. Papinianus exuli. ff. de minor. & l. fin. ff. de calum.

Non obstat etiam dum cōtra aliud fundamentum constructū in secundis allegationibus, quod nō teneretur D. Alfonsus nuncio credere, & non præsumeretur commissio data nuntio in re tam
27 ardua. Respondetur † præsumi debere commissionem iudicis, ex quo a dicto præcepto non fuit appellatum allegando Rom. cons. 49. col. fi. nam illa decisio. non potest in casu nostro sibi locum uendicare, tum quia hic nō erat opus appellare, cum præceptum esset nullum, tum etiā, quia pendebat tempus ad appellandum, tēpore quo fuerunt missi executores ad capiēdum ipsum D. Alfonsum, tum etiā, quia Romanus loquitur in alia commissione de citando quem ad alium actum, quæ de facili præsumitur non de percipiēdo hoc modo, ut in allegationibus, & in reliquo in illo casu processus erat appellare, quia sententia transibat in iudicatum, quod in casu nostro secus est, quia sententia nulla non transit in iudicatum. d. l. 4. §. condemnatum cum ibi not. de re iudi. & sic
* illud consilium non facit ad propositum * casus nostri, i quo cum de magno pręiudicio ageretur & specialis commissio exigeretur, non tenebatur credere nuntio D. Alfonsus nec commissio præsumebatur eidem data.

Vltimo non obstat, quod non possit excusari e quo recessit propter capturam de eo fiendam,
28 tum quia illa erat iuridica, cum † iudex ab ea incipere possit, Mars. in §. constante. nu. 5. preallegato. Blanc. in l. fin. nu. 8. de quest. tum quia debebat potestari, quod ex ea causa fugiebat, & recedebat, ut per Gram. per nos allegatum vot. 10. nu.
29 9. tum & 3. quia oportebat probare † quod ex ea causa motus fuerit, Alex. consi. 103. col. pen. in primo. & moder. in l. si quis maior. ubi Cagnol. nu. 190. C. de transact. nam quo ad primam responsionem replicatur, quod non negamus potuisse incipi à captura, tamen bene dicimus, quod ad effugiendum capturam quę cōtinet pręiudicium
30 irreparabile, & infamiā † capti, ut per Castr. Ale. & Rip. in d. §. condemnatum. & Claud. in repet.

d. Lut uim. supra citatos fuit sibi licitum præcep-
to contrauenire, & licet fuerint allegati Blanc. &
Carer. quod si quis capiatur ab executoribus, &
fugiat ab eis, non facit fuga huiusmodi indicium
contra eum pro delicto, quia fuit iusta, nõ tamen
eorum dicilio fuit adducta, quod loquatur in his
terminis, ut etiã sicut in illo casu tenetur postea
comparere reus fugiens, ita pariter in hoc casu,
quia sunt quæstiones distinctæ, & hic tantum agi
mus an habuerit iustam causam cõtraueniendi,
ut uitaret infamiam, & sic non incurrerit pęnam,
nec opus est, quod aliter compareat, nisi in causa
delicti, quia fortè fuga ista si non compareret fa-
ceret indiciũ, ut in eo casu Blanc. & Care. loquun
tur sed eius comparitio quo ad mulctam, iudicio
meo nihil facit, cum iam sit pœna commissa, si
comitti potuit, quod falsum, & non uerum est,
ut supra. Quo uerò ad secundam responsionem
si uideatur Gram. loquitur in alio diuerso casu
quando quis fugiebat ad hostes, propter quã fu-
gam efficiebatur rebellis, & sic agebatur de pœ-
31 na † perduellionis quo casu cautius ad eam uitan
dam erat agendum, & propterea protestationes
fortè erant fiendæ. preterea Gram. loquitur in eo
qui cõmodè recesserat licet metu capturæ, &
propterea poterat protestari, & alia facere, quæ
ipse ibi trad. secus in casu isto, in quo D. Alfonsus
præsentia executurum perterritus aufugit, pedi-
bus timor addidit alas. nec habebat tempus, uel
spatium protestandi, uel adhibẽdi testes quo ca
su cessat, quod trad. Gram. in d. uot. in alio etiam
diuerso casu. ut supra Quod autem ult. loco dici-
tur debere constare quod ea causa contrauene-
rit non habet etiam locum, quando id per proba
32 biles, & uehementes coniecturas † cõstat, ut tra.
Tiraquel. citans quam plures ex allegatis ex ad-
uerso in dicto tract. de pen. caus. 43. nu. 9. sed quę
maior, & uehementior cõiectura adduci potest,
quam quod ipse D. Alfonsus nunquam recessit
ex dicta domo, donec uidit Beroarios illuc acce-
dentes, ad ipsum capiendum, ut testes pro eius
parte examinati deponere audio? & adhuc fa-
33 ciunt quæ † habentur per Bar. & alios max. Rip.
in l. si nentri. §. fi. ff. de priui. credi. nu. 3. & seq. ubi
propter breuitatem temporis actus unus præsu-
mitur factus in executione alterius fuit igitur Iu-
sta causa hæc contraueniendi, præcepto, fuga di
cti D. Alfonsi à manibus executorum, immo, &
34 si fuisset etiam iniusta non posset mulctari † in pę-
nam cõminatam, ut per Doct. citatos in secundis
allegationibus in fin. & maxime Brun. in d. consi.
nu. 40. & Plot. in l. si quando. nu. 349. C. unde ui
& licet stantibus tam supra quam alias adductis,
quæ tam in iure quam in facto militant, & uerissi-
ma sunt, non sit opus aliter defendere illam deci-
sionem, quam etiam ex supra abundanti tetigi in
dictis primis allegationibus in fi. quod potest iu-
35 dex pœnam comminatam minuere, † quam te-
nent Cagnol. & Alcia. allegati, tamen quia etiam
in dubium refricatur ut ostendam, nihil allegasse
quod non sit uerum, responde, quod licet non
uiderim Barba. nunc tamen sat est, quod Cagn.
& Alci. id teneant, nec hoc casu agi potest de pę
36 na, sed mulia, quicquid aliter uolucrit. † Host.
de quo trad. Boer. dec. 349. nu. 3. & seq. & ex his
igitur satis superque constat fundamenta per nos
facta in alijs allegationibus & etiam sup. milita-
re, & non esse sublata per responsiones præfati
Magnifici D. aduocati aduersarij, & cum unicum
fundamentum, ex tot allegatis, & constructis suf-
ficeret ad uictoriam nostrã, quid (Dij. boni) agen
dum est, cum tot, & tam ualida extent, & militẽt
certe nihil aliud quã quod absoluatur D. Alfon-
sus expectandum est.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Fuit pronuntiatum non esse locum multæ. 100. aureorum.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Proclamata pœnalia an possint fieri à comitibus alterando pœnas iuris communis, & eas sibi applicandò?

Quid si de hac re essent priorum comitum concessiones, & quatenus teneatur successor stare contractui præcessoris?

SVMMAE.

1 *Comites nulla necessitate impellenti, nõ possunt facere proclamata applicando pęnas sibi ipsis.*

2 *Successor Domini tenetetur stare contractui præcessoris.*

3 *Et tenetur seruare capitulationes, & conuentiones factas cum subditis.*

4 *Quod procedit in quolibet successore, qui tenetur stare contractu præcessoris.*

5 *Regalia non inducentia notabilem diminutionem status, si sunt remissa à præcessore nõ possunt exigi à successore.*

6 *Comites non possunt prohibere subditos uenari quia uenatio est de iuri gentium.*

7 *Quod procedit etiam si in inuestitura comitum sint concessæ uenationes.*

8 *Proclamatibus quando non potest dici subditos acquieuisse saltem per longum tempus.*

9 *Possessio nulla acquiritur ex actibus uiolentis.*

10 *Comites non possunt facere ullam prohibitionem, quę tollat priuilegium, uel statutum superioris.*

11 *Legi*

11 *Legi superioris non potest derogare inferior.*
12 *Nec etiam indirecte potest illi contrauenire.*

CONSILIVM CCCCXVIII.

In Domino confido.

NON sunt tolerandi isti Magnifici comites de Manfredis domini Albineę, ut possint facere proclamata alteran do pœnas solitas in tam magnis sum mis tam respectu delictorum, quam damnorum datorum. cum tam magno præiudicio suorum uasallorum, & subditorum, applicando pœnas ipsismet D. Comitibus, nulla necessitate, nel utili
1 tate publica id suadente, † sed pro sua tantum uo luptate, ut in terminis tenet Pet. Ancibol. in tract. de numer. §. 4. nu. 196. & seq. & Bertrand. in cons. 238. nu. 3. & seq. 2. uol. prima. par. & faciunt trad. per Soci. consi. 272. quinto fundamento. 3. & 4. col. 2. uolumine.

Secundo cum de anno. 1518. lites essent, & controuersiæ inter olim. Magnificum, Gasparem de Manfredis Comitem ipsius Castri Albineæ ip sorum DD. Comitum prædecessorem, & commu ne, & homines dicti Castri fuit deuentum ad tran sactionem, & compositionem inter partes per modum, & pro, ut in instrumento in causa produ cto, & inter cętera fuit conuentũ per ipsum Com. per se, & suos successores, non imponere dicto communi, uel hominibus ex aliqua causa, uel oc casione aliquod onus, uel grauamen, reale, per sonale, uel mixtum, nec eis quicquam, quod non solitum sit innouari facere, nec petere, Quo fit, ut ex hoc capite etiam pœnas hasce alterare ne queant, cum hoc sit insolitum, ut ulderi, potest ex collatione proclamatum antiquorum, & nouo rum, & ita ad propositum tenet Bertran. in d. cõs.

Nec dicatur, quod dicti Comites successores in dicto comitatu, cum ut prætendunt, non sint heredes dicti. quo comitis lo. Gasperis nec teneã
2 tur stare contractui ipsius. Comitis, † quia immò illo ligantur. c. primo. ubi omnes maxime Fely. in primis. col. de probat. Cyn. Bal. & omnes in l. digna uox. C. de legib. qui propriè loquuntur in
3 similibus capitulationibus, & † conuentionibus, & cum subditis. Idem Bal. & Castr. in l. fin. C. de transact. Bal. in pluribus consilijs. & maximè. 159. super eo in primo dub. ubi magistraliter loquitur 3. uol. idem Alex. in contractu facto cum subditis in cõsi. 16. in causa, & lite pe. col. 5. uol. & Bologn. in eodem uel simili casu in consi. 6. nu. 57. Idem ad propositum Brun. in consi. 33. nu. 2. & Boer. de cisione. 204. nu. 42. Iacob. Mandel. de Alba. cõsi. 67. in primo fundamento qui loquitur ad propo
* situm nostrum, & attestatur de communi * idem
4 in capitulis, & conuentionibus † quod successor teneatur stare contractui prædecessoris Cur. iun. consi. 286. nu. 12. in 3. uol. nuperimpresso, Idem tenet ad propositum Rolan. à Val. consi. 13. nu. 36. & seq. & 45. nu. 13. 3. uol. plures alios citat. Ant. Gab. lib. 3. suarum cõclusionum in tit. de iur. quæsito non tollen. concl. 5. nu. 2. quam senten-
* tiam dicit communem * loqnens in huiusmodi comitibus, & alijs similibus dominis Castrorum Lauren. Kirconius in secundo tom. com. opin. pri ma centur. cõclusione. 96. & possem alios sexcen tos tenentes hanc sententiam citare, quos consul to omittam, ne quotis folia impleam. quorũ plu res loquuntur etiam in remissione uel concessio-
5 ne regalium. quando non inducunt notabilẽ † di minutionem status. ut per Bar. l. prohibere. §. pla nè. nu. 5. ff. quod ui aut clam. Fely. in d. c. primo de probat. nu. 5. Gabr. d. conclusione. nu. 8. & Bertra. consi. 42. col. prima, primo uol. prima par. & alij
a in alijs locis. *a*

Et stante hac trãsactione, & compositione ini ta, ut supra, in qua fuit etiam conuentum, quod cõdemnationes damnorum datorum sint com munes comitum, & communis. In hoc etiam uon potest fieri alteratio in præiudiciũ dictorum ho minum, & communis applicando totam pœnam dictis DD. Comitibus.

Tertio respectu proclamatum prohibentium venationem, illa proculdubio non sunt toleran da, cum non possint ligare dictos homines, siqui dem Comites ipsi, non possunt subditos prohi
6 bere uenari, † cum uenario, & aucupatio sit de iu re gentium. Host. Butr. & alij in c. nõ est. de decim. Guid. Pap. consi. 92. nu. 2. & latè Dec. consi. 197. nu. 1. & seq. Bertrand. consi. 255. nu. 8. primo uol. prima par. Gram. decisione. 67. nu. 9. Ias. consi. 119. col. prima in fi. 4. uol. Bero. consi. 81. nu. 30. 31. primo uol. & Rolan. à Val. cons. 9. primo dub.
b secundo uol. *b*

Quod procedit etiam si in inuestitura Comi
7 tũ sint concessę uenationes. Iacob. de San. Geor. in tract. feud. in verb. & cum uenationibus. Gra. dicta decisione. 67. nu. 9.

Nec obstat, quod constet plures fuisse facta proclamata prohibentia uenationem, qa pariter etiam cõstat ex testibus examinatis pro parte di ctorum hominum, quod non assentiebant dictis proclamationibus, & petebant illorum copiam, quę etiam illis denegabatur, ut ex depositionibus primi. & quinti, sexti, & septimi testiũ ipsius com munis constat. & quod ipsi nunquam paruerunt ipsis proclamatibus, sed semper iuerunt uenarũ, ut octo testes dicti communis deponunt, quo ca su non potest dici eos acquieuisse saltem per lon
8 gum tempus, † ut per Bertr. & Dec. ac clarius Ro land. dictis consi. & præsertim Roland. d. consi. 9. num. 14. & 15. nec per cõdemnationes factas de dictis hominibus potest dici dict. Comites ha buisse, vel acquisiuisse, aliquã quasi possessionem
9 prohibendi † cum minime acquiratur ex actibus violentis, ut in terminis tradit. Nat. consil. 197. numero secundo.

Et hoc proculdubio procedit a collibus mon

tium supra,& sic a Castro Albineæ supra, in quibus locis superioribus ex decreto Serenissimorũ Ducum Ferrariæ liberum est omnibus ire nenatum,nec uenatio prohiberi potest, ut in decreto Serenissimi Ducis Borsij, subinde a successoribus confirmato constat,quo casu respectu huius partis,& locorum,nulla potest per dictos Com. fieri
10 prohibitio, quæ tollat priuilegium, † uel statutũ superioris.capitu. cum infei ior.de maioritate,& obedien.l.mitior autem magistratus.ff.de minor. Soci.ad propositum d.consi.272.colum.4. in fin. & sequen.cum alijs citatis per Crauet. consil. 21.
11 num.3. idem quod inferior † non possit derogare legi superioris,habetur in cap.uenientes. de iure iuran.& in clemen.ne Roma.ubi Card.2.q. di-
12 cit, quod nec etiam indirectè potest † illi contrauenire.de elect.& Bald. in Auth. sed nouo iure secunda colum.num.3.C.de fur.

Quartò respectu pœnarum, tàm delictorum, quàm etiam damnorum datorum, cum in subsidium & defectum statutorum Albineæ recurrendum sit ad statuta Regij, quæ sunt statuta ciuitatis,& Principis superioris,etiam ex hoc capite dicitur,non posse alterari pœnas ultra formam dictorum statutorum ne contrafiat statutis superioris per iura proxime citata.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Pendet adhuc hæc controuersia breui decidenda pro hac parte,ut sunt iustæ coniecturæ.

Clau.Bertaz.

ADDITIONES.

a Contra autem si agatur de regalibus etiam in Imperatore,qui non potest præiudicare successoribus suis in Imperio.Bal in titu. de pac.Constan.uer.amplius.nume.2. Fely in c.1.num.5.uer.4.declara.de probatio.Afflict.in lectu.Feud.in tit quæ sint regalia 5.q in fi.num.67. Ioã. Campez.inter consi Brun.consi.2. nu.43. & consi.11. num.12.Rub.Ale.consi 5.num.7 Soci. in consi. 7 col. 2.in 3.Boss.in suis nar.tract.in tit.de regal. num. 34. ubi dicit,quod successor indistinctè potest reuocare factum prædecessoris,quinimo etiã pater in feudalibus filijs non præiudicat.Ceph consi.154.num 3.quod admittit Rolan.consi.2.num.102.in primo.uide infr.consi.seq.

b De prohibitione uenationis diximus etiam supra nunc sunt addenda,tunc non uisa ex recentioribus,non posse ergo per Comites prohiberi uenationes, & aucupationes, præter alias citatos,tenet Purpu. consi. 392. nu.2. vbi proprie loquitur,quando subditi sunt in locis montuosis,& saltibus.& sunt soliti lucrari ex dictis uenationibus,& aucupationibus, & maxime quando fit cum canibus,& auibus.Nat.consi.604.nume.1.& seq.Ioseph. Ludou conclus.Ina 71.uer.& not.col.pen.in fi. Crauet. consi.658.num.uer itaque & nu.9.ver quinto. & consi. 643.num 18.& consi 518.num 18 ubi uult idem procedere,etiam si uenatio fieret archibusijs,& tormentis. idem in consi.945.nume.6. & 7. & licet Comites sæpe fieri & publicari facerent proclamata prohibẽtia huiusmodi uenationes,& aucupationes, tamen si illis non obstantibus subditi perseuerarunt in sua quasi possessione libertatis uenando, & aucupando proclamata non ualuerunt,uel illos ligauerunt,ut trad.Rip.in l.quominus. num.133.ff.de flumi & ad propositum Bertran.in consil.125.num.3.in 2.uol 2 par.& in terminis Crauet. d. cons 658.num 6.& seq.& in alijs consilijs supra citatis. & Menoch.consi.298.num.18.& seq.in tertio.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

De rebus ijsdem in eadem causa rursus disceptatur.

SVMMÆ.

1 *Quasi possessio uiolenta comitum exigendi custodias non est attendenda.*

2 *Custodiæ a subditis non debentur si Castrum custodiendum est dirutum.*

3 *Subditi non debent duplici onere grauari, ut duobus in locis faciant custodias.*

4 *Custodias non possunt exigere Domini, nisi ex causa publicæ utilitatis, & necessitatis.*

5 *Comites Castrorum male audiunt imponendo onera subditis.*

6 *Vasalius pro eadem re non debet multiplici onere grauari.*

7 *Molendinum Domini non tenentur frequentare subditi coacti.*

8 *Et si fiant à Domino proclamata compellentia, illi uero non pareant, persistunt in quasi possessione.*

CONSILIVM CCCCXIX.

In Domino confido.

QVONIAM abundè in hac causa ad fauorem horũ pauperũ rusticorũ Albineæ,ante latam ultmam sñiam fuit per me scriptũ pro resolutinne dubiorum Reuerendiss.D.nunc Epi Leonij, quæ (iudicio meo) erant satis, & super euacuata quę allegationes,& rõnes in eis adductę.adhuc uigẽt, & militant. Et in hoc ultimo processu fuerunt factæ aliquæ probationes ad uictoriam ipsorum appellantium optimè conducentes. Propterea aliqua pauca addam prioribus scriptis,ex quibus iũctis alijs apertissimè constabit.male fuisse,& esse iudicatum ad fauorem Illustris.Comitum appellatorum,& propterea sententiam ipsam in partibus dicto communi præiudicialibus reuocandam,& reformandam esse.

Quò

Quo igitur ad primum membrum custodiarū pro quibus exigūtur ab eis solidi decē octo Imperialium pro quolibet homine d.cōis quolibet anno. super quo fuit intentatum peritorium, & actio negatoria pro parte communis. & super quo neuter ex iudicibus primæ,& secundæ instātiæ uoluit iudicare. satis fuit responsum fuisse iudicatum ad eorum subditorum fauorem. cum in petitorio ipsi. D. aduersarij nullum ius ostenderint, ex quo dictum onus iustè exigere possint quo casu non est attendenda quasi possessio exigēdi illas, vt ex multis deduxi prioribus scriptis,

1 † & præsertim ex Socin.iuniore consil.98.in 3.& Bero.cōsi.76.in primo. Quibus additur, q in causa appellationis probatum est castrū ipsum nunc nō egere custodia, cum è tempore belli citra fuerit,& sit apertum nullam habens portam, quæ sit custodienda, ideo cessare debet hoc onus custo-

2 diarum † castro ipso diruto, vt admittit Bellon.cō si.1.volum.7.& sequen. qui tñ motus alijs rationibus in casu nostro non concurrentibus contrarium in eo casu respondit. Sed,& vlterius probatum est, q homines ipsius communis cogūtur accedere ad faciendum custodias ad ciuitatem Regij. quo casu nō esset iustum, uel æquum quòd in vno loco faciant custodias,& in alio illas soluāt,

3 cum non debeat † quis duplici onere grauari. l.nauis.§.cum autem.ff.ad l.Rhod.de iactu. cum alijs citatis per Purpurat. consi.475.num.10. Crauet. consi.488.num.21.& consi.803.num.3.& Plot. consi.11.num.7. de quo etiam super alio membro inferius dicetur,& quod domini non possint

4 exigere tales custodias, † nisi ex cā necessitatis vrgētis, uel uti litatis publicę scribit Decia.consi. 41.num.66.& sequen.2.uol.

Ad secundam de seruitijs & operis personalibus, ac carregijs, ultra ea quæ super hoc capite scripta fuerūt de p̄sumptione violētiæ, & metus ob exactionem uiolētam, quibus additur Crau. nouissime in consi.388.nu.8. Vbi dicit, q isti do-

5 mini male † audiunt in exigendis huiusmodi oneribus,& in consilijs.642.nu.14.&.658.num.12. Dicitur q per plures, & plures testes ipsorum hominum in hac ultima instantia fuit probatum, q dicti homines requisiti ad præstandū dictas operas illis præstabāt ex gratia, & in obsequium nō ex debito, uel quia tenerentur.& sæpissime etiam illas non præstabant, adeo quòd non potest ullo modo dici ipsos.DD. Comites fuisse in quasi possessione illas exigendi. Et quia etiam debuisset iudicari super petitorio, & non super possessorio, ideo super eo omnino iudicādum est. In quo nullum potest habere pars aduersa fundamentum, ut illi teneantur, ut alias fuit dictum.

Quo ad paleas & ligna, iudicio meo, nulla uidetur subesse difficultas, cum minime fuerit petitum super eis pronūciari, prout tamen pronuntiatum fuit, vel fuit super eis lis contestata. nec constabat in processu de aliqua quasi possessione dictorum Comitum. Sed præterea in hac ultima instantia fuit probatum, q omnia terrena dicti Castri Albineæ,& eius districtus fuerunt,& sunt feudalia recognita in dictis Comitibus quibus soluitur singulis annis ex redditibus ipsorum decimam partem omnium fructuum. & tempore inuestiturę etiam decimam partē ualoris & precij eorum quo uenduntur,& alienant. quo fit, vt eū d.uasalli habeant dictas terras cū dict. omnibus feudalibus. non debeat eis addi nouum onus ꝑ eisdemmet rebus, quæ sunt in æstimo dicti Castri, per ea quæ supra ad primum dubium dedu-

6 cta fuere.& quia uasallus † pro eadem re non debet multiplici onere grauari, vt ad propositum respondit Purpura.consi.328.nu.25.& 543.nu. 2.ac Laurent. Sylua.consi.92.nu.2.

Superest ultimum de condemnatione facta ipsorum hominium, q teneātur ire ad molendū ad molendinum ipsorum Comitum, & conficien.& manu tenendum clusam illius, super quo

7 etiam latè fuit scriptum. quibus † additur Purpur. in consi.86.& Cephal.consi.451.num.356.& sequen. firmantes non valere prohibitiones factas

a per Comites, ne subditi accedant a ad alia molēdina ad molendum. quæ concl. tanto magis procedit ex quo fuit probatum in processu, quòd nō obstantibus dictis prohibitionibus d. homines semper accesserunt ad macinandum ad alia molendina. quo casu non obligātur, cum non acquie

8 uerint proclamatibus, uel prohibitionibus, † vt per Doct. in locis alias citatis.& per Rip. in l.quo minus.num.132.& sequen.ff.de flumi.& q nulla acquiratur possessio, vel quasi prohibētibus si subditi non obediunt. Sed censeatur continuata quasi possessio suæ libertatis, trad. Bertrā. consil. 125.num.3.2.uol. secundæ part.& Craue. consi. 658.nu.7.& sequen.

Postremò cum ex instrumento compositionis factæ cum olim Co.Ioan. Gaspare de Manfredis olim Comite dicti Castri Albineę, eorum prædecessorū à quo ipsi descenderūt, & in effectu sunt hæredes. nō possit imponi nouum onus, uel quicquām inouari ultra solitum, super quo ī alia causa delegata illust.consi. iustitię etiam latè fuit scriptum. quæ scripta uideri possint, & ostendentur, ad quæ breuitatis gratia me remitto, cessare uidetur esse dubium.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ADDITIONES.

a Quod non ualeant huiusmodi proclamata pœnalia, quibus compelluntur subditi frequentare molendinum. Domini, tenet Bal post longam disputationem in consi. 410. quæritur utrū Dominus in 5. Patis. de pui. in tract. de syndica. in §. excedunt etiam. num.19. Soc. consi.62. in 3.& 4. fundamento.2.uol. Boer. qui dicit ita fuisse iudicatum decis.125.num.5. Vilalob. in tract. com. opi nio. in uerbo Dominus nu.114. Didac. in repetit. regu. Possessor.§.4.num.7. ubi nu.6. exigit per tempus immemoriale subditos paruisse præceptis dominorum, Meno.

de arbitr. libr. 2. caſ. 140. nu. 8. & in banno huiuſmodi trad N it. conſi. 106 & 107. Et quòd huiuſmodi bannis indiſcretis cauſa uoluptatis comitum factis non teneantur ſubditi parere ſæpe eſt d ctum etiam quòd ſint aſtricti ſubditi iuramẽto fidelitatis, ut trad. Paril. in d. §. excedunt etiam nu. 17. Soci. conſi. 272. 3. col in ſecũdo fundamento, & Soci, iun. conſi. 98. nu. 12. 17. & hoc caſu in ſte recurrunt ad Principem. ut dicit Bertrand hic allegatus conſi. 225 nu. 3 in fi. & Bero. ſępę adducto conſi. 81. nu. 18. 30. nec hoc caſu opus eſſet opponere proclamatibus ſecundum Rol. conſi. 9. nu. 15. in 2.

Et licet diuerſę uideatur ſententię Cald. in conſi. 21. in tit. de conſtit. & Alc. conſi. 21 t. in fi. in ſecundo, & Rim. conſi. 181. attamen illorum dictum eſt contra comunem, & loquuntur in diuerſis terminis, cuius Calde. ſententia poſſet in uno caſu ſaluari, ut uoluit Didac. qui illũ in alijs caſibus nominatim reijcit in d. §. 4. col. ant.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Rurſus de eadem re agitur illudq́ue in primis, quando comites teneantur ſtare contractibus ſuorum præceſſorum quibus in iuriſdictione ſucceſſerunt.

SVMMAE.

1 *Subditi non poſſunt cogi ad onus cuſtodiarum.*
2 *Sed quid ſi comites ſunt inueſtiti, ut poſſint exigere hoc onus.*
3 *Et conſuetudo uigeat illud exigendi.*
4 *Nec tenentur exibere ſeruitia, & carregia.*
5 *Nec ſecus eſt ſi fuere compulſi, exibere ſeruitia illa nam præſumuntur extorta, & nulla queritur quaſi poſſeſſio exigendi.*
6 *Vel ſi ex quodam obſequio, & curialitate illa præſtiterunt.*
7 *Comites non poſſunt exigere à ſubditis onera non conſueta.*
8 *Conſuetudo exigendi onera non poteſt dici probata ſi illa fuerũt preſtita ex quodã obſequio.*
9 *Subditi non tenentur ad onera palearum.*
10 *Nec poſſunt compelli, ut eant ad molendinum comitum, & quando.*
11 *Statutum, quod omnes teneantur ire ad molendinum uniuerſitatis an teneat.*
12 *Comites an poſſint prohibere ſubditis extractionem bladorum ad alia molendina.*
13 *Succeſſor tenetur ſtare contractui prædeceſſoris ſi non agat de magna, & notabili diminutione iuriſdictionis.*
14 *Comites non poſſunt indicere onera realia, aut perſonalia contra pactum antiquiorum.*
15 *Capitulationes, & conuentiones initæ cum ſubditis à Domino, ſunt ſeruandæ à ſucceſſore.*
16 *Succeſſor in feudo ligatur capitulis, & conuentionibus præceſſoris.*
17 *Quod proprie procedit in comitibus, & ſimilibus dominis caſtrorum.*

CONSILIVM CCCCXX.

In Domino confido.

DVBIIS ſubtiliter propoſitis aduerſus commune, & homines Albineæ non obſtantibus, pronũciandum eſt ad fauorem ipſorum, reuocãdo ſententiam latam ad fauorem Illuſtrium Comitum ſuorum dominorum. Namque quo ad primum punctum cuſtodiarum iam ex multis Doct. deciſionibus in indiuiduo hunc caſum decidentibus. oſtẽſum eſt dictos ſubditos nõ poſſe cogi ad dictum onus cu-
1 ſtodiarum, † & præſertim ex Bero. conſi. 81. num. 32. in primo. & Soci. Iun. in conſi. 98. numę. 27. & ſequen. in tertio uolu. quibus nunc additur Caſſanc. in commentar. ſuis in conſuetud. Burgund. Rubrica tertia. §. quarto. in text. le vaſal è tenu. nume. 25. pagi. mihi 428. & idem tenuit Iacobus de Sancto Georgio. in tract. de homag. colum. ultim. nume. 43. & ſecundum hanc ſententiam reſpondit Nat. conſi. 185. ferè per tot. quos ſequitur Menoch. conſi. 298. numer. 30. Et cui opin. adhæret Decia. alias etiam citatus in cõſ. quadrageſimoprimo. num. ſeptuageſimoquinto, in ſecundo uolumine. Et licet ipſe Decia. ſupra nume. ſeptuageſimoquarto. in ſuo caſu teneat contrarium. illud eſt quia in eo caſu inueſtiti habebãt priuilegium
2 exigendi † huiuſmodi onera, in quo ſpecialiter ſe fundat. Et Boer. in allegata per eum deciſione 212. ſcripta ad ſuum fauorem nutat. & oſtendit opinionem contrariam eſſe magnæ conſiderationis. ſed quia tunc non diſputabatur cum ſubditis, qui acquieſcebant huic oneri, ut per eum. numero ſeptimo. in finne illa deciſio non facit contra hanc partem, quæ reprobatur, tam ab omnibus ſupra citatis, quam ab alijs citatis per eos. Præterea in caſu Decia. concurrebat etiam
3 conſuetudo † exigendi hoc onus. quæ cum eſſet fundata in titulo habito a Principe ſatis erat annor. 30. alioqui exigebatur obſeruantia centum annorum, vt ipſe apertiſſime firmat in eo conſil. numer. 102. & ſequen. quo fit, vt cum in caſu iſto nulla ſit probata conſuetudo huius temporis immemorabilis. ſed nec etiam per triginta, vel quadraginta annos ante motam litem, ceſſet omnis diſputatio, Nec ſtatutum diſponit quod ſoluantur ſolidi decem octo pro quolibet ſingulis ann. ſed quatuor per non euntem ad cuſtodiam. quæ cum Caſtrum ſit dirutum, nullaq́ue extet porta, uel clauſura, ceſſat eius cuſtodia. nec teſtes probant de cõſuetudine tàm longi tpis, quæ ẽt cum originẽ habuerit ab actibus uiolẽtis factis per di

ctus

ctos DD. Comites, & eorum antecessores. ex quibus secundum cõmunem, opinionem Doct. nõ tribuunt aliquod ius dictis Comitibus talia extorquentibus, ut abunde scriptum fuit in primis allegationibus super secundo puncto. & dicetur etiam super sequẽti, nihil in casu isto obstat. Nec aliter Decia. loquitur, uel tenet. d. consil. numero 101. quòd non firmat, quòd in eo casu subditi fuerint compulsi per domines ad soluendum. Vltra q̃ si illud teneret, eius opinio commu niter reprobaretur per tot citatos in dictis allegationibus, & supra tenentes contrarium. præterea casus ille à nostro erat diuersus cum ipsi domini haberent cõcessionem, & titulũ talium one rum à superiore Principe. quod non euenit in casu isto, Et tanto minus debent teneri ipsi homines propter aliud onus sibi impositum à Principe supremo custodiarum faciendarum in ciuitate Regij, & nulla est, æquitas quæ patiatur eos duplici onere grauari, ut fuit deductum in præcedẽtibus allegationibus. Nec satisfacit respõsio Decia. in d. consi. num. 141. quia nõ disputamus an supremus dominus possit talia onera imponere subditis uasalli. super quo multa scribi potest. sed quando non tenebantur suo domino in mediato per legem generalem subditi, prout tenebãtur in dicto casu Decia. debeant cogi subire duplex onus. In quo puncto militant decisiones allegatæ.

Quo ad secundam de operibus, & seruitijs, ac canegijs. satis & super fuit scriptum in primis, & secundis allegationibus, & fusissime fuit respon-
4 sum ipsos homines † non teneri, quibus additur in terminis istis decisionem Borg. 27. nume. 33. Vbi plures citat. nec hoc casu iuuat longissim. DD. Comitũ ẽt quasi possessio allegata in dubijs. tum quia illa non est probata ante litem motam de anno. 1532. quo tempore fuit exptum reclamare. tum quia ex istis actibus uiolentis & cõm
a pulsiuis nulla iusta acquiritur possessio. nec præ-
5 scriptio. nam ea seruitia præsumuntur extorta, † ut præter alios citatos admittit Rolan. à Val. con si. 18. num. 9. & sequen. in 3. ad propositum possessionem etiam longeuam non sufficere uoluit Agid. Thomat. in tracta. de collect. §. hoc loco, fo. 264. & seq. & in specie Amborf. de Vignat. inter consilia feudalia nuper impressa cons. 52. nu. 7. & sequen. & numero duodecimo. firmat, quod talia seruitia non præscribuntur, quia prius fiunt
b ex urbanitate, b quàm ex debito, quod inseruit casui nostro in quo tamin primo processu, quàm in hoc appellationis probatum est expresse per
6 plures testes talia seruitia non ex debito † sed ex obsequio, & ut morem gererent dominis præstita fuisse, & sequitur Borgni, illos citans loco præallegato, de quibus etiam oneribus habetur per Boer. decisione. 304. num. 4. & sequen. & cum ne gemus talia onera fuisse consueta. certè ipsi. dd.
7 Comites ea † exigere non possunt, Menoch. d. cõ si. 298. in fi. Et licet aliquando aliqui, ex hominibus ipsis fuerint grauati mediantibus coactionibus, & pignorationibus, ultra q̃ hæc violenta cõpulsio non probet iustam possessionem ut supra, cum alij plures non fuerint grauati, uel compulsi. sed in obsequium, & ut morem illis gererent
8 obsequuti sunt. non potest dici probata † consuetudo, uel pscriptio, uel ius quæsitum dictis. DD. Comitibus. Dec. consi. 11. nu. 12. Vbi citat alios. Que, etiam nihil obesset dictis omnibus, ex quo nũc uersamur in iudicio petitorio in quo, vt alias dixi) iudicari oportet. & in hoc non uideo quod, uel quale ius habeant ipsi. DD. Comites nisi pro violentia, & mera cõmpulsione. & ad hoc quæso bene aduertat Clarissimus D. Meus.

Ad tertiam de paleis, & lignis. oportet uidere ne dum factum quod constat ex processu. quia fuit iudicatum sine processu, & non seruatis solẽnitatibus iudiciorum contra dictos homines, ut fuit responsum in allegationibus primis, quo casu sententia est nulla. l. prolatam. C. de senten. sed etiam ius cum de iure non tenerentur subditi ad
9 huiusmodi onera † & in specie fuit citatum consilium Soci. Iun. 98. supra etiam relatum nu. 5. & sequen. & nu. 27. quod uideatur, quia in indiuiduo decidit hũc casum ultra tot alios Bero. Menoch. & reliquos scribẽtes in alijs similibus oneribus, & cum simus in iudicio petitorio, nec constet de iuribus aliquibus dictorum. DD. Comitum. certè nullo iure defendi potest sententia lata in hoc capite. Et tanto minus, quia cum hi subditi sint etiam uasalli propter feuda quæ tenent à dictis Comitibus, quibus decimam soluunt omnium fructuum suarum terrarum. non debent multipli ci onere grauari, ut ex Purpur. & Sylua. in secundis allegationibus deductum fuit.

Ad quartum punctum de coactione, & compulsione ipsorum subditorum, ut eant ad molendum ad molẽdinum ipsorum Comitum, satis in primis, & secundis allegationibus respõsum fuit, communem opinionem esse scribentium in hoc puncto, quòd de iure non tenentur. nec possunt
10 cogi. quibus, † etiam additur Menoch. d. consil. 298, num. 16. qui alias citat. Nec uidet quòd Cra uet. in tracta. de antiqui. tempo. 4. par. §. ciui. præ missa. num. 28. & 32. aliter teneat. quòd ex quo scilicet non sint in eo territorio alia molendina possint prohiberi ne exeant territoria blada. ratione publicæ utilitatis, cuius causa uidetur uale re proclama. quia Cran. loquitur in alia quęstione nempè, quãdo uniuersitas facit statutũ quòd omnes accedant ad molendinum ciuitatis, uel
11 uniuersitatis † & eo casu concludit etiam Craue. non ualere statutum in præiudicium particularium affectionum, ut. d. numer. 32. uersicul. concludo igitur. & ponit etiam ibi plures casus qui non faciunt ad propositum nostrum. nec est uerum quòd possent D. Comites prohibere extractionẽ bladorũ ad alia molendina. ex quo p indi rectum grauarent homines ire ad suum molendinum, contra regulam, cum quid una uia, de

regulis iuris.in 6.& quod non poteſt fieri directè,
12 † nec per indirectum. ut ad propoſitum reſpon-
dit Calder.in conſi.12. inter conſi. Ancharan.ſe-
cunda columna.

Poſtremò ad fundamentum noſtrum, quod ip
ſi DD. Comites non poſsint imponere hæc one-
ra ſtante tranſactione, & conuentione facta cum
olim Co. Io. Gaſpare eorum prædeceſſore, cuius
contractum tenetur, uti illius ſucceſſores obſer-
uare. ut alias in hoc pũcto abũdè ſcripſi. ſed quia
illæ allegationes non fuerunt exhibitæ. ideo ſu-
per hoc pũcto latius inſiſtam. Dico igiuur primò,
quod ipſi Comites tenentur ſtare illi contractui.
tum quia ſunt hæredes in effectu dicti quondam
Co.Io.Gaſparis, ut fuit deductũ in proceſſu. quo
caſu illum impugnare nõ poſſunt. l. cum a matre.
C.de rei uend. cum vulgar.& cum de confeſſione
ipſorum in proceſſu conſtet, quam tamen nixi fue
runt uelle reuocare, illi ſtandum eſt. Præterea & ſi
non fuiſſent illius hæredes. ſed tantummodo ſuc-
ceſſores, tenentur etiam ſtare illi contractui. ma-
ximè cum non fuerit factum cum notabili, & ma
13 gna diminutione † iuriſdictionis. quo caſu loqui
tur Feli.in dubijs citatus.in c. 1. num.5. de probat.
quem ſequitur Rub.Ale.conſi. 50. nu.7. in dubijs
citati, quo caſu tenentur ad obſeruantiam cõtra-
ctus. & non poſſunt ſubditis imponere noua one
14 ra, nec realia, † nec perſonalia, uel mixta, prout
in dicta conuentione diſpoſitum, & conuentum
fuit. Bertrand.ad propoſitum in conſi. 338. num.
3.& ſequen.2.uol.primæ partis. Quod autem ſuc
ceſſor in comitatu de iuriſdictione teneatur ſta-
re contractui prædeceſſoris, etiam ſi non ſit illius
hæres communiter firmant Doct.Cyn. Bal.& alij
in d.l.digna uox.C.de legi. vbi loquuntur in ſimi-
15 libus capitulationibus † & conuentionibus ini-
tis cum ſubditis, & idem tenent Bal.& Caſtr. in l.
fi.C.de tranſact.Bal.in pluribus conſil. & præſer-
tim in 156. ſuper eo in primo dub. ubi magiſtra-
liter loquitur in 3.uol. Idem Ale. ſcribens in con-
tractu facto cum ſubditis.in conſi.16.in cauſa, &
lite pen.col.5. uol. & Bologn. in eodem uel ſimili
caſu in conſi.6.num.27.& Brun.in conſi.33. nu.2.
Boer.d.deciſ.204.num.42. Iacob. Alb. in conſil.
67.in primo fundamento, vbi atteſtatur de com-
* muni. * idem in capitulis & conuentionibus, † q;
16 ſucceſſor ligetur, reſpondit Curt. Iun. conſi. 286.
num.12.3.uolu.Rolan.a Val.conſi.13.num.36.&
ſequen.& 45.num.13.3.uol.Ant.Gab. qui plures
citat.lib.3.ſuarum concluſionum. in titul.de iure
quæſito.non tollen.concl.5.num. 2. & quam con
17 cluſionem loquẽs in huiuſmodi † Comitibus, &
alijs ſimilibus dominis Caſtrorum firmat eſſe ca-
ſum Laurent.Kirco.in 2. tom.comm.opin. prima
Centur. concluſ.96. Adduntur alij moderniores
eandem ſententiam tenentes Burſat.conſi.16.nu.
47.160.num.17.& ſequen.& num. 34. & conſil.
225.num.47.Purpur.conſ.458.num.2. 21.& ſeq.
423.num.2.& 8.& 433.num. 8. Menoch. conſi.1.
num.228.conſi.201.num.178.& ſeq.& 264. nu-
me.18.& ſeq.Cepha.conſi.302.num.115. D. Ri-
min.Iun.conſi.102.num.30.& 315.numer.18. &
19. Deci. conſi.25.numer. 46. primo uolum. 35.
num.6.in 2.13.num.77.& 117.num.9. tertio uo-
lum.Craue.conſi.414.num.11.411.nume.21.&
592.num.39.541.numer.13.& 681.numer.14.&
Plot.conſi.21.num.14. & in confeſſione, quod li-
get ſucceſſorem, tenuit nouiſſimè Borgn.deciſio.
18.nume.9. & 17. & in tranſactione ſcribit etiam
Feder.Scot.in conſi.ſeu reſponſo.42. in fin. ſecun
do uolum. Ex quibus patet nullo modo dubitan-
dum fore, quin dictæ conuentioni ſtandum ſit,
quę tollit omnem difficultatem reſpectu onerum
impoſitorum poſt illam. Quæ omnia rogo, atq;
obſecro. Clariſſimum D.meum, ut uidere, & dili-
genter conſiderare uelit. quia cauſa hæc quę pia
eſt tot pauperum hominum, & ſubditorum, in
qua agitur de angariando illos nimium, & impo
nẽdo onera perpetua. id exigit apud iudicem piũ
& chriſtianum, ut iuſtitiæ & æquitati locus ſit.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ADDITIONES.

a Sæpè hoc eſt traditum a noſtris. Soci.conſi. 187. coln. 8. circa med.in ſecundo. Guid.Pap conſi.primo.num.11. & 67.num.3. ubi hoc caſu negat dari interdictum retinendæ conſi.111.num.20. in 5 Nat.conſi.106. numer. 11.107.ante fin.& 627.num 6 & ſeq.Bertrand. d. conſil.125.col.3 num.2. in fi. ſecundo uolu. ſecundæ part. Rolan conſi.13.num.48 in tertio. Et licet non conſtaret de coactione, & compulſione Dominorum præſumeretur, tamen id quod fuit ſolutum, extortum, ut tradit Bald.in tit. de pace Conſtan.in § pactiones. num. 1. Aret. in conſi.13. Viſo & diligenter conſiderato.in 3. dub.ſecunda col Guid.Pap.conſi.91. num.3. ubi dicit, non ſufficere ſolutiones fuiſſe factas per quadraginta, & quinquaginta annos. Bertrand.conſi 49.num.1. primo uolum primæ par.& 225.num.8 in tertio, ſecundæ par.Nat.conſi.185.in fin.& conſi.408 num. 12. Gram. uot.12.num.2.8.17.& conſilijs ciuil.98.nume 1.6.17. & ſequen.& deciſiuè 147.in prin.num.6.15.& 25. Soci.Iun.conſi.98.num.35.& ſequen.in tertio. Roland.d. conſi.13.num.40.46.& ſequen.Bap. Villaloh. in communiũ opinion. in uerbo Dominus. nume.13. Didac.
* qui dicit communem * in repet. reg. Poſſeſſor. ſecunda par.l.4 num.5.& ſequen.de regulis iuris, in ſexto. Nec hoc caſu pręſcribitur ſine titulo, de quo in propoſito hoc caſu non conſtat de tempore immemoriali, ut per Gramm.Didac.& alios ſupra citatos. nec naſcitur, uel pręſcribitur conſuetudo, uti uiolenta & meticuloſa, ut Nat.trad.d.conſi. 106.num. 11. & 408. numero 13. Grammat.conſi.98.num.4.& 147.nume. 2. & 25. Rol. d.conſi.13.num.49.

b Ex huiuſmodi tamen obſequijs ſubditorum nullum ius quęritur ipſis comitibus, exemplum eſt ſi in gratiam dominorum hoſpitentur amicos illorum iux. trad. per Rip.in c.cum eccleſia.num.41.& ſeq de cauſ. poſſeſ & proprie.Bertrand.conſi.39.num.1.primo uolumin.prima parte.Didac.d § quarto.num.6.& Soci. dict. conſi. 98.num.34.

Sed

Sed quid si obsequia ista præstentur a subditis ex causa remunerationis, quia Domini subditos magno aliquo affecerint beneficio? arbitror ius aliquod tunc posse acquiri, moueor quia huiusmodi seruitia, & operas exigere a subditis nullus pōt sine solutione mercedis, etiam quod Princeps esset magnus, ut trad. Andr. de eser. & Afflic. in tit. quæ sint regal. in uerbo, & plaustrorum, & nauium. in prin. Paris. in d. tract. de syndic in tit. de excess. Baro in prin. num. 6. & 7. Bero. in sæpe allegato consi. in hac causa 81 num. 38. Rol. consi. 49 nu. 18. in 2. at causa mercedis, & causa remunerationis æquiparatur. hinc si quis promittat ex causa, uel mercedis, uel remunerationis, aliquid tenetur facere proprijs impensis, ut declarat Bar. in l si non sortem. §. si libertus. num. 32. ff. de condit. indebi. ubi Ias. post alios num. 18. & sequitur Fe y in c. 1. col. fin. num. 9. de libel. oblatio. eiusdem sententię fuit. Bal in l. liberti, libertęque. nu. 11. C. de oper. libert. ubi firmat, quod si quis promittat opus, puta domum facere debet illam facere suis impensis, & fabris per tex. in l. continuus. § qui insulam. ff. de uerb. oblig. Sed qui promittit operam seu artem, aut facit ex mera curialitate, & debet recipere impendia, aut ex aliqua recompensatione, & id suis impensis faciendum est. l. suo uictu. ff. de oper. liberto. quam opinionem etiam tenuit Roma. consi 346. in hac causa 7. dub num. 15. & in effectu hanc distinctionem approbat. Barb. consi. 42. col. 3. ante fi. & col. seq. in 4. & Cagn. in l. diem functo. num. 102. alias num. 43. secundum aliam impressio ff. de offic. accesso. eādem sententiam. Bald. approbat Saly. Fulgo. & alij in l. quoniam. in. fi. C. de testib. quod & distinguendo firmat etiam Saly. in l. quoniam multa. col. 4. & 5 num 18. & seq C. ad l. Iul. de ui publ. quam etiam sequitur Petr. de Vbald. in tract. de duo. fratrib. 11. par. num. 38. & Iul. Clar. in §. Feudum q 21. in princip. nam quod datur in recōpensationem, uel remunerationem non dicitur propriè dari ex causa donationis, uel liberalitatis, ut Bar. trad. in procem. Digestorum. num. 14. & probatur in l. 1. in princ. ff. de donat. quod uoluit Alex. consi. 216. Nec arguendi. num. 1. in 2.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

De materia consi. 80. & consi. 257. de quibus superius, in eandem causā uberrimè disputatur.

SVMMAE.

1 *Credere nemo debet alicui in sui præiudicium nam.*

2 *Credulitas nimia est inexcusabilis.*

3 *Obligatus ad non faciendum non debet credere relationi alicuius.*

4 *Pœna conuent a etiam si nullius intersit, debetur quando quis est obligatus per uerba pregnantia, & significatiua.*

5 *Credere quis potest honesto uiro etiam in præiudicium alterius.*

6 *Præsumitur quilibet bonus, & honestus.*

7 *Carceratus credens officiali carcerū excusatur.*

8 *Credendum illi est, quem uerisimile est dicere ueritatem.*

9 *Dummodo non faciat tale quid, quod sit expressè delictum.*

10 *Verisimili rei standum est, & credendum.*

11 *Mēdacium non præsumitur referre, qui tenetur de proprio referendo mendacium.*

12 *Homini honesto, & fide degno quis potest credere in præiudicium alterius.*

13 *Et quomodo procedit cōsi. Cast. 295. in primo.*

14 *Contrauenïens fisco, ut puniatur debet considerare damnum, quod patitur ipse fiscus.*

15 *Credendi qui habet iustam causam excusatur à pœna conuentionali.*

16 *Contemnere non dicitur qui iusta credulitate motus aliquid facit.*

17 *Credulitas etiam nimia excusat à pœna legis in delictis.*

18 *Secus si pœna sit apposita in contractu uoluntario.*

19 *Expensæ litis si sunt promissæ in contractu debentur, nec iusta causa excusat.*

20 *Causa iusta an excuset in delictis non autem in contractibus.*

21 *Et quomodo loquatur glos. in l. Titio fundus. ff. de conditio. & demonstrat.*

22 *Fideiussio est necessaria, ut quis relaxetur ex carcere.*

23 *Et hæc fideiussio, quod possit dici potius necessaria quam uoluntaria.*

24 *Pœna conuentionalis, non incurritur propter iustam credulitatem.*

25 *Pœna cōpromissi euitatur propter iustā causam.*

26 *Expensæ sunt soluendæ à succumbente ex statuto, si non adfuit iusta causa litigandi.*

27 *Officiali creditur circa officium suum si est nobilis persona, & digna.*

28 *Et satis est, quod sit uir probus alioqui fide dignus.*

29 *Nam, & famulo hospitis quandoque est credendum.*

30 *Carceratus qui exijt arctiores carceres pp datam fideiussionem non est omnino liberatus.*

31 *Custos carceris habet præsumptionem ob mortem carcerati.*

32 *Et ut illi credatur sufficit quod, habeat qualem qualem curam carceratorum.*

33 *Nuntio non creditur deponenti de re extra curam suam.*

risimile, quòd dictus Capitaneus mendacium re
11 ferret, ex quo ipse teneretur de proprio † si falsum retulisset. d. l. 1. ff. de eo per quem fact. erit. & nō est præsumendum, quod uoluerit suum iactare. l. cum de indebito. ff. de probat. certè iusta fuit ipsius carcerati credulitas. vt excusetur à pœna. Nec hoc casu potest dici nimia credulitas, uel īexcusabilis, vt in casu d. §. plectitur. qui tex. facit etiā pro hac parte, ut nimis credulus excuseiur à dolo. ut teti gi in secundis allegationibus.

Ad secundam partem dubij de doctri. Feli. in d. c. cum contingat. num. 4. quę fuit fundata in cō sil. Castr. 295. in primo. fuit etiam responsum in secundis allegationibus, quod ipsemet Fel. & alij alibi aliter tenent, & melius, præterea quod casus Cast. a nostro est multum diuersus. quod enim conclusio il la. quod quis non teneatur credere in præiudicium
12 tertij, limitetur quando quis audiuit † a probo, & fide digno, ultra doct. in d. l. prima. tenet ipsemet Fel. alias citatus in c. licet Heli. 6. not. & in ca. per tuas. il 2. nu. 1. uersic. glos. prima. de Simon. Cuius mentis uidetur in c. de quarta. nume. 24. Vbi Paris. nu. 7. de prscrip. & idem tenet Ant. Gabr. alias citatus tit. de crimina. conclusione 8. nu. 46. post Bal. per eum citatum. Quæ opinio hoc casu uerissima, est cum concurrat, quod ipse carceratus credidit officiali & custodi suo. & in re omnino uerisimili, ut supra fuit ostensum.

Quod modo consilium Castr. loquatur in diuersis terminis, fuit etiam responsum in secundis allegationibus, & nūc etiam comprobatur, nam
13 considerandus est actus qui fit † per credentem ex causa ipsius credulitatis, an noceat, uel possit nocere tertiò, ut in casu Castr. in quo gentes armatorum receptabantur, quæ poterant nocere alteri, cui fuit facta promissio. præterea expresse per alteram partem fuerat illi intimatum, quòd nec consensum, nec licētiam dederat, unde debebat omnino abstinere & obseruare conuenta. At in proposito in casu isto factum est penitus diuersum. actus enim exeundi dicto Camerino factus per carceratum, ut frigus opacū acciperet & ualetudinē corporis seruaret. nec nocuit, nec potuit nocere fisco. quia quod fuit magis, ut etiam alias dixi, ex quo si obijsset uix fiscum obolum fuisset consequutus. præterea nec fuit ipsi creden ti nuntiatum, quòd Magnificus D. Nigrellius nō concessisset uel licētiam non dedisset, igitur illud cōsilium & auctoritas Castr. 2. Fel. illud sequentis. non officit ex regula, uulgata ex diuersis non inferri. l. Papinianus exuli. ff. de mino. nam & hoc casu licet quis non obediat præcepto, uel contra ueniat conuentis ad excusandum illum à pœna.
14 consideratur † damnum quod ex eo actu patitur fiscus. ut per Craue. ad propositum, & alias allegato. consi. 3. nu. 25. & Pet. Foller. in sua practi. cri mi. in uerb. fragmentorum pars. num. 66. Et probatur hæc opinio in d. c. licet Heli. Vbi est tex. & not. Doct. & in c. si quid uero. dist. 86. ubi non est facile credendum, quod clericus delictum commise rit. nec propterea superior debet ad uindi ctam accendi. nam hoc casu cum iudex uel superior facilè credit id in damnum tertij redūdat. quod si casu isto non potuit euenire, igitur cessat omnino opinio. Castr. & aliorum & regalia, quod non sit credēdum alteri in præiudicium tertij. & hic pūctus in hac causa est substātialis, & soluit omnem nodum omnium difficultatum, & propterea ad ipsum est bene ani maduertendum.

Et ex ista respōsione tollitur etiam tertia pars dubij de uerbis prægnantibus ostēdentibus animum promittētis, etiam quod nō interesset alicuius, ex quo pœna uidetur addita ratione cōtemptus magis, quàm interesse, ut ex Paris. & d. decisione Pedemont. citatis deducitur. nam uerba generalia, & prægnantia non faciunt quod quis non excuse
15 tur à pœna, si habuit iustam causam † credendi alicui, ut in terminis in pace, respondit Paris. con si. 165. nu. 29. 3. uol. in cuius casu erant apposita uerba generalia & prægnantia, ut in eo consi. nu. 7. & licet pœna sit addita ratione contemptus. illa tamen nō debetur per eum qui ex iusta credulitate motus aliquid facit. nec enim dicitur conte-
16 mnere † & ad hoc faciūt trad. in d. l. 1. per doct. & per Tiraquel. loco præcitato.

Secundò principaliter dubitatur distinguen. quòd aut agitur de excusando Clauenam, ut cōmentariēsis teneatur eidem ob denuntiationem ei factam, aut ut euitet pœnam promissam. & in primo casu, qui est casus. d. l. primę. nō uersamur. In quo erit inspiciēdum, an fuerit ī dolo nec ne. in 2. casu subdistinguitur, quia aut sumus in delictis, aut agitur de pœna apposita in contractu vo luntario. primo casu quęlibet causa & credulitas
17 etiam nimia, & fama excusat nimirum † quia non committatur sine dolo, & a dolo, quęlibet causa etiam iniusta excusat Doct. in d. §. plectit. Clar. in q. 60. uersi. & generaliter per ibi allegata. secundò, casu qualis sit illa credulitas iniusta uel iusta non excusat, ex quo cuilibet referēti non est credendum. Inno. in d. c. proposito. de coniug. seru.
18 sic in contractu uoluntario † declarat Bald. in l. hodie. §. cautione. nu. 2. uersi. cir. hunc articulū. C. de appella. Dec. in l. qui cum alio num. 4. ff. de reg. iur. & sic distinguit ille. numer. primo. idem & latius. Alex. consi. 119. num. 18. in 2. & ratio est, quia mitius agitur cum lege, quàm cum hoīe per allegata per eum ibi. Vbi dicit idem seruari in expensis, & alijs exemplis trad. passim per docto. un de licet excusaretur ab expensis credendo aduocato celeberrimo, uel habens iustam causam liti gādi. secus tamē est si sunt promissæ in cōtractu,
19 † quia omnino debentur, idem Alex. in cons. 37. nu. 34. 2. uol. cum multis citatis in additionibus. ibidem in uerb. peruenisse.

Pro huius dubij dissolutione respōndetur ad primam distinctionem, quod agitur de utroque puncto, ut in primis allegationibus tetigi. nam primo prætenditur ipsum Clauenam omnino fuisse impunibilem & excusatum ob hanc iustam excusationem

30 qui in alijs allegationibus † ex doctri. Barto. communiter * recepta in l. si vt certo. §. si deme. nu. 2. ff. commoda. Et licet si aufugisset carceratus ipse Commentariensis forte non posset teneri ex quo fuerat positus in loco aperto. tamen negari non potest quin ipse haberet de eo curam. & custodiam talem qualem, deferendo ei uictum & alia obsequia præstando iux. l. primam. C. de custod.
31 rer. qui si in carcere obijsset † credendum ipsum Commentariensem habere præsumptionem iuris supra se, sicut habet respectu aliorum carceratorum Lancel. Conrad. in suo tract. crim. in ti. de carceratione. nu. 26. nec est necesse. q custos carceratorum teneatur de eorum custodia, vt sibi sit credendum, sed sufficit, quòd habent qualem qualem curam illorum etiã charitatis gratia, ut
32 euenit in muliere † illa de qua scribit Lap. in allegata allegatione. 126. quem ualde commendat Tiraquel. in d. caus. 51. num. 32. & de famulo hospitis, qui etiam vt expertus habebat notitiam hospitij, quòd hospites iuste tanquàm bono viro debuerint credere trad. Decia. d. consil. 29. numero. 18. & 19.

Quartò loco additur in dubijs, quòd non stafstatur dicto officialis nisi in pertinẽtibus ad eius officium, ut in nuntio respectu citationis non autem si dixerit citatum respondisse se nolle uenire
33 uel si deponat † extra curã suam, ut per Tiraque. in tracta. de retract. ti. 1. §. 8. gl. 9. Vbi per multos numeros, immo, & tunc creditur, cum tractatur de minimo non de aliquo actu graui, vt per eundem. num. 7. & 30. & sic crederetur isti deponendo aliquem in arctiorem uel laxiorem carcerẽ non autem cum tractatur de facto, & licentia iudicis. quia non potest dimittere aliquem è car-
34 ceribus absque licentia † quæ in bulletino in scriptis esse debet. Ant. in tracta. malefi. in verb. fama publica. num. 90. & ibi in addit. nu. 92. prout videmus practicari. ergo de pertinẽtibus ad eius officium non est q relaxaret, & ei crederetur. un-
35 de multo minus † ei erat credendum, vt considerat Bursat. consi. 510. num. 24. cum ageretur de licentia expressa in instro contenta, & omnino dependente aliunde quàm ab officio custodis. unde ad eam probandam si nõ aderat scriptura, exigebantur testes. Sed & hoc dubium alias in secundis allegationibus fuit sublatum. nã animaduertandum est q hic multa concurrunt. primo, q dictus Commentariensis est homo probus, & fide dignus habebat officium huius custodie. & affirmauit rem uerisimilem, quæ nec fisco nec alij nocebat. adeo q iusta fuit Claneñe credulitas. Et licet nũcius non possit excedere limites sui officij, nec ei sit credendum. in connexis tamen mul-
36 ti tenent eidem esse credendum, † ut per eundẽ Tiraquel. in loco primo num. 17. & per Alcia. in tracta. pręsumptionum regula. 3. præsumptione 14. num. 2. & sequen. & iuste potest dici hoc esse de commexis sui offitij præter id, quod relatio nuntij si sibi credatur potest ualde citato obesse. & hic nulli nocuit relatio uel denuntiatio ipsa. Et quicquid sit de nuntio, sat nobis est quòd in ueri si. casu doct. considerant officium referentis qualequale sit, vt maior fides illi adhibatur, & iustior sit credulitas credentis, ut supra quod tanto clarius procedit, quãdo officialis affirmat id habuisse à superiore, & superior ipse est in ciuitate, vt ex Gram. alias & supra deductum fuit. Quod autem additur de bulletino ex Aret. in d. tracta. iudicio meo, ut etiam alias respondi, non facit ad propositum, ex quo hic non agebatur de relaxatione ipsius carcerati qui nec etiam clausus erat in Carcere. sed de dimitten. Ianuis clausis, & tẽpore noctis ad spaciandum in loco laxiore, ut re frigeraretur aliquantulum, & exinde ad suũ locũ rediret. quod certè fuit & æquum, & pium, nec iudicio meo, meruit iste Pauper Clauenna tanq̃ scelestus tam & tantam molestiam, & uexationem pati. ob tam leue factum, in quo nec inobedientia nec contemptus alicuius concurrit. Et cũ ipse Commentariensis deponat ueritatem contra se ipsum super hoc facto, nõ est opus alia probatione instrumentali uel testium.

Postremo loco non obstat, quod allegatio pre-
37 fata Lap. 126. non uideatur † quadrare huic casui, ex quo illa matrona referẽs erat nobilissima unde nõ credidit ei ille sacerdos propter officiũ. sed ratione qualitatis. preterea agebatur ibi de incurrendo pœnam ex dispositione iuris, & erat probabilis credulitas ob absentiam alterius sacerdotis, & agebatur de foro pęnitentiali, & ueri simile erat, quod sacerdos ille absuturus licentiam dederit ob dubium mortis uolentis suscipere eucharistiam. Namque respondetur, quod immò illa Lap. allegatio optimè conuenit huic casui, & illum decidit, cum sit longe in fortioribus terminis. Namque primo ibi mulier erat quæ referebat commissionem, seu licentiam illius pre-
38 sbyteri. hic fuit uir † cui magis est credendum, quam mulieri. Bal. in l. si. ff. de fide instru. in fi. Ant. Gabr. tit. de testi. conclusione. 4. nu. 38. nec dubium est, quod inspecto officio custodi carcerum potius uideatur credendum, cum ex suo officio posset teneri. quod non erat in illa matrona. & in primo casu erat factum uerisimilius, quam in illo ex quo de proprio ille teneretur, nec sat esset bona sua ad luendum pęnam, ut supra, nec in eo casu Lap. fundauit se tantum in nobilitate quantum etiam in officio, ut nume. 3. uer. reducend. in fi. Vbi citat. c. fraternitatis. de frigi. & malefi. nec differentia illa quę fit inter dispositionem hois, & legis est communiter recepta quin ĩ utraque iusta causa iuuet, ut alias, & supra deductum fuit. Ex quibus arbitror cessare omnes difficultates, & apertam apparere iustitiã ipsius carcerati, quod uenit absoluendus à dicta pęna. præter plura alia quæ in alijs allegatioinbus adducta. fuere, quæ illic uideri possunt.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Pen-

Pendet adhuc indecisa hæc cōtrouersia pro qua toties est scriptum.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Contraueniens præcepto, & uoluntati testatoris quando teneatur ad pœnam.
Delinquens, an possit cōparere per procuratorē.
Iudicium ciuile, an impediat criminale, & quomodo duo iudices delegati debeant procedere, quo ad processum, & carcerationem.

SVMMAE.

1 *Ignorantia præsumitur in hærede succedente ab intestato.*
2 *Interpellare debet hęres ad obseruādum uoluntatem testatoris.*
3 *Contrauentio est probanda per allegantē illam.*
4 *Negatiua, quod quis non obseruauit uoluntatem testatoris est probanda.*
5 *Et ita plenè, ut nec iuramentum deferre possit.*
6 *Pœna contrauentionis non committitur nisi dolo uel fraude fuerit contrauentum.*
7 *Causa iusta excusat hæredem contrauenientem uoluntati testatoris.*
8 *Molestatio illa intelligitur prohibita, quę malo animo, & malo modo fit.*
9 *Et intelligitur nisi culpa procedat molestare prohibiti.*
10 *Sicut non comprehenditur molestia iuris.*
11 *Reus in causa capitali non admittitur per Procuratorem.*
12 *Maximè si ex statuto contumax habetur pro confesso.*
13 *Reus non potest impetrare, ut personaliter non compareat.*
14 *Ciuile iudicium non impedit criminale si agatur ex diuersis uactu.*
15 *Criminale iudicium non impeditur per ciuile quando processum est per iudicem ex officio.*
16 *Appellatio, quod sit prohibita in criminalibus ualet statutum.*
17 *Et est prohibita in crimine lęsæ maiestatis.*
18 *Crimen læsæ maiestatis committitur etiam contra Principes inferiores.*
19 *Confiscantur bona ipso iure in crimine lęsę maiestatis.*
20 *Attentare non dicitur iudex uel pars. si appellatio est prohibita.*
21 *Iudices habent eandem authoritatem quibus facta est delegatio per nomen collectiuum.*
22 *Inquisitor, & episcopus, qui cognoscūt simul de hæresi debent concordare de communi loco, & carcere.*

CONSILIVM CCCCXXII.

Memorabor Domine iustitia tuæ solius.

Vt viri Illustrissimi petitionibus satisfaciamus uniuersam consultationem partimur in quatuor capita, seu dubia principalia.

Primò itaque quæritur, an Illustrissimi Comites teneantur ad pœnam de qua in testamento, ex quo non obseruauerunt uoluntatem, & dispositionem ipsius Illustrissimi D. Testatoris. In qua re dicimus ante omnia constare debere, quod ipsi Illustrissimi D D. Comites habuissent scientiam de dispositione ipsius testatoris, quia igno-
1 rantia prę sumitur† in hærede qui ab intestato sue cessit. l. cum qui. ubi Docto. ff. si cert. peta. tra. Bar. & alij in l. qui Romę. §. duo fratres. in 3. q. ff. de uerbo. obliga. Bar. in l. genero. ff. de his qui not. infam. Curt. 8. nu. 1. Alb. consi. 48. nu. 17. Post cōs. 53. nu. 11. & propterea debent tali casu hæredes
2 interpellari ab obseruandum uoluntatem† testatoris. Bar. consi. 137. statuto communis. 2. dub. Et quod hęres contrauenerit, hoc fine dubio debet
3 probari per allegantem cōtrauētionem, † ut per Bar. in d. consi. 4. dub. & debet etiam probari negatiua, quod hęres non seruauerit dispositionem
4 testatoris. † Corn. consi. 132. 2. col. primo uol. & consi. 105. col. pe. in secundo. cum alijs citatis per Tiraquel. in tract. de retract. tit. primo. §. 32. glos. unica. nu. 95. quod adeo plene est probandū, ut
5 etiam † iuramentum in supplementum deferri non possit. Bal. in l. unica. 2. col. nu. 6. C. de his quæ pœn. nomi. sequitur Dec. in l. factum. §. in pœnalibus. nu. 9. ff. de reg. iur. Nam & talis pęna contra-
6 uentionis † nō cōmittitur, nisi dolo, uel fraude cō traueniatur. Alb. consi. 97. nu. 35. Vnde si aliqua
7 iusta causa motus sit hæres † ad contrauenieādum excusatur. Ias. post alios in auth. hoc amplius. nu. 6. C. de fideicōmissis. Nec enim tales prohibitiones de non molestando hæredes, uel legatarios per testatores factæ debent intelligi, nisi de his
8 quæ malo animo, & malo modo fiunt † alioqui pœnam non merentur. Bal. in l. unica. nu. 27. ubi etiam alij sequuntur Cuma. consi. 51. quod D. Ambrosius. nu. 3. Capr. consi. 9. nu. 8. Barbat. consi. 59. col. antepen. circa med. primo uol. Dec. cōs. 565. nu. 2. Rui. consi. 202. nu. 8. in 2. 43. nu. 20. in 4. Soci. iun. consi. 115. nu. 28. in primo. Pic. in l. Titia.

§. Titia.

§.Titia.9.54.nu. 146. ff. de lega. 2. Crauet. conſi.
187. nu.7.Didac.in c. Rainaldus. §. 1.nu.8.de te-
ſtamen. ac Bero. conſi. 2.nu.9. in 3. Præterea de-
bet intelligi niſi culpa hęredis,uel legatarij mole
9 ſtari prohibiti†moleſtatio procedat Bal.in l.3.pri
mo.not.C.de nautic.fœno.Capr.d.conſi. 9.nu. 8.
10 ſicut non comprehenditur † moleſtia iuris, ut
per Rui.d.conſi.43. nu. 20.& Duran. in tract. de
atr. teſtan. tit.8.caut.3.in prin.cum alijs trad. per
D.Simo. de præt. in ſuo tract. de interpreta. ulti.
uolūta.lib.4.interpreta prima dubita. 10.nu. 85.
& ſeq.ſol. 416. Vnde cum iuſta cauſa nempe ob
delictū D.N. illū moleſtauerint ceſſat diſputatio.

Secundum ſuccedit caput,an ipſe D.N. com-
parendo coram Excellen.D.Duce Parmæ,& Illu
ſtriſs.ſenatu Mediolani iudicib. delegatis ab in-
uictiſſimo cęſare,cum tractet de defendendo ſe
in cauſa criminali,debeat perſonaliter compare
re,& non per procuratorem, & in carceres ſe cō-
mittere alioqui non audiendus ſit.Cuius dubij fa
cilis eſt ſolutio,ſiue inſpiciamus ſtatuta Terræ.P.
quibus ſuppoſitus eſt ipſe.d.N. ut ſubditus dicto-
rum DD.Comitum ſiue iuris communis diſpoſi-
tionem,qua cauetur reum in cauſa capitali non
11 eſſe per procuratorem †admittendum.l. pen. §.
ad crimen. & ibi gloſ.Docto.ff.de publi.iudi. glo.
& Doct. in l.ſeruum quoque. §.publice.ff. de pro
cura.Cæpol.conſi. 45.nu. 6.7.Boſſ.in tit.an in cri-
mi.iudi. quis poſ. pro abſen. interue.nu. 1.clar. in
pract.crimi.in §. fi.q.32.in pri.Ant.Gabr. in tract.
concluſ. libr.7. tit. de crimi. concluſ.9.in prin. &
Decia.conſi. 18.nu. 178.& 200.& ſeq.in primo.
ubi idem uoluit procedere etiam in minore.quę
concluſio tanto clarius procedit ſi in loco extat
ſtatutum, ut hic ſupponitur extare, quod contu-
12 max†habeatur pro confeſſo.nam eo caſu com-
* munis*eſt opinio pro hac parte, ut per Clar. in
d.q.verſ.hæc autem concluſio. poſt med. ubi di-
cit ſeruādum eſſe in pratica, quinimo non poſſet
13 reus impetrare ne teneretur perſonaliter † com-
parere Io.Mille.in pract.crim. in rubrica. denun-
cia.formu.nu. 4.fol. 14.

In tertio dubio ſtante delegatione primæ ap-
pellationis interpoſitæ à ſententia lata in cauſa
capitali cōtra d.D.N.cum illa clanſula (ſalua pē-
dentia litis in cauſis ciuilibus inter partes uerten
tibus) an iudicium ciuile impediat criminalem,
concludendum eſt, quod not.maximè cum aga-
14 tur†ex diuerſis factis.l.unica. C.quādo ciuil. act.
crimi.pręiud.Nat.conſi. 138.nu.4.& ſeq.Iul.clar.
in d.§.fi.q.2.in prin.& Rober. lancel. in tract. de
attenta. c.4. limita. 23.nu. 5. Quod tanto clarius
15 procedit quando ex officio eſt proceſſum † per
iudicem,eo enim caſu iudicium criminale per ci
uile non impeditur, Bal.in l.1.3.col.ſub nu.6.ver.
uel pone. C.de appellatio. Ange.in tract. maleſi.
in gloſ.nec non ad querelam nu.89.ubi Augu. de
Arimi. in additio.Petr.Ant.Anguſc. lib. 1. conſi-
liorum conſi.6.nu.9.10.Nat. d.conſi. 138.nu.12.
Lancellot. d.limita.23.nu. 19.

Quartum eſt dubium, an cōfiſcatio bonorum
ipſius D.N.facta per dictam ſententiam tāquam
quid attentatum pendente ſorte appellatione in
terpoſita pro eius parte,& termino ad appellan-
dum debeat in primis,& ante omnia reuocari.in
quo cum appellatio ſit prohibita in cauſa crimi-
nali ex forma ſtatutorum P. quibus ſuppoſitus
eſt d.D.N.ceſſat omne dubiū,tale enim ſtatutum
16 ualere†ambigendum non eſt.Car.in d. §.fi.q.54.
verſ.cæterum, quod etiam eſſe de iure communi
propter imanitatem criminis læſæ maieſtatis ali
17 qui†uoluerunt. Are.in tract.maleſ.in verbo præ
ſente Caio, & appellante col.4.ibi in additio. &
Capit. deciſ. 130.nu. 64. quod quidem crimen
18 † committitur etiam contra Principes inferio-
res, Soci.iun. 105.nu. 10.& ſeq.in 3.ubi conſuluit
contra ſimile delictum cōmittentem, & Iul. clar.
in pract.in §.læſæ maieſtatis.in verſ.dubiū, & ob
19 quod bona delinquentis ipſo iure†confiſcātur.l.
quisquis in prin. C.ad.l. Iul.maie.Soci.conſi. 22.
col.3. verſ. ſecundo principaliter. in primo. uol.
Soci.iun.d.conſi. 105.nu.21.& 49.Bero.conſ.61.
nu.9.& 76.nu.56.in primo.& Clar.in d.§.ver.prę
terea. Cum igitur fuit appellatio prohibita a.d.
20 ſententia non dicitur† iudex attentare,uel pars,
Rober. Lancello.d.tracta.de attenta.c.12.4.am-
plia.nu. 18. & ſeq. quod procedit etiam ſi appel-
latio tantum admitteretur quo ad effectum deuo
lutiuum non etiam ſuſpenſiuum, ut trad. Didac.
pract.quæſtio.c.23.nu. 7.

Vltimum dubium cōcernit proceſſum facien-
dum coram Illuſtriſſimo,& excellētiſſimo D.Du-
ce prædicto.& Illuſtriſſimo ſenatu Mediolani co
ram quo ſcilicet ſit facienda pręſentatio,& apud
quem ex eis ſit carcerandus ipſe reus. & in hoc
eius ſum ſententiæ, quod ſtante commiſſione fa-
cta.d.excellentiſſimo. Duci, & d. Illuſtriſſimo ſe-
natui per nomen collectiuum.cum tātam autho-
ritatem habeat in ea cauſa ipſe excellentiſſimus
21 Dux. quantam habet totus ipſe ſenatus † ſimul
ſecundum Bal.& alios in l. fi. per illum tex. C. de
impu.& al.ſubſtit.ubi Iaſ.nu.5.& Curt. iun.nu.23.
Fely. in c.Paſtoralis nu. 9. & ſeq. de reſcript. de-
beant ſimul concordare de loco, & cōmuni car-
cere habendo,ut ius canonicum diſponit quan-
22 do cauſa hęreſis cognoſcitur per epiſcopum† &
inquiſitorē,ut clem. 1.§. ſane.de hæretic. qui tex.
intelligitur etiam de carcere ad cuſtodiam, ut in
Direct.inquiſito. 3. par.9.58. verſ. carceres, & in
oper.iudicia.inquiſit.Vmber.locat.in uerbo car-
cer.nu. 15. non autem quod magis coram uno
quam coram alio ſit facienda præſentatio,& car
ceratio cum habeant parem authoritatem, ut ſu
pra. Et ex his arbitror breuiter omnibus eſſe re
ſponſum, ac ſatisfactum.

Laus Deiparę Virgini.

Clau.Bertat.

ARGV-

ARGUMENTUM.

Conductor ad longum tempus quo modo possit incidere arbores, & non teneatur ad pœnam priuationis tanquam qui damnum dederit.

SUMMAE.

1 *Damnum datum fuisse in primis cõstare debet.*
2 *Damnum est diminutio patrimonij.*
3 *Conuentum quid sit optime sequens obseruatio declarat.*
4 *Deterioratio maxima esse debet, ut quis iure suo priuari possit.*
5 *Demnificantis dolus adesse debet, ut ipse pœnam incurrat.*
6 *Ab illo autem quælibet iusta, & iniusta causa excusat.*
7 *Colonus non tenetur de leuissima culpa.*
8 *Iudex potest se informare, an incisio facta fuerit secundum solitum.*
9 *Incisio si facta fuerit iuxta solitum emphyteota, uel alius non tenetur ad aliquid.*
10 *Et potest fieri incisio ne dum ramorũ sed etiam à stipite.*
11 *Doctor loquens per uerbum (forte) quo ad ipsum tamen dicitur decidere.*
12 *Conductor ad longum tempus est dominus utilis dominij.*

CONSILIUM CCCCXXIII.

In Domino confido.

ARBITROR istum de prænidis accusatum pro parte istorum nobiliũ de Molcijs omnino absoluendum esse, Nanque certum est, quod in primis,
a & ante omnia a constare debet damnum fuisse da
1 tum † per Bar. in l. diuus, ff. de testam. mili, & per Dec. in consi. 410. nu. 7. quod etiam fatetur Magnificus D. Aduocatus aduersarius, sed de damno uideo probatum in processu, damnum b enim
b
2 est diminutio † patrimonij. l. 3. ff. de damn. infect. sed licet iste colonus inciderit ramos arborum raborearum pro lignis conficiendis fortè ascendentium ad currus duos lignorum, non uideo in quo domini directi damnificati fuerint, cum ad ipsos non pertineat de fructibus istarum arborum. cum enim iste colonus, & antecessores sui tantum tertiam partem reddiderint dominis eorum fructuum, qui nominatim in instrumento exprimuntur non autem appareat unquam ligna, uel glandes persoluisse, quod non puto per aduersarios negari, & testes etiam ipsorummet fateri uidentur, quæ obseruatio subsequuta est op-
3 tima † interpres conuentorum in instrumento, ut per Craue. consi. 101. nu. 3. certum est, quod ex huiusmodi incisione ipsi Domini nullum interesse iustè prætendere possunt, bene uerum est, quod colono ad longum tempus, emphyteutæ, & similibus, qui habent ius etiam in re, non licet incidere arbores ad stipitem, & rem domini de
4 teriorare, notabili deterioratione alias iure † suo priuari possunt. iuxta trad. per Doct. in autẽ. qui rem. C. de sacros. eccle. maxime concurrentibus illis trib. quæ ibi Bal. trad. quem cæteri sequun-
c tur. c sed quod nõ possint incidere aliquot ramos pro lignis comburendis quando non deterioratur res conducta nullus negat. & maxime id uerissimũ est, cum nulla pars lignorũ uel fructuum istarum arborum debetur dominis, ut ĩ casu isto, quo casu nullum possunt prętendere interesse ex tali incisione, cum in nullo damnificetur res sua. Concludendum est igitur nullo modo istum colonum posse pro huiusmodi facto teneri, quia res non est deteriorata per incisionem arborum, & magnam damnificationem aptam ad eius priuationem non etiam propter modicam, ex quo nullum ex ea prætendere possunt interesse dicti domini ex quo, uel de lignis incitis, uel de fructibus huiusmodi arborum nulla pars ei debetur.

Præterea ex quo statutum imponit pœnam damnificanti fisco applicandam, & extraordina
5 riam, dolus damnificantis adesse debet, † ut in pœnam incurrat, ut in proposito trad. Dec. in consi. 83. col. 2. ver. 3. respondetur. à quo dolo quælibet
6 iusta † & iniusta etiam causa excusat, ad not. in l. iustè possidet, ff. de acquir. pos. & in alijs locis, & in casu isto non constat de dolo, nec etiam de culpa saltem leui dicti incidentis, qui fatetur iuxta solitũ huiusmodi arbores putasse, nec contrarium probatum apparet licet id affirmet dominus aduocatus aduersarius, quod probandum erat, pro uictoria accusantium. de leuissima autem culpa
7 non tenetur colonus † licet etiam de ea non constet. l. contractus ubi id extendit Cagnol. etiã ad eam quæ in faciẽdo consistit. nu. 66. ff. de reg. iur.

Rursus si uerum est, (ut mihi in facto affirmatur) quod iste colonus, & sui antecessores semper fuerint soliti incidere ramos arborum pro lignis ab igne tempore putationis arborum, de quo potest Magnificus D. Iudex assumere informatio-
8 nes, cum oporteat † iudicãtem cuncta rimari. 30. q. c. Iudicantem. & trad. Bal. in l. ampliorẽ in pri. C. de appel. Alex. in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damn. infect. & Crot. in tracta. de testi. nu. 265. nulla superest difficultas, quin sit reus accusatus absoluendus, & ad hoc faciunt quę trad. Cur. sen. in consi. 71. nu. 28. ubi firmat cõductorem, & em-
d phyteutam incidẽtem ligna d etiam à stipite iux-
9 ta solitum non teneri † in aliquo domino. & certè iniquum uideretur, quod iste colonus, & antecessores sui per centum annos, & ultra plantauerint huiusmodi arbores, & alias iam consumptas, & eis

& eis non liceret aliquos ramos ex eis pro lignis
10 ad usum ipsorum incidere, †cum tamen censuerit Alex. in addit. ad Bar. in l. in fraudem. §. fi. ff. de iur. fisc. etiam ad stipitem incidere posse, & licet
11 loquatur per urbum forte, tamen quo ad †ipsum tem decidit ut per Soci. consi. 93. colu. 10. Cassado. in tit. de præben. decis. 3. num. 30. ex quibus resideo in ea sententia, ut dictus accusatus veniat absoluendus, cum non constet de damno, uel interesse accusantium, de dolo, uel culpa accusati, & licuerit eidē iuxta solitū talē incisionē facere.

Nec responsiones Magnifici Aduocati aduersarij obesse uidentur, vel conclusionem prædictā dubiam reddūt, quia posito, q̄ nobiles della Moltia sint Domini huiusmodi terrarum, & accusatus colonus, vel conductor. negari non potest q̄n
12 ipsi sint domini directi, & ipse qui successit †in cōductione antecessorum suorum utilis, ad not. per omnes in d. auten. qui rem. per Boer. decis. 238. & Bellon. consi. 21. num. 8. Paris. consi. 33. uolu. 4. Quo fit, ut statutum permittens accusare damnū dantes etiam pro modica re, non habere locum in hoc casu, in quo licet colono ad longum tempus habenti ius in re plura facere, quę extraneus, uel colonus simplex non potest, & tanto magis hoc uerum est, cum nihil intersit domini, ad quē nec ligna, nec glandes pertinent, ut supra, ultra q̄ alia de quibus supra etiam concurrunt ad absolutionem accusati.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Fuit absolutus iste conductor penitus ab iniusta accusatione.

Clau. Bertaz.

ADDITIONES.

a Hoc autem damnum est probandum à Domino, ut per Redoan in tract. de rebus. eccles. non alienan. in Rubrica de caduci. ob deteriorat. nu. 23. fol. 508. probatio autem ut sit concludens, debet probari quòd arbores incisæ erant utiles fundo, & fructum reddebant. nam cum liceat emphyteotæ arbores uetustas incidere, & in eorū locum alias substituere, ut per Castr. in l. diuortio. §. si fundum. nu. 2. ff. solut. matr. Rim. sen. consil. 74. nume. 16. Nat. consi. 477. num. 9. & 482. num 3. Rol. consi. 49. nu. 20. in 2. & Redoan. ibid. num. 13. fol. 510. & idem, est quando umbra est nociua fundo. Redoa. ibid. post Tiraquel per eum citatum Bologni consi. 67. ante fin. Angussol. consi. 23. num. 10. lib. 2. Petr. Io. Ancha q 73. num 4. lib. 3. Scot consi. 6 num 46 lib. 6 primo tom. & consi. 12. num. 23. & seq in 2. tom. lib. 5 cum itaque possit incisio fieri in casu licito, probatio debet necessario concludere. l. non hoc C unde legi. & c. in præsentia. de probatio. nam non pręsumitur, quis delinquere, & actus præsumitur licitus nisi probetur contrarium. Bart. in l. non solum. § Sed ut probari. ff. de operis nou. nuntia. Alcia. in tract. præsumpt. reg. 3. præsumpt. 1. num. 2. 3. & seq & idem esset dicendum si arbores incisæ a colono plantatę fuissent, ut per Redoa., loco pręcit. num. 8. Anguss. d consi. 23 nu. 10. Crot. consi. 115. nume. 8. Franc. Bec. consi. 33. num. 47. alio etiam casu est licita quando incisio arborum fit pro constructione, aut reparatione ædium, ut per Redoa in d. Rubrica. numer. 5. & 22. Crot. d. consi. 115. numer. 5. Ioseph. ludo. decisio. Ducens 8. num. 8 Scot. d respon. 12. num. 19. & seq.

b Vt ergo appareat an sit diminutum patrimonium ex facti euidentia, erit dispiciendum an prædium sit maioris ualoris, & æstimationis tunc quàm esset tempore concessionis. nam si aliquo res est deteriorata, & in alio meliorata fit compensatio. Corn. consi. 67. 2. col. uersic. 30. pręmisso in 2. Rimi. d. consi 74 num. 17. Redoa. d. Rubrica. num. 16. in fi. & num. 21. Crot. d. cons. 115 nu. 8. Angussol. consi. 16. num. 3. lib. 7. Ioseph. d. decis. 8. nu. 21. & Scot. d. consi. 6. nu. 35. & seq. & consi. 12. num. 24. nam, & concludunt Docto. in hac materia concorditer quòd si res reperiatur in eadē æstimatione pro ut erat tempore contractus licet in bonitate intrinseca sit facta deterioratio, non dicatur deteriorata. Dec. in Auth. hui rem. nu. 4. in fi. C. de sacro. sanct. eccle. Ioseph. decis. Perusi. 22. num. 3. & Scot. d. respon. 6. nu. 34. Cum enim emphyteota, uel colonus in loco arborum incisarum alias surrogauerit cessat priuatio, ut per Rol. d. consi. 49. num. 20. Anch. d. q. 73. nu. 4. Ioseph. decis. Perusin. 94. num. 13. ubi declarat num. 15 & seq. habendam esse rationem arborum incisarum, & plantatarum.

c Est tamen uerissimum quòd incisio arborum uirentium facit ne dum locatorem ad breue tempus, sed etiam ad longum tempus conductorem emphyteotam, & alios habētes utile dominiū cadere à iuribus suis. l. in fraudē, §. conductor. ubi Bar. ff. de iur. fiscē. Auth. qui rem. ubi omnes. C. de sacrosanct. eccles. Rui. consi. 58. num. 3. 4. in primo. cum alijs abunde citatis per Tiraquel. in tract. de retract. tit. 2 § 3. gl. unica. num. 23. Menoch. in tract. de arbitr. iudic. lib. 2. cas. 78. nu. 8. Idem tenet Rol. cons. 40. num. 6. in 4. quæ opinio est communis, * ut per Lauten. Kircho in suis commu. opinio. centur. 5. conclus. 39. Emphyteota Redoan. in d. tract. in tit. de caduci. supra allegato in prin. num. 9. & seq. & in §. sequent. num. 3. Burlat consi 91. num. 3. & seq Et tanto magis id procedit in simplici conductore uel colono ad modicum tempus. is enim proculdubio in re minorem habet potestatem, ut trad. Docto. in l. diuortio. §. fundum. ff. solut matr. & ad propositum Redoa. in d §. 2. incipiente, & ut discurratur. num. 14. ubi citat tex. in l. si Marcellus § si conductor. ff arbo. fur. Cæsar. Nec per receptionem pensionis censetur caducitas remissa, si eo tempore non sciuit dominus plene has incisiones, neque n. iniuriam remittere censetur, qui de ea non fuit informatus, ut trad Rip. in l. fi. num. 207. C. de reuocan. donatio. & ad propositum Rui. consi. 70. num. 14. in 5. ubi dicit præsumi ignorantiam, & secundum hanc sententiā fuisse iudicatum in Rota. dicit Redoa. in d. tract. titul. 1. §. aliter. numer. 34.

Ad hoc tamen ut pœne caducitatis locus sit, oportet tria concurrere secundum Bal hic allegatum, primo, q̄ notabilis sit deterioratio. concernat rei proprietatem. Et fiat sine dolo, lata, uel leui culpa. Alex. cons. 118. nu. 9. & seq. in 5. Rim. sen. consi. 74. nume. 16. Ias. consi. 17. col. 1. in 1. Tiraquel. in tract. de iudic in reb exig uersi. 57. cum uersi. seq. Anguss. d. consi. 23. num. 10 & seq. in 2 lib & consi. 16. nu. 3. in 7. Nat. consi. 477. nume. 8. & seq. Rol. consi. 49. nu. 21. in 2. Ancha. d q. 73. num. 5. 6. Menoch d. cas. 78. nu 6. & Redoa dicens damnum debere esse magnæ, & notabilis quantitatis in d. ti. de Caduc. ob rei deteriorat. in prin nu. 7. & in d. §. 1. nu. 5. & nu. 13. & ibi num 5. scribit, quòd debet esse damnum in tertia, uel dimidia parte, uel saltem id remittendum est

arbi-

nrbitrio iudicis.hoc idem de magno,& notabili damno tenet Ioseph.Ludou in decif.Perufi.22.num.16.21.& fequen.& decif 94.num.9.& feq.& d. decif, Lucenf.8. num.10.& feq.& ibi,quod remittitur arbitrio iudicis, no fit magnum,uel notabile damnum quod uoluerunt etiam Rim.Menoch.& Redoa.fupra citati, & quod con fideranda fit tota res, vt uideatur, an incifio fit magna, uel parua.trad.Anguff.d.confi.23.num.11.

d A ftipite autem poffunt incidi quercu ,populi,& aliæ ar bores,quæ præter materiam nullum fructum,uel minimum reddunt.Ale.d.confi.118.nu.9.& feq.in 5. Cur. Sen.confi.71.fuper controuerfia quarto dub.nume.28. & apertius Nat.confi.477.num.9.& fecundum hãc fen tentiam confuluerunt Crot.in confi.115.num.5.& feq. & Franc.Dec.confi.33.num 5 & feq.

5 propriè † synagoga, ut respondit Bal. latissime. cō si. 316. quia sæpe. num. 3. 4. primo uolum. cui consi. subscripserunt Io. de Ligna, & quatuor ex primarijs alijs iure consultis illius ætatis, & idem consuluit forte in eadem causa Io. de mōte Grā. inter ipsius. Bal. consilia. in 5. uolu. consil. 428. In quilitio. num. 8. & illos sequitur Marquard. in tra. cta. de iudę. 1. par. c. 3. nu. 5. & Bursat. d. consi. 152. num. 79. & sequen. Cum itaque non fuerit synagoga, sed oratorium tantum, nō potest compete re ius aliquod aduersarijs, uel potest duci quasi possessio accedendi ad eum locum inuitis dnis.

Tertium, est fundamentum, q̀ in institutione huius Antonij facta, ut creditur, per illū Zinetanum hæbreum testatorem, ut de ea fit mentio in suo testamento ex aduerso producto, condito de anno. 1481. fuit expresse apposita cōditio, quòd possent eius hæredes prohibere alijs ne irent, si sibi placuerit pro sua uoluntate ad dictum locū, ne exinde oriatur materia dissenssionis, & ut in ipso testamento in processu registrato. fol. 35. quo stante, cum in uenditione facta per hæredes dicti Zinetani Simoni de Assisio de anno. 1533. dictę domus cum dicta Salem ad usum dicti oratorij deputata, ut in processu fol. 14. & subinde dictis de Foa. de anno. 1542. ut in processu. fol. 12. fuerint cessa omnia, & quæcunque iura quæ habebant primo dicti hæredes Zinetani, & subinde primi emptores. certum est quòd eiusdem iuris, & concessionis uirtute potuerūt ipsi de Foa expellere, uel non admittere ipsos Grassinos ad orandum in dicto oratorio, uel synagoga, quatenus sic posset appellari, & maxime cum in processu constet de iusta causa ipsorum excludentium, super quo non est dubitandum. Cedentes enim in instrumento uenditionis actiones, censentur à
6 se illas abdicasse † excessione ipsa, Barto. in l. pri. ma secunda lectura. colum. pen. ad fi. C. de actio. & obliga. & Bal. in l. ex legato. num. 2. C. delega
7 nā cessio, † est iuris alicuius incorporalis in aliū translatio. glos. in d. l. 1. Io. Petr. Ferra. in pract. papien. in form. libel. in causa uendi. in gl. cessit, &
8 mādauit in prin. & idem operatur cessio † in incorporalibus, quod traditio in corporalibus. glos. & doct. in l. fi. C. quādo fis. uel priua. Docto. in d. l. 1. Papien. in d. clausula. in prin. Dec. consil. 446. nu. 5. & Tiraquel. in tracta. de retract. tit. primo. §. primo. glos. 7. numer. 12.

His stantibus fundamentis, cessant ea quæ subtiliter i dubijs adducūtur. Et primo, quòd locus iste sit facer, ut deponere aliqui testes uidentur. quo casu non uidetur potuisse alienari. §. sacrę. In sti. de rerum diuis. nam hoc negatur. cum non
9 tantum non potest esse locus † facer apud Christianos. nisi per pontificem Deo dicatus sit, ut in d. §. sacrę. & in l. facta. in prin. ff. eo. tit. sed nec etiā apud ethnicos, & gētiles, ut declarāt modernio res scribētes in d. §. facræ. Claudius. Cani. Franc. Hottoma. Minsinger. & Baldui. referens ex Alex. Neapol. quomodo antiquitas consecrabant. & quòd sine tali dedicatione, & consecratione non sit locus facer, habetur in c. ad hæc. Vbi Abb. declarat. ff. de religio. domi. & idem quòd nō sit res
10 † sacra, possitque alienari, tenet Petr. de Vbal. in tracta. de cano. epis. in §. quo ad secūdam. q. principalem, delegatis hospitali. num. 4. 5. cuius sententiæ est etiam Pet. Rebuff. in l. inter publica 2. colum. in fi. uersi. sacra. & col. sequen. ff. de uerb. signi. de quo etiam latè scribit Paris. in consil. 34. num. 9. & 10. 4. uol. Quæ si uera sunt in rę Deo dicata sine pontifice, quanto magis militant in synagoga, quæ sine Principis, uel Cum Pontificis con-

conceſſione conſtrui non poteſt, ut ſupra. Proin-
ptius igitur eſt, & uerius, ut dicamus locum hūc
nō fuiſſe etiam quo ad hębreos ſacrum, uel ſyna-
gogam. ſed oratorium, vt ſupra. quod etiā apud
hębreos licitum eſt habere, ut ſupra, ex Bal. & tot
alijs firmatum eſt, & propterea uendi, & alienarī
potuit. pro ut pluries uenditus fuit ut in inſtrumē
tis productis. Nec obeſt quòd aliqui teſtes affir-
ment eſſe rem ſacram. quia ex præfactis conſtat,
ꝙ ſine ratione deponant. & ſicut non poteſt pars
confitendo rem eſſe ſacram. illam ſacram fieri q̃
ab ea non dependet, ſed à iuris diſpoſitione. etiā
ſi cōfiteretur delictum eſſe commiſſum quod de
11 iure non eſt † delictum, Ang. conſi. 303. formata
fuit. Roma. conſi. 113. pro deciſione 2. col. Crau.
conſi. 29. num. 2. & 262. nu. 4. ita nec teſtes. quin
12 imo non fit etiam locus religioſus † ſine conſe-
cratione pōtificis. ut trad. Doct. in §. religioſum
maxime. Nicaſ. num. 5. & Mynſinger. nu. 4. cōſtat
itaque quòd licet fuiſſet dedicata res hæc etiam
ante teſtamētū Zinetani, quia dedicatio non ua-
luiſſet ex quo non conſtat interueniſſe auctorita-
tē Principis, uel pōtificis, ceſſat omnis ſcrupulus.

Secundò non obſtat, ꝙ conditio appoſita in
teſtamento dicti Zinetani, uel licentia data hære
redibus de non admittendo hæbreos ad dictum
oratorium, vel ſynagogam, ſi ſic dici poſſet, fue-
rit reſtricta ad heredes ſuos. & propterea non po
tuerit trāſire ad ſingulares ſucceſſores, quaſi fue-
rit perſonaliſſimè loquutus teſtatur, quia ſtante
ceſſione per uerba generalia emptoribus facta,
dubium non eſt quin tale ius in ipſos ſit transla-
13 tum. cum omnes actiones largo ſumpto † uoca-
bulo cedi poſſint, ut in ti. de hęre. uel actio. uend.
in Rub. & uig. Iac. de Are. in tracta. de ceſſio. in Ru
brica, quæ actio cedi poſ. in prin. nu. 54. Ioan. de
Graſ. in ſimili tracta. in §. 3. & Tiraquel. in tracta.
1. §. 26. gl. 3. nu. 2. & quodlibet priuilegiū, eſt trā
ſmiſſibile, ut per eum ibi. nu. 29. ius autem perſo-
14 nale † tranſit etiam per ceſſionem factam Bart. in
l. ſi ui, vel metu. nu. 8. C. quod met. Cauſ. Gomeſ.
in §. 1. nu. 3. Inſti. de actio. Sicut tranſit etiam priui
legiū quod libet perſonale per ceſſionē quod ad
15 hęredes, † & uniuerſales ſucceſſores tranſire po-
teſt. Archid. in c. hinc eſt. circa med. in uerb. & ita
colligitur. 16. q. 1. & Tiraquel. in tracta. 1. in d. §.
gl. 1. uer. 19. nu. 58. Et in propoſito in proceſſu cō
ſtat ipſos de Foa iuſta cauſa fuiſſe motos ad non
admittendum, uel expellendum ipſos de Graffi-
nis. Ex quibus ſatis, & ſuper ſublata ſunt dubia
propoſita. & clara apparet iuſtitia. DD. de Foa. ip
ſique ſunt penitus abſoluendi, abſque. enim pœ-
na poterunt è domo propria alios expellere.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Prima lata eſt ſententia pro hac parte, nunc pen
det appellatio.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Quæ ſit pœna uendentis rem feudalem tāquàm
liberam? & quando ille caducitatem non di-
catur incurriſſe nō poſſit que illa nō declarari,
non declarata antea?

S V M M E.

1 *Vaſallus uendens rem feudalem tanquàm libe-
ram ignoranter excuſatur, ex capite ignoran
tiæ per reſtitutionem.*
2 *Feudi Dominus dicitur recepiſſe, pro vaſallo
eum quem poſſidere paſſus eſt, & à quo cenſus
recepit.*
3 *Caducitatem cenſetur remiſiſſe Dominus, qui
recepit cenſus debitos.*
4 *Et idem, eſt ſi recipiat ſeruitium.*
5 *Et maxime ſi ſolutio fuit facta per decem an-
nos & ultra.*
6 *Caducitas ſi non eſt declarata contra uaſallum
non poteſt declari contra illius hæredem.*
7 *Idem eſt ſi Dominus uiuens non declarauit,
quia hoc non poteſt facere illius ſucceſſor.*
8 *Et quando illius non præſumitur ignoran-
tia.*
9 *Feudi emptor ſi nomine proprio ſoluet canones
cenſetur illi remiſſa caducitas.*
10 *Et illius conceſſio præſumitur ſi ex libris publicis
conſtat de pluribus ſolutionibus.*
11 *Et ſufficit ſcientia officialis deputati ad huiuſ-
modi exactiones.*
12 *Poſſeſſor bonæ fidei magis defenditur à re-
ſtitutione fructuum, quàm à reſtitutione
rei.*

CONSILIVM CCCCXXX.

In Domino confido.

PROPONITVR in facto, Iaco. Ghir
bacum de Concordia uendidiſſe Be
nedicto de Bertolis quādam petiam
terræ, uti allodialem & liberam iure
a proprio, a cum tamen eſſet feudalis Illuſtriſſimi
Domini Mirādulæ. Quod intelligens exinde em
ptor. illam deſcribi fecit ad librum feudalium tā
quàm emptum per eum, & illam ab ipſo Illuſtriſſi
mo domino per annos decem, & ultra pro feuda
li recognouit. Cēſus debitos ſoluens. & ſubinde
prius defuncto ipſo Illuſtriſſimo domino, ipſe
quoque ſine filijs maſculis deceſſit. & res ipſa ad
Cameram ipſius Illuſtriſſimi domini, uel eius
ſucceſ-

succesſoris deuoluta eſt.modo, ipſe Illuſtriſſ.D.
Comes ſucceſſor, re antedictus prętendit, ꝙ cū
res ipſe alienata fuerit ſine licentia domini.& uti
libera, ipſo iure eo, tempore ad dominum fuerit
deuoluta, & per conſequens fructus exinde per-
ceptos, per emptorem ei debeant reſtitui. quæri
tur an iuſtè prætendat?

Et breuiter teneo hæredes dicti Bertoli non te
neri ad dictos fructus. primò præſupponendo ꝙ
b dictus Benedictus ignorauerit *b* rem fuiſſe feuda
lē, quia tunc fuit excuſatus, & ſaltē per reſtitutio
1 nem, ex capite ignorātię poterat † defendi. Guid.
pap.q.24.quiſquam, &.q.305.ſi vaſallus, & con-
cedi reſtitutionem admittant moder. in l. qui in
alterius. Vbi Cagnol.nu.10.ff.de reg.Iur.

Secundò, quia cum ipſe fecerit regiſtrari rem
ipſam pro feudali in libro feudorum, & ſe ipſum
conſtituerit illius poſſeſſorem, & cenſuum debi-
torem.nec Dominus contradixerit tacendo.illū
2 pro tali recepiſſe † cenſetur, & ut feudatarium ad
miſiſſe, Hiero.Scurpf. inter conſilia Brun. conſil.
134.num.3.& Iaſ.Clar.lib.4.ſententiarum.§.feu-
dum.q.30.in fin.Vbi quòd ſcientia, & taciturni-
tas habetur pro conſenſu.

Tertiò id tanto magis procedit, ex quo ipſe Il
luſtriſſimus dominus, & eius officiales acceperūt
cenſus debitos pro re ipſa ſingulis annis. quo
3 caſu cenſetur caducitatē † remiſiſſe. Riminal.con
ſi.94.num.63.& 420.nu.46.Rui.conſ.151.nu.12.
in 1.Bero.conſi.118.nu.9.1.uol.Rolan. a Val. cō
ſi.87.nu.33.1.uol.& in emphyteuſi dicit commu
nem Clar.in §.emphyteuſis.q.10.& in feudo, ꝙ
dominus accipiens ſeruitium cenſeatur caduci-
4 tatem † remittere trad. Idem Clar.in d.§.feudum.
q.63.& Burſat.qui alios citat conſi.143.nu.42.&
ſequen. Quod ſine dubio procedit ſi ſolutio ca-
5 nonum fuit facta per annos † decem, & ultra Ale.
conſi.124.conſideratis.nu.3.5.vol.quam fuit ſe-
quutus Rui.conſi.10.nu.1.& 159.nu.14.Burſat.
qui alios citat in conſi.127.num.91.& 181.nu-
mer.49, & ſequen.

Quartò cum obierit dictus Benedictus & nun-
quàm fuerit eo uiuente declaratum rem ipſam
6 deuoluiſſe ad dominum, non poſſunt hæredes † il
lius nunc conueniri. Raph.Comen.conſ.164.prę
latus.nu.4.Caſſado.deciſione.2.nu.1.6.7.in ti. de
locat.Ben Intend.concluſione.37.nu.17.Bero.cō
ſi.49.num.13.& ſequen.3.volu.Idem tenuit Rui.
d.conſi.10.num.4.127.num.8.d.159.num.12.&
168.num.20.d. primo volum.Curt.iun.in tracta.
feud.4.par.ad fin.num.157.Cel.bug.in conſi.26.
num.91.& conſi.33.num.8.Clar.in d.§. feudum.
quæſt.65.Vbi tamen diſtinguit.D.Rimi.Iun.con
ſilijs.22.nu.25.111.num.196.& 305.num.39.&
Burſat.d.conſi.181.num.46.nec hoc caſu exigi-
tur ſcientia domini, ſi Rui.credimus, ī d.cōſ.159.
* num.13.& hanc opinionem uti communem * po
nit Lauren.Kircho, in ſuis com.opinionibus cen
tur.5.concluſione.60.ſecundum quam ego plu-
ries uidi iudicatum.

Quintò, & ultimo, cum Illuſtriſſimus dominus
Mirandulæ uiuens non declarauerit ipſum Ber-
tolum cecidiſſe à iuribus ſuis.non poteſt etiam Il
luſtriſſimus eius ſucceſſor, uel hæredes petere di
ctos fructus, quia ſi non poſſet priuari uaſallus ſi
uiueret, tanto minus eius hæredes tenētur ad fru
7 ctus, quòd autem cōtrouerſia contra uaſallum †
fieri nō poſſet probat Caſſad.ex dicto cōſ.Gram.§
deciſione.3.d.ti.loca.in prin.trad.Hiero.Gyg. in
tracta.de penſio.q.74.& Clar.d.§.q.64.

Et licet aliqui uoluerint hæc procedere in do
mino ignorante caducitatem, tamen id poſſet ꝓ
8 cedere ubi erat, uel ignorantia † domini prǽſumi
poſſit.quæ hoc caſu non eſt præſumenda, ut in
terminis uoluit Burſat.dicto conſi.53.numer.51.
& ſequen.& ignorantia debet eſſe iuſta non ſupi
na, quia non patrocinatur in pœnis quando ſol-
uitur, per emptorem ti. proprio neceſſe eſt, ꝙ
præſupponatur factam fuiſſe emptionem, &
9 † remiſſa caducitas, Alexandr. conſil.13. uiſo &
conſiderato. numer.10.& ſequen.2.uolumin.&
idē eſt, quando conſtat de pluralibus ſolutioni
10 bus † ex libris publicis, quia eo caſu probatur cō
ceſſio Rimi.iun.conſil.237.numer.25.& ſequen.
& conſil. ſequen.numero 41.& idem Burſat. d.
conſil.127.numero 117.Et quòd hoc caſu ſuffi-
ciat ſcientia officialis deputati ad huiuſmodi
11 † exactiones uoluit idem Burſat.in d.conſi.143
numero 65.uerſicul.4.reſpōdet ex Parid.de put.
illic citato.Ex quibus concludo quòd ſicut res
non potuiſſet, uel poſſet auferri ab emptore ſi ui
ueret.tāto minus eius hæredes poſſunt teneri ad
12 fructus ipſius rei, cum poſſeſſor bonæ fidei † ma-
gis defendatur à reſtitutione fructuum quàm à
reſtitutione rei.§.ſi quis à non domino Inſti.de
rerum diuiſ.cum ſimilibus.

Laus Deo Opt.Max.

Barth.Bertz.

ADDITIONES

a Et cum ita ſit uenditio, in culpa eſt uenditor, qui uendit
proprietatem rei quam uendere non poteſt. ſpec.in tit.
de empt.& uendit §.1.nu 19.uerſi ad euidentiam.& in
uerſi.hoc etiam ſcias.nume.26.& illum ſequitur Fabia.
demon.in tract de empt.& uend.q.6.2.memb.num.7.
& ꝙ uaſallus non poſſit rem uendere iure proprio etiā
ſi potuiſſet uendere ſua melioramenta, reſpondit Port.
conſi.125.nu.6.& 7 quod etiam probatur ex tex in l.ſi
quos. ibi perpetui dominij iure. C. de reſcinden.uen-
ditio.nam uendens rem iure proprio cenſetur eam uen
dere pleno iure, & ſine aliqua diminutione. Paril.conſi.
33.nu.19.in 3.quo fit, ut cum uaſallus uendat rem feu
dalem pro allodiali priuetur iure ſuo Guid.pap.q 305.
ſi Vaſallus excuſatur tamē emptor, ſi uenditor affirmet
eam eſſe allodialem, ut per eundem Guid q.24.quipiā.

Sed quid ſi venditor rem uendat ſimpliciter non ex-
preſſa aliqua eius qualitate, quod ſit feudalis, vel emphy
teutica, uel alter conducititia? reſponde tunc illum cen-
ſeri etiam uendere uti liberam, & iure proprio, vt bald.
trad in rubr.C.de contrahen.empt.6 q num.6.& illum
ſequitur Fabia.d 6 q.2.mem. nume.6.& ibi dicit, quod
cenſetur uendere uti propriam per tex.in l. in uenditio-
ne.ff.de actio.empt.& per alia quæ ipſe allegat. Et cum
uen-

uenditor præsumatur habere scientiam qualitatis, & ui tiorum rei suæ, ut Bal. trad. in l. 1 §. aiunt ædiles per illu tex. ff. de ædilit. edict. & idem uidetur uelle. in cons. 413. uerba dicunt. nu. 3. in 5 quod etiam uoluerunt Corn. consi. 81. 2. col. in 3. & Paris. consi. 64. nu 52. in primo. & consi. 78. nume. 23. in 3. tenebitur uenditor ipse certiorare emptorem de qualitate rei propter quam minoris erit æstimationis, alioqui tenebitur eidem ad omne eius interesse. l. 1. §. 1. & l. Iulianus, post prin. & in l. quæro. ff. de actio. empt. Alc. consi. 63. num. 6. in 6. Cor. Iun. consi. 177. num. 5. & Cagnol. in l. 2. num. 173. C. de rescind. uenditio.

b Ignorantia hæc excusat fortasse, ut hic, secus autẽ, si scienter facta fuerit alienatio feudi, quod non potest alienari sine consensu Domini. c. imperialem. de prohibi. feu. aliena. per Feder. & Clar. in §. feudum. q. 31. & tenebitur etiam emptori si res euincetur, nã licet emptor non possit agere de euictione quando res euincitur propter naturam ipsius rei, ut per glo. & Doct. in l. si familiæ. C. famil. herc. Rom. cons. 503. nu. 14. & Bec. consi. 124. nume. 32. tamen hoc procedit si res fuisset uendita, ut feudalis, uel saltem emptor sciuisset esse feudalem, alioqui tenetur uenditor de euictione, & ita declarant glo. ipsa, & omnes Docto. in d. l. si familiæ. & probatur in l. si fratres. ubi Ang. & Saly. num. 2. C. comm utr. indic. nec aliter tenuit Bec. in d. consi. & eius mentis est Rom. citando l. si quis domum. ff. loca. & idem tenent Aretin. consi. 3. in prin. Curt. consi. 41. col. 17. ver. ad quintum argumentum. & Crauet. consi. 210. num 6. ac Rui. consi. 42. num. 20 in prin Quando enim uenditor rẽ uendidisset, uti feudalem satisfuisset si præstitisset se uasallum, & potuisse vendere, quo casu ob euictionem exinde sequutam ex natura rei non teneretur uenditor ipse, & ita declarat Bar. loquens in emphyteusi. in l. si aliquã rem. num. 12. ff. de acqui. possess. & ad propositum huius quæstionis. Imol. ibi. num. 5. uersi. item adde, distinguit, quod si ecclesia, uel Dominus euincit, quod non fuit petita licentia alienandi, tenetur uenditor de euict. cum emptor potuerit credere illum habuisse licentiam uendendi, secus si sciret, & illic Aret. col. 7. vers. 2. addo. sub num. 5. loquitur etiam in feudo, & ibi citat Bal. in c. 1. §. rursus. num. 3. quibus mod. feu. amitta. ubi firmat, quod si uenditor fuit in culpa, tenetur de euictione, etiam si emptor fuerit sciens, & Bal. etiam sequitur Rip. in d. l num. 46. & idem tenet Gaspar Cabal. in suo tract. de euict. in §. 5. num. 34. ubi concludit citandu plures authoritates, quod quando emptor ignorauit rem esse feudalem, uel emphyteuticam tenetur uenditor de euictione, & in dubio præsumitur emptor ignorare qualitatem rei emptæ, ut in his terminis tenet Imol. & alij in d. l. si aliquam rem. & ita etiam tenet Alexan. d. consi. 63. nume. 7. in sexto.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Qui immunitatis à gabella habens priuilegium, potest extrahere, si petijt licentiam ab officiali, & illa denegata extraxit, quando excusetur à pœna, & sit manutenẽdus in sua libertate.

SVMMAE.

1 *Coloni nõ sunt imunes, nisi colãt terras imunes.*
2 *Priuilegium non restringitur per expressionem aliquorum locorum.*
3 *Immunitas à muneribus personalibus non sequitur singularem successorem.*
4 *Coniecturis locus est in incertis, non in certis.*
5 *Gabellæ si fiat mentio in aliquo capitulo priuilegij, tunc censetur concessa immunitas ab illa.*
6 *Immunitas comprehendit onera omnia, quę priuilegiato indici possint.*
7 *Onus personale, an reale sit gabella?*
8 *Immunitas à gabellis ualet, si processit de scientia Principis.*
9 *Instrumenti, uel priuilegij, ubi est casus, ibi est casus legis.*
10 *Interpretatio fit latissima in beneficio Principis.*
11 *Et in priuilegio gabellarum.*
12 *Priuilegium immunitatis declaratur ex obseruantia subsequuta.*
13 *Scriptura etiam defectus sanatur propter obseruantiam.*
14 *Etiam quod illa non sit longi, uel longissimi temporis.*
15 *Priuilegium præsumitur precesisse, licet de eo non constet, si quis est in possessione illius.*
16 *Immunitatem habuisse executionẽ multum refert.*
17 *Et illius censetur probata concessio si per uiginta annos non soluit.*
18 *Nec tenetur quis hoc casu probare non soluisse.*
19 *Interpretatio in dubio est facienda contra gabellam.*
20 *Et maximè si priuilegium sit per uerba generalia, & proueniat à Principis liberalitate.*
21 *Relatum licet non appareat standum est quandoque referenti.*
22 *Priuilegium censetur de nouo datum si est confirmatum.*

CONSILIVM CCCCXXXI.

In Domino confido.

CONCESSVM fuit priuilegium immunitatis per Serenis. nunquam delendæ memoriæ Borsium Ducem Ferrariæ. Quondã Christoforo Botto de Parma. prout ipse Princeps refert in allo suo priuilegio concesso eidem de anno 1470. In quo eidem

dem liberam immunitatem,& exemptionem cō cessit pro se, suisque filijs, & hæredibus, ac successoribus, colonisque,& laboratoribus ī perpetuum,quos habebat,& habiturus erat super quibusdam possessionibus,& bonis sitis in territorio Bagna Caballi,eidem partim donatis partim vēditis,& partim per eum acquisitis, ab omnibus oneribus,& grauationibus realibus, psonalibus, & mixtis Datijsque,& gabellis, pro ut in decretis suis continebatur. Et in hoc ultimo priuilegio referente subiungit ipse Princeps, quod cum post dictam concessionē in solutum dederit ipsi Christoforo,& iure liuelli concesserit certas alias petias terrarum,& cupiat ipse Christoforus, pro dictis rebus etiam immunitatē, & exemptionem ab eo consequi, Serenissimus ille Princeps ex certa scientia,& animo deliberato,ac de plenitudine suę potestatis Christoforum ipsum, suosque filios hæredes,& successores ac laboratores, & colonos quos habebat, & habiturus erat super dictis possessionibus,& rebus post dictam primam concessionem acquisitis, ab omnibus Taleis, taxis, præstitis, factionibus, angarijs, datijs, gabellis oneribus,& grauaminibus realibus, psonalibus, & mixtis impositis, & de cætero imponēdis tam per ipsum D. Ducem quàm per commune Bagna Caualli quomō cunque,& qualitercūque cuiuslibet generis,& maneriei sint, etiam sit alia existerent quæ exprimi necesse fuisset, in perpetuū exēptos fecit,& immunes addendo etiam immunitatem extractionis bladorum, & fructuum ad ciuitatem Ferrariæ,& accessus colonorum, cum rebus suis ad laborandum bona ipsa. Quod quidē priuilegium exinde fuit confirmatum in personis descendentium a d.q. Christoforo, & præsertim D. Antonij Botti,& fratrum suorum, per Serenissimum Principem nostrum de anno. 1560. Et quod quidem priuilegium, pro ut iacet, tam respectu gabellarum, quàm quorumcū que aliorū onerum fuit semper eis de Bottis obseruatū. Nūc modernus Magnificus D. Massarius prætendit ipsum D. Antonium nullam habere immunitatem nisi respectu illorum bonorum, de quibus in dicto priuilegio fit meutio. secus vero respectu gabellarum,& onerum, quæ ex alia causa deberentur. Et propterea cum ipse D. Antonius uellet equas suas mittere extra territorium Bagnacaballi ad triturandum,& petierit ab eo,& eius agentibus licentiam, illam ei denegauit. Et cum ipse D. Antonius necessitate ductus illas emiserit. & exinde redierint, fecit eas sibi auferri,& in hospitio poni. Et tandem factum fuit compromissum super hoc in Illust. D. Meum. D. Copellatum. Videndum itaque, est utra ipsarum partium iustitiā foueat. In quo puncto omnibus maturè consideratis, eius sum sententię, ut priuilegium ipsum ge generaliter non respectu dictorum bonorum tam fuerit cōncessum dictis de Bottis a gabella, & à cæteris oneribus. Nam immunitas simpliciter, & indistinctè fuit concessa eisdem de Bottis, sed colonis,& laboratoribus, quos essēt habituri super dictis bonis ab omnibus oneribus &c. adeo, q non fuit facta mentio ipsorum bonorum, ut restringeretur immunitas dominis concessa ad bona ipsa. Sed, ut restringeretur immunitas colonorum, ut nisi habitarent in dictis bonis
1 ut ea colerēt non essent immunes iuxta trad. per Bal. in consi. 112. quæritur in prin. primo uol. Vbi uoluit conprehendi colonos qui saltem per annum habitant in dictis locis. sed nec concessio facta colonis, & restricta ad tempus quo coluerint,& habitauerint loca ipsa. aliquid commune habet cum priuilegio generaliter concesso dominis, ut etiam euenerat in casu dicti consilij Bal. & q quando priuilegium, est concessum genera-
2 liter, expressio etiam aliquorum locorum † illud nō restringat uoluit Signor. in fortiori casu in cōsi. 70. num. 2. quinimo concessa immunitate generali peruerba generalia non uēiret restringenda ad limites,& formā aliorum uerborum, ut Corn. respondit in consi. 78. 2. col. in prin. 2. uol. Et q nō censeatur concessa talis immunitas dominis ipsis respectu bonorum ipsorum tantum, & non generaliter. ultra q uerba sunt clara, & non patiuntur hunc intellectum, apparet, quia tam illis, quā colonis ipsorum concessa, est immunitas ab oneribus personalibus, quæ nihil haberet commune cum re ipsa, ut ad propositū uoluit Petr. Antibol. in tracta. de munc. §. 4. num. 138. Vbi trad. talem
3 immunitatem, a muneribus personalibus † non. seq. singularē successorē fundi immunis. ex quo munus personale respicit personam non rem. l. t. §. illud.& l. fi. in prin. ff. ad municipa. Dubium autem non est, quin priuilegium ipsum comprehēdat expressè gabellas,& generaliter quęcunque alia onera. ex quo de eis, est facta specialis men-
4 tio. nam in incertis † non in certis locus, est coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerb. obli. & trad. Cor. d. consi. 2. colu. fi. sufficit, in priuilegio, facere mentionem in aliquo capitulo de gabel-
5 la, vt ab ea uideatur concessa † immunitas, vt per Dec. consi. 48. nu. 5. uersi. 5. suadetur quanto magis, quando id munus est expressum, Alex. consi. 30. 6. dub. num. 14. 5. uol. licet si non fuissent expresse gabellę uenirēt ēt sub generalitate omnium onerū, & grauaminū, nā qui oē dicit nihil excludit. l. Iulianus. in prin. ff. de leg. 3. & in immunitate, q oīa comprehendantur onera, quæ priui-
6 legiato † indici possent respōdit Bal. in d. cōs. 112. nu. 3. Rip. in l. 1. nu. 51. ff. de uulg. & pupil. Nat. in cōs. 160. nu. 29. & cōs. 347. num. 2. & seq. Rolan. à Val. in cōs. 5. nu. 42. & sequen. in 1. 11. nu. 14. & sequen. & 13. num. 32. in 4. uol. Et sub illa clausula (ab omnibus oneribus, & grauaminibus realibus, personalibus,& mixtis) quācunque opinio-
7 nem teneamus doct. diuersimode † sententium, uel q tale onus sit personale, uel reale, uel mixtū, ut de primo trad. Bar. in l. prima. §. primo. num. 5. ff. de publica.& uectiga. Bertach. in tracta. de gabel. in pręlud. num. 16. Ferret. de utroq;, in tract.
de

de gabel.& publica.nu.192.de 2.q; sit reale Bar.
in l.vnica nu.41.C.de mulie.& in quo loco l. 10,
& Parpal.in l.placet.num.111.C.de sacr.sau.ec-
cle.& de 3.quòd sit mixtum Agid.Thomat.in tra
cta.de collect.pag.22.num.3.Et cum immunitas
8 huiusmodi a gabellis processerit † ex certa scien-
tia principis, de ipsa concessione non, est dubitã
dum, Bertach.d.tracta.de gabel.7.par.num.28.

Cæterum licet casus iste, mea sententia, sit cla
rus, & apertus, ex quo haberemus expressum pri
uilegium, & ubi est casus instrumenti, uel priuile
9 gij † ibi etiam est casus legis Bald.consi.343.exa
minanda.col.2.circa fi.1.uol.& Crau.consi.4.nu.
21.plura alia sunt, quę nos cogere debent ad am
pliandum non ad restringendum hoc priuilegiũ.
10 primum enim est, quòd uersamur † in beneficio
Principis quod latissime venit interpretandum,
cum tãtum sibi ipsi nocuerit.c.cum dilecti.de do
nat.c.olim.de verb.sign.l.pen.Vbi Claud.nu.11.
ff.de cõsti.princip.Iaco.de Leonar.inter consilia
Brun.consi.117.num.135.& Guliel. de perno in-
ter eadem consilia, consi.94.nu.26.& in priuile-
11 gio gabellarum † Alcia.consi.18.num.5.4.uolu.
quam sententiam tenuit etiam Gram. decisione.
3.num.9.Cæphal.consi.6.num.3.Bero. consi.70.
num.30.in 1.& 169.nu.7.in 2.uol.Menoch.cons.
2.num.54.& Rolan.à Val.consi.42.nu.22,in 2.&
50.num.41.& sequen.in 2.uol.

Secundum est, quòd dictum priuilegium sem
per fuit sic intellectum, & obseruatum, & talem
semper habuit interpretationẽ usque ad hæc tẽ-
pora, quo casu tanto magis õe dubium cessare
12 debet, ex quo obseruãtia subsequuta † declarat
immunitatis priuilegium, Bar.consi.59.commu-
ne Spoleti.num.3.Alex.consi.201.in fi.in 6.Dec.
d.consi.48.col.1.& in consi.156.col.ulti. Crauet.
consi.274.num.9.& 294.num.8.versic.21.Alcia.
consi.14.num.12.Sylua.consil.66.nu.20.21.Vbi
subscribens.num.10.88.num.27.& 98.num. 18.
Nat.consi.406.num.28.Osas.decisione pedemõ
ta.136.num.4.Franc. Beci.consi.101.num.49.&
sequen.Decian.responso 22. nume. 17. in primo
uolum.& latissime Ioseph. Ludo. cõclusione. 38.
ferè per tot.maxime illatione.13.& 41.nam pro
13 pter talem obseruantiam etiam defectus † scri-
pturæ sanare, Craue.consi.101.ante fi.& 274.nu.
6.& 7.Beci.cons.6.num.15.& sequen. etiã si uer-
ba non patiantur talem interpretationem.Soci.
consi.66.nu.21.in 3.uel si non esset uerus intelle-
ctus scripturæ, Soc.consi.145.col.2.1.uol.& Cra
ue.d.uersi.21.Nec est opus quòd dicta obseruan
14 tia fuerit longi † uel longissimi temporis, vt per
Craue.dictis consi.274.nume.7. 277.columm. 5.
uer.pro hoc.& 294.d.nu.8.Sylua.d.consi.66. nu.
7.& Ioseph.d.conclusione.38. prima ampliatio-
ne. Cum enim quis est in possessione, uel quasi
15 priuilegij, etiam quòd de eo non constaret † qđ
præsumitur præcessisse, Tiraque.in tracta. de præ
scriptio.in gl.4.uersi.30.post Bal.per eũ citatum,
& Fernand.Vasq.c.62.nu.6.Illust.controuers.nã
16 multum refert † q; immunitas habuerit executio-
nem, per trad.per Paris.consil.104.nu.53.& 54.
in primo, & cõs.17.nu.18.in 3.Cagno.in aũt.si qs
in aliquo nu.71.C.de eden.Tiraque.& Vasqui, in
dictis locis, & Crau.in tract.de antiqui.tempo.in
1.par.§.4. limitatur. nu. 16.& seq. Et cum per ip-
sos de Bottis talia onera gabellarum & aliorum
huiusmodi nunquam fuerint soluta, ut deponunt
testes examinati, quorum aliqui fuere gabellarij
& gabellarum, exactores, & satis sit per. 20. an-
nos non fuisse solutum.censetur probata conces
17 sio † immunitatis etiam si de ea aliter non consta
ret, Barba.inter consilia Alex.cõs.vlt.in 4.uol.nu.
14.& sequen.Ias.consi.25.nu.2.2.col.circa.med.
3.uol.Rui.consi.117.nu.7.in primo Cæphal. con
si.76.nu.21.Nec hoc casu tenetur is qui est in pos
sessione libertatis ꝓbare negatiuam, scilicet nõ
18 soluisse † Menoch.post Crau.& Nat. quos citat in
cõs.75.nu.8.& Anguissol.consi.2.nu.12.& 22, lib.
7.suorum consiliorum. Nam possessor, uel quasi
est manutenendus in sua quasi possessione liber-
tatis.Castr.cons.113.col.1.in 2.& Crau.cõs.111.
num.20.Bos.in tract.de fisco, & priui.eius.nu.60.
& Plot.in l.si quando.nu.97.& seq.C.unde ui.

Tertium est, q; cum interpretatio sit in dubio
19 facienda † contra gabellam tanquam rem odio-
sam immunitas tanq̃ fauorabilis est amplianda,
nõ restringenda, & cõtra gabellam in dubio, est
facienda interpretatio Ang.cõs.81.nu.2. Dec.d.
consil.48.d.uersi.5.suadetur Rimi.consil.4.nu.4.
Bos.in ti.de nectiga.nu. 9.20.Crau.consil.235.in
fi.& Nat.consi.274.nu.8.Et postremo cum priui
legium fuerit concessum ob liberalitatem Princi
20 pis per uerba generalia, † non debet nec potest
q s strictè, uel tenaciter illud interpreteri Gram.
decisione.4.nu.8.& 59.nu.48.sicut non potest a-
stute Iuris interpretatione restringi secundum
Nat.cons.464.num.14.

Nec dicatur, q; ĩ dicto priuilegio fiat mẽtio de
decretis alias huius immunitatis cẽcessis, quę nõ
apparent, & ideo huic non esse stan.aũt.d. si quis
in aliquo.q a cum tenor illius cõcessionis in hoc
ulti. fuerit relatus, & apertè cõstet de mẽte Prin-
21 cipis, licet nõ appareat † relatum standũ est refe
rẽti.c.abbate S.Syluani.de uerb.sig.Bar. in tract.
ad reprimẽ.in uerb.pro, ut Fel.in c.1.nu.10.& se-
quen.de Rescrip.Dec.in l.edita.nu.86.C. de edẽ.
& in cõs.169.nu.4.Gram.decisione.59. num. 19.
& seq.& trad.Bar.& alij ĩ l. admonẽdi. Vbi Cors.
super tex.nu.16.& seq.ff. de iure iuran. Præterea
cũ in eodẽ priuilegio alia immunitas similis fue-
rit concessa.& exinde confirmata per tot Serenis
simos Duces, q; de nouo etiã se uelle concedere
tale priuilegium protestati sunt, ut in dictis
eorum priuilegijs confirmationum, cessat omnis
scrupulus.cum tale priuilegiũ etiã si fuisset nullũ,
uel non reperiretur censeretur de nouo datum
22 † uel concessum, ut trad.Bart.quem alij commu-
niter sequutur in l.more.nu.5.Vbi Cur.Iu.nu. 39.
attestatur de communi.ff.de iur.om.iudi.

Ex

Ex quibus constat quàm iniustè, & indebite ipse Magnificus. D. Massarius denegauerit licentiam extrahendi suas bestias d. D. Antonio, & q̄ iniustius grauauerit illum auferri faciēdo equas eidem, & grauando illum tot expensis, & molestationibus. cum etiam si non habuisset priuilegium debuisset id sibi concedere, ex quo de proximo erant rediturae, vt disponitur in statuto Bagnacaballi, in rub. de tract. pullorū haedorū, &c. fol. 89. 2. pagin. vbi licet extrahere res animo reconducendi ad dictam terram, uel territorium, & satis est, quod intra trimestre reportentur, vel reducantur, nec venit soluenda aliqua gabella, vt in dicto statuto.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Adhuc est sub Iudice controuersia.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Quando supersedendum sit in vna causa, dum cognoscitur de alia.

SVMMAE.

1 *Iniuria nemini infertur cum quis pro sui defensione adducit instrumentum esse falsum.*
2 *Processus impeditur causae praeiudicantis alteri.*
3 *Consuetudo contra ius non est extendenda.*
4 *Doctori licet Excellenti non creditur de consuetudine.*
5 *Iudex quando possit de utraque causa cognoscere, licet una uideatur alteri praeiudicialis.*
6 *Causa commissa appellationis cum toto negocio principali, prius de appellatione deinde de meritis est cognoscendum.*
7 *Iudicis arbitrium debet esse iuri, & aequitati consonum.*

CONSILIVM CCCCXXXII.

In Domino confido.

SVPERSEDENDVM est omnino in causa hac iniuriarum mota per Bonsignorium aduersus Masium, quousq; decisa sit causa, in qua de falso tractatur cum Barbacinis, cum illa sit praeiudicialis huic motae per Bonsignorium. cum enim quis non censeatur alicui iniuriam † inferre, qui in iudicio al- 1 legat pro defensione iurium suorum instrumentum esse falsum, vel quid simile, vt trad. communiter omnes. in c. fi. de iniur. in l. fi. ff. quod quisq; iur. & Fely. in c. 1. in fi. de except. modò, id probauerit, ut per eos in dictis locis, & per sententiam. latam ad fauorem Masij excluderetur Bonsignorius à petitione sua, pareretque haec sententia exceptionem rei iudicatae in ista. certè non potest negari, quin haec Masij sit praeiudicialis causae Bon-
2 signorij, & impediatur processus † Bonsignorij per l. fundi. & l. fun dus. ff. de excep. rei iudi. & per trad. ad propositum per gloss. & Ang. in l. 1. C. de calum. & in terminis in actione iniuriarum admittit Soci. consi. 118. 2. col. primo uol. & licet Soci. ibi in eo casu teneat contrarium, tamen hoc non obest casu nostro, cum diuersis quidem rationibus ibi concurrentibus, quae in casu nostro cessant, moueatur, quia scilicet in causa falsitatis instantia perempta erat, & etiam iam fuerat iudicatum super falsitate, sicut etiam nihil facit, quod Soci. ipse sequen. Ang. in d. l. prima, uidetur tenere, quod licet hoc sit de iure contrarium, tamen de consuetudine seruetur. quia praeter id, q̄ Ang. loquitur in causa criminali, nos autem in ciuili,
3 & consuetudo † contra ius non est extendenda ad alium casum. Car. in c. fi. de consuetud. nume. 321. & seq. haec cōsuetudo deberet probari, cum
4 non credatur † de ea etiam Doctor. Excellent. ut aduersus. Bar. est communis opin. * vt per las. in l. de quibus, ff. de legi. & Cagnol. in l. uni. in princ. num. 20. ff. si quis ius dicen. non obtemper. & in l. si quis maior. num. 37. C. de transact.

Nec quicquam fuit. c. tuam. de ord. cogn. quia magis hanc nostram sententia iuuat si bene inspiciatur, & licet anno. ibi in fin. sentiat, quod si ille causae coram uno, & eodem iudice cognoscerentur,
5 possett † iudex de vtroque eodem tempore cognoscere, tamen hoc nihil nobis obesse potest, quia illud ideo procedit, quia in casu illius cap. causa est praeiudicialis respectu inferioris iudicis laici, quod causa legitimationis cognoscere non potest, & cū illa exceptio illegitimatis sit peremptoria, nec impediat processum nimirum si quando causae coram ecclesiastico uertentur posset de utraque cognoscere, quia tunc cessat intricatio negocij, & perturbatio ordinis, de quibus in tex. ipso. secus uero quādo exceptio opposita respiciet processum, & ad ipsum processum est praeiudicialis, quia ipsum impedit, uel suspendit, ut in casu isto. tunc enim etiam quod causae corā uno, & eodem iudice agerentur, tamen una post alteram debet terminari, & cognosci, ita declarat not. Abb. in d. c. tuam. num. 6.

Sicut etiam nō obst. quod alias ex aduerso dicebatur, quod ex Rescripto Ducali Magnif. DD. VV. cōmissum fuit, ut uel unica, uel pluribus sententijs causam ipsam expediant. nam Rescriptū secundum ius commune uenit interpretandū, c. causam quae. de Rescriptis. & sicut uidemus, q̄
6 licet sit commissa † causa appellationis ab interloqu-

loquutoria cum toto negocio principali, tamen iudex debet prius cognoscere de appellatione, & exin de de meritis, iux.tenorem. ca. ut debitus de appellationibus. ut per Dec. ibi. septimo not. & Boer.decisione.257.ita in casu isto, & maxime
7 quia † iudicis arbitrium debet esse iuri, & ęquitati consonum Rom.consi.376.quęstio est, pen.col. Fely.in c.quoniam frequenter. §.porro.3.col.nu. 14.ut lit.non contesta. cum alijs citatis per Mars. in pract.criminali in §.diligenter.nu.24.& nu.28 an modo ęquum, uel iniquũ sit hunc simplicem hominem litibus, & expensis superuacuis fatigare nemo est qui non uideat.

Laus Deo Opt.Max.

Barth.Bertaz.

Fuit tñ processum licet absolutus fuerit Masius.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

An à pœna mortis excusetur, qui occidi mandauit eum qui minabatur, & se præparabat ad occisionem, & erat bannitus, & conuersabatur cum siccarijs?

SVMMAE.

1 *Mortis pœna est minorãda, si quis prouocatus & propter iustam dolorem occidi alium mandauit.*
2 *Et ita pluries fuit seruatum, & seruauit, ac seruari uidit author.*
3 *Iudex de quibus rebus se debeat informare?*
4 *Occidi qui mandat alium habet iustam causam ne ab illo occidatur.*
5 *Et excusatur à pœna mortis.*
9 *Metus præsumitur illatus ex qualitate personarum etiam si de minis non constat.*
7 *Et propter metum presumitur quis deliquisse.*
8 *Occidere licet præparantem se ad offensam.*
9 *Occidens aliquem propter metum excusatur.*
10 *Vel mitius saltem est puniendus citra mortem.*
11 *Iudex potest recedere à pœna mortis ex iustissima, & grauissima causa.*

CONSILIVM CCCCXXXIII.

In Domino Confido.

PLVRIBVS ex causis Io.Baptista Blasiolus carceratus nullo modo de iurè debet cõdemnari ad pœnam mortis. tam & si uera sint quæ ipse respõdendo inquisitioni cõfessus fuit, primo enim certum est, quod ipse Io. Baptista. fuerat offensus, &
uulneratus ab Alexandro Bignardo, ut apparet in processu. & quotidie ipse illum prosequebatur, & minabatur de illum occidendo. unde
prouocatus ab eo. si illum occidi fecit propter
1 prouocationem † & iustũ dolorem debet pœna
mitigari, nec morte plectendus est. difficilimum
enim est iustum dolorem temperare. l. si adulteriũ cũ incestu.§. imperatores vbi Ang.ff.ad.l.Iul.
de adulte. & ita trad.Abbas. in c.fi.nu.6.de male
di.Idem tenent Iacob.Nouel.in tracta. ad defen.
in crimi.ti. primo.nu.69.& sequen.Mars.consilijs
25.nu.16.73.nu.60.& 80. nu. 60. Gram. not. 23.
nu. 14.& sequen.& decisione.2.nu.24. & sequen.
& 23.nu.6.Ludo. Carer. in practi. crimi. in §. 51.
nu.170.& sequen. & Tiraquel.in tracta.de pœn.
caus. prima ferè per tot. & ita pluries fuisse seruatum trad.Iul.Clar.in practica sua crimi.§. iniuria. vers. quæro etiam, & in §. q. 60. versic. nunc
2 quæro, prout etiam ego † pluries seruaui, & seruari uidi.

Secunda causa est, quod ipse Io. Baptista iuste
timebat dictum Alexandrum, qui illum uulnerauerat, & minatus fuerat ei de illum occidere, &
misit schedulam per.d. Bartholomeum pieuam
id continentẽ, ut in processu facto cõtra.d.d.Bartholomeum, & in hoc etiam aliqua constant, Vltra, quod, ut audio ipse Alexander sæpe illũ per
3 qui siuit, ut occideret † etiam in domo propria.
de quo potest Magnificus prætor se informare
iust.trad.per Clar. in d.§.fi. q.61.vers.sed quæro.
post, quod testes huius inopis carcerati, ut audio si subornati fuerunt ne deponerent per eo.
uel secundum intentionem eius. cum itaque constet de minis partis, & de periculo uitæ ipsius Blasioli attenta qualitate dicti Alexandri, qui cum
bannitus, & scelestis hominibus, ac sicarijs quotidie cõuersabatur. & erat solitus minas exequi.
percutiendo, ut fecit dictum reum quo casu exitus acta ꝓbauit, l. rẽ non nouam.C.de iudi.certè
4 habuit iustam † causam faciendi illum occidi ne
ab eo occideretur.glos.& Bal. qui loquuntur in
mirrante.in l.prima.nu. 18.C. unde ui. Ias. in l. ut
nim.nu.9.ff.de iusti.& iur. & Ludo. Carer. in d.§.
51.nu.92. & quod qñ quis timet ne ab alio occidat si illũ occidat, uel occidi faciat excusat à pœ
5 na † mortis, trad.Bal.in usi.feud.in tit.de pac. iur.
firm.in c.1.§. iniuria.nu.9.ver.sed pone. Corset.ĩ
singulari suo in verb.metus, cir, med. Dec.in d.l.
ut uim.nu.9.ver. & quod dictum est. Ex qualitate
6 enim personarum †, præsumitur mætus illatus ẽt
si de minis non constaret. Bossi. in tracta.de pluri.
violẽt.nu.83.& Menoch.lib.2. de arbitr. iud. cas.
7 135.nu.4.immò præsumitur † propter metũ quis
deliquisse.Gram. decisione. 19.nu.5.& sequen.
8 &, quod hoc casu liceat occidere ꝑparantem † se
ad illum offenden. tra.etiam Bos.in tit. de homi.
nu.88.Gram.consi.18.nu.2.& 56.nu. 11.& quod
9 excusetur occidens (aliquem propter metum tra.
etiam. Clar.in d.q.60.vers.prædicto nunc quæro.

& saltem

10 & saltem non potest negari, quin † mitius sit puniendus contra mortem, ut Bal. trad. & Salyc. nu. 5. in l. seruus. C. de ui publi. & Tiraquel. in d. tract. de poen. caus. 36. nu. 2. & plures etiam citat Clar. in §. homicidiũ. ĩ §. sed quinimo ꝓbaẽ post med.

Tertiò, cum dictus Blasiolus sit homo bonę vitæ, & famæ, nec uideo constare in processu, quod aliud delictum commiserit. quãdo non adessent iustæ causæ diminuendi pœnam, quæ extant, & quidem urgentes, & grauissimæ, posset etiam Ma-
11 gnificus Prętor recedere a pęna † mortis. Gram. decis. 5. nu. 36. & 23. num. 7. Crot. in c. ut animarum. §. statuto. col. fi. de rescrip. in 6. & Nat. consi. 458. num. 11. & 13. cum itaque omnia simul concurrant, dubitandum non est, quod non potest teneri pęna mortis. quod ego etiam latiori folio comprobabo, si audiuero supra deducta in dubium refricari.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

In casu præcedenti tolluntur dubitationes ostendendo prouocatum, & minatum ab eo, qui cum poterat facile interficere excusari à pœna mortis si prouocatorem, & minantem occidi fecerit.

SVMMAE.

1 *Occidens prouocatorem, uel offensorem mitius citra mortem est puniendus.*
2 *Et hoc si ex interuallo faciat, quia si incontinenti nullam meretur pœnam.*
3 *Maritus occidens uxorem in adulterio deprehensam non punitur pœna mortis.*
4 *Prouocantem & offendentem occidens mitius est puniendus, licet hoc faciat per insidias.*
5 *Etiam si hoc faciat armis & iniuria facta fuerit uerbis.*
6 *Licet iniuria facta fuerit affini.*
7 *Iniuria est magna imputare aliquem de furto.*
8 *Minæ inferunt iniuriam.*
9 *Minantem occidens excusatur à pœna mortis.*
10 *Vindicta est non defensio si quis tradat pecuniam pro occidendo aliquem.*
11 *Et ideo pœna mortis ordinaria debetur.*
12 *Et quando hanc procedant secundum opinionem Ang. & Boer.*
13 *Tempus remittitur arbitrio iudicis, qui diuersis circunstantijs perpensis dijudicet quando aliquid dicatur factum in continenti, uel ex interuallo.*
14 *Et quod interuallum requiratur, ut dicatur cessare iracundiæ calorem.*
15 *Et an attendatur commoditas ulciscentis.*
16 *Occidens minantem, & iniuriantem non excusatur a morte si poterat petere cautionem, & ad Iudicem, uel Principem recurrere.*
17 *Furem resistentem non licet occidere pro re modici momenti.*
18 *Assassinium crimen est, quod omnia iura detestantur.*
19 *Occidere potentem, & diuitem minantem potest quandoque pauper.*
20 *Offensa licet non sit in actu, sed in potentia tantum, põt quandoque euitari per aliã offensam.*
21 *Occidi potest indistinctæ minans quando solitus est minas exequi.*
22 *Quod procedit quando minatus probabiliter dubitare poterat.*
23 *Metus probatur coniecturis.*
24 *Præsumendum non est in dubio aliquem uelle delinquere.*
25 *Minanti, an liceat occidere illi, qui non est in euidenti, & flagranti periculo.*
26 *Minatus non tenetur soluere pecunias minanti, ut se liberet ab eo.*
27 *Furtum uidetur fateri, qui rei furatæ precium soluit.*
28 *Honoris iacturam, ut quis non patiatur, debet armis se defendere.*
29 *Fures occidere pro defensione rerum suarum, licet laicis, licet non idem clericis.*

CONSILIVM CCCCXXXIIII.

In Domino confido.

DVBIA subtiliter excitata per Magn. D. Potestatem Sancti Fœlicis, aduersus Io. Baptistam Blasiolum carceratum, licet prima facie urgere uideantur, re tamẽ tam in iure, quàm in facto bene perpensa, & penitius considerata, fatendum est ipsum carceratum a pœna mortis omnino esse liberandum per ea, quæ in prioribus allegationibus deducta fuere, & quæ inferius adducentur. Prima enim conclusio in alijs scriptis firmata, ꝙ propter prouocationem, & offensionem alicui factam, si offensus prouocatorem, uel offensorem
1 occidat, † mitius citra mortem sit puniendus clarissima est, & fundata in allegata l. si adulteriũ. cũ incestu. in §. Imperatores. ff. ad l. Iul. de adul. & ibi clarè Ang. & idem probaẽ in l. diuus. ff. de parric. vbi pr̃ occidens filium adulterantem nouercam,

non punitur pœna mortis, sed deportatur, si
ex interuallo occidat, secus si in continenti, & in
2 actu adulterij, quia tunc in † nihilo puniretur, se-
cundum glos. Bartol. Ang. Marsi. ibi qui. numero
11. tenet occidentem non posse puniri pœna
afflictiua corporis, quam sententiam tenuit Ro-
man. singulari. 514. uolo commentare. ante fin.
& illic in nouis addit. Abb. in capi. dilect. nu-
mero. 17. & 12. & Fely. ibi. numero. 13. & se-
quen. de excepti. Mars. in l. prima. nnmero. 41. &
sequen. ff. ad l. Cor. de Sicca. in pract. criminal.
in § quando. numero. 62. & sequen. & in singula-
ri. capitul. & 270. homicida. Dec. & Cagnol. nu-
mero 10. in l. quicquid calore. ff. de regul. iur. &
Dec. in l. ut crim. numero 11. ff. de iusti. & iur.
hanc etiam conclusionem tenet. Afflict. lib. 3. cō-
stitutionum regni in Rubrica. 46. de pœna uxo-
3 ris † in adulterio deprehensæ in constitutione
incipiente si maritus. numero 2. Vbi dicit, quòd
it uidit sepè fuisse practicatum tempore Regis
Ferdinandi primi eādem etiam tenet, Io. Baptist.
Ascin. in secundò. tom. consiliorum criminalium
consil. 110. numero 8. & sequen. & Marc. Ascini.
in eod. uolumin. consi. sequen. 111. numero 9. &
sequen. Thob. Non. consil. 109. numero 6. & se-
quen. Menoch. latè in tracta. de arbitra. iudi. lib.
2. casu. 319. numero 33. & sequen. & casu. 361.
numero 14. & sequen. & ibi numero 18. extendit
& quòd per industriam, uel per insidias offenden
4 tem † occidat. D. Ascini. nos. iun in l. Imperium.
num. 167. ff. de iuris. om. iudi. Quæ conclusio pro
cedit etiam si quis tantum sit iniuriatus uerbis
5 annis offendentem † occidat, ut per Ang. in d. §.
Imperatores, & tenent etiam quàm plures citati
in prioribus scriptis, & Mars. qui hoc etiam extē
6 dit † ad iniuriam factam affini, in consi. 68. nume-
ro 2. & sequen. & illam tenet in consi. ultimo. nu-
mero 6. & Boer. qui dicit ita fuisse iudicatum de-
cisione. 169.

Fundata hac conclusione in iure uidendum
est, an ex facto huius casus oporteat fateri nos in
ea omnino uersari ita, ut iudicando ab ea rece-
di nequeat, quod negat ipse Magnificus Moti-
uans, & in dubijs contrarium uerius esse pungit.
Ego uero (ni fallor) rem hanc habeo pro indubi-
tata, Namq. non tantum ipse Blasiolus fuit semel
prouocatus, & Iniuriatus à dicto Alexandro, sed
pluries multifariam multisquè modis P. enim
illum imputauit, quòd furto subtraxerit stamea
seu follum eius magistri, hæc enim imputatio ma
7 gna † iniuria illum affecit. Bart. in l. Item apud La-
beonem. §. prætor ait. num. 3. ff. de iniur. cum alijs
trad. per Boer. consil. 4. nu. 6. & sequen. Secundò
fuit percussus ab eo super capite, & uulneratus,
& forte per plures menses iacuit propterea ęgro
tus in lecto. Et tertiò pluries illi minatus fuit de
illum occidendo nisi solueret sibi scutos sex pro
dicto stamine, ut deponunt aliqui testes in prote
stu, & postremo misit illi schedulam minatoriam
de occidendo per Bartholomeum Plebium, ut i
8 suo processu, quæ quidem minæ † inferunt etiam
iniuriam Augusti. de Arimi. in addit. ad Ang. in
tracta. malefi. in Verb. & dictus Titius se defendē
do col. 2. uers. quæritur an ex solis minis. & quod
minæ nedum de occideudo aliquem, sed uiolā-
do sororem alicuius præbeant iustam causam ex
cusandi aliquem à pœna mortis, qui minantem
9 occidit, † scribit Gram. in allegata decisione. 5. nu
mero 9. & seq. & in fi. refert. sic fuisse per maiorē
partem dominorum sacri consil. iudicatum. & se
quitur Thob. Non. dicto cons. 109. numero. 8.

Non obstant modo ea quæ contra hoc primū
fundamentum nostrum in dubijs adducuntur. Et
primò, qd dictus reus licet offensus à dicto Ale
xandro, & timens etiam offendi, nel occidi ab
eo, censeatur potius ulciscēdi causa, quàm se de
fendendi curasse, ut dictus Alexander occidere-
tur, cum quatuor menses interuenerint a tempo-
re percussionum, & interim cum alijs tractauerit
de eo occidendò, & pecunia tradita assassinis tan
dē illum interfici fecerit. ut in dictæ, non de-
10 fensioni † adscribendum est. Are. præter alios in
d. uerb. & dictus Titius se defendendo. colum. 3.
uers. & dr fieri incontinenti. Vnde uidetur pœ-
11 na ordinaria † teneri. Boer. decisione, 168. nume
ro. 13. & 17.

Ad hoc dubium dissoluendum in quo omnis
neruus resolutionis huius causæ consistere uide-
tur, Respōdetur, quod tam Ang. quàm Boer. cita
12 ti loquuntur in diuersa, quod nempè † in eo qui
fuit insultatus ab aliquo, quia si incontinenti of-
fendit aduersarium censetur se defendere, secus
si ex interuallo, quia magis censetur ultio, quàm
defensio, ut per Ang. in dicto loco. Boer. uero ad-
dit, quod cum posset insultatus sibi cauere acce-
dendo ad iudicem, sibi est imputandum, & dicto
numero 17. quod dicitur fieri ad uindictam, &
est opus gratia Principis. At nos sumus non tan-
tum in eo, qui fuit simpliciter insultatus, sed iniu-
riatus, ob imputationē furti percussus, & uulnera
tus, & exindè minatus pluries de illum occiden
do, nam licet non possit dici hæc defensio, sed
uindicta, non est tamen quin occidens, uel occi-
di mandans teneatur minori pœna, quàm pœna
mortis, ut in his terminis loquūtur plures tā alias
quàm supracitati.

Nec uideo in processu constare, quod steterit
Blasiolus per quadrimestre ad faciendum illum
occidi, quinimò apparet, quod fuit percussus,
& uulneratus tempore messium, & fuit occi-
sus Alexandro di S. Bartol. & sic die. 24. Augusti.
adeo quòd uix duo menses effluxerunt, et hoc
casu iuste potest dici incontinenti factum, cum
istud tempus remittatur arbitrio iudicis. ita, ut
et sit arbitrandum ne dum de sex mensibus,
13 sed de decennio secundum qualitatem † per-
sonarum, ut per Augusti. de Arimin. in dicta
additione ad Angel. in dubijs citatatum. in uer.
adde etiam in quantum, & quod hoc tempus
remittatur arbitrio iudicis consideratis circun-
stantijs,

stantijs, admitti etiam Boer. d. numer. 17. Idem tenet Afflict. in d. const. si maritus ante §. & sequitur Carer. in allegato §. 6. num. 170. a. pag. vbi dicit, quod si incontinenti fiat, delinquens nulla pena tenetur, secus si ex interuallo, quia minoratur pœna, & quod debent considerari, an sit magnũ,
14 uel paruum † interuallum, ut præsumatur cessare primus motus, seu calor iracundiæ, trad. etiam Claud. de Seissel. ac repetit. d. l. ut uim. num. 36. & quod attendatur commoditas vlciscentis, ut ha-
31 cto disponitur. Porrò dictio † ultra implicat, includit, & repetit illud, quod ante expressum fuit, ut colligere licet ex innumeris. DD. congestis à Tiraq. de Retract. signag. §. primo gloss. 11. nu. 68. cuius meminit Cachera. decis. 52. nu. primo, sed magis specialiter, & distinctè rem explicando, hæc dictio non includit, uel repetit simpliciter, sed inducit repetitionem præcedẽtium cum omnibus suis qualitatibus, & conditionibus, adeo,
32 ut qualitas posita in præcedentibus † repetita censeatur in sequentibus, ita D. Ceph. uidendus post multos, quos allegat consi. 156. nu. 18. in 2. ex quo fit in casu nostro, ut perinde sit, ac si dictum fuisset, quemadmodum nullitas cõtractus, & restitutio usurarum respiciunt commodum debitoris, qui soluit vsuras, sic etiam (& hoc propter uim illius tacitæ inclusionis, & repetitionis, quas dictiones illæ, & ultra, inducunt) sors principalis, cuius amissione plectimus fœneratorem ipsum, pertinet ad eundem debitorem, quem fœneratorem mulctamus, præterea alia pœna, scilicet alterius tantæ summæ, quenam sors, & usuræ constituunt, cuius pœnę tertiam partem applicamus accusatori &c. & uerè hic sensus uidetur mihi satis planus, & mẽti, uerbisque edicti amicus. Et quoniam uis præsentis controuersię pendet,

ita ex intellectu prædictorum uerborum, rursus animi mei conceptum explico: Dico edictum ea in parte, de qua uerba facimus, hoc sibi uoluisse, Christianus fœnerator amittat sortem ultra nullitatem contractus, & usuras, restituendas ei, qui eas soluisset, & præterea alterum tantum, quantum constituunt sors, & usurę simul applicãdum pro tertia parte, &c. Eninuero quantum pertinet ad huius clausulæ primam partem, quæ sola in cõtrouersiam uenit, quam qualitas inest amissioni sortis, inest etiam necessario nullitati contractus, & restitutioni usurarum, quod exemplo manifestius erit, si dicat testator lego fundum ultra dotem, qualitas, & titulus legati, qui inest fundo inest etiam doti, unde sicut fundus legatus dici-
33 tur, ita dos legata † dicitur Bar. in l. qui ita in fi. ff. de do. præleg. D. Cephal. consi. 157. sub nu. 15. in primo, ex hoc sequitur (& hoc certe animaduertendum) quod si dicamus in rẽ nostra propo sita, in edicto mẽtionem factam fuisse amissionis fortis ad utilitatem fisci dicamus quoque, uel inuiti necesse est nullitatẽ, quoque contractus, & restitutionem usurarum adiectas fuisse ad commodum, & emolumentum fisci, quia qualitas, quæ inest amissioni sortis, inest quoque contractus nullitati, & usurarũ redditioni, ut mox dicebam, at uerò consequens hoc absurdissimũ esset, ergo etiam antecedens, ducto argumẽto ab altero ad alterum, iuxta tradita ab Euerar. in Topic. locis 96. 97. uitandos autem esse intellectus, ex quibus
34 absurda † consequuntur, præsertim in edictis, & statutis, nemo non scit. l. nam absurdum, ff. de bo. liber. cap. uenerabilem. circa med. & cap. in genesi. de elect. Albe. de statu. lib. primo quæst. 9. nu. 3. idẽ Euerar. in loco ab Absurdo. Rectius itaque, & conuenentius arguemus ad hunc modũ, sicut nullitas contractus, & restitutio usurarum apposita fuerunt ad commodum soluentis usuras, sic, & amissio sortis annexam habet eandem qualitatem, & eodem respicit; Quemadmodum qui dicit dono fundum, & ultra fundum centum; donauit non solum fundum, sed etiam cẽtum prop-
35 ter repetitionem † uerbi ultra. Cuma. consi. 112. col. 2. uers. pro parte negatiua. Dec. consi. 190. nu. 7. D. Cephal. sub d. nu. 15. d. consi. 157. Et quidem ex supradictis omnibus credendum est, quod si Dux Serenissimus, uel alius, qui nomine ipsius edictum conscripsit interrogatus fuisset, Num uellet sortem principalem spectare ad debitorem iuxta superioris à nobis tradita, respondisset, quod sic; unde sequitur perinde esse, ac si hoc expressioribus etiam, & planioribus uerbis
36 iis, quæ habemus † in edicto, dictum fuisset. gloss. notab. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pac. Bar. Bal. & DD. in l. in omni. C. de sacro. Eccles. Rol. de Luc. do. quæst. 105. nu. 10. & est dictum communiter * approbatum, ut refert Cacher. decis. 59. sub nu. 9. Ex prædictis puto satis constare uerba ipsa edicti cõmodissimè pati interpretationẽ, quã nos sequimur: Neque obstant alia uerba, quę leguntur

in fi. eiusdem edicti (*d'applicarsi l'un & l'altro come è detto di sopra*) quoniam aufert omnino difficultatem dictio supra, qua utens nihil noui statuit, sed
37 referens se ad præcedentia † eorum repetitionem inducit Bartol. in l. prima. §. deindè. ff. de postul. Rui. consil. 183. numero primo. in 2. Crauet. consi. 89. numero. 3. cum alijs, quos Ceph. d. consil. 156. numero 24. & consil. 269. numero 40. at supra sors applicata fuerat debitori, uel illi, qui soluerat usuras, altera uerò pęna scilicet alterius tantæ summæ, pro tertia parte accusatori &c. secũdum ea, quæ à nobis antea adducta in mediũ fuerunt, ergo prædicta uerba nullũ nobis faciunt negotium. Immò ego ex alia parte edicti sub uersic. *Appresso per ritirare alla uera uia &c.*) ibi (*casche in pœna della restitutione delle usure, & di perder la sorte*) colligo, quod cum sit mentio solius amissionis sortis, quæ est pœna ciuilis, non alterius pœnæ, quæ est criminalis, nullum fit uerbum de applicatione, quia scilicet sors amissa eidem debetur, cui usuræ restituuntur. Igitur ex supra scriptis omnibus, ex quibus cessat pariter dubitatio de accusatione ab edicto introducta, coniunctis ijs, quæ doctè antea scripta fuerunt, concludendum censeo sortem cõtrouersam deberi. N. non fisco; quo eo magis hic dicendum vr, quòd N. sustinuit duas personas, tum debitoris, a quo usuræ extortæ fuerũt: cui impense fauere leges multis argumentis ostendimus: tum denunciatoris, seu detectoris cõtractus feneratitij, q forte alioquin ppetuo occultè latuisset, quo genus hominũ, præcipuè cum agitur de graui, & odioso delicto, cuiusmodi est crimen usurariũ, leges omnes be-
38 neficijs, & præmijs † complectuntur, nempè ut delicta detegantur, & puniantur, quod Reipublicæ interest. l. ita uulneratus. ff. ad leg. Aquil. l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publ. & uectigal. c. ut famæ. de senten. excom. cum similibus.

Laus Deo Opt. Max.

Ego Io. Franciscus Terzanius Iurisc. Ferrariẽsis, & in patrio Gymnasio Iuris Ciuilis ordinarius Professor matutinus, secũdum suprascriptam sententiam; Salua tamen meliore respondi, & nomen, signumque meum subieci.

ARGVMENTVM.

Qui bannitum receptauit, & cum eo conuersatus est, quia communiter cum omnibus conuersabatur, quando teneatur aliqua pęna?

Et an teneatur scire illum esse bannitum, an uero præsumatur ignorasse, & quando hæc habeant locum?

SVMMAE.

1 *Associare aliquem & receptare per se non est delictum.*
2 *Dolo cessante nulla sequitur condemnatio.*
3 *Receptatio banniti prohibita expresse requirit scientiam banni.*
4 *Proclama est interpretandum secundum ius municipale.*
5 *Bannitum receptans debet scire illum esse bannitum.*
6 *Ignorans non delinquit.*
7 *Ignorantia præsumitur, & c. est.*
8 *Scientia probanda in specie non in genere.*
9 *Socius criminis non facit, nisi leuem aliquam præsumptionem.*
10 *Bannitum esse aliquem quis iustè ignorat, qui uidet conuersantem.*
11 *Ignorantia probatur ex subsequutis.*
12 *Probatio nec plena, nec concludens ad defensionem est plena.*
13 *Probatio imperfecta tendens ad probãdum aliquid diuersum a probatione actoris prodest reo ne condemnari possit.*
14 *Pœnitentia, & obedientia liberat pœnitentem a delicto.*
15 *Fama probatio est plena descendens ex testibus discretis, & bona fama.*
16 *Fama bona probata facit cessare præsumptionem doli.*
17 *Purgat indicia ad torturam.*
18 *Tollit delicti præsumptionem.*
19 *Adiuuat præsumptiones, & probationes pro reo.*
20 *Et bona in genere probata pręualet malæ in specie probatæ.*
21 *Causa finalis dispositionis colligitur ex præfatione.*
22 *Statutum restringitur propter præfationem.*
23 *Præfatio statuti si non habet locum, nec habet locum statutum.*
24 *Verba præcedentia declarant, & influunt in sequentia.*
25 *Associatio tendens ad malum, & ad committendum aliquod delictum est prohibita.*
26 *Carceratum alloquens ad bonum non tenetur pœna prohibitionis alloquendi.*
27 *Associatio non est proprie quando uterq; it suorum negociorum gratia.*

CON-

CONSILIVM CCCCXXXIX.

Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circunstantiæ labijs meis.

VIDETVR ex pluribus dicendũ do-
minum Vincentium Bellegrandium
non incidisse in edictũ Principis con
tinens pœnam aduersus acceptato-
res,& associantes bannitos, & primò, quoniam
non constat de scietia,uel dolo ipsius Bellegran-
dij, nempe quod sciuerit Hieronymum Barbum
bannitum fuisse,& nihilominus dolosè illum re-
ceptauerit,& associauerit, de quo dolo debet an
te omnia cõstare,enm receptare, & associare ali-
1 quem † per se non sit delictum, iuxta doctr. Bar.l.
dolum.C. de dol. & tradit Boss. in terminis rece-
ptantium bannitos tit.de Rapin. sub numer. 21.
2 Dolo autem cessante nulla sequitur † condemna
tio. Dec.consi.37.num.8.Soc. iun. 37.nu. 32.34.
2.uolumin. & quamuis in edicto memorato non
dicatur expresè pęnam impositam esse receptã-
ti scienter,uel associanti scienter bannitos,sic ta-
3 men est omnino intelligendum, †tum ex disposi-
tione statuti lib.3.c.120.pęn. recip. rebell. quod
expresè recquirit scientiam,& secundum quod
4 interpretandum † est pręsens edictum,Dec.cons.
5 65.numer.4.tum ex dispositione † iuris Commu
nis.l.1.§.1.& ibi glo.& Bar.ff.de receptat.Nell.de
Banit.3.parte secundi tempor.nu.10.uer. uigesi-
mo loco.Ang.de Malef.uerb. & d. malef.semper
astitit. uer.quero,quia supra. Carr.in pract.crim.
§.4.num.32,Et de hæretic.num.70.Rol.cons.45.
numer.16.& seq.primo uolum.Boss.d.tit. de Ra-
6 pin.sub.num.16.& 33. ignorans enim † non de-
linquit.l.Cotem.§. Dominus uerb. restituitur. ff.
de publica.&c.Afflic.Dec.190.nu.3.& seq.Cra-
ue.& Ceph.qui alios,ille consi.260.nume. 2.hic.
390.num.12.in 3.erat igitur aduersus Bellegran
dium,ut teneretur edicto probanda scientia ban
7 ni Barbi, præsumitur enim † ignorantia,ita in ter-
minis Boss.d.tit.de Rapin.num.17.Camer. d. nu-
8 mero.170.& erat probanda † scientia in specie
non in genere ex fama,uel Rumore.Plot.l.si quã-
do.num.859.C.unde ui Menoch.de Arbit.iudic.
lib.2.Cent.4.casu.357.num.15.quæ scientia non
fuit probata.gl.a 1. Neque obstat, quod Barbus
ipse constitutus,responderit Bellegrandium sci-
uisse bannum suum,tum,quia nihil concludit nõ
nominans illum à quo Bellegrandius id ipsum in
tellexit ergo obscurissima,est probatio,quæ in hi
sce causis clarissima esse debet.l.ult.C.de probat.
cum simil. tum, quia non exprimit tempus quo
Bellegrãdius id intellexerit unde ubi uerum fuis-
set potuisset contingere non ante sed post acce-
ptationem Bellegrãdij,quæ interpretatio ad cui
tandum delictum,sine dubio facienda est,l.meri
to. ff. pro Soc.cum uulgar.Addo quod ubi etiam
Barbus id explicite deposuisset contra Bellegran
dium, nihil aliud tamen quam leuem aliquã præ
sumptionem aduersus eum induxisset uti socius
9 † criminis.gl.c.cum.I.& A.& ibi Fel.colum.3. de
sent.& reiudic.idem Fely.c.cum dilecti.de accu-
sat.Boss.tit.de inquisit.sub nume.43.quæ præsum
ptio facilime tolleretur ex his, quæ subijcienda
sunt.Secundò probabilis ualde ostenditur igno-
rantia ex parte Bellegrandij ex eo,quod depo-
nunt testes ad defensionem illius examinati Bar
bum solitum fuisse uenire ĩ territorium Ferrariẽ.
ea que facere quæ non banniti facere solent nem
pè moram trahere, ire,& redire equitare,rem di
uinam audire, & alia id genus,de quibus testes
primus,secundus,& tertius,quorum primus etiã
fatetur audiuisse Barbum sæpè, & publicè solitũ
fuisse in idem territorium Ferrariense uenire, &
tertius dicit se nescire Barbum bãnitum esse,hæc
autem quam iustam præbeant causam ignoran-
di bannũ ipsius Barbi nemo non uidet,& faciunt
10 † tradita à DD.in l.quod si nolit. §. quia assidua.
ff.de Aedil.edic.tertio,ignorãtia Bellegrandij Bã
ni de quo agimus satis deprehenditur ex denun-
tiatione quam fecit Magnifico Domino iudici
Maleficiorum ab eo tempore quo Barbus pran-
sit cum illo,& ex inquisitione quæ facta est man-
dato eiusdem Domini iudicis Maleficiorum in-
stante Bellegrandio,ut inueniretur Bannum Bar-
11 bi,probatur enim ignorantia † ex subsequutis
Bar.l.si aliquam rem. uer.ulterius.& ibid.Ale.nu
mero,2.uer.4.pręmito.ff.de aequi.possessione.H.
de Ceph.consi.469.nume.141.3. uolum.de qui-
bus denuntiatione, & inquisitione satis apparet
ex testibus 7.& 8.& ex literis Magnifici Domini
Ioannis Marci lisinardi Carpensis mei Amici, &
olim Auditoris tũc temporis iud. Maleficiorum
ciuitatis huius,& quorum attestationibus semel
iunctis certè deprehenditur Bellegrandium de-
nuntiantem Barbum, & quærentem nam esset
bannitus, uel non ignorauisse bannum illius, &
ubi etiam testes hoc non probarent plene,& con
cludenter,cum tamen inducti, & examinati sint
ad defensionem probatio pro plena, & conclu-
12 denti habenda † esset. DD. & præsertim Cland.
Aquens.l.ut uim.ff.de iust.& iu.Bar. l. non solum.
§.sed,ut probari.ff.de ope.no.nunt.Boss.ti.de de-
fens.reo.num. 12.& de crimi.læs.maiest.nu.124.
& alibi sæpe.hinc fit ꝙ probatio rei imperfecta tẽ
dens ad probandum aliquid diuersum à proba-
13 tione actoris prodest illi ne condemnari † possit,
ita Bar.& DD. communiter. l. admonendi. ff. de
Iur.iur.Ancha.consi. 285. colum. fin.quos alleg.
Boss.d.tit.de defens.reo.num. 10. & seq. nulli ne-
ro dubium esse potest huiusmodi denũtiationẽ,
& inquisitionem factam à Bellagrandio plurimũ
illi prodesse debere, utpote excludentem omnẽ
dolum ab eo,& huc facit illud quòd in hac mate
ria,sed in fortioribus terminis scribunt. DD. qđ
receptans etiam scienter bannitum pluribus die
bus si postea prodat,& præsentet curiæ,non inci
dit in pœnam receptantis.postrema enim pœni-
14 tentia,† & obedientia liberat te à delicto. l. pri-

ma.C.ne tuto.uel curator.& in l.prima.C. de cri-
min. ſtellion. l. ff. qui.C. de Apoſt. l.Manichus.
C. de Hæretic. quam ſententiam ſine dubita-
tione ſequitur Nell. de Bannit. tertia parte ſe-
cundi temporis. numero, & uerſicul.24. ad fin.
uer.ſi uero hoc non conſtat, quando non conſtat
ꝙ receptans bannitum receptauerit eũ data ope
ra, & ex propoſito ſciẽs eum eſſe bannitum, hoc
aũt nõ coſtare in caſu Bellegrãdij clariſ. eſt ex ſu
praſcriptis. quarto cõfirmãtur ualde ſupradicta,
& infra dicẽda ex bona fama ipſius Bellegrãdij,
quæ probata eſt pluribus teſtibus cum tamẽ duo
ſufficerent, & teſtibus diſcretis, & bonæ famæ,
15 quo caſu probatio famæ plena † eſt. Archidia.c.
conſanguineas.35.q.6.Marſ.in pract.crim. §. plu
rimum.colum.19.Rol.conſil.3.nu.57.& præced.
primouolum. ſunt autem per quam noti effectus
16 bonæ famæ probatæ, quæ.ſ. facit ceſſare † præſũ
ptionem doli.Sal.l.prima.nume.4.C.ad leg.Cor.
de ſicar.Cæpol.cõſ.31.præſumpt.9.D.Rimi.lun.
17 conſi.145.ſub nume.12.in 2.purgat indicia † ad
torturam.Ang.l.Milites.C.de quæſt. Dec. conſi.
175.colum.pen.Rol. 45.num.44. in primo.Rim.
18 Iun.d.conſi.145.ſub num.13.tollit delicti † præ-
ſumptiones aduerſus inquiſitum, uel accuſatum.
Bar.l.prima.§.pe.per illum tex.C.de re milit.Cra-
ue.conſi.99.in fi.Rol.38.num.34.in primo.Iacob
æmil.conſi.52.nu.7.denique alias pſumptiones,
19 & probationes p reo adiuuat †.Rimi.Iun.q alias
d.conſil.145.num.15.& ꝙ maximum eſt, quam-
uis in genere probata præualet male etiam in ſpe
20 cie probatæ. † Marſ.conſi.72.in fi.Malua. conſil.
110.num.22.primo Tom.crimin. uer. ꝙ attinet
in ſpecie ad aſſociationem nullam quoque ui-
detur incurriſſe pœnã Belleg. quãquidem edicto
nõ poteſt intelligi prohibita ſimplex aſſociatio,
quæ itineris tantum gr̃a, non autẽ mali alicuius
cauſa fiat.colligitur hoc apertiſſime ex præfatio-
ne ipſius quæ conſtat uerbis illis (*nolendo ouuiare alli diſordini è inconuenienti, che poſſano incorrere per il praticare de i banditi ne lo ſtato, e dominio di S. E. &c.*) ex
qua præfatione colligitur ſine dubio intentio
21 diſponentis, & cauſa † finalis diſpoſitionis.Bar
tol. l. ult.ff. de hæredib. Inſtitu. Dec. conſi.100.
22 numero 2. immò ipſum ſtatutum † reſtringi-
tur.Barto.l. cum bi.in princ. & §.eam.primo not.
ff. de trãſ.Bal.l.Titia.§.Idem reſpõdit.ff. de uerb.
23 oblig.ita ut † ſi non habeat locum præfatio, nec
locum poſſit habere ſtatutum Dec.Pedem.59.nu
mer.6.Hoc idem apertiſſime ſignificant ſequen-
tia uerba edicti, quibus nominatim agitur de aſ-
ſociatione, quæ ſunt (*& medeſimamente comanda ancho S. E. che non ſia alcuna pſona che ardiſca, ne preſuma dare aiuto, ne fauore, ouero accompagnare per modo alcuno che ſia bandito &c.*) ex quibus intelligimus aſſocian
tem tum demum puniri ſi ſua aſſociatione uolue
rit, atque intellexerit bãnito ipſi auxiliũ aliquod,
& fauorem præſtare, uerba enim illa præceden-
tia (*aiuto ne fauore*) neceſſario declarant, & influunt
24 † in ſequentia.l.ſi ſeruus plurium.§. fin.ff. de leg.
primo.d.cauſam quæ, ubi gl. uerb.præcedat. de
Reſcr.cum ſimi.ſed addo unum, ꝙ etiam ſi ex uer
bis edicti intentio edicentis clare non deprehen
deretur ſicut certè deprehenditur, ſed illud ſim-
pliciter, & abſolute phiberet aſſociari bãnitos,
25 eſſet tamen intelligendum de aſſociatione † ten-
dente ad malum, & ad committendum aliquod
illicitum, & impermiſſum.Bar. l. inter ſtipulantẽ.
§.ſacrã ff.de uerb.oblig.Bal.l.ſi ſeruus. ff. ad l.Aq-
quil.Fulg.l.quis ſit fugitiuus. §. primo. ff. de ædil.
edic.Blanc.l.fi.nu.201.ff.de quæſtio.Horat. Butr.
conſi.168.num.26.primo tom.crimi.Crauet.qui
multa in hanc rem conſi.3. Ferè per tot.quo loco
deffendit ille, quod quamuis iudex inhibuerit q
buſcunque perſonis ſub grauibus pœnis ne allo-
26 querentur † captiuum quendam aliquo modo
directe, uel ĩdirecte nihilomin9 q captiuũ ſaluta
uit, & hortatus eſt eum, ut eſſet bono animo, nec
terreretur ob detentionem, iudex enim coactus
fuerat pro officij ſui munere ad eum modum pro
cedere, non fecerit aduerſus preceptum iudicis,
neque inciderit pœnas ab eo comminatas, quæ
deciſio ſane eſt notabilis, & facit ualde ad rem
præſentem ſicut faciunt quæ ſcribunt Foller. in
pract.crim.uerb.fragmentor.pars.num.66.& ſi-
mil.d.conſi.52.ſub num.5. Igitur ſi edictum om-
nino eſt accipiendum de aſſociatione ad malũ,
& qua fauor, & auxilium aliquod præſtetur ban-
nito, conſequens eſt Bellegrandum aduerſus il-
lud non commiſiſſe, non conſtat enim ex aliqua
parte proc.quod aſſociauerit Barbum ad malum
aliquod, immo neque aliqua etiam leuiſſima ap-
paret de hoc, uel apparere poteſt præſumptio,
immo conſtat de licita, & permiſſa cauſa ob quã
interdum cõuerſabatur cum ipſo Barbo nempè,
ut abactos ſuos boues recuperaret, & fructus præ
diorum ſuorum à bannitis, & prauis hominibus
cuſtodiret, neque eſt omittẽdum quod ſi rem ip
ſam propriè expendere uelimus non rectè dicet
aliquis Bellegrãdium aſſociauiſſe Barbum, cum
uterque itineraretur ſuorum quiſque negocio-
27 rum gratia, hoc enim non probatur † aſſociatio,
argumento eorum, quæ poſt alios quos adducit,
ſcribit Tbob.Non.conſi.101.ſub num. 19. unde
conſequens eſt, quod cum neque mens, neque
uerba edicti conueniant perſonæ, & ſpeciei de
quibus nos agimus, neque cõueniat illius diſpo
ſitio.l.4.§.toties.ff.de dam.inf.la ſ.l.qui ſe prioris
col.pe.C.und.lib.Cagn.qui alios l.ſi quis maior.
numero.19.C.de tranſ.igitur concludo ex pluri-
bus abſoluendum eſſe D.Vincentium Bellegran
dium propinquum meum à contentis in inquiſi-
tione aduerſus eum formata, & quamuis ob meã
inualetudinem ſingula plenius exequi non ua-
luerim, hæc tamen pauca ſatis erunt Clariſſimo,
& Doctiſſimo Domino prætori, & maxime cum
eccellentiſſimus Dominus Bertazzolius fusè, &
doctè pro eodem Bellegrandio ſcripſerit.

Laus Deo Opt.Max.

Io.Franc.Terz.Cremon.

AR-

ARGVMENTVM.

In casu superioris consilij disputatur, quando quis præsumatur ignorasse eum fuisse bannitum, quem associauerat.

SVMME.

1 *Scientia banni non præsumitur in associāte bannitum, licet de eo sit uox publica, & fama, & quando?*

2 *Bannitus quando dicatur conuersari ex audacia, & quando ex tolerantia superiorum?*

3 *Et ex quibus actibus, & ex qua mora hoc colligatur?*

4 *Et quid si omnes indiscriminatim illum adeūt, & cum eo conuersantur.*

5 *Receptatio banniti, ideo est prohibita, ut nullus remaneat locus illi, in quo sit tutus.*

6 *Probationes receptę ī una causa prosunt in alia.*

7 *Probatio dubia, & minus concludens satis est ad defendendum reum.*

8 *Scientia non probatur alicuius rei in aliquo loco ex fama quæ uiget in loco diuerso.*

9 *Fama non est in cōsideratione, nisi testes dicant habuisse ortum ante litem contestatam.*

10 *Testibus magis statur inquisitorum deponentibus pro absolutione.*

CONSILIVM CCCCXL.

Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantię labijs meis.

QVamquam testes aliqui examinati pro Curia deposuerunt de fama, & uoce publica. quod Hieronymus Barbus esset bannitus capitaliter ab hac urbe, & illius territorio, adhuc tamen nō uidetur probata scientia Bellegrandij. Primum enim possent procedere quæ in dubijs allegantur, ubi ex parte Bellegrandij, nihil esset probatū, quod
1 præsumptionem scientiæ eliderent, quo casu non loquuntur. DD. Citati à Boss. tit. de Rapin. porrò probatum est Barbum solitum fuisse uenire publicè in territorium Ferrariēse, & in eo morari, ut faciunt alij non banniti, quod ipsam præstat causam ignorantiæ multum probabilem, sicut alias dixi. Neque obest, quod dicitur in dubijs id contigisse ob nimiam ipsius audaciam non uerò ob scientiam, & tolerantiam Principis; quod in pro
2 posito † uidetur necesse, Ale. cons. primo. in fi. uol. 3. Marsi. sing. 55. ego enim respondeo dupliciter, Immò satis uideri id euenisse ex scientia, & tolerantia Principis. audaciæ enim & temeritati exulis adscribi potest, quod interdum, & clam, uel etiam palàm, sed quasi ex tempore, & comitatus alijs exulibus, & malis hominibus ueniat in
3 territorium, unde exulat, in quo † diu non moretur, sed horas aliquot, uel etiam diem unum, aut noctem unam, & deinde recedat, & postea transactis aliquibus, uel etiam pluribus mensibus reuertatur, porrò hæc nullam arguunt Principis tolerantiam, uel sciam, sed ꝙ bānitus ueniat sępissimè, & publicè in territor. vñ bannitus est, eat, redeat, diuinam rem audiat, ita ut quamplurimi inducantur ad credendum ipsum haud quaquam bannitum esse, certè non leue præbet argumentum cuiusdā Principis tollerantię, at uerò si idem bannitus non tantum prædicta faciat, sed etiam ueniat ad colendum prædium positum in territorio Ferrariensi, ibique diutissimè, & plures annos moretur, ut solent facere cultores, & laboratores prædiorum alienorum saltem annos quinque. quo temporis spatio omnes libere, & indistinctè adeant illum, & ille cum omnibus passim conuersetur, quis pro certo non habebit contingere hæc omnia ex Principis tolerantia, & con-
4 niuentia, † ita arguit in terminis nostris Ang. Are. consi. 47. nu. 41. & 42. & huc facit quoniam id circo uetitum est utroque iure communi, & munici
5 pali, bannitos recceptari, ut non remaneat † eis locus in quo possint morari, iuxta l. 3. in pri. C. de sum. Trin. & fid. catho. & tradit. Petr. foller. in pra. crim. uer. banniantur. nu. 9. qui ergo uidet eum, qui bannitus dicitur assidue, & diutius in territorio moram trahētem quid aliud existimet, quam duorum alterum eū. s. uel de banno cancellatum, uel à Domino toleratum esse? sed hæc omnia appertè deponunt testes de Barbo, nempe quod ab eo tempore quo dictum fuit bannitum ipsum fuisse ex territ. Ferrar. uenit nihilominus ad laborandum possessionem, olim Magnifi. D. Giberti Curtilis Carpēsis, quem uirum amicorū meorum parentem, & cuius eximij, & longè prudentis senis conspectu, ego olim adolescens recreabar bonoris gratia à me nominatū uelim, sitam in districtu Ferrariæ, ibique mansit omnibus uidentibus, cum illo loquentibus, edētibus, & conuersantibus per spacium annor. quinque &c. de quibus omnibus, & id genus alijs abundè testificantur testes plures subijciētes, quod propterea ipsum Barbum reccepissent in domos suas tanquam non bannitum. & quamquam nullibi ex prædictis testibus non fuerunt examinati in hac
6 causa Bellegrandij, illi tamen quo ad hoc † prodesse debent, iuxta trad. à DD. in c. Causam quæ. de testibus. & à Specu. lib. 2. part. 2. tit. de confess. §. nunc uidendum. sub nu. 3. & multo magis quoniam probatio etiam dubia, & minimā conclu-
7 dēs, satis est ad deffendendum † reum. Bar. l. non solum. §. sed ut probari. ff. de oper. no. nūt. Boss. tit. de defen. reo. nu. 12. Præterea respondeo, quod

etiam si nulla hinc posset argui tolerantia Principis, hoc tamē nihil officeret Bellegrādio, quod enim dicunt DD. allegati de Principis patiētia, non inseruit præsenti inspectioni. loquūtur enim illi de offendente bannitum a Principe toleratum qui offendens non iuuatur. l. permittēte bannitum occidi, & offendi, quoniam ex patientia, & tollerātia Principis debebat intelligere ipsum non haberi pro bannito, & consequēter nō comprehendi lege loquente de bannitis, & in his terminis uere loquuntur DD. Qui tamen non dicūt, nec dicerent, quod si bannitus ex propria temeritate, & contumacia ueniat sępè in territorium, unde bannitus est, ibique moretur: conuersetur hoc solum exclusa, etiam penitus scientia, & patientia superioris nō prestet iustissimam causam ignorandi bannum illius, & credendi illum bannitum non esse. & hic est casus de quo nos agimus, qui ex hoc contendimus ex parte Bellegrandij probatam esse ignorantiam banni Barbi, & ex parte Curiæ non esse probatam scientiā. Quæ sciētia multo minus probata est, quoniam testes examinati pro curia non deponunt de fama existente in Ciuitate Ferrariæ, ubi Bellegrandius habitat, uel in Villa Caurianę, ubi admisit Barbum ad prādium, quod erat neccesse probare propter
8 † diuersitatem locor. Bal. l. planè per eum tex. D. de excus. tuto. Abb. c. primo. col. 3. de postul. prælat. Ias. consi. 46. pro fisco. col. 3. uers. 2. respondetur. uol. 3. quos in his terminis adducit Plot. l. si quando. §. 52. nu. 14. C. unde ui. immò tertius testis pro Curia non solum non deponit de Ciuitate Ferrariæ, sed dicit se nunquam id audiuisse in loco aliquo territorij Ferrariensis, nisi post capturam Barbi, unde nihil probat. fama enim non habetur in cōsideratione, nisi testes dicant eam ha-
9 buisse ortum † ante litem motam. Abb. c. licet ex quadam. col. 2. de testib. Boss. de part. suppos. nu. 21. quæro si cæteris paribus magis standum est
10 testibus † inquisitorum, quia. s. deponunt pro non delicto. Abb. & Dec. c. ex līis de proba. Corſ. in sing. ver. testis. Hor. Lut. consi. 168. nu. 15. primo To. crimin. multo. certè magis in hac specie, & ex his paucis ego concludo non constare Curiæ, illud quod est caput in hac causa. Nempe sciuisse Bellegrandium Barbum esse bānitum. unde cessant omnia quæ aduersus recceptantes, uel associantes bannitos iure communi, & edictis Serenissimi Principis nostri cauta sunt, ut alias fusius scripsi, sum autem his paucis, & raptim scriptis contentus, & quia infecta mihi nimis ualetudo non finit me ulterius progredi, & quia Eccellentissimus Dominus Bertazzolius doctè, & fuse scripsit pro dissolutione omnium, & singularum dubitationem, quamquam subtiliter propositarum, unde ut clarissimi DD. Iudices ualeāt quam primum causam expedire delego eos ad scripta eiusdem. D. Bertazzoli, qui nihil intactum reliquit. & si omnia coniungantur, quę semel atque iterum in hac causa scripsimus non potest non dici Bellegrandium ipsum ab soluendum esset ab inquisitione contra illum instiuta.

Laus Deo Opt. Max.

Io. Franciscus Terz. Cremona.

In eadem casu consuluit Pater meus, ut uidere est sup. consi. 125. & 126.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

De pœna tutoris non conficientis librum, quo possit rationem reddere administrationis. Et quando dicatur dolosè uersatus in administratione?

SVMMAE.

1 *Iurare potest contra tutorem, qui non fecit librum suæ administrationis.*
2 *Tutor debet reddere rationem, & si sit mulier potest carcerari.*
3 *Tutor qui librum nō exhibet, neque propter leuem culpam adiuuatur.*
4 *Et quando possit probare pupillum habere tot redditus, & non plures.*
5 *Librum non conficere rationum, uel nō conficere inuentarium est quid diuersum.*
6 *Ratio an dicatur reddi à tutore adducente pupillum tot habere redditus.*
7 *Tutor tenetur libros suæ administrationis nedum exhibere, sed tradere pupillis.*
8 *Tutor qui omisit scribere redditus pupillorum perceptus est in dolo, & est obnoxius iuramento.*
9 *Sed quid si tractetur de excusando illo à pœna criminali.*

CONSILIVM CCCCXLI.

In Domino confido.

ADEO copiosè, & eleganter ad fauorem fratrem de Gottardis scripsit Excellē. I. C. Dominus Iacobus Marchisellus Ariminensis, ut uix aliquid boni addi queat, ne tamē laborem punctū hunc discutiendi, & examinandi detractasse uidear, & illotis (quod aiūt) manibus in suam sentētiam transire, nonnulla quoque ego pluribus per eum subtiliter adductis adijciam ad uictoriam actorum optimè conducentia. sum itaque eius senten-
2 tiæ, quod cum tutor iste librum totius suæ admi-
1 nistrationis pupillorū pro toto tempore † nō confecerit,

b fuerit, possit contra ipsum in litem iurari, b per trad. per eum in eius consi. quod, & probatur in l. Lucius. §. tutelæ. & ibi glo. ff. de administr. tut. & trad. Ang. consilijs. 277. tutor. nu. 5. & consi. 286. quoniam in facto. 2. col. quod etiam firmat Roma. consi. 118. quo ad primum. nu. 3. & consi. 413. quo ad primum, prima, & 2. col. & in d. nu. 3. primi consi. trad. tutricem propterea, & si sit mulie-
2 re, carcerari† debere, c & in carcerem rationem
c reddere, idem tenent Bertran. consi. 31. nu. 14. & 15. 2. par. primo impressorum. & consi. 21. nu. 1. & 2. 2. uol. posteriorum ubi dicit, quod hoc casu fit scrupulosa inquisitio idem Ias. in consi. 219. 2. col. uol. 2. Gozadi. consi. 17. nu. 9. & seq. Soci. iun. consi. 148. nu. 6. & seq. primo. uol. Alcia. consi. 31. nu. 6. lib. 5. ubi dicit, ne dum propter dolum aduersum tutorem non exhibentem librum iurari
3 posse, sed propter leuem† culpam. idem late prosequitur Rolan. à Val. consi. 49. nu. 20. & seq. primo. uol. Vbi etiam citat alios tenentes eandem sententiam. ex quibus non est dubitandum quin in iudicando censui adhærendum.

Sed tota difficultas in eo uersari uidetur, an possit tutor probare, quod pupilli habebant tm-
4 modo, tot reditus, & quod ipse amplius† nihil percepit, de quib. recte disposuit, ut euit & iuramentum in litem secundum opinionem Plot. in l. si quando. nu. 250. C. unde ui. super quo ualide laborauit clarissimus consultor, & per optime eius opinionem confutanit, Cui confutationi ego libenter accedo, eique subscribo, cum uideã Plot. ipsum nec auctoritate, nec ratione opinionem suã defendere posse; fundat enim primo sententiam suam in consi. Io. de Prat. seu cuiusque fuerit illud consilium inter consilia Calcan. mihi. 92. ordine in primis puto. cui subscripserunt alij quã plures Doctores illic relati, qui omnes in illo casu responderunt tutorem illũ excusari à non confectione inuentarij, ex quo constabat, & constare poterat pupillam non habuisse nisi ea bona quæ in primo inuentario fuerant descripta per primum tutorem. & cum nihil interest pupillæ, non esse deferendum eidem aduersus tutorem in litem iuramẽtum, quod etiam Iustam quodamodo habuerat credulitatem primum inuentarium tutoris satis sibi fuisse, ut aliqui ex subscribentibus addunt, sed quicquid sit de inuentarij omis-
5 sione aliud est in libri confectione, & eius† omissione in quo est diuersa ratio, ut multis discriminibus relatis comprobauit Magnificus cõsultor, sine cuius confectione, & exhibitione impossibile est reddere rationem, ut trad. Ang. in consilijs præallatis, & sequitur Rolan. d. consi. 49. nu. 22. & si liceret probare, quod tãtummodo tales, & tantos reditus solebant percipere quotannis pupilli
6 qui peruenerunt ad manus† tutoris, non diceretur reddi ratio, ut iura disponunt, & Doct. declarant. & maxime Bar. citatus per. d. Consultorem in allegato consi. 150. in fi. & Ancha. consi. 316. 2. col. quos sequuntur alij supra citati, dicentes nõ sat esse si passim, & perfunctorie de redditibus, & expensis tutor probare nitatur nõ exhibẽdo libros, quia deferendum est iuramentum, & non potest reddi ratio generaliter, & in nube, ut late prosequitur Rolan. in d. nu. 22. pro ut redderetur eo casu. quo admitterentur probationes, ut prætẽditur pro parte huius tutoris fieri posse. sic etiã cum tutor teneatur libros suę administrationis,
7 ne dum exhibere, † sed tradere pupillis, ut per Roma. d. consi. 413. Ias. d. consi. 219. 2. col. uers. item tales libros, & Bertran. d. consi. 21. quomodo tradentur si non confecit, & omisit? Concludo igitur aliam, & diuersam rationem esse in non conficiente inuentarium, & in omittente conficere librum rationum administrationis. & maxime in casu in quo consuluerunt prędicti Doct. inter consilia Calcan. cum ille tutor aliquam iustam excusationẽ credulitatis habuerit, ut per eos ibi. quæ non concurrit in casu nostro. in quo totum oppositum uidemus euenisse, quandoquidem tutor noster fuit diligentissimus in conficiẽdo librum, & rationes expensarum etiam minutarum factarum (ut asserit) pro pupillis, sed tamẽ omisit computum, & rationẽ redituum per quinque annos, sed (quod peius est, & dolum eius apertum ostendit) omisit etiã scribere plures redditus pupillorum perceptos alijs annis de quibus computum
8 tennit, & rationes conscripsit, † ut præsupponitur in facto. per dictum Magnificum consultorem, quod solum sufficit, ut iuramentum deferatur in litem contra eũ. Soc. cons. 159. 2. col. 190. etiam 2. col. uers. 3. quia narratur. 2. uol. Ias. d. consi. 219. col. 3. uers. item isti tutores Plot. in d. l. si quando. nu. 210. 211. & Rolan. d. consi. 49. d. nu. 25. & 54. iure igitur optimo dicamus decisionem illam illorum doctorum casui nostro non cõuenire, cum diuersa ratione nitatur, quæ in casu isto cessat. l. quod dictum. ff. de pactis. c. cum cessante. ubi late Dec. prima, col. de appellat. Ias. etiam citatus per Plot. d. nu. 250. in consi. 111. nu. 1. in fi. primo. uol.
loquitur in diuerso casu, nempe ad excusandum
9 † reum à pœna criminali. & in casu illo constabat, quod pecuniæ ille non descriptæ ad introitum, & reditum Principis cesserant in eius beneficium, & utilitem, & in effectu erant pẽnes eum. quo casu purgabatur dolus præsumptus, at hic non constat, quid, & quantum, perceptum fuerit. & cum teneatur tutor ciuiliter ad interesse pupillorum iuramento in litem deferendo, probandum obeius dolum, uel culpam. illud proculdubio denegandum non est, sed deferendum, nec admittendæ sunt probationes ad illius excusationem, ut conclusum fuit per dictum Magnificum consultorem in cuius sententiam tamen ex præallegatis, tum ex deductis per eum in eius consi. concurro.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ADDITIONES.

a Librum hunc haud dubiè tenetur conficere tutor, & finita tutela exhibere illum, & tradere minori. l. 1. §. officio, vbi Bar. & Bal. ff. de tutel. & ratio. distra. scribit Ang. in consi hic citato 277 num. 5. Anchara. consi. 316 in causa quæ uertitur 2. col. Soci. & alij citati per Plot. in l. si quando. num. 243. C. unde ui, quod tenet Rip. in l. admonendi. num. 115. ff. de iureiur. & in tract de pert. de præserua. rem. contra pest. in c. incipiente. Deuenio nunc ad modum. num. 5. Rol. in consi. hic citato. 49. nume. 22. & seq in princ.

Sed liber iste debet continere sigillatim omnia non autem in genere, & in confuso, ut trad. Bar. consi. 150. cum præfata. in fi Ancha. d. 2. col Soc. consi. 46. col. 3. in prin. Afflict. decis 360. num. 2. Rip. in d. l. admonendi. num. 110. Plot. d. num. 243. Rol. d. consi. num. 22. Benuenut. Strach. in tract de merca in 2. par. Rubri. de stat. merca. num. 56. & pluribus sequent. ubi agit de modo regulandi libros hujusmodi, nec sufficere debet librum confectum fuisse, sed omnia sunt describenda, ut ait Bar. d. consi. 150. num. 3.

Debet prætereà liber iste continere ueritatem, quia si de mendacio conuincitur, etiam quod sit liber solemnis ei non creditur, sed deferendum est iuramentum in litem Anch. d. consi. 2 col. Soc. d. consi. 159. 2. col. 2. uolum. Plot. in d. l. si quando. num. 211. & Rol. d. consi. 49. numer. 25.

Quod procedit maximè si agatur contra matrem, quæ nupsit post acceptam tutelam antequam petierit alium tutorem dari filijs, & rationem reddiderit contra quem lex præsumit in Auth. de nupt. §. si autem tutela. col. 4. latè Ancha. in d. consi. prima col. & Io. Grā. in Rubr. C. de secun. nupt. in prima par. in 28. pœna. nu. 54 & 38. pœna. num. 71. & seq.

b Idem tenent Docto. omnes supra citati. Bart. Ancharan. Ang. Afflic Rip. Soc Dec. consi. 192. num. 2. Bertrand. in consi. hic adducto. & in consi. 21. num. 1. 2. 2. uolum. posterio. Plot. in d. l. si quando. num. 209. 240. & 390. Rol. d consi. 49. num. 26.

Et tutrice mortua post litem contestatam iuramentum in litem poterit deferri contra eius hæredes. l. pen. ad fi. ubi glo. c. de iuran. in lit. l fi. § fin. ff. de fideiusso. & mandato & hæred. tuto. ubi Bal. Castr consi. 124 in causa quæ uertitur tertio dub. primo uol. & Roma. consi. 413. quo ad primum 2. col. ver. 6.

Sed quid si redditio rationis sit remissa a testatore? uidetur quod non potuerit remitti dolus futurus, & tutrix de dolo teneatur, & de reliquorum consignatione si quæ penes eam extare probentur. l si seruus, & ibi not ff. de lega. 1 l. quidam decedens, ubi Bar. de admin. tuto. & habetur in l. actione. C. de transact. itaque non erit reddenda ratio, nisi probetur dolus tutricis, uel administrationis, uel nisi fuerit probatum ipsa reliqua penes se habere, ut Cremens respondit inter consilia Ales consi. 59. Serenissimus 3. col. 4. uol. & si dolus remissus sit, & tutrix sit mater pupillorum, & non appareat facta locupletior non uidetur quod modo aliquo possit conueniri, ut consuluit Fulgo. consi. 25. spectabilis 2. col. & sequuntur moderniores in d. l. actione, & quod liberatio a dolo facta per testatorem operetur hoc casu remissionem etiam a dolo præsumpto, & qui in omittendo consistit, declarat notabiliter Dec. opinion. concordans in d. l. actione ad fi & in consi. 178. & Alcia. in d. l. actione, & Durant. in tract. de art. testam tit. 7. caut. 2. Cagn. in l. contractus num. 103. ff. de regul. iur. & hæc opinio quod dolus præsumptus, qui in omittendo consistit ** possit remitti, uidetur uerior & communior, ** quam ubique Dec. fuit sequutus, ut in consi. 349. ad fi. & consi. 318 ad fi & latissimè Paris. decisiuè consuluit. consi. 84. num. 32. in prin. & cum non conficere librum, uel inuentarium consistat in omittendo, & præsumatur dolus propterea censetur ab eis facta liberatio, & quod talis tutor non teneatur ad confectionem libri, expressè trad. Dec allegato consi 178. 3. col & Paris. d. consi. nu. 32 & uidetur de mente Fulgo. d. consi. 25.

c Dubitandum est de ista opinione Roma. nam fateor quidem tutorem minus fideliter bona in inuentario describentem, uel non describentem protsus criminaliter puniendum, quod ait Barto. in l. 1 §. item solent. ff. de offic. præfect & pena est extraordinaria, & iudicis arbitrio remissa. l. eos. ubi Bal. ff de tutel. & uoluit Roma. d. consi. 118. & Nat. consi. 663. num. 13. sed remissius agitur cum matre tutrice, quæ neque potest hoc nomine tot turæ subduci, ut per Marl. in pract in §. attingam. num. 61. ubi plura adducit contra hanc sententiam, quæ tamen fuit. Bar. Ale. Ias. Soci Matthesil. & aliorum quos refert Mandos. in addit. ad dictum consi. Roma. & Gabriel. Saray. ad not. 108. Matthes. in quibus locis plura habes ad rem.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Delictum socij, an debeat nocere socio alteri, & an sit ab eo resarciendum damnum, cui culpa euenit?

Inter socios quando habeat locum damni petitio, & interesse, quia socius damnum dederit, & illius culpa illud euenerit.

SVMMÆ.

1 *Socius dirimens societatem ante tempus elapsum tenetur ad damna & interesse socij.*

2 *Et in alterius præiudicium non potest socius renunciare societati.*

3 *Renunciatio si obest tertio, quis non potest renunciare iuri suo.*

4 *Socius non potest nocere socio non consentienti.*

5 *Nec potest disponere nisi de parte sua, non autem de parte consocij.*

6 *Socius non tenetur de delicto socij.*

7 *Idem est si ex causa, & culpa socij res communis fuit sequestrata.*

8 *Socius potest repetere quod impendit liberando socium a captiuitate sua culpa eueniente.*

9 *Idem est si socius causa sua fuit spoliatus.*

10 *Socio nocere non debent gesta extra societatē.*

11 *Obligatur nullus ex facto alterius.*

12 *Lucrum & damnum societatis non potest cognosci ante finem illius.*

13 *Interesse regulariter præstatur socio in causa societatis, & illud iuramentum est probandū.*

14 *Scientia non præsumitur.*

15 *Et*

15 *Et maximè quando non sufficit qualibet, sed debet esse certa cum suis qualitatibus.*
16 *Ignorantiæ præsumptio potentior est, quam scientiæ.*
17 *Taciturnitas non nocet si quis non poterat actum impedire.*
18 *Protestatio non est necessaria cum actus sit absente parte.*
19 *Taciturnitas non obest si quis non tenebatur protestari.*
20 *Renunciatio est notificanda socio, quo absente fit.*
21 *Contractus debet notificari parti, cui nocet.*
22 *Conuenta inter socios sunt obseruanda.*
23 *Dolus uel culpa socij, ut non præsumatur res præsumitur empta nomine societatis.*
24 *Rationem de administratione tenetur socius reddere.*
25 *Dolus ne dum culpa est socij, qui rem communem conuertit in usus proprios.*
26 *Damnum & lucrum cessans est soluendum propter culpam consocij.*
27 *Pecunias qui retinuit penes se non tenetur ad aliquid si non est interpellatus ad soluendum illas.*
28 *Socius non tenetur communicare prædia empta ex pecunia societatis, sed suam partem pecuniæ restituere socio.*
29 *Exclusio alterius est unius inclusio.*
30 *Reseruatio declarat mentem reseruantis.*
31 *Gabellarius habet immunitatem à gabellis, & oneribus.*
32 *Et an habeat tandem immunitatem, quam habet Princeps?*
33 *Et an efficiatur ciuis terræ, ubi gabellas exigit tanquam officialis.*
34 *Damnum quis nō debet pati ex facto alterius.*
35 *Damni causam qui dat culpa, uel negligentia sua tenetur damnificato.*

CONSILIVM CCCCXLII.

In Domino confido.

MAGNIFICVS D. Nicolaus de Mafio de anno 1576. conduxit à Ducali Camera massariam, (quam uocant) Romandiolę, In qua comprehendun tur gabellæ, & exactiones publicè ad Ducalem Cameram spectātes omnium terrarū illius prouinciæ Serenissimi d. Ducis nostri pro annis quinque futuris pro affectu inter partes conuento. Et exinde de dicto anno ipse D. Nicolaus assumpsit in socium gabellæ terræ Bagnacaballi, Magnificum D. Alfonsum Sorbolum pro dimidia ipsius gabellæ. soluendo id quod fuit pro ea rata conuentum, & cum pactis & capitulis inter ipsas partes initis. & inter cętera, quod lucrum & damnū, qđ eueniet per dictum tempus esset cōmune inter ipsos. Quod singulis annis deberent fieri extractiones bladorum frumentorum, & aliarū segetum, iuxta tenorem concessionis, & cōductionis cum Ducali Camera, & utilitas, quę perciperetur ex eis, diuideretur inter eos. Quod ipsi socij deberent esse immunes, & exempti, respectu conductuum faciendorum per eos in dicta terra, & territorio Bagnacaballi exceptis datijs bladorū, & extractionum dictæ terræ, & quæ transueherentur per dictum locum. pro quibus ipse D. Nicolaus teneretur ad ordinariam solutionem illius, & ut latius in dictis capitulis.

Subinde circa finem anni quarti ipsius locationis fuit imputatus ipse D. Nicolaus de nonnullis delictis, & carceratus. & ut liberaretur a carceribus, & a periculo pœnæ renunciauit ad fauorem Ducalis Cameræ dictæ locationi pendenti, & duraturæ ultra annum. & iterum conduxit dictam massariam pro longe maiori pensione, & affictu pro annis decem, quam prius conduxerit pro dictis quinque annis primæ locationis adeo quod fuit per consequens facto suo finita societas respectu gabellæ p̄fatæ Bagnacaballi cum ipso D. Alfonso. Qui prætendit D. Nicolaum sibi teneri ad eius damna, & interesse, ex eo, quod culpa sua non potuit cōsequi lucra & utilitatem, quę fuisset consequutus. si dicta societas perseuerasset, usq; in finem, & præsertim cum a communiter accidentibus in his conductionibus uectigalium conductores lucrentur magis in ultimo anno conductionis, quam in alijs præcedentibus propter multitudinem contractuum, qui dicto ultimo anno fieri solent, ex quo daciarij aliquid dimittunt de summa debita pro gabellis. Pręterea, prætēdit ipse D. Alfonsus. D. Nicolaum teneri ad reddendum sibi rationem pecuniarum exactarū ex bladis extractis ex dicta terra, & territorio, & alibi uenditis. cum reliquorum præstatione. Tertio, prætendit ipsum D. Nicolaū teneri ad gabellas non exactas a cōtrahentibus cum eo, qui pro sua parte tenebantur illas soluere. cum ipse D. Nicolaus esset tantummodo immunis pro sua parte, ut in capitulo de quo supra. Et quartò, q̃ cum ipse D. Nicolaus iustè prætenderet sibi faciendā esse remissionem per Ducalem Cameram ipsarū gabellarum ob casum pestis. qui durante eadem locatione accidit, & quæ prætensio potuisset nō modicam afferre utilitatē societati ipsi. quæ passa fuit damnum annis præteritis. & super qua prętensione lis pendebat cū Ducali Camera. eidem liti & prætēsioni ipse D. Nicolaus ex pacto renunciauit

ciauit ad fauorem Ducalis Cameræ, qđ cum re
dundauerit ad damnum & præiudicium ipsius so
cietatis, prætēdit D. Nicolaum sibi teneri ad om
nia eius damna, & interesse propterea passa.
Cōtra uerò pro parte. D. Nicolai prætenditur
non teneri in aliquo ipsi. D. Alfonso. quia cum
fuisset amissum de capitali p socios illis quatuor
annis præteritis. uerisimile erat, quod etiam ul-
timo anno id fuisset euenturum. & maximè, quia
in fine anni erāt prohibita concordię, & conuen-
tiones inter contrahētes, & massarium in ultima
die locationis. ex pacto addito in cōductione ga
bellarum, & massariæ. & quia ipse D. Alfonsus ci-
uit ipsum renunti asse dictę locationi ad fauorem
ducalis cameræ, & tamen nihil opposuit, uel fuit
protestatus. quasi talis renunciatio eidem etiam
fuerit utilis, & non damnosa. Quò ad secundam
prætensionem respondit, ipsum. D. Alfonsum nun
quā instituisse, ut fieret emptio bladorum extra-
hendorum, & cum haberet pecunias societatis
in manibus suis uti capserius, & illa erogauerit
in emptionem prædiorum nomine proprio fa-
cta, & ex alijs rationibus in sua scriptura respon-
siua deductus ipse D. Nicolaus minime tene-
tur. Ad tertiam, quod cum ipse uti gabellarius
fuerit effectus ciuis illius terrę, debuit gaudere
immunitate alijs ciuibus concessa, & maximè
cum esset positus in locum camerę, quę ad gabel
las non tenetur. Ad ultimam, quod vana erat prę
tensio cum Ducali camera. & propterea ex eius
renunciatione, uel remissione nullum damnum
passus fuit. D. Alfonsus. Quæritur quid iuris.
Et quo ad primam prætensionem ipsius D. Al
fonsi arbitror illā fuisse, & esse iustissimam. si qui-
dem. Certū est ipsum. D. Nicolaum non potuisse
renunciando locationi præfatæ dictæ massarię,
& gabellarum. renuntiare pariter societati initæ
inter ipsum, & dictum. d. Alfonsum super condu-
ctione ipsa gabellarum, & exactionum Bagnaca-
balli. quæ debuit durare per tempus conuen-
tum quinque annorum. alioquin tenetur ad om-
1 nia damna, & † interesse ipsius consocij. l. actione.
§. diximus. cum §§. sequen. & maximè in §. labeo.
ff. pro soci. ubi quod non potest dirimi societas si
socij interest ne dirimatur, & probatur in l. sed, &
Socius. §. fi. ff. eo. tit. ubi intempestiua. renuntiatio
nocet renuntianti. sicut enim exigitur consensus
utriusque partis in cocunda & cōtrahenda socie-
tate, ita exigitur in dissoluēda. Nat. consi. 100. nu. 5.
& Cephal. consi. 495. nu. 49. & 50. Qđ autē socius
2 in præiudicium alterius consocij nō possit † renun
tiare societati. trad. et Pet. de Vbal. i tract. socie.
uel de duobus fratri. 11. par. nu. 8. Iacob. Emil.
consi. 111. nu. 28. Cephal. d. cōsi. 475. nu. 48. & se
quen. & Decian. consi. 97. nu. 41. & sequen. 2.
uol. ubi extendit illud procedere, etiam si nullum
pactum inter partes interuenerit. Nā, & quis non
3 potest renuntiare iuri suo si renuntiatio † concer-
nit præiuditium tertij. Nat. consi. 99. nu. 4. & 111.
4 nu. 42. & est uulgatum, quod socius nō potest † no
cere socio non consentienti. l. si socius. Vbi not.
omnes. ff. si cer. pet. & D. Rim. iun. cons. 52. nu. 75.
5 sicut † nec potest disponere nisi de parte sua, non
autem de parte socij. l. nemo ex socijs. ff. per soci.
Vbi Doct. Bal. consi. 220. quæritur in 2. uol.
Nec iuuare potest. D. Nicolaum, quod fuerit
carceratus, & quodammodo necessitate compul
sus renuntiauerit dictæ locationi. Namque non
propterea uenit excusandus. quia cum culpa sua
fuerit carceratus, & inquisitus de delicto ci impu
6 tato. non potest † teneri socius per eo. l. si fratres.
§. fi. & l. adeo. §. pe. ff. pro soci. Pet. de Vbal. d. tra-
ctat. 8. part. nu. 1. ante fin. Vbi dicit, quod socius
non tenetur de negocio socij, quod à societate
non dependet. & propterea in q. 6. nu. 7. decidit,
quod quando ex causa, & culpa socij res crimi-
7 nis fuit sequestrata, socius † non tenetur, & idem
tenet in q. 7. nu. 8. si socius sit damnatus propter
maleficium, & q. 26. nu. 14. si soluit condemnatio
nem pro socio, quod ab illo repetat. & quod so-
cius possit à socio repetere, id quod impēdit pro
8 liberando † socium à captiuitate sua culpa eue-
niēte, scribit etiam Ale. consi. 99. nu. 7. & 133. nu.
5. in 2. sic etiā respondit. Bal. in consi. 68. factum.
ante fi. 2. uol. quod imputandū est socio, id quod
ipse soluit pro imputatione maleficij sibi data.
non autem alteri consocio. & idem est quando
9 socius causa sua fuit † spoliatus. nam sibi tantum
nocet. Bal. cōsi. 493. multiloquium. nu. 5. 4. uol. his
accedat regula, quod gesta extra societatem so-
10 cio † nocere non possunt. d. l. si socius, vbi Dec.
nu. 2. Bal. in l. iure societatis. ff. pro soci. & quod
11 ex facto unius † alter nō obligetur, scribūt etiam
Paris. latè. consi. 93. nu. 27. & sequen. & 94. nu. 23.
primo uol. & Craue. consi. 129. nu. 12.
Nec responsio. D. Nicolai potest illum defen-
dere quin teneatur ipsi. d. Alfonso. nam primo,
quod uerisimile esset, quod sicut in cæteris ani-
mus fuit prius amissum de capitali, quam quod
fuerit quisquam lucratum, ultra id quod solueba
tur pro pēsione, & affictu non obest. cū non pos-
sit in hoc dari certa regula, & ante finem societa
12 tis non potest cognosci de lucro, uel damno † so-
cietatis, ut scribit Paris. consi. 99. nu. 43. in princ.
156.nume.7. & Cagnol.in l.imaginare.numer.7.
ff.de regul.iuris.

Secundo obiicitur, quod opinio Bar. & sequa-
cium, ita demum procedere potest præcedente
capitali, uel graui inimicitia, nõ autem leui, pro-
ut in casu isto, in quo nulla iniuria, uel tantum le
uis interuenit, quod satis ostendit punitio delin-
quentis, qui tantũ in libris quinque fuit condem
natus. sed ad hæc respondetur, quod immò in ca
su isto de capitali, uel saltem grauissima inimici-
tia orta inter partes apparere uidetur. primo ne-
gari non posse, quia ex insultu facto cum armis per
Riccinum aduersus D.Vgutionum iniuria grauis
8 dicto Vgutiono facta fuerit, † ut est tex. in cap.pri
mo.§.similiter, & ibi not.Iser. & Bal. qui dicit hoc
9 esse magnum delictum. † quibus mod.feud.ami.
& in c.1.§.porrò, quæ fuit prima caus.benef.ami.
ubi habetur, quod per talem grauem iniuriã Va
sallus feudo priuatur; licet hoc non procederet,
nisi euaginato ense insultus fieret, secũdum Zaz.
in tract.de feud.par.10.in tit.de amiss.feud. post
Aluaro, quem ibi alleg.nu.38.nec exigitur etiam
quod dominus fuerit percussus, sed sufficit terror
armorum, ut per eum ibi.quem ibi allegat, num.
38.imò sufficeret quod tãtum manum leuauerit,
ut pcuteret, & d.Vgutionus fuerit perterritus, ut
iniuria censeretur affectus.l.item apud Labeonẽ.
§.primo, ubi Bart. dicit nescire concordantem.ff.
de iniurijs.Et tanto magis hoc procedit, post per
10 territionẽ ipse D. Vgutionus fugatus fuerit, † quæ
fit iniuria fugato.Cepol.cõsi.29.quarta col.Mar.
in pract.crimina.§.quoniam. num. 87. Dec. post
alios.in l.ut uim.num.34.ff.de iustit. & iur.& cum
Ista fugatio fuerit publica, & publice facta per fo
11 rum, & loca publica ciuitatis † iniuria fuit atrox.
l.prætor.§.atrocem.ff.de iniur.& §.atrox.Institut.
eod.tit.ex tali enim iniuria atroci posset etiam re
uocari donatio secundum Rip.in fi.nu.54.q.14.
C.de reuocan.donat. Si igitur fuit illata atrox in-
iuria, ex dict. insultu, & fugatione, ut ex suprascri
ptis uidetur concludendum inter prædictũ Vgu-
12 tionum, & Riccinum orta erat † grauissima inimi
citia, iuxta Docto.Bar.in l.3.§.fi.ff. de adim. lega.
quem sequitur Alc.in consi.99. in causa inquisi-
tionis.post prin.primo uol.& Blanc.in repet.l. fin.
num.96.ff. de quæst. & ita debet iudex arbitrari,
13 cuius arbitrio relinquitur, an inimicitia sit † capi
talis, vel grauis, secundum Abba. in c. accedens.
il secondo.2.col.ut lit.non contest. ubi sequendo
Bar.in d.l.3.§.fi.tenet quod solæ minæ de aliquo
occidendo inducant capitalem inimicitiam. &
sequitur Blanc.d.l.fi.num.105. Vnde tãto magis
dicendum est si interuenit insultus ab armato fa
ctus, & fugatio subsequuta, quæ factum concer-
nunt, & iniuriam grauem, & atrocem inferunt, ex
qua uerisimiliter credendũ est offensum directè,
uel per obliquum se uendicaturum si posset, quo
casu orta censetur capitalis inimicitia, secũdum
Luc.de pen.& Blanc. allegatos in primis dubiis.
Et ita tolluntur ea, quæ ex aduerso allegantur, quia
in casu isto propter iniuriam grauem, & atrocem
illatam, ut supra orta fuit capitalis, uel saltem gra
uis iniuria, quæ in proposito cõsideratur per Do-
cto.in hac materia præsumendæ simulationis, &
fraudis. Vnde non est considerãda pœna iniurię,
seu delicti, ad commensurandum delictũ ipsum,
quia modica pœna pro uerbis iniuriosis imponi
tur a statuto, & tamen nemo negat ex tali iniuria
capitalem inimicitiam oriri. Quæ tanto certius
in casu

in casu isto sibi locum uendicare uidentur, stante quod de malo animo dicti Vgotioni apparet, ex instrumentis productis, in quibus constat ipsum recusasse facere pacem cum prædicto Riccino. & licet ipse quandoque uerba contrarium animum indicátia proferret, ut deponere uidentur testes pro eius parte examinati, tamen non ui detur posse fieri fundamentum in eis repugnante exitu rei ipsius, si quidé ipse D. Vgotionus pri mo sibi oblata occasione nulla noua supuenien te causa, sed tantum dicto Riccino iter per uiam publicam faciente, ipsum uulnerauit, quem non constat prius potuisse offendere, ut uidentur affirmare prædicti domini Aduocati.

Tertiò, non uidetur obstare dum respondetur opin. Bar. & aliorum non procedere in donatione antidorali, quæ ob causam meritorum fit, sed in simplici donatione, & satis est de meritis constare per confessionem donantis iuncto decreto pro quo præsumitur. tum quia hęc donatio debet
14 iudicari simplex, & pura ex uerbis † in ea appositis, scilicet tit. purę, simplicis, & irreuocabilis donationis & cap. ut arguit Alex. consi. 55. consideratis. 2. col. primo. uol. cũ alijs adductis per Crauc. consi. 85. nu. 3. tum etiam quia cum donatio,
15 emanauerit † in casu suspecto non statur confessioni donantis, ut per Bar. in l. si forte. ff. de Castr. pecul. & per Moder. in l. si donatione. C. de collat. & per Affict. decisione. 370. nu. 14. & 15. Alex. in d. consil. 55. & latè Paris. in consi. 73. nu. 62. primo uolumine.
16 Nec decretum quicquam facere uidetur † est sit interpositum in contractu simulato, ut Bal. tra. in rubrica. C. qui admit. nu. 4. & Balb. decisione, 183. decretum sicut nec iuramentum releuat, ut per Alcia. post alios in repet. c. cum cotingat. nu. 175. de iur. iur. Ias. & Alcia. in l. eum ex quæ. C. de transact. Dec. & Paris. consilijs supra allegatis, & quando contractus est simulatus omnes clausu-
17 lę in eo appositæ † simulatæ censentur, ut latè tra. Paris. consi. 55. nu. 23. primo uol. & quatenus interueuissent aliqua merita matris, de quibus in proposito constare non uidetur, tamen donatio in totum non ualeret, sed quo ad ascendentiam meritorum, ut per Doct. in locis pręallatis.

Quarto adducitur, quod tãto minus donatio prædicta cẽsetur simulata ex quo fuit facta etiam per D. Geminianum non iniuriatum, uel offensum, quo casu magis est dicendum, quod non simulatè, sed uerè emanauerit. sed hoc cessare ẽt uidetur quia dicta iniuria facta prædicto. D. Vgu
18 tiono † eius fratri censetur etiam sibi facta. l. lex Cornelia. in prin. ubi Bar. ff. de iniur. Alex. cons. 24. animaduersis his. col. 6. 2. uol. Dec. cons. 68. nu. 7. Paris. consi. 15. nu. 28. 2. uol. & Crauc. consi. 41. nu. 3. & 119. nu. 1.

Ex quibus iunctis dictis in primis dubijs uĩ fatendum esse adhuc contra prædictã donationem militare quatuor pręsumptiones ex his quas considerant Docto. in hac materia, licet contra primas duas spăliter prædicta fundamenta adducantur, quæ ex supra responsis cessare uidentur. Ad tertiam uero diuersimode respondetur, primo, quod ex quo domina Paula possedit. & ad ministrauit bona, satis apparet, quod D. Vgutionus donator non possedit.

Secundo respondetur per secundum Magnificum aduocatum, quod ex quo ipsa non fuit præsens excusatur si non petijt propter ignorantiam iuris sibi non quæsiti. prima responsio tollitur, quia doct. ne dum considerant donationem præsumi simulatam si res donatas possedit donator, sed etiam si donotarius nunquam res petijt dona
19 tas, quod ultimum cõuenit donationi factæ † de pecunijs. & hoc casu loquitur spec. & Cast. in locis in primis dubijs allegatis. Vnde in casu isto negari non potest quin hæc præsumptio procedat, quia nunquam D. Paula petijt pecunias sibi donatas, nec sat est possedisse bona iure usufructus, uel iure familiaritatis filij, quia non per hoc erat sibi satisfactũ, sed tenebatur petere pecuniã sibi debitam, & sic necesse uidetur fateri adhuc superesse dictam tertiam pręsumptionẽ, quia in effectu d. Vgutionus donator remansit possessor, & dominus pecuniarum, seu saltem eas nunquam soluit, & non fuit executio donationis unquã facta. secunda responsio tollitur ex inspectione instrumenti in quo legitur prædictam. D. Paulam fuisse præsentem dictæ donationi.

Non uidetur etiam obstare, dum respondetur ad ultimam pręsumptionem, de clandestinate, q̃ non censetur cõtractus factus clã cum fit corã iudice, & publicis personis, quia satis dicit factus
20 clam, † cum fit taliter, quod ad notitiam eius cuius interest uenire non potest. Bar. in l. 2. C. de his qui ex publ. ratio. lib. 10. & sequuntur doct. in primis dubijs allegati, quod tanto magis procedit cũ non interuenerint, nisi consanguinei, partium de quibus potuerunt cõfidere, & fuit impositum notario qui de dicto instrumento rogatus fuit, ut id non propalaret, prout non propalauit etiam requisitus, ut ipse deposuit, quo casu proculdu-
21 bio contractus † censetur clandestinus, Bar. in l. in fraudem in prin. ff. de his quibus, ut indign. & in l. non intelligitur. §. tacitè. ff. de iure fisc. & sequitur Dec. in l. quo tutela. §. clam. ff. de reg. iur.

Posset etiam addi quĩta pręsumptio, quod de
22 lictum fuit sub sequutum † modico interuallo, quod etiam est arbitrarium iudici, ut per Bar. in d. l. post contractum. in quinta præsumptione, & in alijs locis supra allegatis. Nam licet sint lapsi plures anni, à tempore donationis, usque ad tempus delicti, tamen quia dictus Riccinus semper stetit absens, illud tempus non habetur in consideratione, & dicitur factum in continẽti, ex quo factum fuit statim oblata occasione, & nulla superueniente noua causa, Nam illud dicitur fieri
23 incontinẽti † quod fit etiam post decem annos. Bal. in l. fi. C. de his qui à nõ dom. manu. sunt. Rip. in l. de pupillo. §. meminisse. nu. 38. de op. no. nũc.

Stantibus

Stantibus igitur tot præsumptionibus res uidetur extra difficultatem, cum etiam minores numero sufficiant, ut plura extant in hac materia Doct. responsa. Bal. enim ex duabus tantum primis contractum uenditionis, ubi de solutione precij apparebat per confessionem esse simulatum, consuluit in cons. 70. apparent quædam. nu. 1. primo uol. Vbi loquitur in eo, qui habebat inimi-
24 cos, cum quibus etiam inierat † uinculum pacis pœnale, & ibi not. loquitur Dec. etiam in consi. 525. ad fi. propter duas præsumptiones, idem respondit, & duas sufficere probat. Craue. cōs. 156. nu. 7. & de tribus loquitur. Dec. in consi. 359. immò unicam tantum præsumptionem sat esse, scilicet coniunctionem sanguinis, tenuit Calcan. in consi. 25. col. 13. Ita intelligēs Bar. in d. l. post contractum, & ita secundum opinionem tantorum uirorum deberet iudex arbitrari, cuius arbitrio
25 relictum est, nunquid contractus cēseatur † simulatus, necne. Pari. consi. 54. nu. 22. primo uol. & Craue. d. consi. 156. nu. 14.

Vltimò ex alio dicta donatio uidetur inualida, quia cum ex forma statuti prohibeatur minor contrahere, & se obligare sine auctoritate curatoris, & decreto iudicis, quod debet interponi si contractus uidebitur utilis minori, non uidetur quouis modo, quod minor possit donare, cum ad donandum auctoritas curatoris nō se extendat, & donatio est nulla, etiam si iuramentum interue
26 niat. † ita in terminis est decisio. Bal. post Iacob. But. in l. prima. C. si aduers. dona. quos sequitur Rui. consi. 107. nu. 12. primo uol. & cons. 129. nu.
27 8. quinto uol. & quod ad donandum † curator dari non possit, tenet etiam Corn. cons. 36. col. fi. 2. uol. Nec decretum interpositū similiter releuat, ut in puncto trad. Castr. consi. 432. cum statutum in prin. prima par. ubi loquitur etiam interueniēte proximiorum consanguineorum consensu.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Et secundum hæc iudicauit ipse D. cōsultor, dum præturam ageret Mutinensem.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Indicium, quod est contra Dominum domus in qua reperitur homo mortuus, quibus tollatur præsumptionibus?

SVMMAE.

1 *Occisus si quis reperiatur in domo alicuius præsumitur contra Dominum domus, & hoc est indicium ad torturam.*

2 *Quod procedit concurrente aliqua præsumptione, uel suspicione contra Dominum.*

3 *Fama bona tollit indicium contra Dominum domus, in qua repertus est occisus.*

4 *Innocentiæ est maximum indicium spontanea comparitio.*

5 *Fuga indicium per spōtaneam comparitionem tollitur.*

6 *Dominus domus in qua reperitur occisus aliquis non statim est torquendus, sed in termino ad purgandum ciuiliter debet admitti ad suas defensiones.*

CONSILIVM CCCCXLVIII.

In Domino confido.

FVIT occisus quidam famulus quorundam armigerorum gallorum in domo, vel propè domum eius de Arceto, in qua hospitabatur cum domunis suis, fit præceptum hospiti, & cuidam alii vicino de comparendo ad informandum curiā, vicinus, tanquàm culpabilis cōparere non vult, at dictus hospes innocens comparet pariturus mandatis, & interrogatus narrat factum, ita accidisse. Quod cum milites in eius domo hospitantes comburrerent ligna ad fabricandum apta, & ipse rogaret eos ne id facerent, offerens se exhibere alia ligna ad comburendum, & acciperet lignum, vt ab incendio conseruaret, famulus iste euaginato ense ipsum insultauit, & cum se defendentem cū ligno percussit in faciem cū sanguinis effusione, & cum percussus clamaret, accurit ille uicinus, & accepto ligno dictum famulum super capite una percussione percussit, ex qua obiit, quæritur modo, an possit dictus cōparens torqueri pro habenda ueritate dicti homicidii? & breuiter concludo, quod non, quia licet nonnulli Doct. voluerint quod si aliquis in domo alicuius occisus reperiatur, præsumatur cōtra dominum
1 domus, † & hoc faciat indicium ad torturam, vt latè tradit Par. de Plute. in tract. syndi. in ver. torturę. in §. mandauit rex. num. 14. cum aliis adductis per Carer. in sua pract. crimi. in prin. nu. 117. & Blanc. in repe. l. fi. ff. de quęst. nume. 298. & seq. in ver. mortuus, & Doct. in aliis locis per eos allegati, tamen istud procedit concurrente aliqua
2 præsumptione, † vel suspicione contra dominum domus, vt per Ro. in l. 1. §. si quis ad Silla. & trad. etiam Bala. & Blanch. in locis prææallegatis, & Nouell. in tract. crimin. ad defen. in titu. an indi. dand. sint nu. 146. & nouissime Blanc. in sua prac. crimi. in 4. parte defensio. rei. fol. 154. nu. 53. ubi dicit hoc Idiciū ex tribus tolli, si probetur quod dominus domus est bonæ vitæ, & quod nullam haberet inimicitiam cum occiso, uel erat absens

tempore

tempore homicidii, si igitur probata fuerit bona
fama huius domini domus, proculdubio tolle-
3 tur indicium existens contra † eum, iuxta trad.
per Mar. in tract. crimi. in §. diligenter. num. 196.
& consi. 108. nu. 7. & consi. 120. num. 36. Grāma.
consi. 35. nu. 46. & consi. 61. in prin. & Paris. cons.
451. nu. 13. 4. vol. Boer. decis. 165. in fi. Nouel. lo-
co prçallegato num. 33. & seq.

Secundo tollitur indicium, si quod esset cōtra
eum per spōtaneam comparitionem, cum enim
esset in libertate, & extra periculum, & sponte se
coniiciat in carceres, non est credendum, quod
si fuisset delinquens comparuisset, hoc enim pro
4 maximo indicio † innocentiæ trad. omnes. Doc.
ut Mars. in §. diligenter. num. 104. consi. 117. nu.
41. Grāma. consi. 61. num. 3. Carer. d. sua pract. in
prin. num. 158. 3. col. Nouell. in dicto suo tract. ad
defen. in tit. responsiones reorum in constitu. nu.
30. & sequen. nec isto casu potest imputari dicto
domino domus fuga, quæ aliquod faciat indi-
tium contra reum, cum ipse iusta causa recessit,
eundo ad locum, quo conduxerat bestias suas, &
etiam timore militum ne eum occiderent, consti
5 to enim de aliqua causa inditium fugæ, q etiam
per comparitionem spontaneam tollitur, ut per
Doct. in locis præallegatis nihil obest imputato.
Blanc. in d. l. fi. nu. 285. & in dicta pract. 4. par. de-
fen. nu. 8. Nouel. in dicto tract. dicto tit. an inditia
pro reo data sint. numer. 40. Carrer. dicta practi.
in princ. nu. 112. Ioa. de Amic. consi. 7. nu. 12. &
Boer. decisione. 215. nu. 26. ubi dicunt hoc casu
per iuramentum comparent tolli suspicionem
fugæ.

Accedat, quod non est uerisimile, quod hic
pauper rusticus fuerit aggressor dictorum mili-
tum potentiorum, sed totum contrarium est præ-
summendum, quod immo se habeat factum pro
ut ipse narrat, attenta superbia, & insolentia natu
rali Gallorum, & maximè horum famulorum, &
personarum uilium. huiusmodi enim uerisimilitu-
do multum est ponderanda in probationibus, ut
latè per Crauet. consi. 61. nu. 9. & consi. 75. nu. 22.
& sequen. prout etiam qualitas occisi multum est
ponderanda, ut prçsumatur ipsum fuisse aggresso
rem, ut plenè docet Alcia. in tracta. præsumpt. 3.
reg. præsumptione. 39. per totum. Ex his itaque
concludo nō posse de iure deueniri ad torturam
cont. præfatum, sed quatenus extent aliqua indi
tia contra eum illorum dandū esse copiam cum
termino ad purgandum ea ciuiliter, & debent ad
mitti eius defensiones, ut in his terminis consul-
6 uit Gramma. consi. 53. per totum, † ubi uoluit hoc
casu nudam exculpationem occisi tollere indi-
cium extans contra dominū domus, quanto ma
gis si concurrant tot præsumptiones, & inditia
pro eius innocentia.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Post longissimam disputationem fuit iste à pœna mortis liberatus leuissima extra ordinem punitus, quod grauate fecit ipse officialis, q prius temere (ut sæpe euenit) Principi mortem deberi retulerat.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Si quis cum inuaderetur à milite alteri mādauit, ut militem percuteret, an teneatur de mandato ad occidendum? an uero ad percutiendum. & an debeat liberari cū fuerit necessariū hoc mandatum ob eius defensionem.

SVMMAE.

1 *Confessus pro iudicato est.*

2 *Confessio non ita potest scindi, ut partim confiteatur partim neget, ut si cōfiteatur hominem occidisse sed ad defensam.*

3 *Confessio inualida nullum potest iuris sortiri effectum.*

4 *Confessio facta in tortura non præcedentibus legitimis indicijs non obest confitenti etiam ratificata millies.*

5 *Quæ conclusio procedit etiam in confessione iurata.*

6 *Etiam si iudex haberet latum, & liberum arbitrium procedendi.*

7 *Testium standum est priori depositioni, si in secunda falso contrarium testificati sunt.*

8 *Indicium non est ad torturam trepidare, & pallere.*

9 *Processus criminalis est nullus non data copia inditiorum.*

10 *Vim ui repellere licet.*

11 *Amicus uel socius potest aggressorem amici uulnerare, & occidere.*

12 *Mandans non tenetur si mandatarius non potest de delicto teneri.*

13 *Occisionem factam fuisse ad defensam pbatur coniecturis arbitrio iudicis, si tempore nocturno, & nullis existentibus testibus factum fuit delictum.*

14 *Occisionem factam fuisse ad defensam probatur ex qualitate uitæ occidenti, & occisi, ut nu. 15.*

16 *Milites hodierni sunt pessimi, rixosi, & rusticis infensi.*

17 *Aggressor prçsumitur uir staturæ magnæ, &*

ualidę

ualidæ ætatis.

18 *Et melius armatus.*

19 *Et ille qui dat causam rixæ.*

20 *Et si alius acclamauit.*

21 *Et si ipse est grauius uulneratus.*

22 *Et si non est uerisimile, quod aliter esse possit.*

23 *Mendacium dicere quis non præsumitur, sed ueritatem.*

24 *Innocentes referente Marsilio omnes ferè sunt qui ultro carceribus se offerunt.*

25 *Reus in casu dubio est absoluendus.*

26 *Iuramento illius creditur qui asserit se occidisse ad sui defensam.*

27 *Homicidium confitens, sed ad sui defensionem factum dicens potest torqueri, ut illud pure confiteatur, sed si persistat in tortura est absoluendus, ut nu. 28.*

29 *Responsio rei repugnans secundum illius intentionem, & ad illius fauorem est interpretãda.*

30 *Homicidium confitens, sed ad sui defensionem nunquam potest teneri pœna mortis quocumque modo sit facta confessio.*

31 *Et delinquens hoc casu non potest puniri corporaliter.*

32 *Bastono mandans percussionem non potest puniri morte.*

33 *Bastono percutiens non censetur habere animum occidendi.*

34 *Homicidium magis culpa, quam dolo præsumitur esse commissum.*

35 *Iudex absoluendo maiorem honorum consequitur, quam condemnando.*

CONSILIVM CCCCXLIX.

In Domino confido.

VIDETVR prima fronte dicendum Petrum Io. de Piebionis de Arceto puniendum esse ob mandatum per eum confessatum, ex quo subsequutum fuit homicidium pœna capitis, cum publicatione bonorum, iuxta formam statuti Scandiani sub rub. de homicidijs, iũcto statuto de cõfiscat. bon. delinquen. & statuto sub rub. de mandantibus, & fieri fauentibus maleficium. Cum enim ipse reus maleficium uideatur cõfessus, responden do inquisitioni contra eum formatæ nullæ sunt partes dominorum iudicum, nisi in condemnan do. l. qui sententiam. C. de pœn. siquidem cõfes-
1 sus † pro iudicato est; cum sua quodammodo sententia damnetur. l. 1. ff. de confess. & l. 1. C. eod. & ubi est confessio, ibi est relaxatio oĩs probationis. Bal. in cõsi. 355. quæritur utrum. col. 1. 3. uol. cum alijs cumulatis per Craue. consi. 171. nu. 4.

Nec uidetur obstare, quod in responsione facta ad inquisitionem prędictam, idem Petrus Io. dictum mãdatum dedisse Iacopino Cigarino, de percutiendo illum militem occisum ad sui necessariam defensionem, ne ab eo ense aggredicte occideretur, quia cum de nulla aggressione dicti militis, & per consequens de casu necessariæ defensionis doctum uideatur dictis pęnis, mandans autem plectendus cum habeat iuris præsumptionem contra se, & potest scindi confessio,
2 & pro parte acceptari, † & pro parte respui, ut tra. Bar. in l. Aurelius. §. idem quæsijt. nu. 2. ff. de libera. lega. & in l. eũ qui. in prin. nu. 9. & ibi sequuntur cõmuniter cæteri. ff. de iur. iur. Abb. in c. cum uenissent. 2. col. de Inst. Ang. Are. in tract. malefi. in glo. comparent. dicti in qui. & partim negant, & partim confitentur, & ibi Ang. in addi. Lanfr. in eo. quoniam contra, in uerbo cõfessiones. nu. 19. de probat. Soc. in l. non utique. ff. de except. cum alijs traditis per Ludo. Carrer. in sua pract. crimi. §. 6. nu. 163.

Et licet Abb. in c. auditis. nu. 32. de præscrip. teneat quod etiam defensione non probata, ex quo cõfitens damnatur pręsumptione legis, non sit morte plectendus, & extraordinarie puniendus, tamen sua decisio non uidetur tuta, ut per Fel. ibi & latius Soc. in d. c. non utique.

Contrarium tamen, scilicet immò dictum Petrum Ioannem absoluendum esse censeo ex pluribus. primò, quia nemo puniri debet, nisi de delicto fuerit cõuictus, uel legitimè confessus. c. nos in quẽquam. c. prohibentur in fi. & c. multi. ad fi. 2. q. 1. l. qui sententias. C. de pœn. latè Mars. in sua pract. crimi. in §. 2. quæstio. nu. 2. & in consi. 15. in pri. ubi enim de salute hominis tractatur diligentius res præscrutanda est. l. adictos. C. de appell. sed in casu isto non est conuictus dictus Petrus Ioannes, cum nulli extent testes, qui hoc factum
3 uiderint. solum igitur de confessione † ipsius uerba sunt facienda, & in proposito illa cẽsetur illegitima, & inualida, & per consequens nullum potest sortiri iuris effectum. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. & l. non putauit. §. non quæris. ff. de bon. poss. cont. tab. & in terminis in confessione, scribit Mars. in cons. 12. nu. 3. & cons. 46. nu. 19. & pluribus alijs consilijs. Ad hoc enim, ut confessio ualeat, & exequi possit, oportet quod legitima, & sufficientia præcedant indicia, alioquin facta
4 in tortura, † & ex post millies ratificata non obest confitenti. l. pen. secundum unam lect. ubi glos. & Bart. ff. de quæst. & Aret. in tract. malefi. in glos. fama publica. col. 10. vers. aduersas, & ibi Ang. in addi. Ang. Pau. & communiter cæteri. in l. qui in aliena. §. fi. ff. de acqui. hæred. Alex. consi. 5. in causa inquisitionis. in prin. 1. uol. & consi. 1. & col. 3. uol. latè Mars. in l. prima, in prin. nu. 14. de quæst. & in d. l. pen. Carre. in dicta sua praxi circa prin. nu. 47.

nu.47.& nu.173.3. col. & Doct. in sexcentis alijs
locis; quæ conclusio procedit etiam in confessio-
5 ne iurata, † ut p Marf. in d.l.pe.nu.54. & Carre. in
dictis locis in maioribus, & exceptis criminibus.
Marf. dicto consi.46.nu.12.& si post torturam su-
peruenaiant indicia. Rom. singula. 131. tu habes,
& in consi.167.1.col. Alex. in dicto consi.1. Marf.
in d.l.pen.nu.28.& sequen. Grammat. uot. 6. nu.
11.& Carrer. dicto nu.42.& idem est etiam, si iu-
dex haberet latum, & liberum arbitrium proce-
6 dendi in criminalibus, † quia sine indicijs legiti-
mis non posset reus torqueri. Marf. d.l.pen.nu.22.
& in pract. in §. secunda quæstio.nu.6. ita d.consi.
46.nu.13. Gramm. consi.3.nu.19.& pariter si de-
lictum uerificatum deinde fuisset, ut post longam
disputationem concludit Marsi. in dicto §. secun
da quęstio. per totum. quod autem indicia legiti
ma, & sufficientia non fuerint ad torturam satis
constare potest ex his, quæ primo loco scripsi ad
fauorem dicti Petri Io. tempore, quo ipse sponte
in carcerem se constituit, quibus tamen adden-
dum est, quod licet testes deposuerint contra di-
ctum Petrum Io. ipsum clamando dixisse Iacopi-
no, quod percuteret, & audierunt incontinenti
fuisse illatum ictum, & nõnulla alia a maleficio re
mota, ut in processu, nõ tamẽ faciebant aliquod
indicium contra eũ, ex quo erant periuri, & prius
pluries examinati negauerunt hoc, quod deinde
testificati fuerunt, quo casu non erat eis creden-
dum, & audio, quod propter falsitatem huismo-
di fuerant condemnati. standum igitur erat prio-
7 ri, † & non posteriori eorum depositioni, ut per
Dec. in consi.175.2.col. ubi dicit, quod hoc casu
non fit indicium ad inquirendum, & consi. 189.
nu.8. trad. Alcia. in tracta. præsumpt. 2. regula præ
sumpt. 10. in fi. & in sua declaratione impressa
post lib. paradox. & disponent. Gramma. cõs.44.
nu.10.& consi.31. ad fi. nec me mouet, quod sit
scriptum, quod Petrus Ioã. qñque trepidaret, &
palleret, quia timor, pallor, & similia non faciunt
indicium ad torturam, nam possunt accidere ob
hominis pusillanimitatem, & cordis debilitatem
8 secundum communem Doct. † sententiã. de qua
per Carre. in dicta sua pract. in pri.nu.120.

Secundò, dictus processus criminalis redditur
nullus, & confessio inualida, ex quo non fuit data
copia indiciorum ante torturam dicto reo, licet
eam petierit, quã dare tenebantur DD. Iudices,
ut disponit statutum Scãdiaui sub rub. de ordine
9 procedendi in criminalibus. 2. fac. & idem † est
de iure communi, ut latè prosequitur Marf. in sua
pract. in §. nunc ocidendum, & Blanc. etiam in
pract. sua. fol.38.nu. 37.& sequen. Nouell. in suo
tract. ad defen. in rub. an indicia pro reo danda
sint. 1.& 2. fol.50.& Io. de Ami. in cõs.110. in pri.

Tertiò, quicquid sit de ualiditate huiusmodi
processus certum est. ipsum Petrũ Io. inquisitum
nulla pœna puniri posse, cum ad sui necessariam
defensionem dictũ militem percuti fecerit, vim
10 enim vi repellere licet. l. † ut uim. ubi oẽs. ff. de.
iust. & iur. l.1. C. unde ui. cum alijs trad. per Carr.
in sua pract. in §.6.nu.26. Bertran. consi. 84.2. uol.
posteriorum. Blan. in sua pract. crim. fol. 114. nu.
2.& alibi Doct. in alijs locis, quod & statuto Scã-
diani expressè cautum est. Et certum est insulta-
tum se posse, occidendo insultantem, & aggresso
rem defendere p se ipsum, & etiam medio alio-
rum. hoc enim, quod per alium facit per se ipsum
facere uidetur. l.1. §. deiecisse. ff. de ui, & ui arma.
& hoc casu, cum insultatur socius amicus, uel ẽt
quilibet extraneus, potest ad eum defensandum
accurrere, & aggressorem uulnerare, & occidere
11 † ne insultatus occidatur, & tanto magis si ab eo
auxilium petatur, ut communiter trad. Doct. post
Bar. in d.l. ut uim. ubi Ias. 7.col. & Dec.nu.32. Cor.
consi.107. litera. N.1. uol Dec. consi.469.nu.2.&
6.78.nu.6. Gramma. consi. 56.nu.75. Marf. singu-
lari. 351. Blan. dicta pract. fol. 116.nu.37.& Car-
rer. dicto §.6. nu. 48. & sequen. & nu. 62. si igitur
fuit licita defensio Petri Ioannis facta per Iacopi-
num socium, pariter fuit licitum mandatum Pe-
tri Io. dicta de causa, quia non tenetur mandans,
12 si mandatarius non potest delicto teneri, iuxta
not. per Dec. in l. si quis id quod. §. 1. ff. de iurisd.
om. iud. & Carrer. in dicta sua pract. §.6.nu.88.&
è contra, si excusatur mandans non potest teneri
mandatarius, ut per eũdem in dicto §. nu.113.&
qui potest alteri demandare, ut ad propositum
trad. Marf. in l. uni.nu.11. de rap. uirg. & trad. late
Carrer. dicto nu. 90. Quod modo dictus Petrus
Ioannes ad sui necessariam defensionem, in quo
consistit totum pondus dici, & æstus mandaue-
rit dicto Iacopino, ut dictum militẽ percuteret,
ex processu iunctis infrascriptis clarè patet. Cer-
tum enim est, quod quando sumus in homicidio
facto de quo non potest constare per aliquos te-
stes, qui factum nouerint, ut in casu isto, in quo
ex processu apparet factum accidisse nocturno
tempore, & nullis præsentibus testibus, & occi-
dens, allegãs fecisse illud ad sui necessariam de-
fensionem, cum dicta defensio probari nequeat,
13 probatur coniecturis, & præsũptionibus, † quæ
iudicis arbitrio relinquuntur, ut tra. Ias. post Bal.
& alios, quos allegat in d.l. ut uim. 2.col. Marf. sin
gulari. 19. in fi. & consi.41.nu.13. Gramma. dicto
consi.56.nu.21. Carrer. dicto §.6.nu.136.& Boer.
decisione. 164. ad fi. nam cum confitens occidis-
se habeat præsũptionem cõtra se iuris, licet ad-
dat ad sui defensionem id fecisse iuri consonum
est, ut huiusmodi præsumptio præsũptione con-
traria trudatur, & tollatur, ut not. prosequitur Al-
cia. in suo tract. præscript. 3. reg. præsumptione
39.nu.7.& in casu huius inopis, & innocentis ru-
stici, ne dum una, uel duæ concurrunt coniecturę.
& præsumptiones pro innocentia sua, sed ultra
septem, ex quibus certo certius est constare ueri
tatem fuisse, prout ipse ne dum de plano fatetur,
& narrat, sed etiam in tormentis affirmauit.

Prima itaque est præsumptio, & coniectura,
quam in hac materia ponderant, & magnificiũt,

ualde Doct. qualitas uitæ occidentis uiui, quia si
est probatæ uitę,& nõ solitus aliquem occidere,
14 uel offendere tollit† præsumptionem. l. cõtra eũ
existẽtem, & probat ueritatem fuisse, ut ad eius
necessariam defensionem censeatur occidisse.
Ita Ioannes Fab. in §.ius autem gentium. col.fin.
Inst.de iu.nat.gent.& ciui.Alex.consi.14. ponderatis.3.col.3.uol.Boni.de Vitali.in tract.malefi.in
tit. de insult. percus.& defens. 3. col. Io. de Ami.
consi.23.nu.10.Gramma. consi.29.nu.17.& cõs.
62.nu.2. latè Carrer.dicto §.6.nu.139.Alci.dicta
præsumptione.nu.8.& in l.1.§.si quis simpliciter.
nu. 28. de uerb. oblig.& Boer.decisione 237.nu.
2. quæ qualitas in proposito per tres testes optime probata est.

Secunda præsumptio qualitatis uitę occisi, an
sit persona rixosa, uel pacifica, seu bonæ famæ,
15 † nam tunc prę sumitur aggressor, ut trad.Cępol.
consi.28.3.col.vers.9.& consi. seq. colu.4. uers.8.
Boni. dicta col.3.ver. sed quid si duo.Io. de Ami.
dicto cons. nu.6.Gramma.uot.22.nu.10.& cons.
62.nu.3.& consi.29.nu.16.Carrer.dicto. §. 6. nu.
138.& 146. Beor. dicta decisione. numero 2. &
Alcia. dicta præsumptione. numero nono.hic sumus in milite, cuius qualitas est tota opposita
qualitati dicti Petri Io.Rustici, rudis, & bonæ fa-
16 mę, ut testes sui deponunt, milites † hodierni sunt
pessimæ famę, rixosi,& soliti depopulare,& offendere rusticos,& comitatinos inquãtum possunt,
ut dicit Io.de Plat.in l.deuotũ. col. 1. C. de meta.
et epideme.lib.12.& Bertrã.consi.57.nu.6.3.par.
primorum. quod etiam probat uetus illud adagium. Nulla fides, pietasque uiris qui castra sequuntur. accedat quod erat famulus, qui minore
discretione utuntur,& ratione quam Domini, ut
experientia docet,& natione Gallus quibus Gallicis a natura superbia,& arrogãtia inest, & quantæ sint audaciæ, & temeritatis, nemo est qui nesciat,& quod esset malę qualitatis, & pessimę cõscientiæ satis apparet ex textibus curiæ deponentibus nixum fuisse comburere rotas, currus, aratrum, & similia, multum ualentia, & deinde trabellos, & ligna ad fabricandum apta, & magni
ualoris, cum tamen ei nõ defuerint ligna ad comburrendum pro usu suo.

Tertia est præsumptio, quia dictus miles erat
iunior,& fortè robustior, ut ex denuntia, seu magis ex relatione, & annotatione D.Potestatis, &
notarij curiæ apparet in processu informatiuo à
car. 2. ubi dicitur, fuisse ætatis annorum decem
octo, uel circa,& car.3. dicitur, quod erat staturæ
17 satis magnæ. hãc etiam præsumptionem † not.
Alex.dicto cons.14.col.fi.Gramm.cons. 18.ad fi.
& consi.29.nu.18.Alcia.dicta præsumptione.nu.
10.& alij in locis præfatis.

Quarta est præscriptio, & coniectura propter
arma, cum enim milites haberent arma, ut notorium est,& dictus Petrus Ioannes, solum rastrum
ligneum,& bastonum ligneum, quomodo possumus credere, quod Petrus Ioannes fuerit aggres-
18 sor, & non aggressus? † cum omnes Doc.fatẽãtur
melius armatum præsummi aggressorem, ut per
Cæpol. dictis consilijs,& Io.de Ami.23.nu.13.Alcia.dicta prę sumptione.nu.10. Carrer.dicto.§.6.
nu.143.& Craue.consi.119.nu.9.

Quinta est prę sumptio, ꝙ licet non interfuerint testes, qui uiderint rixam, & totam seriem facti, tñ sciũt originem, & causam, quæ processit,
& dicto occiso,& alijs consocijs, qui trabellos,&
ligna illa comburebant, nam proculdubio ipse
dabat operam rei illicitæ, Petrus uero Io. licitæ,
uolens impedire, ne ea comburerent, quod erat
licitum, & iustum, & semper prę sumitur contra
19 illum, † qui dat causam rixæ, & illæ præsumitur
aggressor, ut per Carrer.dicto.§.nu. 14.

Sexta est præsumptio, si alter clamet,& uociferet, præsumitur insultatus ab aduersario, nec refert quibus uerbis utatur clamans, modo ex uerbis appareat, quod non ad offensam, sed magis
ad defensam instabat. testes enim duo pro curia
examinati deponũt ipsum clamasse magna uoce
dagli, dagli Iacopino, quæ uerba non pñt aliud
ostendere, nisi ꝙ erat insultatus à dicto milite, &
auxiliũ petebat a d. Iacopino, qui aliud auxiliũ
nõ poterat ei afferre, q̃ percutiendo dictũ aggressorẽ,& ꝓpea illa uerba sunt interpretãda pro defensione dicti insultati, maximè stãte, ut dñt dicti
testes ꝙ non cã ipsius occidendi, sed amouendi
ligna ab igne acccesserũt, quod autem huiusmo-
20 di acclamatio † faciat præsumptionem pro acclamante.trad. Alcia.dicta præsumptione.nu.12. &
Carrer. dicto. §.nu.144. si enim habuisset animũ
occidendi,& ipsi fuissent aggressores, quod erat
opus, tam ualide clamare, ut etiã testes audirent?

Septima est præsumptio, si occisus ex grauius
21 uulneratus † ut per Cæpol.dicto consi.29.Gram.
dicto uot.22.nu.13.& Carrer.dicto loco præallegato.nu.148.

Octaua est prę sumptio, quia nõ est uerisimile,
quod dictus Petrus Ioannes iniustè, & illicitè
mandasset dictum militem occidi, & sine causa,
uel ratione, cum nõ constet, quod unquam cum
eo habuerit uerba altercatoria, ne dum inimicitiam, est diues iuxta suam qualitatẽ in loco commissi delicti, habebat domum, quam milites, qui
erant eo fortiores potuissent cõburere, & bona
eius destruere,& deuastare, ac etiam ipsum occidere,& saltem sua bona confiscarẽtur, quis enim
potest credere concurrentibus tot coniecturis dictum Petrum Ioan. uoluisse occidere, uel occidi
facere dictum militem data opera, & non magis
præsumere, quod ad sui necessariam defensionem cõfecerit? uerisimilitudo enim in deprahen-
22 denda ueritate † in primis est attendenda, Aret.
consi.9. 2. col. quia, quod non est uerisimile habet imaginem falsitatis, Bal.in l.1.col.3.C.de ser.
fug.& uerisimilitudo est cognata naturæ, ut ex
Bal. trad.Craue.multa ad propositum adducens
in consi.61.nu.9.consi. 125.nu.33.& in pluribus alijs consilijs.

Nona

Nona præsumptio quia Iacobus occidens plu-ties antequam dictus Petrus Ioannes constituisset se in carcerem, confessus fuit se percusisse dictum militem ad defensam dicti Petri Io. ne ipsum Petrum insultatum cũ ense occideret, ut deponit dictus Gaspar de Nasijs testis examinatus pro curia, & duo testes ultimi examinati dicto Petro. Io. non enim est verisimile, quod ipse narrasset factũ nisi prout in ueritate acciderat, cum nihil sua interesset, cum non esset, uel Petrus Io. carceratus, & magis se accusabat, q̃ excusaret, & non est præsumendũ, quem dicere mendacium,
23 † sed ueritatẽ.l. labeo.ff. de supell.leg. Fortu. Gar. in tract. de ultim. fi. iur. canon. & ciui. nu. 478.

Decima, & ultima p̃sumptio de qua etiam te-tigi in allegationibus super indicijs, quod Petrus Io. habet maximum inditium innocentiæ pro se ex quo cum esset in libertate coniecit se in carcerem, & non est ueri simile, quod si dolosè mãdasset occidi dictum militem se uoluisset constituere tamquam innocens, ut trad. Marf. dicens ex tot, quos ipse constituit numquam ullum inuenisse,
24 † qui non fuerit innocens absolutus, pract. crim. in §. diligenter. nu. 204. & in consi. 114. nu. 49. sequitur Gramm. cons. 61. nu. 3. Carrer. in sua pract. in prin. nu. 158. 2. col. Cæpol. cons. 31. 4. col. Blan. in sua praxi fol. 138. nu. 131. vers. spontanea præsentatio, & latius Nouel. in tract. ad defen. in tit. responsiones reorum in cõstitu. fol. 70. nu. 10. ubi post Senecam dicit, quod in malis nemo sperare bonum, nisi innocens solet. & quod huiusmodi spontanea præsentatio est signum non leue suæ innocẽtię, cum nemo ita fatuus reperiatur, quod si est uerus reus alicuius criminis uelit se priuare libertate, & ponere in seruitute, & carceribus putans ueritatem obcæcare, quę nullo modo occultari potest, cum ueritas angulos non amet, nec diuersoria placent, sed in medio stat, & multis im pugnantibus suscitatur, & crescit, hæc ille. Nec me mouet, quod dictus Petrus Io. prius negauerit factum, quod exinde uidetur confessus, nam quicquid sit de ista confessione per torturã facta an sit secundum, uel contra ueritatem, cum audio etiam dictum Petrum Io. affirmare dictos testes periuros eo tempore nõ fuisse in dicto loco, & factum non sic processisse, ut propter torturam ipse fassus est, dico, quod etiã, quod primo negauerit, & deinde confessus fuerit aliquas circũstantias, tamẽ certissimũ est, quod semper hoc unum fassus est, scilicet se esse innocentem, & ad sui necessariam defensionem fuisse occisum dictũ militem, & in hoc semper fuit constantissimus nec huiusmodi circunstantiæ aliquid faciunt, quia quod iuerit ad amouendum trabellos, & uocauerit Iacopinum admonendo, ut aliquid acciperet in manibus nihil refert ad animum delinquendi, poterat etiam, ex quo dabat operam rei licitæ, hoc casu arma aceippere, quia non propterea illuc accessit, ut dictum militem offenderet; Ex quibus certo certius apparet dictum Petrum Ioannem docuisse de sua innocentia ex dictisque præsumptionibus liquido constare ipsum esse absoluendum ab inquisitione contra eum formata si enim quando adest una, uel duæ ex supra dictis præsumptionibus firmant Doct. reum ab soluendum etiam, ut ex doctrina & iuribus supra deductis cernere est; quanto magis si tot, & tam maximæ cõcurrunt certè nihil est dubitandum, & tãto magis eum esset in casu dubio non in claro,
25 prout est casus noster † reus sit absoluendus, ut ad propositum trad. Dec. consi. 459. num. 4. 469. num. 11. 678. num. 7. Alc. d. præsup. 39. nu. 5. Carer. d. §. 6. nu. 133. in fi. Boer. dicta decisione. 237. ad fi. ubi dicit, quod etiam nõ extantibus aliquibus coniecturis pro reo tutius, & benignius est, quod absoluatur sequitur etiam Crauet. consil. 251. numero 18.

Accedat, quod dictus Petrus Ioãnes per suum specialem procuratorem iurauit se ad sui necessariam defensionem dedisse mandatum dicto Iacopino de ipsum percutiendo, nam concurrentibus aliquibus coniecturis statur hoc casu iuta.
26 inquisiti, ita in terminis Boni. in dicta rub. de insul. colum. 3. Gram. d. consi. 69. nu. 12. & latè Carrer. d. §. 6. num. 151.

Quartò moueor ultra prædicta, quia quando reus confitetur se hominem occidisse, uel occidi mãdasse ad sui necessariam defensionem ex quo habet præsumptionem contra se, ut supra potest
27 torqueri, ut fateatur † homicidium purè, ut per Lanfr. in c. quoniam contra. in uerb. cõfessiones, num. 19. de probat. Gram. uot. 11. & uot. 24. nu. 2. & Carrer. d. §. 6. num. 166. sed tamen si torqueatur reus, & perseueret in tortura affirmando se occidisse, uel occidi fecisse ad sui defensionem, & tunc tollit, & elidit illam præsumptionem, quæ
28 erat cõtra eum, & debet penitus † absolui ita declarat Alc. in d. §. si quis simpliciter. numer. 78. & Boer. decisione. 164. nu. 15. & 237. in fin. quo fit, ut cum dictus Petrus Ioannes fuerit plures interuenitus, & semper dixerit fuisse occisum dictum militem ad sui defensionem, & super hoc fuerit tortus, & fortè non leuiter, & semper perseuerauerit in hoc, quod ad sui defensionem hoc factũ fuerit, licet addiderit quædã, q̃ ut dixi, non alterant factum, nec faciunt, ut minus censeatur fecisse ad eius defensionem, et si uera sint, certè etiam omnino ueniret absoluendus si non essemus in claris pro, ut sumus ex præcedentibus adductis præsumptionibus.

Nec obstat confessio dicti Petri Ioannis inquisiti, quia cum p̃cessus sit nullus, & saltem sit probata eius defensio cessat omnis difficultas, licet etiam respectu responsionis per eum factæ, & notatæ per eum modum quo est descripta non uideatur nocere eidem, cum contineat repugnãtiam. l. ubi repugnantia. ff. de reg. iur. ubi not. & secundum eius intentionem † & ad eius fauorem uenit interpretanda Dec. ad propositum consi. 482. num. 6. Marf. in sua pract. in §. postquàm. nu. 15. nam

15.nam.& reus non poteſt facere illud,quod nõ
eſt delictum eſſe delictum Angel. conſil. 22. pro
deciſione.col.fi.& maxime,quia addit de eo ex-
cepto q̃ quicquid mãdauit dicto Iacobino illud
tamen fecit ad ſui neceſſariam defenſionem,'&
ſcilicet,quæ clauſula hoc caſu operatur,ut nõ cẽ
ſeatur confeſſum fuiſſe inquiſitionem, ut per An-
gel.conſi.26.pro deciſione.col.fin.ſed quicquid
ſit de hoc pũcto ſatis eſt,quod ſit probata defen-
ſio per eum modum quẽ iura admittũt, ut ſupra.

Quibus ſtantibus nõ eſt opus diſputare ſuper
opinione Alba.& Soci. contrariantis in cõtrariũ
allegari,quia ad eius diſcuſſionem deueniẽdum
eſſet,quando nõ eſſemus in caſu claro ex iam di-
ctis probationibus, quibus ſtantibus ſuperflua
eſt,inueſtigatio,quænam ſit uerior, & commu-
nior opinio in tranſitum tamen ſolum uolui dixiſ
ſe, quod, & ſi nullas probationes feciſſet Petrus
Ioannes,& in tortura non perſeueraſſet,ut ſupra
ſed ſolum confeſſus fuiſſet mandatum dediſſe, li
cet pro ſe defendendo,ut ſupra,& nullæ extarẽt
30 præſumptiones,uel coniecturæ † ex ſuperius ad-
ductis,tamen nulla pœna mortis, uel bonorum
confiſcatione plecti poſſet.primo propter opi.
Abb.in d.c.auditis.quam ſequitur ibi Fel.& in c.
ſignificaſti.nu.13.de homi. & quam etiam com-
mendat,& mandat ſignari. Soc. pariter ſibi con-
ſtans in l.1.col.5.num.10.ff. de uulg. & pupill. &
eam defendir Dec. in c.cum uenerabilis. nu.20.
de except.ubi dicit in allegatis feciſſe homicidiũ
ad ſui defenſionem quibuſcunque uerbis conci-
piantur,cenſetur facta negatiuè,& negare cenſe
tur.ſequitur etiam Iaſ.dicens ſibi feciſſe magnũ
honorem in d.l.ut uim.3.col.& per eã dicit Marſ.
quædam euaſiſſe à pœna mortis in d. §. poſtquã.
num.24.& in §.2.quæſtio.numer.14.in ſingulari.
185.confeſſio.in l.repeti.num.30.ff.de quæſt.& ĩ
conſi.53.ad fi. ſequitur etiam Capit. deciſione.
155.num.11.& Gram.qui dicit ſemper in practi-
ca fuiſſe obſeruatum in conſi.colum.fi.& Carrer.
qui dicit ita communiter teneri, & quod delin-
31 quens † hoc caſu non poteſt puniri corporaliter
in d.§.6.num.166.& in §.ſequen.nume.44. ſequi
tur Iafred. Balb. deciſione. 360. dicens. Bertran.
conſ.334.nu.5.1.par.priorum Clau.in d.l.ut uim.
Neuiz.in Sylua.nuptiarum.primo lib.nume. 93.
22.caſu.Maran. in tract. de ord. iud. qui ſpecul.
aur.uocatur.6.par.5.actu.nume.29.Arno. epito-
mate.85.quando tu impeteres.Alcia. d. §. ſi quis
ſimpliciter.num. 77.& Boer.dicens ita uidiſſe ob
ſeruari dicta deciſione. 164. numero.& ſequen.
ubi diſputat.

Quod etiam ex alio in hoc caſu eſſet clarũ,
quia dictus Petrus Io.non mandauit occidi mili
tem præfatum ſed tantum baſtono percuti, quo
caſu ſi non eſſemus in caſu claro,ut ſupra nõ poſ
32 ſet etiam puniri pœna mortis,ſed pro culpa, † q̃a
non cogitauit,quod ex percuſſione poſſet percuſ
ſus obire,ut per Corn.conſi.57.colum.fi.4. uolu.
& latius Pariſ.conſi. 161.4.uol.& quod percutiẽs
33 baſtono non cenſeatur † habere animum occi-
dendi probat Caſtr. conſi.192. in antiquis alias.
277.2.par.nouiſſimorum.incipit in cauſa carce-
ratorum.& Are.conſi.75. & ferè omnes crimina
liſtæ ſequntur,ut per Marſi.in l.1. §. diſcuſ.nu.23.
ff.ad leg.Corn.de Sica.in l.1.num.2. C. eo. in ſin-
gulari.126.in conſi.4.num.30.64.nume.16.& in
pluribus alijs conſilijs Nouel. d.tract. ſol. 84. nu.
16.Grãma.uot.23.num.13.Blanc.dicta ſua praxi
fol.130.num.54.& in dubio quod magis culpa,
quam dolo cenſeatur commiſſum homicidium
34 † interpretandum eſt.Dec.conſi.234.numero 5.
& Are.d.conſi.& quod dolus exigatur, & culpa
non ſufficiat trad.etiam Dec.conſi.9. poſt Ange.
d.conſi.27.fortius uoluit Dec.non teneri mandã
tem aliquem uulnerari, ſi occidatur de homici-
dio pœna mortis, ſed ex ordinaria pro culpa, ut
per eundem in conſi.482.& 522.quæ ex ſupra a-
bundanti uolui addoxiſſe ad oſtendẽdum,quod
etiam, quod nullæ factæ fuiſſent probationes, ꝑ
parte dicti Petri Io.& non conſtaret de eius inno
centia, pro ut ſatis ſuper què ex ſupra deductis
præſumptionibus,& coniecturis apparet,nõ po-
tuiſſet puniri pœna mortis,uel confiſcatione bo
norum, ſed tantum extraordinaria pœna,quæ nõ
poſſet eſſe corporalis, ut ſupra deductum fuit
& trad.Doct.in ſupra allegatis locis ex quibus re
ſideo in hac concluſione,quod dictus Petrus Io.
ſit libere abſoluendus, & liberandus à prædicta
inquiſitione prout ita futurum etiam per Magni-
ficos.D.Iudices,quos non credo anhelare ad cõ
demnationem rei, ſed magis ad abſolutionem,
35 † cum maiorem honorem conſequatur abſoluẽ-
do,quam condemnando,contra quos ad condẽ
nationem anhelantes ſcribir plura Boer.dicta de
ciſione.164.num.16.& Gram. deciſione. 56. nu.
20.ſpero.& ſi ſuper prædictis dubitari cõtigerit,
non deero latiori filio hanc ueritatem tueri inte-
rim tamen pro temporis anguſtia hæc puca ſat
eſſe uiſa ſunt.

Laus Deo Opt.Max.

Barth.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Quod hic continetur ex sũmatijs facile colligitũ.

SVMMAE.

1 *Occidiſſe hominem confitens, & addat ad ſui defenſam,debet probare hanc qualitatem, q̃d ſi ſecus fecerit non poterit tamen niſi pœna pe cuniaria plecti*

2 *Sed ſi extant præſumptiones ex quibus ius præ ſumat ad defenſam factum eſſe homicidium, tunc nulla prorſus pœna debetur.& num. 4.*

3 *Di-*

3 *Distingue tempora, & cōcordabis scripturas.*
5 *Ius ex facto oritur.*
6 *Culpa an sit in Rustico, qui etiam afficit beneficio ignotum.*

CONSILIVM CCCCL.

In Domino confido.

ANIMADVERTAT quæso. D. V. ne erret in terminis, quod illa est frequentior, & receptior, Doct. sententia, quæ fuit Abb. in c. audiitis. nu. 32.
1 de præscrip. quod si inquisitus confitetur† hominem occidisse, & addat ad sui necessariam defensionem, uel cum dictione (sed) seu quacunque alia oratione seiungente, & separante, tunc, quia confessio huiusmodi per iudicem scindi, potest, & pro parte acceptari, & præsumptio iuris est contra occidentem, debet rñdens probare se ad sui necessariam defensionem occidisse, alias debet condemnari, sed, quia ex iuris præsumptione damnatur, ex quo de tali homicidio non constat, nisi ex sua met confessione, & tunc. Doct. concludunt hoc casu quo nullam probationem facere potest, uel præsumptionem habet pro se aliquam, mitius puniri, ita, ut non pœna mortis, nec corporis afflictiua quidem, sed tantum arbitraria pecuniaria, & ita firmant omnes. Doct. quos adduxi in primis meis allegationibus, super meritis, quos rogo. D. V. ut uidere uelit, pleriq. n. ex eis, ut Marsi. referunt habuisse hāc spēm in facto, & obtinuisse, alij ut Gram. dicunt in praxi ita semper fuisse obseruatum, ac alij ut Carrer. dicit hanc esse communem Doct. sententiam, quibus etiam addere uolui practi. Augu. de Ari. in addi. ad Ang. in tracta. malefi. in gl. cōpar. de Inqnisi. & part. negant, & par. confiten. in fin. primæ. addi. Vbi dicit dictum Abba. mirabile, & si essemus in casu illo opinio. D. V. quod hic pauper rusticus confitens homicidium qualificate deberet puniri pœna pecuniaria arbitraria, sed hic non est casus nostro, cum Doct. loquātur q̄n nec probationibus, uel præsumptionibus constare possit, nunquid homicidium ad offensam, uel defensam emanauerit, sed in casu dubio, & si uideantur omnes Docto. alias allegati loquuntur in isto casu.
2 Alius quidem est casus† à præcedenti dissimilis, & diuersus, & hic speciem nostram attinet, quando scilicet extant præsumptiones ex quibus ius præsumit occidentem ad sui defensionē occisum occidisse, & hoc casu nullus Doct. quem uiderim affirmat occidentem aliqua pœna, uel minima pecuniaria uel obolum ualente puniri posse, si igitur extant tot, & tantæ præsumptiones pro huiusmodi innocente, quare uolumus hos casus, & terminos confundere, cū debeamus distinguere prout Doct. distinguūt in locis alias allegati, & solet prouerbialiter dici, distingue tē-
3 pora, & cōcordabis scripturas, l. apud antiquos, ubi Bar. & Bal. C. de fur. & ibi etiam Sal. qui in l. filiæ cuius. C. famili hæreis. ex Seneca dicit distinguenti tanquàm magis appropinquanti ueritati standum esse, ut plura ad propositum adducit Neuiz. in Sylu. nup. lib. 5. nu. 32. difficultas igitur, q̄ facit. D. V. solum facit, ac ita demū procederet, si præsumptiones extantes pro huiusmodi innocēte nō essent concludentes, quod iure negari posse constanter affirmo, ex abundè alias adductis, si. n. ex unica tm̄ bone famę occisoris pr̄sumptio ne pluriq; affirmant, quos adduxi in prima præsumptione primiorū scriptorū quanto magis si
4 extant. 10. & quidem urgētes? Videatur Alci. hac nr̄a tempestate lumen iuris id affirmās in l. 1. §. si q̄s simpliciter. nu. 28. uer. limit. tñ. ff. de uerb. obl. & in tract. præsump. 8. regula. præsump. 39. ubi late differit hanc materiam optimè discutiens, q̄ locca alias allegaui, & nunc codices transmitto, ut uideri possit, me tm̄ ueritatem legalem sectari, & nō tanquā affectus aduocatus ea adducere, quā tum dū iudicis officio fungerer diuersam sniam amplecturus essem, Videat et̄ quæso. D. V. Boni. Vital. maximū criminalistam, quem et̄ trāsmittā si suæ bibliotecę deerit, is. n. expressè decidit in Rubrica de insul. percus. defensio. ex col. mihi. 3. in uer. sed quid si Mars. pro ut alias allegaui, duabus tm̄ præsumptionibus, scilicet bona fama, & uita offendentis, seu occidentis, & mala occisi iū cto iuramēto delinquētis satis liquere de innocētia rñdentis de quo iuramento, qd̄ ad cautelā et̄ in cā ista fuit a scriptū alias latius scripsi, adducēdo plures in indiuiduo id affirmantes, ac decidētes, sed si totalię ultra dictas duas concurrūt, quare dubitat̄, ne penitus sit absoluēdus, sed magis pęna pecuniaria plectēdus, ac si, ut in cā pcedēti, nullas ꝓbationes fecisset, nullæ uc extarent præsumptiones, uel cōiecturæ ꝓ eius innocētia. nō pigeat igit̄. D. V. eā opinionē mutare, quā as-
3 interesse emptoris pro rebus, † nel earum parte inspecta earum bonitate, & qualitate. l. si fundo uendito. in prin. ff. de euict. & ad expensas

4 † meliorationum in eis factarum. l. super emptis. C. eo. tit. & ad cætera damna. l. si cum quæstio. C. eo. tit. cum alijs trad. per Corn. consi. 2. 2. dub. 3. uol. & Didac. couaru. in c. 17. lib. 3. nu. 9. vers. 9. uenditor. resolutio. suarnm, sed etiam ad lucra

5 † amissa per emptorem cui res euictę sunt. l. uenditor hominis, & l. euicta re. ff. de euictiæ. sicut et

6 † tenetur ad pœnam duplæ. d. l. euicta. §. primo et si nõ sit permissa. l. 2. C. eo. ti. & tanto magis quando est expresse permissa, ut fuit permissa in utroque instrumento producto, quæ non tantum potest promitti pro contractu uenditionis ex causa euictionis. sed in quocũque alio cõtractu. l. sciendum. ff. de euictio. Et cum in dictis instrumentis per cõuentionem expressam refectio istorũ damnorum interesse, & expressarum promissa sit, nulla etiam iusta causa litigandi, si qua adesset, quæ

7 tamen abest, illos excusaret, † ut latè trad. Mars. in singul. 237. expresse conuentionales. Quæ tanto magis in casu isto procedũt cum pro parte ipsorum Dominorum actorum omnia eis incũbentia plenè probata fuerint. super quo aliter non insistam ex quo de hoc aliter nõ dubitatur per Magnificum. D. Vicarium, huius causæ iudicem, sed deueniam, his paucis pro fundamento præmissis, ad discussionem, & dissolutionem eorum quæ Copiose, & subtiliter pro dubijs primus Magnificus Vicarius excitauit. Quibus sublatis apertissime constabit ipsos Magnificos actores iustitiam souere.

Tota igitur farrago dubiorum ad tria Capita deduci potest, primo, quod cum Domini Palmirolli lite non defenderint, ut tenebãtur. actionem de euictione habere nequeant.

Secundò id tanto minus assequi possint, cum collusionem fecerint cum Magnifica Castagnina actrice,

Et tertiò, quod magis cẽseatur per imprudentiam, & nulliter iudicatum, quam quod iuste illa posset obtinere in causa. Et propterea reos conuentos nõ teneri de euictione. Discutiamus itaque singula capita dubiorum, & uideamus nũquid adducta in eis uera sint in re, uel in facto, nec ne,

nec ne, uel casul nostro conueniant.
Et quo ad primū dicitur ipsos Dominos acto-
res debuisse, ac obligatos fuisse de iure commu-
8 ni se defendere, ut de euictione † agere possent.
Corn.consi.325.litera.l.primo uol.& Dec.consi.
74.nu.2.uers.2.principaliter, & maximè quia Fal
lati non potuerunt iudicium in se suscipere ani-
mo nouandi, & illos liberare inuito actore, sed
tantum instantiam. Bar.in l.prima.C.Vbi in rem
act.cum alijs in dubijs citatis, & cū fuerint in cul-
9 pa sibi imputanda est † euictio, ut p Corn.& Dec.
in dictis consilijs, & Tiraquel.de retrac.ti.primo.
§.fi.nu.48.in fi.Q† autem defecerint in defensio
ne propria enumerantur aliqua in dubijs addu-
cta. Videndum igitur primo est, an hoc primum
præsuppositum in iure respectu casus nostri, ue-
rum sit. subinde uidebitur, an data illius ueritate,
in facto locum sibi uendicet. Et quo ad primum
censeo Magnificos actores non fuisse obligatos
causam defendere, & iudicio adesse, tamet si re-
10 gulariter † emptor teneatur. l.si ideo.in prin.ff.de
euictio & l.emptor fundi.C.eo.tit. cum id onus
expressè per uenditorem, & permutantes fuerit
11 remissum in instrumentis, quod fieri potuisse du
bitandum non est, ut Bald.& Ang.trad.in d.l. em
ptor fundi.quod uoluit etiam Pap. imponūt.sua.
in forma libel.in cau.uendi.in glo.promittens.de
euictione.nu.9.& Stepha.Aufre.in addi. ad deci-
sionem capel.Tholos.47.in prima limitatione, &
de his pactis utilibus. ex quibus releuat emptor
ab onere denunciandi, assistendi liti, & appellan-
di, meminit etiam Cagnol. in l.uenditor.nu.5.ff.
de iudi.Q† modo remissum fuerit onus huius as-
sistentiæ, & defensionis apertissimè apparet ex
uerbis promissionis euictionis, factæ in dictis in-
strumentis. Vbi in primo instrumento uenditio-
nis, dicitur quod uēditor promittit (iudicium in
se suscipere. & ipsum prosequi mediere, finire,
& terminare, & in iudicio ac lite stare, & perse-
uerare, usque ad finem litis, & causę, absque prę
sentia, uel molestia dicti emptoris, & suorum hæ
redum). si enim uoluit uēditor teneri defendere
causam sine præsentia, uel molestia emptoris,
quomodo possumus negare, quod non remiserit
onus, ut deberet adesse iudicio, prout de iure te-
netur, ut supra. & pati molestiam hanc interue-
niendi in eo, & causam defendendi, alias dicta
verba seruirent de uēto, quod tamen esse nō de
12 bet, cum immò † nō debeant esse sine effectu ope
randi. l.si quando.ff.de leg.primo.& in contracti-
bus est tex. in l.si stipulatus.ff.de usur. & dicit Bal.
in rub. C. de contrah. empt. 9. qō. nu.9. quod in
contractu emptionis ne dum clausulæ, sed etiam
13 minimum uerbum non debet esse sine † uirtute
operādi, quinimò etiam Syllaba non debet esse
superflua, & sine effectu Curt.Iun. consi.85.nu.4.
& eadem clausula apposita est in instrumēto per-
mutationis, unde in utroque censetur, hoc onus
remissum. sed in primo instrumento uenditionis
id clarius est expressum, cum uenditor remiserit
emptori (omne onus, & omnem necessitatem
denunciandi, & appellādi, & assistendi lite, quod
tempore euictionis, & moti iudicij de iure requi
ritur, &c.) Ex quibus dubitandum non est, ut cen
seatur remissum onus defendendi causam, quod
14 omnes leges cōpræhendunt sub † illo uerbo (as-
sistere) uel (adesse liti, & iudicio,) ut in d.l.si ideo.
in princ.in d.l. emptor fundi. & in l.prima. C. de
peri. & commo. rei uendi. nec sunt diuersa assi-
stere, & defendere, ut dicitur in dubijs. cum ex il-
lis uerbis à lege prolatis colligatur, & probetur
compræhendi defensionem per emptorem fa-
15 ciendam esse, & ita etiam intellexit † Spe.in ti.de
emp.& uend.§.primo.nu.34. cessante itaque præ
supposito isto, ueluti fundamento, corruunt om-
nia ędificata super eo.ipso sublato.c.cum Paulus
1.q.1.2.l.egi.in prin.ff.de excep.rei iudi.
Nec obstat, ut dicitur in dubijs, quod & si re-
nunciatio compræhenderet hunc casum, tamen
huic pacto, & renunciationi cēseantur DD. Pal-
miroli renuntiasse. saltem tacitè suscipiendo iudi
16 cium, litem † defendendo, illique assistendo, &
appellando, per tex, in l. Herennius. §. Caia. de
euict. Vbi expressè Bal. quod etiam facere se ob-
tulerunt. ut in respōsionibus ad positiones. Quia
per comparitionem in iudicio, & alia huiusmo-
di non censentur renunciasse iuribus suis, sibi ex
pactis, & remissionibus p̄fatis competentibus.
17 cum in dubio quis non censeatur ius † suum re-
mittere, uel illi renunciare. Alb. consi. 25. nu. 18.
maximè quando conuentio erat iurata. Ias.consi.
173. nu. 7.4.uol. Et quando potest fieri actus ex
18 alia causa, non censetur facta † renunciatio. Ce
phal. consi. 25.nu.47. Vnde debet esse expressa,
uel per tales actus facta, ita quod apertè cōstet,
uel per consequens necessarium, quod uoluerit
illo iure carere, ut Benintend. trad. conclusione
72.nu.4. quo fit, ut licet ad defendendum cām ip
sam præsto fuerint Magnifici actores. nō propte-
rea censentur recessisse à pactis, & remissionibus
sibi factis. sic etiam licet appellauerint à senten-
tia.d.Vicarij ad abundantem cautelam, non pro
pterea si nō fuissent prosequuti, amisissent ius q̄si-
tum ex remissione ipsa. alias abundans cautela
19 † sibi nocuisset cōtra.l.testamentum. C. de testa.
& l.non solent, quæ superabundant. ff.de reg.iur.
Et licet Bal.ī d.§.Caia. teneat quod qui appellat
teneatur prosequi. ex quo appellando uideatur
fateri sententiam fuisse iniuriosam, & ideo sua ap
pellatione sibi præiudicet si nō prosequatur. non
tamen loquitur Bal. quando hoc onus appellan-
di fuerat emptori remissum. cuius dictum etiam
non procedit quando appellans fouet malā cau-
sam. q̄a hoc etiam casu potest a cœptis desistere,
ut per Fulg.in d.§.sicut potest etiam sine iudicio
bonam fidem agnoscendo liti cedere, & rem pe-
titori, ut inferius dicetur, tradere, præter id quod
quando aliquis non tenetur seruare aliquam so-
lemnitatem, & illam seruat, non censetur se alli-
20 gare illius obseruantiæ † pro futuro tempore, &

pro

pro alijs actibus, ut per Dec. in l. Vinum. colum.
21 fi. ante fi. ff. si cer. peta. Et protestatio † hoc casu
conseruat ius protestantis, ut ad propositum do-
cet Mars. in l. unius. §. fin. num. 27. & sequen. ff. de
quæstio. ubi respondet motiuo, in dubijs tacto, ꝙ
protestatio contraria facto non iuuat.

Quod autem. DD. Palmiroli permiserint face
re omnẽ conatum ne. D. Castagnina obtinetet,
non secus est intelligendum, quàm comparitio-
nes, & alia huiusmodi facta per eos. quæ non tol
lunt remissionem illis factam, ut supra præterquã
ꝙ dictæ responsiones fuere declaratę, per ipsos,
22 ut in processu. fol. 80. & 81. pro ut potuerunt† de
clarari. l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. Al
cia. in tracta. præsump. reg. 3. præsump. 1. nume. 9.
maxime cum talis declaratio non perimat con-
fessionem, ut per eundem Alcia. in d. regula præ-
sumptione. 35. num. 10. Concludo itaque in hoc
primo capite, ꝙ ipsi Domini actores non tenebã
tur defendere causam ipsam. Et tãto minus eum
rei conuenti denuntiati, & interpellati compar-
uerunt in iudicio tam principali, quàm appella-
tionis, & iudicium ipsum in se. & super se suscepe
runt. Et licet non potuerint liberare Dominos
Palmirolos ab actione, contra illos intentata, q̃
non debebat, uel poterat in uita. d. actrice. potue
runt tamen nouate, instantiam, & illos liberare
23 ut † non tenerẽtur comparere in eo iudicio, ut ꝑ
Are. in dubijs citatum in Rubrica Insti. de excep.
nu. 14. & Io. de Amic. in cons. 19. num. 2. quod vo
luit etiam Clarius Benintend. deci. 92. in prin. nã
24 p̃ntia uẽditoris ĩ iudicio † liberat emptorẽ à mul
tis in quibus eo absente teneretur. per Bal. & Ful.
in d. §. Caia. & Fulg. in d. l. si ideo in 1. nu. 3. & cũ ip
si fallati appellassent etiam ipsi à sententia uicarij
per eorum superiorẽ non debebãt eorum appel
lationem deserere sed ad finem usque prosequi.
sibi igitur imputandum est quorum magis inte-
rerat si succubuerunt domini rei conuenti in eo
iudicio nõ ipsis Magnificis Palmirolis.

Sed demus, ꝙ præsuppositum istud in iure ue-
rum esset, ut tenerentur ipsi. DD. Rectores ad esse
iudicio ipso, & se defendere. nunquid propterea
ipsi possunt teneri quasi non defendetint? & cer-
tè dicendum est, ꝙ non, cum ipsi in iudicio ipso
tã in causa principali, quàm appellationis utriuſ-
que partis præsto fuerint, & causam totis ner-
uis defenderint, omnesque numeros (qđ aiunt)
impleuerint, quod in casibus Corn. & Dec. in cõ-
trarium citatorum in dubiis non euenit, in q̃bus
emptores in iudicio non comparuerunt, sed fue-
runt cõtumaces, unde nimirum si tenebantur. &
actio pro euictione non competebat, licet etiam
in casibus illis ius defensionis non fuisset remis-
sum. si itaque ipsi à principio usque ad finem cau
sæ fuerunt in iudicio. & opposuerunt omnes ex-
ceptiones, quæ opponi poterant, & causam sem
per defenderint, cui dubiũ, ꝙ illis competit actio
de euictione, licet non probetur, ꝙ ipsa. D. Casta
25 gnina ius haberet, pro ut ex infra deducẽdis † ẽt
constabit, ut per Castr. in l. at qui natura. §. si cum
me absente. num. 4. & 5. post alios illic. ff. de neg.
gest. Imol. in c. fi. col. pen. & fin. de emp. & uend. &
Didac. d. c. 17. nu. 6. col. 3. d. 3. lib. resolut. Quæ cõ
clusio tanto clarior reddẽt eum respondero si-
gillatim omnes imputationes illis datas, in qui-
bus pars aduersa prætendit illos desecisse uanis-
simas esse.

Primo enim obiicit in dubiis, ꝙ imputandum
ipsis Dominis Palmirolis uidetẽ ex eo ꝙ nõ dispu
tauerint super præscriptione proposita, eum pro
pter sentẽtiam latam inter ipsos Fallatos per Ma
gnificum consilium iustitiæ super eisdemmet bo
nis. Fallati potuerint prætendere titulum, & bo-
nam fidem. Sed certè ista obiectio nullius, est põ
deris, & leuissima est primo, quia Illust. Domini
Palmiroli exceptionem illam opposuerunt, ut in
sua appellatione, quam etiam opposuerunt Fal-
lati in eorum scriptura exceptionum, sed tamen
fuit reiecta per iudices. unde illis non est impu-
tandum, tum, quia in rei ueritate illa non obsta-
bat Magnificæ Castagninæ agenti, & propterea
iustè fuit reiecta. nam respectu terrarum habita-
rum impermutationem non est agendum de ali-
qua præscriptione, quia & actus fuit celebratus
de anno. 1560. & iudicium fuit cęptum de anno.
1567. & sic uix fuere lapsi septem anni. Respe-
ctu uerò terrarum uenditarum. q. domino Ludo-
uico, instrumentũ fuit celebrarũ de ann. 1552. &
sic uix cucurrerant anni quindecim à tempore
contractus, quibus dato, ꝙ emptor possedisset nõ
propterea præscripsisset decennali præscriptio-
ne, nisi fuisset probatũ, ꝙ ipsa. D. Heleonora. per
totum dictum tempus fuisset præsens in hac ciui
tate. l. fi. C. de longi temp. præscrip. quod impossi
bile erat probare, cũ ferè semper steterit absens,
26 & non præsumitur, † ꝙ fuerit præsens. Balb. in tra
cta. præscrip. 1. par. 4. par. 2. quæst. in princ. & la-
tius in 3. quæst. præterea cum ipsi de fallati, à q-
bus ius habebant, & cãm, essent malæ fidei pos-
sessores, quia debebant scire illa bona ad eos nõ
pertinere, qui non succedebant in hæreditate
Francisci nec domini Pauli, sed sorot Francisci.
D. Heleonora. & iuris error † à malefide non excu
sat, Rimi. consi. 450. nu. 52. & Paris. in ca. de quar-
ta. nu. 4. de præscrip. certè ipsi domini Palmiroii
28 non potuerunt † præscribere minori spacio. 30.
annorum. auten. malæ fidei. C. de longi temp. ꝑ-
scrip. Bald. & Ang. in d. l. fi. num. 7. & Balb. in d. 2.
q. nu. 3. Et debuisset concludenter probari huius-
modi exceptio præscriptionis, ut potuissent obti
nere. Crau. cons. 201. num. 29. Nec ex dicta sentẽ
tia potuit quęri titulus, & bona fides fallatis, cũ
non fuerit lata cum domina ipsorũ bonorũ, & ni
hil profuit in iudicio eum eis facto per ipsam do
minam, in quo ipsi succubuerunt respectu aliorũ
bonorum. Et possem super hoc capite præscri-
ptionis plura adducere, quæ alias adduxi in simi
li causa dominæ Lucretiæ Ghillinæ, eum Ma-
gnifica. Do. Margarita Ghillina. coram ipso Ma

gni-

gnifico. D. Vicario pendente, ad probandum ma lam fidem possidentium, quæ missa facienda, tũ quia ex suppositis casus est clarus, & nullam habet difficultatem, tum quia ipse Magnificus Vicarius, qui adhuc habet pœnes se dictas allegationes, illas poterit reui lere etiam ad decisionẽ huius causæ, si uidebitur oportunum.

Secundò obijcitur, quòd ipsi DD. Palmiroli non opposuerunt, uel disputauerunt de existentia D. Lucretiæ, sororis. D. Pauli, quæ uti proximior excludebat D. Helconoram in hæreditate ipsius D. Pauli, de cuius hæreditate agebatur, & cuius hæres ipsa fuit declarata per sententiam Magnificorum dominorum consiliariorum, uel surrogatorum loco ipsorum. sed, & hęc facile tollitur, Quia primo talis oppositio facta fuit, & disputata, & super ea articulatum, & cum fuisset pronuntiatum super capitulis admittendis, fuit appellatum pro parte. D. Helconoræ, & fuit intro ducta causa coram Magnifico Consilio, quod uigore. R. Ducalis iudicauit super meritis, unde non uideo, quod possit imputari dominis Palmirolis, qui etiam super hoc curarunt recipi testes, qui tamen præter eorum culpam non fuere uisi, ut inferius dicetur, Secundò, quia hæc exceptio minus cæteris iuuabat aduersarios, si quidem, & si uerum fuisset, ꝙ dicta Domina Lucretia superstes remansisset, illa nunquàm adiuit (quod constare possit) hæreditatẽ fratris, unde ad suos transmittere non potuit hæredes. l. unica. §. in nouissimo. C. de cadu. tol. præterea cum esset nu-
29 pra forensi, nec sustineret † onera, non poterat etiam admitti ad successionem, ex forma statuti nostri, ꝙ non fiat alienatio rei immobilis in Castr. consi. 89. per totum. 2. uol. Card. consi. 135. Titius. Crot. in l. filiusfamilias. §. diui. num. 87. ff. de leg. primo. & Rui. cons. 160. num. 6. in 4. Vltra, ꝙ cum dominus Paulus esset tantummodo usufructuarius ex testamento prioris. omnia bona pertinebant ad Franciscum, cuius erat hæres Dom. Helconora, unde nihil ad dictam. D. Lucretiam pertinere potuisset.

Tertiò obiicitur in dubijs, ꝙ non fuerat publicatus processus coram Magnifico Consilio, nec prǽsentati fuerũt testes examinati. sed hoc etiam non ualet obolum, quia publicatio non erat necessaria, cum iam ipso iure facta esset lapso termino ex forma statuti de appellationibus interpo-
30 nendis. Et statutum id facere posse † ambigendũ non est, ut in simili trad. Corn. consi. 244. 2. col. 3. uol. Vltra, ꝙ non est emptor reprehendendus si huiusmodi leuem excusationem nõ opposuerit, ut in exceptione declinatoria, & procuratoria trad. Bald. Ang. & Cast. in d. §. si cum me absente supra allegato. Testes uero frustra fuerant præsentandi, cum ex decreto Magnificæ Signaturæ, non essent aperiendi, sed lacerandi, casu quo declararetur per Magnifi. Consiliarios capitula nõ esse admittenda, quod satis declaratum fuit, illa reiiciendo, prout tacite reiecta fuere, pronuntiã-
31 do † super meritis iuxta. c. ex parte II 2. Vbi Dec. de appella, & l. à procedente. C. de delat. Rui. cõsil. 117. numero. 185. uolumin. & Ceph. consil. 100. numero. 27.

Quarta obiectio fit de domo, à qua fuere absoluti Fallati, seu saltem fuerat dictum in sententia non esse expelliẽdos de ea, unde super ea erat insistendum, sed in hoc est etiam æquiuocatio, cũ illa sententia, & iudicium factum contra Fallatos non comprehendat domum sitam in Villa Massæ, quam possidebant DD. Palmiroli, quia ꝑ ea non conuenisset. D. Helconora Fallatos, qui non possidentes conueniri non potuissent. l. officium. ff. de rei. uendi. cum similibus, sed aliam domum sitam in terra Codegotij, de qua expresse loquitur snia ipsa (Fallatos expelliẽdos non esse).

Ex his igitur euidentissimè constat Magnificis de Palmirolis nullo modo imputari posse, ꝙ causam non defenderint, & per consequens illos in iudicio euictionis obtinere debere.

Succedit modo secundum dubium de prætensa collusione, quod paucis absoluitur, quia in rei ueritate nulla potest dici facta collusio inter partes, per conuentionem factam inter eas, ꝙ casu quo Magnifica Castagnina obtineret, teneretur illa bona relaxare ipsis dominis Palmirolis, & è conuerso ipsi dare eidem dominæ bona recuperanda à Fallatis pro euictione cum fructibus, uel uendere eisdem pro pecuniis quas consequẽtur ab eisdem Fallatis pro dicta euictione, ut in instrumento. Nam collusio est inter actorem, &
32 reum latens, † & fraudulenta conuentio, gl. 1. in c. 3. de collus. detegen. Abb. in Rubrica eiusdem tit. Hostien. in eo. ti. in §. quid sit collusio. num. 1. Io. de Anna. in d. Rubrica post prin. Luc. de pœn. in l. 3. nu. 9. C. de uende. rebus ciui. lib. 11. & Hyero. Gyg. in tract. de pensio. q. 42. nume. 3. & collu-
33 dium dicitur † ubi, quis de conniuentia illicitum quid agit. Luc. de pœn. d. num. 9. & colludens dicitur falsum committere, quia aliud agit, & aliud simulat Abb. in d. Rubrica. Io. de Ana. & Gyg. in locis pręallegatis, & Nat. in allegato consilio in dubiis. 437. num. 30. At in proposito non uideo quomodo hæc conuentio facta per. DD. Palmirolos, ut possent pro sui commoditate in casu succumbentiæ retinere hæc bona, uel in permutationem, uel uẽditio. possit dici collusio. & ꝙ partes usæ fuerint fraude, uel dolo, uel falsum commiserint, cum contractus fuerit uerus, & licitus, pro ut præsumitur, collusio enim non pręsumitur
34 sed probanda est, & detegenda, ut in Rubrica. Extra. & C. de collus. detegen. Paris. consil. 110. num. 103. 1. uol. & Nat. d. cons. num. 30. Et tanto minus in causa † ciuili Sal. in l. 2. num. 2. C. de collu. detegen. & Nat. d. consi. num. 31. licet in causa
35 † criminali strictius procedat, quo casu loquitur Abb. allegatus in c. de his. num. 7. de accusa. Qd
36 tanto clarius procedit † eũ dolus exigatur in ea, Bal. in l. prima in fi. C. si quis omis. cau. test. q̃ equi pollet calumniæ Luc. de pœn. d. l. 3. colum. 3. uer. collu-

collusio.& dolus non præsumitur nisi probetur. l.dolum.C.de dol.Et licet non negauerim collusionem coniecturis probari, & præsumptionibus, nego tamen aliquas extare præsumptiones, uel coniecturas, ex quibus coniectari possit, uel præsumi factam fuisse collusionem, quæ tanto minus præsumenda est, cum conuentio ipsa facta fuit
38 per instrumentum publicum, quo casu † non est præsumenda, iuxta trad.ad propositum per Cur.Iun. consi.64.num.2.& 3.Et cum effectus ipsius conuentionis non esset malus, ita nec mala partium præsumitur intentio, ut Bal.dicit ad propo. trad. in d.l.1.in fi.C.si quis omiss.cau.testa.Vbi dicit, quod actui quandoque inest tacitus dolus, quia rei effectus habet in se fraudem, Vnde cuius rei effectus
39 † malus est, & intentio præsumitur mala. Et propterea si fallati suspicabantur. DD. Palmirolos debere colludere cum Magnifica Castagnina, pro ut in causa appellationis protestari fuere, debebant assistere in causa uersa coram Magnifico Consilio iustitiæ, in qua nunquã comparere curarunt, pro ut poterant, clem.cõstitutionem.§.sane.de elect. c. fin.de procur. in 7.& l.Paulus.ubi Angel.ff.de procur.

Cæterum cum emptor sciat rem esse alienam, non eius, qui illi eam uendidit, potest etiam facere
40 collusionem (si † talis actus sic dici potest) cum domino procurando, ut rem sibi euincat, aliquẽ nomine eius petiorem summittendo, ut succumbat, & tamen habet actionem contra uenditorẽ. iste est tex.not.qui docet hanc bonam collusionẽ, ut dominus suam rem habeat, & emptor non remaneat in damno sed habeat actionem de euictione in d. l. atqui natura. §. si cum me absente. ff.de nego.gest.Vbi Bal. num. 1. & in quarto nor. dicit, quod non uidetur dolum committere, qui sibi prospicit.& dicit ibi Fulg.num.4.quod id fieri potest
41 etiam causa † lusti lucri consequendi, uel ne sibi lucrum auferatur.quod si talis summissio, & alia huiusmodi licite fieri possunt, quanto magis potuit fieri hæc conuentio, quæ nemini fuit nociua, & pro fuit ipsis de Palmirolis ad retinendum dicta bona, ut supra. Quos certum est potuisse magis lucrari, si fuisset iudicatum contra. D. Heleonoram, & fuissent ipsi absoluti, cum non tenerentur expensis suis agere contra Fallatos pro euictione, Et soluere etiam de proprio, casu quo nihil ab eis consequi aliqua de causa possent.unde non est præsumendum, quod passi fuerint se uinci, cũ nemo sit tam supinus, ut uelit, uel præsumatur iactare suum.l.cum de indebito.ff.de probat.

Quæ autem dicuntur de existentia coniecturarum dictæ asserta collusionis, ex supra deductis sublata sunt, quinimo retorqueri possunt contra partẽ aduersam, nam cum non fuerint omissæ aliquæ exceptiones, sed fuere per iudices reiectæ, tanquàm non releuantes, & inanes, nulla potest colligi commun.præsumptio.imò contrariũ potius præsumendum est, ut supra.sic etiam cum fuerit de dicta conuentione factum instrumentum.illud magis probat ueritatem quàm simulationẽ, quæ clara, & non palam regulariter fieri solet. Possessio etiam existens pœnes DD. Palmirolos non infert ad collusionem, cum illa sic remanserit uirtute ipsius conuentionis, quæ iniuria tamẽ modicum lucrum illis adfert, cum pensionem pro ipsis bonis soluant Magnificæ Castagninæ, & cũ teneantur alia bona dare in cambium, uel pretiũ pro eis, satis dicuntur priuari rebus ipsis nec eas dicuntur habere, ut probatur in l.si rem quam.in prin.& in l.si seruus uenditus.in prin.uersus fi.ipsius.prin.ĩ uers.quamuis si emptor.cum seq.ff.de euict.solutum itaque est secundum dubium de allegata collusione, quę nulla intercessit in hac causa, ut abundè supra est comprobatum. Additur etiam ex abundanti, quod cum iam esset conclusum in causa ante factam dictam conuentionem non potest dici ipsos Magnificos Fratres non astitisse iudicio, & per consequens nõ posse agere de euictione, cum emptor absens tali tẽpore, quo fini-
42 tus est processus, nõ minus agit de euictione † Bal. in d.l.si ideo. in prin. Saly.in d.l.emptor fundi, & Dida.in d.c.17.num.9.uersi.19.uenditor.

Superest, ut de tertiò, & ultimo uerba faciamus.In quo breuis ero. cum longior fuerim in alijs, quã par esset, in quo sicut in cęteris concludo, quod de, nulla imprudentia iudicum Magnificorum dici ullo modo potest cum ipsi iustè iudicauerint, ut ex allegationibus quàm pluribus per me scriptis in pñti causa satis, & super constare potest, nec exceptiones de quibus in dubijs, & supra tractatum est quouis modo erant admittendæ, ut & supra comprobatum liquido extitit.Et
43 in dubio † pro sententia pręsumendum est.d.l.Herennius.§.fi.Ang.in d.l.emptor.ante fi.& Bal.in d. §. Cai a. 2.not.c.nisi essent.Vbi Abb.de preben.& Alc.consi.57.num.9.lib.9.

Quod autem nulliter iudicauerint pẽdẽte termino ad probãdum, supra sublatum est, cum omnes termini iam diu fuissent elapsi, & ipso iure publicatus cẽseretur processus, quo casu cessat, quod dicit Vant. citatus in dubijs in tit. de nulli.ex defect.iuris.nu.157.& seq.qui tamen etiam fatetur, quod si iudex reuocauit assignationem termini non conquiescit officium suum, & hoc casu potius cẽserentur reuocasse si non fuisset elapsus in necessarium antecedens.l.illud.ff.de procur, Quod autẽ rũdetur ĩ dubijs ad clausulam (sola facti ueritate inspecta) quæ operatur, ut ad ius gentium partes
44 redactæ sint, & iudex, ut princeps, † & deus iudicare possit, ut per Dec.in c. dilecti 2.col.de Iudi. & Blan.in tract.de compromis.q.1.nu.37.quod partes uoluerũt ordinariæ procedere, tollitur ex trad. per Dec.in d.l.Vinum in fin. Vbi firmat, quod partes in alijs actibus possunt summarie, & aliter prout de iure possunt, procedere, licet prius ordinariæ agere cępissent. Vt non omittam etiam, quod publi-
45 catio † processus non est de substantia, & qd ualet sententia sine ea, ut per Vant. in tit. de nullita. ex defect.proce.nu.40.

Duta

Dum autem dicitur in dubijs, ꝙ potuit dici de nullitate, licet appellatio fuerit remissa, quamuis, de aliqua nullitate non constet, & minus de iniustitia. Dicitur tamen, ꝙ hoc non procedit quando sumus in iudicibus, de nullitate sententiarum quorum prohibitum est dicere, ut in casu isto, propter ducale decretum, nec uideo ubi oriatur ista nullitas notoria ex defectu iurisdictionis. Illud autem non omittam, ꝙ (iudicio meo) non est iuridica consideratio Magnifici Vicarij, ꝙ licet non possit sententia dici nulla, uel ob nullitatem impugna ri, possit tamen oppugnari euictio petita, sicut in simili possunt opponi exceptiones non
46 impugnantes † sententiam, uel eam declarantes Negus. in tract. de pigno. 2. par. 4. memb. nu. 183. Quia casus uidetur esse omnino dissimilis, cum n. ob dignitatem iudicum, uel ex alia causa sententia per emptorem, præter eius culpam, nulla dici non possit, & propterea executioni mandetur cō tra eum, non uideo quare non habeat actionem pro euictione cum tantummodo excludatur, si iniusta sit sententia. d. l. si per imprudentiam in dubijs citata. ff. de euict.

Postremò unum addam, quod etiam tollit omnem scrupulum, ꝙ cum apparet apertissime. & notorie de iustitia Magnificorum DD. Actorum, ut in processibus, & allegationibus iuris certè omnino de
47 bent † obtinere, cum potuissent bonam fidem agnoscere, & res ipsas Dominæ tradere, Fulg. in d. l. emptorem in prin. ff. de actio. emp. Bal. in l. si libera. nu. 10. C. de sent. Imo. in d. c. si. col. pe. & si. Ale. in l. si domus. §. 1. de leg. 1. ad fi. & in cons. 67. in 4. uol. ac in l. nō solū. §. morte. nu. 46. Vbi Clau. nu. 101. & Rub. nu. 452. de ope. no. nūci. Rip. in c. cum M. Ferrariensis. num. 166. 4. fallen. de consti. Capr. in suis regul. cōclusione. 87. nu. 211. & 236. Crau. cons. 83. nu. 3. Nat. cōsi. 232. nu. 5. & Didac. in d. c. 17. nu. 6. & alij quos sciens pretereo, qui reprobant Dec. in d. cons. 74. & saltem quando con
48 stabat tempore moræ † litis de notoria iustitia agentis opinio. Dec. nō procedit, ut per Rip. in l. 2. §. uoluntatem. nu. 21. ff. sol. matr. prout in casu isto constabat cum iam lata erat sententia Magnificorum Surrogatorum, qua declarata fuit hæres Francisci, & Domini Paul. Fortius noluere Imo. in d. c. si. col. fin. Ale. d. §. morte. nu. 47. Capr. d. concl. 87. nu. 212. & Crau. consil. 83. nu. 6. & 179. nu. 6. ꝙ incumbat ei, q dicit actionē non cōpetere agenti pro euictione onus probare, ꝙ ha-
49 buisset iustas defensiones, † ut non condemnaretur emptor. quæ opi. optimè procedit sequuta
50 † euictione per sententiam, ut supra, ut Docto. supra citati in d. §. si cum me absente. optimè declarant. Et ex his sublata sunt omnia deducta in dubijs. & apertissima apparet iustitia horum Magnificorum Actorum, & sunt absoluendi ab omni pœna.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Citra pœnam collusionis hæc fieri potuisse iudicatum est,

Claud. Bertaz.

ARGVMENTVM.

De pęna conductoris male utentis re conducta, & quando dicatur male uersari?

SVMMAE.

1 *Conductor abutens re conducta est expellendus.*
2 *& debet probare solutionem pensionis.*
3 *Arbitrium iudicis in deteriorationis consideratione debet uersari circa qualitatem, & quantitatem rerum, ac personarum.*
4 *Ignem qui facit in loco insolito dicitur abuti domo.*
5 *Conductor non potest uti re ad usum non destinatum.*
6 *Vt si teneat porcos in solario domus.*
7 *Nec debet sublocare alteri non aque idoneo.*
8 *Monitio an sit necessario facienda conductori re conducta abutenti.*
9 *Conductor non excusatur à deterioratione licet fecerit quasdam meliorationes.*
10 *Et potest expelli licet in casu non solutionis sit addicta pœna.*

CONSILIVM CCCCLVI.

In Domino confido.

NON est dubitandum quin hic Venetus ueniat expellendus à conductione Domus D. Isach leui tum ꝓpter,
1 rei deteriorationem, & abusum, † tū propter non solutionem pensionis, ut de utroq; est tex. in l. æde. C. Locat. & in c. propter sterilitatem. §. primo eo. ti. & tra d. omnes in auth. q. rem. C. de sac. san. eccles. & in proposito utraque defectio uidetur probata, nam de prima scilicet de abusu deponunt plures testes examinati, de secū da satis constat, ex quo de absolutione non con-
2 stat, † quod onus conductori incumbebat glos. & communiter omnes in l. 2. C. de iur. emphy. Papien. in forma Libel. quo agitur ad ficti præstatio. & rei relaxa. in glos. soluere neglexit in prin. & Afflict. decisione. 91. nu. 2.

Nec obstant modo quæ in dubijs subtiliter adducuntur, & primo quod non uideatur probata magna deterioratio rei arbitrio iudicis licet inquilinus coquinam faciat in Camerono domus, & fumo solarium, & parietes ualde denigrentur,

ex quo

ex quo sibi non detur imputandum, qui telam Camino apposuit, sicut non uidetur re abusus p locationem, uel sub locationem factam quam pluribus baiulis, immundam domum reddentibus, uel propter foramina facta in pariete ex quo satis est, quod omnia in fine locationis restaurata restitui poterunt, ut in dubijs.

Quia primo respectu ab usus Cameroni censeo illum expelli posse, cum ualde deteriorauerint rem, ut affirmant omnes testes examinati, cum propter illum continuum fumum, qui orit ex continuo igne illic propter coquinam facto, non leuiter sed grauiter damnificetur pulcherimus ille Cameronus habens pulcheri mas picturas, & caminum magna impensa constructum, ut
b ipsi testes deponunt, quo fit, ut cum iudex arbitrium adhibere debeat attenta qualitate, & quā-
3 titate † rerum, & personarum, ut Bal. citatus trad. in d. l. lęde. in prima lect. num. 14. non uideo quare non sit expellendus, & quomodo possit excusari contra dispositionem etiam tot testium uirorū proborum ita arbitrantium. Et licet quis non dicatur in culpa si faciat ignem in domo ubi est Caminus, & per consequens fiat fumus, hoc tamen non procedit quando facit ignem solitum, & cō
4 suetum, & in loco solito, & consueto, secus † si insolitum, & granem, & in loco insolito, ut probatur in l. sicuti. §. fin. ff. si seruit. uendi. & ibi declarat Bar. & alii, & Cępol. in tracta. de seruitu. urba. prędio. c. 53. ti. de fumo. & cum in proposito domus hæc habeat coquinam in qua semper fuit cōsuetum coquinariā fieri, & hic inqullinus, ut maius lucrum faceret cum aliena iactura, illam cum reliquis partibus domus sublocauerit, retento sibi tantum Camerono hoc in quo coquinam exercet, & ignem continuum, & insolitum, in illo facit, deturpando, & denigrando parietes, solariū, Caminum, & omnia, non uideo quomodo iustè negari possit illum uersari pessimè in re locata, & illa non abuti. utendo re hac ad usum insoli-
5 tum, & non † destinatum, quod facere nō potest, ut ad propositum trad. Imol. in d. capitul. propter sterilitatem. col. mihi. 14. in gl. in uerb. peruerse, ut dicit, quòd in dubio conductor non debet alterare usum consuetum rei. argumento. l. non aliter. ff. de usu. & habit. Quod, & tanto clarius procedit cum propter usum dictæ coquinæ in dicto Camerono, in quo nō est seclarius, seu lanellus, ad Lauandum ollas, & alia instrumēta ad coquinam necessaria, ea Lauari necesse est in quodam Saletto cum maxima læsione Solarij domus, ut dicunt testes, quo casu non potest dici, non male
6 uersari in ea, sicut etiam ille qui porcos tenet † in Solario domus, ut exemplificat Abb. in d. c. propter sterilitatem. nu. 16.

Et idem dicendum est, propter sublocationem factam per eum tot Baiulis, qui in magno numero in ea habitantes illam conspurcant, & contaminant, ut dicunt testes conducta enim
7 non debet sublocare † alteri, non æque idoneo, uel ad alium usum. glo. Alber. & Bald. in l. nemo C. loca. sicut etiam propter damnificationem factam in pariete, & constructionem apothecæ factæ sub Scala, insolitæ locatæ per eum damnum enim hoc debilitationis parietis cum sit leuis importantiæ operatur hoc, ut dicatur re abusus, nec satis est, quòd in fine temporis omnia possint restitui in pristinum, quia lex disponit puniri abusum, nec considerat, quod in futurum restaurari possit, alias sequeretur, quòd propter magnas etiam deteriorationes inquilini non possent expelli, cū semper possent dicere, quòd in fine locationis omnia restaurata, & in pristinum restituta essent redditur i, Prater id, quòd cum non sit solitum sub ea Scala fieri tabernam uel appothecam, non potuit ille sublocare rem seu partem ad alium usum, ut per Doctor. in d. l. nemo.

Non obstat etiam, quòd dicitur in dubiis ui-
8 deri † monitionem necessariam, ut per Aretin. in consil. 150. columna. 4. Craue. consil. 6. numero 8. & Barba. in addit. expelli ad Bald. in d. auten. qui rem, quia ipsi non loquuntur in casu isto in quo non est opus præmonitione aliqua, cum multum ius habeat inquilinus in re, ut habet feudatarius, & alii huidsmodi, quo casu loquuntur. Doctor. ipsi, quinimò etiam eo casu quo quis re abutitur non ommittendo, sed faciendo, quòd non sit necessaria admonitio aliqua, latè comprobat Gramma. decisione. 104. numero undecimo & sequen.

Quod modo possit excusari hic Venetus, ex eo, quòd aliqua fecerit melioramenta in apo-
9 theca præter id, quòd de eo nihil constat † in processu, falsum est, ut per Alber. in d. l. ęde. nu. 10. & probatur ex tex. in d. auten. qui rem. & in corpo. unde sumitur. & ibi la. ult. not.

Non obstat etiam, quòd respectu non factæ solutionis possit inquilinus excusari propter pactum appositum in contractu locationis, q in inquilino pensionem non soluente teneatur etiam ad fœnera comprouisio hominis uideatur tolle re prouisionem legis municipalis. l. si. C. de pact. conuen. quia hoc etiam non est uerum, ex quo pactum illud fuit appositum ad beneficium, &
10 commodum † locatoris, non conductoris. nam pœna huiusmodi, non tollit quin possit expelli,
* ut est glos. communiter * recepta in d. l. 2. & ibi latè las. nu. 139. quod, & trad. Ale. in cons. 130. in cā, & lite. col. 1. 4. uol. & ibi respondet ad d. l. fi. ad quam etiam respondet Negul. in tract. de pigno. & Hypot. 2. par. 4. memb. nu. 87. sublatis igitur dubiis, Remanet clara conclusio, quòd ipse Venetus omnino ueniat expellendus, & in expensis condemnandus.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Res non est iudicio terminata.

Clau. Bertaz.

ADDITIONES.

a Quod habet locum maxime si iuratum est de solutione certo tempore, quo elapso poterit fieri expulsio propria authoritate. Bal.in c.querelam.de iureiuran. Alc.in consi.85 non puto.1.uol.& in consil.105.incipit M.M. Prætor.col.5.uer.præterea magis communis in 3.ubi di* * cit esse magis communem * * opinionem quam sequuntur post Ias.modern.in l.si quis maior.C.de trāsact.ubi Cagn.alios citat nu.51.

Si autem conductor non uult hoc facere propria authoritate potest omnia facere authore iudice, & id quidem non ordinarie agendo, sed sine libello, & parte tātum citata, ut in simil trad. Bar.in l.3.in repetit.q. 5. nu. 26.C.de pigno.& ad propositum. Bal. in addit. ad specul in ti. de loca.col.4 ad fi.uer.si dominus nō uult propria authoritate.& in l.2.nu.10.C.de iur.emphy. ubi latè Ias.col.36.& seq.uer.circa uero secundam.

Sed quid si non adsit iuramentum, uidetur, quòd nō possit expelli ante tempus, quia hoc casu dispositio. l. si quis maior.C.de transact. cessat, unde tempus locationis finitæ est expectandum.l.quæro § inter locatorem, & l.cum domini.ff.loca.& c.si loca.& ita sensit. Alc.in d. cons.85 nō.puto.in 1.& trad.Dec.cons.138.col.3.nu.7.uer.2.principaliter.

Fallit tamen si conductor sit præsens, & in mora constitutus. Bar & alii in d.l.quæro.§.inter locatorem.ff.loca.& omnes in l.æde.C.eo.& in auth.qui rem. C. de sacr.sanct eccl. Alex.d.cons 105.col.9.in 3.

Si autem locator esset absens, & conductor ignoraret, an reliquisset procuratorem nō uidetur constitutus in aliqua mora, ut not.trad.Alc.in terminis in cons. 92. perspectis pen.col.in 1.ubi loquitur in dispositione l.si quis maior.sequitur.Ias.in l.2.columna 18.q. 20. C.de iur.emphyteo.

Debet itaque conductor non soluens pensionem in termino conuento relaxare rem.l.2.C.de pact.& est tex. in l.3.C.loca.& in l.pen. C.eo .ti.& trad.Docto. in d §. inter locatorem. Alc.in cōs.129.in cā in prin.in 4. quod si recusauerit poterit expelli. Bal.in c. 1. in fi. de conten. inter domi.& fid.de success.refert Cur consi.48.nu.4.& sequitur Ias in d l. 2.in glo.magna post ult. q. C. de iur. emphyteo.Guid.Pap.q.480.locam.in prin.

Et incidet in pœnam dupli conductor differens relaxationem rei locatæ usque ad sententiam. l. conductores.C.loca.& l.non ab re.ubi Bar.C.unde ui.tenetur sed de uiolentia, cum censeatur spoliare.l.colonus. ff.de ui, & ui arma. Bal.in l.si quis conductionis.C.loca.hanc autem materiam pœnalem in his terminis tractat egregie, & solide Io. Bapt. Ponta.in tract.suo de spol.

b Poterit autem iudex arbitrari ex his quæ trad. Dec. in d. auth.qui rem.nu.2.C.de sacro.sanct.eccles.& Ias. ibid. in 2.columna.

c Quis autem sit æque idoneus, & præsumatur, & quando hæc qualitas, & à quo sit probanda uid.Imol.in l.1.§.si quis neget nu.10.ff.quemad. testa. aperian. de quo per Soc.consi.274.col.antepen.in 2.Alci.in tract. præsumpt.reg.3.præsumptio.3.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Donatio non omnium bonorum quando dicatur simulatè, & facta in fraudem fisci, & quid si facta sit ab homine factioso? Et quibus testibus, & coniecturis probetur? Et quatenus simulans teneatur stare contractui.

SVMMAE.

1 *Donatio non præsumitur fictitia, & simulata, sed uera, & ualida.*

2 *Et ut uera præsumatur, & non simulata probāda est illius causa.*

3 *Causa autem simulatæ donationis uidetur sufficiens, si donator erat factiosus.*

4 *Probationes sunt iudici arbitrariæ.*

5 *Testes de auditu nullam faciunt probationem.*

6 *Et non admittuntur in probanda simulatione.*

7 *Simulationis causa non præsumitur cogitatio delicti in genere, sed in specie requiritur.*

8 *Simulationis præsumptio tollitur præsumptione contraria.*

9 *Donatio non præsumitur facta simulate si non fuit facta omnium bonorum.*

10 *Et si adsit causa specialis illius.*

11 *Simulatio est difficilis probationis, & probatur ex coniecturis.*

12 *Et præsumptionibus iuris non hominis.*

13 *Et testes in hac materia debent esse idonei, & fide digni.*

14 *Donatio licet omnium bonorum ualet, nec præsumitur simulata.*

15 *Secus existente inimicitia speciali cum aliquo.*

16 *Vel si donatio non comprehendat maiorem partem bonorum.*

17 *Et licet fiat coniunctæ personæ non præsumitur simulatio non subsistente inimicitiæ causa.*

18 *Et quid si donator possedit usque ad mortem.*

19 *Fraus quando non probetur in donatione præsumpta simulata.*

20 *Constitutum tollit suspicionem simulationis nō autem fraudem.*

21 *Simulatio quando ex possessione non præsumatur.*

22 *Præscriptio non habet locum si contractus fuit iuratus.*

23 *Donationem esse ualidam ex quibus actibus donatarij demonstretur.*

24 *Simulatio excluditur à donatione stante iuramento donatoris, nec per ipsum nec per haeredem illius potest opponi.*

25 *Et idem procedit in hærede iurantis.*

26 *Iuramento defuncti ligatur hæres quo ad obseruantiam contractus.*

27 *Simulans tenetur stare contractui cum alter non simulauit.*

28 *Et*

28 *Et an sit ne cessarium quod donatarius partici-*
pet de fraude.

29 *Simulationem non potest opponere contractus*
iurati hæres, qui non est talis cui teneretur re
linquere simulans.

30 *Simulatio potest fieri ad bonum finem, ut quis*
defendat bona sua à Tiranno.

31 *Et an possit allegari ab eo qui tractat de lucro*
captando.

CONSILIVM CCCCLVI.

In Domino confido.

MOTIVA primo, & secūdò loco sub-
tiliter excitata per excellentem Do
minum consultorem huius causæ Ma
gnificum Prætorem Regij, mihi Fra-
trem, & maiorem honorandum, licet prima fa-
cie, ualde urgere uisa sint, tamen ea penitius, &
medulitius considerando arbitror non obstare
uictoriæ horum Magnificorum Fratrum de Scar
duis, qui habent fundatam intētionem ex publi-
cis instrumētis donationum in causa productis,
1 quæ non præsumuntur † fictitiæ nec simulatę sed
ueræ, & ualidæ, ut tra. Bal. in l. quamuis per illum
tex. C. si quis alte. uel sibi Bar. in consi. 65. factum
tale est Petrus Nicolæ. nume. 4. Bal. in consi. 163.
super eo, quòd quæritur. nume. 7. in 4. uolum. Bel
lame. decisione. 716. in prin. Rui. cōs. 119. in prin.
in 1. & Craue. consi. 145. nu. 2.
Non obst. modo quæ in dubijs dicuntur, & pri
mo, quod uideatur probata causa quare Paulus
ille primus donator finxerit, uel simulauerit face
re donationem matri, quæ erat necessario probā
2 da † & sine qua cæteræ præsumptiones nihil face
rent ad excludendum hos dominos actores, ut p
Bar. in d. consi. nume. 4. Bellame. d. decisione. co-
lum. 2. Anch. consi. 227. ad corraborationem. co
lum. 2. Alex. consi. 28. in causa, & litè. colum. 3. in
2. & Iacob. Mandellus de Alba. in consi. 9. nu. 16.
& 97. num. 4. & seq. scilicet, quia tunc temporis
erat implicitus factionibus, & sequebatur factio
nes ipsorum de Scarduis, præterea erat fama, q
fecerat occidi quendam Moretum, ut audiuisse
deponunt nonnulli ex testibus aduersariorum ip
sum Paulum confessum fuisse, quæ. causa satis ui-
3 detur † sufficiens, ut per Bar. in d. consi. & in l. post
contractum ubi alii. ff. de donationibus, & uidea-
tur facta donatio, ne bona donantis confiscaren
tur. Nanque primo respectu illius delicti, ut præ-
tenditur commissi, prȩsupponitur nullam factam
fuisse probationem, & quia non uidi processum,
4 tum, quia probationes sunt † arbitrarię iudici. l. 3.
§. tu magis scire potes. ff. de testi. ubi Docto. cum
aliis trad. per Dec. in consi. 510. in prin, me remit
tam ad prædictum Magnificum Cōsultorem, sed
tantum dicam, sicut uulgatum, ita uerissimum es-
5 se, testes † de auditu deponentes nullam facere
probationem. c. licet ex quadam. de testib. glo. &
Doct. in l. testium. C. eo. ti. & in aliis locis, & tanto
minus si sunt singulares, ut in proposito in probā
6 da simulatione, q † non admittantur, trad. Anch.
d. consi. 227. col. 3. ubi, q nec iuramentum defer
ri potest in supplementum, & idē Dec. consi. 463.
nu. 11. attestatio modo illius notarii nullam facit
probationem cum ipse non fuerit rogatus de illa
confessione, & ad hoc, ut ualeret eius testimoniū
opportebat, ut iur. iur. & parte citata deponeret.
c. 2. de testib. quod si de confessione facta post in-
strumentum donationis attestaretur ea nō posse
donatariæ præiudicare, quia non posset uel con
fitendo, uel negando contractum factum rescin-
dere, ut ad propositum trad. Alc. in d. l. post con-
tractum. num. 20. Respectu uerò timoris confisca
tionis bonorum ob dictas assertas factiones. Vl-
tra, quod per alios testes cōtrarios pro parte do
mino rum actorum uidetur appositum probatū,
quod scilicet immo dictus Paulus erat persona
quieta, & pacifica minime in his factionibus se in
tromittens, sed ab eis abstinens dico, q hæc cau-
sa non uidetur potens, & sufficiens ad faciendum
præsummi donationem simulatam, & in fraudē
7 factam, quia cogitatio delicti † in genere non suf
ficit, sed in specie exigitur, nec sufficeret si iuue-
nis rixosus, & male moratus dubitans ne quan-
doque contingeret aliquod a se crimen commit
ti amico, uel cōiuncto donauerit, tunc enim cau
sa donationis non delictum est, sed facilitas natu
ræ, ita in indiuiduo not. declarat Alci. in d. l. post
contractū. nu. 24. per plura quę ibi citat. nō est igi
tur hæc cā probata, sine qua impossibile est fictio
nem, uel simulationem allegantem obtinere pos
se. Quæ tanto clarius cessat in casu isto, cum mili-
tet alia præsumptio contraria ad excludendum
8 hāc † fraudem, quo casu illa tollitur argumēto. l.
diuus. ff. de in integr. restit. & ad propositum Alc.
in d. l. nu. 20. Nanque si ex dicta causa fuisset mo-
tus Paulus donator ad faciendum hanc donatio
9 nem, equidē etiam matri donasset † bona existē-
tia in territorio Pupilii, quæ pariter potuissent cō
fiscari, sicut existentia in territorio Brixilii, cū ho
micidia, & delicta huiusmodi ita de facili potuis
sent accidere ēt in eo territorio finitimo, & cōti-
guo, nec magis esset certus ea posse euenire ī vno
q̄ in altero loco, unde cū illa pro se retinuerit tol
lit hæc præsumptio causæ huius timoris, uel frau
dis, nec hoc casu quicquàm fa ciunt. ll. allegatę. p
Bartol. in d. l. post contractum. nu. 2. & citatę in du
10 biis, quia in ilis erat causa † specialis non gene-
ralis cogitationis, ut in l. si mulier. in prin. ff.
de actio rerum amot. Vxor erat desperans de ui-
ta uiri in casu. l. sed si maritus. ad fi. ff. qui, & a q b.
manu. cogitauit de diuortio faciendo. Et li-
cet quandoque factiones sequentes faciant si-
miles donationes, ut fiscum excludant, & ad
reparandum, dicunt Bartol. & alii, sic cense-
ri factas donationes, hæc tamen coniectura non

concludit cum etiam reperiantur plures qui eas dicta de causa non faciunt, vt est videre in Romandiola, & in aliis locis vbi uigent huiusmo di factiones, & in hoc casu tanto minus cessat, cũ non sit dare rationem differentiæ, quare non donauerit etiam alia bona existentia in alio territorio, quæ pariter huic casui confiscationis potuissent esse supposita.

Et licet simulatio videatur difficilis probationis, & videatur posse probari ex coniecturis, vt in
11 dubiis cuius † contrarium tenet Castren. in consilio 388. plus quatuor, numero secundo, volumi ne primo, nouiss. ubi per tex. in dicta l. si maritus. in fin. voluit esse probandam dilucidis probationibus, tamen coniecturæ hominis non sufficiunt
12 sed debet probari præsumptionibus iuris † vt plures in id citans trad. Craue. in allegato consilio 145. numero secundo, immo testes in hac mate-
13 ria † debent esse idonei, & fide digni, ut per Anchar. consilio præallegato 227. columna tertia, & Felyn. in cap. si cautio. numero 70. de fide instru. cessante igitur hac causa prætensæ simulationis præsumptiones consideratæ per Docto. pariterque in dubiis etiam cessare censetur quæ etiam ex aliis tolluntur.

Nam prima donationis omnium bonorum existentium in territorio Brixilij, uel maioris partis bonorũ donatoris cessat ex duobus, primo, quia
a etiam donatio omnium bonorũ valet, a nec præ-
14 sumitur simulata † vel ficta. l. si totas. C. de inoffic. donat. & in terminis Cur. Iun. consi. 145. num. 34. & 110. nu. 2. tum quia illa procedit existente ini-
15 micitia speciali cum aliquo, quo † casu loquuntur Docto. citati in dubiis secus si non extabat, vt in casu isto, & ita declarat Blanc. in l. fin. ff. de quæstio. numero 87. Secundò, quia oportebat probare ex aduerso, quòd ista bona Brixilij continebát maiorem partem bonorum ipsius donantis, cum
16 posset esse ꝙ terræ Pupili essent † maior pars suorum bonorum, quo casu cessaret hæc præsumptio, quia hæc negatiua venit probanda per fundantem se in ea, vt latè trad. Plot. in l. si quando. numero 354. cum duobus numeris sequen. C. vnde vi. & idem ad propositum in reperto. in verb. decretum de donatione. in ult. versic.

Secunda coniectura donationis factæ matri, & sic personæ coniunctæ pariter cessat, cum ea
17 non subsistente inimicitiæ causa † vel alia iusta non procedat, ut per Blanc. dicto numero 87. & Alcia. in dicta l. post contractum. numero 27. & regulariter valet, ut per Cur. Iun. in dictis cõsilijs. immo minus simulationis uel fraudis præsumitur propter coniunctionem sanguinis, quando disputatio non est cum fisco, ut post Imol. trad. Alcia. in dicta l. numero vigesimooctauo. Et licet amor descendat, & facilius sit præsumendum parentes donare filiis, quàm filios parẽtibus, tamẽ quia omnino defunctis parentibus succedunt filij, facilius semper filius donabit parentibus quã extraneis, cum his non succedat ab intestato, vt illis, nec a parentibus possint legitima defraudari, quód non est in extraneis. Et quod hæc coniectura non sit sufficiens firmant etiam plures citati per Boss. in dubiis allegatum in titu. de bono. pu-blic. num. 46.

18 Tertia adducitur coniectura † quòd donator possedit vsque ad mortem. l. sicut. §. superuacuũ, ff. quibus mod. pign. vel hyppo. sol. Barto. in dicta l. post contractum Afflict. decisione 40. & vltra ꝙ
b fructus percepit, b collectas semper soluit, & bo
c na in æstimo suo retinuit, c ista etiam præsumptio quæ allegatur pro parte hæredis donantis nihil facit, quia dispositio illius tex. procedit, quando in fraudem alicuius est facta donatio, quæ fraus
19 † in proposito non probatur, & pro parte tertij allegatur hæc præsumptio simulationis & fraudis, ut trad. Banm d. consi. 1. dub; num. 1. & 5. Bellam. dicta decisione 716. in prin. & alii quos citat Tiraquel. in dubiis allegatus in tracta. de constit. 3. par. 9. limitatione. num. 4. & seq. & vltra eos Bened. Capr. consi. 144. num. 8. Brun. consi. 38. num. 14. Cur. Iun. d. consi. 108. num. 11. & 26. latè Nic. Mil. in repert. suo in verb. simulatio præsumitur etiam. Baptista Villalob. in suis commu. opini. in verb. donatio. nume. 151. & Alcia. in dicta l. post contractum. nume. 30. & loquuntur ferè omnes quando extat cõstitutum, vt in casu isto quòd suspitionẽ simulationis inter partes tollit, licet frau
20 dem † non tollat, ut Bald. trad. in l. illud. colum. penult. num. 21. ad fin. C. de sacrosanc. eccle. & Alcia. in dicta l. post contractum. nume. 31. Et licet fructus perceperit, & collectas soluerit, non
21 propterea præsumitur simulatio, † cum ex possessione præsumatur, & quia præsumitur donator possedisse iure familiaritatis a matre. l. qui iure familiaritatis. ff. de acquiren. possess. Cur. Iun. dicto num. 26. & in d. consi. 110. num. 4. Quod autem non fuerint descripta bona ad æstimum nihil facit, quia hæc non est præsumptio considerabilis, quando quidem videmus ostendentes etiam bona sæpe non curare vt amoueantur a suo æstimo, & ementes non facere ea describi ad suum æstimũ, & cum donataria habuisset actionẽ ad petendũ bona donata, quæ durat 30. annis, vt per Bal. Cur. Iun. & plerosque alios ex supra allegatis, hæc præsumptio non est alicuius considerationis.

Nec ob. dum dr̃ in dubiis, quod sunt lapsi 30. anni a tempore donationis: quia hic non agimus de illa prima donatione tñ sed de secunda quæ fuit facta D. Paulæ de ann. 1536. & de mense octobris, cum ipsa prius non potuisset agere. l. 1. §. fin. C. de annu. excep. tum quia donator nõ potuisset
22 præscribere pp malam fidem, & quia † contractus fuit iuratus, ut in terminis trad. Brun. d. consi. 38. num. 16. & seq. & num. 20.

Cæterum, ꝙ donatio ista non fuerit simulata sed uera, satis constat ex donatione dimidiæ dictorum bonorum facta. D. Paulæ, nec est uerisimile, quod ipsa donatarià, si donatio ipsa non ualuisset facere donationem ipsorum bonorum dimidiæ

midiæ numi, & se obligare, ut in instrumento prędicto certè ex hoc cognoscitur animus, quod credidit donationem esse ualidam, pro ut erat, non
23 fictitiam, & simulatam, quia exteriora † interiora indicant, l. reprehendenda. C. de instit. & substit. & §. pauonum Instit. de rerum diuisione.

Secundò principaliter posito, & non concesso, φ posset subesse aliqua suspicio simulationis
d tamen stante iuramento donatoris, d illa censetur exclusa, & non potuit opponi nec per ipsum,
24 nec per hæredem eius, ut est communis opinio
* † Doct. in l. nemo potest. ff. de leg. 1. trad. Marf. in singulari. 474. contractus. Nat. consil. 145. nu. 11. Cur. Iun. dictis consilijs. 108. cũ duob. seq. & Grãma. decisione. 45. nu. 1. & Brun. etiam in his terminis. d. consi. 38. nu. 12. & ad hoc multa fuere allegata per Magnificum. D. Io. Baptistam principalem quæ non repetam. Et licet aliqui uolucrint
25 id non procedere in hærede iurantis, tamen † cõtrarium, & melius tenet Cur. in dictis consiliis sicut etiam non officit, quod fuerint admissæ probationes, ut plures citans trad. Gramma. d. decisione. 45. nu. 3. Quod autem hæres ligetur iura-
26 mento defuncti, † quo ad obseruantiam contractus trad. Moder. etiam in l. si quis maior. C. de transact. ubi Cagn. nu. 206. & seq.

Tertiò alio fundamẽto arbitror hos dominos actores debere obtinere, quia, & si uerum esset, quod animus donatoris esset faciendi contractũ simulatum, & fraudandi fiscum, cum tamen non constet de animo matris, φ noluerit bona sibi acquiri, nec pręsumatur huius fraudis particeps, ut in his terminis. trad. Alc. in d. l. post contractũ. nu. 24. & satis apparet ex dicta donatione facta nurui, ut supra, nihilomagis donatio ipsa fuisset inualida, & simulans tenetur stare contractui cũ
27 † alter non simulauerit, ut trad. Bal. & Sal. in l. 1. 2. col. C. plus ualc. quod agi. & Tiraquel. in tract. de legi. connub. in glo. 8. ult. l. nu. 94. Nec hoc fundamentum tollitur ex eo, quod dicitur in dubijs
28 non esse necessarium, quod donatarius † participauerit de fraude, per trad. per Ias. in l. quoties. 10. limitatione. C. de rei uẽd. & Rip. c. 8. nu. 5. lib. 3. responsorum, quia Doct. illi non loquuntur in hoc casu quando est quæstio inter donatarium, & donatorem, uel hæredes suos, sed inter duos habentes alterum titulum lucratiuum, cui prius est res tradita alterum onerosum, qui uenit pręsę rendus, ex quo rem potest ab altero auocare etiã quod de fraude non participauerit.

Quartò, & ultimo, cum per partem aduocatã allegetur hanc donationem fuisse factam in fraudem fisci, ne ob delictum committendum bona hæc confiscarentur, & propterea fuisse simulatã Ego dico, quod non potest hoc opponere, quia detegit turpitudinem iurantis, & donantis, etiã si nullum fuisset additum iuramentum, ex quo hę
29 res donatoris † non est talis cui necessario tenere tur relinquere, ut in his terminis trad. Barto. in d. consi. 65. primo dub. Bellame. d. decisione. Anch. d. consi. 227. prima. col. n. Angel. in l. filios. C. quæ in fraud. credi. Castren. in l. contra. l. ff. de legib. & est de mente. Bartol. in d. l. post contractum. num. 6. colum. 3. quod etiam tenet Dec. consil. 659. nu. 3. Capr. consi. præallegato. 144. nume. 7. Cur. Iun. dictis consilijs. 108. num. 34. & 109. num. 20. Boss. in d. tit. de bono. publi. num. 48. & declarat etiam Alber. d. consi. quæst. num. 10. quod etiam admitit Magniacus. D. Motiuans, in ultimis motiuis.

Non obstat, φ pars aduocata non tantum dicat contractum fuisse factum in fraudem, sed etiã simulatum, ut dicitur in dubijs. quia quando contractus, est factus, in fraudem fisci, uel alterius nõ potest etiam obiici simulatio per hęredem, ut tenent omnes præallegati secus si simulatio fieret
30 † ad bonum finem, ut quis defenderet bona sua iustè, ut à Tyranno, uel similibus casibus, & ita declarant Doct. in dictis locis, & hanc. q. disputa uit etiam Soci. in consi. 264. 2. uol. in 4. quæst. ubi nititur tenere, & defendere opinionem contrariam, quam tenuisse uidetur Bartol. in l. iusiurandum, quod ex conuentione. §. fi. ff. de Iur. Iur. ubi alij uidentur eum sequi, & denique se resoluit, ut non procedat concurrentibus duobus, quod do
c natarius de fraude participauerit, c & allegans simulationem tractet de damno, quæ opinio, & si seruanda esset in casu isto, tamen cum non constet donatariam participasse de fraude, ut supra immo de contrario constet, ultra, quòd etiam non est communis nec sequenda, ut ex supra allegatis constat, immo uidetur deficere etiam aliud requisitum, quod altera pars tractet de damno uitando, quia cùm successerit hæres do-
31 natori censetur de lucro † tractare, ut trad. Alb. ad propositum. d. consi. 9. num, 10.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Fuit iudicatum non adesse simulationem ad fauorem istorum de scarduis.

Clau. Bertaz.

ADDITIONES.

a Est magni ponderis hæc coniectura, etiam si facta sit de maiori parte bonorum, ut trad. omnes in leg. post contractum. ff. de donation. Cotta in memorial. in uerbo Fraus. Tiraquel. in l. si unquàm in uerb omnia, uel partẽ. nu. 4. Dec. consil. 587. nu. 9 cum aliis adductis per Dec. consi. 52. nu. 54. & ob hanc, ut apparebit inferius in casu cuiusdam Dominæ Paulæ. D. Consultor iudicauit iunctis aliis simulationem adesse.

b Quia alienans remanet in possessione, quæ est maxima coniectura etiam, quod ad sit constitutum Decia. consi. 68. nu. 6. in 2. Decis. Genu. 184. nu. 17. Hanc autem solam præsumptionẽ non sufficere scribit Panciro. consi. 80. nu. 11. & Mascard in tract. de probat. cõclusio. 558. in uerbo donatio. nu. 5. de qua reiud. apud eundem in uerbo. Contractus concl. 439. per tot.

c Probatur hoc ex Paris. consi. 54. nu. 72. & consi. 55. nu. 54. in 1. Rol. consi. 40. nu. 36. in 2.

d Contra tamen sentiunt plerique. Rol. d. consi. 40. nu. 39.

in 2.Menoch consi.199.nu.17.in 2.Dec cõs 52.nu.40 & nu 110 Rim.iun consi.62 nu.15. Mascard. de probatio in uerbo contractus.concl.446.nu.42 & nu.38.

e De hac re uid.ipsum Mascard.ibi.nu.39 uer.Intellige, & Ludoui.concl.51.uer.Et quando adsunt.

Claud.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Condemnationes remittere an possit, & restituere bannitos, alter ex comitibus administrans iurisdictionem ex pacto in præiudicium alterius comitis non exercentis, apud quem tamen est iurisdictio in solidum licet non administratio?

SVMMAE.

1 *Consulentem decet breuitati studendo substantialiter loqui.*

2 *Veritas, ut ostendatur, & probetur multis uerbis non est opus, sed efficacibus.*

3 *Iurisdictio ptinet mortuo patre ad fratres in solidũ, & unus sine alio illã nõ potest exercere.*

4 *Et quando unus in præiudicium alterius non possit exercere ita, ut pars commodi non pertineat ad alium.*

5 *Condemnationes non potest remittere socius comes in præiudicium consocij etiam, quòd habeat maiorem partem in iurisdictione.*

6 *Iurisdictionis proprietas diuidi non potest.*

7 *Par in parem non habet imperium, licet superior possit exercere iurisdictionem in bonis utriusque.*

8 *Comiti cui castrum in diuisione obuenit non licet condere statuta in præiudicium aliorum comitum, quibus alia castra obuenerunt.*

9 *Bannitos restituere est actus ad solum Principem pertinens.*

10 *Et paria sunt restituere bannitos, & statuta condere.*

11 *Pœna pertinet ad illum Dominum cuius tempore fuit commissum delictum licet adhuc nõ sit subsequuta condemnatio.*

12 *Ratio est eadem de toto ad totum, quę est de parte ad partem.*

13 *Pena utraq; si est posita sub una dispositione dẽt pariter esse posita sub una determinatione.*

14 *Ratio si eadem est idem ius debet esse.*

15 *Gabellam exigendi iure uendito non uenit id, quod à priori conductore debebatur.*

16 *Iurisdictionis fructus sunt pœna, banna, mulcta, & similia.*

17 *Fructus non ueniunt in uenditione rei, & si illorum dies cessisset.*

18 *Emolumentorum appellatione ueniunt omnes utilitates, & commoditates.*

19 *Est enim nomen generalissimum.*

20 *Prohibitum censetur pro reliquo quod est permissum pro certo tempore.*

21 *Limitata causa limitatum producit effectum.*

22 *Pœna banni non potest commutari in pecuniariam ab uno dominorum in præiudicium alterius.*

CONSILIVM CCCCLVIII.

In Domino confido.

QVERITVR stãte cõuentione, & diuisione facta inter Illust. Comites Alfonsum, & Theophilum Frẽs de Calcagninis, de qua in chyrographo super inde cõfecto, an prædictus.Co. Theophilus potuerit gratiare, & ad patriã restituere q̃ plures bãnitos à castro, & territorio Fusignani, tp̃e quo iurisdict.ipsius castri erat cõis, & administrabãt p ipsos, seu per prædictũ.Co.Alfonsum amborũ noie, ex quo huiusmodi restitutio facta fuit tempore quo exercitiũ, & administratio ipsius iurisdictionis erat pęnes dictũ.Co.Theop.ut ĩ d.Chyrographo, & dicti restituti sint tuti, adeo, q à prædicto.Co.Alphõso minime inquietari possint. Et ĩ hac.q. breuitati studẽdo, & substãtialiter loquẽ
1 do, ut † cõsulẽtẽ decet, teste Arc. in consi.35.153.
& in pluribus alijs consi.qa ad ueritatẽ probãdã
2 multis uerbis opus † nõ est, sed efficacibus, glo.fi.
& Io.And.in c.cũ sit de ęta.& qualita.cũ uerborũ
adminiculo nõ egeat.l.1.C.si minor ab hær.se abſti.& in paucis cõsistit c.nõ mediocriter. de cõsecra.dist.5.omissis ad partes argumentationibus, q plerunque obseruare solitus sum, tum etiam, quia longius ocium non conceditur. Concludo, q non, & moueor pluribus rationibus.
Primò, qa d.Co.Theophilus non hẽbat auctoritatẽ solus restituẽdi p̃d. bãnitos, qa cũ castrum Fusignani fuerit cõcessũ ĩ feudũ uni. uidelicet D. Theophilo antiquo, & puenerit ad ipsos Frẽs ei⁹
3 descẽdẽtes † iurisdictio ipsius in solidũ ptinet ad
ipsos ambos, & unus sine altero iurisdictionẽ ipsã exercere nõ põt, sm Gugl.Iac.de Ra.Ray.Alb. & Bal.post gl.ĩ l.1.17.q.ff.de off.cõsul.Ant.de But. & Barb.in c.prudẽtiã de off.deleg.Dom.in c. fin. col.fi.de arb.Paul.de Castr.in l.si uni.3.colu.ff.de re iud.Soc.in cõs.272.2.col.& Boer.dec.5.nu.2. Et licet in cõs.189.1.quęritur utrũ iurisd.& in d.l. si uni.6.q.ubi sequũtur Moder.& Abb.ĩ d.c. prudẽtiã teneant, q etiã exercitiũ iurisd. cõpetat in

solidum

solidum tamen quando ad consocium, & commodum spectat ex actu gerẽdo, ut pertineret ad Co. Alfonsum hoc casu, & tunc certũ est, ꝙ unus
4 solus in praeiudicium alterius † iurisdictionẽ exercere non potest. Ita declarat Bar. in d. l. si uni. 6. q. & ibi Imol. & Ias. q. dicit hanc opinionem esse tu-
** tiorem, & communiorem ** Bal. in c. si. nu. 12. de senten. & re iudi. Alc. in l. haeredes mei. §. si. in fi. ff. ad Trebel. Abb. nu. 12. Fel. nu. 5. & Dec. nu. 10. in d. c. prudentiam. Vbi dicunt, ꝙ socius Comes nõ potest remittere multas, & condemnationes in praeiudicium consocij, ꝙ procedit etiam si remittens haberet maiorem partem, quàm habeat cõ
5 socius † in iurisdictione, quia ei non potest praeiudicare. Abb. cõs. 6. in q. q uerti. nu. 3. uer. ex praedictis infertur. 2. uol. & Boer. q. 5. nu. 7. & q. 65. nu. 3.

Nec quicquàm obesse uidetur quod dicta restitutio facta fuerit tẽpore quo pdictus D. Theoph. ex conuentione praedita habebat administrationem dictae iurisdictionis, quia per dictam conuentionem, & temporaneam diuisionem tota iurisdictio non erat apud dictũ. Co. Theophylũ, sed pariter apud praedictũ. Co. Alphõsum, Imo & si fuisset facta propria diuisio, quia proprietas
6 † iurisdictionis diuidi non põt. c. imperialem. §. praeterea ducatus. de prohibi. feud. alie. per Feder. & solũ cẽseretur diuisa administratio, & usus ipsius iurisdictionis & ipsa iurisdictio in solidum esset poenes dictum. Co. Alphonsum adeo, ut aequalis esset ĩ ea. d. Co. Theoph. ut expressè decidit. Bar. ĩ l. inter tutores. ad fi. ff. de admi. Vbi dicit, quòd si inter filios unius Co. inuestiti sit facta diuisio plurium Castrorum, ꝙ non est diuisa dicta iurisdictio, quę non potest diuidi, à se ipsis, sed diuisa administratio, seu exercitiũ iurisdictionis adeo, ꝙ si unus ex illis delinquat in territorio alterius, nõ potest ab alio puniri, quia cum iurisdictio sit cõmunis par in parem nõ habet imperium, licet su-
7 perior possit exercere † iurisdictionem in bonis utriusque. & idem uidetur tenere idem Bart. in l. si. ff. de rerum diuis. & in consi. 189. 1. quaeritur. sequitur. Ale. in consi. 7. in consultatione. 2. colu. & consi. 25. attentis narratis. 5. uol. Bertachi. in tracta. de Gabel. 1. par. q. 19. Cur. sen. consi. 69. num. 35. & seq. Fel. in c. quae in ecclesiarum. col. pe. nu. 90. de constit. Abb. Fel. & Dec. in d. c. prudentiã, Boer. d. q. 2. num. 2. Soci. d. consi. 272. prima, & 2. colum. 2. uolu. Vnde sequitur, ꝙ contradicente ipso. Co. Alphonso, ut nunc contradicit, non potuit ipse solus eos restituere, per ea quae supra dicta fuerunt, & quae etiam trad. Soci. d. consil. ubi
8 consultus respondit, non licere illi Comiti † cui castrum in diuisione obuenit inuitis alijs comitibus, quibus alia Castra obuenerunt condere statuta in eorum praeiudicium, & suorum colonorum, cum talis sit actus respiciens proprietatem non usum tantum uel administrationem iurisdictionis, & ibi per eum. & ita in casu isto dicendũ
9 est, cum restituere bannitos sit † actus ad solum principem conueniens, l. cum indulgentia. ubi Saly. prima, & 2. colum. C. de senten. pas. & restit. l. diui. ff. de pęn. Cagn. in l. fauorabiliores de reg. iur. trad. Bartol. in l. relegati. ff. de pęn. ubi parifi-
10 cat hos casus scilicet † restituere bãnitum, & statuta condere. & sequitur Nellus tracta. bannit. tertia par. secundi temporis. quaest. 64. & est aduertendum, quòd Socin. loquitur in fortiori casu, scillcet quando inter Comites inuestitos erat facta diuisio propterea, & plena, & tamen in casu nostro facta non fuit plena diuisio, sed temporanea, ut in conuentione praedita, & trad. Alexand. d. consil. 25. 6. colum. & non concurrebant alia quae concurrunt etiam in hoc casu de quibus infra dicetur.

Secundò, cum condemnationes dictorum Bannitorum factae fuerint tempore quo iurisdictio erat communis, & sub Gubernio Co. Alfonsi nõ potest pertinere ad dictum. Co. Theophilum gratiare ipsos bannitos, sicut non pertineret tota confiscatio, seu poena pecuniaria, in quam fuerunt condemnati dicti delinquentes licet non esset exacta, nisi tempore quo ipse habebat usum dictę iurisdictionis, tum ex expressa reseruatione facta in dicto Chyrographo, cum etiam ex iuris dispositionem quo clarum est, quòd condemnationes factae tempore administrationis seu exercitij iurisdictionis unius non debentur successori singulari, in dicta iurisdictione, & in hoc nemo discrepat, sed debentur primò, immo commu-
** nior ** est Doctor. sententia, quòd pertineant ad primum etiam poenae si delictum tantum suo
11 † tempore sit commissum, licet adhuc non sit sub sequuta condemnatio, ut trad. Cyn. & Bald. in l. fin. pen. quaest. prima lectura. ff. de iurisdictione omn. iud. Imol. & Alexan. in l. diuortio. §. si uir. ff. solut. matr. Bald. in l. diuortio. in prin. colum. fin. & uidetur sequi. Par. de Pute. tracta. Syndi. in capitu. prouentus. fol. mihi. 218. Alex. in consi. 7. uiso themate. 2. colum. 3. uolum. Ias. in l. more ultimo not. colum. 5. de iurisd. omnium iudicum. Cãpez. in tracta. Doct. 2. par. quaest. 35. Socin. consi. 100. colum. 2. 1. uolum. & consil. 70. colum. 2. 4. uolum. Io. de Ami. consi. 510. in fin. & Boer. d. decis. a. numero 16. & licet Bald. in l. fin. C. de fruct. & lit. expen. & Paris. d. c. prouentus Guid. Pap. q. 535. & Bertran. consi. 214. 2. par. priorum teneat, ꝙ qñ non est facta condemnatio emolumentum non pertineat ad primũ tpe cuius fuit cõmissum delictum, sed ad secundũ tempore cuius sit condẽnatio, tũ nihil facit ĩ casu isto, tũ q. a praecedẽs opinio est cõmunior, tũ &, q. a tpe primi & factae fuerũt cõdẽnationes, ut supra dictũ fuit. & sic cessat oĩs difficultas, ut merito dimidia dictarũ condẽnationũ factarũ tẽpore prędicto ptineret ad p dictũ. Co. Alfonsum, sicut pertinerent in totum, si totam administrationem tunc temporis habuis-
12 set, quia eadem † est ratio de toto ad totum, quae est de parte ad partem. l. quae de tota. ff. de rei uẽdicatiõn. Sicut igitur poenae pecuniariae ad dictum. Co. Alphonsum pertinebant pro dimidia,

ne vna, & eadem res diuerso iure censeat. l. cum
qui ædes. ff. de vsucap. & cum vtraque pœna sit
13 † posita sub vna dispositione pariter dēt esse sub
vna determinatioue. l. iam hoc iure. ubi Ias. 6. not.
ff. de vulg. & pupil. & cum in vtraque sit eadem ra
14 tio † idem ius statuendum est. l. a Titio. ff. de verb.
oblig. l. illud. ff. ad l. Aquil.

Confirmantur prædicta, quia si Co. Alphon-
sus vendidisset suam partem iurisdictionis prædi
ctæ, proculdubio nun veniret id quòd sibi debe-
retur, e † pęnis pecuniariis pro delictis antea cō-
missis, vt in simili q. trad. Bertach. in vendente ius
exigendi gabellam, q non venit id q sibi à priori
15 conductore † pro tempore præterito debebatur,
vt in tracta. Gabel. secunda par. q. 16. huiusmodi,
16 enim banna, pęnę † multæ, & similia sunt fructus
iurisdictionis, vt per Bar. & alios in l. fi. §. 1. ff. solu.
matr. Ioan. de Ami. consi. 149. num. 10. & Craue.
consil. 128. & propterea non venirent in vendi-
17 tione sicut non venirent † fructus seu pensiones
quarũ dies cessisset, & venisset, l. Iulianus. §. si fru-
ctibus, versic. sed si locatus. ubi glo. & Doct. ff. de
actio. empt. trad. Docto. in l. fructus. C. eod. sic etiã
in diuisione idem est quæ venditionis, & emptio
nis instar habet, l. 1. vbi Barto. C. commun. vtriuf-
que iudi. immo etiam in concessione castri facta
per Principẽ cum omnibus suis fructibus, & red-
ditibus, nisi de mente concedentis aliter appa-
reret, vt concludit Bald. in consi. 419. Dominus
nosteri. n 4. vbi arguit ad partes, & finaliter se re-
soluit vt in hoc concedens sit consulendus, ut mẽ
tem suam apperiat.

Tertio moueor, quia in chyrographo dictæ cō
uentionis, & diuisionis inter dictos fratres factæ
partes conuenerunt, q prædictus Co. Theoph. ha
beret iurisdictionem Fusignani, & territorij Leo-
nini cum suis emolumentis, & introitibus, pro an
nis duobus incepturis in festo Sancti Michaelis
18 anni 1550. & appellatione emolumentorum † ve
niunt omnes vtilitates, & commoditates. c. si hæ-
redes. de testam. c. nemo. de simo. Lap. & Card. in
clem. statutum. de elect. Alcia. in l. si quis maior,
19 C. de transact. est enim nomen † generalissimum.
Boer. decisio. 224. num. 6. & Bertr. consil. 275. in
prin. secunda par. priorum. Vnde non deberent
eidem emolumenta, & introitus alterius tempo-
ris, quia inclusio vnius est exclusio alterius. l. cum
prætur. ff. de iudi. & l. maritus. C. de procur. & per-
20 missum pro † certo tempore pro reliquo cense-
tur prohibitum. l. statu liberũ. §. Stichum. ubi Bar.
de lega. 2. l. si ita quis. & ibi Aret. & Ias. ff. de vulg.
& pupill. sic dicimus etiam limitatam causam li-
21 mitatum † producere effectum. l. in agris. ff. de
acquir. rer. dom. Cur. Iun. loquens in tempore li-
mitato in consi. 132. num. 7. sed si licuisset prædi-
cto Com. Theophilo restituere dictos bannitos
ad gratiam qui fuerunt banniti ante dictos duos
annos, & componere cum eis, ac propterea ali-
qua emolumenta cōsequi, sequeretur, quòd per-
ciperet de emolumentis aliorum annorum quæ
pro dimidia pertinerent ad Co. Alphonsum, ut
supra contra verba expressa conuentionis, & cō-
tra mentem ipsarum partium restringentium di-
ctas perceptiones ad dictos duos annos tantum,
& adea quæ dicto tempore percipi possent iure
ordinario.

Ex his igitur concludo prædictum Co. Theo-
philum non potuisse prædictos bannitos restitue
re in præiudicium dicti Co. Alphonsi, & eos non
esse plenè rebannitos vel restitutos, nec potuisse
commuttare pœnam banni ipse Co. Theophilus
22 † in pecuniariam, vt in simili trad. Abb. in dicto
consi. 6. & quatenus ipse Co. Alphonsus vellet cō
firmare dictas gratias posse petere dimidiam e-
molumentorum propterea perceptorum per di-
ctum Co. Theophilum, quæ surrogata fuerunt in
locum banni, & pęnę huiusmodi. l. si eum. §. qui
iniuriarum. ff. si quis caut. & trad. Abb. d. consi. nu
me. 4. immo cum restituere bannitum respiciat
non tantum usum, & administrationem sed etiã
proprietatem iurisdictionis, quæ etiam durante
tempore dictorum duorum annorum fuit in soli-
dum penes prædictum Co. Alphonsum, vt supra
in primo fundamẽto, non videt q ipse Co. Theo
philus eo inuito potuerit gratiare, & restituere bã
nitos qui fuerunt banniti tempore dictorum duo
rum annurum quo ipse administrauit iurisdictio
nem, nec componere causas in quibus agebatur
de vita hominis, & qui ob eorum delicta pœnam
mortis exigere debebant, in pecuniariam pœnã
commutando in præiudicium dicti Comitis Al-
phonsi, quòd tanto magis videtur procedere ex
quo partes in conuentionę ipsa voluerunt confi-
scationes bonorum, quę ex eisdem sententiis pro
cedunt esse communes. Vnde idem deberet esse
in gratiis faciẽdis, vt communiter fieri deberẽt,
ex quo pœna ipsius defuncti etiam vtrique applĩ
cabatur, & per consequens ipsi Co. Alphonso di-
ctas gratias approbante, deberetur dimidia quã-
titatum solutarum pro dictis compositionibus.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

In eodem casu consuluit Dom. Rim. Iun. ut con-
sil. 33. in primo.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Mandatum non exequutum etiam in assassinio
q vera pœna delicti non sit puniendum, & quan
do, ac quomodo.

SVMMAE.

1 *Arbitrio Principis pœna imposita pecunia-
ria est.*

2 *Delictum etiam in atrocissimis non punitur nisi
sequuto effectu aliquo.*

Tracta-

3 *Tractatus solus nõ punitur in atrocissimis, si nõ est processum ad alium actum.*
4 *Mandati pœna non habet locum, si adsit pollicitatio quædam simplex, vel potius tentatio.*
5 *Pœna extraordinaria debet esse pecuniaria nõ corporis afflictiua.*
6 *Pœnæ statutariæ expressæ est standum relictis cæteris.*
7 *Strictissima in pœnis est facienda interpretatio.*
8 *Dispositio non conuenit si verba non conueniunt.*
9 *Forensis non ligatur pœna durissima proclamatis.*
10 *Carceratio diutina minuit ordinariam pœnam.*

CONSILIVM CCCCLIX.

In Domino confido.

LAVRENTIVS de Bertonis de Fauentia carceratus non debet puniri (ni fallor) aliqua pœna corporali ꝑ assertis delictis confessatis, siue inspiciamus dispositionem statutorum, siue iuris communis, certum est enim quod mandatum nõ fuit exequutioni demandatum, sed tantum fuit habitus tractatus, tam per D. Thomam Cambiatorẽ cum Laurentio de inueniendo sicarios, quàm per Laurentium cum Francisco, non fuit autem deuẽtum ad aliquem actum offensionis alicui inferendæ per mandatarium, quo casu ex forma statuti nostri sub rubrica pœna occidentis, uel vulnerãtis, aut occidi, vel vulnerari facientis prece, vel pretio. fol. 15 1. pœna lib. quinquaginta de inquẽ
1 tibus irrogatur, & † plus arbitrio Principis nostri, quod plus debet etiam consistere in pœna pecuniaria, Bal. in l. & si post tres. in lect. col. 5. num. 9. versic. item facit ad aliam quæstionem. ff. si quis caut. & in l. 2. num. 3. C. de probat. faciunt etiam trad. per Fely. non extra propositum in cap. sedes. num. 6. colum. penu. in fi. de rescrip. & Soci. in l. 1. col. 1. ff. de reb. dub.

De iure etiam communi, & si versemur in atro
2 cissimis, vt in assassinio nõ † punitur delictum nisi sequuto effectu aliquo, saltem respectu insultus, vera pœna delicti, sed tantum extraordinariè, ut voluit Bart. in l. non solum. §. si mandato. num. 3. ff. de iniur. Ang. post Dyn. in l. item apud Labeonem. §. si curauerit. ff. de iniur. Aret. in tract. malef. in verb. Sempronium mandatorem. 3. colu. qõ. 2. & ibi August. in addit. Gram. vot. 8. num. 8. & seq. & decisio. 2. num. 6. & nu. 25. ubi dicit ita plories fuisse iudicatum in magna curia Vicariæ Neapolis. & idem tenet decisione 74. num. 15. idem etiã tenet Bossi. in suis variis tract. in titu. de mandato ad homic. num. 36. & secundum istam opinionẽ latè consuluit Do. Iosephus Fontanel. in consi. 98. num. 18. inserto in 2. tom. consi. crim. & in eadem causa est Mant. consi. sequen. num. 3. quam etiam tenet Carer. in sua praxi crim. §. 2. nu. 12.

3 Et quod solus † tractatus etiam in atrocissimis non puniatur, quando non est processum ad aliũ actum ordinatum de per se ad ipsum factum tradit Bal. in l. non ideo minus. 6. q. 16. C. de accusat. & sequitur Catald. in consi. 55. num. 52. & seq. in primo vol. consil. crim. & in hac ciuitate cõsuluit etiam Ang. de Aret. in consi. 51. num. 31. & sequ. eo. 1. uol. tenet Marsi. in l. qui falsam. num. 8. ff. de fals. & in consi. 51. num. 16. Gram. vot. 8. num. 17. & vot. 16. num. 13. decisio. 38. num. 8. Boer. in tracta. de seditio. num. 41. & Carer. in d. sua praxi. §. 2. num. 12. in fin. & in §. 5. num. 8. & num. 80. cum pluribus sequen. In quibus locis mandantem, & mandatarium pœna extraordinaria puniri censent.

Et in casu isto opinio, ista tanto clarius procedit, cum etiam mandatum per Do. Franciscum non fuerit acceptatum, sed remansit quod volebat alloqui D. Thomam, ut in processu: quo casu illa pollicitatio Laurentij non fuit promissio, vel
4 mandatum, sed magis † tentatio, & non est locus mandato super assassinio, uel eius pœna, ut Bald. trad. in consi. 98. Betinus. num. 3. vol. 1. Gram. vot. 11. num. 19. & sequitur Carer. d. §. 5. nu. 33.

5 Quando autem pœna † extraordinaria imponitur debet esse pecuniaria, non corporalis, vel corporis afflictiua. Mars. in prac. cri. in §. quoniã. num. 95. & 96. & in l. Diuus Adrianus. ff. ad l. Pompe. de Parric. num. 11. in consi. 24. num. 36. 25. nume. 55. 30. num. 19. & pluribus aliis consi. Gram. vot. 23. num. 20. & decis. 8. nu. 10.

6 Licet standum sit † pœnæ statutariæ ex quo statutum specialiter in isto casu disponit, cum statuũ sit ab eo recedere Mars. consi. 61. num. 20. Matth. phillcia. consi. 24. num. 5. 2. vol. consi. crimi. & in decisio. sua. q. nu. 3. impressa post dicta consil. & Carer. in d. sua praxi. §. 7. num. 14.

Nec obstat proclama publicatum de anno 1553. quia si rectè inspiciatur non complectitur casum nostrum, nec ad illum potest extendi cum
7 strictissima sit facienda † in pœnis interpretatio. c. odia. de reg. iur. in 6. l. factum. §. in pœnalib. ubi Dec. nu. 3. ff. de reg. iur. namque certum est quod nõ sumus in primo capite ipsius proclamatis, de mandatario qui acceptauerit mandatum de occidendo, & venerit ad ciuitatem Ferrariæ, vt exe-
7 queretur mandatum, quia † verba non conueniunt, & per consequens nec eius dispositio. l. 4. §. toties. ff. de damn. infec. nec enim hic per aliquẽ fuit acceptatum mandatum de occidendo, licet fuerit requisitus ille Frãciscus, vt in processu, nec ipse, vel alius post mandatum ex hac causa venit in hanc ciuitatem, & idem dicendum est de Laurentio, qui mandatum recepit de inueniendo sicarios non de occidendo.

Secundum caput etiam proclamatis (iudicio meo) non comprehendit hunc casum, cũ nullus manda-

mandatarius acceptauerit mandatum, nec præparauerit arma, vel deuenerit ad aliquem actũ. Et licet Laurentius ipse habuerit illos archebusio, à rota tradendos mandatariis, vt mandatum exequerêtur, tamen non possumus dicere proclama propriè hoc casu loqui, cum ipse nõ esset hoc facturus, nec arma ipsa per aliquem mandatariũ fuerunt habita, vel tenta ad hunc effectũ. & quia hic (vt dixi) mandatum non fuit acceptatum de occidendo, cessat etiam pœna manus apposita in dicto secundo capite. cætera capita ipsius proclamatis non habent aliquam difficultatem.

Secundò, cũ pœnę huius proclamatis sint maximę, & grauissimæ, & ipse Laurentius sit forensis, & non habitaret tempore publicationis ipsius in
9 hac ciuitate, vt in processu, certè non debet† ligari eius dispositione tam dura, pœnã iuris communis alterante, secundum opinionem, quæ videtur
** communior, ** & proculdubio est æquior, vt per Fely. post alios, quos citat in c. cognoscentes. num. 6. de constit. & las. in repet. l. 1. C. de sum. tri. & fide cath. col. 16. & Henric. Botte. in trac. de synod. episco. 2. artic. q. 1. nu. 17.

Et cum hic miser Laurentius diutius steterit carceratus, & sępe fuerit tortus, & plura passus
10 fuerit, † veniret etiam ea de causa pœna ordinaria minoran. latè Tiraq. in trac. de pęn. cau. 41.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Fuit imposita pœna leuis arbitraria.

Clau. Bertaz.

ADDITIONES.

a Et maxime si tractatus est quædam ordinario circa delictum, uilo. Matth. Brun. consi. 64 num. 50. & 51. Quando vero est conatus in atrocissimis, & habeatur pro facto, adeo ut delinquens possit auelli ab altari, & ab ecclesia, scribit Decia. consi. 80. nu. 20. in 3.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Arma deferens itinerãdo ignorans proclama an sit puniendus, & quid si dicatur solitum esse in loco conuersari, & an dolus istius requiratur, an sufficiat lata culpa?

SVMMAE.

1 *Proclamatis uerba clara ubi sunt non est ulterius de coniecturis disputandum.*

2 *Arbitrium boni uiri semper venit cuiuscunque arbitrij appellatione.*

3 *Dolum important verba illa, nemo audeat, uel præsumat.*

4 *Pęna est corporalis si est carceris triẽnalis, vel pecuniaria in subsidium.*

5 *Culpa lata nõ sat est ad incurrendum pęnam si dolus exigitur, etiam quòd pęna sit pecuniaria.*

6 *Dolus non est ignorare legem etiam propriæ patriæ.*

7 *Scientia proclamatis an præsumatur in forense arma deferente.*

8 *Ignorantia non supina probatur iuramento, & excusat reum etiam in bis quæ debent communiter esse nota.*

9 *Initium illicitum, vt in delatione armorum, an possit puniri.*

10 *Transitus quando dicatur differre ab itinere deferentis arma.*

11 *Confessio potest declarari licet non perimi per confitentem.*

12 *Miles non videtur posse torqueri.*

13 *Miles qui actu militat, gaudet priuilegijs militaribus.*

CONSILIVM CCCCLX.

In Domino confido.

PER subtiles & elegantes responsiones excellentissimorum Dominorũ aduocatorum non videntur sublatæ præcedentes difficultates propositę, nam admisso, prout admittere ipsi vidẽtur, q iste Porta sit forensis, tanquam viator qui illac transitum fecit, non videtur pœnam proclamatis incurrisse, cum tales proclama ipsum excipiat. maxime cum non constet ipsum fuisse pręmonitum, vt dictum proclama exigit, & non ingressus fuit Castrum vt opus esset ad portam dimittere archibusium, & cum verba met ipsius legis, & bãni impune facere videantur videntur cessare omnes
1 difficultates, quia † in claris non est opus coniecturis, vulga. l. continuis. §. cum ita. ff. de verb. Et licet istud sit remissum ad arbitrium commissi, & successiue iudicis in eius locum surrogati, tamen de arbitrio boni viri, vt secundum ll. arbitretur
2 † interpretan. uenit. l. si in lege cum ibi no. ff. loca. cum aliis trad. per Blanc. in l. fi. ff. de quæst. num. 40. & sequen.

Pręterea certum videtur, quod ad hoc vt dicta pœna incurratur exigĩ dolus contrafacientis,
3 quòd videtur probari † ex illis verbis, nemo audeat vel præsumat: iuxta ea quæ ex Card. trad. Fely. in rub. de præsump. & in c. quoniam contra. nume. 1. de probat. & Marsi. in l. de minore. in prin. num. 19. ff. de quæst. tum etiam quia imponitur pœna corporalis, vel corporis afflictiua carceris
4 † triennalis alternatiuè, vel in subsidiũ pecuniariæ

riæ quo casu censetur corporalis, vt per Doct. in l. transigere. ubi Claud. num. 8. C. de transac. Aret. in tracta. malefi. in verb. quas si non sol. infra decem dies. in prima glo. & in uerb. pro quibus Antonius fideiussit. 4. colum. uers. scias etiam, & lata
5 etiam culpa † non sat videtur ad incurrēdum pœnam, ut supra dictum fuit, de quo etiam Mars. in d. l. de minore. nu. 17. in l. in lege Cornelia. nu. 3. ff. de sicar. & in aliis locis, & Gram. consi. 68. nu. 2. & Plot. in d. l. si quando. num. 296. 299. ubi loquitur etiam si pœna sit pecuniaria, & dolus non præsumitur nisi probetur. l. dolum. C. de dolo ma
6 lo. & ignorare † legem etiam propriæ patriæ nō est dolus, sed lata culpa, ut per omnes in l. leges sacratissimæ. C. de legi. & Alcia. in tract. præsump. tertia reg. præsumptione. 31. in fi. & ꝙ ipse porta uideatur ignorasse huiusmodi prohibitionem cū esset forensis ultra iuris præsumptionem de qua in præcedentibus motiuis, videtur apertè constare ex testibus pro curia examinatis, qui licet sint subditi, & habitantes in dicto loco, tamē ipsi omnes ingenuè fatentur, se dictam prohibitionem ignorasse, quanto igitur magis præsumendum uidetur aduenam ignorare? & ignorantia iusta videtur? & si quælibet causa etiam iniusta excusat à dolo, quāto magis, procedere videtur cum ipse reus potuerit sibi persuadere id sibi licere, quia armiger Serenissimi Ducis, quo casu uidetur excusandus. quibus si addantur etiam duo vltima fundamenta tacta in præcedentibus dubitationibus res tanto clarior reddi videtur ad fauorem rei.

Non obstant modo adducta pro parte prædictorum Illustrissimorum Dominorum, & primo, ꝙ omnis interpretatio sit facienda contra reum, & præsumatur scientia, ita ut ignorantia nequeat iuramento probari: quia hoc non procedit ubi sunt uerba expressa permittentia forensibus, & uiatoribus deferre huiusmodi arma, nisi sint ad-
7 moniti † quo casu in aliis locū habebit quæstio. præterea istud procederet dolo interueniente vt supra, & hoc casu ignorantia vltra iuramētum uidetur probari, ex quo etiam omnes testes curiæ loci originarij, & habitantes talem prohibitionē ignorarunt. Nec opinio Fel. in cap. 2. de cōst. opi. Crot. uidetur præferenda, cum pro ista stent Bal. Sal. Roma. & Ana. & optimè fundamentis Felyn. quæ bene præuiderat respondit, & quòd ignorātia non supina probetur iuramento, & excusetur
8 † reus etiam in his quæ communiter deberent esse nota forensibus abūde comprobat Sylua. in tract. de feu. recogni. q. 66. Et licet forensis delinquens subijciatur pœnis loci delicti, tamē hoc nō uidetur procedere si id non esset ubique delictū, ut in delatione armorum, attenta cōsuetudine iuri communi derrogante de qua tamen Bar. in l. 1. ff. ad l. Iul. quam alij supra allegati, & latius Mars. in consi. 103. nu. 31. qui ad propositum multū uidetur loqui, & in casu fortiori tradunt, & quāuis in patria sua talia arma deferre non liceret cum

ibi esset incola, non sic in alio territorio ubi est forensis cui uidetur ex verbis proclamatis permissum, & saltem exigitur dolus, ut supra. Et cum nō constet in quo territorio acceperit archibusium, cessare uidetur consideratio de initio illicito, ꝙ etiam in delictis non uidetur posse cōsiderari ubi
9 distincta † sunt territoria, & separari a fine potest; ut in simili trad. Cagnol. in l. fi. ff. de iurisd. omn. iudi. num. 20. alias propter initium illicitum in uno territorio posset quis condemnari in alio, ubi nō esset prohibitio, quòd absurdum esset. Quòd modo iuerit, non autem transiuerit Porta per territo
10 rium, ut uerbis banni non comprehēdatur † permittentibus transitum cum armis forensibus, uidetur Iudaica interpretatio non iuridica, cum sit eadem ratio. l. à Titio. ff. de uerbo. obligationi. tametsi à latinæ linguæ authoribus nonnunquā (transire) pro ire, acceptum inueniatur, ut habetur in Euangelio Lucæ. transeamus usque in Bethleem &c.

Non uidetur etiam obstare, quòd uideatur probatum archebusium delatum fuisse mensuræ prohibitæ, cum omnes testes uideātur de incerta loqui, & non bene conueniunt, immo nonnulli ex eis, ut maxime secundus repertus videtur admittere, ꝙ erat ad mensuram, dum dicit se non credere, ꝙ excederet mensuram, & cum simus in incertis probationibus qualitatis requisitæ, non uidetur ꝙ succedere possit condemnatio, nec etiā eius confessio uidetur id innuere, immo negare, cum in eius responsione dixerit, ꝙ adhuc pendebat tempus Mut. ex ducali proclamate ad alienādū huiusmodi archebusios, ꝙ non de paruis, sed de longis apparet ex publicatione secundi proclamatis, dispositum fuisse, & cōfessio potest de-
11 clarari, licet † non perimi per confitentem. l. si q̄s intentione ambigua. ff. de iudi. Alcia. in d. tracta. tertia reg. præsumptione. 35. nu. 10.

Quartum etiam fundamentum videtur etiam inre defendi posse, cum non fuerit in delicto captus, & saltem uidetur quod cum dictus reus ob gradum armigeratus se prætendat nobilem, ex hac causa potuerit prætēdere sibi licere arma pdicta deferre, ut supra, quæ etiam si non fuerit iuridica non tamen uidetur omnino iniusta causa, ut a pœna ipsum excuset ut supra.

Nec uidetur fieri fundamentum posse in ducali proclamate Mutinæ publicato, quia certum est non extendi ad loca infeudata, & in eis non ligat contrafacientes, alias nō esset opus de commissione feudatariorum alia proclamata publicare, quòd uidetur falsum, & cum hic agatur de pœna inferenda uigore proclamatis dictorum Illustrissimorū Dominorum, cessare uidentur omnes considerationes super illo factæ. & licet statutum Spilimberti regatur statutis Mutinæ, non tamen proclamatibus. Quòd autem communiter in omnibus territoriis tunc temporis huiusmodi delatio esset prohibita, non uidetur constare immo & nunc forensibus uidemus esse permissam, & maxime

xime in territorio Bonon. Parmen. (ut audio) &
aliis locis, Cæteris alijs adductis ex aduerso ex
supra. & in aliis motiuis adductis colligi videtur
responsio.

Vltimo non videtur, quòd in casu isto possit es-
se locus quæstioni, vt pungit alter ex excellentis-
simis D.consultoribus stãtibus his quæ supra ad-
ducta fuere ex quibus præsumptio videtur esse
12 pro dicto reo. Vltra quod cum sit miles † non vide-
tur torqueri posse. l.milites.in princ.C. de quæst.
Brun.in tracta.de indi.& tortu.4.q.num. 19.quod
maxime procedit in eo qui actu militar, is enim
13 gaudet † omnibus priuilegiis militaribus, ut per
Dec.in rub.C.de testa.militia.num.4.Rip.in l.Cẽ-
turio.num. 10.ubi etiam Alcia.de vulg.& pup.

Laus Deo Opt.Max.

Barth.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Forensis ignorans proclama de armorum delatione quando sit excusandus, & maxime si non fuit inuentus cum armis.

SVMMAE.

1 *Forensis ignorans proclamata non ligatur illo.*
2 *Forensis est qui est alterius fori, & in loco proclamatis non possidet immobilia.*
3 *Quid si sit solitus conuersari in loco proclamatis.*
4 *Armorum delatio de consuetudine non est itinerantibus prohibita.*
5 *Proclama exigit dolum loquens in personam, & imponens pœnam corporalem.*
6 *Causa qualibet etiam iniusta excusat à dolo.*
7 *Proclama respectu forensium non potest tollere allegationem ignorantię.*
8 *Ignorantia qua excluditur à proclamate debet esse crassa, & supina.*
9 *Arbitriũ iudicis debet semper interponi in ea parte vt pœna euitetur, & non capiatur præsumptio delicti.*
10 *Dictio (circa) operatur, vt probatio dubia reddatur.*
11 *Arma qui gestauit non potest condemnari si non fuit apprehensus, & captus.*

CONSILIVM CCCCLXI.

In Domino confido.

ABSOLVENDVS videtur D.Cęsar
inquisitus a contentis in inquisitione
non obstantibus subtiliter adductis
ad fauorem istorum Illus. Comitum,
Primo, quia proclama cuius virtute fuit inquisi-
tus non videtur ligasse prædictum Dom. Cęsarẽ
1 forensem † & ignorantem eius publicationem,
Gram.consi.25.num.1.& seq.Paris.consi.171.nu
me.6.& seq.4.uol.& Plot.in repet.l.si quando nu.
859.C.unde ui.Quòd autem sit forensis non vide
2 tur posse negari † cum sit alterius fori.c.si clericus
laicum.de foro compet.Alex.consi.34.visis. 2.co
lum.5.vol.Dec.consi.550.num.8. & 661.num.5.
quod procedit etiam quòd possideat immobilia in
ea iurisdictione, quia nihilo magis dicitur subdi-
tus dictorum Dominorum, vt abunde per Crau.
consi.201.num.10.

Nec videtur obstare, qnòd præsumatur sciẽn-
tia propter vicinitatem quia Doc. post Bart.in l.j.
C.de summa trin.& fid.catho. & in c.cognoscen-
tes. de constit. ubi Moder. volunt præsumi igno-
3 rantiam nisi forensis † sit solitus conuersari in lo-
co in quo fit bannum. & idem Gãdi.in tit. de reb.
non portan. contra deuet. col.3. licet in casu isto
vicinus dici non possit, qui procul habitat per de-
cem milliaria, ad no. per Bar.in l.si tertius. in prin.
ff.de aqu.pluu.arcen.& Ias.in l.non solum. in prin
cip.ff.de nou.oper.nunc. sic etiam nihil facere vi-
detur, quòd simile proclama vigeret in ciuitate
Mutinę, quia non propterea debebat credere pro-
hibitionem ipsam pariter fuisse factam in territo
rio Spilimberti, nec Alber.ad hoc allegatus vide
tur mihi dicere id ad quòd allegatur, & minus vi
dentur Doc.allegati per eum hoc dicere, & cum
huiusmodi armorum delatio generaliter non sit
4 prohibita † saltem de consuetudine, & ex forma
statutorum itinerantibus, ut per Blãc. in sua prax.
crim. fol.144. num. 38. quòd etiam videtur uelle
Amod.in trac.de syndica.num.89.non videtur quod
dictus D. Cæsar teneretur diuinare fuisse dictum
proclama in eo loco publicatum, & saltem excu
sctur a dolo, qui exigitur in casu isto, ex quo pro-
clama loquit in personam, & pœnam corporalẽ
5 † imponit, in subsidium, iuxta not. in l.iustè possi-
det.ff.de acquiren. possess. per Barto. Ias.& alios,
& quamlibet etiam iniustam causam excusare
6 † quem à dolo cautum videtur. l.igitur. §.potest.
de lib.caus.Doc.in d.l.iustè possidet, & in l.si quis
maior.C.de transac.Pariter cessare videtur quòd
ex forma proclamatis tollitur allegatio ignoran-
tiæ, quia primo hoc procedit respectu subditorũ
quos bannum ligare potest, secus respectu foren
7 sium, † & non subditorum, ut per Doct. in d.l.1.
& Gram. d.consi.25.nu.4. tum etiam, quia debet
8 Intelligi † de ignorantia crassa, & supina, non de
ea quæ videtur iusta, & a iure præsumitur, ut per
Crot.latè in cap.2. col.4. tertia fallen. de constit.
lib. 6, & in l.omnes populi.num.71.ff. de iustitia
& iure.

Secundò, cum expresse in dicto proclamate,
excipiantur forenses, viatores, arbitrio commissũ
9 videtur interponendum † arbitrium in eam par-
tem, ut pœna euitetur.l.semper in obscuris, ff. de
reg.iur.& trad.Alcia.in ultima præsump. & vt nõ

capiatur

capiatur præsumptio delicti. l. merito. ff. pro soc. trad. ad propositum Bart. & alij in l. non solum. §. sed ut probari. ff. de oper. nou. nunc. & Alcia. d. tra cta. tertia reg. præsumptione prima.

Tertiò, ad hoc ut habeat locũ dictum proclama & eius pœna, oportet constare ipsum detulisse archebusium qualitatis de qua in banno, sed bre uioris mensuræ tribus palmis, quod non videtur plenè probatum, cum omnes fere testes incertè, & minus clare deponere videantur, addendo di-
10 ctionem (circa) † quæ operatur, ut probatio dubia reddatur, Alexã. in ult. consi. num. 8. 7. volum. Alcia. in l. hæc adiectio. ff. de verb. signific. & Rui. consi. 79. num. 11. 1. volum.

Quartò, cum dictus D. Cæsar non fuerit apprehensus, & captus, non videtur etiam posse condẽ-
11 nari pro delatione † armorum. l. si Parsatoram. C. de fideiussor. cum aliis trad. per Aret. in tracta. malefi. in uerb. vno stocho. ult. q. & in uerb. dictus Andr. armatus. vlt. q. Amod. d. trac. nu. 90. & omnes in l. 3. §. Neratius. ff. de acquir. poss. Et bãnum huiusmodi uidetur loqui de facientibus maxime dum meminit de nobilibus, in quibus videtur cõprehendi Do. Cæsar Cataphractus miles suæ Altitudinis ibi, & quoties fuerint inuenti.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

D. Consultor ab omni pœna hunc penitus absoluit.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Innocẽs condemnatus quando sit admittendus ad suas defensiones, & possit probare contrarium.

Bannum quando non subsistat, & processus sit nullus, quia non sit seruata forma statuti in citando.

SVMMAE.

1 *Condemnatus est absoluendus si postea opponat exceptiones, quas si à principio opposuisset nõ fuisset condemnatus.*
2 *Bannitus potest ex rescripto Principis admitti rursus ad suas defensiones.*
3 *Indicia quæ sunt contra imputatum de homicidio tolluntur, si probetur illum fuisse alio loco tempore quo factum est homicidium.*
4 *Pluralitas actuum non præsumitur.*
5 *Et maxime quando concordant plures demonstrationes.*
6 *Innocentia rei vt probetur etiam testes minus idonei admittuntur.*
7 *Nomen singulare quod sit.*
8 *Et nominatus in aliquo conflictu potest tantum eum tortura examinari, an adfuerit.*
9 *Processus est nullus non seruata forma statuti.*
10 *Statutum est intelligendum ut reo non legitime citato processus sit nullus.*
11 *Citationes sunt faciendæ secundum formam statuti,*
12 *Forma non seruata corruit totus processus.*
13 *Contumax non potest dici citatus absque forma statuti, nec potest haberi pro confesso.*
14 *Bannum nullum habetur pro non banno.*
15 *Exceptio nullitatis banni opponi potest.*
16 *Etiam si statutum prohiberet de nullitate posse opponi.*
17 *Etiam si essent latæ tres sententiæ conformes.*
18 *Indicia purgantur per spontaneam comparitionem, & probationem bonæ famæ.*

CONSILIVM CCCCLXII.

In Domino confido.

IOANNES Maria Mazzuccus, qui sponte se præsentauit, & carceribus se mancipauit, venit absoluendus & liberandus. Cum & nunc opponat tales exceptiones quasi oppositæ fuissent ante sententias latas contra eum in eius contumaciam, illum liberassent à dictis imputationibus, ita quòd nullo modo earum occasione potuisset condemnari, certè debent & possunt post bannum admit-
1 ti, & attendi et eis probatis uenit reus † absoluendus & liberandus. Marſ. singu. 72. per totum & in consi. 16. num. 32. & sequen. & consi. 64. num. 7. & 8. & Ioan. de Arno. epitoma. 87. Ludoui. Carer. in practi. crimi. in prin. num. 75. & Iul. Clar. in §. fin. q. 96. versic. sed pone. Quod in casu nostro nullã habet difficultatem, ex quo R. Sereniss. Principis nostri dicto reo concessum fuit, vt eo constituto
2 in carceribus † defensiones suæ innocentiæ admittantur, quod seruare etiam senatum Mediolani scribunt Boss. in tit. de liter. princip. bannitum admitten. ad nouas defensio. in prin. & ad fi. illius tit. Clar. in d. uersic. & q. 94. uersi. est etiam alius. Quod & statu. nostro in tit. qualiter & quãdo pro curator interuenire poss. in causis crimi. ante fin. satis dispositum est, ut probãdo contrarium eius de quo habitus est pro confesso possit reus se defendere.

Principalis itaque exceptio quæ cõpetit huic reo est innocentiæ, quæ satis in processu suæ defensionis apparet probata, vt inferius ostẽdetur, altera est nullitatis processuum & sentẽtiarum latarum contra dictum Ioan. M. quo casu quo probationes ipsius non essent plenæ & concludentes non posset tamen reus puniri, sed esset iterato inqui-

inquirendus, si indicia contra eum existentia nō
fuissent purgata. Quo ad primam innocētiæ, pro
batum fuit per multos testes, quod ipse Ioan. M.
tempore quo fuit commissum primum delictum
percussionum illatarum Rogerio Maserato, & tē
pore quo fuit liberatus à carceribus Io. Mazzuc-
cus, ipse Io.M. erat absens per quinquaginta mil-
liaria uel circa, adeo quòd secūdum naturam eo
tempore non potuit interuenire illis delictis. hoc
3 enim casu † tolli indicia quæ sunt contra imputa
tum trad. Matth. Affli. in constitutione si damna
clandestina.no.14.3.q.num.65. & sequen. in con
stitu.regu.lib.1.rub.27. de homic.clandest. Fran.
Brun. in tract.de indi.& tortu.5.q.num.4.& Lud.
Carer. in d.prin. num.155. Namque ex processu
constat quòd dictus Rogerius fuit percussus die
Iouis sancti in sero & tantum ultimi testis dicti
rei affirmat, quòd eo die erat in uilla Lignani, in
qua ægrotabat quidā presbyter eius patruus cui
ipse Ioan.M. inseruiebat. & idem de credulitate
affirmat sextus testis, qui eo tamen tempore heb-
domadæ sanctæ uidit illum in eo loco. Similiter
quo ad delictum commissum cum armis & igne
ad liberandum dictum Ioannem a carceribus tre
centæ. quod fuit nocte præcedente festum sancti
Francisci, & de anno 1582. vt in inquisitione, &
processu, probatum est per plures testes quòd ip-
se Ioan.M. erat in dicta villa Lignani & quòd nō
potuisset interuenire d. delicto, ut de ponūt ter-
tius, quartus, quintus, octauus, & nonus testes, ad
defensam rei examinati. tertia imputatio de fur-
to æque, quòd ipse Io. M. fures associauerit post
delictum, uidetur etiam satis iustificata ex duo-
bus primis testibus attestātibus, quòd eo tempo
re quo dicitur factum fuisse dictum furtum ipse Io
ann.M. vocatus a sociis ex dicta causa noluit exi-
re domo, & relinquere suos hospites cum uxore.
Et licet non bene affirment quòd fuerit illa nocte
qua fuit subacta equa, tamen satis hoc est præ-
sumēdum ex uerbis alterius ex dictis testibus de-
ponentis, quòd ipse affirmauit fuisse vocatum a
quodam suo patruele seu consobrino ut erat di-
ctus Ioan. tunc etiam propter iuris præsumptionē
4 quòd pluralitas † actuum non præsumitur. Ruin.
26 clararet † trad. Guid. Pap. q. 495. Soc. Iun. consi. 46. nu. 4. in 4. vol. Gozad. consi. 89. nu. 6. Alb. cōsi. 36. num. 3. Alcia. consi. 212. num. 3. lib. 9. Iul. Cla. in suo quarto lib. sententia. in §. testamentū. q. 76. 3. reg. & Port. Imolen. lib. 2. suarum conclusionū, concl. 5. regula autē dictæ. l. tale pactum. facit cōtra partē aduersam, cū immo uerisimilius sit statuentes interrogatos responsuros nō intellexisse velle corrigere ius commune in non expressis, quod etiam iure facere non poterant ut supra.

Quarto adducebatur ad defensionem capturæ, quòd contractus censetur celebratus in hac ciuitate ex quo fuit hic confirmatus, quia cum non ualuisset mandatum datum per d. Ioan. Ludonicum Bertolaiam d. Iosepho, nec obligasset Schiancum uel illius acquisiuisset. §. alteri. Insti. de inuti. stip. l. solutum. §. perliberum. ff. de pigno.
27 acti. quia id est † speciale in mutuo. l. si absentis. C. si cer. pet. & probatur in l. 2. §. aliena. ff. manda. ratihabitio fecit negotium proprium. l. si pupilli. §. item quæritur ubi Barto. ff. de nego. gest. ex quo acceptauit contractum Ferrariæ, & illum
28 confirmauit, censetur cōtractus † hic celebratus Cur. Iun. in d. l. hæres absens. §. proinde. uer. quid autem num. 5. Sed certe id minus cæteris obstat, cum fundamentum hoc minime sit uerum in facto uel in iure. in facto est falsum, quia ex literis productis & confessatis, subscriptis & cōfirmatis ab ipso. d. Christophoro apparet, quòd ipse medio d. Io. Lud. dederat mandatū. d. Iosepho. imò quòd nō acceptauit partitū nisi esset factū, ut oleū daretur expeditum, præterquā à noua impositione, ut in aliis literis fuit mandatū, ut ex literis sub die 5. Feb. ubi dicitur. *Il detto misser Christoforo intende che detta compra sia fatta iusta la commissione a uoi data per altre nostre a uoi scritte.* & inferius. *Et cosi attenderà la risposta per andare con lui d'accordo.* & in aliis literis.
8. Februarij meminit etiam de mandato illi dato fatendo illud dedisse. *Vi replica tutto essere ben fatto iusta l'ordine à uoi dato.* & inferius *Per andare d'accordo iusta la commissione a uoi data.* Ex quibus uerbis apertè constat mandatū fuisse per illum datū. D. Io. Lud. ut mādaret. D. Iosepho. quo casu ipse sine aliqua ratificatione tenebatur, & sibi erat acqui
29 situm. nam † mandans vni, ut mādet alteri utriq; obligat. l. si ego. ff. quòd ui aut clā. Bar. in l. si quis pro emptore. col. pe. nu. 70. ver. præterea. ff. de vsuca. Marsi. singu. 181. mandans. In iure etiam non est vera opinio Cur. Iun. quia ratificans contractum non tenetur ex ratificatione, sed ex gestione, & propterea contractus censet celebratus in loco
30 gestionis, † non ratificationis secūdum commu
* nem opinionem * Doc. in l. si pecunia. C. de neg. gest. Petr. Cyn. Odo. Bar. Bald. Albe. Ange. Salyc. Castr. Aret. & Alexan. qui ibi dicit communem, quod & tenet Cardin. Zaba. in clem. prima. num. 20. ut li. penden. Facit quia artificans tenetur ac si mandasset, & cōtraxisse. Dec. in §. seruum tuū. l. cum fundus. ff. si certum petat. quinto not. num. 13. Gram. decisio. 103. nu. 8. & 9. cum aliis trad. per Crane. consilio 304. num. 2. Et ratificatio cō firmat actionem, non nouam producit, & agi debet ex antiqua descendente ex primo contractu Afflict. decisione 285. numero 15. Ex quibus apparet omnino hoc præsuppositum, quòd D. Iosephus non sortiretur forum in hac ciuitate, esse uerissimum, & tanto magis etiam destinata solutione in dicta ciuitate Anconæ, cui nihil

audiui fuisse respõsum ex aduerso. Sed & ex alio
captura fuit nulla, quia commissa pro debito par
tim vero partim falso, fuit enim commissa pro scu
tis q̃ngentis auri in vna manu, cum tamen solum
superfuerint pro oleo non tradito ipsi. d. Iosepho
scuti 450. uel circa, ex quibus etiam debebatur
sua prouisio. D. Iosepho. & quando debitum pro
quo committitur est pro parte uerum, & pro par-
31 te falsum quòd captura sit † nulla ad instar pri-
mi & 2. decreti trad. Seuer. in tract. prædicto 6. q.
ad fi. & licet dubitet ex consilio Bal. per eum cita
to quòd valeat captura facta partim pro debito
alieno partim pro proprio, is tamen est casus di-
uersus, nam secus est quando est vnum & idem
debitum, ex una causa unius, vt per Soc. post Are.
in l. certi condictio. §. quoniam. num. 30. & sequẽ.
ff. si cert. petat. & quòd captura non ualeat tenuit
etiam Bald. in quodam consilio non impresso qđ
sequitur Mars. in d. l. fi. num. 43. ff. de iurisd. om. iu.
Constat itaque quòd captura fuit penitus nulla
& inualida, quæ si habuisset patientiam videndi,
expectandi quòd respõderet suis motiuis. D. Iu-
dex a quo, & non tamen præcipitem ferre senten
tiam non expectatis per sex dies uel octo ad sum
mum resolutionibus suorum motiuorum, fertè
non ita properam & iniustè iudicasset. & certè nõ
debuisset obliuisci tex. vulga. in clemen. pastora-
lis. in §. verum. de re iudic. quòd nimia præcipitã
32 tia † nouerca est iustitiæ, de quo multum admo-
net iudices Mars. in §. fin. in sua pract. crimi. nu-
c me. 1. & 2. Et hęc quo ad inualiditatem capturæ c
satis sunt & super.

Quo verò ad merita causæ, super quibus nul-
lum motiuum dedit iudex ipse, & tamen illam
iniquam tulit sententiam contra, d. Iosephum, da
to quòd captura fuisset valida (quod vtique fal-
sum est) adhuc dicitur pessimè fuisse, & iniustè iu-
dicatum, & bene appellatum. Ex pluribus, & pri-
mo, quia Do. Iosephus non potuir nec potest con
ueniri a dicto d. Christoforo occasione dicti con
tractus, cum ipse D. Iosephus non se obligauerit
ipsi Schianco, sed ut proxeneta vel procurator il-
lius fecit hunc contractum cum illo Dominico
Maranino, & expresse conuenit cum ipso Schian
co, quòd nõ teneretur de suo pro uenditore olei,
33 considerando enim illum ut proxenetam † ipse
non tenetur etiam citra conuentionem pro con-
tractu, ut est tex. in l. 2. ff. de proxe. trad. Bald. in cõ
sil. 360. quæritur in fi. 3. uolum. & consil. 366. visis
consil. 5. volum. & Benuenu. strach. in tracta. de
proxe. 3. parte. in princ. ubi num. 5. ampliat etiam
si negligenter agat, quia imputandum est vtenti
opera illius, & quod procedit etiam si premium
recipiat, ut per eum ibi. num. 7. si uero considere-
tur ut procurator, & idem, ex quo conuentum est
34 † qnòd de suo non teneatur pro venditore, Bart.
in l. si procurator qui pro euictione. vbi alij. ff. de
procur. & in l. si pupilli. §. primo, num. 4. ff. de neg.
gest. Socin. consil. 154. in princ. 2. uolum. & Paris.
in consil. 78. num. 40. & idem videtur tenere in
consi. 94. num. 35. primo uol. Quod autem ita in-
ter partes fuerit conuentum, apparet tam ex lite
ris ipsius d. Ioan. Ludouici, subscriptis & recogni-
tis ab ipso Schianco, sub dicto die 8. Februarij, &
ex aliis d. Iosephi sub die 16. illius mensis, quas
ipse produxit, & quibus standum est contra eum.
c. cum uenialis. de excep. cum ibi not. & quòd li-
35 teræ receptæ † probent, quando non est contra-
dictum, trad. latè Paris. consi. 96. num. 2. & consil.
112. num. 44. & sequen. 1. uolum. & Benue. d. trac.
de merca. dicto ti. quo modo in cau. merca. pro-
ceden. sit pe. particnla ubi agit de probationib.
36 num. 14. Et quòd forma † literarum sit obseruan
da, vt quis in illis possit facere fundamẽtum, trad.
Bald. dicto consilio 366. & Benue. d. tract. de pro-
xene. dicta tertia par. in prin. ptimo igitur literæ
in proposito. D. Ioan. Ludouici subscriptę ab acto
re ut supra hæc uerba formalia continent: *Sopra à
quãto ui si è detto ch'l sudetto misser Christoforo Schianco nõ
intende d'hauere a fare con altro che con noi, & pur uolendo
detto misser Christoforo che voi gli habbiati a stare del cre-
dere, che lo farete sopra di noi con doppia prouisione, hauen-
do la fede che si ricerca la nostra qualita, detto misser Christo
foro si contenta che detto negotio sia fatto realmente da huo
mo da bene, come sete in effetto, pagando la prouisione ordina
ria delli dui per cento*, idem apparet confirmatum
ex literis ipsius d. Iosephi supra citatis, vbi respõ
dendo proximis ita scribit, *Et poi che non uolete che
ui stia del credere per il contratto d'esso partito, poco impor
ta. che bene potete essere sicuro che ho auertẽza a cui fido tã
to per conto d'amici come per me.* Ex quibus uerbis ap
paret, quòd d. Iosephus non debet teneri de pro-
prio, licet deberet legaliter negatiũ gerere, pro
ut re uera gessit, ut deponunt ferè omnes testes
in causa appellationis pro eius parte examinati.
Et non est verum (vt dicebatur ex aduerso, quòd
d. Iosepho acquieuerit ut de proprio teneretur,
quia immo est totum contrarium. Sicut etiam
cessat id quod ex aduerso etiam obijciebatur, ꝙ
non potest teneri Schiancus ex quo d. Iosephus
suo nomine proprio videtur contraxisse cum Ma
ranino, non nomine ipsius D. Christofori, vt ex
processu videtur constare, quo casu non videtur
teneri de illo contractu, ex quo contrahens pos-
set semp dicere in casu deiectionis, ego emi pro
te exegi a decoctore. nã primo dicitur quòd nõ
cõstat, quòd nomine proprio. D. Iosephus cõtra
xerit licet testes dicãt emisse oleum a Maranino,
& posito ꝙ constaret, hoc nõ releuat, quia qñ qs
hẽt mandatũ specificũ ad emendũ rem aliquam.
licet emat noĩe ꝓprio, seu nõ expsso ꝙ emat noĩe
alterius, censetur tamen emisse, noĩe mandantis,
37 † & ita inter ipsum, & mandãtem nascitur actio
** secundum communiorem ** opi. quam aduer-
sus Bar. tenent Imo. Ale. nu. 4. Ias. & Claud. nu. 13.
in l. post dotem. ff. sol. mat. Ale. num. 16. & Ias. col.
3. in l. prima. §. nuntiatio. ff. de ope. no. nun. Alex.
consi. 58. circa primum in prin. 1. uolum. Rom. cõ
si. 91. uisis, ac percunctatis. colum. 3. num. 9. Soc.
consi. 68. num. 5. 3. uolum. Mars. in l. statulibet. nu.
8. ff.

8.ff.de quæstio.latè Ale.in d. §. nuntiatio. nu. 13. & sequen.& in tracta.præsump.2.regu.præsump. 24.in prin.Et sine dubio in casu nostro procedit in quo.d.Iosephus scripsit se fecisse dictum cõtra ctum,& illum adeo circunscripsit,quantitate prę cii.qualitate olei,loco,& tẽporibus solutionis,& traditionis,quòd nõ posset etiam si uoluisset frau dare Schiancum, licet de eius fide,& legalitate minime posset dubitari, his accedat, quòd consuetudo,& stilus mercatorum emẽtium pro aliis in illa ciuitate Anconæ, & in regno Apuliæ fuit, & est, quòd semper emptio fit nomine ementis licet emat pro aliis, de quo tamen in suis libris mentionem facit,ut appareat, pro quibus emit, & super hoc ostendetur ad cautelam etiam fides mercatorum,licet, ut ex præfatis apparet, ea non sit opus, quo fit, ut mandatum factum
38 mercatori † debeat intelligi factum secundum consuetudinem ipsorum mercatorum, Corn. cõ si.319.col.9.litera.f.10.his tamen minime re fragantibus.3.uolum.quod,& trad.Rui.in cons.93. numero 3.& sequen. 5.uolumin. & Paris. consil 156.numero 12.4.uolumin.

Secundò principaliter dicta sententia fuit iniusta,quia posito,quòd ut principalis teneretur (quod falsum est,ut supra) non potuit condemnari ad restituen. quantitatem Scutorum quingentorum monetæ in una manu,qui,ut prætendi tur,remanserunt in manu ipsius.D.Iosephi pro p̃tio olei non traditi.primo, quia cum contractus uenditionis,& emptionis olei esset perfectus, & pro parte executioni traditus, non poterat. D.
39 Christoforus à contractu † recedere, & repetere pretium solutum ad computum olei tex. & in l. non idcireo.C.de contrahen.emp.in l.ea conditio.C.de rescin.uend.& in l.in ciuile.C.de rei uẽdi.quod procedit etiam,quòd per alteram partẽ non fuisset obseruatum contractum, & traditum
40 oleum debito † tempore, ut prætenditur,ita in in diuiduo est decisio.Affli.Vbi dicit ita fuisse iudicatum.280.in primo dub.Et si hoc procedit data mora soluere,uel tradere debentis oleum tanto magis procedit nulla interueniente mora ipsius.D.Iosephi,ut inferius respondetur.

Tertiò principaliter respectu quantitatis scutorum quingentorum monetæ in quibus condẽnauit.D.Iosephum.D.Iudex ipse à quo, sententia fuit iniusta,quia in rei ueritate non remanserunt pœnes eum nisi scuti.45 o.plus minus ue monetæ,quos soluerat,& etiam in maiori summa dicto Matanino pro oleo abeo habito, ut ipse Matanius deponit,& dicetur inferius.nam, & ipse de proprio soluit,quàm plures denariorum quãtitates,ut in literis ipsius.D.Iosephi sub die.28.septembris Vbi dicitur(*ho Sborsato de molti danari d'amici à detto amico a conto della consignatione dell'oglio*) & sub die.26.actobris ubi dicit(*per ualerml al compimento delli scuti.20.gia pin fa ui auisai hauere fuori del mio dati,che poi habbi sborsato quasi altretanta somma al l'amico mi ha consignato l'oglio*(Et ex illis & sibi debebat sua ui,p̃sio duorũ p̃ cẽt.ut in literis,quo fit,ut cũ fuerit captus pro credito scutorum.500. auri. ut in actis,& plus petierit quàm sibi debebatur,
41 debebat † condemnari quatenus captura ualuisset de quo supra dictum fuit in pœnam plus debito petentis. cap.primo.de plus peti. 2. §. plus autem. Insti. de actio. & tamen totum contrariũ fecit, quia condemnauit ipsum in expen. & damnis & interesse,& licet addiderit clausulam (saluo iure calculi) nihil facit,cum in rei ueritate debitum non excedit scutos.450. uel 455. ad summum, ut ex literis in quibus appereτ de receptione,& solutione pecuniarum ipsarum,& debebat etiam detrahi, prouisio, ut supra tũ,quia illa clau
42 sula non suspendit † effectum sententiæ, quia sit certa nisi aliud constet.l.2.cum gl.ff.de diem addi.Bar.& alij in l. publia.§.fi.ff. depo. Soc.in l.pecuniam.ultimo not.num.10.ff.si cert.pet.& Dec. in l.is damnum.§.quod pendet, & in l.plerũque. nu.5.ff.de reg.iur. Et licet appellatus prætendat D.Iosephus sibi teneri p̃ certa particula olei deficientis in quãtitate olei transmissi, hoc non officit,D.Iosepho, tũ quia potuit surripi, uel effundi ex naui antequàm peruenisset Ferrariam, & imputandum est magistro nauis qui illud pro tãta summa & quantitate accepit, tum quia d.Iosephus scripsit literas super ista mensura de ea red dens rationem sub die 10. Augusti quas recepit Schiancus,& non contradixit, immo illas produxit,quo casu illis standum est ut supra dictum fuit.

Quartò fuit,& est iniustissima respectu condẽnationis scutorũ 250. factæ de dicto D. Iosepho pro damnis & interesse, ut dicitur, passis per eũ, ex quo oleum in tempore debito consignatum non fuit, & uix posset esse aliqua sententia iniustior,& iniquior hac in hac parte, primo enim nõ constat de aliqua mora ipsius.d.Iosephi, cum ẽt non constet, nec ex processu causæ principalis, nec appellationis, quòd soluerit totum pretium olei,quod erat soluendũ uenditori tempore traditionis,& reliqui ipsius olei, ut in literis contractus,licet ipse. D. Iosephus ex suis literis sub die. 19.Octobris ad monuerit ipsum Schiancũ, vt daret ordinem solutioni faciẽdę dicti reliqui vt ibi. *Restano compiti li scudi tratti ultimamente al Rugero per nostro conto, al quale darete l'ordine bastante mi possi ualere del restante dell'amontare de tutto l'oglio,che fra otto giorni l'hauerò dall'amico riceuuto tutto*) & ex literis sub die.16.dicti mensis ubi dicitur (*con dare ordine non sendo per il compimento à detto Rugero à Venetia, & ancho gli darete ordine,acciò subito finito di caricare tutto il sudetto oglio, mi possi ualere dell'apponto che montarà detto oglio tutto*) & solutio non præsumitur nisi probetur.l.prima.C.de probat.glo. & communiter omnes in l.2.C.de iure emphy. uel saltem tenebatur offerre.l.Iulianus.§.offerri.ff.de actio.emp, in tantum,ut plures uoluerint,non posse agere emptorem nisi oblato pretio.De qua latè in l. filiæ licet. C. de colla.& licet sciam hanc opinionem controuersam.

Tñ cũ non teneretur nec Venditor olei, nec. D. Iose
phus, si pro eo teneretur, tradere oleum, nisi solu
43 to pretio, † non potest dici in mora, ex quo habe
bat legitimam excusationẽ se tuendi. l. lecta. uers.
dicebam. Vbi Doct. ff. si cer. pet. l. si pupillus. ff. de
uerbo. obli. & l. nulla intelligitur. Vbi Docto. ff. de
reg. iur. & in terminis, quòd non censeatur in mo
44 ra uẽditor † nisi sibi solutum sit pretium, trad. Ale.
in consi. 73. uiso themate colum. 3. uersi. nec etiã.
2. uolum. & Rui. consi. 144. num. 3. rescindere con
tractũ, ut in literis. D. Iosephi, ꝓductis per Schiã
cum, sub die. 10. August. Vbi respondit, quòd ex
quo nõ poterat cogi, intendebat amicabiliter cũ
eo ꝓcedere sine protestationibus, recipere oleũ
eo modo quo poterat, quæ literæ faciunt fidem
contra. D. Schiancum, ut supra, responsum est.

Secundò, condemnatio fuit facta pro interes-
se, ut dicitur, passo per Schiancum, ex quo debito
tẽpore non habuit oleum de mẽse scilicet Aprilis
quo pluris ueniebat, uel de mense Martii quo pri
ma dimidia consignari debuerat, post quos men
ses decreuit, & diminutum fuit pretium olei, & ta
men ex processu apparet, quòd impossibile est, ꝙ
ipse potuisset habere oleum dictis mensibus, ut il
lud uenderet Ferrariæ, dubium enim non est, ꝙ
oleum erat cõsignandum in partu ciuitatis Anco
næ, & quòd Schiancus debebat mittere ad acci-
piendum oleum, ut in literis conuentionis, & ta-
mẽ ex ipsis literis per eum productis sub die. 20.
Iulii apparet, quòd ipse non misit Tabarinum cũ
naui ad accipiendum oleum, nisi de mense Iulii,
qui rediit Ferrariam de dicto mense circa finem
cum illa prima parte olei prout in literis d. Schiã-
chi relatis in literis. D. Iosephi sub die. 3. August.
quo tempore oleum decreuerat pretio, ut depo-
nunt testes aduersarii. Et etiam respectu huius
partis nõ poterat imputari mora ipsi. D. Iosepho
ex aliis, non quia primo ipse debebat probare, ꝙ
ipse fuisset in dicto loco, uel fuisset presto nauta
tempore traditionis fiendæ in dicta ciuitate, alias
45 non constituitur debitor † in mora, Bart. & com-
muniter omnes in l. item illa. num. 11. ff. de const.
pecu. Gozad. consi. 57. numer. 4. & 13. & Rui. cõ-
si. 32. num. 5. 5. uolum. Nat. consi. 258. num. 7. latè
Tiraquel. in tracta. de retract. ti. primo. §. 15. gl. 2.
nu. 10. tum etiam, quia & si fuisset in mora (quod
falsissimum est, ut supra) recipiendo illam partem
46 censetur illam remisisse. l. lege commissoria. §. fi.
ff. de leg. cõmis. l. fi. Vbi Docto. ff. de eo quod cer.
loco. & maxime. Ias. & idem Ias. in d. l. 2. col. 42.
uer. Cyn. uero, & Sal. C. de iure emphy. & Rui. cõ-
si. 155. num. 5. cum sequen. in 5. uolum. Reliqua
uero ultima pars quæ non fuit tradita facto ipsius
Schianchi, ut dicetur inferius super probationi-
bus factis in causa appellationis, debebat consi-
gnari in fine mensis Aprilis, ut in conuentione,
quia totus mensis cedebat uenditori, §. omnis sti
pulatio Insti. de uerbo. obli. & l. qui hoc anno. ff.
de uerbo. obli. & sic etiam, ꝙ fuisset consignata
non potuisset uendi in dicta ciuitate Ferrariæ tẽ
pore quo pluris ueniebat oleum. secundò appa
ret, quòd immo erat consignata de mẽse Octo-
bris, quia prius nõ fuerat missus Menetus magr̃
nauis ad illam onerandum, ut ex literis. D. Iose-
phi per Schiancũ productis sub die quintò Octo
bris, & sub die. 12. quo tempore peruenit Anco-
nã, & ex literis sub die. 19. & eiusdem mẽsis, quo
tempore fuit ceptum onerari oleum, & iam olei
decreuerat pretium, ut dicunt testes aduersarii,
quo fit, ut iniquissima respectu huius interesse om
nino euidentissime appareat ipsa sententia.

Tertiò, iniquior etiam fuit sententia ipsa respe
ctu aliorum damnorum, & interesse ipsius Schiã-
chi ad quæ fuit condemnatus. D. Iosephus patien
dorum ꝑ ipsum usque ad effectualem solutionẽ.
nam ultra, quòd non fuit in mora, & militant tot
alia fundamenta supra constructa, aliud etiam
obstat, quia pro istis interesse non fuit commissa
captura, ut ex actis uidere est, & propterea cum
non fuit facta promissio de iudicio sisti nisi pro cõ
tentis in captura, nec præstiti fideiussores ultra il-
la contenta ea non uideo, quo modo Schiancus
potuerit postea illum conuenire in suo libello seu
petitione, quæ ad iustificationem capturæ erat
producenda, & erat deuenien. ad liquidationem
debiti, non ad nouam petitionem, ut colligitur,
47 ex statuto præallegato, & cũ captura † pro libello
habeatur, sententia debuit illi esse conformis. ca.
licet Heli. de simo. & l. ut fundus. ff. cõ. diui. & qa
quod nõ est allegatum ante capturam non potest
postea allegari. Rip. in d. responso. 13. nu. 29. in fi.

Quartò eodem morbo laborat condemnatio
pecuniarum expensarum per dictum Schiancum
in eundo Anconam, & redeundo, nam cum. D. Io
sephus in nulla fuisset mora constitutus ut supra,
& hæc expensæ, non fuerint etiam petitæ, ut su-
pra ante capturam, cessat omnis scrupulus. Ex q-
bus apparet, quòd ex actitatis in prima instantia
nullo modo poterat condemnari. D. Iosephus, su-
per quo si ille. D. Iudex dedisset dubia. & uoluisset
cõgruo tempore expectare resolutiones, non ita
uehementer errasset.

Ex probatis modo, & deductis in causa appel-
lationis tanto magis uenit absoluendus. D. Iose-
phus, quia ex testibus pro eius parte examinatis
apparet quòd. D. Iosephus negotiũ illud gessit, &
tractauit realiter, & legaliter. Et ꝙ ipse emit oleũ
a dicto Dominico Maranino, qui defecit in tradẽ
do totam illius quantitatem & etiam non erat to
tum qualitatis conuentæ. Quodque orta contro-
uersia inter partes super qualitate olei fuit factũ
compromissum uoce, & sine scriptis, in d. Tho-
mam Benincasam, qui declarauit sex dolia ex tra
ditis, & oneratis fuisse bonæ, & conuentæ qualita
tis, & per consequens recipienda. Et ulterius fuit
facta oblatio ipsi. D. Christophoro de soluẽdo ei
dem pretium olei quo tunc ualebat in ciuitate
Ferrariæ, deductis expẽsis, ut deponunt secũdus,
& tertius testes, sed illam noluit acceptare, & li-
cet tertius addat, ꝙ fuit etiam facta oblatio de sol

uen. dimidii ri aurei pro quo libet milliario ultra dictam pretium, nō propterea minus probat, cum in minori summa saltem conueniant ambo. Barto.& alii in l.prima.§.si stipul.ff.de uerbo.obli. apparet etiam ex dicto quarti testis. D.Thomæ, quòd Schiancus dixit se uelle uendere illud oleū in dicta ciuitate, quod ostendit causam quare noluit acceptare dictam oblationem, cum pretiū olei iam decreuisset in ciuitate Ferrariæ, ut deponunt testes aduersarii ad scutos, quadragnita septem, apparet etiam ex depositione ultimi testis Ferrariæ examinati de protestatione.D.Iosephi, quòd nolebat teneri de suo ex quo solam, & simplicem prouisionem habebat, & intendebat teneri Maraninum, & etiam, quòd intendebat die crastino conduci facere aliam quantitatem olei, admonendo ipsum, ut interesset ad illud uiden. sed tamen ipse noluit expectare,& mane sequenti recessit. Apparet etiam, quòd totus hic defectus nō euenit ob culpam D.Iosephi, sed dicti Dominici ueditoris, ut ipse ingenue fatetur ī suo testificatu, qui etiam, ut ipse, & alii testes deponunt soluit dānum & interesse magistro nauis, qui non fuit oneratus debito tēpore, ut ipse fatetur. Ex cuius etiā Maranini testificatu cōstat. D.Iosephū ei soluisse pretium olei ab eo habitum. 13. milliariorū.41. & menetarum decem octo cum dimidio.& sic apparet, quòd.D.Iosephus longe soluit de suis pecuniis ultra id quod habuit à Schianco, quas accepit ad cambium, ut deponit tertius testis. ex quo etiam uerificantur literę pruductæ in processu de quibus supra mentio facta fuit. Quibus stantibus factum, & ius, quod ex eo oritur. l.si ex plagis.§.in cliuo.ff.ad l.aquil. est ità clarum, ut nullus, uel Minimus scrupulus in ipsum iniici possit, quòd Schiancus iniustam litem non mouerit,[d] & maxima iniuria hunc nobilem mercatorem, & diuitem non affecerit, & propterea de sua temeritate ueniat puniendus.

Laus Deo Opt.Max.

Barth.Bertaz.

In hac fuit iudicatum quo ad merita ad fauorem Rubei, quo uero ad capturam stante consuetudine de qua in sequenti consilio, fuit dictum illam ualere.[b]

Clau.Bertaz.

ADDITIONES.

a Quod habet locum nisi post impositionem pœnæ fuisset addita restrictiua qualitas prohibitionis, ut in statuto nostro in quo postquam prohibetur quem capi in quibusdam casibus additur restrictio prohibitionis, quæ debet referri ad omnes casus supra enumeratos. c.ubi periculum.§.nulli ubi Archidia,& Domi num.4.ac Franc. nu.18.de electio.in 6.& Fel.in c.causam quæ nu.4.de rescript.& facit, quod trad.Bar.in l.doli in prin. ff. de seru. corrupt.ubi si statutum plura prohibet delicta sub pęna, & ultimo addat qualitatem noctis, illa qualitas ad omnia refertur, sequitur Alex. consi. 48. super extractione. nu.7.in primo.

b Hoc autem est iudici arbitrarium qui iudicat, an quis sit de fuga suspectus. Menoch.de arbitr.cas.87.nu. 7.& sequen. ubi in fin.meminit de nostro statuto, de causa autem suspicionis probandum est per apertissimas probationes saltem post factam capturam, ut per Alex. consi. 19.circa prin.in 3.Dec.cons.75.in 3.fundamento, quod procedit de iure communi, nam ex forma statuti nostri solum iuramentum sufficit, ut fol.38.2.facia.in prin.circa quod iuramentum aptissime dubitare contingit, an duplex sit præstandum iuramentum de suspicione fugæ,& de deterioratione cōditionis an tātummodo unū pro suspicione.& uidetur utrunque desiderari ex Castr. consi.ultimo in primo.& Rim.consi.104. sed utrunque semper adhibetur si actor dicat, ut fit communiter ex noua superueniente causa se habere suspectum de fuga reum tanquàm effectum deterioris conditionis solito, & sic manibus tacta scriptura iurare, quia de utroque facta est mentio, & expressio, & subinde additum est iuramentum, quod quidem præsumitur delatum, & præstitum, ut exigit statutum, ut non extra propositum trad. Bal.consi.374.quæritur utrum captura, in fi.in 4. & iuramentum generaliter præstitum secundum mentem iuris uenit interpretandum, & extenditur ad ea de quibus est cogitatum, & debuit cogitari. Io de Selu. in tract. de iureiuran. 2.par.2.q.nu.1.& seq. quod apertè comprobatur ex illis uerbis, (& sic manibus tactis scripturis iurat) quæ repetunt omnia suprascripta. Soc.consi. 151.colu. 2.in fi in primo. Rui.consi.170.nu.2 .iuncto. nu.11.in 2.Cassane.consi.1.in 5.præsuppo.num.82.quibus concinit, quòd sufficit formam uirtualiter, & effetualiter obseruari, ut ad propositum trad Paris.consil.99. num. 16.in 3.In casu autem Cast.& Rim.nec in petitione, nec in iuramēto, nec in probatione fuerat deductum, uel expressum, quòd debitor deteriorasset conditionem suā.

c Sed licet captura sit inualida non ne debet si constat de debito retineri captus? cum de nouo ueniret concedenda secundum iuris communis dispositionem, ut per Caste. in consi.pen.in fi.1.uolum. Paris. de.put.in tracta syndica.in uerbo captura.§.an si potestas in fi.Seueri.in tract. de debito.suspect q.14.Dec consi.449.num.19.Vaut. in tracta.de nullita.tit.ult.num.131.Crau.consi 46.nu. 7.Fran.Viu.2.par.opinio, commu.opinio.36.Cap.non potest 2.colum.

In hac tamē re distingui potest, quod decisiones istę procedunt cum uitium capturę est in quopiam accidentali, & extrinseco, ut citatione in qua loquitur Castr. aut in notificatione petitionis, aut in aliis eiusmodi de quibus statutum uidetur disponere non in substantiali, ut in hoc casu propter naturam rei, & inhabilitatem debitoris qui loco prohibito capitur iuxta.l. quod ab initio.ff.de reg iur.Bal.in l ulti.nu.22.C.de edict. Diu. Adria.tollen. Are.in §.quadrupli.nu.46.Instit.de actio. Additur, quòd decisio Castr. quę à non nullis reprobatur non habet locum ubi interuenit uis spoliatiua capti in loco prohibito ex quo spoliatus est ante omnia restituendus, & ita Castr. uidetur interpretari. Cranet. & Viui. supra adducti, & deprehenditur aperte ex Barto.in q.Lapus.col.2.uer.secundo casu. Ancha consi.292.uer.quinto pro hoc Castr.consi.309.315.in 2. Soc. consil. 113. colum.ult.uer.quando ergo in 3.Ale.consi.159 num.8. in 2.& in l.legata inutiliter.numer.4.ff.de leg 1. Rimi. cons.61.nume.17.Rip.in § nihil commune.l.naturaliter. ff.de acqui.possessio.& ibi Hormano.nu.39.Cępol.consi.19.in ciuil.

Sed diligentius etiam sunt distinguendi aliqui casus, si statutum disponat, ut apud nos, quòd ubi pronunciaretur capturam nullam ille sit detinendus, ut in uersic.& ubi pronunciaretur, quod uerbum refertur ad omnes

nes casus tam præcedentes, quàm subsequentes ex Angel. consi. 88. nu. 2. & Are. consi. 116 post prin. res uidetur clara præterquàm in nostro casu, quia nunquàm poterit detineri cum nullus sit iudex competens, & forensis non ligetur, per ea quæ superius sunt dicta. nu. 12. 13.

De iure autem communi idem est in nostro casu, & in alijs in quibus iudex procedit de facto, & ordine non seruato. quia sicut eo casu spoliatus posset petere se restitui ad eius possessionem, ut per Abba. Fely. & alios in c. dilectus filius. de rescript. & latè Menoch. de recuperã. possessio. rem. 8. nu. 8. ita carceratus potest petere se relaxari etiam quòd de debito constaret. Quo ad reliquos casus non est dubitandum, quòd decisio Castr. est com
* muniter * recepta, qui quidem Castr. loquitur quando captura à principio fuit nulla, & monetur ex l. fi. §. fi. ff. quod met. cau. quasi quòd ista sit uis compulsoria non expulsoria. secundo, quia dato, quòd posset dari remedium spolij spoliatus ante omnis non restituitur quando de proprietate manifeste constat: primam rationem approbat Seueri. in his terminis in allegato tract. de debito suspect. 14. q. nu. 3. & quòd hoc casu per uim compulsiuam non detur restitutio, late probat Menoch. in tract. de recupe. posse. 1. rem. q. 10. nu. 102. & seq. ubi. no. 106. meminit de Hormsa. Dec. in allegato. §. nihil cõmune. nu. 39. secundam rationem Castr. quòd quando non habet locum remedium spolij, uel recuperandæ debitor non sit relaxandus. tenet Neguzant. in tract. de pigno. 3. par. 2. membro. nu. 20 & seq. alias. nu. 47. & seq. secundum aliam impressionem, & Zuecard. in l. fi. C de edict. diu. Adr. tollen. nu. 273. secundum unam alias. nu. 380. secundum aliam impressionem. ubi declarant Neguzant. quod ex quo non datur restitutio spoliato per iudicem iuris ordine seruato procedentem captus non est relaxandus. & quòd remedium spolij non datur aduersus spolium iudicis factum ab eo rite procedente licet non recte, & iniuste, habetur late per Menoch. in d. tract. de recuperan. posse. d. 8. rem. l. 1. nu. 3. & huic rationi in effectu acquiescit etiam Zuccard. consilium etiam Castr. præter alios citatos sequitur Crauet. consi 65. nu. 4 & Bertathi. in tract. de episco. lib. 1. 3 par. nu. 66. ubi reprobat. ual & dicit iudicasse pro opinione Cast. quos etiam alios citans sequitur Catel. Cott. in memoral. in uerbo creditor faciens, & Zuecard. ac Crau. sequitur ac citat etiam Menoch. in tract. de adipiscen poss. rem. 6. nu 30. Ex quibus constat opinionem. Castr. communẽ esse nec esse restrigendam ad casum in quo fuit per cũ consultum, sed generaliter extendendam quatenus extenditur eius ratio, de qua re hæc retulisse nolui quæ in materia capturæ tum ciuilis, tum criminalis usui maximo esse possunt.

a Sed quid si non sit principalis qui iniustam hanc litem moueat, sed procurator? locus erit pœne modo procurator habeat speciale, & indiuiduum mandatum ad faciendũ capi, nam licet alioqui sufficiat mandatum generale, ut per Alex. consi. 133. nu. 3. & seq. in 6. & optime comprobat Seuer. in tract. de debit. suspect. 2. q. per totum, quod maxime procedit si adsit clausula cum plena, & libera potestate &c. censentur. n. per illam concessa ea, quæ exigunt speciale mandatum, Bar. in l. procurator. cui. ff. de procu. Ias. in l. si procurator. 3. not. C. eo. ti. Afflict. decis. 305 nu. 4. cum alis de quibus per Cot. in memoria, in uerbo procurator generalis, & Paris. consi. 78. nu. 28. & seq. & in his terminis. Ale. d. consi. 133. nu. 5. Attamen ubi agitur de pœna quã incurrit Dominus ob factũ procuratoris tunc mandatũ requiritur indiuiduũ, & speciale. Roma. consi. 240 Ale. consi. 19. in fi. in 3. Neuiza. consi. 51. nu. 7. Rol consi. 43. nu. 11. in 1. & 26. nu 23. in 2. qui loquitur in appellatione ab executione sententiæ à qua non potest appellari sine periculo pœnæ.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

De eadem re agitur de qua superius, Et quomodo probetur consuetudo, uel styllus unius Tribunalis, & illa si pœnalis sit ligetur forensis, & de incursione moræ.

SVMMAE.

1 *Iudex ille ad quem sunt directæ litteræ Principis debet seruare decretum, uel constitutionem non autem alius.*

2 *Consuetudo unius tribunalis non extenditur ad aliud quo ad capturam debitoris.*

3 *Consuetudo, & stylus sunt probandi per legitimas probationes.*

4 *Notoria multa dicuntur, quæ non sunt.*

5 *Consuetudo contra ius debet esse obtenta in cõtradictorio iudicio.*

6 *Consuetudo pœnalis, uel prohibitiua non ligat forenses.*

7 *Captura est nulla commissa pro debito partim uero, & partim falso.*

8 *Compensatio censetur facta ipso iure, ut euitetur pœna, uel solutio usurarum aut interesse.*

9 *Mandatarius censetur emere nomine mandantis licet simpliciter, uel nomine ꝓprio emeret.*

10 *Mandatum si non est gratuitum non dicitur interuenisse, sed locatio operarum.*

11 *Vendita re à proxeneta etiam, quòd ipse de suo teneatur non potest tamen à contractu recedi nisi uenditoris ad fuerit dolus, & res uendita partim aliena fuerit.*

12 *Mora non incurritur tradendi rem si non est solutum totum pretium.*

13 *Agere non potest non adimplens pro parte sua.*

14 *Emptor non tenetur soluere pretium si res non tradatur.*

15 *Mora an sit in eo qui non accedit ad locum destinatum solutioni, & quid si certum est ibi non adesse rem paratam.*

16 *Debitor etiam absente creditore an teneatur domi offerre se paratum?*

CONSILIVM CCCCLXVI.

In Domino confido.

NON obstantibus adductis subtiliter in dubiis, aduersus Magnificum. D. Iosephum Rabeum. proculdubio reuocanda est sententia, per Iudicẽ à quo, contra eum lata, quæ à manifesta iniustitia, uel

ab

ab euidenti errore (sententia mea) iure defendi non potest. Et quo ad primum dubium super inualiditate capturæ. In quo dicitur in dubiis non uideri insistendum, stante, quòd omnes practici notarii huius ciuitatis ad officium bulletarum affirmant semper fuisse seruatum statutum nostrum contra forenses, etiam quòd alibi contraxissent, & forum in hac ciuitate non sortirentur. Respondetur, quòd immo super hoc est insistendũ, quicquid affiment ipsi notarii, cum ex hoc fundamento ualidissimo, & quod nullo modo destrui, uel elidi potest ex aduerso, appareat capturam fuisse nullam, & partem aduersam amisisse ius crediti sui, & teneri ad damna, & interesse ipsius appellãtis. per ea quæ latè fuere deducta in aliis allegationibus quæ non euacuantur. per ea quæ in dubiis allegãtur. Si quidem primo quatenus extaret ista consuetudo ad officium bulletarum, uel obseruantia. Illud est propter literas olim Illustr. Marchionis Nicolai Esten. qui uoluit ita obseruari in illo officio, quia intellexit, quòd hic semper fuit obseruatum, quo fit, ut obseruantia illius officii, seu consuetudo huiusmodi, non habeat locũ Coram aliis iudicibus, ut est superior gabellæ, ex

1 quo illæ literæ sunt directæ, ad illum † iudicem, uel superiorem bulletarum, ut ad propositũ. trad. Bal. in l. rece petita. allegatus etiam ad aliud propositum in allegationibus primis in hac causa appellationis scriptis, numer. 7. C. de consti. pecu. & in tract. de constitu. nu. 9. Brun. in tract. super constitu. & statu. in uerb. Curia, in uer. statuta mercatorum. ad fin. & Benuenu. strach. in ti. quomodo in cau. merca. proceden. sit prima par. num. 10. A q

2 bus non discrepat † Are. etiam citatus in allegato cons. 95. colum. 4. Vbi uoluit consuetudinẽ unius tribunalis, & curiæ, uel officii quo ad capturam debitoris, non extendi ad aliud.

Secundò, ego dico, quòd ista consuetudo non est probata, quia non sufficit, finito processu, extraiudicialiter per testes attestari de consuetudine, ex qua datur iurisdictio iudici, contra dispositionem iuris, cum eo casu tractetur de re magni

3 præiudicii, & propterea per legitimas† probationes consuetudo probanda est, ita in indiuiduo. trad. Soc. in consi. 36. num. 11. & apertius in cons. 39. nume. 28. & sequen. 4. uolum. quem sequũtur. Dec. cons. 402. nu. 12. Crau. in tracta. de antiqui. tempo. 4. par. in prin. nume. 36. & Iaco. Phil. Port. primo lib. suarum conclusionum ultima conclusione. 19. limitatione, nec sufficit dicere, ꝙ hæc sit notoria consuetudo, quia multa dicuntur noto-

4 ria † quæ non sunt, ut trad. Dec. in d. consi. nu. 11. & in consi. 483. num. 27.

5 Tertiò ista cõsuetudo † debuisset etiam esse obtenta in contradictorio iudicio, uel ei fuisse contradictum, cum sit contra ius, & non respiciat modum procedendi, ut per Craue. d. nume. 36. & latè Fran. Viui. in suis communibus opi. prima par. opi. 56. consuetudo.

Quartò, sicut etiam fuit dictum de statuto in prioribus allegationibus, quod non ligat forensem, qui nullum actum gessit in territorio, nec illic ullas res habet, ita etiam dicendum est de cõsuetudine compulsiua, ut est hæc, uel prohibiti-

6 ua, seu pœnalis, † quæ non ligat forenses. Bal. in l. de quibus. num. 25. uer. 4. quæritur. ff. de legi. Alc. consi. 44. uideretur prima facie. col. 4. 2. uolumin. Roch. de Cur. in tracta. feu. ca. fi. de consue. 12. q. num. 695. & numeris sequen. & Franc. Viui. in dictis suis communibus opi. opinione. 286. statutũ ad fi. prima par. Ex quibus apparet omnino hanc capturam fuisse nullam, & nullo modo substentari posse. & hoc solum sufficit ad uictoriam appellantis.

Quæ etiam ex alio conuincitur de nullitate ex quo fuit commissa pro debito partim uero. par-

7 tim falso, ut in primis allegationibus, sicut † non ualet ad iudicatio, ad decretum iudicis. Rom. cõsi. 454. in re præsenti. colum. 3. uersic. 3. ex regula. Rui. consil. 145. numero. 5. in 4. & Deci. consil. 403. numero 21.

Nec est uerum, ut dicitur in dubiis, ꝙ ex calculo appareat ipsum Rubeum esse debitorẽ in maiore summa, quàm ꝑ parte nostra dicatur, quia immo ex processu apparet totum contrarium, cũ enim ipse Schiancus habuerit milliaria uiginti septẽ olei. minus Octaua parte unius milliarii, seu fuerint assignata per Rubeum Tabarino, Magistro nauis ipsius Schiãchi, ut in literis sub die. 20. Iulii productis per Schianchum, illud oleum, ultra summam Calculi Schianchi. scutorum. 1248. alios ducatos. 42. importat. & scut. 4. minus Octaua parte pro noua impositiones, & sic scut. 46. minus Octaua parte ducati, ultra summam crediti Schiãchi, adeo quòd quoquo ipse se flectat, non potest negari quin pro maiori summa, quàm ipse posset procedere, illam capi fecerit. Et licet ipse Schiancus conquestus fuerit, quòd in mensura defecisset quædam particula olei, tamen ipse Rubeus per literas. 10. Augu. replicauit iustè fuisse factam mensurationem nautæ, & reddidit rationem mensuræ illarum partium, quas literas recepit Schiancus, & illas ipse produxit, & illis acquieuit, nam illis est standum. Paris. alias citatus cons. 96. num. 2. & 112. num. 44. & sequen. 1. uolu. cum aliis trad. in prioribus allegationibus preter id, ꝙ ipse Rubeus non tenetur manutenere mensuram ad portum Ferrariæ, cum satis sit, ꝙ mensuram ipsum consignauerit Magistro nauis, & præter id, quod non constat, quid & quantum defuerit, & si aliquid defuit, id parum erat, adeo, ꝙ negari non potest, quòd omni casu ipse Rubeus nõ erat debitor scutorum quingentorum pro quibus fuit captus, & condemnatus. & in facto ostendetur calculus factus secundum ueritatẽ ex quo poterit dignosci tam super iniustitia, & in ualiditate capturæ, quàm super iniquitate sententię. Et ꝙ ipse non esset creditor scutorum quingentorũ auri pro quibus ipsum capi fecit, & in quibus est condemnatus, apparet etiã ex calculo met Schiãchi,

chi, qui se facit creditorem de ducatis. 507. qui uix possunt facere scutos quadrigentos quadraginta, cum scuti crescant in rationem quindecim & ultra procentenario, ut in calculo ipso. Et ex his tollitur etiam motiuum in dubiis motum, ꝙ ex quo respectu huius quantitatis, & huius capituli, debitum erat uerum, licet respectu alterius capituli esset falsum, non annullaretur captura, per trad. per Doct. in l. fi. ff. de iur. om. iudi. quia cũ hoc debitum respectu huius capituli in totum nõ esset uerum sed falsum non potest sustineri captura, nec Doct. illi dicunt contrarium.

Cæterum respectu prouisionis debitæ. D. Ioseph in rationem duorum pro cent. illa etiã erat detrahenda de dicta summa, tam & si non fuerit opposita compensatio, quæ non erat necessaria opponi, ut dicitur in dubiis, quia quando tractatur de incurrendo moram, uel pœnam aliquam
8 seu, quòd quis posset teneri ad usuras † uel ad aliqua interesse, ut in casu isto, ad illa euitandum ipso iure censetur facta compensatio absque oppositione, ut trad. Soc. Alex. & Rui. citati per Tiraq. in tract. de retract. ti. 1. §. 3. gl. 3. nu. 8. & 9. Concludo igitur capturam fuisse nullã, nec sustineri posse aliquo modo. Quo stante non esset amplius disputandum de meritis, super quibus etiam dubitauit Magnificus Consultor. Verum quia in hac causa super utroque iniustissimè fuit iudicatum, satisfaciam etiam dubiis super meritis ipsis excitatis.

Quo igitur ad merita causę, cõcludo, ut in aliis allegationibus, nullo modo posse defendi sententiam ipsam ab iniustitia. primo enim non potest negari, quin fuerit interpartes conuentum, quòd D. Iosephus non teneretur de proprio, sed fideliter tantum, & legaliter negocium gereret, ut in literis productis, quæ cauillari non possunt, cũ sint claræ, & apertę, quo fit, ut nullo modo ipse potuerit conueniri, ac si ipse esset debitor olei, sed satis fuit indicare à quo emerit, uel cedere iura cõtra eum, si aliqua habebat, sicut non tenetur proxeneta nec procurator, ut dictum fuit in allegationibus ipsis, Quibus non obstat, ut dicitur in dubijs, ꝙ ipse non interueniret, ut proxeneta, quia non accommodauit ministerium suum inter duas partes, cum immo illud officium propriè dicitur exercuisse, cum nomine suo non emebat, nec pro se, sed pro Schianco, licet illum non nominauerit, quod etiam faciunt sæpissimè alii proxenetę, emẽdo, uel uendendo bona domini non nominati, à quo tamen ipsi habent mandatum de uendendo uel emendo, ut scio olim fuisse probatum in causa uelluti Bonacossũ, empti per Lãbertum, in qua iudicauit M. V. & talis consuetudo, & stylus est et Anconæ, ut in fide mercatorum de ea attestantiũ apparet, cui standum est, ut dixi in allegationib. Sicut etiam si consideretur, ut procurator non potest teneri, nec erat opus protestatione in contractu emptionis respectu domini, stante conuentione facta inter eos, de qua in literis, sed respectu tertii uenditoris, cum quo contrahebatur bene fuisset necessaria, sed de hoc non agimus, quia fatemur, quòd ei tenebatur ex quo simpliciter cõtraxit, & non fuit nominatus dominus, & huc tendunt omnia quæ dicuntur in dubiis, de contractu gesto nomine proprio non expresso nomine ipsius Schianchi, quia id procedit respectu tertii, non respectu mandantis, cuius nomine censetur factus contractus, etiam, quòd mandatarius, uel
9 simpliciter emeret, † uel nomine proprio, ut communiter trad. omnes. Doct. in prioribus allegationibus citati, & ultra illos. Barb. in conf. 46. colum. 6. in prin. uer. facit etiam. 3. uolum. & Alex. Ias. & alii in l. qui in aliena. §. si is ꝙ putabar. in prin. post gl. ff. de acqui. hære. & alii citati per Tiraquel. qui in hoc non contradicit. in fi. tract. de retract. conuentio. num. 115. & sequen. sicut etiam aliter non dicit Alc. per me citatus in regula. 24. num. 5. Et licet Rui. in §. nuntiatio. nu. 38. l. 1. de ope. no. nũc. disputet more suo contra communem opinionẽ, uidetur tamen etiam illi inhærere in lectura mea num. nihi. 14. col. 4. & 5. uer. sed forte dici potest,
* sed quicquid ipse teneat. communiter * Doct. tenent hanc conclusionem, & ibi Alc. nu. 14. & 15. dicit illam esse tenendam, quicquid disputent aliqui, forte intelligendo de Rui. Et si ista opinio tenenda est quando mandatarius gerit negociũ mandatum, suo nomine expresso, quanto magis quando simpliciter emit, ut simpliciter hic censetur facta emptio, nam licet. Io. Paulus eius factor emerit oleum pro Rubeo, non propterea dicitur expressum, ꝙ nomine suo emit, sicut si Rubeus emisset, & dixisset emo nomine meo, nec enim alius potuisset emere nisi nomine Rubei ex quo pro eo emebat, sed non propterea possumus dicere Rubeum expressisse se nomine proprio emere, sed est ac si ipse simpliciter emisset. Quæ difficultas tanto magis cessat, stante stylo de quo supra, producto in causa, & cum agatur inter mercatores non uideo quomodo non probet nec ei sit adhibenda fides.

Sed & ex alio uidetur, quòd uersemur in casu claro, quia hic propriè non uidetur interuenisse mandatum inter partes, cum non fuerit gratuitũ,
10 † sed locatio operarum. l. prima in fin. ff. manda. gl. in l. 1. ff. de procur. & in conductione, & locatione dubium non est, quia leges contractus sint seruandæ. l. legem. & l. circa. C. locat. unde cum conuẽtum fuerit, quòd ipse non teneretur de suo, iniquissimum est, quòd fuerit contra conuentionem cõuentus, & condemnatus quasi teneretur.

Secundum fundamentum, pro hac parte, constructum, quòd etiam, quòd de proprio teneretur
11 (quòd falsum est) tamen non poterat † à contractu recedi per tex. citatos, & decision Afflict. in terminis. 283. in primo dub. ad huc in concussum manet, cui nõ obstat consilium Rui. citatum in dubiis. 141. in 1. uol. quia in casu suo mouetur pluribus rationibus, quæ in nostro cessant, & cessantibus rationibus cessat etiã dec. l. quod dictum,

ctum.ff.de pact.nam primo ibi fuerat uendita res pro parte aliena,& uendens fuerat in dolo, emptor ſolucrat totum pretium,& uenditor pluries interpellatus, fuerat conſtitutus in mora,quam amplius nō poterat purgare propter iuramentū. Et,quia contractus erat iuratus poterat ab eo recedere emptor propter in obſeruantiam partis, l.ſi quis maior.cum ibi not.C.de tranſact. ex quibus pōt ſuſtentari opi.Rui.qui alias diceret cōtra tex. allegatos, & malè teneret cōtra id quod fuit iudicatum in caſu Affli. qui loquitur etiam data mora uenditoris,ut per eum ibi, quæ tamen etiā non interuenit, ut dicam inferius, & dixi in aliis allegationibus.

Tertiò, quòd iniuſta fuerit ſententia propter condemnationem ſcutorum quingentorum auri negari non poteſt,ut ſupra dixi, cum calculus ſit erroneus Schianchi,& infidelis id oſtendat,& in facto demonſtrabitur.

Quartò loco ſententia non poteſt defendi ab iniuſtitia, pro damnis,& intereſſe,ſeu lucris actoris,cum ipſe.D.Ioſephus in nulla fuerit mora conſtitutus,ex quo non fuit ei ſolutum totum pretiū,
12 cum etiam uix agere potuerit† eo non oblato,ut dixi in allegationibus,citando in terminis Alex. & Rui.quibus additur Corn.in conſi.246.2.colu. 3.uol. Vbi ampliat,ut uenditor non conſtituatur in mora,etiam per interpellationem ei factam, ſi emptor pro parte ſua prius non adimpleat.Et, quia
13 non adimplens pro parte ſua.† non poſſit etiam agere ad rem,latè trad.Rol.à Val.conſ.53.nu.27. & ſequen. 1.uol.

Nec quicquàm facit,quod dicitur in dubiis
14 emptorem non teneri† tradere, uel ſoluere pretium, niſi ſibi res tradatur. l. qui pendentem, §. offerri.de actio.emp.quia,& ſi id uerū ſit, ita nec uenditor tenetur rem tradere, niſi pretium ſoluatur, utibi, nec poteſt in mora conſtitui niſi alter impleat contractum pro parte ſua,quod aliud eſt & ſi non confidebat Schiancus de emptori, debebat deponere pęnes tertium,ut docet.glo.in d. §. offerri. ſed non tantum illud non depoſuit, ſed nec etiam unquàm obtulit,& ſic non poteſt tolli fundamentum noſtrum,uel euitari.

Quod autem ex conuentione fuerit conuentū quòd oleum traderetur ante receptionem pretii, non uideo ubi probetur in proceſſu, ſicut etiam nihil facit,quòd Rubeus conqueſtus non fuerit, uel quòd Schiancus fuerit ſemper paratus ſoluere,quia hoc non ſufficit,ſed realiter erat implendum,alias aduerſarius non potuiſſet conſtitui in mora, immo cōſtat ex literis productis, quòd ſæpe ipſe conqueſtus fuit,quòd de ſuo expendiderat pro ut uere expendidit,& hortatus fuit Schiācum, ut daret ordinem Rugerio, ut illi ſolueret reliquum illud, quod expendiderat, & etiā reliquū olei ſtatim quòd fuiſſet totus oneratus, ut in literis productis ſub die.19.& 26. Octobris, adeo, quòd opportebat Schiancum ſaltem docuiſſe talem ordinem dediſſe poſt hanc petitionem factam, ſed illa etiam non ſat eſſet, ad petendum damna,& intereſſe,antea paſſa,ad quæ iniuſte fuit condemnatus appellans. Et dum dicitur in dubiis,quòd non conſtat de prohibitione allegata in literis ſcriptis Schianco,reſpondetur ſtādum eſſe illis literis contra Schiancum illas recipiētem, ſine proteſtatione,& ſubinde producentem.iux.trad.per Pariſ.Beneuenut.& alios in allegationibus citatos,quibus nulla ex aduerſo datur reſponſio.

Sic etiam ex alio fundamento non poteſt dici appellantē fuiſſe in mora ex quo tempore debito, ſcilicet de menſe Aprilis, nō miſit nautam ad accipiendum oleum,nec probauit fuiſſe in loco. Vbi debebat conſignari,ut dictum fuit in allegationibus. Quibus non obſtat quod reſpondetur in dubiis,quòd opi.Bar.& aliorum citatorum nō pro
15 cedit† quando eſt certum debitorem non habere rem paratam ſolutioni in loco deſtinato, quā ibi offerre poſſit,ut per Bal.in l.acceptam. in prima oppo.C.de uſur.& Io.de Ami.conſi. 152. ubi ita limitat illam doctri.Quia reſpondetur primo, quòd Bal.loquitur in alio caſu ſcilicet in eo, qui tenetur offerre,cuius oblatio non releuat, quando conſtat non habere rem paratam,in quo caſu nos non uerſamur,cum hic nō teneretur Rubeus offerre ad excuſan.morā. ſed tenebatur illuc mittere Schiancus tempore debito,ut conſtitueret illum in mora,ſic etiam Io.de Ami.non loquitur in hoc caſu,quia loquitur in caſu in quo erat impoſſibile extrahere frumētum ſine literis regiis,quæ non erant impetraræ,& inanis fuiſſet acceſſus ad eum locum,quàm nis etiam in hoc aliter ſentiant Doct.in allegationibus citati,ut non ſufficiat eſſe certum debitorem non habere rem,at in propoſito nos uerſamur in alio caſu, in quo nullam hēt certitudinem Schiancus Rubeum nō habere modum tradendi oleum,licet ipſe ſcripſerit non habuiſſe emptum à Maranino,uel ab illo amico, à quo emerat,quia cum ipſe Schiancus prætendat contractum Maranini ad ipſum non pertinere,& Rubeum ſibi teneri de proprio,certè potuiſſet Rubeus tradere aliud oleum, etiam ſi illud adhuc non accepiſſet,& propterea non poteſt dici conſtitutus in mora,ſtante prętenſione Schiāchi,quo fit,ut alterum de duobus neceſſario ſit dicendū, aut,quòd Schiancus approbauit contractum factum cum illo amico,qui fuit ille Maraninus (quod uerisſimum fuit)& propterea non miſit prius ad accepiendum oleum,& ex literis ipſius ſatis conſtat de ipſa approbatione,& tunc conſtat, quòd Rubeus non tenebatur tradere aliud oleum, nec tenebatur de ſuo pro tali contractu, ut in conuentione partium, & habemus intentum. aut quòd Rubeus contra conuentionem teneretur de proprio,& hoc cāu procul dubio poterat ſoluere aliud oleum,quàm dicti Maranini,& ſic nulla certitudo erat Schianco, quòd ipſe nō haberet oleum. unde,ut illum conſtitueret in mora,debebat illuc mittere tempore debito ad accipiendum oleum.

Quod

Quod modo teneretur Rubeus domi offerre se paratum etiam absente creditore, falsum est, & cōiter * contrariū tenetur † quicquid uoluerit Ale. in allegato consi. 120. in fi. in 5. uol. ut per eundem Ale. in cons. 92. col. 4. 1. uol. Bologni. in add. ad consilium Ana. quintum. Aret. qui in hoc latè instat in cons. 163. uerum est, col. 3. Dec. cōsi. 161. nu. 4. contra trad. consi. 57. nu. 4. & nu. 13. & Bellō. consi. 45. nu. 4. quæ opi. probatur ex tex. in l. si fundus. §. ñ. ff. de leg. commis.

Sicut etiam falsum est, ꝙ Schiancus receperit partem olei cum protestatione aduersus Rubeū, sed tantummodo literas scripsit Rubeo, ꝙ deberet protestari uenditori respectu resídui non traditi, ut in literis Rubei sub die. 10. August. & ipse respondit, ꝙ allegabat prohibitionem alias scriptam a deo, quòd non potest iustè dici fuisse receptam partem cum protestatione. Et cum ex aliis allegationibus, & ex dictis contra satis fuerit ꝓbatum ipsum Rubeum nullo tēpore fuisse in moram constitutus, non est disputandum an fuerit ꝓbatum ualor olei de mense Maii, Vltra quòd erat impossibile illud eo tempore conducere nō mittendo nauim ad illud accipiendum, pro ut minime missa fuit, ut alias fuit dictum.

Cessat etiam quod dicitur de multis interpellationibus factis per Schiancum, quia ante receptationem primi olei nulla apparet facta, nec facta, ipsum appellantem constituisset in mora non mittendo nauim ad accipiendum oleum, & non ad implendo pro parte sua ad implēda, ut supra.

Respectu expensarum pariter sententia fuit iniusta, tum quia pro his nō fuit commissa captura, tum, quia ipse non fuit in mora, ut supra, quo casu non est locus trad. per Castr. in l. Lucius Titius. ff. de act. emp. & quatenus fuissent debitæ debuissent solui per Maraninum, qui non seruauit conuenta, pro ut soluit etiam alias expensas nautæ, ut in processu, non per ipsum. D. Iosephum, & ita iudicio meo, satisfactum est omnibus dubiis, & clara remanet conclusio male fuisse iudicatum super omnibus, & bene fuisse appellatum.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Emens à delinquente quibus casibus dicatur præferri debere fisco, & quando possit saltem recuperare pretium?

SVMMAE.

1 *Alienare potest delinquens, si non habebatur pro tali, & illius delictum ignorabatur.*

2 *Secus si statutum mandat, ut ipso iure bona publicentur.*

3 *Statutum castri est seruandum nec est recurrendum ad statutum ciuitatis.*

4 *Statutum loquens per uerba (publicentur) non intelligitur ipso iure, sed per sententiam.*

5 *Delinquens tenetur pœna statuti loci delicti non originis.*

6 *Statutum loci seruatur in quo delinquens punitur.*

7 *Et maxime quando sumus in eo casu quo statutum punit delictum de iure communi.*

8 *Et non imponitur pœna ipso iure, sed per sententiam.*

9 *Statutum originis ligat quando delictum commissum est in locis confœderatis.*

10 *Bannitus ab uno loco censetur etiam bannitus à loco confœderato.*

11 *Emptor bonorum rei etiam læsæ maiestatis non tenetur restituere.*

12 *Vel saltem est restituendum pretium bonæ fidei emptori.*

13 *Et maxime si alienans ex causa alimentorum alienare compellitur.*

14 *Bona quæsita post confiscationem non ueniunt in eam.*

15 *Fiscus non debet habere rem alienatam, & pretium illius erogatum in emptionem alterius rei.*

CONSILIVM CCCCLXVII.

In Domino confido.

NON est dubitandum quin D. Io. M. de Madiis de Carpo emptor terrarum illius Cæsaris de Cupardis iustitiam fouerat contra Ducalem Cameram prætēdentem, bona alienata in ipsum. D. Io. Mariam post delictum commissum per ipsum Cæsarem ante tamen sententiam latam uenire in confiscationem, ex pluribus: & primo, quia uenditio, & alienatio facta ipsi. D. Io. M. licet fuerit facta post delictum commissum tamen illud erat occultū, & non est præsumptio aliqua contra emptorem, quòd de eo habuerit scientiam, uel participauerit de fraude, cum communiter tempore dictę uēditionis ipse uenditor haberetur pro non delin-
1 quente, & ignorabatur eius delictum, quo † casu ualuit alienatio ipsa, ut trad. Bar. nume. 2. & alii in l. post contractum. ff. de donat. Quod autem communiter omnes ignorarent eius delictum, & haberetur pro non delinquente, & practicaret, ac cōuersaretur quotidie publicè in dicta terra Carpi, & coram magistratibus, plenissime probatum est, per plures testes in processu examinatos.

Nec obstat ut dicitur in dubiis subtiliter excitatis

tatis, quod hec non habeant locum, cum ex forma statutorum Ferrariæ, ad quæ habendus est recursus in defectum statutorum Carpi, censeantur publicata bona homicidæ à die commissi delicti, quo casu ipso iure dominio suorum bonorum priua-
2 tus extitit, † & non ualuit alienatio. Bar. in d. l. post contractum. numer. 12. Dec. consil. 235. numero quinto, & Boss. in titul. de bono. publica. numero 76. cum seq.

Namque respondetur, dispositioni statuti Ferrariæ locum mine fore, cum extet statutũ particulare Carpi, puniens homicidas, & non inducens confiscationem bonorum ipso iure. cui standum
3 est, & non pôt haberi recursus ad statuta † huius ciuitatis ex quo per illud expressè prouisum, ut ad propositum trad. Soci. consi. 7. col. 3. in primo uolum. & Barth. eius filius consi. 128. numero. 6. & 7. in 4. Et licet statutum Carpi nõ exprimat, an pœna homicidæ sit irroganda ipso iure, uel per sententiam, tamen cũ uerba illius sint clara, quòd importent per sententiam, cessat difficultas. cum enim loquatur per uerba futuri temporis dubiũ non est quin importet per sentẽtiam, ut trad. Bar. in statuto loquente per uerba, publicentur, quòd
4 non intelligatur † ipso iure sed per sententiam, in l. prima. ff. ad l. Iuliam de ui priuat. sequitur Fely. in capi tul. Rodulphus. numero uigesimooctauo, de rescrip. & trad. fusissime Tiraquel. in repet. l. si unquàm. in uerbo reuertatur. numero trigesimonono, & seq. C. de reuocan. don.

Sicut etiam cessat aliud dubium, quòd hoc casu esset attendendum statutum Centi in cuius territorio fuit commissum delictum, quo disponitur ipso iure publicata censeri bona, & hoc casu com
* munis * uidetur opinio, quòd delinquẽs teneatur
5 pœna statuti loci delicti non originis † propriæ. Mars. Soci. in c. postulasti. numer. 16. de for. compet. nanque tollitur hoc motiuum ex eo, quod immo statutum Carpi erat seruandum, quo ligabatur delinquens, etiam quòd delinqueret extra territorium statuentium. quia licet sint opiniones inter Doct. quæ statuta ueniant seruanda, attamen communis opinio est, quod seruetur illud illius
6 loci in quo † delinquens punitur. & ita loquitur Soc. in dicto loco. sed cum punitus fuerit Carpi, cui dubium, quòd secundum hoc statutũ condẽnatio ueniebat facienda? Et proculdubio hoc procedit quando uersamur in eo casu in quo delinquens ligatur suis statutis originis, pro ut in casu isto, scilicet quando statutum punit delinquentẽ
7 malef. quod alias est delictum † de Iure cõi pro ut in hac specie tot. tit. ff. ad l. Corn. de Sica. & non
8 imponitur † pœna ipso iure, sed per sententiam ita trad. Gyn. & Bald. numero uigesimotertio. ubi Aret. colum. fin. qui dicit hanc opinionem communem. in l. prima. C. de summa trin. & fid. catho. Idem tenet Abb. in capit. primo numeto octauo de rapto. quem sequitur Fely. in c. fi. numero 12. de for. compe. & idem trad. Soc. in cons. 272. col. pen. uer. 2. principaliter. 2. uol. & declarat distinguendo Henricus Botte. in tract. de Syno. episco. secundo artic. prima conclusione, secunda limitatione, numero 23. & in seq. limitatione nume. 24. quod etiam tãto magis procedit, cum delictum commissum fuerit in terris subiectis Serenissimo Principi nostro. quia si ligat statutum originis
9 † cum delictum commissum sit in locis confœderatis, Crot. in repet. c. 2. §. statuto col. 5. uer. ult. sal lit. de constit. in 6. & Bannitus in uno loco, cense
10 tur † etiam bannitus à loco confœderato, Marsil. consil. trigesimosecundo, numero octauo, & in pluribus aliis locis tanto magis ligat si committatur in locis subiectis eidemmet Principi.

Secundò, posito & non concesso, quòd locus fuisset dispositioni ipsorum statutorum Ferrariæ, uel Centi, ut cõfiscatio bonorum delinquentis ipso iure facta censeretur, cum tamen delictum huiusmodi esset occultũ, & ipse delinquens publicè pro innocẽte reputaretur ab omnibus, nulliusq; fraudis particeps fuerit emptor, q̃ non lucratiuo sed oneroso titulo rem comparauit, non est reuocanda alienatio, ut in alienante post commissum
11 crimen † læsæ Maiestatis trad. Cyn. & Ang. post Iacob. de Are. in l. meminisse. C. ad l. Iul. maiesta. & uidetur etiam sequi. Bos. in d. numero 76. sed clarius firmat Hier. Gig. in tracta. de crim. læsæ Maiest. lib. 2. ti. de pœn. committen. crim. læsæ Maiesta. q. 24. nu. 2. & saltem uenit restituendum pre
12 tium † bonæ fidei emptori, ut per Cyn. in d. l. meminisse in fin. Gig. d. q. uigesimaquarta, numero 6. & Boss. loco præallegato. numer. 77. & in titu. sequen. debito. an delinquenti soluc. pos. numero septimo. in fine. Et in his terminis in indiuiduo trad. Alciat. pluribus rationibus, & auctoritatibus id comprobans in d. l. post contractum numero decimosexto, & decimoseptimo. Quod ẽt communi consensu admittitur, quando alienans
13 ex cã necessitatis alimẽtorũ † uel aliorũ alienare cõpellitur, ut per Bar. d. nu. 22. & ibi Alc. nu. 16. & Boss. d. nu. 77. & de qua necessitate attestãtur etiã testes in processu examinati, & mentio habetur in instrumento uenditionis prædictæ.

Tertiò, & ult. certũ est, q in cõfiscationẽ nõ possunt uenire, ẽt si in hoc casu dicta statuta Ferrariæ, uel Centi locũ sibi uẽdicarẽt, bona q̃sita post delictũ, cũ eo tpe lex inducat ipso iure cõfiscationẽ,
14 q. a bona q̃sita post cõfiscationẽ nõ ueniũt † in cõfiscationẽ. l. si tibi mãdauero. §. is cuius. ff. mãd. Iacop. Rim. in cõs. 100. num. 8. & seq. in 1. tom. consiliorũ crim. & Nat. q. ẽt in hac ciuit. cõsuluit in cõsil. 472. numero quarto, & sequent. & in crimin. læsæ maiesta. trad. Gyg. d. tit. quæst. septima. quo fit, ut cum hæc bona empta post delictum fuerint etiam apprehensa per Cameram, & ex eis fuit satisfactum doti uxoris delinquentis pro libris quingentis, pro quibus ipsa ius habebat, in bonis confiscatis, & cuius iura præferrebantur, ut in statuto nostro, pœna homicidium committentis, &c. & in alio statuto, quòd in publicatione bonorũ intelligantur reseruata

Iura creditorum certe iniquissimum, esset, ut etiã uellet hæc empta per D. Io. Mariam cuius pecuniæ solutæ pro prætio rei emptæ delinquenti fuerunt erogatæ in emptionem harum terrarum per dictum delinquentem, ut promiserat facere in dicto instrumento uenditionis factæ. D. Io. Mariæ. nec hoc iuri consonum est, cum pretium sit omnino per fiscum restituendum si extat, uel ex eo em
15 pta sit alia res uel conuersum sit † in utilitatem confiscati, cum non debea habere rem, & pretiũ ut in terminis trad. Boss. d. numero 77. quę tamen ex superabundanti uolui adduxisse, cum ex præcedentibus fundamentis apertè comprobatum sit uenditionem ualuisse, uel saltẽ uniuersum prætium restituendum esse.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Ignoratur exitus huic controuersiæ impositus.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Condemnationes delinquentium si sunt restitutæ ex pacto a Comite qui administrauit alteri comiti, de quibus condemnationibus sit intelligendum? & an de exigibilibus tantum, uel exactis?

Et quando Pater teneatur soluere condemnationem pro filio?

SVMMAE.

1 *Contractus à conuentione legem accipiunt.*
2 *Et illius uerba cum sint clara ab illis non recedendum.*
3 *Pater non tenetur soluere condemnationem pro filio.*
4 *Et maxime quando non extat statutum, quòd pater teneatur pro filio.*
5 *Præsuppositum partium si non potest uerificari nec habet locum dispositio.*
6 *Fugitiuus non dicitur qui redit in patriam, & ibi habitat licet in iurisdictione ubi est condẽnatus non ueniat, nec.*
7 *Fugitiuus potest dici qui ad proprios lares redit cum magis ex iusta causa recedere dicatur.*
8 *Ratio una habetur pro expressa quando nulla alia reddi potest.*
9 *Cessante ratione, uel causa dispositionis cessat dispositio.*
10 *Habitare, uel esse in loco quis non dicitur qui nõ perpetuo sed ad tempus est mansurus.*
11 *Pater præsumitur amare filium, & plus teneri in filio quàm in se ipso.*
12 *Patriam suam quilibet diligere præsumitur.*
13 *Statutum ualet, quòd bona filiorum, & uxoris capi possint pro fallentia mariti, uel patris.*
14 *Pater tenetur ad soluendum condemnationem filij de peculio ipsius filij, & contra eum pro filio condemnato potest fieri executio.*
15 *Contrarietas uel repugnantia non debet induci in aliqua interpretatione.*
16 *Verba sequentia à præcedentibus interpretationem accipiunt.*
17 *Absurdum ut euitetur uerborum restrictio est facienda.*
18 *Verborum interpretatio illa est facienda quæ menti partium coueiat.*
49 *Et secundum id quod est uerisimile.*
20 *Verborum est facienda restitutio quando quis indebite damnum pateretur.*
21 *Interpretatio uerborum secundum naturam cõtractus est facienda.*
22 *Et contra illum est facienda qui potuit legem apertius dicere, & se fundat in uerbis.*
23 *Condemnatus quis non dicitur, qui legitime, & ritè non est condemnatus.*

CONSILIVM CCCCLXVIII.

In Domino confido.

IN diuisione iurisdictionũ facta inter Illustr. Co. Alphonsum, & Theophilũ de Calcagninis nobiles Ferrariæ ĩter cętera pacta, & capitula factum fuit pactum, & capitulũ infrascripti tenoris uidelicet.

Item sia tenuto à pagare à denari contanti per tutto l'anno presente 1555. all'altro tutta quella somma de denari, che l'altro si trouasse creditore per cõto di cõdennationi fatte iui. & sia in libertà riscuoterli dalli cõdennati à suo beneplacito. Et questo s'intenda tanto di quelli che sono nel paese, quanto di quelli che sono fugitiui, li quali hanno modo di poter sodisfare, ò che li loro padri hanno facoltà idonea da poter pagare per loro.

Quo stante dubitat̃, nunquid Ill. Co. Alphõsus teneat̃ d. Ill. Co. Theophilo ad soluendũ oẽs condẽnationes factas tp̃e sui gubernii, & administrationis in iurisdictionibus Cupriaci, Maranelli, & territorii Leonini, obuentis in partẽ d. Ill. Co. Alphõso, licet cõdẽnati sint forẽses, cũ tamen eorũ p̃res, & Forẽses, & alibi habitãtes possideãt bona in dictis iurisdictionib. Et primo aspectu ṽr cõcludẽdũ, ꝙ sic, ꝑ ultimã clausulam dicti capituli, q̃ hunc casum expresse comprehendere uidetur,
1 contractus enim † à conuentione legẽ accipiunt, l. prima. §. si conuenerit. ff. depo. & in regula contractus. de reg. Iur. in 6. ubi glos. dicit, quòd pacta ut di-

ut dicunt uulgares, rumpunt leges, facit l. contra-
ctus. ubi Cag. nu. 93. ff. eo. ti. & cum uerba uideant
2 clara ab eis nõ uideĩ recedẽdũ l. ſi quis ſtipulatus
ſit ſticum. ff. de uerb. oblig. cũ aliis trad. per Dec.
in conſi, 374. in prin. At ego in hãc ſententiam cõ
currere non poſſum ut teneatur, immo contrariũ
magis iuri, & æquitati conſonum eſſe arbitror.
Mouer. enim primo, quia partes ipſæ non conue
nerunt, quòd indiſtinctè unus alteri teneretur nu
merare quantitates omnium condemnationum,
quæ deberentur in iuriſdictione ubi in parte ob-
uenta, cum ſocio, quo caſu proculdubio poſſent
comprehendi etiam inexigibiles, ſed tantum uo-
luerunt comprehendi quæ poſſent exigi, per no-
uum Dominum, quòd oſtendunt illa uerba, (*&*
ſia in ſua libertà riſcuoterli dalli condennati à ſuo beneplaci
to) propter quam clauſulam contrahentes cenſen
tur præſupponere, quòd poſſit exigi, & ſint exigi-
biles omnes illæ quantitates, quæ ſoluentur cum
ſocio. ſi igitur in caſu iſto apparet, quòd condem
nationes debitæ per filios tam. ſunt inexigibiles,
3 quia certum eſt patres non † teneri ad ſoluen. pro
eis tot. ti. C. ne fil. pro patr. in rubrica, & nigr. Bal.
conſi. 257. quæritur. tertio, uolum. & habetur in l.
ſi finita. §. ſi de uectigalibus. poſt Bar. ff. de damn.
infect. maxime cum non extet ſtatutum, quòd pa
ter teneatur pro filio, de quo per Bar. & alios l. cũ
filiusfam. ff. de uerb. oblig. de quo latè trad. Marſ.
in l. infans. numero 14. & ſequen. ff. ad l. Corn. de
ſicar. propterea in caſu iſto non poteſt uerificari
præſuppoſitum partium, quòd pecuniæ ſoluen-
dæ per conſocium ſuo arbitrio poſſint à condem
natis exigi, ad ſuum beneplacitum, & diſpoſitio
5 ipſa † eo caſu non poteſt ſibi locum uendicare, iu
xta ea quæ trad. gl. & Bal. in l. mancipia. ff. de ſeru.
fug. latè Fel. in c. nonnulli. colu. antepen. numero
trigeſimoquarto, de reſcript. Dec. conſ. 644. ad fi.
& Cur. Iun. conſil. 151. numero nono, ac Marſ. ſin
gulari, 339. cui non conueniunt.

Sacundò moueor, quia iſte caſus non compre
henditũ in dicto capitulo, nam non comprehendi
tur ſub illa clauſula) *Et queſto s'intenda tanto di quelli*
che ſono nel paeſe) quia non conſtat, quòd hi condẽ
nati eſſent in iuriſdictionibus tempore factæ diui
ſionis pro ut exigit capitulum, nec comprehendi
tur ſub alia clauſula,) *Quanto di quelli che ſono fugi-*
tiui) ille enim non dicitur fugitiuus qui redit in pa
triam, & ibi habitat, licet in iuriſdictione ubi eſt
6 condemnatus † non ueniat, iuxta l. quid ſit fugi-
tiuus. ff. de ædili. edict. in l. prima. ff. de ſeru. fugi. &
in l. fugitiuus. ff. de uerb. ſignif. cum aliis trad. per
Seuerin. in tracta. de debito. ſuſpect. quæſt. prima
in princip. & Boer. deciſione. 215. numero ſecun
do. quæ enim in dictis locis de fugitiuo dicuntur
in iſto condemnato locum minime habere uidẽ-
tur. & quòd non poſſit dici fugitiuus qui ad pro-
7 prios lares rediit, cum † magis ex iuſta cauſa rece
dere dicatur, trad. Iaſ. poſt Cyn. in lectura. colum.
decimanona, & in repet. colum. ſexageſimaſepti
ma in materia fugæ, in l. admonendi. ff. de iureiu-
ran. & Petr. Rebuff. in tracta. de priuileg. ſcol. 15.
priuil. qui mouentur per text. in dicta l. quod ſit fu
gitiuus. §. item, quòd Iulianus. ubi probatur quẽ
non eſſe fugitiuum qui aliqua iuſta cauſa recedit.
cum igitur iſti condemnati ſint forenſes, nec un-
quàm habitauerint in huiuſmodi iuriſdictioni-
bus, & propriè non poſſint dici fugitiui, ut ſupra,
ſequitur, quòd hic caſus omiſſus remanet in di-
ſpoſitione iuris communis uulgata l. commodiſſi
mè. de liber. & poſthum. & per conſequens ipſe
Illuſtriſ. Co. Alphonſus ad huiuſmodi condem-
nationes perſoluendas non tenetur.

Tertiò, conſidero, quòd ratio quare factum
fuit dictum pactum, & capitulum, ea ſola fuit, ut
conſocius non haberet, ſe intromittere in iuriſdi
ctione alteri conſocio obuenta, & propterea uo-
luerunt, ut eidem ſoluerentur condemnationes ſi
bi debitę per ſubditos conſocii, ut non eſſet opus
in eis amplius iuriſdictionem exercere, & cum
8 nulla alia ratio uideatur reddi poſſe † iſta habetur
pro expreſſa, pro ut in ſimili arguit Deci. in dicto
conſi. 374. numero ſecundo alios allegans. ſi igi-
tur ex iſta ratione, uel cauſa moti fuerunt, & ea in
caſu iſto ſibi locum non poteſt uendicare, ſi qui-
dem cum pater pro filio non teneatur, ut ſupra, &
extra iuriſdictionem habitent condemnati, nulla
poterat exerceri iuriſdictio per alium conſociũ,
9 ſed ceſſet, etiam diſpoſitio † ceſſare debet, l. quod
dictum. ff. de pact. capit. cum ceſſante. ubi Dec. de
appella. in prin. cum aliis trad. à Tiraq. in tract. ceſ
ſant. cauſ. in prima parte, numero undecimo, &
ſequenti.

Quartò poſito, & non conceſſo, quòd illa clau
ſula fin. (*O che li loro padri hanno facultà idonea di poter*
pagare per loro) deberet intelligi de facultatibus
propriis patris,) de quo inferius dicetur) dico,
quòd illa eſt intelligenda in patribus ſubditis,
& originariis, ſeu habitantibus in dictis iuriſdi-
ctionibus non autem in forenſibus, qui tantum
aliqua prædia poſſident in eis, quòd uidetur oſtẽ
dere dictum capitulum dum dicit, (*Et queſto s'in-*
tendi tanto di quelli che ſono nel paeſe) iſta enim clauſu-
la loquitur de habitantibus in iuriſdictione, quia
10 ille dicitur eſſe in loco qui perpetuo † non ad
tempus ibi eſt manſurus. l. ſi fundus. & l. quæſi-
tum §. prædia, & l. ſi chorum. §. primo. ubi Bar-
tol. ff. de leg. tertio, & idem clauſula ſeques(*Quan*
to di quelli che ſono fugitiui) quia, ut ſupra dictum
fuit ſolum condemnati fugientes à patria ſua, &
domicilio eorum dicuntur fugitiui, quòd etiam
rationi naturali comprobatur, nam facilius erit
nouo domino ſoluenti conſocio huiuſmodi
condemnationes eas exigere a patribus origi-
nariis, uel habitantibus in dicta iuriſdictione,
qui haberent filios condemnatos, quia eſt
uериſimile, quòd nollent filios exulare à pa-
tria, ſed potius ſoluere pro eis condemna-
tionem, pater enim præſumitur amare filium,
11 & plus teneri † in filio quàm in ſe ipſo l. iſti qui-
dem ff. quòd met. cauſ. cum aliis adductis per

Alc.in tracta.præsumpt.prima regula prima præ-
sumprione, & præsumptione seq. in prin. nec est
creden. quòd pater potius uellet recedere à pa-
tria sua,ut sequatur filium,quia quilibet præsumi
12 tur † suam patriam diligere l.ueluti.ubi not.ff.de
iust.& iur.Alcia. d.tracta. prima regula.præsum-
ptione. 37.in prin. & pro ista interpretatione, ꝙ
dictum capitulum sit intelligendum de patre ori-
ginario,& subdito,nt supra non de forense,qui li
cet ibi habeat aliqua bona tamen alibi habitat,
& in alia patria.quo casu uerisimiliter parum cu-
rare habet per solutionem condemnationis filii,
quòd filius possit commorari in dicta iurisdictio-
ne, facit i simili,quòd trad.Abb.in c.ex parte.ad
fi.de consuetu. & sequitur Mars. in d.l. infans.nu-
mero 34.Quod ualet statutum, quòd bona filio-
13 rum,& uxoris capi possint † pro fallentia mariti,
& patris, quia amore coniugis, & filiorum sæpe
homines retrahuntur ab illa fallentia.si igitur di-
ctum capi ulum interpretabimur,ut loquatur de
patribus originarlis, & subditis, ut supra pro ut
uerba ipsius sonare uidentur,& ratio etiam com-
probare uidetur, certum est non habere locum
in casu isto in patre forense,ut supra.

Et per hæc fundamenta cessant quæ in contra
rium supra adducta fuere.Nam illa clausula,quæ
omnem difficultatem facit (*O che li padri loro hanno
facultà.donca da poter pagare per loro*) non potest in-
telligi de facultatibus patris, & spectantibus ad
patrem,quo ad proprietatem,& quo ad usumfru
ctum, quia, cum ut supra dictum fuit pater non
teneatur pro filio,nihil faciet nouo domino,ꝙ pa
ter habeat bona, si non potest ipsum cogere ad
soluendum pro filio,& tamen partes supra præ-
supponunt, quòd pecuniæ soluendæ consocio
possint à condemnatis arbitrio suo exigi, erit igi-
tur intelligenda de facultatibus filii condemna-
ti existentibus pœnes patrem, in casibus in qui-
bus tenetur pater ad soluendum de peculio filii,
14 & contra † eum pro filio, condemnato fieri po-
test executio,ut habetur per gl.Io.Fab. & Aret. in
§.fi.instit.de Noxa.& per Cagno.in l. ex pœnali-
bus de reg.lur.ne igitur partes in continenti cen-
seantur se uelle corrigere, quòd non est præsu-
men.l.nam ad ea. ff. de condit. & demonstr. & ne
15 dictum capitulum † repugnantiam recipiat iuxta
not.per Bartol.in l.fin.§.idem quæsiuit.num. 4. ff.
de condi.indeb.& per Rui.consi.109.numer.no-
no.primo uolum.interpretatio est facienda, ut di
cta clausula intelligatur de facultatibus filii,& sic
peculio filii,pœnes patrem existente in quo pos-
sit fieri executio pro condemnatione filii in casi-
bus de quibus loquuntur Doctor.supra allegati.
& hoc modo clausula suprapofita, quòd soluens
possit exigere condemnationes sibi locum uendi
cabit,sequentia enim à præcedentibus declara-
16 tionem † accipiunt,& ad præcededentia restrin
guntur.l.si seruus plurium.in fi.de leg.primo.cum
aliis trad.per Rui.consi.118.numero decimo, in
tertio uolu.& consi.cētesimotregesimosexto,nu-
mero 12.eo.uolum.quæ restrictio etiam est faciē
17 da,ut absurditas † euitetur.l.nam absurdum .ff.de
ope.liber.cum aliis trad.per Mars.in sua pract.cri
minali.in §.ultima quæst.numero tregesimoquin
to.& Rui.consi.108.numero duodecimo, secun-
do uolumin. esset enim ualde absurdum, quòd al
ter teneretur alteri soluere cōdemnationes quas
ipse nunquàm exigere posset, quòd etiam uide-
tur repugnare menti partiū,quæ non omnium fu
gitiuorum condemnationes solui uoluerunt, sed
eorum tantum qui habent facultates idoneas ad
soluendum,uel eorum patres habent pro eis, &
in casu isto parum,uel nihil est,quòd pater habe-
ret facultates,si non posset cogi ad soluendum.
18 est enim facienda interpretatio uerborum † quæ
menti partium conueniat, iuxta trad. per Paris.
consil.uigesimo,numero 79.primo uolum.& Cra
ue.consi.tertio,numero duodecimo. & secūdum
19 id,quòd est uerisimile, † ut per Paris. ibi numero
80.quæ uerisimilitudo in proposito, non extat,
non enim est uerisimile, quòd quis se uoluerit
obligare ad soluendum id, quòd nunquàm, uel
nisi post multa tempora posset exigere.Et quæ in
terpretatio est facienda,ne dictus Illust. Co. Al-
fonsus indebitè damnum patiatur, quòd patere-
tur si secundum sensum aduersantium interpreta
20 tio fieret,hoc enim casu uerba debēt † restringi,
ut per Dec.non procul. à proposito nostro in di-
cto.consi.374.numero septimo. Rui.consi.88.nu
mero septimo, quarto uolum.& consi.138.nume
ro 18.secundo uolum. Paris. d. consil. uigesimo,
numero 80.& consi.quadragesimonono, nume-
ro quadragesimoquinto, in tertio uolum.hic etiā
21 interpretatio uerborum secundum naturam † cō
tractus facienda est,l.si stipulatus.in prin. ff. de u-
sur.Rui.consi.119.numero 8. primo uolumin. Et
Craue.consi.uigesimo,numero tertio,secundum
quam naturam contractus certum est non teneri
ipsum D.Co.Et ultimo cum potuisset Co. Theo-
philus legem apertius dicere, & fundet se in uer-
22 bis,contra ipsum † est faciēda interpretatio.l.ve-
teribus. ff. de pact. l. quidquid astringendæ. ff.de
uerb.obliga.cum aliis trad.per Cur.Iun.cōs. 124.
nu.18.Rui.consi.12.nu.16.in 1.uol.Paris.d.consi.
20.nu.8.& consi.64.nu.51.1.uol. Et pariter dicta
clausula non potest habere locum in his forensi-
bus filiis, & patribus per ea quæ supra in 2. & 4.
fundamento adducta fuere.

Illud tamen non omittam, ꝙ etiam in casibus
in quibus certum est soluendas esse condemna-
tiones condemnatorum d.Co.Theophilo, pro ut
in d.capitulo, debet constare de ipsis condēnatio
nibus,& debent esse ritè, & legitimè factæ, quia
23 alias non diceretur † quis condemnatus l.4.§.cō-
demnatum.ubi gl.& Doct.ff.de re iud.

Laus Deo Opt.Max.

Barth.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Præceptum factum à fisco possessori, ut relexet possessionem quando subsistat, de qua re scriptum est in consi. 181.

SVMMAE.

1 *Sententia iniusta transit in iudicatum, nulla uero minime.*

2 *Idem est si sit manifeste inique.*

3 *Iniustitia notoria æquiparatur notoria nullitati.*

4 *Nullitatis dictio est admittenda si nullitas constat notorie ex actu.*

5 *Nullitas notoria non comprehenditur statuto loquente de nullitate.*

6 *Nullitas ex defectu iurisdictionis etiam repugnante statuto, & deduci potest, & probari.*

7 *Præceptum nullum ob iurisdictionis defectum non transit in iudicatum.*

8 *Præceptum de restituendo, & relaxando possessionem quando non subsistat.*

9 *Forensis nō ligatur statuto respiciēte decisoria.*

10 *Statutum loquens de instantia an comprehēdat clericum, & forensem.*

11 *Sed hoc procedit in instantia causæ principalis.*

12 *Statutum ciuitatis seruatur in castro si subditi litigant in eo loco, secus si extra illius iurisdictionem.*

13 *Statuto castri non ligatur dominus in sua iurisdictione.*

14 *Multa potest imponi, & fieri etiam in causa ciuili.*

15 *Compromissum an possit fieri in causa criminali in qua ciuiliter agitur.*

16 *Et in arbitratorem in distinctè potest fieri.*

17 *Tempus non currit in quo fuit disputatum, uel super mandato, uel alijs emergentibus.*

18 *Mandatum præsumitur omne illud quod est de consuetudine seruandum.*

19 *Instantiam in dubio non esse peremptam est iudicandum.*

CONSILIVM CCCCLXIX.

In Domino confido.

MVLTA fuerunt subtiliter, & eleganter deducta ad fauorem Ioannis Galliani pro dissolutione dubiorum subtiliter excitatorum per Clarissimum. D. Prætorem Regii illius causæ iudicem, ita, quòd opera mea parum erat necessaria, ut alia adducerem magis ad uictoriam conducentia. Vt tamen iustitiæ, & æquitati deesse non uidear aliqua ego etiam in medium ad ferre uolui, quæ iustitiam ipsam (ni fallor) Clariorem reddent, breuitate autem utar non oblitus tex. in l. prima in fi. ff. de dote præallega. rei satis demonstratæ frustra quicquàm adiici.

Omissis itaque primis duobus dubiis, q non fuerit petitum pro parte ipsius Galliani pronunciari condemnationem nullam, & quòd non fuerit productum præceptum per eum impugnatū, cum utrunque ex lectura processus appareat dissolutum, ex quo & in suppositione producta, & in aliis locis processus apparet de impugnatione ipsius condemnationis, & apertè de petitione illius reuocationis. Et productus etiam fuit processus causæ principalis in quo de dicto iniusto, & nullo præcepto apparet, & super quibus alii scripserunt. Deuenio ad tertium dubium de statuto Regii sub Rubrica Quod condemnatio liberè cancelletur. 27. in uer. statuentes. fol. 78. in quo disponitur, quòd causa reuisionis alicuius condemnationis, uel multæ debeat terminari infra duos mēses, alioquin censeatur confirmata & executioni demādetur. Quod quidem dubium ex multis arbitror cessare primo, quia ut etiam fuit tactum p. D. Procuratorem, statutum illud loquitur quando agitur de remissione sententiæ, uel multæ iniustæ, ut in principio illius statuti exprimitur, non autem quando tractatur de illius nullitate & inualiditate. Inter quas non leue est discrimē,
1 cum iniusta † transeat in iudicatum, nulla uero minimè, lib. 4. §. condemnatum. Vbi Rip. nume. 3. & seq. ff. de re. iud. l. si expressim. ubi omnes. ff. de appella. Ias. consi. 21. nu. 4. uersi. 3. 1. uol. Paris. consi. 51. nu. 41. 14. & Hier. Gabr. cōs. 161. nu. 15. & 26. & tanto minus statutum ipsum potest sibi locum uendicare in pronuntia manifestè, & notoriè iniqua, uel notoriè nulla, quæ iniustitia, & nullitas in hoc casu ex in spectione processus constat, & Cauillari non potest, per ea quæ deduxi in primis allegationibus in hac causa. nam etiam sententia
2 manifestè iniqua in iudicatū † nō trāsit. c. fraternitatis, de frigi. & malefi. Alexan. consil. 63. numero 23. 4. uolum. Felyn. post Abb. in capitul. inter cæteras, tertia conclusione, de re iudica. Gram. consil. 44. numero secundo. quia notoria iniusti-
3 tia † æquiparatur notoriè nullitati. d. capit. inter cæteras. Vbi Felin. numer. 10. uersi. 3. conclusio. Mars. singulari 473. memini. & Paris. consil. 107. numero 16. in 4. Et quando constat ex actis de
4 notoria † nullitate, illa omnino est admittenda etiam repugnante statuto. Vant. in tracta. de nullita. in titul. quis pos. dicere de nullita. numero quinquagesimo primo, & seq. Rolan. à Val. consi. 29. nume. 43. & Osasc. decisione pedemont. 142. numer. 33. & sequen. Quo fit ut si statutum disponat super nullitate, uel proponenda, uel expedienda assignando certum terminum, illud

5 non comprehendit † hanc nullitatē Philip.Franc. qui refert se consuluisse apud Cremonam.in c.dilecto.54.q.in fi.de appella.Brun. in tract. de consti.& statu.in uerb.nullitas l.ult.uersi. item quæritur de.q.singulari.col.3.ante fi.& eo:in fi.d. uersi. Vant.in d.tract.quoties,& intra quod tēpus, &c. num.8.& Ant.Gabr.lib. 6. suarum conclusionum tit.de statut.conclusione.3.nu.16.& seq.& nu.19. sequitur Brun.quam opinionem tenet etiam Gozad.consi.72.num.12.Quod tanto clarius procedit cum agatur de nullitate ex defectu iurisdictio
6 nis,quæ etiam repugnante † statuti,& deducti, & probari potest Dec.consi.38.col.pen. Vant. d. tit. quis pos.dice.de nullita. num. 37.& sequen. Gozad.d.num.12.Rober.Lancel. in tracta. de attenta.c.17.num.136.& Franc.Dec.consi.40.nume.7.& 99.nu.32.& 33.Quod autem ille potestas Bianelli non potuerit facere preceptum nec habuerit iurisdictionem in eo sic faciendo,& commi-
7 nando,& quòd non trāseant † in iudicatum trad. omnes allegati in primis allegationibus, & præsertim Parit.de put.in allegato tract.de syndic. in uerb.præceptum,in §.quia sæpe.num.7.& in præ
8 ceptum † de restituendo,& relaxando possessionem.Castr.in l.de pupillo.§.meminisse.num.5.de ope.no.nunc.& Rui.in l.filius familias.§.diui.col. ante pen.nu.151.de lega.1.

Secundò quatenus dictum statutum in causa nullitatis,& iniustitiæ notoriæ,locum habere posset,(quod non admitto)arbitror tamen illud dictum Ioannem non ligare,qui est forensis in ciui
9 tate Regii,& cum statutum ipsum respiciat † decisoria, ex quo excludit agentem ad remissionem post duos menses, illum non ligat iuxta trad.per Are.& alios in c.quod clericis.col.3.de foro competen. Dec. consil. 97. in prin.& Rimi.consi.371. numero 15.& 16. Et licet aliqui uoluerint clericum,& forensem subiici statuto loquenti de instā
10 tiam † tum,quòd cōcernente ordinatoria, ut uoluit Ioan. Cald. in sua. quæst. statuto telatus per Docto.in d.capitu.quod clericis,& in aliis locis,
11 conclud.tamen procedit in instantia causæ † principalis,quæ est modici præiudicii,ex quo iterum agi potest,ut sensit Calde in d. quæst.ut referunt Anc.in capitu.ea quæ colum.ult.& Imo.in d.c.qđ clericis.2.col.secus si ageretur de desertione causæ,& exclusione forensis,quia eo casu respicit decisoria,ut per Are.in d.capitul.3.col. nu. 13. Vbi dicit statuta loquens,quòd non possit procedi in certa causa respicit decisoria.

Nec aliquid facit si obiiciatur, quòd statutum Regii seruantur in Castro Bianelli,quia non habe
12 ret locum nisi quando subditus † litigaret in eo loco,secus si litigat extra illius iurisdictionem.l. fi.ff.de iur.om.iud.& c.2.§.statuto de constit. in 6. & satis uidetur uelle Bar.in l.prima.num.48.C.de sum.trini.& fide catho. Et cum comes Bianelli
13 non fuisset ligatus dicto statuto in sua iurisdictio ne uti dominus iuxta consilium Card.Zabar. secundum,& Rolan. a Val. in tracta. de lucro dot. q.82.ita, ut æqualitas seruetur non debet ligari ipse Ioannes,Rui.consi.85.in fin.in 5.& Marsil. in singulari.389.Tu suis.Et ita ad propositum,quòd statutum Regii de appellationib. prohibens appellare à duabus conformibus non ligaret homines Albineæ appellantes in causa cum Illust.DD. suis comitibus pòst longam disputationem annis elapsis fuit resolutum, & iudicatum per Clarissimum,D.Consiliarium copellatum,& admissa eorum appellatio.

Tertiò stantibus compromissis factis inter partes ad finem suspendendi instantiam, ut seruatur de stylo in ea ciuitate Regii, non cucurrit illud tempus,quo durauerunt,clem.quàm diu.de appella.& fuit egregie tactum per alios.Nec obstat quòd non procedat hoc in causa criminali, quia non uideo quare hęc causa possit dici criminalis, cum immo fuerit mota contra dictum Ioannem ciuiliter,cui nullum delictū imputabatur, & mul
14 ta potest imponi,& fieri † etiam in causa ciuili,ut per omnes.in l. 1.ff. si quis iusdi.non obtempe.& trad.Petr.Rebuff.in l.aliud est fraus.§. inter multam.prima.col.ff.de uerb. signi. Præterea non uidetur expeditum,quòd in causa criminali,in qua
15 ciuiliter agitur, non possit fieri † compromissum, cum multi teneant fieri posse,ut per Io.Bap.Peru. in tracta.de compromis.lib.3.q.10.num.1.ubi di
* cit esse cōmunē* & Camil.Bote.in cōmentar.suis in pragmatica odia.de compromis.§.2.gl. prima
16 nu.67.uer.declar.& in arbitratorem † indistinctè posse fieri uult Alberi. in allegata.l.non distinguemus.§.Iulian.in fi.ff.de recep. arbitr.

Quæ autem dicuntur de lapsu temporis ante productionem capitulorū cessant ex quo præsupponitur dictam instantiam duorum mensium nō dari in ista causa, ut supra comprobatum extitit. Vltra,quòd tempus quo fuit disputatum, uel super mandato,uel aliis emergentibus non currit
17 † ex quo stat per partem aduersam,uel per D.Iudicem.Bal.& Ant.in l.quandiu.ff.de acqui. hære. Iafred.Lanfran.dec.185.tempus datum.Ale. consil.42.numero 11.& 12.& latè consi.72.in prin.3. uolumin.

Postremo quæ dicuntur de mandato non speciali ad compromitten. cum talia compromissa fiant non ut arbitri laudent in casuis in eos compromissis,sed tantum,ut suspendantur instātiæ,ut est stylus illius curiæ, non erat opus speciali mandato,sed sat fuit mandatum ad causas, ex quo cē
18 setur mandatum † esse id quod de consuetudine est seruandum. l. quod si nolit. §.qui assidua. Vbi latè Cępo.ff.de ędil.edi.Fab.de Monte.in tract.de emp.& uēd.q.3.nu.33.quem sequitur Gaspar.Caballi.in tract. de euictio. §.3. 140.& seq. Ex q̄bus iunctis ēt aliis per alios Excellentissimos dn̄os deductis cēseo sublata ēt dubia proposita, & deueniē esse ad reuocationē iniquæ,& nullæ multæ,& condemnationis,quę nullo modo, uel colore defendi pōt,ut alias comprobatū fuit,quibus ēt possunt addi multæ rationes relatæ per Bursatū. in

consi.

19 consi.225.nu.22.& sequen. Et maxime † quia in dubio instantiam non esse peremptam iudican. est.Cast.& alij in l.1.in fi.ff.si quis caut.Dec.& Cagno.in l.quoties nihil.ff.de reg.iur.

Laus Deo Opt.Max.

Barth.Bertaz.

In hac causa fuit per ol.Prætorem Regii lata sententia, qua fuit absolutus Ioannes iste uid. primam consultationem in consil.181.in 1.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

De pœna.l.fi.ff.de rei uindica. & quando euitari possit à negante possidere ad interrogationẽ iudicis?

SVMMAE.

1 *Negans possidere incurrit pœnam.l.fin.ff.de rei uindica.si hoc faciat dolo, uel lata culpa.*

2 *Dolus autem non est in negante possidere quoties non est res bene qualificata, uel descripta.*

3 *Via publica quæ sit? &c.*

4 *Viæ quando sint potius priuatæ, & uicinales?*

5 *Nec sufficit, quòd homines lõgo tempore per eas iuerint, nam.*

6 *Via, ut dicatur publica non sufficit, quòd per eã publicè eatur.*

7 *Sed tria copulatiue exiguntur.*

8 *Et idem est in materia iuris prothomiseos.*

9 *Viæ publicæ in uenditione non sunt mensurãdę.*

10 *Pœna.l.fi.ff.de rei uindica.ut habeat locum requiritur, ut interrogatio fiat per iudicem, an reus possideat nec ne cum comminatione.*

11 *Possidere confitens rem de qua interrogatur nõ subiacet pœnis.l.fi.ff.de rei uindi.nec sunt necessariæ aliæ probationes.*

12 *retractus habet locum in eo, qui à duobus lateribus confinat.*

13 *Vicinus iure congrui potest rem habere, & retrahere.*

CONSILIVM CCCCLXX.

In Domino confido.

SENTENTIA lata per Magnificum Prætorem Mutinæ ad fauorem Mãgnifici.I.I.Doc.D.Christophori Rãgoni cõtra Magnificum. D. Camillum Fontanellum in rem ed.l.fi.ff.de rei uendi.uenit reuocã
da, tum ex deductis in cã principali, tum in cã ap-
a pellationis.dispositio.n.illius legis a procedit ita
1 demum, si dolo uel lata culpa † quis neget rẽ pos-
sidere, Roma.cons.70.uisis themate.nu.5. Ale.cõ
si.35.in cã, & lite, nu.1.5.uol. Dec. in ca.cæterum
nu.19.de iudi.& latè Ant.Gabr.lib.5, suarum cõ-
clusionum in ti.de acquir.uel amit.possessione cõ
cl.2.1.limi.nu.26.At in proposito eum in iudicio
petatur petia terrę Campiliæ bubulcarum nouẽ,
quę nunc est arborata, & est bubulcarum decem,
tabularum decẽ nouem, & pedum uiginti, ut con
stat ex relatione, & attestatione, Agrimensoris in
processu causæ principalis.fol.18.& deponunt.6.
& 8. Testes in causa appellationis.præterea non
cohæret uiis publicis, sed priuatis, ut deponunt
testes pro parte appellãtis examinati, ut inferius
deducetur, ultra quòd nunc ipsa petia terræ alio
nomine nũcupatur, nempe, il Campo de olmi, ut
etiam ex testibus probatum est.igitur iustam ha-
buit causam Magnificus.D.Camillus negandi se
tenere, & possidere rem, & petiam terrę, petitam,
qualificatam, confinatam, & descriptam in peti-
tione Magnifici actoris. Nec potest dici fuisse in
2 dolo, uel lata † culpa, ita in indiuiduo firmat Ale.
in d.consi.35.nu.2.& nu.6.in cuius casu non con-
b currebant tot diuersitates *b* ut concurrunt in casu
nostro, quæ præbent iustam causam negandi, &
Alex.sequuntur Dec.& Gabr.supra citati. Quod
autem probatum sit ipsam nunc esse arboratam
ferè omnes testes.D.Camilli id affirmant, quorũ
aliqui attestantur fuisse plantatam à D.Nicolao
patre domini Camilli, id.n.deponũt.5.6.7.8.& 9.
quorum plures dicunt, quòd non potest dici Cã-
pilia, cum sit arborata, duabus plantatis ulmorũ.
Quod autem non confinet cum viis publicis per
plures, & ferè omnes testes dicti appellantis pro-
batum est, qui omnes concludunt, quòd non sunt
uiæ publicæ, sed priuatæ quæ intermoriuntur in
agris, & non habent qualitates quas habere de-
bent uiæ publicæ, cum uia publica illa sit, quę ha
bet solum publicum relictum, ac directum certis
finibus latitudinis ab eo qui ius publicandi ha-
3 buit, vt † in ea publicè iretur, comearetur. l. 2. §. si
quis nemine. uersi. uię autem publicę. ff. ne quid
in loc. pub. uel itin. fiat. Cæpol. in tracta. de seruitu.rustico.prædior.in c.3.de seruitu.nię.7.q.num.
18.& Ale.consi.177.nu.6.6.uolum. & sunt magis
4 uiæ priuatæ, & uicinales † ut dicunt testes de qui-
bus habetur in d.l.2.§.priuatæ, & Cæpol.d.7.q.q̃
sunt pars prædiorum, Io.de Ami.consi.81.nu.10.
& de uiis uicinalibus habet. in d.l.2.§. uicinales.
Nec sat est, quòd longo tempore per eas sine ali-
quorum prohibitione homines iuerint, quia hoc
non sufficit, nisi probaretur memoriam non ex-
5 tare † illius constructionis, ut per Alexan.in d.cõ-
sil. numero sexto, & septimo. Præterea non suffi-
cit, quòd per uiam publicè eatur, ut publica
6 uia dicatur † Bartol. per illum text. in l. prima. in
prin. ff. de his qui deicce. uel effude. Ioan. de
Amici.consil. primo. numero uigesimoseptimo.

Cæpol. d. q. 7.Quinimo tria copulatiue exiguntur, ut uia dicatur publica, quòd per eam publicè eatur, quod solum sit publicum, & quod nos
7 † ducat in ciuitatem, uillam, uel coloniam, d.l.2. §.uiam pulicam.Mathesila.nume.92.not.unum, & ibi in addit.nouis Cæpol.d.num.18.q.7.Rip.
8 in l.quo minus.num.92.de flumi.& in materia † iuris prothomiseos Afflict.in constit.de iur.prothomis.§.fi.nu.2.& seq.& dicit Io. de Amic.d.consi. 1.nu.27. quod non sufficit, quòd totus mundus eat publice per aliquem locum, ut dicatur uia publica, & quòd huiusmodi uiazzoli non sint uiæ publicæ satis ex alio constat, quia ipse Magnificus Aduersarius emit partem huiusmodi Viazzolorum, & fuit mensurata in ueditione illi facta, ut deponit D.Iacobus Caualarinus tertius testis, & 6.Castra.qui eam partem mensurauit, certum autem est, quòd uiæ publicæ non ueniunt in uen-
9 ditione nec sunt † mensurandæ.l.littora.Vbi Bar. & Bal.ff.de contrahen.empt.l.id, quòd.§.1.ff.de peric.& comod.rei uend.Fab. de monte in tract. de emptio.& uendi.q.6.4.memb.& Fel.in c.quia indicante col.fi.de præscrip.His accedat, quòd licet dicta petia terræ quandoque fuerit nominata, & nuncupata, il palauicino, post tamen dictam plantationem ulmorum aliud nomen accepit, & fuit uocata, il Campo delli olmi, ut deponunt.5. 7.8.9.& apertius 10.& 11.Testes ipsius appellati, ex quibus non potest negari quin iustã causam habuerit D.Camillus negandi se possidere terrã petitam per Magnificum Actorem habentem diuersam qualitatem, diuersam, mensuram, & non conuenientem etiam in omnibus cõfinibus cum hac quam possidet, & hoc fundamentum (iudicio meo) est tutissimum, & nullam habet difficultatem.

Additur etiam, quòd ad hoc ut habeat locum dispositio.d.l.fin.opus est, quòd fiat inrerrogatio
10 per iudicem, an reus † possideat nec ne, cum cõminatione, ut trad.Guid.Pap.in consi.3.nu.2.& Bar. in d.l.fi.num.4.& Antonius Gab. d. conclusione. 2.8.limitatione.nu.33.quod in præsenti Casu factum non uidetur.

Sicut etiam alia ratione posset defendi male fuisse iudicatum, cũ ipse. D.Camillus ante factas probationes super possessione uideatur confessus possidere petiam terræ, quæ uidetur hæc de qua controuertitur, licet neget qualitates, & cõfinia, de quibus in petitione quo fit, ut non esset o-
11 pus facere † alias probationes, nec locum sibi uendicabat dispositio d.l.fi.Rom.cons.59.ad discutien.ultimo dub.nu.11.uer.3.principaliter, & in d.cons.70.nu.6.& illic in addit.nouis, & Gabr. d.concl.5.nu.27.

Et hæc quo ad appellationem interpositam pro parte ipsius D.Camilli.Quo uero ad merita causæ principalis quæ etiam commissa, & delegata fuit Magnifico Iudici, præter alia fundamenta quæ possent in medium adduci. Vnum est tutissimum, quod cum dicti Viazzoli non sint uiæ publicæ, ut supra comprobatum est, & appellantur etiam Viazzoli in instrumentis emptionum factarum per Magnificum Doctorem, ut in proc. fol.35.& fol.62.non potest dici, quòd uia publica intermediet, sed priuata, quo fit, ut cum.D. Nicolaus pater ipsius.D. Camilli tempore emptionis dictæ petiæ terræ possideret prædia, quæ nũc possident.D.Camillus, & D.Iulius eius fratrer, ut deponunt testes examinati prodicto. D. Cam.& maxime secũdus, quartus, sextus, septimus, Octauus, nonus, decimus, & 11. certum est, quòd erat præferendus in emptione dictæ petiæ terræ, ex quo a duobus lateribus confinabat, ut disponit statutum Mut.intentatum ex aduocato in rubrica de reb.Communibus, uel confinibus nisi cer-
12 to modo alienandis.in uer.si uero † non confinaret, & in his terminis Afflict.in d.const. seu tracta. de iure prothom.§.7.2.not.nu.4.Vel si ab una tantum parte cõfinasset, ipse. D. Nicolaus erat locus dictæ gratificationi ut in dicto statuto, & sic potuit uenditor illum præferre. Quod autem uia Vicinalis, uel priuata non impediat quin uicinus iure congrui (quod uocant) uel iure retractus possit
13 † rem habere, & retrahere expeditum est, ut per Afflicto in d.constit.§.fi.nu.12.& seq.& secundũ istam sententiam fuisse pluries decisum in consi. Neapo.refert idem Afflict.decisione.62.per totã Et hæc satis sint in re clara.

Laus Deo Opt.Max.

Bartho.Bertaz.

ADDITIONES.

a Eandem sententiam sequitur Mar. Anto.Cuc. qui hanc materiam exactissime pertractat in repet.d.l.fi.nu. 293.

b Adde Guid.Pap.consi.3.Mars singu.242.& idem Cuch. in d.l.fi.nu.328.ubi ait sufficere ut pœna euitetur, aliquã ex demonstrationibus ueram non reperiri.

Et hoc procedit optime si in negatione adsit clausula (negauit narrata pro ut narrantur) nam illa clausula non facit negantem incidere in pœnam Mars.in Rubrica de fideiusso.numero.336.& in singul. 242. cum aliis citatis per Gabriel.lib.5.sua conclus.in tit. hic adducto.3. limita.nu.28.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

In causa de qua in superiore consultatione rursus agitur de pœna d.l.fi.ff.de rei uindica.& ostenditur quando habeat locum illa pœna, & possit excusari negans, quia dolo hoc non fecerit uel iuste aliter crediderit?

SVMMAE.

1 *Pena.l.fin.ff.de rei uindi. ut habeat locum necesse est ut possidens neget dolo, uel lata culpa possidere.*

2 Et

2 *Et excusatur ille si res negata non habet omnes illas qualitates quas interrogans expressit.*

3 *Et ut hæc pœna euitetur strictissima est facienda interpretatio.*

4 *Verba enunciatiua uidentur probare contra successorem enunciantis.*

5 *Via dicitur publica quæ diu habita est pro tali.*

6 *Et maxime si non constat quòd fuerit facta ex collatione priuatorum.*

7 *Enunciatiua probant inter partes inter quas fuit confectum instrumentum.*

8 *Et enunciatio uiam esse publicam non nocet enuncianti.*

9 *Et an standum sit enunciato dubitandum est, si de eo in alio iudicio dubitari contingit.*

10 *Et an uerba sint enunciatiua uel dispositiua est magna differentia maxime in confessione iudiciali.*

11 *Confessio non nocet confitenti in alio iudicio inter diuersas partes.*

12 *Confessio falsa non mutat substantiam ueritatis.*

13 *Et si uersetur circa ea quæ in iure consistunt.*

14 *Via ut dicatur publica non sufficit quod homines usi sint illa tanquam publica.*

15 *Facti euidentia omnes probationes superat.*

16 *Viam qui dicit publicam debet probari nõ extare illius memoriam.*

17 *Rubrica non attenditur si nigrum est generalius.*

18 *Statutum intelligitur secundum dispositionem iuris communis.*

12 *Viæ uicinales sunt loco publicarum.*

20 *Dolus vt tollatur & lata culpa negantis rem possidere quam habet, sufficit quòd iustam habeat causam aliter credendi.*

21 *Negans possidere etiam dolo excusatur ante factas probationes si res sit maioris quantitatis quàm exprimatur.*

22 *Testes in dubio censentur contestes.*

23 *Possessionis translatio an possit impediri in alio remedio intentata propter cognitionem super meritis.*

24 *Scientia præsumitur illius qui semper stetit in ciuitate si factum fuit publicum.*

25 *Scientia qualibet vicini sufficit in materia retractus.*

CONSILIVM CCCCLXXI.

In Domino confido.

NON uideo quare non sit reuocanda prima sententia lata contra magnificum D.Camillum Fontanellum stãtibus fundamentis, & rationibus inconuincibilibus adductis in prioribus allegationi.quæ minime tolluntur per obiecta in dubiis per magnificum D.Iudicem appellationis. Nam certissimum est quòd ut locus sit pœnæ. l.fi. ff. de rei uendi.necessario exigitur, quod dolo uel lata culpa reus neget rem petitãm in iudicio possidere,per ea quæ in allegationibus adducta fuere,
1 & ultra decisiones illic citatas † idem trad.Grat.
consi.37.num.3.2.uolum.& plures citat nouissime Franc.Beci.in consi.64.num.2.& Cel.Vrsil.in addit.ad decisiones Afflict.decisione 18.num.2. Et in proposito non potest dici in dolo, uel in lata culpa qui iusta aliquã rõnem ductus negat rẽ possidere, quæ non habeat omnes illos cõfines, & omnes qualitates, quę adponuntur per actorẽ
2 rei petitæ,& ita in terminis terminantibus.† fuit
citatum consilium Alex.35.nu.2. & 6. 5.uolum. quod consilium sequuntur plures moder.Dec.& Gabr.in dictis allegationibus citati, Franc.Beci. d.num.2.& Cæsar Vrsil.d.addit. nume.3. qui expresse. num.2. dicit negantem non esse in dolo, nel culpa lata quando omnes fines contenti in libello non conuenirent, & ad propositum quòd hoc casu ad euitan.pœnam. d.l.interpretatio stri
3 ctissima sit facien. † plura adducit Grat.dicto cõ-
sil.37.2.& 3.colum.At in proposito cum nedum reus habuerit iustam causam credendi, quòd petia terræ per eum possessa, non sit illa quæ fuit petita,in libello magnifici actoris,nedum quia confines non conueniunt,quia non cohærent uiæ publicæ uel communis, sed viazzoli tantum priuati,quod solum sufficeret secundum Alexan.a nemine reprobatum, sed etiam habet nunc diuersum nomen, diuersam qualitatem, quia est arborata,& non Campilia, & est maioris quantitatis cum petita sit bubulcarũ nouem per iustam mensuram hæc uero sit decem, & tabularum decem octo,certè non potest iure negari quin iustissimã causam D. Reus habuerit negandi rem petitam possidere,& uix credere possum,quòd si hęc fuissent deducta coram magnifico illo Prætore qui eam tulit sentẽtiam, & illa degustasset, talem sententiam contra eum tulisset.

Non obstant ea quæ in dubiis adducuntur. Et primo,quòd in instrumento emptionis ipsius petiæ terræ factæ per d.Nicolaum patrem ipsius D. Rei dicti Viazzoli fuerunt nominati viæ publicę
4 communis,quæ uerba etiam enunciatiua † uidẽ-
tur probare contra successorem illius, Rui. consi. 40.num.4.in quarto, Et Crau.in tract.de antiqui. tempo.prima par.§.seu sectione incip. ampliatur nunc.num.22.& per testes nono examinatos vẽ

etiam

etiam probatū esse vias publicas, & habere principium, & finem a viis publicis, & pro viis publicis per longissima tempora fuisse in usu, quo ha-
5 bentur † pro publicis l. uiæ vicinales. ff. de locis. & itine. publi. & maxime cum non constet quòd fuerint facti ex collatione priuatorum, & quòd
6 extet de eis memoria † Barto. in l. fi. ff. eod. titul. Cepol. & Alex. etiam per me citati in allegationibus, sed & statutum Mutinæ lib. 5. rub. 120. de uiis publicis non occupandis, uel angustandis. uias has vicinales pro publicis habere censetur. Namque quo ad primum respōdetur, uerba illa enunciatiua probare inter partes inter quas
7 fuit † confectum instrumentum, non quo ad tertium qui in eo non interuenit, maxime quando
* non sumus in antiquis ut est communis * opinio Doct. post glo. in l. eum aliquis. C. de iur. deliber. Vbi Ias. num. 4. & Iacob. de sancto Georg. num. 6. & in cap. cum causam ubi Dec. num. 1. & sequ. & num. 8. de probat. Ias. consi. 65. 2. col. in 2. uolum. Parisi. consi. 104. num. 24. & seq. 1. uolum. & Hier. de Monte in tracta. de finib. cap. 60. num. 2. & 6.
8 & in indiuiduo in enunciante † uiam esse publicam, quòd non noceat etiam enuncianti quo ad tertium respondit Giama. consi. 132. in princip. in ciuilibus.

Quinimmo etiam inter partes iustè posset dubitari, an standum esset enunciato ex quo de eo
9 in alio iudicio contingit dubitari † maxime quādo fine eo ualuerit cōtractus, ut per Butr. & alios in cap. illud de præsump. Doct. in authen. si quis in aliquo. ubi Dec. num. 37. & Cagno. nume. 77. C. de eden. Dec. consi. 118. num. 5. & 213. col. fi. & ad propositum in d. cap. cum causam. num. 8. Parisi. consi. 94. num. 19. in 1. uolum. & Ceph. consil. 265. num. 23. & 312. num. 67.

Nec Rui. in d. consilio loquitur in confessione facta per uerba enunciatiua, sed dispositiua inter
10 quę est maxime differentia † etiam in confessione iudiciali, Dec. in l. 2. num. 65. & Alcia. pag. fi. in l. 2. C. de eden. quæ quidem confessio propter calorem iudicij maiorem effectum habet, & tamē non nocet confitenti, in alio iudicio inter diuer-
11 sas † personas, ut per Moder. in d. l. 2. ubi Ioan. de Vico Merca. num. 55. Purpura. num. 105. & Cagno. num. 128. nec in casu nostro simili loquitur etiam Crauc. loco prædicto quādo causa agitur cum tertio. Et licet Rui. uelit respectu tertij facere semiplenam probationem, eius tamen opinio in enunciatiuis (ut dixi) non procedit, cum nullam faciat probationē secūdum communem supra citatam, & quatenus faceret aliquam præsumptionem secundum aliquos cōtraria fortiori præsumptione tollitur. l. diuus. ff. de restit. in integr. Crauc. d. tract. prima par. §. propositum. num. 34. Et in proposito nedum pro hac nostra parte plures extant præsumptiones, sed plenæ probationes ut alias fuit ostensum, & inferius etiam dicetur, quo casu tollitur confessio quæ ex illis uerbis
12 resultaret. nam falsa confessio † non mutat substantiam ueritatis. l. eum falsa. ubi Barto. & alij. C. de iu. & fact. ign. Arc. consi. 13. colum. fi. & Crauc. consi. 267. num. 3. & tanto minus ualet dicta prætensa confessio ex quo concernit ea quę in iure consistunt, nam an uia sit publica, uel publica haberi debeat in iure consistit, ut in allegationibus, & in dubiis propositis, constat. Vnde con-
13 fessio † non nocet Crauc. consi. 29. nume. 2. & d. 262. num. 4.

Ad secundā de probatione testium respondetur, ut etiā in allegationibus, quòd illi testes aduersarij non probant uiazolos hosce esse uias publicas, cum plura exigantur, ut uia dicatur publica, ut alias scriptum fuit, quæ in his non concurrunt, nec sufficit quòd homines illis fuerint usi
14 pro † viis publicis. & ultra alias citata trad. etiā Franc. Marc. q. 594. prima par. nec est etiā est verum quòd habeant caput uel pedes ad viam publicam ut deponunt testes nostri, & euidentia fa-
15 cti, quæ † alias probationes superat Plot. in l. si quando. num. 777. C. unde ui. Id probat: quinimmo testes aduersarij affirmant quòd fuere occupati pro parte, & pręsertim ille Petrus Ghisillus, & pars illius quæ fuit empta a Cauallarino, ut audio, fuit & est seminata, quo casu nō uideo quomodo dubitari possit quòd sint viæ publicæ, ex quo non habent aliquas ex qualitatibus requisitis ad uiam publicam, sed magis eas quæ conueniunt uiis uicinalibus ex quo intermoriuntur in agris, arantur, & laborantur, hoc enim casu negatiua potius probatur ut trad. Franc. Hercula. in suo tracta. quis teneatur probare negatiuam. nu. 166. & sequen. Nec hoc casu onus probandi memoriam confectionis horum uiazzolorum extare, quòd scilicet ex collatione prædiorum vicinorum processerit, incumbebat parti dicti D. appellātis sed. d. actoris qui fundat se in hoc, q̄ sint viæ
16 publicæ. Vnde debuit † probare non extare illarum memoriam iuxta. l. si arbiter cum ibi not. ff. de probat. glo. & Doct. in cap. 1. de præscrip. in sexto. Alex. in consi. 16. in causa, & lite. 4. col. 5. volum. Corn. consi. 304. 5. col. 3. vol. & Balb. in tracta. de rescrip. 2. par. 3. par. princ. 6. q. num. 24. & in terminis hoc idem uoluit Alex. in allegato cōsil. 177. num. 6. & 7. 6. uol.

Ad tertium de statuto respondetur quòd nihil obstat, quia non dicit q̄ uiæ vicinales sint publicæ, licet prohibeat eas occupari, nec Rubrica eas comprehendit ex quo quandoque est stri-
17 ctior nigro, & quādo generalius est nigrum, † nō attenditur rubrica, ut per Doct. in l. 1. ff. si cert. pe. Vbi Dec. in prima lectura. num. 4. & Cagno. nu. 27. Præterea statutum posset intelligi secundum iuris communis dispositionem secundum quam
18 uenit † interpretandum, c. cum dilectus. §. q̄ nobis. de consuet. ut de illis uiis uicinalibus loqua-
19 tur quæ loco publicarum † viarum sunt. d. l. fi. de locis, & itine. publi. cuiusmodi non sunt viazzoli hi.

Quæ autem dicuntur contradicta Do. Iacobi Caual-

Camillarini, & Castræ in dubiis, quòd primus tractet de se exonerando, & alter quod sine consensu, & absente magnifico aduersario pretium dicti Viazzoli posuerit in computum tolluntur, quia cum D. Iacobus non dederit Viazzolum pro uia publica, sed pro priuata pro confine, & pretium receperit, nō potest in aliquo teneri magnifico aduersario qui tenetur stare contractui. l. optimam. C. de contrahen. & committen. stipul. & maxime cum à nullo impediatur ipse D. auctor eam partem possidere, nec est verisimile, quòd non uoluerit videre computum pretii, & suum in stare cōtra. l. cum de indebito. ff. de probatio. & cum tot alia concurrant possessio dicti aduersarii, & alia expressa in allegationibus ambigendū non est, quia dictus appellans debeat obtinere, qui satis est quòd habuerit iustam causam sic cre-
20 dendi, etiam quòd veritas esset † in contrariū, ut tollatur dolus, & lata culpa, & ad hoc faciunt trad. per Osasc. in decisione Pedemon. 71. nu. 16. & 17. & qui tanto iustiorē causam habuit ex quo tempore factæ negationis ad positionem possessionis adhuc non erat productum instrumentum venditionis factæ patri, nec de eo poterat notitiam habere, nec cōstabat etiam aliqua quæ exinde nixa fuit pars aduersa probare, quo casu nō potest dici dolo uel lata culpa negasse.

Secundò, cum post factam negationem ipse D. Cam. confessus statim fuerit tenere, & possidere illam petiam terræ ut hæres patris in eo loco licet maioris quantitatis, ante factas probationes, certè deberet excusari etiam si dolo uel cul-
21 pa negasset † ut alias deductum fuit, quòd tenet etiam Franc. Bec. d. consi. 64. num. 3. & sequ. & in eadem causa Rolan. a Val. consi. 88. nume. 11. & seq. 4. uol. & idem est dicēdum propter alia quæ in allegationibus adducta fuere, ad quæ me remittam, & hæc quo ad causam appellationis.

Quo vero ad merita causæ cum satis & super ex supra deductis constet, quòd uiazzoli nō sint viæ publicæ sequitur, quòd q. D. Nicolaus pater dicti rei confinabat cum dicta petia terræ, & propterea non est locus retractui quæ alium pariter confinantem, ut in statuto intentato, & deductū fuit in allegationibus. Nec est uerum, quòd non fuerit probatum ipsum D. Nicolaum tunc temporis possidere, quia immo testes examinati id clare affirmant, & præsertim nonus qui deponit de annis xxx. ante illius mortem, cum quo cōcordat xi. qui deponit, quòd id fuit quando ipse testis erat puer qui tunc stetit pro famulo cū D. Nicolao possidente, & quem exinde vidit possidere usque ad mortem, & testis ipse est ætatis annorū quinquaginta, ultimus testis deponit, quòd possedit per multa tēpora ante mortem, & testis ipse est ætatis annorum quinquaginta. vltimus testis deponit, quòd possedit per multa tempora ante mortem, & sic videtur concordare in tempore cum aliis, cum in dubio testes censeantur
22 contestes, Alexan. consi. 4. nu. 7. in sexto. & 185. numero 3. & sequen. in 7. volumine. & Crau. consil. 78. num. 9.

Et licet cognitio hæc super meritis secundum aliquos non possit impedire translationem pos-
23 sessionis in alio remedio intentatæ † cuius contrarium uoluit Vrsil. in d. addit. nu. 4. & 5. ex Lap. per eum citato, tamen non est quin sit ferenda sententia super meritis ex quo eorum cognitio commissa est magnifico D. Iudici, & tanto magis cum apertissimè constet primam sententiam reuocādam esse, & per consequens nullam possessionem transferēdam esse. & cum hæc causa magnifici actoris etiam super meritis iudicio meo videatur habere modicam iustitiam, & æquitatem volentis retrahere rem per tot annos ante alienatam, cuius pater eius alienationis scientiā videtur habuisse ex quo semper stetit in ciuita-
24 te, & factum fuerit † publicum. Paris. consi. 81. nume. 27. in tertio. & in hac materia qualibet sciē-
25 tia † vicini sufficere videtur. Alex. consi. 24. nu. 3. & sequen. 4. volum. & Dec. consi. 222. nu. 7. tanto magis expedienda est super meritis ipsis.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Intelleximus contra hæc fuisse iudicatum, fortasse quia processus defecit.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Quam pœnam incurrat ille qui celando, uel surripiendo fraudauit inuentarium.

Et quid si rem quam omisit ponere sit feudalis, & alteri debita.

Et an hæc pœna transeat ad hæredes pro dolo defuncti.

SVMMAE.

1 *Inuentarium qui fraudauit, celando, surripiendo, amouendo duplum restituere tenetur.*

2 *Et idem quando pendet confectio inuentarij, et secundum hoc fuit iudicatum.*

3 *Sola autem omissio non facit heredem teneri, sed requiritur quod scienter fecerit.*

4 *Et est etiam probandum dolose factum fuisse.*

5 *Exceptio si non fuit adducta in processu, sed veniat extrinsecus in allegationibus iuris, non potest iudex super illa iudicare.*

6 *Præsumptio est etiam alleganda per partem alias non releuat.*

7 *Oppositio est necessaria contra testes, quia iudex non potest ex se illos reticere.*

8 *Pœna inuentarij fraudati ad heredes non transit.*

Heredes

9 *Hæredes non tenentur ad iuramentum in litem pro dolo defuncti in non confectione inuentarij.*
10 *Hæres non potest eo iure priuari, quo defunctus priuari potuisset.*
11 *Identitas probatur ex duobus confinibus.*
12 *Bona qui dicit esse feudalia, quæ non sunt, non propterea dicitur occultasse vel celasse.*
13 *Bona qualibet præsumuntur esse libera.*
14 *Inuentarium non debet continere res feudales, & restituendas agnatis.*
15 *Filius non amittit res feudales licet non faciat inuentarium bonorum hæreditatis.*
16 *Confessio minoris summę pro residuo complectitur etiam illam primam maiorem summam.*
17 *Confessio dotis facta per maritum ualet si præcessit eiusdem obligatio.*
18 *Quod maxime procedit quando fuit facta fratri uxoris debitori.*
19 *Et tunc oritur obligatio in bonis confitentis.*
20 *Hypotheca tacita à lege inducta nascitur cum solutio dotis fit marito.*
21 *Creditoris anterioris in locum succedit qui ab illo habet iura cessa.*
22 *Hæreditas an præsumatur soluendo, & quomodo tollatur hęc presumptio.*
23 *Aestimatio potest fieri per iudicem post conclusum in causa.*

CONSILIVM CCCCLXXII.

In Domino confido.

DIFFICVLTATES oppositæ aduer
sus has dominas Laurã, & Mariã de
Sauonarolis facile tollũtur. nam quo
ad primam, quod cum Ioannes earũ
frater, cuius ipsæ sunt hæredes etiam cum bene-
ficio inuentarij, omiserit ponere in inuẽtario ali
qua bona, quæ ad illum vt dicitur peruenerunt
ex dicta hæreditate, amiserit beneficium inuen-
tarij, & in solidum teneretur creditoribus, cessat
ex eo quod illa opinio quod beneficium inuen-
tarij penitus amittatur, non est vera, neç commu
nis, cum tantummodo hæres teneatur si celauit,
surripuit, vel amoueri curauerit, aliquas res post-
1 quam fuit conuictus in duplum restituere, † vel
hæreditati computare. l. fi. §. licentia. versic. illo
videlicet. C. de iur. delib. & ibi idem tenent Pet.
Odofr. Cyn. Abb. & Saly. qui dicit habuisse de fa
cto. Bonon. in causa sibi commissa consulenda.
Castr. Alex. & Ias. Imo. Pau. & Alexan. in l. Pau. ff.
ad l. Falcid. Roma. cons. 276. uisis dubiis decimo
dub. num. 9. Vitalis in tracta. clausul. in clausula
nil noua. in inuentarij confectione pendente. co-
lum. 9. Spec. ante eos in titu. de instr. edit. §. fin. 2.
colum. quid si aliquas res, Mars. in l. qui furem.
num. 15. ff. ad l. Corn. de Sicar. & latè Bellon. cõ
2 sil. 30. num. 6. & secundum hanc † opinionẽ fuis-
se iudicatum scio in casu Domini Camilli Pas-
a qualetti, a cum D. Cæsare de Pasqualetis, quo ca
su cum nõ possit dubitari de ualiditate inuẽtarij
cessat obiectio.

Et sicut inuentarium non potest dici nullum,
ex eo capite, ita etiam dictus q. Ioannes non po-
terat incurrere dictam pœnam dupli propter di
b ctã omissionem, quia sola omissio b non facit hę
3 redem † teneri, sed requiritur, quod scienter id
fecerit, ut per Spe. ibi supra, & ultra omissionem
quod celauerit, uel surripuerit, ut per Rom. d. de-
cimo dub. sed & quòd dolosè id fecerit, & dolus
4 ipse venit † probandus, qui non præsumitur. l. do
lum. C. de dol. & in terminis Bellon. dicto consi.
30. num. 6.

Secundò, cum ista exceptio nullitatis, uel pœ
næ huiusmodi petitio non fuerit opposita, uel fa
cta in processu per partem aduersam, & sit quid
extrinsecus quod ex inuentario ipso non con-
stat, non potest magnificus Dominus consultor
5 super † ea iudicare, nec sufficit si in allegationib.
iuris allegetur, uel petatur, Barto. cum quo est cõ
* munis * opinio in l. eum qui ita. §. qui ita. num. 4.
vbi Alex. dicit communem. ff. de verbo. obligat.
num. 5. & in l. si vuus. §. pactus. ne peteret. nu. 18.
ff. de pact. & Guid. Pap. in tracta. de compulso li-
te. q. 7. num. 3. Quinimmo etiam præsumptio est
6 alleganda † per partem, pro qua facit alias non
releuat, Mars. latè in rubrica de probat. nu. 102.
Alcia. in tracta. de præsump. secunda regula præ-
sump. 12. num. 3. & ibi in addit. Quod tanto ma-
gis procedit, ex quo sola probatio facta per par-
tem nihil opponentem, uel petentem hoc non in
fert, cum potuerit illud probasse ad finem, ut re-
sponderet hęreditatem non esse exhaustam, non
ut declararet nullum inuentarium, uel quod hæ-
res in pœnam dupli inciderit, cum enim pars par
tem, uel testes repellere intendit opus est opposi
7 tione expressa, quia iudex † id ex se facere ne-
quit, Rip. in l. 4. §. hoc autem iudicium. nume. 30.
ff. de damn. infec.

Tertiò, cum defunctus nũquam fuerit ad hãc
pœnam conuentus, non debent eius hæredes
8 pro eo teneri, cum ad hæredes † non transeat. l.
pupillum. §. in hæredes. ff. de reg. iur. l. prima. §. in
priuat. delict. Et quod pro dolo defuncti cõmisso
in non confectione inuentarij, non teneantur
9 † hæredes ad iuramẽtum in litem probatur in l.
pen. & fi. C. de in lit. iur. cum aliis citatis per Plot.
in l. si quam. num. 774. C. unde ui. sic etiam quod
hæres non possit eo iure priuari quo defunctus
10 priuari potuisset ex quo in uita † eius non fuit id
effectum, trad. Ruin. consilio 138. nume. octauo,
primo uolumine, post Comen. consi. 174. præla-
tus

tus.col.2.Cur.Iun.consi.142.num.12.& Cassan. in tit.de loca.decisione 2.nu.2.

Vt nō omittam, quod respectu petiæ terræ positæ in villa Conæ satis videtur fuisse apposita in inuentario sub casali in eo descripto, cui dantur pro confinibus ager, uia communis, & Ioan.Baptista Sauonarola, & quæ confinia etiam sunt in petia terræ quæ dicitur omissa per partem, & idē-
11 titas probatur † ex duobus confinibus, quanto magis si tria concordant. l.forma. ff.de censibus Ferrar.in pract. in forma libel. in causa uendi. in glo.cui cohæret, iuncta glo. in forma libelli in actione reali declara. in eo. uerb. Anan.consi.98. colum pen.& Bertan.consi.44.num.9. tertia par. priorum. alia etiam petia terræ posita in uilla Occhibelli facile potest comprehendi sub terris positis in inuentario ex quo datur pro confine Dominus Aloisius, tum quia illa prata Occhibelli erant feudalia, & non veniebant in hæreditate Aloysij vt inferius dicetur, quod apparet ex lista denuntiationis dictorum feudorum facta per dictum Ioannem. Et licet fuerit dictum bona esse feudalia cum forte non essent, non propterea hæres amittit beneficium inuentarij, vel potest in-
12 currere † pœnam dupli, cum non possit dici aliquid ꝓpterea occultasse, vel dolo celasse, & maxime, quia hoc non poterat resultare damnum creditorum, cum onus probandi rem esse feuda-
13 lem incumberet hæredi, ex quo quælibet † res præsumitur libera, Alcia.tracta. præsump.regula secūda, præsumptione tertia, & Afflic. dec.277. ad fi.ac Cur.Iun.consi.41.nu.7.

Secunda difficultas, quòd etiam ipsæ Dominæ non possint gaudere commodo & beneficio inuentarij, ex quo pariter ipsæ illud fraudauerint non apponendo in illo nonnullas petias terrarū etiam pariter cessat ex pluribus, & primo, quia ēt quòd ipsæ nullum inuentarium fecissent tamen ex quo Ioannes earum frater illud fecit de bonis Aloisij patris, de cuius bonis, & hæreditate agitur, cum ipsæ uendiderit terras de quibus in causa satis est, cū illæ ex persona defuncti cuius personam repræsentāt. l.hæredem.ff.de reg.iur. possint detrahere credita dicti Ioannis, & ostendere hæredem Aloysij exaustam.

Præterea cum dictę terræ essent feudales, & restituendę agnatis prout fuerunt restitutæ ante
14 confectionem inuentarij, non erāt † in inuentario apponendæ cum non veniant in hæreditate, Alex.post alios.in l.si patroni.in princ.ff.ad Treb. & in consi.29.perspectis.colu.3. Vbi quòd filius
15 illas non amittit, & si non faciat † inuentarium bonorum hæreditatis.& colum.5.5.volum. Rui. consi.37.num.12.primo volum.& Paris.cōsi.12. num.56. primo volum. Vltra quod cum hic nullus dolus hæredū interuenit, sed iusta causa motę fuerunt non possent beneficium sui inuentarij amittere, per ea quæ supra adducta fuere.

Tertia est difficultas super cōfessione facta per dictum Aloysium super dote uxoris suæ Do. Catherinæ de anno 1525. ducatorum septingentorum auri, ex eo quòd absolutio facta fratri vxoris est tantummodo a scutis, uel ducatis octo auri, qui sunt residuum dictorum scutorum septingentorum dotis ipsius, sed certè ista est etiam leuis difficultas, cum certum sit ex illis verbis (qui sunt residuum dotis &c.) clare censeri, confitentur fateri babuisse totam dotem, ut ex multis decisionibus comprobauit D.procurator. nam cōfessio creditoris facta de aliqua minima summa
16 pro residuo maioris summæ † complectitur, & comprehendit etiam illam maiorem summam, vt probatur in l.si ex pluribus.in princ.& ibi glo. & Docto.ff.de solut.& trad.Docto.in l.si quidam. vbi Ias.columna prima.in fi.C. de transac. Alex. consi.216.num.4.in 7.Ias.cōsi.100.num.3.4.uolum.Afflic.decisione 285.num.3.& Nat.consilio 102.num.6. Cum igitur ex confessione hac censeatur facta confessio de tota summa dubium nō est, quin nata fuerit obligatio dicti Aloysij, & bonorum suorum pro restitutione dotis, cum talis confessio ualuerit. Tum ex forma statuti nostri. Quòd confessio de dote recepta teneat, tum ex dispositione iuris communis, quia cum præces-
17 serit obligatio dotis † valuit confessio facta per maritum, Craue.consi.50.num.1.Ioan. de Amic. consi.136.num.3.Didac.Couaru.late lib.primo. suarum resolutionum.cap.7.num.6.uer.est & alius.& Cępha.consi.21.num.9.& 131.num.8.& 9.ac Alcia.consi.66.num.2.lib.8. Quòd tāto cla-
18 rius procedit † cum absolutio, & confessio fuerit facta fratri uxoris debitori, quo casu donatio nō potest pręsumi facta vxori, Alcia.in l.1.nume.14. ff.solu.matrim. Et quòd ista confessio non sit suspecta, sed fuerit vera, & quod Aloysius habuerit reliquum dotis satis etiam constat ex legato facto per Thomam alterum fratrem dictæ Dominę Catherinæ de ducatis sexaginta ipsi Dominę debitis pro dicto residuo dotis, vt in eius testamento cōdito de anno 1571. Dubium igitur nō
19 est, quin valuerit dicta cōfessio, & quin † nata fuerit obligatio bonorum Aloysij pro eius restitutione. l.vni.§.& vt plenius.C.de rei vxor.act.& §.fuerat, & ibi omnes Institut.de actio. in aliis citatis per Neguſ. in tracta.de pignor. secunda parte 4. 4.membr.nu.24.& seq.

Succedit quarta difficultas scutorum centum solutorum d.Aloysio per dominum Leonardum de Leardis pro legato facto vxori suæ prædictæ per dictum Thomam, ex quo obligatio bonorū non fuit facta respectu Dominæ Catherinæ, sed respectu dicti D.Leonardi soluentis, quo casu videt præferēdus aduersarius qui habet hypothecam, & actionem realem hæredibus babentibus tantummodo personalem, sed in hoc etiam fallitur pars aduersa, quia cum legatum scutorum ducentorum fuerit factum dictæ Dom. Catherinæ pro augumēto dotis sufficit, quòd fuerit facta so-
20 lutio marito, quia ex tunc † nascitur etiam tacita hyppotheca a lege inducta. §.primo.in authen. de æqua-

de ęqualita.dot.ubi Ang.Negus.dicto 4.membr.
7.ampliatione nu.47.

Quod etiam ex alio tollitur, quia ipsę heredes
habẽt iura cessa a dicto Domino Leonardo vt in
instrumentis in causa productis, quo casu succe-
21 dunt in ius illius anterioris † creditoris. l.fin. C.
de priuil.fis.Rip.in l.si ventri.§.corum.num.8.ver
sic.tertio nisi.ff.de priui.cred.

Quinta difficultas de libris trecentis solutis
pro resto dotis Dom.mag.filię.d.Aloysij cui dos
fuerat promissa de anno 1540.per patrem & lib.
140.m.solutarum pro resto dotis q.D.Sapientiæ
etiam filiæ D.Aloysij ut in instrumento transa-
ctionis producto, minorem habet difficultatem
cæteris, tum quia pręscript.quindecim annorum
non habet locum in dotibus, ut expresse disponi
tur in allegato statuto de præscrip.quindecim an
norum, tum etiam quia ut haberet locum opus
esset seruare illius formam, & quòd hæres iura-
ret se credere creditori fuisse satisfactum, ut in ip
so statuto, tum quia pręscriptio nõ cucurrit post
annum 1548. quia fuit in dicto instrumento assi-
gnata dilatio patri ad soluen. annorum octo, cũ
etiam, quia cum ipsa successerit in bonis sibi obli
gatis non erat opus aliqua petitione.

Sexta & ultima difficultas, quòd non sit facienda
æstimatio bonorum ex quo hęredibus incumbit
onus probandi hæreditatem exhaustam, etiam
facile soluitur, quia cum ipsę exhibuerint inuen-
tarium, & ostenderint detractiones faciendas tã
respectu vsuum antiquorum, & aliorum onerum
ipsorum bonorũ, quàm respectu creditorum ip
sarum hęredum, certè non potest negari, quin sit
declarandum illas pro ipsis summis meliora, &
potiora iura habere in dicta hæreditate, & quin
assignanda sint illius bona pro tanta parte ipsis
hęredibus, & reliquum poterit parti aduersę re-
laxari, si quod supererit, & si vera esset opinio
partis aduersæ, quòd si in termino probatorio
non esset probata æstimatio bonorum hære dita
riorum teneretur hęres satisfacere omnibus cre-
ditoribus, sequeretur quod etiam quod bona hę
reditatis non sat essent ad satisfactionem hęre-
dis, & creditorum suorum, ipse tamen teneretur
soluere credita aliena, quia pręsumeretur hære-
ditas soluendo, quod tam falsum, quàm ridiculũ
22 est, cum satis sit probare † onera hęreditaria, &
exhibere inuentarium, & incumbit onus proban
di contrarium creditoribus, ut uidetur velle Cra.
ue.consi.225.colum.fi.sed quod ęstimatio sit fa-
23 cienda etiam post conclusum † in causa per iudi
cem, probatur in l.si quod ex pamphila.ff.de le-
gat.2. vbi Barto. & latè trad. Cagnol. in l. vnica.
colum.pen. C. de senten.quę pro eo quòd inter.
profer.& ibi Petr.Rebuff.in glo.subtilitatem. nu-
mero decimoquarto. cum pluribus sequẽtibus.
Vbi quòd quando non constat de æstimatio-
ne rei deductę in iudicium, iudex debet coge-
re partes ad eligen. peritos ęstimatores, vt il-
lic per eos. Et ita sublatę sunt omnes difficul-
tates propositę, & clarè apparet de iustitia ha-
rum dominarum hæredum,

Laus Deo Opt.Max.

Barth.Bertaz.

Executioni locum esse hoc casu iudicatum
est, nec immerito,

Clau.Bertaz.

ADDITIONES.

a Est inpressum consilium in primo libro ciuilium nuper
emisso opera Felicis Valgrisij Bibliopolę, vtinam felici
studiosorum fato. & sæpe apud nos est iudicatum.

b Omissio quando mereatur pęnam omissis cæteris est di
ligenter disquirendum. attingẽdo pro modulo uirium
nostrarum ueritatis scopum, cætera tractant etiam quo
ad hanc pœnã tres uiri ex nostris qui de inuentario cõ
ficiendo tractatus conscripserunt, Rolan.a Val. Mon-
ticu. & Phanuc.ex illis tu plura.

Distinctio itaque quæ hic a Dom. consultore poni-
tur uerissima est, aut dolo quis omisit, aut non. primo
casu est locus pœnæ & de hoc nemo dubitat. secundo
uero non. sed quæro in secundo casu quid si adsit cul-
pa in omittente? Hercul.In l.Paulus ff.ad l.Falcid. uide-
tur rem definire tenendo non esse locum pœnæ si quis
sit in culpa, & sit in bona fide. hunc reiicit tanquam ni-
hil boni dicentem Phanuc.dicto trac. de inuẽtario par.
tertia.num.48.nam qui habet bonam fidem omni cul-
pa uacat. si quidem tres soli status considerantur scili-
cet bona fides, eius oppositum, & medius status inter
utrumque, ex Rui consi.42.nu.30.in primo.

Cogor hoc loco ab ipso fonte illud repetere, quod
ad terminationem huius controuersiæ mihi conueni-
re uidetur, neque nouam adducam doctrinam, sed ue-
terem antiquiorum obscuratam recentiorum inuentis
quasi nouare contendam.

Culpa, ut alias adnotauimus, est quandoque nomen
generis continens etiam quid dolose peccatum est, &
de hac non loquimur sed de ea quæ est species, & quæ
opponitur dolo, erit ergo dolus culpa quę sceleri adscri
bitur & ut loquitur Barto. consistit in faciendo, culpa
uero in specie tribuitur imprudentiæ & stultitię & con
sistit in non faciendo, culpa distingui potest, ut una est
grauior alia, & dolo proximior, & illa est leuior quæ re
mota est a scelere uel a sceleris suspicione magna enim
culpa est dolus & magna negligentia est culpa, ut dici-
tur in l.magna.ff de uerbo.significat. non admitto autẽ
gradationem illam sexcuplicem Doc. dicentium adesse
se culpam latam, latiorem, latissimam, leuem, leuiorem,
leuissimam. namque difficile est leuissimis istis præce-
ptis cuiusque culpæ magnitudinem mentiri. iudicis ar
bitrium hoc terminabit ut cætera, quæ nulla certa do-
ctrina possunt terminari. sane iudex si uiderit dissolu-
tam esse negligentiam alicujus præter suũ morem utiq;
pronunciabit affectatam esse, & coniunctam malitiæ. l.
quod Nerua. ff. depos. Itaque sit prima conclusio nul-
lam culpam quantumuis magnam esse dolum namque
illa semper procedit ab insciente & imprudente. nam si
a sciente & uolente committeretur dolus esset. secunda
est conclusio, quòd in culpa semper bona fides requiri
tur nã si mala adesset dolus esset. & hæc adeo uera sunt
ut alia comprobatione opus non sit quæ ostẽdunt quã
fœde lapsus fuerit Phanuc. qui Hercula. reprobauerit
optime loquentem, & ut reijceret extraria adduxerit
ex Rui de bona & mala fide in materia præscriptionis,
recte rem istam intellexit Bal. uir in quo sanum agno-
scas

ſcas plerunque iudicium, ipſe enim in Anthen. ſed cum teſtator.colum.2.in h.C.ad l.Falc.quem refert Rolan. ac ſequitur in d.tract.de inuenta. 4.par.§.quid ſi hæres. num 5.pagi.104.dicit quòd etiam ſi interuiat culpa il la non nocet,niſi eatenus quatenus, hoc eſt niſi eatenus quatenus adſit mala fides, nam ſi bona adſit,quòd nulla pœna poſsit imponi ſcribit Dec.conſi.633.colum.pen. uerſic quarto in inuentario.Grat.conſi.25.col.2.in ſecundo.Rolan.ubi ſupra n 34. concludamus itaque nul lam culpā officere, quia in ea ſemper adeſt bona fides, quod ſi in ea mala adeſſet. officeret quidem non quia culpa,ſed quia ſit dolus ob ſcientiam,at uero multa præ ſtant ad cognoſcendum malam fidem, illud quæ in pri mis, ſi abſq; re iuſta cauſa hæres negligenter omiſerit deſcriptionem,cum in rebus propriis negligens non ſit deſcriptor ,diuerſus namque procedendi modus arguit diuerſitatem fidei.in hac re etiam maxime eſſet attendenda conſuetudo regionis,& conficiendi inuentaria,nam quis excuſaretur etiam ſi præter modum preſcriptum a lege inuentarium conficeret conſuetudini, enim eſt ſtandum etiam malę, & maxime ubi agitur de euitanda pœna ut in his terminis tenet Ioſephus Ludo ui.concluſ.16.uerſi.nec omne.in fi.c.53.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

An liceat occidere aggredientem & inſultantem fratrem ſuum, conſanguineum, ſocium, amicum?

SVMMAE.

1 *Fratrem offendentem licet offendere & uulnerare.*

2 *Socium itineris, & amicum licet defendere.*

3 *Amicum licet ab inſultu vindicare.*

4 *Conſanguineus poteſt conſanguineum iuuare rixantem.*

5 *Occidens rixantem cũ fratre credendo aggreſſorem non tenetur de homicidio.*

6 *Vulnus fuiſſe letale Medicorum peritia ſtatur.*

7 *Vulnerans in rixa letaliter ille tenetur.*

8 *Mortuus quis preſumitur ſi nerui erãt ſucciſi, & vulnerati.*

9 *Maleficio quis non preſumitur data opera interueniſſe.*

10 *Iniuria remittitur diſſimulatione.*

11 *Indicium omne malum purgatur per comparitionem.*

CONSILIVM CCCCLXXIII.

In Domino confido.

ABSOLVENDVS eſt ab inquiſitione contra eum formata, & liberandus eſt a carceribus, Ioan. Ludouicus de Bigarellis, ſeu de Maraninis cum non conſtet ea feciſſe de quibus inquiritur. quinimmo probata eſt eius defenſio, quod ſcilicet id quod fecit,& quod ipſe fatetũ, & teſtes deponũt, iuſtè & impunè facere potuit. Cum enim Nicolaus de Lacu, Rubeus nũcupatus, armis denudatis exiſtens in via publica pronocauerit Petrum Antonium fratrem ipſius Io. Ludouici ad rixam, & inuicem dimicarent, Antonius eius Nicolai patruus ligno ſatis magno exiuit eius appothecã, & vna cum fratre dicti Nicolai inſultauerunt dictum Petrum Antonium, & illum percutiebant cum dictis baſtonis, & ſæpe ipſe Antonius illum ſuper caput percuſsit, ut deponunt primus teſtis receptus ad defendẽdum ipſius inquiſitioni, ſecundus, ſeptimus, & nonus. Quò fit ut iuſtè licuerit ad defenſam fratris ipſi Ioan. Ludouico accurrere, nedum cum ſtazia ſeu ligno, quã in manibus habebat, ſed cum armis, & occidere
1 volentes fratrem † eius offendere, & vulnerare, vt trad. omnes. in l. vt vim. ff. de iuſ. & iu. ubi Clau. num. 77. Idem quòd frater poſſit fratrem defendere trad. Lud. Carer. in ſua prac. crim. in §. 6. ver. 9. num. 44. Blanc. etiam in ſua praxi crim. §. iuris permiſſione. nu. 21. fol. 105. Pet. Plaz. in ſuo Epit. deli. num. 25. & plura ad propoſitum citat Antonius Gomeſ. tomo 3. ſuorum tract. cap. 3. nu. 21. & Clar. in ſua prac. §. Homicidium. uerſi. item lo-
2 cum. quinimmo licet etiã ſocio itineris, † & amico, conſocium, & amicum defendere, ut per Docto. in d. l. ut uim. & de ſocio tradit Dec. cõſ. 469. num. 3. & 4. Gram. conſi. 56. nu. 25. Carer. d. §.
3 6. 8. qu. num. 48. & de amico † trad. Alcia. conſi. 27. num. 2. & 3. lib. 7. & Pet. Calepha. in 2. uolum. conſi. crim. primo impreſſor. conſi. 89. nume. 18. & quod conſanguineus poſſit iuuare conſangui-
4 neum † rixantem, plures etiam citat id tenẽs Menoch. in trac. de arbitr. iud. centu. 4. caſu 361. nume. 10. & 11. Quinimmo & ſi non conſtaret, prout apertiſsimè conſtat ex teſtibus, prædictum Petrum Antonium fuiſſe in diſcrimine vitæ conſtitutum, ſed tantummodo cum uno rixaretur, & frater ipſius ad rixam accurrẽs, putaſſet fratrem
5 fuiſſe inſultatum, & occidiſſet rixantem † cum eo non teneretur de homicidio, ſed minori pœna mulctan. eſſet, Bal. in l. 1. nu. 57. C. unde vi. Marſi. ſequitur in l. ſi in rixa. num. 26. ff. ad l. Cor. de ſica. Claud. in d. l. ut uim. dicto nu. 77. ubi dicit, quòd ad idem procedit, & pari paſſu ambulat defenſ. fratris, & defenſio propria, & Petr. Plaz. d. ca. 28. num. 35. & ita fuiſſe abſolutum quendam Antonium Perſium, qui occiderat rixantem cum fratre ſuo, ſcribit Clar. in d. § homicidiũ dicto uerſ. item locum. Idem quòd mitius ſit punien. qui ſaluti coniuncti conſulit, trad. Tiraquel. in tract. de pœn. cauſ. 24. ad fi. Cùm itaque conſtet Ioannẽ Ludouicum ad neceſſariam defenſionem fratris dictum Antonium percuſſiſſe, ipſe nulla poteſt teneri pœna, ex quo eius actus fuit licitus, etiam omni iure permiſſus.

Cæterũ quantũ ipſe aliquo modo teneri poſſet,

ſet,quod iuſtè negari poteſt, certum eſt eum non poſſe teneri, niſi de percuſſione ſuper humeros, uel ceruice illata dicto Antonio, de quo deponunt teſtes,& ipſe fatetur.cum in rixa quilibet teneatur de eo,quod ipſemet non alius fecit. d. l.ſi in rixa. ubi latè Marſil. & cum conſtet quod ipſe Petr.Antonius iam vulnerauerat dictum Antonium ſuper altero genu antequam percuteretur a dicto Ioan.Ludouico,ut ferè omnes teſtes.tam inquiſiti,quàm curiæ deponunt. ex quo vulnere obiit, ut deponunt Medici, qui illum curauerũt. quartus, & quintus teſtes, qui dicunt iudicaſſe
6 vulnus illud fuiſſe lethale, † quibus ſtandum eſt. Boer.deciſio.3 2 3.num.2 1.Menoch.d.tracta.lib. 2.centur.3.caſu.2 75.num. 1 1.& Iul. Clar. in d.§. homicidium. in uer. ſcias autem. percuſſio uero illata per Ioan.Ludouicum fuit leuiſſimi momenti.cum nullum etiam dolorem attulerit dicto Antonio licet fortè ex ea ceciderit in terram.cum iã eſſet vulneratus ſuper genu, ut dicunt aliqui ex teſtibus,nec medici illam curarunt,non eſt dubitandum qnin ſolus Petrus Antonius poſſit de occiſo teneri, niſi aliter iuuaretur, quia tenetur is, qui lethali vulnere in rixa aliquem vulnerat. Me
7 noch.in d.centu.4.caſu 362.num.2.& ſequen. & Clar.in d.§.homicidium. uer. Alia eſt etiam defenſio.& ad propoſitum ille pręſumitur mortuus
8 ex vulnere † quo nerui ſucciſi,uel vulnerati ſunt, ut in caſu iſto.Boer.d.Dec.nume. 16. & Menoch. d.caſu.2 75.num.7.& idem ex armorum qualitate præſumitur ut per eum illic. num. 6. qui in dubio voluit eſſe pronunciãdum,non deceſſiſſe vulneratum ex vulnere,ut per eum illic.num. 13. Igitur de pœna percutientis baſtono aliquem ad ſummum poſſet teneri.Ioan.Ludouicus,cuius pęna etiam eſſet minorãda ob confeſſionem ex forma ſtatuti,& propter iuſtam cauſam vt ſupra. Quod tãto apertius procedit, ut nullibi conſtet, id quod legitur in inquiſitione,uerum eſſe,quòd habito tractatu inter eos , uoluerint dictum Antonium,uel alium occidere.& in dubio non præ
9 ſumitur quòd quis data † opera , vel malitioſè interuenerit maleficio,Marſ.poſt Fel. per eum citatum in d.l.ſi in rixa.nu.28. & Carer. d.§.6. 5.q. num.44. Et licet quandoque inter partes fuerit aliqualis inimicitia, tamen cenſebatur remiſſa inter eos iniuria , cum ipſe Nicolaus amicabiliter induxerit in teſtem in quadam eius cauſa dictum Ioannem Ludouicum,de quo multnm confidere oſtendebat, ut deponit octauus teſtis , & fuit producta atteſtatio notarij de tali inductione rogatus. nec dubium eſt quin diſſimulatione
10 iniuria † remittatur.§.fi.Inſti.de iniur.Cagno. in l.quicquid calore.num. 2 1.ff.de reg.iur.

Poſtremo cum ipſe Ioan.Ludouicus in libertate exiſtens,comparuerit & ſponte ſe carceri mã-
11 cipauerit, eius ſpontanea comparitio † purgat omne indicium , quod eſſet contra eum, ut per Marſ.in ſua pract.crim.§.diligenter.num.204. & in conſi. 1 17.num.49.Blanc.in prac.crim.in §.his ſic præmiſſis.num. 1 3 1.fol.1 38.& in his terminis defenſionis Alb. conſi.94. ad fin. Gram.d.conſi. 29.num.3 1.& ſequ.& pulchrè Nouel.in ſuo trac. ad defen.in titu.reſponſiones Reorum in conſtit. nu. 1 o.& ſeqnen.

Laus Deo Opt.Max.

Bartho.Bertaz.

Fuit lata ſententia qua fuit abſolutus iſte inquiſitus.

Clau. Bert.

ARGVMENTVM.

Tortura quando poſſit inferri,& ex quibus indicijs,& quando ex dicto teſtium iudex originis qñ poſſit inquirere, & punire delinquentem.

Tortura quando poſſit inferri ante inquiſitionẽ, & repeti non ſuperuenientibus aliis indiciis.

SVMMAE.

1 *Confeſſio extraiudicialis facit indicium ad torturam.*

2 *Teſtes inhabiles non probant quo ad condemnationem, ſecus autem ut faciant indicium ad torturam.*

3 *Et maxime ſi ſint vltra neceſſarium numerum.*

4 *Et interuenit tortura, quæ omnem labem teſtium purgat.*

5 *Indicium eſt non paruũ, quod quis alias fuerit condemnatus ob delicta.*

6 *Et ex hoc ſolo ſecundum aliquos poteſt deueniri ad torturam.*

7 *Vel ſaltem magis augentur indicia contra reũ exiſtentia.*

8 *Indicium eſt aliquod quod,quis ſit repertus in loco delicti.*

9 *Tortura arbitrio iudicis eſt commiſſa.*

10 *Dictio ſecundo ſtatur in tortura facto.*

11 *Citatio non requiritur de conſuetudine quando recipiuntur teſtes pro informatione curiæ.*

12 *Iudex loci originis poteſt punire delinquentem extra territorium.*

13 *Et maxime quando delinquens in loco delicti non fuit inquiſitus nec punitus.*

14 *Copiam indiciorũ non tenetur iudex dare non petenti ex ſtatuto Ferrariæ.*

15 *Et etiam de iure communi.*

16 *Ruſticitatis priuilegium quibuſdam ruſticis non competit.*

17 *Statutum ciuitatis eſt ſeruandum ſi ſtatuto caſtri*

ftri expresse non est dispositum.

18 *Verbum (singularis) quid importet.*

19 *Tortura potest inferri etiam ante inquisitionem.*

20 *Tortura potest repeti non superuenientibus nouis indicijs, si prima tortura fuit leuis.*

21 *Et maxime si indicia militant maxime vrgentia.*

22 *Associatio facit indicium contra associantes.*

23 *Malus quando præsumatur emendatus, & factus bonus.*

24 *Pax non dicitur vera vbi latent insidiæ vel dolus.*

25 *Quod procedit maxime in inimico a modico tẽpore citra reconciliato.*

26 *Inimicus de recenti reconciliatus non potest tamen testificari.*

27 *Nam causa inimicitiæ idem operantur quòd inimicitia.*

28 *Tortus quòd passus fuerit, quia male ligatus, non est crimen iudicis.*

CONSILIVM CCCCLXXIIII.

In Domino confido.

DE duobus in hac causa criminali Petrini Corelli videndum est, primo nũquid legitimè & iuridice captus, & tortus fuerit. secũdo nunquid purgata indicia contra eum militantia, & absolui possit.

Circa primum breuitati inhærendo dicitur, concludendum fore ipsum ritè, & rectè captum, & tortum fuisse. Namque de duplici saltem delicti pœna videtur agi posse, de pœna scilicet tractatus homicidij, & de pœna facientis guarnimentum. de primo statutum Ferrariæ sub rubrica, pœna occidentis, uel vulnerantis, aut occidi vel vulnerari facientis prece, vel pretio, pœnam imponit libra. quĩquaginta & plus arbitrio Principis, & permittit tali casu torturam, vt in eo ibi. si verò neque mors. de secundo statutum sub rubrica. de pœna facientis guarnimentum, aliam pœnam infligit, uel ducatorum centum, vel libra. vigintiquinque. si locum congregationis cõgregati exiuerunt vel non. de delicto verò tres testes deposuerunt, duo ex his narrant factum tractatus audiuisse à Hieronymo de Vecchis, & omnes tres extraiudiciali confessione Petrini cõfitentis se. & Hieronymum remisisse homines quos ad locum de quo in processu venire fecerant, vt Bernardinum de Vistòlis occiderẽt, testi-
1 ficantur. Quæ confessio extraiudicialis † proculdubio fecit indicium ad torturam. gl. & Bar. in l. capite quinto. ff. de adulter. Brun. tracta. de indic. & tortu. tertia quæstio. primæ par. num. 14. Mars. in pract. criminali. in §. diligenter. nu. 76. & in §. quoniam. num. 18. & Blanc. in repet. l. fin. ff. de quæst. nume. 203. in quibus locis aliis citatis
* hanc esse communem * Docto. conclusionem probatur.

Nec obstat primo, quòd dicti testes, ex eorum delictis, & condemnationibus essent infames, & sic inhabiles in causa criminali, quia respõdetur q etiam infames & inhabiles admittuntur ad probãdum iudiciũ, ex quo possit deueniri ad torturã,
2 licet secus sit respectu † condemnationis faciendæ ita Bal. in l. cunctos populos. colum. 5. C. de sum. trinit. & fide catho. Alber. Malet. in tract. de testi. fol. mihi. 5. col. 1. & 2. Paris. de Put. tract. Syndica. in materia torturæ, in cap. fui semel interrogatus. nu. 3. fol. mihi 256. Roma. consi. 451. quædam mulier. prima col. Lanfr. in pract. sua uerb. testium depositiones. nu. 131. Brun. d. tract. 2. qõ. primæ par. num. 3. Gram. consi. 32. num. 14. quas auctoritates si vidisset Marsi. non dubitasset eas sequi in pract. crim. §. diligenter. nu. 3. in fi. Quòd
3 tanto magis procedit, cum fuerint vltra † necessarium numerum, quia tres. vbi numerus. ff. de testibus. nam quo ad torturam numerus etiam supplet in criminalibus. Grama. cons. 1. num. 4. & 5.
4 Et interuenit † tortura quæ omnem labem eorũ purgat, vt latè Grama. in his terminis cõsi. vlt. ad fin. vbi alios allegat.

Accedat indicium malæ famæ, quæ est in specie in homicidiis commissis in personas aliorum de huiusmodi agnatione q ex libris maleficiorũ Fusignani appareat in quibus legitur ipsum Perinum bis fuisse condemnatum in pœnam capitis & bannitũ pro tribus homicidiis, quæ banna adhuc viuunt, nec sunt cancellata, & ex vulneribus
5 alij illatis fuit etiam pecuniariter † condemnatus, hæc enim præsumptio maxima est, per regulam semel malus, de qua per Alcia. suo trac. præsump. reg. 2. præsumptione 7. in tantum, q multi
6 tenent † ex hoc solo posse deueniri ad torturam, ut refert Mars. in prac. crim. §. diligenter. nu. 99. & seq. pro quo faciunt plura trad. per Grama. voto 17. num. 7. & seq. & saltem negari † non potest, quin magis augeantur indicia contra reum existentia, ut per Blanc. dicta l. fin. numero 246. & sequentib.

Confirmatur, quia ipse Perinus fuit repertus in loco delicti, vt etiam ipse fassus est, quod
8 etiam argumentum, & indicium facit, † vt tradit Paris. de Pute. d. tracta. capi. si quis est inuentus. fol. 260. quòd facit, & reddit magis testium testimonia verisimilia qui deposuerant Hieronymum dixisse se velle ire ád remittendum homines quos ad locum prædictum ipse & Perinus venire fecerant, possent etiã aliæ coniecturę

& suspiciones adduci quæ confirmarunt indicia prædicta, & quæ mouere potuerunt iudicem ad arbitrandum torturæ locum fuisse. hoc namque arbitrio iudicis, tam de iure municipali, quàm communi commissum est, de primo extat statutum Fusignani, sub rubrica *che il Vicario possa procedere, &c.* & statutum Ferrariæ, sub rubrica de modo, & forma procedendi per inqui-
9 sitionem. ad fi. de secundo † est decisio Bart. in l. fin. de quæst. & Marsi. plura adducēs in pract. cri mi. §. diligenter. nu. 23. licet non negauerim esse debere, & iuri, & æquitati consonum, vt etiam ipsemet Marsi. ibi prosequitur.

Secundò non obstat, q dicti testes fuerint socij criminis & in eorum testificatis varij, quia vtrunque falsum videtur, eorum enim delictum nihil cum Perini imputatione habet commune, nec etiam video aliquam uarietatem saltem in duobus ex eis, qui semper fuerunt cōstantes in deponendo de huiusmodi cōfessione, sed & si vnum
10 etiam prius dixissent, & postea aliud, tamen † secundo dicto in tortura facto standum esset Barto. in l. 1. §. quæst. de quæst. cum aliis trad. per Alcia. d. tracta. præsumptionum regula secūda præsumptione 29. num. 10. & similiter respondetur ad id q obijcitur testes prædictos non probare, quia nullum verbum de mandato deponūt, quòd exigi videtur, vt statutum procedat cuius dispositio verbis non conuenientibus sibi locum minime uendicat, quia si testes inspiciantur ipsi deponūt de confessione Perini, quòd ipse & Hieronymus remiserant homines, quos illuc venire fecerant, ut Bernardinū occiderent, nec enim uideo quomodo mandatum non includatur necessario, si ad talem effectum exequendum illuc homines uenire fecerant, & sic debeat puniri de tractatu, qui ex dicta confessione satis probatur, quæ uerificat uerba Hieronymi prius prolata de huiusmodi tracta. de quibus duo ex biis deponunt, & per consequens statuto de tracta. loquenti locus sit.

Tertiò non obstat, quòd dicti testes iurauerint parte non citata, quia non fuit opus alia citatione quando indicia pro informatione curiæ recipiūtur, ut statuto Ferrariæ sub rubrica de modo & forma procedendi per inquisit. in princip. & sub rubrica de modo & forma citandi rē vel uerbo accusatum etiam in principio cautum est,
11 licet etiam illud q dicitur de citatione † nō procedat, de generali consuetudine, ut trad. Blanc. d. l. fi. num. 22.

Quarto, non obstat etiam illud quod dicitur de pœna guarnimenti Perinum teneri non posse ex quo fuit factum extra territorium, quia immo fuit factum in territorio in quo Illust. Comites iurisdictionē habent, & in eius iurisdictionis quasi possessione sunt, quia fecerunt fieri plures executiones ad domum dictorum de Ferraresetis, sed & posito q etiam extra territoriū delictum fuisset commissum, tamen non uidetur negari posse per iudicem loci originis delinquentem puniri
* posse, secundum communem * opinionem Do-
12 cto. quæ seruatur † etiā in practica, ut trad. Aret. & ibi August. in addit. in tract. malefi. in uerb. hęc est quædam inquisitio. antepen. col. uersi. quæro hic, an in delictis commissis. quod procedit fal tē quando delinquens in loco delicti nō fuit inqui-
13 situs, nec punitus, ne delicta remaneant † impunita, Marsi. in pract. crim. §. postquàm. nu. 90. 91. & hanc Doct. concordiam sequitur Io. de Amic. cō sil. 75. nume. 15. Vnde cum delinquens in casu isto, nec punitus, nec inquisitus fuerit in loco delicti commissi, non uidetur dicendum, quòd in loco originis debeat etiam esse impunis, quod tanto magis in hac specie procedit in qua dicta hominum congregatio facta fuerat, ut uenirent in territorium ad occidendum subditum.

Quintò non obstat, quòd copia indiciorum non fuerit data dicto Perino ante torturam, tum quia indicia erant urgentia, & indubitata, & propterea non tenebatur iudex eam dare tametsi petita fuisset, ut in dicto statuto sub rubrica de modo, & forma procedendi per inquisitionem post prin. dispositum est, tum etiam quia non fuit petita, nec iudex tenetur eam dare non
14 petenti † tam ex forma statutorum, quàm etiam de iure communi, quòd non teneatur ex forma statutorum probatur ex statuto præallegato Fusignani, & ex statuto Ferrariæ sub rubrica ex quibus causis, & quando possit quis torqueri ibi si id postulauerit. & sub rubrica de modo, & forma procedendi per inquisitionem post princ. ibi reo petente. nam a contrario sensu reo non petente non est danda, quod argumentum a contrario sensu etiam in statutis procedit. ad nota. in l. prima. ff. de officio eius cui manda. est iurisdictio.
15 Quòd uerò de iure communi † non teneatur, ostendit Blanc. dicta l. fin. numero trigesimoprimo. ubi reprobat distinctionem Marsi. in practi. crim. in §. nunc uiden. in princip. quę & si ucra esset in casu isto sibi locum non vendicaret, cum non sumus in rustico ignaro, qui verisimiliter nesciuerit dictam copiam petere, sed in homine sagaci, nec puto Fusignani nec Romandiolę quidem, Marsi. distinctionem procedere, cū sint homines litigiosi, & sagaces, ac astuti, & in his non habet locum beneficium, vel priuilegium rustici
16 tati † concessum. glos. in l. Athletas. §. de rusticis. ff. de excusatio. tuto. nec in his qui sæpe vadunt ad nundinas, qui rusticoni vocantur, ut per Aret. in l. 2. C. de in ius voc.

Sexto, & vltimo non obstat, quòd non fuerint seruata statuta Fusignani, quæ iudex seruare decreuit, quia non disponunt in isto casu specificè, nec expresse, statutū enim sub rubrica, *che il Vicario possa procedere per via d'inquisitione*, loquitur per verbum potest, quòd regulariter necessitatem non importat. l. sæpe audiui. ff. de officio præsid. secundo non disponit aliquid de tortura danda ante inquisitionem, & an possit dari,

dari, nec ne? vel ad eam deueniri. & propterea necesse est recurrere ad statutum Ferrariæ sub dicta rubrica, de modo, & forma procedendi per inquisitionem. ad fi. Vbi clarè, & expresse super hoc disponitur, namque vigore illarum Serenissimi Ducis in prin. statutorum ipsorum impressorum disponitur, ad ipsa statuta habendum esse recursum quoties per statuta aliorum locorum de illo casu expressa, & singularis mentio facta non fuerit, & ideo non sufficit, etiam si generaliter de huiusmodi casu per statutum Fusignani dispositum
17 fuisset, ꝙ ex dicto verbo expresse. † ostenditur. clem. constitutionem, ubi Imo. de elec. Alex. consi. 123. scripsit ecclesiasticus. 2. col. 4. volu. &
18 verbum, singularis, † hoc probat, iuxta trad. per Barto. de huiusmodi verb. In extrauagan. ad reprimen. verb. non obstan. & in l. fin. C. si contra ius vel util. publi. & Alexan. consi. 155. colum. 2. num. 11. & sequen. 6. volum. sed & quòd ante inquisitionem etiam ad torturam deueniri possit
19 circumscripto † statutorum ordine, tenet expresse Aret. in tracta. malefi. in verb. hæc est quædam inquisitio. colum. decima. versi. quarto principaliter quæro. ad fin. vbi docet iudices debere interrogare reum carceratum cum tortura, & fine, pluries, ut uideat bene super quo fundare possit inquisitionem. ex quibus quo ad primum uidetur concludendum iuste, & iuridice contra prædictum Perinum processum fuisse, nullaque iniustitiam eidem ministratam fuisse, quicquid nonnulli parum prudenter, & iuridice affirmauerint, sed ad secundum.

Quo ad secundum uidetur dicendum prædictum Perinum in tortura repeten. esse, uel contra eum proceden. esse, per uiam inquisitionis urbanius agendo ad pœnas prædictas, & non esse in casu absolutionis.

Primo, quia non fuit sufficienter tortus, nec enim fuit concussus, & nullos ictus habuit, sed tantum per aliquod spacium temporis stetit eleuatus, quo quo etiam non superuenientibus aliis indiciis potest repeti, secundum ueriorem, & ** crebriorem ** Doct. sententiam quam † tenet
20 Brun. in dicto tracta. quinta quæstio. secundæ partis. num. 62. & trad. latè Marsi. in l. repeti. in princ. ff. de quæstio.

Secundo, quia & si fuisset sufficienter tortus ex quo indicia militant multum urgétia posset etiã
21 in tortura † repeti Marsi. d. l. repeti. & Blane. d. l. fin. num. 12.

Tertiò, quia superuenerunt noua indicia post torturam. nam uidetur probata conuersatio assidua cum Hieronymo de Vecchis principali delinquente, de qua, & unus testis deponit examinatus pro curia, & uidetur probatum, quòd inter illos de Vecchis & istos de Corellis fuit facta liga, & unio, & quòd dicti de Corellis associarunt pluries dictos de Vecchiis, quæ conuersatio, & associatio inimicorum istorum de Vistolis facit indicium contra conuersantes, & associantes,
22 † ut pulchre prosequitur Blanc. d. l. fin. num. 163. 164. & 171.

Nec uidentur obstare, quæ pro defensione Perini probata, & adducta sunt. & primo probatio de bona fama, quia dato ꝙ fuerit bona fama probata a tribus annis citra, & bona fama in genere tolleret malam famã in specie, adhuc illa non facit, ut præsumatur emendatus qui fuit malus, & ꝙ stetetit per triennium bonus, & abstinens à solito delicto, sed debuit probari pluries illi occa-
23 sionem euenisse similis delicti committendi, † & tamẽ abstinuisse, ita no. declarat Alcia. dicta præsumptione. 7. supra allegata. num. 3.

Secundò, non uidetur obstare asserta pax dato quòd fuerit probata, quia huiusmodi paces, ut experientia rerum magistra docet, sunt similes illius paci Monaci, illa enim non dicitur uera pax
24 ubi latent † insidiæ uel dolus, Bald. allegando Augu. in cap. 1. in fi. prin. de pac. iur. firmã. Quòd tanto magis procedit in inimico a modico tem-
25 re citra † reconciliato, ut Alcia. trad. d. tracta præsump. reg. 2. præsumptione 16. ad fi. ubi dicit præsumi inimicũ. Nam & huic propter præsumptio-
26 nem quam contra se habet odij recẽntis † contra inimicum reconciliatum testificari non potest, ut trad. Marsi. in l. prima. §. præterea. numero sexto. de quæst.

Preterea pax non uidetur obstare ex quo post eam superuenit causa renouandæ inimicitiæ, scilicet propter uerba Bernardini, de quibus deponunt plures testes in processu examinati. Nam
27 causa † inimicitiæ idem operatur quod inimicitia ipsa, ut prosequitur Marſ. dicto §. præterea. numero 3.

Tertiò, non uidetur obstare dum obijcitur, testes non fuisse examinatos pro parte curiæ iuxta formam statuti Ferrariæ sub rubrica, de modo recipiendi testes. & non iurarunt, quia illud statutum non habet locum in repetitione testium qui se referunt tantum ad primo dicta, nec quando examinantur in tortura, ut trad. Barto. in l. prima. §. qui quæstionem. ff. de quæst. & si accipiatur copia ipsorum testium repetitorum quam accipere neglexit pars Perini, uidebitur ipsos, & iurasse, & rite examinatos & repetitos fuisse, sed de hoc non est disputandum, quia adhuc sumus super inquisitione formanda, & tortura, non autem tractamus de condemnatione uel absolutione facienda, quia tunc erit cognoscẽdum nũquid secundũ eorum dictum valeat, & probetur ad condemnationem, quia satis supra conclusum fuit prædicta dictum sufficere quo ad torturam, & per hoc tollitur quod dicitur de exculpatione Ioan. Beghæ, quòd non videtur uerum, & quòd testes non deposuerunt eum tortura, quia hæc omnia super meritis ueniunt discutienda.

Quarto & ultimo, non videtur obstare, ꝙ Perinus fuerit grauiter tortus, quòd ostẽdit membrum debilitatũ seu motum, quia non propterea

potest dici in casu isto grauiter tortus, nec decisiones allegatæ hoc dicunt, potuit enim accidere ex alio, quàm ex tortura, nec enim verisimile est, per torturam id accidisse, quando quidem solum steterit eleuatus, & nunquam fuit concussus. & licet potuerit accidere ex quo male fuerit liga
28 tus, vt nonnulli testes arbitrati fuerunt † hoc iudici non est imputandum sed militi, seu contestabulo ad cuius officium pertinet bene ligare, vt trad. Par. de Put. in allegato. capi. per aduersum, an si officialis. ad fi. fol. 267. nec aliquid facere videtur quod fuerit constans in tortura, si quidem in ea repeti potest secundum veriorem, & communiorem Doct. opin. de qua supra dictum fuit in prin. huius secundi dubij. Ex quibus satis videtur responsum ad multa subtiliter, & quidem eleganter adducta per magnificum D. Ioannem.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Proclama puniens eos, qui non habitauerint quando non comprehendat aliquos, & ipsum non valeat.

SVMMAE.

1 *Proclama non comprehendit eos de quibus nullam facit mentionem.*

2 *Priuilegiati non comprehenduntur in generali dispositione.*

3 *Priuilegium secundum non tollit primum, si de eo nulla est facta mentio.*

4 *Proclama de habitando non comprehendit eũ qui ex sententia lata potest succedere.*

5 *Confirmatio non censetur facta cum derogatione iuris cõmunis, si rescriptũ sit (vt petitur.)*

6 *Et cum processit ad instantiam partis clausulæ, (motu proprio) (de plenitudinẽ) nihil faciũt.*

CONSILIVM CCCCLXXV.

In Domino confido.

CVM fuerit concessa licentia habitandi extra terram, & territorium plebis per Serenissimum Dominum Ducem nostrum quàmpluribus agricolis, non obstantibus proclamatibus illos cogentibus sub pœna amissionis bonorum ad illuc habitandum, licet exinde post aliquot annos fuerit facta cõfirmatio capituli seu ordinis, qua excluduntur non habitantes per decennium a iuribus suis in bonis maleficatus, non tamen comprehenduntur in hac ultima dispositione hi qui ex dicto priuilegio eis concesso, poterant impunè

1 alibi habitare, ex quo de eis † nulla est facta mẽtio specialis. §. si quæ verò pragmaticæ in secunda constitutio. C. trad. Castren. consi. 187. notan dum. columna penult. uersic. sed tamen his. 2. volum. Et quòd in generali dispositione non com-
2 prehendantur † priuilegiati voluit etiam Castr. in consilio 317. secunda columna. primo volumine, & illum sequuntur Cur. Iun. consi. 106. numero 12. & Ruin. consi. 219. num. 5. primo volu. & plura ad propositum, quòd confirmatio secundi decreti non tollat primum latè ponit Alexan. in consi. 122. uiso puncto. num. 6. & seq. 5. volum.
3 & quòd secundum priuilegium † non tollat primum si de eo nullam faciat mentionem habetur in cap. primo. de rescrip. & trad. Rim. consi. 204. num. 4. & sequen. de quo per Antonium Gabr. lib. 6. suarum conclusionum tit. de reg. iu. conclusione secunda num. 21. & seq. & tanto minus cõprehenditur Io. Cantellus ex quo habet ius succedendi in his bonis ex sententia superinde lata.
4 † talis enim in generali dispositione comprehensus non censetur Alex. consi. 30. ponderatis prima & secunda col. 4. vol.

Et licet in supplicatione communis fuerit petitum, quòd motu proprio, & ex certa scientia, & non obstantibus quibuscunque in contrarium facientibus fieret confirmatio, & in R. fuerit concessum, vt petitur, nõ censetur facta confirmatio
5 † cum derogatione iuris communis per dictam clausulã, vt petitur, vt per Marant. post Corn. per eum citatum in tracta. de ord. iudi. quarta parte, nona distinctione. numero sexto, & sequ. & Gomes. in compend. vtri. signa. prima quæst. num. 5.
6 tum quia cum confirmatio † processerit ad instãtiam partis clausulæ huiusmodi motu proprio. & c. nihil faciunt, ut per Ias. in l. fi. nu. 32. uersi. tertio limita. ff. de constitu. princip. de qua clausula Gabr. dicto titulo, de clauſ. conclusione tertia. num. 102. & seq. & num. 116. & 117.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Gabella an sit soluenda ne pœna debeatur ab eo qui se immunẽ esse asserit, & si super immunitate est iudicatum.

Et quid stante longissima consuetudine non soluendi, & longissimi temporis præscriptione.

SVMMAE.

1 *Gabellam non soluendi qui est in quasi possessione debet in ea manuteneri.*

2 *Et hoc casu sufficit allegare nunquam soluisse.*

3 *Idem probatur ex libris gabellarum.*

4 *Et possunt cogi Gabellarij illos ostendere.*

5 *Libertatis non soluendi quasi possessio acquiritur ex literis magistratus.*

Sen-

6 *Sententia declarat titulum immunitatis.*
7 *Et declarat statum hominis quo ad omnes.*
8 *Exceptio rei iudicatæ obstat licet nõ sit lata sen tentia inter casdem personas.*
9 *Sententia lata pro gabella contra vnum extrã seuntibus facit ius quo ad omnes.*
10 *Immunitas quarum scripturarum productione sit probanda.*
11 *Fama publica & vox optime probat consuetudinem temporis immemorabilis.*
12 *Gabellarum in exactione maxime attenditur consuetudo.*
13 *Consuetudo attẽditur in solutione oĩum onerũ.*
14 *Et excusat ab his a quibus de iure non excusatur Princeps vel ecclesia.*
15 *Et operatur priuilegium ac decretum.*
16 *Et habet vim concessionis.*
17 *Et præscriptionis effectum.*
18 *Et habet vim tituli.*
19 *Et eandem potestatem quam habet imperator.*
20 *Sententia lata probat ipsam consuetudinem.*
21 *Præscribitur contra gabellam ad fiscum, & ad rempublicam pertinentem.*
22 *Et maxime spatio temporis immemorabilis.*
23 *Qua præscriptio differt a consuetudine.*
24 *Instrumenta quando sunt plura, & excedunt tempus centum annorum, ut probent.*
25 *Obseruantia est priuilegij fida interpres.*
26 *Et operatur ut maiora expssis cõcessa cẽseãtur.*
27 *Iudicatum est in dubio contra gabellã. (narijs.*
28 *Immunitas magis cẽsetur cõcessa ab extraordi-*
29 *Gabella an sit munus ordinariũ, vel personale.*
30 *Cõsuetudo ĩmemorabilis nunq̃ cẽsetur sublata.*
31 *Præscriptio temporis immemorabilis nunquã censetur sublata.*
32 *Princeps non potest ius quęsitũ auferre parti nisi ex certa scientia, & de plenitudine ptãtis.*
33 *Rescripti in impetratione debet fieri mentio de lite pendente.*
34 *Immunitas cõfirmata p sñiam nec reuocari põt nec cõprehẽditur in generali Prĩcipis edicto.*
35 *Proclama gñale, uel edictũ ñ cõprehẽdit imunes.*

CONSILIVM CCCCLXXVI.

In Domino confido.

VISIS processibus agitatis inter magnificos consortes villæ Casumarij, & officium Gabellarum ciuitatis Ferrariæ, eius sum sententiæ, ipsos mag. consortes, & omnes interesse habentes respectu immunitatis in dicta uilla forc, & esse absoluendos a petitis pro parte dicti officij, & pronũtiari, & declarari illos nõ incidisse in aliquã pœnã, sed ipsos fuisse & esse immunes & exẽptos, tã respectu habitantiũ in dicta villa, quã respectu rerũ, & bonorũ in ea existentiũ & sitorũ, & fructuũ ipsorũ, siue inspiciamus possessoriũ, siue petitoriũ, cũ n. fuerint & sint in possessione, uel quasi libertatis non soluendi gabellas aliquas, vel alia onera, ut ex processu satis apertè vr cõstare, pculdubio
1 in ea manuteneri † debent. Cast. consi. 313. postremo. col. 1. 1. vol. Crau. consi. 111. nu. 10. & seq. Bol. in tit. de fisc. & eius priuil. nu. 60. Nat. consi. 627. nu. 4. & 5. & Menoch. consi. 75. nu. 8. & hoc
2 casu sufficit † allegare nunquã soluisse. Crau. consi. 57. nu. 9. Nat. consi. 406. nu. 12. & 446. nu. 14. Sylua. consi. 59. nu. 11. & Bursat. consi. 138. nu. 49. Vltra qđ probari põt ex ostensione librorũ gabellarũ in quib. non apparet quicquã vnquã fuisse
3 † solutũ, vt per Nat. d. cons. 406. nu. 11. & 627. nu. 4. Sylu. cõs. 66. nu. 21. & Bursat. d. cõs. 138. nu. 48.
4 & posset † cogi Gabellarius illos exhibere, Berta. in trac. de Gabel. 4. par. 3. q. nu. 7. & seq. Et cũ tot sñiæ & tot literæ mag. factorum, & etiam R. Ser. Principum huius status emanauerint ad fauorẽ horum consortum, vel antecessorum suorum, negari non potest quin fuerint constituti in posses-
5 sione libertatis † ipsius, vt de literis magistratuũ ad propositum scribit Nat. d. consi. 627. nu. 5.

Si verò petitorium intueamur, & adhuc apertissimè constare arbitror de iuribus huius immunitatis. primo, ex pluribus sententiis latis contra Gabellas, & Cameram Ducalẽ ad fauorẽ ipsius immunitatis tam antiquis, quàm nouis, de anno 1479. fuit declaratũ per Ser. Ducẽ Herculẽ primũ D. Ioannẽ de Romeis, qui terras & bona emerat in dicta villa Casumarij a D. Andrea Valẽguo non fuisse grauandũ ad gabellas pro dicto cõtractu, ex quo terræ ipsæ erant in loco exẽpto, & mãdatũ q cancellaret debitũ prout fuit data cõmissio per Ser. Ducissam de sic exequẽdo, & fuit exinde dicta de cã cancellatũ, ut de his oĩb. constat in pc. fol. 35. Et subinde de anno 1453. per mag. factorẽ Ducalem illius temporis fuit declaratũ ad instantiã D. Sigismondi de Trãno, immunitatem ipsam fuisse ei seruãdam pro bonis in ea villa existentibus, & fit mẽtio in dicta declaratione de aliis declarationibus factis de anno 1478. & 1479. vt in registro Ducalis Cameræ ad fol. 93. 120. & 148. de anno vero 1496. fuit lata alia sententia per mag. Ducales factores eum cõsi. D. Io. Franc. a Canale ad fauorem Comitum Vberti, & Petri a Sacrato quod non tenerent ad Gabellam venditionis fructuũ recolectorũ in eorũ terris sitis in dicta villa, vt in proc. fol. 37. De anno vero 1499. fuit lata ẽt alia sñia ad fauorẽ dicti Co. Petri sup immunitate Gabellæ dictorũ fructuũ. de anno 1533. fuit lata alia sñia ad fauorẽ G. Galeoti Sacrati, & Ioan. Ma. de Hastis super dicta im-

munitate. & vt in proc. fo. 111. Et de anno 1541. fuit lata alia sententia super huiusmodi immunitate a collectis per locum tenentem Iud. 12. Sap. & alia de eodẽ anno super immunitate à gabellis per D. superiorem gabellarũ ad fauorem Do. Ludouici Malauoltæ, vt in proc. fol. 99. & seque. Quæ quidem sententiæ latæ ad fauorem interuenientium pro dicta immunitate in illis iudiciis cum Ducali Camera contra ipsam Ducalem Cameram proculdubio nocẽt eidem & possunt successoribus, & interesse habẽtibus in dicta immunitate, tum quia declarat titulum immunitatis,
6 † vt per Nat. consi. 524. num. 6. in quo consilio multa scribit ad propositum huius causę, tũ quia cum lata fuerint quodammodo super statu personarum exemptarum videntur facere ius quo ad alios contra gabellam & Cameram, quæ succubuerunt in illis causis. l. ingenuũ. ff. de sta. hom. vbi res iudicata pro veritate hr̃. & l. res iudicata. ff. de reg. iur. sicut quando quis declaratur eius,
7 clericus, vel alterius qualitatis † vt ad propositũ trad. Alex. in l. sæpe. num. 68. & sequen. uersic. iuxta hoc quæritur. ff. de re iudic. Tiraquel. in tract. res inter alios acta. decima octaua limitatione. & Didac. Couaru. c. 13. practi. q. num. 5. maxime in uersic. tertio colligitur cum seq.

Et cum eadem quæstio immunitatis, quæ tũc agebatur, pariter nũc refricetur in dubium, licet
8 tractẽt de aliis personis similiter immunib. † debet obstare exceptio rei iudicatæ sicut obstat in casu l. si quis cum totũ. §. si ancillam. & §. generaliter. ubi Cast. ff. de excep. rei iud. de quo per Albe. cons. 74. nu. 9. & ad propositum fortius voluit Guid. Pap. q. 549. sententia q̃ sententia lata ad fa
9 uorem gabellæ † contra unum ex trãseuntib. vel mercatorib. ex quo fertur in iudicio populari noceat aliis, q̃ si id admittamus tanto magis obstabit fisco agenti, qui alias toties succubuit in eadem quæstione, cum eadem quæstio refricatur in dubium cum alijs exemptis ea eadem causa.

Secundò, præter dictas sñias q̃ decidunt hũc casum sunt producta plura alia iura quæ probãt hanc immunitatem, & primo suppositio Leonelli, & Troyli de Fãtis cũ R. Ducali de anno 1506. in qua narratur, q̃ superiores gabellarum volebãt eos cogere ad soluen. gabellã pro emptione cuiusdam possessionis sitæ in dicta villa Casumarij emptę à Co. Ant. Beuilacqua, & quia auditu hominũ nunquam pro dictis rebus fuit soluta gabella, sicut nec soluit d. Co. Ant. p̃ sua emptione eiusdem rei, propterea supplicauerunt Principi pro conseruatione immunitatis ipsius villæ, & obtinuerũt rescriptum ad superiores gabellarũ, vt aduerterent diligenter ne quid innouarent cõtra supplicantes, nec constat q̃ soluerint, & vt in processu fol. 108. sunt etiam productæ aliæ scri-
10 pturæ † de dicta immunitate fidem facientes, vt attestatio Massarij Bõdeni de anno 1532. & aliæ aliorum massariorum de anno 1557. & potestatis illius terræ de anno 1577. de quibus in proc. fol. 86. 87. 88. similiter declaratio æstimi bonorum dominorum de Canonicis facta de man. Illust. tunc iudicis. 12. Sap. ex causa dictæ immunitatis, vt in supplicatione illorum cum R. de anno 1537. in p̃c. fol. 107. & in fide officialis ipsius officij ac partita libri anni 1538. in qua constat de dicta declaratione vt fo. 106. ex literis et mag. factorum Ducalium scriptis de anno 1554. ad prætem Bondeni de anno 1554. vt in proc. fol. 104. & ex aliis ad eũdem de anno 1573. fol. 105. & ex apocha officialis ad exactionem collectarũ ab immunibus & exemptis fol. 102. constat ipsos habẽtes bona, & habitãtes in dicta uilla, & bona ipsa fuisse immunes, & immunia, & pro talibus habitos, tractatos. quæ omnia saltem probant possessionem nel quasi, & cõstituunt illos in quasi possessione huius immunitatis, vt supra fuit ostẽsum ex dicto consi. 627. num. 5.

Tertio, p̃ter allegata fuit probatũ per decẽ testes pro parte dictorũ cõsortũ examinatos, q̃ ab immemorabili tp̃e citra dicta villa Casumarij fuit & est immunis tã respectu personarũ, quã rerũ. & q̃ nũquã fuit grauata aliquo onere reali, vel personali, & præsertim bnecatui gabellarũ, & aliorũ hmôi, & q̃ consuetudo semp fuit talis, q̃ ad aliqua onera non tenerentur. & ita fuit & est cõis
11 opinio, & publica vox, & fama, & q̃ optimẽ † p̃bant hanc consuetudinẽ tp̃is immemorabilis, iuxta trad. per Old. consi. 244. ad obiectas. 3. colũ. uersi. quarto opponebat. Craue. in trac. de antiq. temp. 4. par. §. materia ista. nu. 38. Ant. Gabr. li. 5. suarũ conclusionũ tit. de præscr. concl. prima. nu. 74. & Decia. consi. 11. nu. 167. in primo, & 51. nu. 35. in 2. vol. Certũ aũt est cõsuetudinẽ in exactione vectigaliũ, & gabellarũ esse attendendã, nec posse exigi gabellas pro reb. p̃ quib. non est cõ
12 suetum † quicquã solui. l. locatio. §. earũ rerũ. ubi Bar. ff. de publica. & vectig. Ias. cons. 20. col. 2. versic. septimo. 1. vol. Iul. Ferret. d. tracta. de gabel. & publica. num. 236. Rolan. à Val. consi. 79. nu. 80. & seq. in tertio, q̃ admittunt Menoch. consi. 9. nume. 7. & Franc. Bec. consi. 96. in princ. iuncto. nu. 18. & firmant Menoch. consi. 189. numero 28. & Bursat. d. consilio 138. numero 42. Et idem dicẽdum est de solutione aliorũ onerum, quia in eis exigendis consuetudo est seruanda, ita ut qui nõ
13 sunt soliti † soluere non possint cogi. gl. & Ioan. de Plat. in primo no. in l. 2. C. de excoctio. & trãslati. milita. anno. lib. 12. vbi dicit, quòd consuetudo excusat & ab his à quibus de iure nõ excusat
14 Princeps † vel ecclesia. Nat. cons. præalleg. 406. nu. 6. & seq. Crau. d. cons. 11. nu. 7. Alcia. cons. 8. nu. 5. lib. 3. Sylua. consi. 61. nu. 13. & illic Alcia. in subscriptione. nu. 2. & 3. Rol. d. consi. 79. nu. 83. & seq. & consi. etiam 79. nu. 17. 4. uol. Bero. cons. 81. nu. 15. in primo, Bursat. consi. 163. num. 19. & cõsil. 186. num. 11. & Decia. responso 14. nu. 45. in 1. volum. Et quæ quidem cõsuetudo nullam exigit priuilegij uel tituli probationẽ cum ipsa ope-
15 retur priuilegium, & decretum † Oldr. cõs. 254.

quia

quia tota columna tertia, ad fin. Nat. consil. 155.
16 num. 6. vbi dicit habere † vim concessionis, & in
dictis consi. 406. num. 7. & 627. num. 2. Sylua. di-
cto consi. 61. num. 6. Paris. consi. 101. num. 84. in
primo. vbi plura ad propositum de consuetudi-
ne, & latius Antonius Gab. d. cóclusione prima,
in princ. & nu. 44. & seq. vbi ponit plures effectus
17 talis consuetudinis, & prescriptionis † Rolan. cõ
sil. 65. nu. 40. & seq. & 89. num. 9. & seq. & nu. 38.
in secundo, & consi. 100. nu. 106, in 4. volum. Me
noch. consi. 43. nu. 7. 80. nu. 6. & 147. nu. 37. & seq.
Bursat. d. consi. 138. nu. 45. 160. num. 59. & seq. &
186. nu. 16. 23. Decia. d. consi. 51. num. 37. & seq.
& consi. seu responso 44. nu. 10. & 17. in secundo.
& 108. nu. 7. & seq. in tertio. & quòd consuetudo
habeat vim tituli si allegetur, & probetur posses-
18 sio temporis † immemorabilis, trad. Bec. consil.
15. num. 13. & 14. & dicit Nat. in cõsi. 640. nu. 34.
quòd æquiparatur priuilegio ex certa scientia
concesso, & denique habet consuetudo eandem
19 potestatem † quam habet imperator. Nat. consi.
283. num. 1. Gabr. d. conclu. nu. 67. & Rolan. d. cõ
sil. 100. num. 108.

Quarto, ex dictis sententiis præter dictos te-
stes probata est etiam dicta consuetudo quæ in-
ducitur per binos actus obtentos in iudicio. l. cũ
de consuetudine. ff. de legi. & licet non sit necesse
ad probationem & essentiam consuetudinis, ꝙ
pro ea sit iudicatum, tamen sentẽtiæ latæ probãt
20 † ipsam consuetudinem. Abb. consi. 77. nu. 10. &
11. 2. uol. & in c. fi. de consuet. nu. 16. & Decia. d.
consi. 51. nu. 20. & 11 1. ubi alia allegat.

Quintò, stãtibus dictis probationibus ꝙ dict
consortes, & eorum antecessores nunquã solue-
runt dictas gabellas vel onera prædicta ne dum
per spacium 40. annorum, sed ẽt cẽtum, & vltra,
dubium non est quin talis immunitas, & exẽptio
fuerit præscripta, cum præscribatur cõtra gabel-
21 lam etiam ad fiscum † vel rempublicam pertinẽ
tem spatio 40. annorum. l. omnes. C. de præscrip.
30. vel 40. annorum. Bart. in d. l. locatio. §. earum
rerum. nu. 3. vbi Ang. & Castr. Corn. in consi. 43.
* 2. col. 1. uol. quam opinionem dicit communẽ *.
Bald. in tract. de præ sc. 2. par. 5. par. princ. q. 5. Fer
ret. d. tracta. nu. 254. Alb. consi. 62. nu. 38. Thob.
Non. consi. 47. nume. 1. & sequen. & tanto magis
22 præscribitur † spatio temporis immemorabilis.
Rip. lib. primo responsorum. c. 18. in princip. Ce-
pha. consi. 176. num. 36. & Bero. consilio 136. nu.
9. 3. uolum. & quæ quidem præscriptio differt a
23 consuetudine, ut declarat Bald. d. tract. de præsc.
prima parte. qõ. 10. Nat. d. consi. 406. num. 9. Di-
dac. Couaru. in repet. regulæ possessor, 2. par. §. 3.
nu. 2. de reg. iu. in 6.

Postremo, sunt producta plura priuilegia sum
morum Pontificum concedentia immunitatem,
& exemptionem bonis Abbatiæ Nonantulanę a
qua habita fuerũt antiquitus bona hæc Casuma
ri per Illust. Marchiones Estenses, ut enuntiatur
in pluribus instrumentis antiquissimis, quæ pro-
24 bant, cum sint plura, † & excedant tempus cen-
tum annorum, ut per Doc. in ca. cum causam. de
prob. & in l. cum aliquis. C. de iure delib. Dec. cõ
si. 52. nu. 7. & 8. & Hier. de Mõte, latè in trac. de fi-
nib. c. 60. ferè per tot. maxime. nu. 3. & seq. & licet
talia priuilegia non essent ita clara ut opus esset,
& possent pati aliquam difficultatem, obseruan-
tia tamen subsequuta ea declarauit, illa est enim
25 priuilegij † fida interpres, Dec. consi. 156. colũ.
vltima. Sylua. consi. 66. num. 20. & subscribens in
consi. seq. nu. 11. vbi dicit operari, vt maiora ex-
26 pressis concessa cẽseantur, & idem ante † eos vo
luit Alex. cons. 211. in fi. 6. volum. vbi loquitur in
gabella quæ nunquam fuit soluta. & Dec. d. con-
sil. 48. colum. 1. Nat. d. consi. 405. num. 27. & 28.
Alcia. d. consi. 14. numero duodecimo. in 4. libr.
Menoch. consi. 75. num. 56. & Osasch. decisione
Pedemont. 136. nu. 4. Et hoc casu quo agitur de
interpretatione priuilegij non est opus, quòd cõ
suetudo sit p̃scripta, sed sufficit obseruantia sub-
sequuta per decennium, vt per Doct. præcitatos,
& præsertim Sylua. dicto consi. 66. nu. 21. Alcia.
& Menoch. in dictis consil.

Ex quibus satis, & super constat rem hãc esse
clarissimam, & indubitatam, vt omnino sit iudi-
candum ad fauorem horum dominorum consor
tum, quòd si esset dubiũ (quod non cõcedimus)
27 adhuc idem est faciendum, † cum in dubio con-
tra gabellam sit pronunciandum. Dec. d. consil.
48. col. 3, versi. sexto & vltimo. Corn. cõsi. 199. co
lum. 4. in primo. Alcia. in l. lege censoria. in ver-
bo, magnam, in fi. ff. de verb. signifi. & Crau. cons.
231. in fin.

Nunc operæpretium est videre, an ea quæ ex
aduerso obijciuntur hanc veritatem, & iustitiam
spendidissimam offuscare, & obnubilare possint.
Et primo obijcitur, ꝙ dicta priuilegia non sint p-
ducta in publicam & authenticam formã, & sunt
exempla exemplorum. sed respondetur, quia cũ
authentica sint penes Abbatiam prædictã suffi-
cit ꝙ sumptũ exẽplum ab eis producatur, & pò-
terunt etiam produci in eo loco, si in hoc per ma
gnificum Consultorem fiet difficultas, sed quic-
quid sit cum super hac immunitate fuerit toties
iudicatum, & sententiæ transiuerint in iudicatũ,
& fuerit probata consuetudo immemorabilis tẽ
poris non soluendi, non est opus alia probatione
priuilegiorum, uel tituli qui præsumitur, vt supra
comprobatum extitit.

Et ex hac responsione tollitur etiam secunda
obiectio, ꝙ immunitas fuerit cõcessa in gratiam
dictæ ecclesiæ, & Abbatiæ Nonãtulanæ. quia cũ
fuerit cõtrarium seruatum, vt eadem immunitas
etiam extenderetur ad possidentes bona in dicta
villa, cessat omnis scrupulus. immo & cum nõ sit
opus alio tit. vel priuilegio, super his productis
non est disputandam.

Quòd autem tertio loco dicitur, priuilegia illa
non comprehendere immunitatem a gabella de
qua nulla est facta mentio, & quæ recensetur

inter munera ordinaria, & certam habet præsta-
28 tionem,& ideo magis censetur concessa † immu
nitas ab extraordinatiis,vt per Nat.cons.139.nu
me.11.& seq.& quia gabella dicitur munus,& o-
nus,consequutiuum contractus,ut per Ceph.cō-
sil.58.nu.33.& in aliis consi.pariter tollitur, tum
quia præter priuilegia habemus immunitatem à
gabellis ex sententiis,consuetudine, præscriptio
ne,& longa obseruantia, quæ tollūt omnem dif-
ficultatem.nec etiam est verum illud fundamen
tum, quod gabella sit munus ordinarium,ut uo-
luit Nata.quia immo est munus personale quod
29 pro re imponitur, † vt uoluit Bart.in l.1.§.1.nu.4.
ff.de publi.Bertach.de gabel.in prælud.16.& Fer
ret.in d.tracta.num.192.Et quòd gabella non sit
munus,ordinariū in terminis uoluit Grama.post
Luc.de pen.per eum citatum in consi.69.nu.15.
in ciuilibus. quod ratione comprobatur, quia
munus ordinarium est id quod a supremo Prin-
cipe imponitur,& habet certam formam. l.1. C.
de vacat.publi.onc.lib.10.Barto. in l.1.num.40.
C.de mulier.& in quo loco.lib.10.Docto.in l.pla
cet.vbi Ias.3.colum.in repet.& Alcia.in verb. ca-
nonicam.C.de sacrosanc.eccles.& ad hoc tene-
tur ecclesia, quæ tamen nō tenetur ad gabellā.c.
quanquam.de censibus.in 6.& Doct. in l.placet.
maxime Alcia.super dicto uerb. & scio ita me ad
uocante contra consilium prædictum Natæ fuis-
se iudicatum,sed quia expressim super Gabellis
(vt dixi) fuit pro hac immunitate sententiatum,
& cōsuetudo probata hūc scopum percutit, ces-
sat omnis scrupulus.

Postremo non obstant quæ nimis subtiliter
obijciuntur contra concessiones factas de curia
Trecentulæ,quasi quod ille non respiciant dimi-
diam quæ olim peruenit ad excell. Merchiones
Estenses, quam intermediat via Rheni, quia cū
ex pluribus instrumentis antiquissimis enuncie-
tur quòd alia dimidia fuit concessa a dicta Abba
tia dictis excellen.Marchionibus illi stādum est,
& licet non constet, quòd fuerit concessa nisi di-
midia dictæ curiæ dictæ Abbatiæ, non sequitur
propterea quòd nō potuerit illam habere, ex a-
lia concessione quæ nunc non constet, & cum im
munitas nostra sit super bonis,& habitantibus in
dicta villa Casumarij districtus Bondeni,& Fina
lis,& sit probata,ut supra,hoc nobis sufficit ad ui
ctoriam, nec enim in tam antiquis rebus pos-
sunt haberi liquidæ probationes ut in recentio-
ribus habentur.

Non obstaret etiam si obijceretur, quòd in lo
catione gabellarum fuerit appositū capitulum,
quòd non obstante consuetudine statui contra-
ria gabellæ exigerentur, tum quia consuetudo
30 tanti temporis † non censetur sublata vel reie-
cta,Nat.consilio 154.numero septimo.Decia.di
cto consilio 44. numero decimonono. in secun-
31 do. sicut etiam non censetur sublata † præscri-
ptio tanti temporis Alexan.consi.60.omissa.in fi.
primo volu. Rip.in l.quominus. numero 100. de
flumi.Alber.consi.64. numero quadragesimono
no.Balb.d.tract.de præscrip.quinta parte,quintę
partis principalis. q.9.numero 2.& sequē. Crau.
qui etiam loquitur in consuetudine consi.21.nu-
me.12.Soc.Iun.consi.176.numero 87.& sequen.
primo.num.29.in secundo.& sexto.nu.17.& seq.
in 3.uol.Boer.q.39.num.11.& 12. Paris. d.consi.
191.nu.84.in primo.Bero.consi.84.nu.22.in pri-
mo.Gabr.d.conclusione prima.nu.27.uersic.cō-
trarium cum seq.Bursat.consi.186.nu.34.& Dec.
consi.24.nu.114. primo uol. Quinimmo nō pos-
set Princeps de potestate ordinaria tollere præ-
scriptionem iam prętéritam & finitam.quia esset
auferre ius quæsitum parti,nisi fiat ex certa scien
32 tia,†& de potestatis plenitudine,Balb.d.tract.5.
par.quintæ pat.principalis.q.8.& maxime quan
do est temporis immemorabilis Rolan.cōsi.59.
nu.18. in quarto. Quòd in casu isto tanto minus
33 fieri posset ex quo † iam lis pendebat per mul-
tos annos ante, de qua lite debuisset fieri mētio.
c.1.vt lit. penden.& in authen.in med.lit. non fie
ri saer.form.uel sacras iussiones,& quia dicta im-
munitas fuerat confirmata per sententiam nedū
vnā,sed plures,quo casu reuocari nequit,nec cō
34 prebenditur † in generali principis edicto,Alex.
consi.30.ponderatis.prima col.5.uol.Nat.consi.
524.numero vigesimotertio. & sequen. & consi.
sequen.numero quinquagesimosecundo.& seq.
35 & in edicto generali non comprehēduntur † im
munes Bossiatè de Princip.& eius priuil.nu.151.
ubi citat dictum cōsilium Alex.& alia iura quod
etiam voluerunt Cur.Iun.post Castr.in cōs.107.
numero 12.& sequen,& Ruin. consi.219.nume-
ro quinto.primo volumine.

Laus Deo Opt.Max.

Barth.Bertaz.

Nulla adhuc est probata sententia,

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Criminosus quando possit contrahere, & nō
prę sumitur fraudulenter illud facere.

Simulationem quibus casibus non adfuisse
dicendum sit.

SVMMAE.

1 *Possessionis extrema cum probantur datur re-
medium reintegrandæ.*

2 *Constitutum, uel alia ficta traditio in fraudē fi-
sci non sat est ad possessionem transferendam.*

3 *Bona propter atrocitatem delicti si sunt ipso iu-
re publicata nulla transfertur possessio.*

4 *Emens a criminoso habet præsumptionem iuris
pro ualiditate sui contractus.*

5 *Contractus ualet factus per criminosum ante
sententiam.*

Fra us

6 *Fraus emptoris non præsumitur si bona de iure non possunt confiscari.*

7 *Confiscatio bonorum non fit in territorio Bononiensi ex consuetudine confirmata à Pontifice.*

8 *Contractus nõ potest obijci factus in fraudem fisci, si quis fuit condemnatus post contumaciam emanatam post contractum.*

9 *Contumacia solum nocet citato, non autem tertio qui emit bona contumacis.*

10 *Sanguinis coniunctio qualis sit, quæ faciat præsumi simulationem.*

11 *Et hæc sola præsumptio non est sufficiens ad fraudem præsumendam.*

12 *Contractus non præsumitur fraudulentus licet uenditor conducat bona uendita.*

13 *Simulatio non præsumitur in contractu facto à crimino so si fuit celebratus lapsa instãtia causæ criminalis.*

14 *Et si non solum sit lapsum biennium, sed decennium.*

15 *Idem si delictũ sit occultum, quia de eo emptor præsumitur habere ignorantiam.*

16 *Tunc enim non præsumitur fraus.*

17 *Idem si emptor semper stetit absens à ciuitate in qua est commissum delictum.*

18 *Idem si interuenit uera pretij numeratio.*

19 *Et si contractus est onerosus oportet constare emptorem fuisse participem fraudis.*

20 *Confiscationis pœna non potest imponi ipso iure si non aliter constat de delicto quam per contumaciam.*

CONSILIVM CCCCLXXVII.

In Domino confido.

ILLVSTRIS Domina Heleonora de Pijs debet obtinere ĩ remedio reintegrandæ intentato, cum extrema supponantur probata, ex constituto, de quo in instrumento uenditionis probata est possessio ipsius D. Actricis, l. quod meo. ff. de ac-

1 quir. possessione, pro qua datur † remedium hoc. Tiraquel. tract. de constit. 2. par. 11. amplia. & ex conductione facta rerum uenditarum à d. emptorem per Illustrissimum Dominum Cornelium uenditorem, ut in instrumẽto producto. l. si aliquam rem ubi not. ff. de acquir. possessione. Possessio uero de pãri fisci apostolici, non negatur, solum superest difficultas propter exceptiones oppositas ex adu. & primo, quòd contractus est suspectus, utpotè factus post commissum delictum in fraudẽ fisci, quo casu constitutum, uel alia ficta traditio

2 non uidetur sat esse, † ad possessionem transferendam, Bartol. in l. post contractum. num. 4. ff. de donat. Secũdò, quia propter atrocitatem delicti bo-

3 na censentur ipso iure publicata † fuisse, ideo non ualuit contractus, Bar. ibi. num. 12. Quibus tamen minime refragantibus ad fauorem ipsius Dominæ Actricis uenit pronunciandum, cum habeat p̃

4 sumptionem iuris pro ualiditate † sui contractus, Bal. in l. rogasti. §. si tibi. ff. si cert. peta. Aym. consi. 145. num. 2. & ualet † contractus factus etiam per criminosum ante sententiam, d. l. post cõtractum Anch. consi. 251. quæstio. num. 4. Boss. in ti. de bo. publi. num. 43.

Nec est uerum, primo, quod censeatur talis cõtractus factus in fraudem, uel simulatus, primo,

6 quia fraus non potest præsumi † ubi de iure bona non possunt confiscari, ut admittunt omnes in d. l. post contractum. sed cum ex consuetudine ciui

7 tatis Bonon. de qua † attestatur Gozadi. consi. 96. num. 4. quæ fuit confirmata, etiã ex Bulla Pii. IIII. summi Ponti. bona propter aliquod delictum nõ confiscentur, non potest dici contractus factus in fraudem fisci, & licet ex sententia bona fuerint cõfiscata, illud non fuit comminatum in monitorio sicut etiam fuit addita pœna rebellionis, & scutorum uiginti millium, in quas pœnas pro tali prætenso delicto nullatenus incurrerat, uel incurrere poterat. & cum fuerit condemnatus propter comminationem, & contumaciam emanatã post

8 contractum, contractus non potest dici factus † in fraudem, Petrus de Ancbar. d. consi. 251. ad fi.

Secundò, cum non constet ipsum Illustrissimũ D. Cornelium tale delictum commisisse, nisi ex eius contumacia, contumacia ipsa non potest nocere huic dominæ ad infringendum eius contra-

9 ctum, cum solum † noceat citato, & nõ tertio. Bar. in l. cum filiusfam. in prin. ff. de uerbo. oblig. Boss. in d. ti. de bon. publ. num. 56. & in indiuiduo Dec. consi. 410. nu. 13. uersic. 4.

Nec obstant tria, quę ex aduerso possent considerari ad fraudem præsumendam, & primo, quòd uenditio facta fuerit omnium bonorum. secundo personæ coniunctæ. tertio, quia Illustr. D. Cornelius non recessit de possessione, quia istæ præsumptiones cessant stantibus duobus præcedentibus fundamentis, quòd pro tali delicto bona non ueniebant cõfiscanda, & quòd de delicto in præiudicium tertii non sufficit constare ex contumacia rei.

Præterea prima præsumptió nõn est uera in facto, & per consequens cessat in iure, quia fuerunt uendita omnia bona quæ habebat D. Cornelius (*in loco detto alle Tombe*) non omnia alia sita in alijs locis districtus Bonon. unde cũ haberet alia bona illic, ut ex tenuta bonorum capta pro parte fisci. in reg. fol. 243. & seq. constat, cessat obiectio. Secundò coniunctio personæ nihil officit, cum ta

a lis non sit a coniunctio, ut ei imperari † possit, Bal. in l.

10 in l. post hac. nume.4. C. de bon. proscripto. uel ut
uerisimile sit, ut ab ea ꝑ arbitrio omnia obtinean
tur, Bos. d. ti. num.46. & quando etiam talis esset
11 hæc sola præsumptio non est sufficiens † ad frau-
dem præsumendam. Anch. d. consi. nume. 6. Dec.
consi. 235. num. 3. & Bos. d. num. 46. Tertia etiam
de possessione nihil officit, quia ex iusta causa re-
mansit in possessione Ill. D. Cornelius nempe ex
causa affictus, & conductionis factæ de dictis bo
nis a d. D. emptrice, ut in d. Instrumento locatio-
nis, quo fit, ut non propterea præsumatur contra
12 ctus † fraudulentus, ut per Doctor. post Bar. in d. l.
contractum, & Blanc. in repet. l. fi. ff. de q. nu. 88.
Cæterum, & si aliqua præsumptio fraudis po-
tuisset in hoc contractu considerari illa tamen tol
litur ex quampluribus præsumptionibus contra-
riis, quæ ostendunt immo dictum contractũ fuis-
se uerum, & non in fraudem, uel simulatè factum.
prima est, quia à tempore celebrati dicti contra-
13 ctus lapsa fuerat † instantia causę criminalis, ut di
citur propter dictum delictum motæ contra Illu-
14 strissimum. D. Cornelium, nedum † biennii de iu-
re communi statuti ad illius expeditionem, ut l.
fi. C. ut intra cert. temp. crim. q. termi. & l. prope-
randum. C. de iudi. sed, & decenii, & ultra.
Secunda est, quia illud delictum erat occultũ
15 ipsi D. Emptori, & de eo ꝑsumitur habuisse † igno
rantiam. l. fi. ff. pro suo. & l. uerius de probat. & ma
xime cum longe ante per 15. annos uel circa fue-
rit commissum, tali enim casu, quo delictum est
15 occultum † non præsumitur fraus. Dec. d. consil.
235. num. 4.
Tertia est, quia ipsa D. Emptrix fuit, & semper
17 stetit † absens a Ciuitate Bonon. ubi fuit commis
sum delictum, Anchar. d. cons. 251. nu. 5. & 6.
18 Quarta est, quia interuenit uera pretii † nume-
ratio, Anch. in his terminis d. cons. nu. 6. & Aymo
b d. cons. 145. nu. 7. b
Quinta est, quia ex facie instrumenti apparet,
quòd immo illustrissimus. D. Cornelius noluit fi-
scum fraudare, cum non simpliciter uendiderit,
timens ipsorum bonorum confiscationem, sed
uendidit, ut iterum retroemeret, infra triennium,
sicut etiam D. Emptrix nõ emit in frandem, cum
immo uoluerit Illustrissimum D. Cornelium tene
ri, & posse cogi retroemere, & acquirere, & uo-
luit etiam sibi præstari fideiussorẽ tam de euictio-
ne, quàm etiam de appropriatione, & retroem
ptione facienda, ut in instrumẽto, sicut etiam no-
luit de affictibus ipsorum bonorum credere ipsi
Illustrissimo Domino Cornelio sine fideiussore,
ut in instrumento locationis, quæ nusquàm facta
reperientur in contractibus fraudulentis, unde ar
gumentando à communiter accidentibus l. neq;
natales. C. de probat. arguitur quod immo cõtra
ctus fuerit uerus, & ab omni fraude alienus.
Sexta est, quia ipse Illustrissimus. D. Cornelius
post dictum prætensum delictum fuit tanquàm
non delinquens, & insons habitus, & tentus tra-
ctatus, & toleratus tam in urbe quàm in ciuitate
Bonon. & in omnibus ciuitatibus status eccles. ut
est notorium. quo casu non potest dici fuisse cele
bratum dictum contractum in fraudem fisci, de
quo uerisimiliter non debebat timere. Ex quibus
satis, & super tollitur omnis hæsitatio quæ fieri
posset propter præsumptionem dictæ assertæ frau
dis, uel simulationis, præter id, quòd exigeretur
cõstare D. Empricem fuisse participem fraudis,
19 ex quo contractus † est onerosus, ut Bartol. in d. l.
post contractum. numero 3. Anch. d. consil. nu-
mer. 4. & Dec. d. consi. 235. numer. 4. de quo non
constat.
Secundò principaliter non obst. ut ex aduoca
to dicitur, quòd pro ipso delicto fuerit pœna con
fiscationis bonorum ipso iure inflicta, quia hoc
nullo iure probatur, tum, quia & si id uerum esset,
non sat esset, nisi aliter quàm per contumaciam
20 delinquentis de delicto † constaret, ut in indiui-
duo trad. Dec. d. consi. 410. nu. 13.
Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Fuit Romæ iudicatum ad fauorem huius par-
tis.

Clau. Bertaz.

ADDITIONES.

a De huiusmodi coniecturis uid. ex recentioribus Bero. cõ
si. 166. nu. 2. in 1. 147. nu. 28. in 2. consi. 212. nu. 4. in 3.
cons. 220. nu. 10 in 3. Paris. cons. 55 in 1. Nat. cons. 198.
498 Rol. cons. 40. in 2. Rim. iun. cons. 62. Menoch. cõs.
109. Gabr. cons. 74 Decia. cõs. 105 in 2. & cons. 2. in 1.
& consi. 68. in 2. Mascard. de probatio. in uerbo, contra
ctus. & in uerbo, donatio. per plures conclusiones.

b Vt si ꝑ pretio sint datæ uestes, uel aliud, Decia. d. cõs. 105.
nu. 18. in 2. Ludo. concl. 51. uer. decimaoctaua.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Mulier, quæ dolo circunueniebatur ut contrahe-
ret, an possit, & ipsa dolo facere cõtractum nu
gatorium asserendo, & mentiendo aliquem es
se sibi proximiorem qui non erat, an uero sit
punienda tanquam dolosa, & periura?

SVMMAE.

1 *Princeps non rescribit contra rem iudicatam.*
2 *Verisimile quod non est, suspectum est de fal-*
so.
3 *Ancillæ uti testi non est credendum,*
4 *Et maxime contra Dominam si illius effecta est*
inimica.
5 *Testibus magis iudicantibus quàm testificanti-*
bus non est credendum.
6 *Dolus non præsumitur nisi probetur.*

7 *Et*

7 *Et in muliere magis præsumitur simplicitas, quàm dolus.*

8 *Contrahentes quandoque ex causa uolunt facere actus nugatorios.*

9 *Dolus in eo præsumitur qui lucrum quærit cum alterius iactura.*

10 *Fallens alium ne fallatur dicitur uti prudentia.*

11 *Fraudem non dicitur committere qui fraude alterius fraudem repellit.*

12 *Dolus quando sit bonus non autem malus.*

13 *Mulier dolum cõmittẽs tenetur quatenus est facta locupletior.*

14 *Obligatio nec ciuilis nec naturalis nascitur mulieris contrahentis sine solennitate.*

15 *Contractus non firmatur in odium mulieris si ob dolum, uel mendacium non adhibuit solennitatem.*

16 *Idem est in eo qui mentitus est se esse filiumfamilias, uel habere tutorem generalem, uel curatorem.*

17 *Nam si alioqui aliud seruaretur sine solennitate contraheretur facile.*

18 *Probare debet unusquisque proprium fundamentum.*

19 *Donatio non est mutua, uel reciproca, sed simplex in eo, quod excedit donata per alterum.*

20 *Rescriptum non ualet impetratum aduersus rẽ iudicatam.*

21 *Et annullatur concessum contra ius commune.*

22 *Donatio quæ fit sponsæ, differt ab ea quæ fit uxori.*

23 *Dos censetur repetita in secundo matrimonio.*

CONSILIVM CCCCLXXVIII.

In Domino confido.

RELATIO per Magnificos Dominos Arbitros in hac causa ex Ducali R. electos facienda est Serenissimo Domino Duci nostro, ad fauorem huius Dominæ Dominicę de Imperialibus, Dominum Georgium Aduersarium non esse audiendum ad uersus sententias conformes in rem iudicatam transactas, sed ei imponendum esse perpetuum silentium, ipsum temere uexautem hanc mulierculam in expensis condemnando. Habet enim hæc domina hoc inconcussum fundamentum rei iudicatæ standum esse, quæ pro ueritate habet. l. in
1 genuum. ff. de stat. homi. contra quam † rescribi à Principe non debet, l. fi. C. sent. rescin. non poss. l fi. C. de error. aduoc. & l. prima C. ut lit. pẽd. trad.
2 moder. in l. causas, uel lites. C. de transact. 2

Nec obstat illud tam ualidum fundamentum, quòd toties adduxit pars aduersa ad uexandum hanc dominam, modo iudicio criminali modo in ciuili, in quibus tamen semper ipse succubuit, quòd scilicet olim Domina Angelica eius uxor donatrix fuerit in dolo, ex quo scienter iureiurã. affirmauit, non habere proximiores attinentes in ciuitate Ferrariæ eo qui in contractu consensum præstitit, cum tamen ipsa sciret extare quon. Dominum Golditorium eius proximiorem, ex quo fuerit annullatus cõtractus donationis. Namque id cessat, & penitus tollitur ex pluribus.

Primo, quia negamus expresse aduersarium probasse scientiam dictarum sororum de existentia ipsius D. Golditorii in ciuitate Ferrariæ tempore celebrationis ipsius contractus, & dixisse illa uerba, quæ attestantur illas dixisse illi coniuges testes proculdubio redempti examinati in causa criminali mota etiam contra dictam Dominam, quorum dicta censeo esse nedum suspecta de falso, sed ipsa falsitate falsiora, ut nulla fides eis sit adhibenda. primo enim deponũt inter se, & diuersa, & aduersa, ac non uerisimilia. Antonius enim deponit, ꝙ notar. inter stipulan. instrumentum interrogauit. D. Dominicam an haberet alios attinentes, uel consanguineos, & ei dedit iuramentum super hoc, uxor uerò dicit interrogationem fuisse factam a iudice, & utranque sororẽ fuisse interrogatam. Variant etiam in referendo uerba harum mulierum, cum uxor dicat, quòd dixerunt Dominum Galditorium esse earum inimicum, quod tacet uir, quod modo notarius super hoc puncto, an haberet attinentes nec ne detulerit iuramentum ipsis mulieribus falsissimum est, cum iuramentum appareat in quo constat solum fuisse delatum, ut tũc erat communis Stylus, omnia, & singula uera esse &c. nec enim adhuc fuerat facta noua prouisio, quòd iuramentum etiam mulieribus ipsis deferreretur, quæ postea emanauit de anno. 1553. dictum nanque testis, non ueri
3 simile est † suspectum de falso Mars. plura trahens ad propositum in rubrica de probat. num. 108. & seq. quę quidem uerisimilitudo in probat. est multum attendenda, ut per eum ibi, & latè per Crau. consi. 61. num. 9. & 75. num. 24. Sed minus est uerisimile, quòd in illo actu negandi habere attinẽtes ancilla earum nunc examinata, ausa fuerit reprehendere Dominas reminiscẽdo, quòd D. Golditorius erat earum consanguineus, & quòd ipsæ respõderant illa uerba coram iudice ex not. quæ deponunt ipsi testes eas dixisse, & tamen ipsi nil eorũ intellexerint, ut deponi dicta Lucr. & in hoc processu attestantur D. Iudex, & notarius ipsi.

Secundò, reprobantur testes ipsi de falso ex testimoniis

ſtimoniis plurium teſtium in hac cauſa examinatorum concludentium quòd dicta uerba, per ipſam Lucretiam uel per dictas ſorores de imperia libus dicta non fuere, quia ſi fuiſſent tunc temporis dicta, & probata eas intellexiſſent, & audiuiſſent loqui, cum ſemper fuerint præſentes. Fortius Magiſter Io. Bap. de Tetalaſinis teſtis pro hac parte examinatus atteſtatur hos coniuges tunc temporis non eſſe in eo loco ubi celebratum fuit dictum inſtrumentum, quo fit ut omnino de falſo eſſent puniendi. l. qui falſo. ff. de teſti. & l. eas. ff. ad l. Corn. de falſ.

Quibus ſi addatur, quòd ut ipſa Lucretia fatetur in ſuo teſtificatu eſt ſeruitrix D. Georgii, cui
3 † tanquàm Domeſticæ, & familiari non eſt cre-
b den. c. in literis. ubi Fely. de teſti. b & quod eſt mulier infamis, & concubina, Georgii, ut deponit dictus Magiſter Io. Bap. examinatus in alia cauſa criminali de furto, non minus iniuſtè mota cōtra hãc pauperculam mulierem per Dominum Georgium, quàm fuerit mota præſens controuerſia, in proc. fol. 35. & 36. Certè nullo modo erit dubitandum quin rectè fecerint illi D. Iudices in illa cauſa criminali, in qua etiam ipſa fuit examinata, & in alia cauſa falſitatis prætextu dicti iuramenti, de quo in dicto inſtrumento, pariter iniquiſſimè mota contra eam Dominam Dominicam, nō adhibendo fidem teſtimoniis ipſorum redemptorum teſtium.

Accedat, quòd ipſe teſtificatus facti per dictã Lucretiam ſuper hoc facto illa iam depoſuerat in cauſa aſſerti furti capitali, contra dictam D. Dominicam, ex quo teſtimonio ſpontaneo fuit effe-
4 cta inimica ipſius † Dominæ, & ſic ei non eſt credendum, ut per Doctores in c. meminimus. de accuſat. Banc. in l. fin. ff. de quæſtio. numero. 152. & per Marſ. in l. prima. §. præterea, num. 11. ff. eo. tit. ex quibus realiter tollitur hoc fundamentum aduerſarii, quo nititur hanc pauperculam uelle ſuis bonis ſpoliare. & hæc ſolum ſufficerent ad uictoriam eius.

Secundò poſito, & non conceſſo, quod uera eſſent, quæ iſti mendaces teſtes deponũt, & in hoc eis fides adhibenda eſſet, (quod utique falſum eſt ut ſupra,) non tamen conſtat ipſas mulieres fuiſſe in dolo, & propterea in aliquo teneri ipſi aduerſario licet iſti teſtes prudentiſſimi, ac ſapientiſſimi ſeruus, & ancilla in eorum teſtimoniis etiã iudicauerint de animo ipſarum, quod id fecerint animo fraudandi Dominum Georgium, & ipſum decipiendi, ac falſum committendi. quod oſtendit, apertè animum pronum eorum in fauorem producentis, tametſi teſtibus talibus † magis iudican-
5 tibus quàm teſtificantibus minimè ſit credē. l. teſtium. C. de teſtib. Bar. & alii in l. prima. ff. ſi cer. pe
6 ta. nam dolus non præſumitur † niſi probetur l. interpoſitas, ubi Bal. & alii C. de tranſact. cum aliis trad. per Io. Baptiſtam Plot. in l. ſi quando. numer. 76. 77. C. unde ui. & tanto minus præſumitur in muliere, in qua magis præſumitur ſimplicitas q̃

7 dolus. † gloſ. in uerb. niſi dolo, & ibi Bal. & omnes in l. ubi exigitur. ff. de eden. & Tiraquel. in tracta. de retract. conuentio. in præfat. numer. 34. quinimò ex facto ipſo conſtat eis hoc caſu locu iſſe dolo, & fraude uti ad excludendum dolum, & fraudem aduerſarii, & quarum dolus non malus, ſed bonus eſt dicendus. l. prima. §. non fuit autem. ff. de dol. cum enim contra iura, & honeſtos mores ipſe Dominus Georgius ſtatim contracto matrimonio cogitauerit ſpoliare, nedũ uxorem, ſed etiam ſororem uxoris ſuis bonis, curando ut ipſa Domina Dominica prius bona ſua donaret uxori, & ſubinde uxor ſibi, contra. l. primam. ff. de donat. inter uir. & uxor. & toto eo. ti. ff. & C. & eo prętextu uxorem fraudaret, faciendo ipſe quoque aliam conſimilem donationem omnium ſuorum bonorum præſentium, & futurorum uxori, conſimilem dico uerbis, cum nullibi conſtet ipſum unquàm habuiſſe aliqua bona, quod per eum erat proban. ut inferius dicetur. cum que uxor negando illam facere poſſet minus grata haberi erga uirum, & quodammodo bellum inteſtinum pararet, non uideo quomodo in ſpiritum ſanctum (qđ aiunt) peccauerit, ſi etiam ſciens, & prudens curauerit facere actum nullum, adhibendo remotiorem non proximiorem conſanguineum, q hon-
8 nunquàm faciunt partes, uel altera † partium, ut fiat actus nugatorius, l. an inutilis. ff. de acceptil. cum aliis trad. per Cagnol. in l. fi. nume. 275. C. de pact. nec hoc caſu ipſæ mulieres de dolo teneren tur, cum eis dolo uti licuerit ad excluden. fraudẽ aduerſarii, cuius dolus prǽſumitur, ex quo cum al
9 terius † iactura lucrum quærebat. Crau. conſi. 142. numer. 17. de hoc eſt tex. in l. cum pater. §. Titio, in fi. ff. de leg. 2. per quem tex. dicit ad propoſitũ. Bal. in conſi. 142. dominantib us. numer. 3. primo uolum. quòd qui alium fallit ne fallatur, dicitur
10 † uti prudentia. quod etiam licere firmat Ang. in l. fin. ff. de uſur. & dicit idem Bald. in conſ. 396. qđ autem. num. 2. uerſic. ſed reſpondeo. 4. uolu. quòd non uidetur committere fraudem, qui ſe plus al-
11 tero diligit, uel qui alterius fraudem † repellere intendit. & in l. prima, colum. pen. nume. 17. C. ſi quis aliq. teſt. prohi. l. ad pro poſitum trad. Fratrem non teneri de mendacio, ſi teſtatori falſò dixetit perſonam turpẽ quam teſtator uolebat inſtituere ad excluſionem fratris iam deceſſiſſe, per d. §.
12 Titio. & quòd hic † ſit dolus bonus, & non malus trad. etiam Corn. in conſi. 52. col. fi. in 2. & conſil. 6. in fi. 3. uolu. ubi ad propoſitum noſtrum ſequitur Alcia. in tract. præſump. 3. regula præſumptione. 28. & plura refert. Tiraquel. in tract. de retract. lignag. in præfatione. nu. 69. cum pluribus ſeqq. & ibi nnmer, 71. ex Bal. etiam dicit, quòd qui per dolum, uel mendacium ſuum recuperat, non tẽnetur reſtituere. quod proculdubio procedit quãdo nullum damnum aduerſarius patitur, ut dicit Corn. d. conſil. 52. quod & in caſu iſto euenit, in quo aduerſarius agit de lucro captãdo nō de dãno uitando, cum nihil pœnitus de ſuo amiſerit

ut

ut inferius etiam dicemus. constat itaque nullum dolum malum ipsis mulieribus adscribi posse ex dicto asserto mendacio ex quo potuerint adversario teneri.

Tertiò etiam admisso, sine ueritatis praeiudicio, quod ex dicto mendacio, uel dolo dictae mulieres in aliquo tenerentur non tamen propterea teneri possent ex dolo ipso ac si contractus ualuisset, sed tantum ad instar pupilli pubertati proxi-
13 mi, dolum comittens quatenus † sint effectae locupletiores l. haeredibus. §. fi. cum l. seq. ff. de dol. quod etiam disponit statutū nostrum de indemnitatibus mulier. in fi. & de contra mino. etiam in
d fi. d in hoc parificans hos casus, & ad hoc etiam faciunt, quae de aequiparatis trad. Doct. in l. si constante in prin. ubi Crot. num. 59. 2. lect. ff. solut. matr. cum enim statutum prohibeat mulierem contrahere sine solemnitate de qua in eo, & annullet contractum alias factū sine ea, dubio procul non
14 nascitur † ciuilis uel naturalis obligatio mulie-
* ris, ut per omnes communiter * post Bar. in l. si nō sortem in prin. ff. de condit. Indebi. & Guid. Pap. consi. 238. & licet alias propter dolum non contrahētus possit aduersarius laesus uelle stare cōtra eū in praeiudicium dolosi, ut per glo. in l. eleganter. in prin. ff. de dolo. & in l. transactiones. ubi Ias. C. de transact. uel non stare si id malit, l. qui nundum. ubi Bal. C. de haered. uel actio. uendi. tamen hoc casu, quo statutum annullat contractum propter deficientem solemnitatem, etiam si illa ob dolum, uel mendacium mulieris non fuerit adhi-
15 bita non firmatur contractus † in odium mulieris, nec laesus ei stare potest. ita ad propositum in his ferè terminis renuit diputando Iacob. de Bel. in q. sua incip. lege Perusina. quem refert, & sequitur Io. Andr. in addit. ad specu. in tit. de senten. §. ut autem. in prin. in addit. magna. circa med. ubi loquitur in eo qui mentitus fuit se esse filiumfamilias, uel habere tutorem generalem, seu firmauit aliquem esse eius curatorem qui non erat, quę
16 optimè huic † nostro casui conueniūt, idem trad. Anchar. in ca. primo de consti. in repet. 14. q. principali, uers. iuxta praedicta etiā col. mihi. 90. quod etiam tenent Castr. consil. 175. ad primum in 3. dub. 2. uol. Roma. consil. 12. uiso facto. colu. 2. nu. 3. Franc. Cremen. in singulari suo. 162. statuto Caueur. Soci. qui loquitur in donatione inter uirū, & uxorem prohibita, in consi. 66. colum. 7. uersic. pro qua opinione adduco. in primo uolum. & cō si. 23. num. 14. in 4. ubi dicit, quòd si in odium pro
17 hibiti contrahere mentientis cōtractus † esset seruandus, iam esset aperta uia fraudandi statutum, & contrahendi sine solemnitate. hanc etiam opinionem tenet Cur. Iun. consi. 118. num. 9. & consi. seq. num. 6. & Socin. Iun. in eadem causa respondens in consi. 3. num. 28. 2. uolum. ex quorum tantorum patrum auctoritatibus penitus excluditur ipse Dominus Georgius, etiam, quod de dolo uero dictarum mulierum cōstaret, ut nihil ab eis petere posset nisi eatenus, quatenus ex earum do lo fuerint effectae locupletiores, dicta. l. haeredib. §. fi. quod nihil est, nam ex dicto contractu nedū ipse non fuerunt effectae locupletiores, nec ipse effectus fuit in aliquo pauperior, cum etiam obolum non amiserit, & totum id quod quęrit, est merum lucrum cum alterius iactura, quod naturali iuri repugnat l. nam hoc natura. ff. de condi. inde. & l. iure naturae. ff. de reg. iur. maxime cum praedecesserit uxor, quae potuisset tantum ei succedere si ipse prior obiisset. & si aliqua haberet bona, q̄ nulla tamen constat habuisse, quo fit ut nullum possit ipse praetendere interesse, ex quo non docuit se tempore donationis habere bona aliqua in quibus mutuo, & reciprocè posset uirtute donationis succedere uxori, hoc enim sibi in eo se
18 fundanti † incumbebat onus probandi, ut per Alcia. praesumptione. 27. 2. regula in d. tracta. praesump. Roder. Suares in lib. fori in tit. de lasarras. num. 16. Quod cum non constet, non potest dici ipsum aliquid uxori donasse, quia hoc casū donatio non est mutua, uel reciproca in eo in quo exce
19 dit donata † per alterum, sed est simplex, & pura, ut fuit haec uxoris, ut ad propositum trad. Saly. in l. prima. C. de donat. ante nupt. Soe. consil. 215. 2. colum. 2. uolum. Bertran. consi. 380. numer. 12. 2. par. priorū. Io. Lop. in rubrica de donat. inter uir. & uxor. §. 50. num. 25. Craue. consil. 265. num. 11. & Tiraq. in l. si unquam in uerb. donatione largitus. num. 122. C. de reuocan. donat. si igitur nullū dānum, (quod est diminutio patrimonii l. 3. ubi latè Rip. ff. de dam. infect. aduersarius passus est, quinimò nec pati potuit, cum nō constet aliquid donasse, non uideo quomodo iure aliquo, uel naturali, uel ciuili, uel etiam aequitate non scripta, possit praetendere aduersus hanc mulierē, & eius bona, quam tot annis litibus criminalibus, & ciuilibus uexauit, distraxit, & magis gratiis, & fauoribus, quàm legibus, & rationibus iniustè oppressit. nec quomodo ipse possit aliquem ex aequissimis D. Arbitris in suam sententiam trahere, ut uel minimam cogitationem habeant referendi Serenissimo Duci, etiam obolum eum ex hac causa iure consequi posse.

Quartò, & ultimo cum per surreptionem, & obreptionem ipse aduersarius obtinuerit rescriptum compromissi faciendi, inter partes etiam stante re iudicata, multa falsa narrādo, & uera ta-
e cendo e proculdubio debet carere impetratis, & non solum non debet obtinere aliquam reuisionem uel restitutionem aduersus sententias, sed si
20 obtinuisset † non ualeret Rescriptum super hoc concessum. l. 3. & l. & si legibus. cum ibi not. per Doct. C. si contra ius uel util. publicam. c. super literis. de rescrip. & maxime Rescriptum ipso iure
21 annullatur, quando continet † gratiam, uel priuilegium aduersus ius commune. c. ad audientiā. il 2. ubi Fely. de rescrip. Corn. consil. 164. litera o in primo. & ferè in terminis in consi. 201. colum.
f 3. uer. tamen his non obstan. litera. c. in 3. uol. f At in proposito multa falsa narrauit Principi in eius suppli-

b ſupplicatione, quę ipſe tenebatur probare, & cum negata fuerint, iuxta trad. per Rip. poſt alios in ca. 2. nun. 30. de reſcript. & quorum contrarium pro parte noſtra fuit probatum ad conuincendum ipſum de mendacio, Principi narrato. & primo, quòd D. Angelicam eius uxorem accepit infirmam, ex hoc innuere uolens, quòd in recompēſationem huius ſuæ infirmitatis nimis onerosæ marito, ſibi fecit illam donationem. hoc enim primo, ex noſtris teſtibus examinatis eſſe falſum pleniſſime probatum eſt, qui affirmant ipſam tempore contracti matrimonii, & poſt per plures menſes fuiſſe ſanam, & in bona ualetudine. Secundo narrauit, quòd prætextu huius donationis eam duxit in uxorem, quod falſius eſt cæteris, cum iam ipſam accepiſſet, & domum duxiſſet, ut etiam teſtes noſtri deponunt, quod etiam probatur ex donatione ipſa in qua legitur ipſam donaſſe marito, mari tuſque uxori, non ſponſæ † per trad. per Io. Brun.
22 in tract. de ſponſ. & matr. prima concluſione. nu. 23. Tertio, quòd fuit deceptus, & fraudatus ex nullitate dictæ donationis, quia hoc pacto inuentus eſt accepiſſe uxorem indotatam, Bone deus, quot mendacia impudenter Principi narrare audet, cum extent inſtrumenta dotalia primi matrimonii in cauſa producta, ex quibus cōſtat de do
23 te quæ cenſetur † repetita in ſecundo matrimonio. l. pe. §. uxor. ff. ſolut. matr. & l. diuus. ff. de iur. dot. & ex teſtibus, & proceſſibus cōſtat, quòd adhuc habet etiam penes ſe quamplura bona, quæ tenetur reſtituere, ultra bona dotalia, Poſſem etiā conuincere eius ſuppoſitionem de falſa narratione reſpectu iuſtitiæ, & proceſſus facti contra ipſum ſuper annullatione donationis. ſed quia hęc ſunt ſatis, & ſuper in re clara amplius non laborabo. & tanto magis, quia excellentiſſimus. D. Ronchegallus mihi maior honorādus abundè in hac cauſa ſcripſit, & fruſtra quicquam adiicitur rei ſatis demonſtratæ. l. prima in fi. ff. de dot. prælega.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Fuit denique etiam hoc iudicio abſoluta ab omni moleſtia hæc Domina, cui licuit Fraudem fraude repellere.

Clau. Bertaz.

ADDITIONES

a Quod procedit etiam pendente appellatione ſecundum Caſt. in d. l. fi. ad idem eſt tex. in c. expoſita de arbitr. maxime quando non eſt per Principem expreſse d. l. fi. derogatum ſecundum Alex. conſi. 94 Viſis, & ponderatis. 4. col. & conſi 136. ponderatis. 4. col in 2. licet ſit dictum non obſtāte ſententia, ut per eum ibi. & Dec. conſ. 295. num. 3. & 308. in prin. & maxime ſi uerbis iſtis reſcribatur (faciat quod iuri cognouerit conuenire) quia intelligitur, ut non cenſeatur commiſſa reuiſio niſi a iure concedatur, ut in ſimili trad. Corn. conſi. 312. lit. e in 3. & faciunt quæ ponit Marant. in ſpecu. aureo in d. diſtinct. principal. iudic. fol. 58. num. 5. & quòd uerba (iuſtitiam faciat) importēt ut ſeruetur iuris ordo, & per illam clauſulam non cenſeatur Princeps remittere, aut committere, quòd cauſa cognoſcatur eo modo quo pars petit, & non cenſeatur rei iudicatæ derogatum per reſcriptum tenet Signorol. conſi. 87. col. fi. Iaſ. & Alcia in d. l. cauſas uel lites Iaſ. conſi. 10. in 3. uolum Et quando non ſit expreſſa mentio rei iudicatæ quòd non ualeat reſcriptum impetratum, aut priuilegium tenet Bal. conſi. 400. Pro parte, num. 2. in 3. Ale. d. conſi. 94 col. 2 & fi. Dec. conſ. 196. num. 4 Bellon. conſi. 19. num. 1. Gram. con. 48. nu. 3 in ciuil. Oſaſch. deciſ. 142. nu. 16.

b Adde Paril. conſi. 87. nu. 81. uol. 3. & Io. de Amic. conſi. 196. numero 15. ſecus ſi deſierit eſſe ancilla. Crot. in cōſi. 131 nume. 50.

c Neceſſaria tamen eſt oppoſitio partis, quia ſine ea eſſet illa idonea teſtis, & iudex non poſſet eam repellere. Ange. in Auth. de teſtib. in prin. columna 1. & Ale. de Neu. cōſi. 6. numer. 3.

d Locupletior autem dicitur factus minor ſi habet pecuniā, uel aliud emptum ex ea, uel quando talem rem emit quam de ſuo emiſſet neceſſario. glo. in l. fi. C. de uſucap. pro empto. quod rationi conſonat, quoniam iniquum eſſet minorem, uel mulierem proprio dolo cum aliena iactura locupletari. l. nam hoc natura ff. de cond. indeb. quod in minori etiam procedit, & in pupillo. l. ſi pupilli. in prin. ff de nego. geſt & hoc caſu eſt ſubueniendum decepto officio iudicis. Tiraq poſt alios citatos in tract. de retract. tit. 1. nume 52. ſed Et locupletior cenſetur factus ſi non conſtat conſumpſiſſe in malam partem. gl. prima. in l. utrum. ff. de petit. hæred. ubi Ang num. 3. qui, dicit, quòd debet quis probare ſe conſumpſiſſe in malam partem, & mandat teneri menti, quia ex eo habebis honorem Rui. conſi. 24. in fi in 1. ubi dicit ueriorem, & ab ea nō eſſe recedendum, & conſ. 29 in fi. in 2 Rom. idē uidetur tenere conſ. 147. uer. Tertius. Soc. conſ. 82. nu. 8. in 4. Gozad conſi 94. nu. 7. in fi Io. Lup. in c. per ueſtras. §. 48 in prin. num. 1. de donatio. int. uir. & uxor. & Soc. iun conſ. 151. num. 28. & ſeq. in 1. & ad propoſitum Paſeth. conſi. 82. per tot.

Contraria tamen opinio uidetur uerior, nam quando contractus eſt nullus, contrahens cū minore debet probare eum effectum eſſe locupletiorem alias ſuccubere debet. glo Bar. Saly. & alii in l. prædiorum. C. de præd. mino. Soc. conſi. 115. col. fi. uer. circa tertiam. in 1. Fulg. in l. 1. C. ſi adu. credito. Rui. conſi. 113 num. 5. in 5. Anto. Gabr. lib. 1. ſua concl. in ti. de probat concluſ. 7. nu. 18. Arius Pinel. qui latè diſputat in repet. l. 2. 3 par. c. 1. nu. 25. & ſeq. max. nu. 29. C. de reſcind. uēditio. & D. Rim. Iun. conſi. 43 nu. 8. quod adeo uerum eſt, ut qui allegat minorem fuiſſe ex contractu effectum locupletiorem, debeat probare, cum id nō prę ſumatur, ut debeat deducere ſpeciem locupletationis, cum non ſufficiat probare, quòd in ſuos uſus conuerterit, quia non ſequitur ergo locupletior factus eſt, cum in ſuos uſus, uel familiæ ſuæ potuerit erogare ſplendidius uiuendo, quo caſu non dicitur locupletior factus. tenet not. declarans Ang in cōſi. 160. Domina Catherina. in fi. quod etiam uidetur uoluiſſe Caſtr in conſi. 247. In cauſa quæ uertitur. num. 6. in fi. in 1. uol. Iaſ. in l. Nenſenius. §. fundum. nu. 4. ff. de re iudi. Fel. in c. de quarta. nu. 31 de præſcript. Cur. Sen. in conſi. 72. Princeps 7. concl. nu. 29. & ſeq. Cur. iun. in conſi. 6. num. 26. in fi. & conſi. 28. in fi. ubi dicit, quòd cū minor habeat regulam pro ſe debet ſecum contrahens probare fallentiam, quàm ſententiam tenēt etiam Dec. & Cagnol. num. 3. & 4. in l. ex pœnalibus. ff. de reg. iur. Rui. in conſil. 15. 204. nu 25. in fi. primo. uol. & 91. nu. 6. in fi. in 5. Gomeſ. in §. actiones. nu. 21. Inſtit de actio. Menoch. in tract. de recuperan. poſſeſsio. 15. rem. num. 586. & ſeq. Vbi dicit, quòd eſt crebrior ſentētia ** quā

tenet

tenet Hierony.Gabr.dicens communem in consi.108. nu 8.9 & seq.Nat.consi.15.nu.8.aorgni.Caualca.in tracta.de tuto.& Cura.nu.224.quam sententiam etiam tenet D.Rim.iun.d.consi.43.fere per tot & max. nu. 24. & seq.& in consi.120.nu.28.& seq & Franc.Dec.in cōsi 95.nu.26.Et hæc habent locum quando dolus non interuenit contrahentis,secus autem si minor, uel mulier iorasset,se uel maiorem, uel innuptam, uel aliud simile. de qua re agetur inferius in duobus,proximis cōsiliis.

e Vitiat quidem gratiam taciturnitas,sed non omnis, quia non obest quando facta expreßione non tamen difficilius concesisset Princeps.Rot.deci.21.in nouis.nu. 7. Dac.in 4. decretal. 2.par.cap 6.§.10.nu.14.in fi.& Iacob. Menoch.de arbitr.cas.201.n.24.& seq.Falsitas.n. expressa quæ non inducit ad citius concedendum non uitiat gratiam.Rot.decis.70.de rescrip.in antiquis not. in c.super literis.& in c.postulasti.de rescri.& per Campez.inter consi Brun.consi.2.num 49.50. & probatur. in c.dudum.uers.considerantes.de præben in 6 & trad. Rui.consi.158.nu.26.in 1.Tacita ergo illa uitiant gratiam,quæ a iure decisa sunt exprimi debere sellamer. decis.698.conclusio.col.fi.Rot.decis.32.num.5. de rescript.in nou.Cald.consi.6.colu.2.uers.per prædicta.de præben Soc.consi 120 nu.5.in 4.Cassado.decis.12.nu. 5.in fi.de præben.Neuiz.inter consi.Brun.consi.2. nu. 50.Curt.iun.consi.27.col.ult.& consi 32. ad fin. Io de Selu.in tracta. de benefi. 3.par.q.9.numero 6.& quæst. sequen.num.39.

f Etiam si adsit rescriptum(ut petitur)ex qua clausula,cum plura sunt narrata in supplicatione quorum aliqua sunt secundum iuris dispositionem, aliqua contra ius illa tantum priora secundum ius censentur concessa Corn. cōsi.5 col.4.& 119.col.5.in 2.Marant.de ordi.iudi.4.par. 9.distinctio nu.7.Rip in Rubrica de rescript.colu. pen. nu.18.& Gumes.in compen signatu.nu.5.

g Quod adeo uerum est,ut surreptitia dicatur gratia etiam quòd sit facta,cum clausula(ex certa scientia) Abb. & Dec.in c.1.nu.8.Fel.in c.ad audientiam.il 2 num.22. 2 col.de rescript.Bertran.consil 130.ad fi.2.par prior.nā & ipsa recipit interpretationem si preces ueritate nitantur.iuxta not.in c.2. de rescript.& tenetur probare impetrās omnia narrata per eum esse uera,ut per Fel.& Dec. in c.constitutus eo.ti.cum aliis adductis per Craue consi.104 nu.3.& 148 nu.8.& Paril.cons.49.nu.30 in 4 & maxime quando Princeps habet relationem ad supplicata secundum Rip.lib.2.respons.c.24.nu.4.& huiusmodi surreptio ipso iure absque partis oppositione gratiā uitiare uidetur,ut per Docto.supra allegatos,& Craue. consi.68 nu.2.& seq.& Rui.consi.21. nu.13.in primo, quod uitium surreptionis etiam clausula(non obstantibus)minime tollitur.ut per Crauet d.consi.68.nu.6.& de qua clausula etiam trad.in consi.6.nu.59.& Cur. iun. consi.169.nu 10.& consi.78.nu.31. & quòd expressorum sit necessaria probatio, & iustificatio expresse decidit Dec.in c.porrecta.post Abb.nu.4 de confirma.utili. uel inutil.& quòd non prosit clausula(ex certa scientia. scribit idem Dec ibid.nu.7 & Rol.à Val.cōs.2.nu.157. in 1.nam clausulæ nullæ possunt purgare falsitatem narratorum,ut per Docto.ibi,& per Dec.in consi.373 numer.13.& Rui.in eadem causa in consi 98 numero 14. 15 in 4.

Sed quærimus nos,an ex aliquibus clausulis uere tollatur uitium surreptionis,& gratia sustineatur: hoc autem facimus aptissime in hoc uolumine in quo. cum de pœnis,ut plurimum tractandum sit non erit alienum à proposita materia tractare de pœnarum remissione, & ipsius remissionis ualiditate.

Primò itaque clausula (motus proprii) communi * omnium consensu uitium tollit surreptionis.c. si motu proprio.de præben. in 6. clemen.si Romanus Pontifex. eo.ti quod etiam uoluerunt omnes de hac clausula scribētes, ut per Staphil.de liter.grat.& iust.fol.83.& seq. & Rebuff.in concordat.in form mand.apostolic.in uerbo,Motu proprio,fol.575.ubi dicitur,quòd non admittitur etiam pars ad probandum contrarium, & inferius in 29.effect.fol.581.Cassad in ti.de concessio.præbend. 4.decis.nu.3.Rom.consi.436.Per indultum.nu.9.Cur. sen.cōs 48.nu.58.ubi firmat clausulam motus proprii, procedentem à mera liberalitate Principis nemini præiudicantem latè interpretari debere,& in materia exorbitanti et Ancha.per eum ibi citato,& tollere uitiū obreptionis,& surreptionis,ac gratiam firmare, & dicit Ferret.consi.75.nu.5.quòd ob hanc clausulam non potest de gratia Principis dubitari,de qua etiam scribit latè Gram.consi 100.nu.22.in ciuil.& latius Sylu.consi.50. nu. 20.& seq ubi dicit,quòd excludit omnem surreptionem siue ex facto siue ex iure insurgētem,& tollit omnem supplicantis importunitatem, & etiam iuramentū ut per eum illic.nu.30.Gabr.lib.6.concl.tit. de clausul. concl.2.nu.1.& nu.93.

Nec obstat,quod ut plurimum gratiæ concedantur ad supplicationem partis, quia stante etiam supplicatione clausula ista suum produt effectum.cum posit esse,quòd quis petat gratiam,& nihilominus Princeps illam motu proprio concedat Bal.in c.in fi.nu 4 de offic.deleg Cassador.de reseruat.decis.1.nu.3.4.Fel.in ca. si quando in fi.de rescript Dec.cōsi.51.col 2.uer nec obstat Rebuff. in sua pract.in ti.de claus.manda.nu.21.& seq. Gomes. in reg.de annal.possessio.q.10.Gabr.d.2.cōcl nu. 107. & Gram.consi.9.nu.22.& 99.nu. 23. & seq. & Sylua. d consi.50 nu.10.

Secunda est clausula(ex certa scientia)quæ præcedenti æquiparatur. Ias.in l.3.col.2.C de precib.imper.offeren & tollit omne obstaculum Alex post Tart per eum citatum in consi.111.nu. 14. in 6. & operatur in derogando contrariis absque aliqua expreßione eorum Ferret.d consi.75 nu 5 tollit,quod præsumptum errorem, & surreptionem Goaad.consi.7.nu.43.Sylua.d consil.50. nu.13.26.& seq.de qua latè etiam Rol.consi.1.nu.64 & seq.in 3

Et licet Docto.supra adducti contradicant,attamen loquuntur illi quando agitur de præiudicio tertii, nos autem loquimur de his quæ pendent à Principis uoluntate,& de eius tantum interesse tractatur,hoc enim casu cessant omnes ferè opiniones contradicētium quia gratia latè est interpretanda.c.tua.de uerbo.signif.l pen ff. de constit.Princip Rot.in ti de concess præbend.dec.3. & decis.33.nu.12 in antiquis & ita Ale.in consi. 215. nu.3.in 7.Soci.qui dicit ita fuisse iudicatum per tres aduocatos solemnes in consi.3.nu 10.in 3.Rol.d.cons 1. nu.64.& seq.in 1.& licet Princeps factum ignoret clausula tamen ex certa scientia tollit omnem errorē, & præsumptam surreptionem,ut comprobat latè Sylua.d.consi.50 nu.18.qui nu.seq.fortius uoluit tales clausulas et tertio præiudicare ut per eum ibi.

Itaque si ageretur de interesse partis, & de pœna illi applicata Princeps non posset facere gratiam etiam cum istis clausulis nisi adhibito discrimine,de quo superius in hoc eodem uol.satis diximus.

Item non est dubitandum tum multos Principes Serenissimos,tum nostrum maxime posse uti huiusmodi clausulis,quod non eget longiore comprobatione,tum quia satis clarum est per ea,quæ retuli.in consi 240.lit.c. supra in 1.uol.tum etiam quia non me decet de illius authoritate pluribus dicere,ne de Domino meo colēdiss. blande loquutus uidear.

Alia est clausula eiusdem uirtutis (non obstantibus contrariis quibuscunque) quæ est uniuersalis negatiua omnia excludens,Sylua.ad propositum d.consi 50.num. 28.& ea clausula stante apparet de mente principis, & nihil

ctus, & bene sit iudicatum, & nullus dolus in hoc deprehendatur.

b Præterea ubi posset argui animus decipiendi *b* non ob id debet dici dolus malus, cum sit etiam
4 dolus † bonus, ut not. in l. 1. in prin. de dolo. quia inducebatur uxor a uiro ut donaret sibi aduersus legum dispositionem, vt in terminis de dona.
5 inter uir. & vxor. quasi tunc esset † licitum vti dolo, iuxta plenè trad. per Aleia. reg. 3. præsump. 24. eius autem dolus potest hic perpēdi, cum id egerint mulieres, ne in casu prohibito suum donarent, hoc est propriam substantiam perderent, tamen etsi ex prouisione statuti ipse mulieres cō trahendo cum aliqua solemnitate, & iurando super contractu non poterant sibi præiudicare, ob rationem fragilitatis sexus. Quare uolumus, quòd ille ex verbis commemoratis temerè prolatis possint sibi p̄iudiciū aliqđ parasse, vel quo ad obseruantiam diuersam obligationis, cum mi litet adhuc ratio fragilitatis?

Et si dicatur illud ideo esse factum, & tolerabile quoniam donatio erat reciproca, responde tur, quòd ipse uir, quod sciamus, nihil habebat, q̄ donaret, vnde eo colore decipiebātur mulieres, & corruit utrinque ipsa donatio. dicitur etiam q̄ hoc pacto & Georgius induxisset uxorē sine dote, quia sub spe donationis aliam dotē non quæsiuit, sed hoc nihil pertinet ad ualiditatem donationis super qua ob istam exceptionem non debuit aliter iudicari.

Vnde si cadit donatio cuius contemplatione iste duxit uxorem, videtur cōueniens, q̄ de dote congrua prouideatur, dos autem fuit sibi restituta in primo matrimonio quæ adhuc exacta non est. vnde dicitur q̄ in hoc secūdo matrimonio, dr
6 † repetita. l. Diuus. ff. de iu. dot. cum simil. & cum mortua sit mulier ipsa quæ vxor fuit, dimidiū do tis tantum ad eum pertinet, dicitur aūt q̄ multa īdebitē habuerit ex bonis suis, adeo vt fuerit cōsequutus id q̄ sibi nullo iure debebaī, & eēt rest.

Ex quibus constat Dominos Arbitros, neque ex actis primis neque ex nouiter deductis, vbi il la essent in cōsideratione, nihil habere, quod affirment, ac referant Ser. Duci aduersus sentētias duas cōformes iam executas, super inualiditate cōmemoratæ donationis uel q̄ aliqua deceptio uel fraus commissa sit ab ipsis mulieribus aduersus Dominum Georgium. Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ADDITIONES.

a Adde Ang. consi. 160. col. pen. uers. aduertendū tamen; Soc. iun. consi. 3. nu. 15. 16. in 2 & fuit opinio antiquissima Pet. Bart. Alb Saly. Cast. Ang in l. 3. C. si mi se ma io. dixe. secus autem si ex cōiecturis probaretur scia mi noritatis Abb. consi. 71. quinque dubia col. 3. in princ. uersic. ex his concluditur in primo iud. Lamberteng. in trac. de contrac. gl 8. in uerbo mariti. q. 23. num. 71. ubi refert aliam distinctionem ex Anch. consi. 226. legitur. col. 1. versi. & bene est aduertendum. & Cast. consi. 53. Visis actis. col 2. uersi. unde si non debet. in 2.

b Coniecturæ aūt quòd aius decipiendi adfuerit colligun tur ex actibus ipsius mulieris, ut si mulier diceret se ho minem & vestibus uirilibus se induceret, gl. in l. si deci piendi. ff. ad Velleia. Alc. consi. 122. quoniam. col. 1. in 6. Tiraq. de leg cōnub. gl. 8. in uer. de sonmary nu. 135. ualeret n. tunc contractus nisi contrahens sciret mulierem esse, uel dolus interueniret ex parte utriusq;, per ea quæ adducunt Doc. in d. l 3. & Lamberteng in d. tract. gl. 2. in uerbo mulierū q. 6. nu. 15. & in d gl. 8. in uerbo mariti q. 23. nu. 67. qui ample tractant hanc materiam. Et in muliere matre iurante de ætate filij, quam præsumatur scire. quod præsumatur animus decipiendi, & do lus, scribitur in d. l. 3 & multa trad. a Fulg consi. 219. Vi sis 4. col. Roi consi. 194. nu. 7 & seq & consi sequ. nu 9. in primo. Mascard. de probatio. in uerb. Dolus. conclu sione 531. nu. 97.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Rursus in eadem causa quod supererat dubij tollitur.

S V M M AE.

1 *Iudex temere recedit à communi opinione.*
2 *Et iudicans contra communem præsumitur per imperitiam iudicare.*
3 *Contractus non ualet in quo mulier affirmauit aliquem esse proximiorem sibi qui non erat.*
4 *Et an contra sentiat Anch. consi. 226.*
5 *Doctori consulenti non creditur si aliter sensit legendo.*
6 *Minor si dolo asseueret aliquem sibi esse proximiorem, an faciat contractum validum.*
7 *Doctor præsumitur loqui secundum legem quā allegat.*
8 *Sententiæ reuisio committitur a Principe.*

CONSILIVM CCCCLXXX.

In Domino confido.

REPETITVS in hac causa Imperialis, iterum in certamen descendo, & licet dubitare posse ex lectione multarum allegationum mag. Tertij Arbitri ipsum clauū (quod aiunt) iā fixisse, & quo ad ipsum iam latū esse decretum, uerum cum et sciam sapientis esse mutare propositum in melius. l. nonnunquam. ubi glo. ff. de colla. bono. nō despero quin in hac causa plus posse debeat ueritas, & iustitia apud mag. & intelligentes Dominos arbitros quàm gratiæ, & fauores aduersarij quibus semper nixus fuit conculcare, & uexare hanc inopem mulierculam. Contendam igitur respondere, q̄ non obstantibus dubijs ult. loco p̄ positis relatio omnino facienda est ad fauorem. D. Dñicę, ut et cōclusum fuit in primis, & secūdis allegationibus, qđ iudicio meo facile ostēditur.

Nāque p̄supposito et, ut dr̄ p̄supponi in dubijs licet fortè parū iustè, quod esset adhibēda fides

illis testibus falsissimis (iudicio meo) & reproba
tis, ex multis probationibus, & p̄sictus reducere
tur ad hoc, an valeat contractus non obstante sta
tuto ex quo mulier iureiurādo affirmauit aliquē
esse proximiorem suum, qui non erat: Dico q̄ ha
* bemus communem * opinionem Doc. tenentiū
non valere contractum ob dolum mentiētis, uel
deierantis, quæ in iudicando, & consulendo om
1 nino amplectenda est, † & ab ea temerarium est
recedere, c. nouimus. de ver. sig. l. 1. ff. de off. quę
cū aliis trad. per Neuiza. in Sylua nup. l. 5. in prin.
ubi dicit ex Ias. propter nouas phātasias non esse
2 ab ea recedendum, & q̄ iudicans † contra com-
munem præsumitur per imperitiam iudicare.

Quod autem ista quam defendimus sit com-
3 munis opinio patet ex primo loco allegatis † vbi
adduxi decem Doct. in his terminis tenētes post
Iac. de Belu. & Ioan. And. hanc sententiam. & in
secundis allegationibus addidi duos alias Barb.
& Bauer. nunc etiam addo Ant. de Canar. idem
tenentem in tract. de execu. instr. in 17. q. & Tho.
Gram. decisione 12. nu. 5. & 6. & in fine ipsius de-
cisionis dicit ita fuisse iudicatum contractum nul
lum, seu obligationem nullam. cum igitur habea
mus opiniones, & sentētias tot, & tantorum do-
cto. ego miror quòd prætextu opinionis Ruin. &
etiam aliquorum paucorum in dubiis ultimis ci-
tatorum possit dubitari quin pro ista parte sit iu-
dicandum, vel referendum.

Namque Ancharan. consi. 226. allegatus, vl-
4 tra quod non bene † videtur firmare valere con
tractum nisi ad hoc vt teneatur minor iurans pro
bare minorem ætatem per modum de quo in l.
tertia, C. si mino. maio. se dixe. cum tamen ipse-
met Ancharan. contrarium tenuerit, vt in eius re
pet. cap. 1. de constitut. colum. 90. quæstio. 14. nō
est stan. trad. in hoc consilio, quia magis creditur
doct. aliquid in lectura affirmanti, quàm in con-
silio, quod scribit mercede numaria impulsus,
5 & mouetur † auri sacra fame, vt trad. Craue. in
tracta. de antiqui. tempor. prima part. sect. incip.
propositum nostrū, numero quadragesimo octa-
uo. Nicol. verò de Matthar. & Abb. consilio se-
ptuagesimo primo. numero septimo. in primo,
non videntur loqui in casu vbi exstabat statutū
tam amplè, & latè loquens, & sunt duo tantum,
vnde quid inter tantos? Cassane. consilio vige-
simo quinto, numero trigesimo quarto, nō loqui-
tur stante statuto, & miror q̄ fuerit allegatus cum
non loquatur in hac quæst. 51.

Dum autem dicitur quod Doctores nostri al-
legati omnes ferè loquuntur, quando minor sim
6 pliciter, vel errans iurauerit † non dolo, quo ca-
su non videntur loqui in his terminis, respondet,
quòd cum omnes approbent decisionem Iacob.
Butr. qui loquitur vbi dolose quis contra statutū
a contraxit mentiendo, a & eam allegent in termi-
nis istis, & in indiuiduo loqui censentur, quia di-
7 ctum Docto. intelligitur, & interpretatur † loqui
secundum legem, & decisionem quam allegat,
glos. & Barto. numero 7. in l. non solum. §. si libe
rationis. ff. de liber. legat. præterea ferè omnes
ponunt quæstio. & loquuntur in casu vbi interue
niebat mendacium, & sic dolus, vt ex eis vide-
ri potest, quo casu sententia ipsorum minimè eui
tari potest.

Ad rationem autem, quòd aperiretur via per-
b iuriis, b in secundis scriptis fuit satis, & super re-
sponsum, & ostensum omnino huic sententiæ lo
cum esse debere, quia alias esset reperta via frau
dandi, & excludendi statutum contrahendo sine
eius solemnitatibus, vt considerat Soci. alias al-
legatus.

Ex quibus apertissime cōstat nullo modo pos-
se referri Ser. Duci contractum prædictum va-
luisse, & tanto minus, cum iustè illæ Dominæ Do
natrices potuissent bono dolo uti, ne spoliaren-
tur ab aduersario, vt alias dictum fuit.

Rursus, vt etiam dictum fuit in aliis scriptis,
cum fuerit R. per Principem ad supplicationem
falsissimam aduersarij mille mendacia narrantis
Principi quòd referre deberent magn. Arbitri,
Alt. suæ quod eis videbitur expediens, nō video
cur non sit etiam referendum in processu eis cō
stare quod Dominus Georgius tempore dona-
tionis iam acceperat in uxorem D. Angelicam,
& q̄ ipsa non erat infirma, & habebat dotem da-
tam primo viro, quæ censebatur repetita in secū
do matrimonio, ut Princeps ipse super his pos-
sit etiam deliberare.

Præterea cū hic uideat agi, quod debeat face
re Princeps, ex quo extāt duæ snīæ conformes la
tè cōtra aduersariū, q a nō cōmisit reuisionē snia
8 rū † ipsarū iuxta ea q̄ trad. Alc. i l. cās, uel lites. pa
gi. pen. C. de transact. nō uideo quomō possit re-
ferri, uel inualiditate cōtractus, præfati pp asser-
tū dolū, cū im̄ sit referēdū, an Altitudo sua possit
comittere cām huius prætensæ nullitatis non ob
stātibus prædictis sniis, ut per Alc. ibi. in quo art.
sm prædicta ēt ad fauorē huius D. Dominicæ re-
ferendum, ac respondendum oīno est, Et hæc sa
tis, Et super sint pro resolutione dictorum ultimo
rum dub. licet si laxius otium fuisset à multitudi-
ne negotiorum concessum etiam libenter omni-
bus adductis in dictis allegationibus respondis-
sem. Laus Deo Opt. Max.

Bartho.. Bertaz.

ADDITIONES.

a Quando autem minor se maiorem dixit, & iurauit, an cō
tractus ualeat, & quando fusissime tractat Stepha. Lam
berteng. in tract. de contract. glo. 8. in uerbo Mariti. q.
23. nu 59. cum seq. ubi adfert omnes fere casus, & ge-
nera iuramenti, & mendaciorum. Addo Fulgo cōs. 219.
Visis binis. col. 3 nu. 4. Rui. consi. 194 nu. 7. & 195. nu.
9. in 1. et cōs. 103. nu. 15. in 4 et in eo casu latè Paris. con
si. 97. in 1. Addo ēt aliud genus iuramenti ab eo quod
uiderim nō tactū, et est qñ minor non iurat, sed assentit
cōtractū hēri pro iurato, nā talis clausula assensus habet
uimes efficaciā iuramenti, ac si iurasset stāte decret.., ut
apud

apud nos disponente contrahentem ligari non secus, ac si iurasset, de quo ambigendum non est, ut in terminis similis decreti post Pinel. in l. 2. 3. par. c. 1. nu. 11. C. de resc. uendit. trad. Franc. Bursat. consi. 78. nu. 17. quod tā to clarius procedit si reperitur nulla data forma in iuramento circa conceptionē uerborum, unde poterit præstari quibuscumque uerbis Octau. Simoncel. in trac. de decret. lib. 3. tit. 8. nu. 150. Et sicut partes referendo se ad aliud iuramentum per eas prius præstitum cēsentur iurare, vt in eo Butr. Abb. Imo in c. pen. ad fi. de iureiu. ita contrahentes referendo se ad dictam constitutionē uolentem contractum haberi pro iurato. Præterea lex potest fingere aliquid quod in facto non est verum, & illud quod fingitur habet iuris effectum perinde, ac si in ueritate esset. Barto. in l. si is qui pro emptore. prima qō. ubi alij. ff. de usucap. Neguzan. in trac. de pign. primo memb. 5. par. num. 13. & lex etiam potest dispone re minorem 25. annis, maiorem uero 18. uel 20. haberi pro maiore, & fingere eum maiorem in omnibus, & per omnia uel indifferenter, & tunc tollitur etiam restitutio quæ minori conceditur. Bal. in auth. si captiui. nu. 4. C. de episc. & cler. Soc. consi. 259. 2. col. in secundo. & latè Cæsar Cōtard. in repetitio l. unicę C. si de momēt. possess. fue. appellat. limitatio. 8. num. 17. igitur poterit etiam lex ligare hanc minorem, ac si iurasset apponendo in instrumento clausulam quę habet effectum iuramēti.

b Quod quidem periurium uti crimen maximum est maxime uitandum. nam minor si cōtrauenerit iuratis absque absolutione uel habilitatione obtenta a iuramēto, non poterit absolui nisi a summo Pontifice. Rom. sing. 499. tu scis & Craue. consi. 6. num. 92. & seq. & propterea repellitur ab agendo. glo. in c. paruuli. 22. q. 5. Spe. in tit. de acto. §. 14. col. uersicu. item quod est periurus maxime quando uenit contra contractum iuratum. l. si quia maior. C. de transac. ubi Docto. Rom. d. sing. & ibi in additio. nouia, ubi dicitur quod non potest amplius petere habilitationem. Alex. consi. 17. Ponderaus, 2. col. 3. uol & est communis * opinio secundum Doc. in ca. intelleximus. de iudic. ubi Fely. num. 6. & Dec. num. 17. & in c. dilecti & ibi etiam Fely. & Dec. in prin. de excep. exceptio autem periurij est litis finitę. Butr. in d. c. dilecti. 4. col. & Crau. consi. 7. nu. 12. et idem in consi. 191. nu. 7. ubi ampliat procedere etiam si iuramentum esset nullum, quia nihilo magis debet audiri periurus.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Damnum datum, uel incendium quando non teneatur reficere Villa ex statuto si fama adest, & coniecturæ damnum fuisse datum ab inimico, & quomodo hoc probetur.

SVMMAE.

1 *Inimicitia capitalis ꝓbaꝛ ex surreptione rerū.*
2 *Et ex uerbis iniuriosis.*
3 *Idem est ex derobatione.*
4 *Damnum datum censetur illatum ab inimicis.*
5 *Et quando precesserunt minæ tanto magis fit presumptio contra inimicum.*
6 *Villa excusatur maxime si fama est inimicum dedisse damnum.*
7 *Incendium quòd dolo & culpa alicuius euenit, coniecturis & indicijs probatur.*
8 *Probatio per cōiecturas admittitur in his quę sunt difficilis probationis.*
9 *Præsumptio iuris est efficax probatio.*
10 *Villa non tenetur si damnum passus fatetur habere inimicum, & idem si fatetur illum incendium perpetrasse.*
11 *Nam statutum non censetur obligare villam ad impossibile.*
12 *Nec tenetur quoties incendium habet admixtā culpam damnum passi.*
13 *Diligentia inhabitantium quando non sit probata in crimine incendij.*
14 *Et quæ sint iuris præsumptiones ī hac materia.*
15 *Villa est excusanda si conductor fuit in culpa incendij.*
16 *Incendij origo plerunque est immissio straminis non bene exsiccati.*
17 *Incendium magis casu fortuito præsumitur euenisse, quàm culpa alicuius.*
18 *Statutum, quòd uilla teneatur de damno dato, est strictissime interpretandum.*
19 *Et diuersi generis indicia, & coniecturæ iungūtur ad uillæ defensionem.*
20 *Et hoc statutum uult uillam teneri non ciuitatem, uel castrum.*
21 *Agens ex statuto debet probare omnes illius qualitates.*

CONSILIVM CCCCLXXXI.

In Domino confido.

SENTENTIA lata ad fauorem Ill. D. Lucretiæ Rouerellæ Piæ cōtra Magn. Cōmunitatē Finalis, & cōe, & homines uillæ Massæ uenit reuocanda multis ex rationibus.

Et primo, quia cū statutū intētatū de dānis, & incēdijs abscōse datis, fol. 179. 2. facia. post prin. admittit ꝓbationē ꝑsonæ dānū dātis, per iuris ꝑsumptionē, & ꝑ plures testes fuerit ꝓbatū, q D. Cæsar Anogarius cōductor possessionū ipsius Ill. D. Lucretię hēbat inimicitiā capitalē cū Fabiano Cassario, qui illi surripuit boues bis, & minatus illi fuit, de ipsū dānificādo, & ī ruinā mittēdo, præsumēdū est, qđ ipse Fabianus fuerit is, q ignē apposuerit ī fęnile in quo ipse. D. Cęsar reposuerat fęnū suū, & stramina, & hēbat ēt linū sub eo, quæ oīa cōbusta fuere. Qđ aūt cōstet de d. inimicitia ex testibus examinatis ī ꝓcessu appellationis, videre licet, primus. n. testis 2. 3. 6. 7. 8. & 10. affirmant, quòd erant inimici, & quòd audiuerunt Fabianum ipsum minantem se uelle offendere dictū D. Cęsarē, & in ruinā mittere, testibus audiētibus ab ipso Fabiano, secūdus examinatus in cā

seruendo facile potuit oriri ignis ex'eo, vt depo-
nunt plures testes sæpius euenisse, quòd fęnum,
16 & stramen † non fuerit bene exsiccatum, & cu-
stoditum, sed humidum, & madidum repositum
in dicto Fenili attestantur, & deponant duo te-
stes recepti in causa principali, & ferè oēs exami
nati in causa appellationis, & maxime primus,
tertius, quartus, sextus, qui dicit propterea vidis
se fęnū fumare in dicto Fenili, septimus, nonus,
& decimus, quorum plures deponunt ob talem
cām alias fęna, & fęnilia combusta fuisse. Nam si
præsumitur ad euitandum hoc damnum, ꝙ pati
tenentur habitantes in uilla pro delicto alterius
17 potius euenisse incendiū casu fortuito † quàm
culpa alicuius, ut per Plot. in d.l. si quādo in repe.
in verb. damno dato, uel delicto. vers. quinto sta
tutum. & Bursa. consi. 59. nu. 19. ex quo statutum
hoc odiosum est vnum puniens pro delicto alte-
18 rius, & strictissimè interpretandum, † Barba. d. cō
sil. 66. 1. & 2. col. Alex. de Neuo. d. consi. 87. nu. 6.
& Menoch. consi. 27. nu. 45. tāto magis facto dñi,
cuius culpa probatur. Et propterea in hoc casu
coniecturæ, & indicia diuersi generis iunguntur,
19 & simul ligant, ad defensam † villæ, ut per Luch.
de Cur. d. consi. 61, nu. 10.

Tertiò, & ultimo non video quomodo senten
tia lata sustineri possit in ea parte in qua fuit con-
demnata dicta communitas finalis. cū statutum
20 ipsum velit villam † teneri non autem ciuita-
tem, uel castrum, quinimmo nec probatum est
uillam uiæ Roboris esse iunctam villæ Massæ, vel
esse de pertinentiis suis, quod erat probandum,
vt locum haberet dispositio statuti, quia agens
21 ex statuto debet probare omnes † eius qualita-
tes Soc. consi. 55. 1. col. in 2. vol. Et Plot. in d.l. si
quando. num. 355.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Fuit lata sententia contra communitatem.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Interesse certum nō potest taxari a principio, alioqui taxatio est vsuraria, & quibus casibus.

Confiscatio quòd non extendatur ad bona extra territorium.

Dolus & culpa administratoris quando debent illi obesse & principali.

Libris an credatur eius de cuius dolo & culpa agitur.

SVMMAE.

1 *Ratificare qui non fecit aliquem, vt tenebatur, sibi debet imputare.*

2 *Mora non incurritur ab ignorante quid, & quantum sit soluendum.*

3 *Quid si dies omnino certa est statuta.*

4 *Et quando non currat tempus ob impedimentū eius, cui dilatio est assignata.*

5 *Pactū quòd ratione interesse soluātur decē pro centenario est fœneraticium, & usurarum.*

6 *Etiam in contractu societatis.*

7 *Taxatio interesse facta à principio est usuraria.*

8 *Etiam si paciscens promittat sub nomine interesse.*

9 *Etiam si mercator tanti fuisset verisimiliter lucraturus.*

10 *Idem si mercator daret pecunias quas habebat paratas ad emendum merces.*

11 *Interesse verum neque debetur quando pactū est factum fœneraticium.*

12 *Interesse non debetur si mora non est incursa.*

13 *Mora est probanda, cum sine culpa esse nequeat.*

14 *Iuramentum non potest deferri ad probandum moram.*

15 *Debitum si non est liquidum nulla mora impingi potest.*

16 *Delegatio debiti exigit stipulationem.*

17 *Promittens aliquem seruare indemnem debet in se iudicium suscipere.*

18 *Et tenetur ad omne damnum & interesse eius cui promisit.*

19 *Confiscatio non potest extendi ad bona sita in alieno territorio.*

20 *Bona & actiones dicūtur esse in eo territorio, in quo lis est cœpta, & sententia lata.*

21 *Socius tenetur reddere rationem administrationis præstando reliqua.*

22 *Administratoris hæres tenetur reddere rōnē.*

23 *Rei duo fiunt si cum ambobus inita sunt capitula, & pacta.*

24 *Libro officialis deputati à publico standum est.*

25 *Debitor quomodo possit esse creditor in alia re.*

26 *Locatori tenentur æqualiter conductores licet inæquales habeant portiones.*

27 *Rei duo debendi si sunt, an liberetur alteri soluens.*

28 *Chirographum quis non potest pro parte acceptare.*

29 *Verba notarij censentur esse verba partium.*

30 *Negotiorum gestor vel administrator tenetur de lata, & leui culpa.*
31 *Administrator tenetur de lata & leui culpa.*
32 *Dolus præsumitur in officiali negligente.*
33 *Administrator tenetur reddere rationem de neglectis, & non perceptis fructibus.*
34 *Mercator tenetur de facto institoris.*
35 *Probationes multum iuuantur ex publica uoce, & fama.*
36 *Famulo plene creditur deponenti de facto à se gesto.*
37 *Libris non creditur illius de culpa cuius & do lo disquiritur.*
38 *Idem procedit quando contrarium est probatū per testes, uel alias probationes.*
39 *Et quando aliter ex probabilibus causis iudici uidetur non esse credendum.*
40 *Negotiorum gestor rem susceptam aggrediens tenetur de neglectis.*
41 *Exceptio est probanda concludenter.*
42 *Testes de dominio alicuius possunt admitti pro illo quando sunt bonæ uitæ & famæ, & ueri similia deponunt.*
43 *Coloni qui possunt pro libito recedere a Domino non repelluntur a testimonio.*
44 *Testes alioqui non integri excedentes regularē numerum admittuntur.*
45 *Testium dicta sunt adiuuanda non cauillanda.*
46 *Contrarietas modica non obest testibus.*

CONSILIVM CCCCLXXXII.

In Domino confido.

AGITVR causa tā cōuentionis, quā recōuentionis, seu mutuæ petitionis inter D.Io.Bap.Detum, & Ill. D. Corneliū Bentiuolū, reū conuentū, corū excellētia vestra. Iudice delegato. In qua multa hinc inde petuntur, & obiiciuntur, super quib. disceptandū est, & discutiendū vter eorū iustitiā foueat. Primò igiē Detus petit declarari calculū factū Ferrariæ inter D. Ant. Ma. de Blancis & D. Michaelē Puccinū, calculatores electos per partes, approbandū, & cōfirmandū esse respectu negotiorum Maleani, & illi addi summas & quātitates pecuniarū de quib. ī sua petitione. Quo ad primā hāc petitionem approbationis, & admissionis huius calculi, non uideo ubi probeē fuisse solidatum & perfectū calculū ipsum, ēt inter calculatores ipsos, & ꝑpea ex regula vulgata. l. qui accusare. C. de edē. & c. cū ecclesia. in fi. de cau. pos. & propri. venit repellendus ipse actor super quo tamē, quia isthic factus fuit nouus calculus inter partes, ut audiui, non insistam.

Secundò petit idē actor declarari terminū vndecim annorū, assignatū in conuentionis instrō celebrato Ferrariæ, ipsi Ill. D. Cornelio ad soluēdū cœpisse currere in festo S. Petri elapso ꝓxime añ dictā conuentionē, ex quo fuit expressum qua certa die initiū hr̄e deberent anni ipsi, hæc tñ petitio non vr̄ iuridica & contrariū vr̄ posse defendi, ex eo ꝙ ipse D.Io.Bap. conuenit in dicto instrō de ratificari faciendo instr̄m ipsum cū oīb. in eo contentis ꝑ D.Io.Ma. eius patrē, & tñ id nō fecit,
1 saltē nisi sero. vñ † sibi vr̄ imputandū, vt ad propositū trad. Cor. cōs. 245. col. pen. & fi. lib. 4. Vbi loquitur ēt qñ tp̄s certū est statutū ad soluen. vel aliquid facien. Et idē dicendū est ex quo nō fuere calculatæ, & saldatæ rōnes inter partes, qđ nō pōt negare ipsemet Detus, quinimò id apertè vr̄ fateri, dū petit fieri calculū, & eligi calculatores, & qđ euenit facto ipsius. d. Io. Bapt. qui sæpe fuit admonitus, teste mag. d. Oratore Florentiæ, Ferrariæ cōmorāte, vt uellet īcūbere huic negocio, & illud expedire: nec tñ aliter curauit. vñ cū ipse Ill. dñs Cornelius tpi b. statutis solutionib. facien
2 dis, nesciret † quid, & quantū veniret soluendū, nō pōt dici diē ēt certā fluxisse, vt ferè ī terminis istis decidit Corn. in consi. 244. 2. col. 1. uol. vbi fuerat data dilatio ad soluen. īfra certā diē, quātitatē daclarandā per aliquos: & voluit terminū nō currere ante factā declarationē, ex quo debitor ignorauit quātū soluere deberet. Et licet sciā Doc. limitare regulā l. tali. de iure dot. nō proce-
3 dere qñ † dies omnino certa est statuta, quæ nō pōt recipere subauditionē, vt in l. si cui leget. in prin. ff. de leg. 1. & in aliis locis, tñ qñ infra ips statutū impeditur is, cui dilatio assignata est, vt in casu
4 isto, non currit tēpus, & subauditio † necessario est facienda, ita declarat Soc. in l. si in diem. in fi. ff. de cond. & demon. & ad idē facit quod voluit Crot. in consi. 78. num. 25. Vbi ex Castr. per eum citato firmat, ꝙ si alicui datur terminus anni a tēpore cōpositionis faciendæ ad soluēdum, si ipse ignorauit compositionem ipsam nō currit terminus, quia subaudiri dēt, & sciæ de ea habitę.

Tertiò petit actor, præfactum Illu. D. Corneliū condēnari ad soluen. illi interesse pecuniarū debitarū occasione negotij, & affictus Maleani, in rōnem decem pro cētenario, & anno, iuxta tenorē capituli initi cū Dñico, & Bñdicto de Ghirlandatiis in cōductione bonorū ipsius castri, vel saltē ad dāna & interesse passa occasione lucri cessantis. Contra p̄tēdit ipse Illu. dñs reus, nō teneri ad hmōi interesse, & licet hic articulus in instrō cōuentionis fuisset remissus arbitrio prædicti magni. d. oratoris, cum tñ pro tali interesse sit ēt facta petitio coram Clar. D. V. & id deductum in iudicio, ab eo intēdit absolui idē Dominus reus.
5 Et primo, quia † pactum illud de quo in dicto capitulo fuit nullum, & inualidum, tamen fœneraticium, & vsurarium, vt tradit Anchar. in consil. 150.

150.in quæstione.col.2.Rom.consi.238.pro habenda substantia ubi loquitur quando pecuniæ dantur etiam ad cambium, non tamen secundũ generalem consuetudinem, subiiciendo sortem periculo,& in consi.520.circa propositum.nu.4.
6 & seq.ubi loquitur in cõtractu † etiam societatis Alexan.in consi.61.uiso processu.colum.fi. 2.uol. & consi.80.circa primum dubium.prima colum. 3.uolum.Dec.qui loquitur etiam in contractu societatis,& insolito negotiari in consil.116.nu.6. & in fi. consi. Et quòd non ualeat taxatio facta a
7 principio huiusmodi † interesse, tanquam vsuraria, tenet etiam Soci.in consi.130.num.9.4.uolũ. Rube. Alexan. consi.20.numero 4. quod proce-
8 dit etiam si paciscatur † & promittatur sub nomine interesse, Crot. consi.137.nu.16.& 18.immo
9 etiam si mercator † tanti fuisset ucrisimiliter lucraturus,cum ante moram fiat pactũ, Crau.consil.87.numero quinto, & idem si mercator mu-
10 tuo daret † pecunias quas haberet paratus ad merces emendum Benuenut.strach. in tracta. de mercato.in tit.de contractu mercato. numero 2. & sequen.quam sententiam tenet etiam Neuiza. in consi. 74. numero 2.& sequen. dicit communem,Nat.in consi.450. num.16.& quam etiam tenet Capit.quando est dictum ad tantum pro centenario,ut id casu isto, decisione 65. num.11. Illam etiam tenet Pyrrh. Angleber.in l. quatenus. prima regula.col.3.ff.de reg.iur.latè Petr.Rebuf. qui illam pluribus modis ampliat. in l. vnica.in vlt.gloss. num.34.& pluribus sequentibus. C. de senten.quæ pro eo quod interest profer. Syluan. in consilio decimo.numero 46. & Ioan.Bap.Plo. in l. si quando. numero 452.& sequent. C. unde vi.Et sicut non tenetur ipse Illustr. D.reus vigore dicti pacti nulli, & fœneraticij. ita etiam non potest teneri occasione interesse lucri cessantis,tam d.q.Dominici,quàm.d.Ioan.Baptistæ, tum quia quãdo pactum est factum fœneratitium, non de-
11 betur etiam uerum † interesse, quia utile per inutile vitiatur Neuiza.d.consi.74.num.3.Sylna.d. consi.10.num.46.& Rebuff. d. glo.ulti. num.40. & maxime quando non agitur contra morosum & dolosum.Plot.in d.l.si quando. num.453. tum quia cum ipse Illustrissimus. D. Cornelius nũquã
12 fuerit in mora † soluendi debitum nullum interesse debetur,qnod sine mora peti nõ potest,Are. ad propositum consi.152.uiso themate.col.fi.Io. Lop.in repet.c.per vestras.6.not.nu.9.pagi. mihi 245.2.col.de don.inter vir.& vxo.Dec. d. consi. 116.in fi.Fely.in c.cum venerabilis.num.8.de excep.Rui.consi.51.num.4.& seq.& 48.nu.15.vol.
* & hanc dicit communem * Crau. d. consi.88. ad fin.& consilio 320.numero secundo.Benuenut. strach.in dicto tit.de contracti. mercato. num.3. & sequen.Alciat.in consi.51.num.10.libro octauo.& Plot. in d.l.si quãdo.num.861.Et in proposito de nulla mora dicti Illustrissimi rei constat,q̃
13 plene debet probari, ex quo sine culpa † esse nequit,Craue.consi.151.num.11.adeo q̃ nec iusiu
14 potest ad eam proban.deferre † in supplementũ plenæ probationis Doct.in d.l.quatenus.de reg. iur.& Cagn.in d.l.unica.nume.147.nulla.n.dies fuit præfixa solutioni, sed nec debitum erat liquidum vt sciret ipse Dominus reus,quod & quan-
15 tum soluen.esset,quo fit ut nulla † mora ei impingi possit,Alex.consi.49. inspectis. prima col.in fi. 2.vol.Soci.in consi.107.colum.tertia, post med. vbi citat alios.1.volum.& Bauer.in tract. de mora.tertia parte.numero octauo. Vt non omittam q̃ tanto minus potuit constitui in mora post mortem. d.Dominici, ex quo nullus extabat qui hæreditatem eius vellet adire,& sic nõ erant cui solueretur,& respectu D.Io.Baptistæ, non potuit esse in mora,quia nihil cũ eo egerat vel contraxerat,& tantum illi tenetur uigore conuentionis cũ eo initæ,cuius uigore nõ potuit in mora cõstitui, non factis & saldatis rationibus iuxta conuenta inter eos, vt supra dictum fuit.

Quartò,petitur pro parte Deti ipsum Illus.reũ creari debitorem de nõnullis aliis summis pecuniarum,vt in sua petitione & processu.s.quia non probauit incumbentia illi,saltẽ pro maiori parte venit absoluendus ipse D.reus. d. l. qui accusare. Et quia in facto satisfiet per d. agentem ipsius Illustr.Domini,super eis nihil vlterius scribam.

Quinto audio,q̃ ipse d.Io.Bap.Detus prætẽdit ẽt posse cõsequi à dicto Illust.d.reo scutos.1371. & sol. 34. de quibus in scriptura ipsius trãsmissa, vt dr̃, d.Dominico Ghirlandatio,& nũc existẽte penes Detũ,licet non viderim in processu id petitũ. sed certè, non video quõ ipse possit obtinere, tũ quia hæc quãitas non debeť ex aliquib.causis descriptis in instr̃o conuentionis inter partes factæ,cũ nõ sint pecuniæ solutæ per Dñicũ occasione locationis bonorũ Maleani. nec occasione pecuniarũ habitarũ ex rõne & societate vrbis, vt in dicto instr̃o. vnde ipse Detus agit sine actione. l.si pupilli.§.videamus. ff.de nego. gest. tum quia cũ ipse Illu. D. Cornelius consenserit q̃ pecuniæ illæ debitæ Benedicto, retinerentur per Dñicũ ex pensionib. soluendis pro dicta locatione seu ex pretio frumenti per eum vendendi,& formã hãc non seruauerit Dñicus, nõ põt alius eius successor in ea se fundare. l.diligenter.in prin. ff. mand. nã ipse Illust.D.reus non promisit soluere dictas pecunias Dñico,nec propterea effectus fuit eius debitor sicut nec fuit liberatus a Bñdicto ex quo
16 delegatio † non interuenit, quæ inter cætera exigit stipulationem, quæ hic minime interuenit. l. delegare.§.1.ff.de noua.ubi Doc.2.l.prim.C.eo. tit.trad. Doc. in l.singularia. ubi Cagnol.nu.165. etiam alia exigit.ff.si certum pet.& in l.qui vsumfructum.ff.de verbo.obligatio.Alexan. consi.10. visis depositionibus.colum.2.& 3.2.volum.Dec. in consi.107.numero 1.& 431.num.16.& sequẽ. Vbi,q̃ non inducitur inter absentes,sequitur Bẽuenut.in trac.de decocto.5.par.nu.5.

Nunc videndum est de petitionib. & prætẽsionib. p̃dicti Ill. Dñi Cornelij. Et primo ipse p̃tẽdit

& mercatione ciuitatis Ferrarię, non in ea quæ ꝑ
Dominium, & socios exercebatur Romæ, & for-
tè Detus uult † se fundare in text. in l. ꝓcuratoris.
§. si plures. Vbi Castr. ff. de tribut. & trad. per Ben-
uenut. in tracta. de decoctor. ult. par. tit. qui potio.
in bonis decocto. habe. nu. 19. & sequen. Nam il-
la iura non faciunt ad propositum, quia non agit
nunc Illust. D. Cornelius, ut exigat à mercatione,
& societate Romæ id quod expendit, pro Ghirlã
datiis pro mercatione, & societate Ferrariæ, quo
casu loquitur. d. §. si plures. & Doct. supra citati,
sed agit, ut sibi compensentur in credito Domini
in quo intendit succedere Detus, id quod soluit
nedum pro Dominico, sed etiam pro Benedicto
Correo credendi, cui soli etiam totum debitum
soluere potuisset, ut supra comprobatum extitit.
& ridiculum esset, quòd ipse soluisset pro suo cre
ditore, & temere soluere extraneo, cũ quo nõ cõ
traxit, ut postea cogeretur solutum repetere ab
hæredibus ipsius creditoris, qui non sunt soluen.
quod etiam contradiceret conuentioni factæ in-
ter partes. In qua Detus ingressus est locum Do-
minici, & fuit conuentum, calculandas esse ratio
nes hinc inde præter id, quòd non constat prædi
ctum Illust. Dominum contraxisse, & soluisse con
templatione ipsius societatis, & rationis Ferra-
rię, sed contemplatione personarum, & quia erat
ipsorum debitor, & hoc casu etiam cessant iura
aduersantia. Sic etiam idem dicendum est de par
titis solutis pro Benedicto illis de Sanminiatis,
quia sicut potuit soluere Benedicto, ita alteri pro
eo, & potuit ipse confiteri in præiudicium Cor-
rei, ut supra, & creditum exigere, etiam eo defun
cto. cum hic non attendatur, quòd fuerit finita so
cietas inter eos, uel quòd ipse Benedictus nihil
impenderit in negotio ipsius locationis Maleani,
quia hoc nihil ad dominum locatorem, qui po-
tuit credere ipsos fecisse impensas communiter
& æqualiter. & ad propositum facit dec. Bal. in l.
26 1. q. 13. nu. 15. C. pro socio. quòd si duo socij † cõ
ducant aliquam rem, licet debeant partes in æ-
quales, tenẽtur tamen æqualiter locatori, nisi illi
exprimant hanc inæqualitatem, licet quo ad ip-
sos, & inter se, aliud dicendum sit. sequuntur. An
gel. de peril. in tract. de societa. q. 10. num. 10. Pet.
de Vbal. in consimili tracta. 6. par. 3. q. nu. 3. Ron
chegal. in d. nu. 122. Et quando sunt duo rei cre-
27 dendi, ut in casu isto esse cẽsentur, quòd nihil † re
ferat, quòd totum creditum sit alterius eorum ꝓ
prium, quin liberetur alteri soluẽs supponit Bar.
in l. reos. 8. q. nu. 9. & in auten. hoc ita. pe. col. 8. q.
nu. 76. C. co. ti. & Ronchegal. in d. l. reos. num. 64.
69. & 75. Cautius igitur debuit agere Dominicus
cum nollebat aliquid posse solui dicto Benedi-
cto, cuius factum non potest impugnare Detus.
d. l. ex qua persona. Quod autem Benedictus non
fuerit consocius. & correus in affictu falsum est,
cũ id expresse legatur in dicta locatione, & eius
Chirographo super ea confecto, nec exigebatur
aliqua illius subscriptio, ad id comproban-
dum, cum Detus fundet se in ipso Chirographo
28 & in contractu, quem non potest † pro parte ac-
ceptare, & pro parte non l. quæritur. ff. de admi.
tuto. Cagnol. in l. secundum naturam. nume. 8. ff.
de reg. iur. & Tiraquel. in tracta. de retract. conuẽ
tio. in fi. num. 4. & sequen. Sed quod ipsi Fratres
de Ghirlandatijs fuerint simul conductores di-
ctorum bonorum, quę locatio remansit super eos
tantum, fatetur ipse Detus in contractu dictę con
uentionis, factæ cum ipso Illustriss. D. Cornelio in
prin. nec dubium est, quòd licet sint uerba nota-
rij, censentur tamen esse uerba partium, & ab eis
29 prius † probata præsumuntur. Bar. in l. quid si ne-
potes. quam legit cum. l. si quis filiabus. ff. de te-
sta. intel. Bal. in l. sciendum. in fi. ff. de uerbo. obli.
& in l. mater. nu. 6. C. de rei uend. Soci. consil. 20.
num. 12. 3. uol. Dec. consi. 450. & 653. num. 6. & in
l. si Librarius. nu. 4. Vbi etiam Cagn. nu. 9. ff. de re
gul. Iur. ex quibus funditus tolluntur omnes obie
ctiones, quę ex aduerso fiunt contra hanc petitio
nem, seu exceptionem ipsius Illust. rei.

Quartò loco petitur pro parte prædicti Illust.
D. Cornelij damnum, & interesse passum ob cul-
pam, & negligentiam Ioannis Capelli, Commis-
sarij, & administratoris, deputati post finitam, &
renunciatam conductionem per Ghirlandatios,
a dicto Dominico, anno. 1565. qui debito tp̃e
non fecit meti frumenta, & quia etiam non solue
bat mercedem debitam messoribus, ipsi male tra
ctabant segeres, & aristas prosternẽtes in terram,
nec eas, ut decebat, colligentes. & permisit etiam
illas consumi, & deuastari à bestijs, ac furto sub-
trahi ferè ab omnibus, ob eius malam curam, &
regimen, adeo quòd ipse Illustrissimus. D. Passus
fuit damnũ pro summa triũ seminũ, grani & trici
ci, eo anno seminati. Quæ omnia optimè, & ple-
nissime per plures testes, ut inferius ostẽdam, fue
runt probata. unde hoc damnum admittẽ. est ad
creditum ipsius Illustrissimi. D. cum dicto Domi-
nico, qui illi tenebatur tale damnum, & interesse
reficere. Nec dubiũ est, quin negotiorum gestor,
30 & administrator † teneatur de lata, & leui culpa.
l. 2. ante fi. ibi (uel non ut opportuit gessit.) ff. de ne
go. gest. gl. in l. 3. §. hac actione in uerbo negotijs.
ff. eo. tit. max. quando alius fuisset gesturus, quia
tunc tenetur de neglectis. l. si pupilli. §. Videamus.
31 ff. eo. ti. & quòd administrator † teneatur de lata,
& leui culpa, trad. Soci. in d. consil. 149. in prin. in
primo. & idem de negligentia Craue. consi. 132.
32 num. 4. Vbi dicit, quòd in officiali negligente † p̃
sumitur dolus. Et quòd administrator teneatur
reddere rationem de neglectis, & non perceptis
33 fructibus † trad. Soc. in consi. 92. num. 7. per text.
in l. si sine. §. Modestinus. ff. de admi. tut. qui licet
loquatur in tutore, tñ idem existere in quolibet
administratore trad. Iacob. Menoch. in d. tract. de
arbitr. Iudi. lib. 2. centur. 3. d. casu. 159. nume. 32.
& seq. quod & in procuratore, & administratore
generali, quòd teneatur de neglectis uoluit Alci.
in consi. 63. num. 1. 9. & 10. lib. 8. Nec dubium est
quòd

quòd D.Dominicus teneretur ex facto Io. Capel
li per eum dictæ administrationi præpositi, sicut
34 mercator † tenetur de facto institoris. Capit de-
cis. 180. num. 3. Ronchegal. qui plures citat in d.
l. eandem. in prin. num. 164. ff. de duo. reis. & deci
sio pedemonta. senat. 150. num. 6. licet, si uerum
est id quod dicũt testes affirmasse Capellum, cul-
pa fuerit in D.Dominico qui debito tempore nõ
prouidit de pecuniis pro messe facien.

Quod modo culpa, & negligentia dicti Capel-
li ipse Illustrissimus Reus tale damnum passus fue
rit optimè probãt testes in hac causa pro eius par
te examinati. nam primo, quòd debito tempore
non fuerit messum totum frumentum (licet cępta
fuerit messis in tempore, ut multi admittũt) depo
nunt primus, secundus, tertius, quintus, & sextus,
testes, examinati pro parte ipsius. D. Rei, qui di-
cunt, quòd propterea grana frumẽti nimis exsic-
cata, cadebãt interram. Quod uerò messores ma-
le tractauerint grana, ex quo sibi non soluebatur
merces sua proijcientes illas segeres cum uiolen
tia interram, deponunt etiam primus. 2. 3. 5. & 6.
testes, & dicit dictus quintus testis, quòd uidit
eos stare ociosos, & nolle prosequi messem, ex
quo pecuniæ illis non soluebantur, & interim ca-
debant grana ex aristis, addit etiam sextus, quòd
messores ipsi ex alio etiam ita male segetes tra-
ctabãt, quia cum essent pauciores, quàm opus es-
set ad talem messem facien. uolebant se expedi-
re in tempore conuento, adeo, quòd nõ curabãt
si lęderẽtur, & dannificarentur segetes ipsę. & di
cit etiam secũdus, quod id eueniebat ob malam
curam ministrorũ, quia dictus Capellus nũquàm
exiuit dicto tempore ad talia uiden. sed stabat in
castro Malcani, nec tamen poterat horum prætẽ
dere ignorantiam, cum ipse sextus testis eius fa-
mulus (ut ipse attestatur) id sibi retulerit, sic etiam
de consumptione frumenti à bestijs, ob malam
curam, & culpam dicti administratoris, attestan-
tur omnes sex testes examinati in suis depositio-
nibus. & de surreptione ipsarum segetum depo-
nunt illi tres priores, & quartus ex adu. & sextus
qui omnia referebat ipsi Capello. De damni uerò
quantitate deponunt etiam concorditer dicti te-
stes, qui ut practici, & periti in similibus uiderunt
damnũ illatum, & etiam primus, tertius, & quar-
tus, testes illud ęstimauerunt, & iudicarunt, quòd
ascenderit ad tria semina. Et cum constet quid,
& quantum fuerit seminatum, tum ex pluribus ex
dictis testibus, tum ex libris met ipsorum admini
stratorum quibus statur contra ipsos scribentes,
ut per omnes. in l. admonẽdi. Vbi Rip. num. 117.
& sequen. ff. de iureiur. certum est quid, & quantũ
fuerit damnum illud. sicut etiam constat de ualo
re ipsius frumenti probato per testes omnes, dẽ-
pto secundo, quòd eo anno ualuit, scilicet in ra-
tionem scutorum sex pro quolibet modio. Qui-
bus additur, quòd omnes ipsi testes deponunt ẽt
de omnibus per eos testificatis fuisse, & esse publi
35 cam uocem, & famam, quæ multum iuuat † ꝓba
tiones, ut per Doct. in d. l. admonendi. per Bart. &
Mars. in l. de minore. §. plurimum. ff. de quæstio. &
in alijs locis.

Nec obstant exceptiones, & obiectiones quæ
fiunt pro parte Deti aduersus hanc petitionem,
& probationes factas, pro parte dicti Illustrissimi
Rei. Et primo, quòd Dominicus nõ teneretur, ex
quo non erat amplius conductor, sed renuntiaue
rat conductioni, & tantummodo remanserat ad-
ministrator, ut in capitulis locationis. quia hoc ni
hil facit, cum etiam administrator teneatur de
culpa, & negligentia, ut supra comprobatum exti
tit, nec est uerum, quòd prouiderit de diligenti
commissario & ministro, cũ appareat contrariũ
ex testibus prędictis, affirmantibus, quòd nũquàm
exiuit ad agros ad uiden. messem, quæ fieret, uel
prouiderit dãno inferendo, sibi relato per sextũ
testem famulum suum, & officialem, cui deponen
36 ti de facto à se gesto † plenè creditur, ut latè per
Iaco. Menoch. in d. tracta. de arbitr. Iud. lib. 2. cen-
tur. prima casu 99. in prin. Et licet dicant testes,
quòd damnum huiusmodi non euenerit ob eius
fraudem, & dolum, nec de eius consensu, non ta
men negant quin euenerit ob eius culpam, desi-
diam, & negligentiam, de qua tam ipse, quàm. D.
Dominicus tenebatur ut supra. qui nec excusabã
tur si bestiæ Illustriss. D. Rei damnum dedissent in
segetibus, cum possent occurrere, & prouidere
ne id eueniret prohibendo id custodibus earum
& colonis, quòd tamen nullibi eos fecisse cõstat.
Sicut etiam nihil facit, quòd appareat in libris di
ctæ administrationis, quòd dictus Commissarius
Capellus fecerit plures expensas, pro colligen-
dis aristis relictis post messores, & in custodien.
messem, & frumentum. quia primo illis libris non
est credendum ex quo agitur de re magna, & ar-
dua ad excusan. à culpa, & negligentia ipsum ad-
ministratorem, qui cum audiuerit tunc temporis
ipsum Illustrissimum Dominum conquestum fuis
se de tali damno, ob eius culpam euento, & fuisse
missos æstimatores ad æstimandum tale damnũ,
potuit pro sui exoneratione, & excusatione scri-
37 bere fecisse tales expensas. unde eius libris † non
est creden. per trad. per Doct. in d. l. admonendi.
5. Rip. nu. 126. & Crau. in tract. de antiqui. tempo.
in prima par. §. 4. limitatur. nu. 27. & nu. 30. Vbi lo
quitur in institore. cõcludentes, quòd in minimis
creditur, sed non in magnis, tum quia etiã, quòd
deberet credi libris, illud non procedit quando
38 contrarium probatur per testes, uel alias † proba-
tiones, decisio Pedemont. 72. num. 11. & Plot. in
d. l. si quando. nu. 243. prout in casu isto ex dictis
tot testium comprobatum extitit. Et libris nõ est
39 stãdum quãdo aliter ex probabilibus † causis ui
detur iudici non esse eis creden. pro ut ita debet
hoc casu uideri, Mars. singu. 458. liber mercato-
ris. Abb. cons. 95. in prin. & Benuenu. Strach. in tra
cta. de mercato. in tit. quo mod. in cau. merca. pro
ceden. sit. prima part. num. 38. cum etiam quia po
sito, quòd soluisset dictas pecunias, ut talia fierẽt, po-
test

test esse, quod facta non fuerint, ut deponunt testes. unde probatio dictorũ librorum non est concludens, ideo contra probantem interpretanda. Loon hoc. C. unde legi. & c. in pñtia de probat.

Cessat etiam aliud, quod ex aduerso obijcitur, quod teneretur Illustrissimus. D. Cornelius facere prouisionem de pecunijs Prodicta messe faciẽ. quia hoc est falsum, & cõtrarium innuitur ex capitulis locationis, in quibus præsupponitur, quod conductores deberent facere omnes impensas locationis, & facta renuntiatione remanerent ad ministratores, & possent retinere fructus ad computum sui crediti. unde debebant etiam facere expensas quæ ueniebant detrahendæ ex fructibus. l. si à patre (alias. l. si à domino.) §. fi. ff. de petit. hæredi. tum quia cum ipse Dominicam cæperit hanc administrationem, & fecerit omnes expensas pro ea, non poterat illam deserere tẽpore messis, & expectare pecuniarum prouisionem à dicto Illustrissimo Domino, quia quando gestor

40 † aggreditur negotium alterius, ut omnia gerat, ut in casu isto, non potest negotium deserere, & tenetur de neglectis, ut trad. Bar. Castr. & alii. in l. tutori. C. de nego. gest. Vbi Castr. nu. 2. exemplificat in eo qui cæpit cultura uineæ, quod etiam admittit Corn. in consi. 81. 2. dub. 4. uol.

Quod autem damnum ipsum euenerit causa grãdinis, quæ accidit eo anno de mensæ Maij, & Iunij, ut fatentur testes ipsius Illustrissimi Rei, non uideo ubi probetur, licet enim testes dicãt, quod grando euenerit, non propterea sequitur, quod dãnum aliquod dederit segetibus ipsis, quod sæpissime accidit. & satis innuunt testes ipsi dum dicunt, quod euenit (*una passata di tempesta*) & hoc erat probãdum expresse, cum non probet hoc esse, quod ob hoc contingit abesse, d. l. non hoc. &

41 d. c. in pñtia. & exceptio est probanda † concludenter per allegantem, Craue. consil. 201. nu. 29. præterea cum testes expresse affirment, quod dãnum hoc processit ex alijs causis prædictis, cessat omnis scrupulus.

Successiuè obijcitur contra testes ipsos, quod non probãt, ex quo sunt subditi, debitores, & partim coloni ipsius. D. Rei, quæ exceptio non est iuridica. qa primo testes subditi admittũtur pro domi

42 no suo, quando alias sunt bonæ † uitæ, & famæ, & uerisimilia deponunt, Bal. consi. 468. qualiter probentur. nu. 7. 3. uolum. & quod admittantur indistinctè tenent Alex. consi. 88. quæ os datum. col. 4. uer. Item non obstat. 5. uolum. Crot. in tract. de testi. nu. 184. & Hier. de monte in tracta. de finib. c. 58. nu. 4. sic etiam coloni non repelluntur à testificando, cum nõ sint ascriptitij, uel necessarij, qui

43 pñt prohibiti † recedere, & ita seruari de consuetudine dicunt l. a. s. in add. ad Christ. por. & Bauer. in §. pater. nu. 43. Insti. de testamen. sicut etiam nõ prohibentur debitores testificati pro creditore. Et quicquid sit, cum excedat regularem numerũ omnino probãt etiam si alias non integri essent

44 † testes, gl. in l. 3. §. eiusdem. in uerb. numer. ff. de testi. Crot. in tract. de testi. nu. 193. Io. de Ami. consi. 8. nu. 37. 25. nu. 3. 52. n. 3. & 4. & 59. nu. 20. Marsi. consi. 68. nu. 29. & 113. nu. 33.

Sicut etiam tolluntur exceptiones quæ particulariter fiunt contra ipsos testes, quæ certè sunt nimis scrupulosæ, & testium dicta sunt iuuanda

45 † non cauillanda, Bal. in c. præterea. de testi. Alex. consi. 101. num. 19. & 117. in fi. 7. uol. Et primo in quãtũ cõsideratur, quod sit cõtrarietas inter priores duos testes, illa non est considerabilis, quia secundus, non bene affirmat, quod coloni custodirent segetes, imò deponit non stetisse in eo loco, & illac pertransciens ea uidisse, unde attenden. sunt dicta aliorum, qui rem melius sciunt, quod scilicet coloni nullam habebant partem in dictis frumentis, & propterea non curabant illa custodire, ut deponunt alij quinque testes examinati, ultra, quod ẽt mo

46 dica † cõtrarietas nõ obest, An. de But. in l. 2. de regula. Ale. cõs. 5. In causa inquisitionis col. fi. 1. uol. & Rui. consi. 19. nu. 134. uol. Et licet testes dicant quod coloni ipsius Illust. domini subtrahebant frumentum, non tamẽ excusatur administrator, qui tenebatur curare ne subtraheretur.

Ad id autem, quod dicitur fuisse satisfactum messoribus in fine messis, respondetur nõ sat fuisse, quia debuit illis sumministrari uictus, & etiam solui pars mercedis secundum consuetudinem illius regionis, de qua deponunt omnes testes examinati. nec tolluntur dicta testium ex asserta in uerisimilitudine allegata, quod messores quibus soluitur certum quid pro modo frumenti, uerisimilitet non male tractassent segeres, quia hoc pacto amisissent operas suas. Quia non uideo, ubi constet, quod sibi fuerit promissa merces in rationem modij, immo testis. 6. deponit, quod fuit data illis messis ad summam, ut in certum tempus illã expedirẽt. & propterea, ut id tempore debito, & conuento perficerent prosternebant, & male tractabant segetes.

Nihil etiam facit, quod in libris prædicti. Capelli appareat, quod tẽpore messis erãt pœnes ipsum, & in capsa pecuniæ, ex quibus poterat fieri hæc impẽsa. & propterea ex eis reprobetur testificatus Syluij. 6. testis. Quia (ut dixi) ad exonerationem scribentis non est creden. dictis libris, sed potius dicto ipsius testis, qui loquitur de facto à se gesto, ut supra, cui etiam quatuor primi testes adstipulan. & cum eo concordant affirmantes audiuisse prædictum. Io. Capellum eo tempore conquerẽtem, quod non haberet pecunias pro tali impensa facien. & quod miserat Romam ad illas accipien. & deponit etiam quintus testis, quod miserat pro dictis pecunijs, quod repugnat dictis libris, prçter id, quod dicti libri probant contra ipsum institorem, & commissarium, quia si habebat pecunias, quare non soluit debito tẽpore messoribus, ut opus perficeretur, nec tali, & tanto damno ipse Illustrissimus Reus afficeretur.

Et licet hic annus. 1565. maiorem fructum attulerit (si sic tamen est) quàm annus præcedens,

non

non propterea sequitur, quin etiam longe maiorem afferre potuisset, si omnia debitis temporibus facta fuissent, & fuisset dictus Commissarius Capellus diligens, & accuratus, nec permisisset consummi fructus ipsos ob suam culpam & negligentiam, & sic teneatur pars aduersa ad dictum damnum.

Quod autem dicitur super æstimatione facta de mense septembris huius damni per peritos, facit contra ipsum opponentem, quia si eo tempore, quo difficiliter poterat cognosci damnum, quia frumenta, quæ interram ceciderant non poterāt uideri, quia partim consumpta, & ab auibus, & uolucribus cæli, ablata, testes iudicarūt damnum ascendere ad damnum trium seminum, tanto magis damnum iudicassent, si illud ante uidissent. Nec testes dicunt, quòd in his tribus seminibus damni illati computetur semen, quod ex se ordinarie in messe cadit, sed dicunt, ꝙ admisso etiam ꝙ semen unum cadat ordinariè ex messe, ipsi iudicarunt damnum ex causis prædictis illatum fuisse trium seminum, & sic illud semen non computatū in damno hoc. Ex quibus luce ipsa clarius constat ipsum Illustrissimum. D. Cornelium in hac petitione iustitiam souere, & damnum hoc sibi compensandum fore.

Cui non obest, quòd ipse Illustrissimus. D. Cornelius expulerit, medio eius officialium, uel agētium dictum Dominicum, uel ipsum eius cōmissarium, tum, quia hoc nullibi probatur, & quatenus probaretur non faceret ad propositum, cum omnino uoluit ipse satisfacere suo debito iuxta tenorem conuentionis, postea factæ, cum Deto. & sic inanis esset hæc disputatio.

Illud ēt non omitto, ꝙ cum data fuerit facultas Dñico constituendi ꝓuisionē commissario, & factori dictorum bonorum, ut in 2. conuentione, & non constet, ꝙ illam constituerit, uel declarauerit debet per iudicē declarari ad not. in l. si quis arbitratu. ff. de uerb. obl. nec standum est libris ipsorū cōmissarij, & officialiū scribentium se creditores eius summæ, suo arbitrio taxatæ. sicut etiam nullo modo est hñda cōsyderatio prouisionis alicuius pro persona dicti Dñici, cū de ea inter partes nihil fuerit conuentum, & quam ipse nunquam petijt, qui sciebat, ꝙ cū fuerit conuentum, ꝙ soluere tur commiss. & factori censebatur exclusa quælibet alia promissio, quæ illi posset deberi, ex quo inclusio unius est alterius exclusio. l. cum prætor. ff. de iudi. & l. maritus. C. de procur.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

In eadem causa consuluit D. Rim. Iun. ut consi. 52. in primo.

Clau. Bert.

ADDITIONES.

a Sed quid si conuentio non expresse contineat illum obligari tanquàm fideiussorem, uel promissorem indemnitatis? sed ut sæpe euenit qui se constituit debitorem, & (obliget se pro tali) ut dicitur in pluribus instrumentis. Primo in hac re esset standum maxime consuetudini atque Stylo l. labeo. ubi Bar ff. de suppell. legat. & attenditur qood communiter fieri solet. l fina C. de fideiussoribus. & hoc habet locum etiam si non obligaretur principalis pro quo quis se obligat, non est tamen quin ipse censeatur pro eo obligatus, & eo casu dicitur expromissor. l. & eleganter. § seruus pactionis, ff. de dol, gl. in uerbo fideiussorem in Auth. de fideiuss. in prin. col la. 1. & Alc. lib. 1. parer. iur. c. 2. quod probatur etiam in l. si pro se præsente ff. manda. Et clausula (pro tali) potest intelligi non ut ille talis se obliget, sed ut illi quid detur, uel soluatur, & ad illius utilitatē. l. si quis pro redemptione. C. de donatio. Corn. consi. 169. 3. col. lib. 1. & Soc. cōsi. 68. nu. 4. in 3. Sicut illa clausula potest etiam intelligi nomine talis, uel loco talis, ut de 1. trad Bar. in l. 1. §. nunciatio. nu. 17. ff. de oper. nou. nūcia. Afflict. dec. 3. nu. 16. & de 2. trad. Paris in consi. 107. nu. 24. & consi. 44 in 3. quod consilium est etiam insertum in 1. uolu. consiliorū Rui. in cons. 209. ubi nu. 5.

b Et statim promittens est obligatus licet suspendatur exactio, Bal. in l. 1. C. de conueni. fisc. debito. lib. 10. Alex. cōsi. 29. Clarissime Doctor. nu. 25. in 7. Dec. consil. 551. nu. 7. Et tenetur ad sortem & usuras omnes in d. l. quæro, Dec. d. consi. Paris. d. consi. 109. nu. 37. & seq. in 1. & consi. 16. nu. 124. & seq. in 2. Rui. consi. 187. nu. 3. in 1. & Soc. Iun. d. consi. 94. nu. 13. in 3.

c Modo uere damnum passus fuerit, Doct. in l. fi. ff si cert. peta. Benintend. dec. 81. nu. 12. & seq.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

In eodem casu disputantur aliqua de quibus supra, & quid differat culpa à dolo, & quando non sit in ills administrator. quibus casibus à principio taxatio interesse possit fieri absque usura.

SVMMAE.

1 *Culpa, & negligentia differt à dolo, & fraude.*
2 *Testibus standum est contra producentem.*
3 *Testium standum est maiori numero.*
4 *Administrator ad quas expensas non teneatur.*
5 *Et qui aggressus est administrationem deberet illam perficere usque ad finem.*
6 *Socius in una societate potest habere ius in altera.*
7 *Creditor unius societatis si uelit satisfieri in bonis alterius societatis quibus sit præferendus.*
8 *Socius non tenetur nisi eatenus, quatenus habet in societate.*
9 *Societas ut contrahatur nedum consensus, sed res est adhibenda.*
10 *Locatio consensu tantum contrahitur.*
11 *Taxatio interesse an possit fieri quando mercator esset uerisimiliter tanti lucraturus.*
12 *Socer potest quid annuum soluere genero dum* dos

dos soluitur.

13 *Interesse ex l. curabit. C. de action. empt. debetur de aequitate canonica.*

14 *Interesse nullum debetur sine mora.*

15 *Interesse dotium inductum est fauore mulierum ne ad meretricandum inducantur.*

16 *Taxatio interesse cum est usuraria tunc nec uerum interesse debetur.*

CONSILIVM CCCCLXXXIII.

In Domino confido.

POST editum consilium in causa Illustrissimi. D. Cornelij Bentiuoli cum. D. Io. Baptista Deto. audiui non nullas fieri obiectiones, & in iure etiam editas fuisse allegationes, ex quibus nititur pars Deti tollere fundamenta nostra, constructa ad defensionem iurium apertorum ipsius Illustrissimi Domini. Quibus, & si liquido responsum sit effectualiter ex deductis in dicto cõsilio meo, adhuc etiam speciatim respondere operae pretium esse duxi. Ad Primum igitur dum obijcitur, quòd Dominicus Ghirlãdatius Commissarium elegit Ioãnem Capellum, undique uirum idoneum, peritũ, & diligentem iuxta tex. cum gl. idoneus. in l. idẽque in prin. ff. pro soc. quem esse, & fuisse talem omnes testes nostri ore uno fatentur. Respondetur, quòd contrarium apparet ex depositionibus testium, & probationibus factis, exitusque ipse actu probauit, l. rem non nouam. in fi. C. de iudi. & cum omnes testes affirment, ꝙ ob culpam, & negligentiam suam, & Dominici principalis ipse Illustrissimus. D. Cornelius illud damnum Passus fuerit. non possumus dicere fuisse idoneum, uel diligentem. & cum etiam ipse nunquàm fuerit ad uisendum agros, uel messem, sed semper steterit in castro Maleani, quae diligentia fuit haec? Nec etiam est uerum, quòd testes nostri dicant fuisse diligentem, & idoneum, ꝙ culpa nulla possit ei ad scribi. sed dicunt damnum illud non euenisse ob eius dolum, uel fraudem, nec de eius consensu, quae non tollunt culpam, & negligentiam, ut re-

1 spondi latè in consilio. haec enim sunt diuersa, † ut habetur. in l. quod Nerua. ff. depo. & in §. pe. Insti. quibus mod. re contrahitur obl. & in mille locis, praeterea nedum conuincitur culpa commissarij, sed etiam Dominici administratoris, qui debito tempore nõ prouidit de pecunijs pro messe faciẽda, pro ut debuit, & propterea damnum illud accidit, ut testes omnes affirmant.

Quod modo plures ex nostris testibus depo-

2 nant, ꝙ messis facta † fuit in tempore, quibus standum sit cõtra producentem Paris. consi. 50. num. 6. in 1. & alij qui possent ad hoc allegari, etiam nõ est uerum, quia licet aliqui dicant, ꝙ debito tempore fuerit cępta (quod etiam maior pars non ad

3 mittit, cui standum esse † non est dubitandum, ad trad. per Doct. in l. 1. §. si stipulanti. ff. de uerb. o bl. quando testes non concordant in quantitatibus, ꝙ statur maiori parti concordanti. Vbi Crot. nu. 7. prima lectu. & per eundem Crot. in tracta. de testi. num. 333. & seq.) concludunt tamen omnes, ꝙ in tempore non fuit perfecta, & quòd dum fieret, grana male tractabantur à messoribus, ut latè teti gi. in consil. Eo quia nem de eis curan. habebat a bestijs consumebantur, & à personis subtrahebantur. Ex quibus apertissimè, patet non fuisse ad hibitam eam diligentiam, quae erat adhibenda, nec etiam factam expensam debito tempore, ut fieri debebat, quae fuerunt in causa ut tale damnum Passus fuerit Ill. D. Cornelius.

Et ex his tollitur etiam id, quod dicitur de expensis facta pro recollectione aristarum facta post messores, quod non est etiam in processu probatum, nisi forte ex libris dicti commissarij, ꝙ bus non est creden. ad eius fauorem. l. exemplo. c. de probat. & fuit responsum in consilio, & maxime quando est probatum contrarium per testes, hoc etiam quia, & si id uerum esset non propterea fuisset satisfactum alijs negligentijs, & culpis tam dicti commissarij, quàm ipsius Dominici principalis de quibus abunde fuit tractatum in d. consi.

Nec etiam est uerum, quòd maior pars testiũ nostrorum dicat, ꝙ perfecta messe satisfiat operarijs, quia immo ipsi omnes concludunt, quòd in principio ꝓuidetur illis de uictu, & soluitur pars mercedis, quod non constat factum fuisse. Et licet anno praecedenti possit euenisse, ꝙ eodem tempõre transmissa fuerit pecunia pro messe facienda, (quod etiam nescio an probetur) non tamen sequtur excusan. esse administratorem, tum quia recollectus uno anno serius maturat quàm alio, ut notissimum est, tũ quia si male segessit primo anno quo ipse habebat partem dicti recollectus, nõ debebat idem agere sequenti anno, quo negotiũ agebatur alterius, non proprium, in quo maior erat adhibenda diligentia. & quicquid sit nõ est curandum quid factum fuerit praecedenti anno, ex quo constat apertissimè, ꝙ in hoc tam negligẽter defectum fuit.

Subiungitur, ꝙ ad talem impensam non tene-

4 bantur administrantes † arg. l. sancimus. §. defensionem. C. de admi. tut. & trad. per Aymo. Crauet consi. 129. num. 3. sed certè haec non faciunt ad ꝓpositum, quia licet tutor non teneatur de suo pro pupillo, & administrator praesumatur facere impensam de pecunia eius cuius negotium administrat, ut per Craue. ibi tenetur tamen administrator, qui administrationem unius negotij aggressus est, illam perficere usque ad finem, etiam suis

5 impensis, † ut dictum fuit in consi. ex trad. per Castr. & alios in l. tutori. C. de nego. gest. Et tanto magis, cum fructus administratori sint assignati, ex quibus sunt deducendę impensę, ut dixi, quae conclusio admittitur pro uera ex aduerso in iure, sed negatur in facto, cęptum fuisse per adminj-

stra-

ſtratorem fieri impenſam poſt renunciationem
affictus,uerum quia(ut audio)id conſtat ex libris
ipſius adminiſtrationis in ſexcentis locis, ſuper
hoc non eſt inſiſtendum.

Dum autem obijcitur teſtes non probare cum
ſint ſubditi,debitores, & non ueriſimilia depo-
nant.cum non potuerint æſtimare id quòd con-
ſtare,uel apparere non poterat.& cum adſit cau-
ſa ex qua damnum euenire potuiſſet nempe
grando, ex qua adminiſtratores non tenen-
tur,reſpondetur ut in conſi.in quo omnibus fuſiſ
ſime ſatisfactum fuit,& reſponſum, imò teſtes p
bare,nec eſſe reijciendos, & maximè cum exce-
dant regularem numerum,cum ſint ſex, & tamen
duo ſufficerent.l.ubi numerus.ff.de teſti.& c. licet
uniuerſis. eo.ti.nec etiam deponere non uériſimi
lia,quia imò inſpecto ſtatu rei illius, & facto ſub-
ſequuto depoſuerunt uériſimile. Sicut etiam re-
ſponſum fuit ad conſiderationem grandinis, quã
non cõſtat damnum aliquod attuliſſe, quod erat
probandum.Et cum in rei ueritate culpa, & negli
gentia adminiſtratoris,& illius commiſſarij aper
tiſſime fuerit probata, ex qua ualde damnifica-
tus fuit Illuſtriſſimus dominus,non uideo quare
tale damnũ ſibi nõ ſit reficiendũ,uel cõpẽſandũ.

Ad ea autem quæ deducuntur contra partitas
pecuniarum ſolutarum Benedicto Ghirlandatio,
quòd non ſint acceptandæ in calculo rationum,
ex quo Dominicus applicauit negotium Malea-
ni ſocietati Romæ cuius animus eſt attendẽdus,
& non poteſt creditor unius ſocietatis agere, uel
ius prætendere contra alteram ſocietatem, cum
creditores alterius præferantur in ea, ſicut ſocius
6 in una † ius habere non poteſt in altera, per mul-
ta quæ adducuntur pro diuerſa parte, & præſer-
tim Anch.conſi.400.Comen.conſil. 172. Titius,
& Pariſ.conſi.94.nu.27.in 1.Satis etiã fuit reſpon
ſum in conſilio.nam hic non agimus de peten.ali
quid à ſocietate urbis,ſed agimus de ſolutione fa
cta uni ex correis,& conductoribus, qui ſunt cor
rei credendi,& debendi,ut illic probatum fuit,&
certum eſt,quòd ſolutio fieri potuit, nedum par-
tis, ſed totius,ut probatum fuit,& aliter non repe
tam.unde aliud eſt quòd creditor unius ſocieta-
7 tis uelit ſatisfieri in bonis alterius † ſocietatis, &
præferri creditoribus illius,uel cum eis concurre
re,quo caſu loquitur.l.3.§.ſi plures.Vbi Caſtr. &
alij de tribut.& trad.alij qui ex aduerſo adducun
tur.ſicut aliud eſt quòd ſocius unius negotiatio-
nes uelit etiam habere partem in altera,quàm ali
bi conſocium exercet,quo caſu loquuntur Anch.
& cæteri ſupra citati,quę non pertinent ad caſum
noſtrum.& aliud eſt,quòd debitor qui contraxit
cum pluribus correis creden. (ut hoc caſu) poſſit
ſoluere alteri,quia hoc caſu non curatur,quòd ip
ſe nihil habeat de proprio in illa ſocietate incidẽ
te,uel contractu illo,ſed ſufficit,quod ſit Correus
cui poteſt ſolui.unde ex diuerſis non infertur. l.
Pap.exuli.ff.de mino.l.fi.de calum.Et ex his tollũ
tur ea etiam quæ deducuntur ex Anch.cõſi. 332.
Dec.in l.ſi ſocius.ff.ſi cer. peta. & in conſil. 98. In
8 quibus locis dicunt ſocium non teneri † niſi cate-
nus quatenus habet in ſocietate,cum & ſi nihil at
tulerit Benedictus,tamen exigere potuit ut ſupra.
Et potuit etiam exigere poſt mortem dicti Domi
nici,ut in dicto conſilio reſponſum fuit, quia non
curatur,an ſocietas fuerit finita reſpectu debito-
ris ſoluentis,ut dixi.

Nec obſtat, quòd Benedictus non ſubſcripſe-
rit dictis capitulis, quia non id eſt de ſubſtantia,
cum partes tantummodo conuenerint, quòd pr̨
dictus Illuſtriſſimus Dominus Cornelius, & Do-
minicus ſubſcriberent.ſed non propterea deſinit
habere partem in dicto contractu,& cum de hoc
etiam apparet publicum inſtrumentum ſuper
hac conductione celebratum, & id exprimatur
in multis locis tam priorum quàm poſteriorum
capitulorum inter partes initorum, & id etiam
fateatur Detus in inſtrumento conuentionis ini
to cũ ipſo Illuſtriſſimo.D. Cornelio, ſuper uacuũ
eſt amplius de eo diſputare. Ad id autem quod
ex aduerſo additur, quòd opus eſt ſocium ne dũ
9 adhibere conſenſum ſed etiam rem † ut cõtraha
tur ſocietas, ut per Anch.in d.conſil.400. in prin.
reſpondetur ſimiliter non facere ad propoſitum
reſpectu ipſius Illuſtriſſimi Domini, ex quo ipſe
non agit de ſocietate, ſed de locatione, quæ con-
10 ſenſu tantum cõtrahatũ † Inſti.de oblig. ex conſen.
in prin.& l.prima.ff.loca. quod etiam idem eſt in
ſocietate.d.ti.de oblig.ex conſen.quamuis etiam
quandoque concurrat res, maxime quando agi-
mus de præſumenda ipſa ſocietate.

Quo uerò ad quæſtionem intereſſe conuenti
in rationem. 10.pro cent.ſatis,& ſuper in conſilio
reſponſum fuit,conuentionem ipſam fuiſſe uſura
riam,& inualidam,nec de iure ſeruandam, pro-
pterea ea cauſa ipſius in aliquo teneri,nec eſt ue-
11 rum quòd taxatio † poſſit fieri quando mercator
ueriſimiliter tanti eſt lucraturus ut per Dec.in cõ-
ſi.111.col.fin.& in c.cũ uenerabilis.col.6.uer.pu-
tarem.num.14.in fi.de excepti. quia primo Dec.
non loquitur in caſu huic noſtro ſimili. in d. enim
conſilio loquitur, quando quis uendidit rem pro
maiori pretio, quàm ualeret præſente pecunia,&
inferius loquitur ex Abb.in ca.ſalubriter de uſur.
in ſocero qui promittit genero certum quid an-
12 nuum donec † ſoluatur dos.& in d.c. cum uenera
bilis loquitur in emptore qui in recompenſatio-
nem fructuum certum quid annuum ſoluit uendi
tori, quo caſu etiam loquitur Soci.in conſil. 176.
col.3.& Dec.conſi.119.qui caſus à noſtro longe
13 diſtant, cum de æquitate uenditori † tale intereſ-
ſe debeatur.l.curabit ubi Cag.C.de actio.emp.ſi-
cut etiam genero.d.c.ſalubriter.& l.inſulam.§. u-
ſuras.Vbi Doct.ff.ſol.matr.Sed ſi Dec.& Soci.uel
plures alij id affirmarent illis non eſſet ſtandum,
cum tam ipſi quàm tot alij citati in conſilio in in-
diuiduo contrarium firment,adeo quòd eſſet te-
merarium contra ſententiam tam communem,
* * & ferè ab omnibus approbatam iudicare.

Sed

Sed dum supponit pars aduersa, quod tale interesse de iure debeatur, negamus uerum esse tale præ
14 suppositum, cum sine mora † nullum debeantur interesse, ut in dicto consilio deductum fuit, quæ mora in proposito non interuenit, cum ignoretur quod, & quantum sit debitor ipse Illustrissimus Dominus. Nec Ioan. Cald. in consi. 4. in ti. de usur. facit contra hanc nostram receptissimam sententiam, sicut etiam consilium Veronen. 15. in ciuilibus loquens in statuto quod taxat certum interesse annum, donec dos soluta sit, facit ad propositum nostrum, tum quia ibi alia est ratio in odium
15 morosi, & fauore † mulierum ne inducantur ad meretricandum, ut trad. Plot. in l. si quando. num. 471. C. unde ui. tum etiam quia illa opinio habet plures contradictores, quos cumulat Plot. in d. lo co. num. 470. Et licet ut ex aduerso dicitur interesse non debeat tanquàm taxatum, sed tanquàm probatum, ut pungit Deci. d. consil. 111. tamen cum iniqua sit, & usuraria taxatio, etiam uerum
16 † interesse non debetur, ut per Neuiz. Sylua. & Rebuff. in locis in consilio citatis. Et quatenus probatum deberetur, necesse tamen est, quod debitoris mora cōcurrat, sine qua factum est nihil, ut in terminis tenent plures Doct. in consilio citati, quæ nullo modo potest dici in casu isto probata, & sic cessat omnis scrupulus.

Ad id autem, quod prætenditur ex aduerso, dictum Illustrissimum. D. Corneliū teneri Deto ad damna & expensas ob nō seruatus conuētiones de non uendendis frumentis, & alijs, quę stare deberent pro securitate crediti dicti. q. Dominici, & successiue ipsius Deti: respondetur, quod in capitulis factis inter partes tam primis, quàm secundis nō legitur hoc pactum fuisse hoc modo appositum, sed tantummodo, quod conductores remanerent finito affictu administratores, nec possent remoueri donec eis esset satisfactum. quo fit ut cum Dominicus obierit, & Benedictus non esset in dicto loco, potest ipse Illustrissimus Dominus accipere sua frumenta, & fructus, & de eis disponere arbitrio suo, quia capitulū non repregnabat, alias posuisset se in periculo ne res suæ dilapidarentur & consumerentur, & sat est, quod satisfaciat pro quātitatibus debitis, nec in aliquo tenebatur Deto cum quo non contraxerat, nec illi se obligauerat. Et licet Dominicus applicauerit illud negotium societati urbis, hoc nihil obest ipsi Illustrissimo Domino, ex quo socius non propterea fuit effectus dicto Illustrissimo Domino. l. qui admittitur. cum tribus seque. ff. pro Soc. & saltem debuit id intimari ipsi Illustrissimo Domino. unde non debuit ipse Illustrissimus Dominus Cornelius dare dictos fructus ipsi Deto. Et satis ipse fecit cum conuenerit illi soluere id quod tenebatur dictis Ghirlandatijs in terminis conuentis, modo ipse conseruaret illum indemnem ab eis, ut in instrumento conuentionis. super quibus terminis, cum in consilio etiam fuerit scriptum quando incipiant currere, nec uideam aliquid adduci in contrarium super eis aliter non insistam.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Condemnationes, uel illarum capsolda quando possit exigere Massarius, & illi debeantur tanquàm emolumenta, alioqui nec ipse ad pēsionem teneatur?

SVMMAE.

1 *Verba (spectantium, & pertinentium) sunt generalissima, & quid comprehendant?*
2 *Successori officialis debetur emolumentum illud, quod primo officiali fuerat deputatum.*
3 *Verbum (emolumentum) est generale, & comprehendit quamcunque utilitatem.*
4 *Emolumenta non excepta comprehenduntur si aliqua excepta sunt.*
5 *Reseruatio facit comprehendi omnia, quæ non sunt reseruata.*
6 *Salarium debet augeri officiali aucto labore.*
7 *Ius diuersum non debet esse in una, & eadem re.*
8 *Testis de auditu probat contra producentem.*
9 *Gabellarius siue nomine Cameræ, siue nomine proprio exerceat gabellam quando comprehēdatur in dispositione.*
10 *Clausula addita cum copula ampliat, non autem restringit.*
11 *Gabellarius non tenetur ad solutionem, si illi non est præstita patientia exigendi condemnationes.*
12 *Locator debet curare ut conductor fructus, & prouentus percipiat ex re conducta.*
13 *Interesse est præstandum conductori impedito facto locatoris.*

CONSILIVM CCCCLXXXIIII.

In Domino confido.

STANTIBVS uerbis locationis factę q. Domino Michaeli de iudicibus, de Camerlenga: ia Carpi, in quibus generaliter disponitur sub ipsa locatione comprehēdi omnes redditus ipsius Camerlengariæ, & omnium officiorum, & membrorum introituum, & reddituum spectantium, & pertinētium ad

ad eam,& ut latius in ca.primo.capitulorũ ipſius locationis,& in tertio capitulo dicitur, quòd habent eãdem auctoritatem,gradum, honorem, & præeminentiam, quã habuerunt Camerarij prę teriti ipſius Ducalis Cameræ, & quam habet de pñti,cum omnibus ſuis regaleis, & emolumẽtis, & ſtante, quòd exliteris principis noſtri Sereniſſimi Scriptis de anno. 1569. Gubernatori illius terræ per condemnatos qui çondemnationes non ſoluerunt intra trimeſtre poſt condemnationes,ut in ipſis literis in proceſſu regiſtratis, ſol.8.& in d.proceſſu.ſol.7.cõſtat, ꝙ Camerarius de annis preteritis exegerit capſolda ipſa, ꝙ etiã fatetur primus teſtis Ducalis Cameræ in proceſſu teſtium.ſol.6.& in multis locis ſui teſtificatus, Certè non uidetur iuſtè negari poſſe.quin hoc emolumentum dictorum capſoldorum ad d.q. D. Michaelem,& ſucceſſiuè eius hęredes pertinent, nec potuerit alteri cõcedi, tum uirtute dictorum
1 uerborum † generalium,& generaliſſimorum(ſpe ctantium,& pertinentium,l.uerbum illud pertine re.Vbi Alc.ff.de uerb.ſigni.Papien.in ſua pract.in form.libell.in actione declarat.in gl.ſpectat, & ꝑ tinet,Alex.conſ.42.uiſis.prima col.in 4.Fel.in ru brica de reſcrip.3.col.nu.7,Rip.in l.centurio.nu. 189.ff.de uulg.& pupil.& in c.cum eccleſia.num. 132.de cauſ.poſſeſ.& proprie.quàm etiam, quia cum hoc emolumentum fuerit deputatum Ca-
2 merario,ut in dictis literis debetur etiam † ſucceſ ſori in officio per trad.per Bal.in l.licet in fi.C.loca.ꝙ uoluerunt Cyn.Alber.& idem Bal.in addit. nu.1.in l.excepto.C.eo.ti.Alex.conſi.206.uiſo in prin.2.uol.Iaſ.num.16.Claud.num.1.& Cagnol. nu.91.& in l.diem functo.ff.de officio aſſeſſo.qđ fuit ſequutus Sylua.conſi.28.nu.16.& Bero.conſ. 154.nu.3.& ſeq.3.uol.Quod autem talia capſolda ueniãt ſub dictis uerbis generalibus(regaleis, & emolumentis)ambigendum non eſt, cum uer-
3 bum(Emolumentum)ſit † generale comprehen dẽs quamlibet utilitatem.c.ſi hæredes.ubi Imol. in 3.not.de teſta.c.nemo.de ſimo.Lap.& Card.in clem.ſtatutum de electio Bertran. in conſil. 275. num. 1.2.uolum.primæ par.& in locatione Boer. deciſione.224.num.6.Vbi dicit,ꝙ eſt uerbum generaliſſimum comprehendens omnem utilitatẽ ex re locata prouenientem.

Et,ꝙ hic reditus capſoldorum comprehenda tur in locatione dictę Camerlenghariç,probatur ex reſeruatione facta Ducali Cameræ duorum rę dituum,& introituum dictæ Camerlengariæ Salinæ ſcilicet,& officij Campioni, quæ quidem exceptio,& reſeruatio confirmat in cæteris locatio nem ipſam,& facit alios reditus, & emolumenta
4 † comprehendi ex regula.l.nam quòd liquidi.§. fi.ff.de pen.leg.c.cum dilecta.de confir. util.Dec. & alij in l.prima.ff.de reg.Iur.& in reſeruatione,
5 ꝙ faciat comprehendi omnia quæ † non ſunt reſeruata, trad.Brun.in conſi.31.in fin.Iaſ.conſi.45. col.2.ante fin.uerſi.2.moueor primo uol.Dec.cõ ſi.197.num.3.uerſi.3.ad prædictam Rui.cõſ.219. col.3.nu.3.primo uol.Alb.conſi.16.nu.14.& 15. Pariſ.conſi.8.num.8.& 9.nu.11.primo uol. Crot. conſi.136.num.30.& Alcia.in conſi.primo.num. 9.& 10.lib.7.Et dicit Craue.conſi.214.nume.14. ꝙ reſeruatio declarat,quod & quantum ueniat in conceſſione.

Quod rãto apertius procedere uidetur ex quo ipſe q.D.Michael.conductor maiorem.quantita tem ſoluit,& conuenit pro affictu dictæ Camerlẽ gariæ,quàm hucuſque fuerit factum pro dicta cõ ductione igitur æquum eſt,ut etiam omnia emolumenta integra ſibi aſſignentur, immo maiora
6 eſſent concedenda,ſicut aucto labore augeri † de bet ſalarium officiali l.Seio amico. ĩ prin.ubi Bar. ff.de annu.lega.Roma.conſil.25.uiſo facto.circa med.Fel.in c.cum olim.num.1.a.col.de ſenten.& re iudi.Brun.in tracta.de augumen.12.concluſio ne.a.limitatione,& Cagnol. in d.l. diem functo. numero 160.

His accedat,ꝙ cum capſolda condemnationũ poteſtariæ Giuliæ,& partis montanæ quæ comprehenditur ſub dicta locatione Camerlengariæ Carpi,& Noui fuerint exacta,& exigantur per di ctum Camerarium defunctum, & ſucceſſiuè per hæredes ſuos,& de plano admittatur per Magnificos agentes Ducalis Cameræ comprehendi in dicta locatione,certè idem eſt dicendum de capſoldis cõdemnationum Carpi,& Noui, ne una
7 & eadem res diuerſo Iure cenſeatur † contra.l.eũ qui ædes.ff.de uſucap.& cum non ſit dare probabilem rationem inter illas,& iſtas idem ius eſt ſta tuendum.l.illud.ff.ad l.Aquil.& l.à Titio.ff.de uer bo.obliga.

Nec me mouent ea quæ ex aduerſo pro parte Ducalis Cameræ obijciuntur.& primo, ꝙ talia capſolda non erant ſolita exigi per Camerarios ut deponunt teſtes examinati per ea.& ꝙ nec D. Chriſtoph.à flumine cõductor primus,uel D.Rhe nus ſecundus immediate prædeceſſores dicti D.Mi chaelis ipſa non habuerunt,nec exegerunt, & uidentur locati redditus qui de pñti habebantur per Camerarium,non qui fuerant percepti per alios Camerarios,ut in dicto,tertio capitulo, ibi (& quam habet de pñti)Nanque,ꝙ alij Camerarij non habuerint,uel exegerint hæc capſolda an te D.Baptiſtam Coccapanũ nihil facit, quia nec alij officiales ea exigebant ſed fuit cæptum ea exi gi tempore officij ipſius Dom.Baptiſtæ,ut depo nit primus teſtis Cameræ cui contra producen-
8 tem ſtandum eſt, etiam ſit † deponat de auditu, uel credulitate, Craue. conſilio 201. numero 7. Socin.Iun.conſilio.69.numero.12.in primo. Ce pha.conſi.65.numer.55.& Ant. Gabr.lib.primo ſuarum concluſionum tit.de teſti. concluſione.1. nu.14.Vnde ſufficit,ꝙ per alios Camerarios, uel ſaltem unum ex eis fuerit facta talis exactio, & maxime,quia ex literis prædictis apparet deciſũ pertinere tale emolumẽtum Camerario, Nec in tereſt, ꝙ ipſe D. Baptiſta non fuerit Camerarius conductor,ſed tantum nomine Camerę officium

exer-

exercuerit, quia id nobis sufficit, ex quo capitulũ
loquitur de Camerariis indistinctè, & compre-
9 hendit tamen eos † qui exercebant officium nomi
ne, & ad vtilitatem Cameræ, quàm nomine suo,
ut conductores. l. de pretio. ff. de publici. Quòd
autem D. Christophorus a flumine, & D. Renus
non exegerint, nihil facit, quia ignorauerũt hoc
emolumentum pertinere ad Camerlengariam,
immo etiam ipsi habebant animum ea petendi
tanquam pertinentia ad ipsos, vt fatentur secun-
dus, & tertius, testes Cameræ, quibus in hoc stan
dum est, ut supra, sicut etiam nihil faciũt uerba il
la (& quã habet de præsenti, &c.) quia illa clau-
10 sula addita per copulam auget, † & ampliat, nõ
autem restringit. l. ea tamen adiectio. ff. de leg. 3.
Doc. in l. 1. C. de summa trin. & fid. catho. & Cra-
ue. consi. 9. nu. 25.

Ex quibus apertè constat tale emolumentum
comprehendi in dicta locatione, & deberi cõdu
ctori Camerario, & eius hæredibus, & propterea
de exactis per alium officialem tempore suæ
conductionis debere fieri compensationem
cum pensionibus debitis per conductorem qui
possit retinere pensionem, & afflictum, ex quo
a sibi non præstatur patientia a illud † exigendi,
11 iuxta trad. per Socin. consi. 72. num. 4. in 4. Ruin.
consi. 89. nu. 10. in primo. quod admittit Sylua.
consi. 35. num. 5. & firmat Boer. decisione 213. in
12 fin. tenetur enim locator curare, vt † conductor
fructus, & redditus percipiat, ex re cõducta. Cor.
post Bald. per eum citatum in cons. 233. col. post
med. & consi. 38. pen. col. post med. & consi. 38.
pen. colum. 2. uolum. Rom. consi. 178. pro deci-
sione. in prin. & Rip. in tract. de peste. in tit. de pri
uileg. contract. num. 95. Quòd si facto locatoris
13 impediatur cõductor percipere fructus † rei cõ-
ductę, tenetur illi ad iteresse. l. si fundus. §. primo.
ff. loca. Bar. in l. si vno. §. item cum quidam. ff. eod.
titu. Ruin. consil. 65. numero tertio. in primo. Pa-
ris. consi. 40. numero secundo. & tertio. etiam in
primo uolum. Craue. consi. 95. num. 8. Ripa loco
præcitato. num. 87. & sequen. Boss. in titu. de re-
miss. merced. conduct. num. 65. & Alcia. qui dicit
* communem * inter consi. Sylua. consil. 11, nu. 4.
alias est in suis 93. lib. 8.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Ob mortem principalis adhuc sub iudice est
controuersia.

Clau. Bertaz.

ADDITIONES.

a Sed quæro ego à quo sit probandum præstitam fuisse hanc patientiam? Et videtur dicendum locatorem debere probare se præstitisse patientiam, ut fuit inter partes conuentum l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. emp. Osasch. decis. Pedem. 51. nu. 8. sed hæc opinio non est uera, quòd agens vigore instrumenti locationis ad pensionem teneatur probare præstitisse patientiam, sicut nec tenetur emptor agens probare se pretium soluisse si non opponatur ex aduerso, quia a principio nota est actio. nec dicto. §. offerri recipit hunc intellectum, ut declarat Barto. in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit, & illic Ias. numero octauo. ff. de iureiur. Dec. consilio 298. numero primo. & plures citat Boer. qui tenet hanc sententiã decisio. 124. nume. 30. & Tiraquel. in tract. lignag. §. 1. glo. 17. numero quarto. & ita post longam disputationem concludit And. ab exea, in suo tract. de pac. numero 424. & sequen. quæ sententia tanto clarius procedit, cum multi teneant præsumi patientiam per locatorem nisi per conductorem impedimentum sit probatum, quod cum sit facti non est præsumendum ita firmat Card. Zabarel. in consi. 140. factum tale est. col. fi. num. 23. uersic. ad tertium. & huius sententię esse uidetur Alex. consi. 127. Viso instrumento, nu 65. uol.

Et sine difficultate illa procedit, quando a principio fuit tradita rei locatæ possessio prout in casu isto fit. nã isti massarij solent ingredi possessionem officij, & exactionis condemnationum, hoc enim casu & agi potest, & obtineri, ut admittit Socin. consilio decimoquinto. numero septimo. in quarto. & in his terminis Osasch. d. decis. 51. numero 17. & in fin. ipsius decisionis id uidentur admisisse Docto. de senatu decidentes teneri probare conductorem a principipio præstitisse patientiam.

Quo ad impedimentum uidetur clarum, quòd conductor tenetur illud probare, & notificare, ac denũciare. tradit Alexan. in dicto consilio 127. num. 6. Paris. consi 100. num. 43. in quarto. Simon de Pret. consilio 23. & sequen. & Cels. Hug. consi. 19. num. 9. quod ab eo sit probandum impedimentum scribit d. Simon. d. num. 23 Et quòd teneatur etiam probare damnum passum scribit Sylua. consi. 35. nu. 26.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Comites quæ proclamata possint emittere, & quid si ad priuatum commodum non ad publicam vtilitatem emittantur, & quæ proclamata, sint illa quæ prohibentur emitti.

SVMMAE.

1 *Statuta, & proclamata possunt facere Comites perpetui.*

2 *Attamen non possunt statuere contra ius commune, secundum opinionem communiorem.*

3 *Bestias quòd quis non possit pascere in terris suis etiam, intrãdo territorium superioris, iniquam videtur.*

4 *Titulum quòd quis compellatur ostendere suæ possessionis iniquum videtur.*

5 *Agrorum culturam prohibere est contra dispositionem iuris.*

6 *Proclamata quòd quis ostendat iura suæ possessionis non valent, etiam facta per non recognoscentem superiorem.*

7 *Feudi Dominus, et quòd sit maior Dñs, nõ ha-*

bet dominium proprietatis bonorum existentium intra fines suæ iurisdictionis.

8 *Collecta an possit imponi forensibus pro terris existentibus in territorio.*

9 *Proclamata comitum quando non ligent non subditos.*

10 *Proclamata comitum si sunt iniusta, & ambitiosa potest recurri ad superiorem.*

11 *Lex debet esse generalis, & non in odium certæ personæ.*

12 *Proclamata comitatu facta ad propriam vtilitatem sunt annullanda.*

13 *Et si constituant ipsos comites iudices in causa propria.*

14 *Iudex in causa propria neque etiam potest esse non recognoscens superiorem in præiudicium non subditorum.*

CONSILIVM CCCCLXXXV.

In Domino Confido.

PROCLAMATA edita per magn. Comitē Georgium de Bebio viribus nō subsistere optimo iure argui posse videtur. Primò, quia licet Co.per-
1 petui possint facere statuta † & proclamata, vt p
omnes.in l.omnes populi. ff. de iust.& iu. in l. 1.in
prin.ff.q quisque iuris.& Alex.in cōsi. 122. super
primo.2.col.in 4.vol.non tamē videtur q possint
2 statuere † contra ius commune secundum opin.
** quæ communior ** videtur, ut per Bald.in d.l. 1.
in princ.2.col.uersic.quidam sunt magistratus &
ibi Seuer.in d.l.omnes populi.char. 11.versic.superest tertius casus,& Cro.nu.22.& clarius Pau.
de Cast.ibi.2.col.quam opin.Alex. dicit communem in d.l. 1.num.8.& sequitur Soci.num. 20.&
licet Alex.in consi. 1.colum. 8.in 5.volum. quem
videtur sequi Ias. in l.nemo potest. 1.& 2.col. in
vtraque lectura videatur distinguere prælatos habentes propter eam iurisdictionem ab istis laicis,& limitare prædicta hoc casu non procedere
tamen ipse Ias. ibi dicit cauēdum propter iura in
contrarium adducta,& sic videtur inherere huic
parti, quam Alex.Aret.& expressius ibi Crot. &
Ruin.sequūtur, & firmat Castren.cons. 149.visis,
& ponderatis.col.fi.in antiquis, quam etiam sequitur Ruin.consulendo, & dicens esse communē consi.23.nu.13.2.vol.& Paris.consi.27.nu.60.
2.vol.ac Soci.cons. 172.col.3.2.vol. & plures alij
quos omitto, quòd autem proclamata huiusmodi videantur cōtra iuris communis dispositionē
facile ex eorum inspectione constare posse videtur. Nam quòd quis non possit pascere bestias
3 suas in † terris suis, etiam intrando territorium
superioris iniquum videtur, cum in re sua quilibet sit moderator, & arbiter.l.in re mandata. C,
mand.l.nemo ex terris.C.de iude.similiter,quòd
quis teneatur ostendere titulum suæ possessionis
4 minus † iuridicum videtur, cum de iure non cogatur. l.cogi. ubi Bald. C.de petit.hæred.nec valet præceptum, quod quis relaxet possessionem
aut titulum,vel iura sua ostendat. Bald. in consil.
338.præmittendum est.numero tertio.quinto vo
5 lumine prohibere etiam culturam agrorum, † ui
detur cōtra dispositionem.l.qui agros.C.de omni agr.deser.li. 11. vbi etiam alieni agri coli possunt,nec gl. obtineri. in cap.primo. de reg.iur.in
sexto. uidetur tueri posse iura dicti Com. si quidem illa procedit in beneficialibus,quæ sine titulo possideri nō possunt, dicto cap.primo, secus
in profanis, quæ nullum exigunt titulum ad possessionem ipsorum.ex diuersis igitur nō infertur.
l.fin.ff.de Calum.& l. Papinianus exuli. ff. de minor.Præterea illa locum habet in iudice ordinario in beneficio nullum interesse habente, capit.ordinarij,de offic.ordin.in sexto, secus in habente interesse, ut est dictus Dominus Com.qui
est pars non iudex tantum, & sua interest, tunc
etiam in beneficialibus dicta glo. non procedit,ut tradit Cassado.in titu.de restitu.spolia. decisione 4.num.8.sed quod non ualeant huiusmodi proclamata etiam si fierent per non recogno-
6 scentem superiorem † est in terminis fortioribus
decis.Bar.quē ibi sequitur Io.de Plat.in l. 1.C.de
conducto.& procura.lib. 11.ubi post And. d.Bar.
dicit non ualere præceptum factum per Regem
Baroni,q ostendat iura quæ habet in castris alias
auferentur Castra, quod dictum mandat notari
Ias. in l. secunda.Col.63. quæstio. 15. in fi. C. de
iure emphy.

Non uidetur etiam obstare, quòd iusta causa
subsistere valeat statutum uel proclama,quia posito, quòd hoc esset uerum, nulla iusta causa uidetur se offerre pro defensione dictorum proclamatum, quandoquidem fundamentum potissimum ipsorum,q cum ipse D.Comes præsumatur
Dominus dictarum terrarum &c. uult dictos forenses ostendere iura sua, nō uidetur uerum,nec
iuridicum. cū Dominus iurisdictionis de feudo
inuestitus, etiam q esset maior dominus, non cēseatur dominus proprietatum terrarum,& bono
7 rum existentium † intra fines suæ iurisdictionis,
ut per Abb.& Fely.ac Mod.in c. si diligenti.de pscrip.Bar.& alij post gl.in procem.fforum.num.3.
Alex.in consi.76.in cā,& lite col.fi.uersi.secundo
principaliter.& Soc.consi. 181.col.3.uersi.confirmatur hoc noua.Vltra q & si fuissent sua debet agere contra occupatores, & non possent etiam si
essent prædones sua possessione priuari.l.fi.C.de
rei uend.ubi etiam Bald.

Nihil etiam facere uidetur, quòd collecta forensibus imponi possit, per istos Comites Ita statuentes forenses teneri respectu bonorum quæ
possident in territorio,quia ultra qđ sumus extra
terminos illius quæst. cum hic non tractetur de
8 † collecta imponenda illa opinio quam tenuit
Alexan. in allegatis consiliis 68. in 2. & 62. in 5.

quem

quem sequitur Ias.in l.de quib.col.12.de legi.nõ uidetur communiter recepta,& in terminis contrarium tenet Aret.in consi.133.in causa quę uertitur. col.4.uersi. secundo respondeo. & ita ẽt cõsuluit Petr.de Perus. ut ad contextum refert Petr. de Vbal.in tracta.de collect.28.q.num.43. Idem consuluit Corn.consi.83. col.5. uersic.his tamen non obstan.& latius cons.194.per tot.& col.3. di
9 cit proclamata † huiusmodi non ligare non subditos.4.uol. & quòd statutum huiusmodi Comitum non liget non subditos distinguendo etiam trad.Albericus.prima parte statutorũ. q.7. incip. sed quid si statutũ.in fi.& pro ciuibus regij quòd non possent collectari licet possiderent in territorio Comitis Thadei de Mãfredis terras, & bona consuluit plene Rui.in consi.111.5.uol.

Secundò dicta proclamata uidentur iniusta, & reuocanda ex quo uidentur facta respectu certarum personarum nempe istorum de Sarzano, cum nulli alij forenses possideant bona in dicto
10 territorio cum quibus sit controuersia, quo † casu potuit recurri ad superiorem iuxta no.per Bar. in d.l.omnes populi.nu.53.uersic.ultimo quæro, & in l.ambitiosa.col.pen.uers. quæro quo iure.ff. de decret.ab ordi.faci.trad.Abb.& Dec.in c.consuluit. l.ult. de appell. & idem est si ex indiciis id constat, ut per Felyn.in c.cum omnes.col.2.nu.5. de constit.pro ut in casu isto constare uidetur.nã
11 lex debet esse † generalis, & non in odium certę personæ uel aliquorum facta, ut per Doctores in dictis locis, & in c.erit lex.dist.4.

Tertiò, cum dicta proclamata sint facta ad vtilitatem, & commodum dicti Dom. Com. vi-
12 dentur inualida, † seu saltem annullanda. Socin.consilio 272. columna tertia. versicu.quinto principaliter.

Quartò, cum ipse Dom. Com. habeat interesse ut supra, dicta proclamata constituentia ip-
13 sum iudicem in causa propria non † videntur valere posse. l.unica.C.ne quis in sua cau.iud. quod in recognoscentibus superiorem de iure uel de facto certum videtur, ut per Barto.& alios ibi. Sed quòd etiam non recognoscens superiorem
14 non possit esse iudex in causa propria † in præiudicium non subditorum trad.Abb. in cap. nouit. numero decimosexto.de iudi.& Ale.qui dicit habuisse de facto. in l. est receptum. numero tertio. & ibi sequitur Ias. ff.de iurisdictione omnium iudi.& Soc.consi.187.colum.fin.uersic. nec obstat si dicatur.2.vol.

Laus Deo Opt.Max.

Barth.Bertaz.

Iudicauit Dom. Consultor licere Comiti facere proclamata, non autem compellere subditos ad ostendendum titulum possessionis.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

In casu superioris consilij disquiritur circa ista proclamata, & concluditur non ualere illud quo quis iubetur titulum suę possessionis ostendere.

SVMMAE.

1 *Consuetudo proclamandi cum sit facti est probanda.*

2 *Comites etiã inuestiti à supremo Principe, qui Valuassores appellantur, quæ banna emittere possint.*

3 *Et an habeant, & quando præsumptionem pro se, quòd non proclamauerint contra ius cõe.*

4 *Possessor non potest cogi ad ostendendum titulũ suum etiam per Regem Franciæ, uel alium superiorem.*

CONSILIVM CCCCLXXXVI.

In Domino confido.

SVBTILIBVS rñsionib.ad priora nostra motiua accõmodatis per excell. D.Aduocatũ mag.D.Co.Georgij non obstãtib.adhuc vr̃ persistendũ in priori sententia, vt qroclamata edita tanquã minus iuridica veniant reuocanda per ea, quæ in præcedentibus ipsis motiuis adducta fuere.

Nec me mouere videtur q̃ de consuetudine seruetr̃ in Ducatu illo, ut Comites habeant auctoritatẽ per ll. suas disponendi nẽ dum præter sed contra ius cõe, quia adhuc de tali consuetudine
1 non constat, quæ cũ † sit facti debet probari, ad no. in l. de quib. ff.de legi. & in c. fi. per repeten. de consuetu. si enim solum ius commune intuẽdum est, communis doctorum sententia videtur pro negatiua, vt in primis dubiis deductum fuit, quam etiam quamplures alij tenent quos consulto omitto.

Illud tamen omittendum non videtur, q̃ hæc opinio non videt̃ procedere id comitib.inferiorib.inuestitis ẽt a Dñis inferiorib. ab Imper.vel a summo Pont. sed in inuestitis a supremo Princi-
2 cipe.hi. n. valuassores † dñr. c. 1. quis dicat̃ Dux Marchio, uel Comes. in vsi.feu.& in terminis cõsuluit Soc.Iun.contra olim Co.Iulium de Boiardis in consi.98.num.203.vol.nouiter Impressorum quod si placet videatur.

Non vr̃ ẽt obstare q̃ proclamata non censeantur disponere cõtra ius cõe, quia omisso primo, cætera imponentia pœnam accedentibus ad terras per eos possessas, vel conducentibus bestias in eis pascendas, & eas ad culturam reducentibus, non videntur de iure posse sustineri, nec q̃ dictus D. Comes habeat præsumptionẽ pro
3 se videtur expeditum, si quidem † opinio Socin. in l.prima. ff. de acquir. possess. communiter non

tenetur, & ipsemet ab ea recessit, vt in suo alias allegato consi. 181. in contrarium etiam tenent plerique alij quos sciens prætereo, & maxime Cur.Iun.consi.41, num.9. Præterea Socin. loquitur quando loca non sunt occupata, ut ibi per eũ, & in casu nostro iam sunt possessa etiam antequã prædictus Com. vel eius prædecessores viderentur inuestiti, & in omnibus sententiis semper reseruantur iura possidentibus, & habentibus ius in proprietate.& in terminis propriis, quòd non
4 possint cogi possessores ad ostendendum † titulos suos etiam per Regẽ Franciæ, uel alium summum, superiorem declarat Carolus Gallicus in suis Commentariis in materia feudal.§.46.num. 5.6. quem transmittam si placebit, cum discutiat optimè hanc quæstio. Socin. & in indiuiduo tenet possessores non posse cogi ostendere suum titulum, vt supra.

Instrumenta etiam locationum non concludunt omnia illa loca spectasse ad d.Com. vel per eum fuisse possessa, cum in dictis locis, plures ex dictis hominibus semper possederint aliqua bona, nec puto negari per ipsum Dom. Comitem. Et hæc pro nunc fat erunt, alia fortè deducam in voce, si contigerit me transferri ad videndum locum.

Laus Deo Opt.Max.

Barth.Bertaz.

De hac re sunt etiam consilia superius, & nuperrime Illustre Cõsilium iustitiæ iudicauit, posse Comites proclamata facere, modo hoc tẽdat ad publicam vtilitatem non autem ad proprium commodum. quo ad venationem fuit dictum, posse Comites sibi reseruare partem aliquam comitatus pro uoluptate ipsorum dominorũ, quę sententia fuit etiam Nattæ in aliis consiliis allegato.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

De contractu simulato agitur, & quæritur, ex quibus coniecturis talis credatur.

SVMMAE.

1 *Contractus veritas attenditur non quod simulatè conceptum est.*

2 *Testis de auditu facit præsumptionem.*

3 *Coniecturæ simulationis iudicis arbitrio relinquuntur.*

4 *Simulatio uidetur probari propter duas coniecturas.*

5 *Immo propter vnicam secundum Calcaneum.*

6 *Confessioni factæ positionibus aduersarij maximè standum est.*

7 *Damnum non videtur percepisse, qui in alia parte lucrum persensit.*

8 *Damnum emergens non etiam lucrum cessans est refundendum in faciendo restauro.*

9 *Secus autem si pactum non sit de lucro, sed sit de damno tantum.*

10 *Pactum de remissione facienda est interpretandum secundum iuris communis dispositionẽ.*

11 *Vsus communis loquendi quomodo probetur per testes.*

12 *Ius commune est obseruandum, si non apparet de consuetudine, vel vsu.*

CONSILIVM CCCCLXXXVII.

In Domino confido.

MAG. D. Dominicus agens videt esse in casu succumbẽtiæ ex plurib. primo, quia instrũm locationis factæ eidẽ de possessione Pãzani per D. Camillum Molciã vr fuisse simulatũ, cum inter partes vnũ actũ uideat extrĩsecus, ut in dicto instro, & aliud intrinsecus, sed vt D. Dñicus hẽt fructus dictæ possessionis in recõpensationẽ pecuniarũ seu fructus pecuniarũ p ipsum d.D.Camillo mu-
1 tuatarũ, quo casu attendi debet † q in veritate factũ fuit, nõ quod simulatè conceptũ.l.1.& in rub. & tot.tit.C.plus vale.q agi.Bal.in l.ab Anastasio. 4.no.C.mand.Doc.in l.nemo põt.de leg.1.& in infinitis aliis locis, de qua simulatione in proposito vr constare ex depõne Do. Ioan. de Regib. notarij rogati de instro deponentis de confessione ipsius D.Agẽtis, & ẽt ex testimonio mag.Equi
2 tis Murani, qui licet deponat de auditu † tñ præsumptionẽ facere ur.Rom.sing.341. testimoniũ. Fely.in c.tãl iteris.col.fi.de testi.Cur.cõsi.70.nu. 14.& cõprobat Dec.consi.272.nu.3.& ad probãdũ simulationem quæ cõiter clam, & occultè fit, probationes ẽt non oĩno concludentes admittũ
3 tur, immo sufficiunt coniecturæ quæ iudicis † arbitrio relinquũtur. Corn.consilio 135. colum.fi. in primo, 137. columna fin. & 242, columna tertia. in tertio. Castren.consilio 319. uisis. numero tertio. secunda parte. & latè Craue. consilio 156. numero septimo, Et ultra dictos testes extare ui dentur plures coniecturæ ad id tendentes, inter quas duæ uidentur potissimę, quòd non est uerisimile, arguẽdo a communiter accidentibus. l.neque natales.C.de probationibus, quòd ipse Dom. agens tam magnam summam aureorum duorũ millium, scilicet, mutuo dedisse pro tam longo tẽpore dicto D. Camillo ditiore ipso mutuãte, & q pro pensionibus debitis pro quinque nio ipse D. Conductor solueret scutos quingentos auri ipsi Do. Camillo, uix enim inuenietur alius contractus huic similis in quo tota pensio omnium

omnium annorum fuerit in tam magna summa
soluta, & propter duas tantum præsumptiones,
4 uel coniecturas † videtur probari simulationem,
Dec.consi.526.ad fin.& Crauc.consi.156.nume
ro septimo. Immo propter vnicum tantum cen-
suit Calcan. in consilio 25, numero decimoter-
5 tio, conuinci † contractum simulatum, quòd in
arbitrio iudicis sedere frequentius admittunt
Doct.supra allegati, & Paris.consilio 54.numero
22.1.volum.

Secundò posito, quòd contractus non fuisset
simulatus sed verus, non tamen videtur locus re
missioni, vel restauro, cum ex vbertate præcedē-
tium annorum compensatio sit faciēda. l. si vno.
ff.loca.l.licet.C.eod.de vbertate ipsa in proposi-
to videtur constare ex confessione ipsius Domi-
6 ni agentis facta † positionibus suis, cui standum
est.Alex.cons.71.col.1.3.uol.Marant.in tract. de
ord.iud.2.par.2.memb.nu.6. quòd etiam ex te-
stibus pro eius parte examinatis constare videt.
licet etiam respectu damni vuarū primi anni lo-
cationis propter gelu non videatur locus remis-
sioni, cum ex reliquo fructuum satis videatur pē-
7 sionem percepisse, vel saltem † non fuisse damni-
ficatum, ut per Calcan.consi.23.col.6.& Petr.de
Vbal.in trac.socie.11.par.q.pen.

Tertiò, & si remissio videretur facienda nō se-
cundum petita per d.agentem, vt scilicet sibi etiā
lucrum cessans refundendum sit, sed tātum dam-
8 num emergens, vsque ad summam pensionis sol
uendæ. l. vbicunque. §. sed et si tabes. & l. si vno.
§. vbicunque. ff.loca. & licet Socin.Iun. in consil.
78. in secundo volumine, satis friuolis rationi-
bus contrarium voluisse videatur, in quo quidē
consilio ipse etiam ostendit alia cōcurrisse in ca-
9 su suo, quæ non concurrunt in nostro, tamen, † q
pactum de quo agimus, non sit de lucro, sed de
damno, quòd diminutionem patrimonij com-
prehendit. l.3. ubi Rip. num.12.de damn.infect.
10 interpretandum, & secundum iuris † communis
dispositionem intelligen.trad.Bal. in consil.329.
casus talis est.colum.2.uersic.non autem si illa di
midia.primo volum. ad quod etiam facit consi-
lium Paris.38.in primo. & in indiuiduo consulti
responderunt in eodem casu Ang. cons.312.pro
ut patet. colum.4. versic.ad id autem. nume.4.&
Gaspar.Cald.in titu.de locat. consi.4.circa med.
& in fortioribus terminis Gozad. consilio 74.
Quòd tanto clarius procedere videtur, cum in
casu nostro non uideatur constare de communi
vsu loquendi, ut in casu Soc. testes enim non de-
11 ponunt, vt oportuit ad probandum † talem com
munem vsum loquendi, iuxte ea quæ tradit Bart.
in l. Labeo. ff. de supelect. lega. Ful.consilio 165.
colum.pen.& Curt.in tracta. de consuetu. nume.
626.immo totum contrarium fuisse solitum ser-
uari deponunt plerique testes pro reis examina-
ti. & cum diuersimode sit solitum obseruari, non
videtur posse fieri fundamentum in consuetudi-
12 ne vel vsu, † sed recurrendum est ad ius commu
ne.Bar.in l.2.in fi.prin.ff.solu.matr.Alexan.consi.
127.viso instrumento.ante fin.5.vol.

Laus Deo Opt.Max.

Barth.Bertaz.

Iudicauit D.Consultor non attenta simulatio
ne non esse locum remissioni.

Clau.Bertaz.

ADDITIONES.

a Hoc sæpe est dictum in his libris, & ex modernioribus idē firmat Menoch. de arbit. casu 247.Crau. cōsi.156. nu.24.& consi.73.nu.7. Bero.consi.165.nu.3.& 166. nu.5.in primo. Ceph.consi.198.nu.16.17.in 2. quale vero debeat esse iudicis arbitrium scribit Bal. cōsi.154. Instrumentum.ad fi.in 2.Afflic.decis.40.nu.19.Paris. consi.53.nu.8.& consi.54.nu.22.in 1. Decia.consi.68. nu.24.cum seq.in 2.& certe si in re ulla recurrēdum est ad arbitrium iudicis, in hac re faciendum est ob casuum diuersitatem, & coniecturarum varietatem.hinc in hoc lib.2.constat Parentem meum non solum modo pro hac parte modo pro alia consuluisse, sed etiam iudicasse, & aliis iudicantibus obtinuisse.nam præter coniecturas in iure expressas potest iudex etiā ex alia simili mōueri licet non expressa.Castr.consi 74.In causa motæ num.6 lib.2.& Franc.Bec. consi.52.nu.52. quam opi-
* nionem communem* esse scribit Ludou. conclu.51. uersic.Vigesimatertia.

Clau.Bert.

ARGVMENTVM.

Condemnatus ad obtinendum assensum Principis quando nō excusetur difficultate ita, vt nō teneatur ad interesse, & quā diligentiā debeat iste præstare.

Vsura non pōt induci ex sententia vel laudo, & ideo quis non potest cōdemnari vt soluat decem pro centenario.

SVMMAE.

1 *Contractus non potest pro parte ualere, & pro parte non.*
2 *Et maxime quando contemplatione unius rei alia emitur, uel illa in qua res est.*
3 *Euicta re una ex pluribus datis in solutum remanet integra obligatio respecta omnium.*
4 *Venditio etiam si esset facta diuersis pretijs, nō ualet cōtractus ꝑ parte, sed in totū annullat̄.*
5 *Emptor potest respectu rei uitiosæ, uel non traditæ agere, & illam tantū redhibere si uult.*
6 *Venditio ualet illius rei, quæ diuerso pretio uendita fuit.*
7 *Renunciatio cum sit facti non præsumitur.*
8 *Ratificatio non præsumitur facta.*
9 *Venditor non tradens rem emptori tenetur ad illius interesse.*
10 *Interesse debetur ab eo qui non fecit filium renunciare ut tenebatur.*

11 *Condemnatus ad obtinendum assensum Principis quando possit excusari.*

12 *Impossibile non dicitur sed possibile illud, quod solet concedi per Principem.*

13 *Principis assensum, vel licētiam qui tenetur impetrare non excusatur, quia supplicationem examini porrexerit.*

14 *Obligatio ad interesse succedit cum quis tenetur ad factum.*

15 *Obligatus ad duo non excusatur si vnum tantū adimpleat.*

16 *Reductio ad arbitrium boni viri est species appellationis.*

17 *Et impedit executionem laudi.*

18 *Pœnam caducitatis effugit vasallus, si protestatur alienare accedente consensu Domini.*

19 *Consensus si non adfuit sub cuius cōditione fuit quid factum, tunc illud habetur pro nō facto.*

20 *Præscriptio non cucurrit pp impedimentum si probetur eo tempore velle actorem agere.*

21 *Protestatio conseruat ius partis.*

22 *Et declarat animum protestantis.*

23 *Et limitate facta limitatum producit effectum.*

24 *Et inducit interpenationem ipsius partis.*

25 *Tradere compellitur qui ad id est condemnatus, nec liberatur soluendo interesse.*

26 *Sententia ius iuri adijcit.*

27 *Persona non nominata non comprehenditur in contractu, nec venit extrinsecus.*

28 *Laudum est stricte interpretandum.*

29 *Dispositio non conuenit ubi non conueniunt verba.*

30 *Vsura est, si debitor condemnetur ad soluendū decem pro centenario debiti.*

31 *Est enim contractus usurarius, si decem soluantur pro centenario.*

32 *Quam vsuram non possunt inducere arbitri.*

33 *Vsura enim non potest committi in sententijs, & laudis.*

34 *Laudum homologatum potest ualere in vim pacti, & transactionis.*

35 *Potest tamen contra illū opponi omnis exceptio, quæ contra transactionem opponi potest.*

36 *Præsuppositum si non verificetur, nec habet locum dispositio.*

37 *Solutionis tempus non incipit currere nisi post rem traditam.*

38 *Non currit autem secundus terminus, si primus exitum non habuit.*

39 *Tempus non currit nisi impleta conditione.*

40 *Idem si pendeat ex futuro euentu, uel ex facto alterius.*

41 *Interesse damni & lucri quando sit creditori soluendum.*

CONSILIVM CCCCLXXXVIII.

In Domino confido.

VISO laudo lato inter D.Isachum, Salomonem, & Octauianum fratres, ac Angelum eorum nepotem de Mutina hebreos, & dubijs super eo ortis, & omnibus maturè consideratis, eius sum sniæ, φ cum dictus Isachus iuxta tenorē laudi infra terminum illi in eo assignatum nō fecerit, (φ cōstet) fieri renunciationem iurium, quæ haberet Simō eius filius in banco Fęneraticio Cotignolæ, nec obtinuerit assēsum, & Inīam à Ser. Principe nro, φ prędicti D.Salamon, & Angelus, quib. per arbitros Bancus ipse in solutum fuit assignatus, possent illum exercere, pro eo tempore quo poterat ipse Isachus in laudo erat cōdemnatus. quinimo bancus ipse, & facultas illū exercendi, & fęnerandi alteri per Principem fuit concessa. Ipse D.Salamon non tenetur amplius emere bancū ipsum nec domum in quo exercebatur, prout in laudo ordinatum erat, pro sua dimidia, quia ex quo bācus, & domus fuerūt assignati sub vno pretio scutorum 275 c. cōtractus non pōt pro parte valere,
1 † & pro parte non. l. si duos. & ibi Albe. ff. de contrah. emp. l. quod si vno. ff. de ędil. edic. trad. Bar. & alij in l. scire debemus. nu. 2. & i'lic Ias. 2. no. nu. 3. ff. de uerb. obli. Bal. in cōs. 32. presupponit. n. 1. 2. vol. Tiraqu. latè alia adducens in trac. de retra. §. 23. glo. 1. num, 1. & 2. Quod tanto clarius procedit, quando cōtemplatione vnius rei alia emi-
2 tur, uel illa † in qua est res, cuius contemplatione fit emptio, l. arborib. ff. de contrahen. emptio. & pariter datis pluribus rebus in solutum vna euicta remanet integra obligatio, respectu om-
3 nium, quia credit creditorē non recepisse, † nisi ut pro solido omnium dñs fieret. l. si quis aliā. ff. de solut. & Tiraq. d. §. nu. 3. Et proculdubio procedit quando contractus respectu vnius rei non adfert tantam vtilitatem, quantam respectu omnium, & contrahens non esset alias cōtracturus, tunc enim etiam si venditio esset facta diuersis
4 pretiis non ualeret contractus pro parte, † sed in totum annullaretur, & rescinderetur. l. cum eisdem. §. interdum. ff. de ędilit. edict. Bald. d. consi. num. 1. Signoro. de Homod. consi. 53. in princip. Imo. qui tamen loquitur in locatione. in cōsi. 39. Dec. consi. 421. num. 4. latè Tiraquel. in d. §. d. nu. 3. 7. 15. & sequen. & num. 20. Quo fit, ut cum domus remanserit quodammodo inutilis sine iurisdictione, seu facultate exercendi bancum Fęneraticium, & quæ Modicum valet punctus

clarus

clarus sit, quòd D.Salamon non tenetur illum e-
mere inuitus, verum si eam pro sua dimidia em-
ptam habere vellet, quòd fortè admittet (cum
difficilis sit sui crediti recuperatio ab Isacho eius
fratre) censeo illum posse eam habere, cum pos-
sit emptor respectu rei viriosæ vel non traditæ a-
5 gere, & illam tantum redhibere † si vult. d.l.cum
eiusdem.l.ædiles aiunt.§.fi.& l.pen.ff.eo.ti.decla
rat Cępol.in d.l.cum eiusdē tertia appellatione.
nu.10.& seq.& ibi quando expedit emptori alte
ram habere q agit pro altera, sicut quando pars
rei est euicta, vt in d.l.pen.& idem tenet idē Ce-
pol.in l.si plura.in prin. eo.tit.ubi dicit q redibe-
tur vna, & fiet æstimatio pro bonitate ipsius.& in
d.l.ædiles aiunt.§.fi. ubi q pro vna potest agi, &
pretium consenqui pro ea secundum æstimatio-
nem bonitatis.& huius sententiæ est etiam Ias.in
d.l.scire debemus.in prin. nu.24.ubi etiā Alciat.
nu.15.dicit quod si vna res non tradatur ex ven-
ditis potest emptor agere actione ex empto, re-
spectu vero capitalis banci, cuius pretium fuit ar
bitris reseruatum vt in laudo, cum non veniat cū
banco, & domo, & sub eodem pretio, tenetur Isa
chus illud vendere iuxta declarationem facien-
dam per arbitros. l. si quis arbitratu. cum ibi no.
ff.de verb.oblig.& q valeat venditio illius rei, q̄
6 diuerso pretio vendita fuit † probatur in d.l.cum
eiusdem. ubi Cępo.& admittunt omnes supra ci
tati, q̄ ēt ego intelligerē uolēte. d.D.Salamone,
ex quo negari non potest multum eius interesse
non debere dictum bancum, quia dictū capitale
pignorū maiorē fructū ꝓcul dubio sibi adferet.

Cæterum cum D.Isachus super dicto assensu,
& licentia Principis obtinendis non vsus fuerit
eius debita diligentia, nec fecerit filium renun-
tiare, prout tenebatur ex laudo, q cū sit facti nō
7 † præsumit.l.in bello.§.facto. ff.de capti.& postli
mi.reuer.& ad propositum in ratificatione q nō
8 præsumatur † facta trad.Corn.in consi. 245. col.
pen.4.uol. & non tradiderit bancum ipsum pro
sua parte domino Salamoni, tenetur etiā ad in-
teresse ipsius domini Salamonis, sicut tenetur vē
9 ditor † non tradens rem venditā emptori.l.si tra-
ditio. C.de act.empt.q iudicis arbitrio venit de-
clarandum. Menoch.in trac.de arbit. iudi. lib. 2.
centur. 2. casu 220. sicut etiam tenetur ad inter-
esse eidem ex quo non fecit filium renūtiare vel
ratificare, dictam alienationem banci ad q ipse
10 erat † condemnatus iuxta trad. per Bar.in l.inter
stipulantem.in prin. 1.col.ff.de uerb.oblig. Aret.
in §.si quis alium.Instit.de inut.stipul. Dec.consi.
20.Paris.cons. 109.num. 16.in 1.uol.& 111. in fi.
lib. 3. Nec potest excusari dictus Isachus, quòd
fuerit condemnatus ad obtinēdum rem impos-
11 sibilem † ut videtur esse factum, & assensus Prin
cipis q ab eo solo dependet.l.idem Iulianus.§.fi.
ubi Bar.ff.de leg. 1.quia cum sit factum, quod est
12 solitum concedi per Principem, ut † notoriū est.
non dicitur impossibile, sed possibile, Ias.post a-
lios in d.§.fi.nu.13.& seq. Dec. in c.ecclesia San-
ctæ Mariæ.nu.55.ad fi.de constit.Soc.Iun. in con
sil.51.nu.10.1.uol.& Bursat.consi.56.num.74.&
seq. Nec constat etiam q fecerit diligentiam suā
in obtinēdo dicto assensu, & licentia, nec sat fuit
exhibere supplicationem in examen, & cōcisto-
rium Principis, nisi etiam ipse illius expeditionē
solicitasset. quinimo, & debebat protestari per
13 se non stare, vt in non absimili casu † voluit glo.
in verb.proposita. in c.cupiētes.§.q si per 20. de
elect. in 6. quam sequitur Alex.in consi. 19. uiso
processu. secundo dubio. 1. uol. Perus.in c.ex ra-
tione.nu. 13.de appellat. Marant. in trac.de ord.
iudi.3.par.3.actu.nu.219.& Bartho. Casse.in cō-
menta.super consuet. Burgund. rubrica.4. §. 20.
in tex.ou qui elle, vit empe schiment.num. 1. &
2.pag.mihi 752. ubi exigit etiam protestationē
parti notificari debere, nec dubium est q cum te
14 neretur ad factum † succederet obligatio ad in-
teresse.l.si quis ab alio.§.fi.ff. de re iud.& est com
* mune * dictum Soci. Iun.consi.76.num.35.in 4.
15 Et cum tenerentur ad dicta duo † non sat fuisset,
etiam si vnum tantum adimpleuit, l. Celsus. §.fi.
ff.de recept.arb.Rot.in titu.de probat. decisione
13.num.2.in nouis.

Nec potest excusari Isachus ex eo quòd ipse
D.Salamon a dicto laudo petierit reductionem
16 ad arbitrium boni uiri, quæ † species est appella-
tionis.l.non distinguemus. §. eum quidam. in fi.
ff.de arbit.Bal.consi.344.num.3.in 4.& Bero.con
17 si.33.num.9.in 3.vol.& quæ † impediuit execu-
tionem laudi.d.§.cum quidam.Paris.cōsi.45.nu.
60.in 1.& Bero. consi. 1. num.93. 2. uolum. quia
respondetur dictam reductionem non fuisse sim
pliciter petitam, sed sub conditione (accedente
consensu Illustr. & Excell. D. Alphonsi Estensis)
quo non accedente non intendebat dictā redu-
ctionē interponere, sed eam pro nō interposita,
& non producta hr̄i, vt in processu, quæ protesta-
tio illum excusauit, vt de simili protestatione fa-
cta per uasallū alienantē feudū, q illum excuset
18 a pœna, † habetur per Curt.Iun. in tracta. feud.
4.par.ultima caus.qō.21.numero 112. Iul. Clar.
in §.feudum.qu.31.uersic.item quæro. Et Gugli.
Redo.in tract.de rebus eccl non alien. in titu. de
caducit. ob rei alienationem in §. emphyteuta.
numero 41.& cum ipse Illustrissimū Dom. decla
rauerit nolle assentiri dictæ reductioni habetur
19 ac si non fuisset interposita. † Paris. ad proposi-
tum consi. 11. num.67. primo uol. Præterea illa
reductio, non impediuit quin ipse posset obtine
re licentiam, & assensum Principis, & fieri face-
re renūciationem per filium, quam cum teneretē
obtinere, & fieri curare etiam respectu Angeli,
& non fecerit, sicut eius respectu fuit negligens,
ita idē dicendū est respectu Do.Salamonis, & o-
porteret D. Isachū ostēdere se eo tpe uoluisse ea
facere, & pp dictā reductionē interpositā, & im-
pedimentū allatū non potuisse, uel non fecisse, vt
ad propositū trad. Inno. alij in c.ex transmissa de
præscriptio. quòd si extet impedimentum ita

vt ꝑsumptio nõ currat, debetis cõtra quẽ ꝑscri-
20 bitur docere, quod eo tempore † volebat age-
re. sequitur Balb. in tracta. de præscript. secunda
parte, sextæ & vltimæ par. principalis. in tertio ca
su. nu. 6. Postremò cum ipse Salamon audita in-
tentione prædicti excell. Domini sibi notificata,
quòd non intendebat ipsum debere prosequi di
ctæ reductionis iudicium illi renunciauerit, &
obtulerit se staturum laudo, modo etiam ob-
seruaretur per alios in partibus sibi fauorabilib.
quòd notificari fecit, dicto Isacho, ipse nullã am-
plius habuit executionem, cum sat illi superfuis-
set tempus trium mensium, & vltra ad obseruan-
dum ea, ad quæ erat condemnatus, quod cũ nõ
fecerit sibi est imputandum. Acceptatio autem
laudi, & homologatio ipsa facta cum dicta prote
21 statione conseruauit ius ipsius † protestantis. Do
cto. in l. non solum. §. morte. ff. de ope. no. nunc. &
in c. cum M. Ferrariensis. de constit. Paris. cõs. 70.
22 nu. 20. & 109. in fi. 3. uol. & declarat † animũ pro
testantis. Nat. consi. 649. nu. 10. & cum fuerit limi
23 tatè facta † limitatum producit effectum. l. in a-
gris. ff. de acq. rer. dom. & ad propositũ Octauia.
Cacher. dec. Pedem. 179. nu. 17. Et eum ẽt fuerit
parti notificata tanto magis ualuit; per trad. per
Paris. consi. 10. nu. 43. in primo. Et induxit inter-
24 pellationem ipsius † partis. Rim. consi. 279. nu.
16. quæ cum acquieuerit protestationi illa con-
sensisse videtur, ut per Rim. ibi num. 18. & seq. &
Cepha. consi. 25. nu. 11. cõcluditur itaque in hoc
primo dubio dictum Isachum cogẽdum esse ad
dandum, & tradendum ipsi D. Salamoni, si ipse
sic petierit dimidiam domus prædictæ pro pre-
tio æstimando per peritos, ex quo non venditur
cum iurisdictione, & facultate banci Fęneraticij,
& dimidiam dicti Capitalis, vt supra uam cum ip
25 se sit condemnatus, † est obligatus precisè ad
tradendum. l. qui restituere. ubi glo. in verb. con-
demnatus. & ibi etiam Bald. ff. de rei vend. Ias. ad
propositum. consi. 9. num. 10. primo uolũ. Vbi ꝙ
hoc casu non liberatur soluendo interesse, & pro
reliquo debet cogi ad soluendum in pecunia nu
merata, & ad refectionem damnorum & interes-
se ipsius D. Salamonis, ex quo non obseruauit ea
ad quæ tenebatur ex laudo ut supra.

Et cum ex supradeductis constet dictam dimi
diam capitalis pignorum deberi ipsi D. Salamo
ni vigore laudi prędicti, ut supra, dubium non est
ꝙ in eis uenit præferendus aliis fratri, & nepoti
creditoribus dicti Isachi, & in eis potiora iura ha
26 bet propter laudum ipsum, sententia. n. ius † iuri
adijcit. l. 1. C. de iud. l. Ias. consi. 168. num. 15. 4. vo
lum. & Rim. cõsi. 115. num. 13. & 14. & quòd qui
habet sententiam aliis præferri debeat, trad. Bal.
in consi. 432. casus talis est. num. 2. in 1. vol. quod
(iudicio meo) non habet difficultatem, ex quo &
ipsi interuenerunt, & sunt comprehensi in dicto
laudo respectu vero reliqui crediti ipsius D. Sala
monis cũ d. Isacho verũ est, ꝙ arbitri possunt vi-
gore reseruationis factæ in d. laudo. in c. ĩcipiẽte.

Et perche tra dette parti, &c. assignare partem credi
ti ipsius D. Salamonis ad quem ipse est condem-
natus dictis eius fratri, & nepoti in dicto laudo.

Superest videdum, nunquid ipse D. Salamon
possit aliquo modo teneri ad interesse decem ꝑ
centenario taxata per arbitros in laudo pro pe-
cuniis in quibus est condẽnatus prædictis Octa-
uiano, & Angelo. in quo articulo cõcludo, quòd
non possit vllo modo teneri. Nam respectu Octa-
uiani res clarissima est, quia nõ est nominatus in
dicto capitulo interesse seu lucrorum soluendo-
rum, vt videre est ex capitulo. *Et passati che saranno
li mesi &c.* & sicut in contractibus persona non no
minata non comprehenditur, nec venit persona
27 † extrinsecus. l. si ita stipulatus. §. Grysogonus.
ff. de verbo. obligat. ubi Docto. Ita dicendum est
28 in laudo, quod strictè venit interpretandũ. † Ale
xan. consi. 46. uisis. num. 6. 1. uol. Rolan. à Val. cõ-
sil. 39. num. 12. & 13. nec in eo venit id quòd nõ
est expressum, vt ibi num. 92. Respectu verò An-
geli idem dicendum est, quia totum illud capitu
lum videtur ad hoc additum ut fierent computa
inter Isachum prætendentem se creditorem ip-
sorum D. Salamonis, & Angeli, facta venditione
banci cum iurisdictione & domo, ac capitali pi-
gnorum, quæ omnia prætendebat longe excede
re credita ipsorum de quibus in laudo, cuius con
trarium alij prætendebant, & propterea compu-
ta erant facienda inter eos, & libranda. quæ uer-
ba non conueniunt credito Angeli cum D. Sala-
mone, quia non erat alius calculus faciendus, cũ
iam esset factus, & certum esset illius creditum.
vnde apertè constat, quòd dicta uerba non pos-
sunt verificari uel conuenire credito Angeli cõ-
tra Dom. Salamonem, & certissima est regula, ꝙ
29 ubi uerba non conueniunt non conuenit ; dispo
sitio, l. quarta. §. toties. ff. de damn. infect. latè Fe-
ly. in cap. nonnulli. num. 34. uersic. ubi uerba. &
Marsi. in singu. 339. cui non conueniunt, ꝙ ex eo
tanto clarius constet, quia cum ipsi arbitri sibi re
seruarunt ius compensari facien. credita ipso-
rum etiam indebita aliorum, vt in dicto capitu.
Et poi che tra dette parti, donec esset facta dicta cõ-
pensatio, uel deliberatio arbitrorum non debe-
rent currere interesse.

Secundo, cum arbitri condẽnauerint ad dicta
decẽ pro cẽtenario, & anno, non põt defendi, qn
inducerẽt usurã oĩ iure prohibitam, maxime, qa
30 eo casu creditor † nõ participaret de dãno, vt ꝑ
Rom. consi. 520. circa proposita. nu. 5. & ꝙ qñ sol
31 uitur decẽ pro centenario contractus sit † usura-
rius, trad. Nat. cõs. 497. nu. 12. de quo per Ceph.
consi. 290. num. 7. Quod aũt arbitri non possint
inducere vsuram, uel condemnare partẽ ad sol-
32 uendũ pro usura, † latè comprobat ad propositũ
Dec. consi. 39. nu. 4. uers. 4. & nu. seq. quẽ sequitur
Cepha. d. num. 7. & quòd laudum non ualeat cũ
dat materiam fęnerãdi, trad. ẽt Ioan. Bap. Perus.
in tracta. de arbitr. lib. 3. capitu. 34. in fin. &
33 ꝙ in laudis, & sententiis possit committi † vsura

scribit

scribit etiam Bero.post Laur.de Rodulph. quę ci
tat in cons. 168.nu.12.primo uol.& licet laudum
ipsum fuerit Homologatũ quo casu posset ualere
34 In uim pacti,& † trãsactionis.l.2.C.comun.utrius-
que iudi.Affliçt.dec.217.& Paris.cons.89.nu.10.
35 & seq.1.uol.tamẽ cõtra illud potest opponi † om
nis exceptio,quæ contra transactionem opponi
potest,ut per Paris.161num.55.& Gozad.consil.
98.nume.19.

Tertiò,nullo modo potest esse locus obligatio
ni dictarum usurarum ,quia arbitri præsuppolue
runt,ꝙ contractus uenditionis banci,cum iur. do
mo,& capitali pignorum deberet fieri,& perfici,
& obtineri licẽtia,& assensus Principis,intra tres
menses,& ꝙ postea intra mensem fieret traditio
banci,cum omnibus suis iuribus,ut supra,& exin
de deberet fieri calculus inter partes crediti,&
debiti,& tunc esset tempus solutionis faciendæ ꝑ
debitores creditoribus,& ut in d.c.:(*& passati cbe sa rãno &c.*)quo fit ut cum præsuppositum non uerifi
36 cetur,dispositio † sibi locum uendicare non po-
test glo.& Doct.in l.mancipia.C. de ser. fug. Fely.
in d.c.nonnulli.nu.34.2.col.Rom. singulari.495.
statutum,& ibi nouissime addi.& Mars.d. singula
ri.339.& cum arbitratores laudauerint post tem-
pus traditionis rerum uenditarum currere has u-
37 suras,ꝙ tempus † uidetur attẽdendum in solutio-
ne pretii.l.tali.ff. de iur. dot. cum aliis latè citatis
per Tiraq.in d.tracta.de retract.tit.1.§.1.glos. 10.
nu.108.nec unquã traditio facta fuerit, nõ cessit,
nec uenit tempus soluendi sortem,unde non de-
bentur usuræ,& cum etiam infra terminum trium
mensium præfixorum traditioni, & assignationi
non fuerit facta traditio,quæ nec etiam fieri po-
test iurisdictionis,& facultatis fœnerandi,quæ est
amissa,certum est,ꝙ nunquàm quartus mensis as
signatus ad liberandum , & calculandum adhuc
non uenit,quia quando primus terminus nõ fuit
datus,nec locum habuit,nec secũdus qui ab eius
fine initium debet accipere,currere potest, ut nõ
38 extra † propositum trad.Cor.in consil.324.colu.
pen.uers.circa articulum.1.uol.& est regula,ut nõ
39 currat, † tempus nisi impleta conditione,Bart.&
alii in l. si cui legetur.in fi.prin.ff.de lega.1.Tiraq.
in d.gl.10.nu.47.sic etiam quando tempus oppo
nitur actui qui dependet ex futuro euentu,uel fa-
40 cto alterius † id non currit,pendente dubio euen
tu,l.3.§.si quis hæredi.ff.de stat.liber. & l.si cui.ff.
de leg.3.Soci.consi.76.col.53.uersi. confirmatur
alia bona ratione.1.uol.& sequitur Tiraqu. d.nu.
47.Cum itaque nulla traditio fuerit subsequuta
banci cum de suis iuribus prout fuerat laudatũ,
nec factæ fuerint uel calculatæ rationes , & com-
puta,proculdubio non cucurrit tempus partibus
ad soluendum.Et per consequens etiã ex isto ca-
pitè nullæ usuræ debentur.Et cũ ipse D.Salamõ,
nunquàm fuerit in mora constitutus soluendi cre
dita dictis Octauiano,& Angelo, & adhuc est in
potestate arbitrorum assignare , uel compensare
creditum ipsius , ꝙ habet cũ D.Isacho dictis eius
Fratre,& nepoti,ut fuit dictum supra , non posset
41 etiam teneri ad alia interesse † occasione damni
emergentis,uel lucri cessantis ipsis creditoribus.
iuxta trad.per Doct.in l.unica.C.de senten.quę ꝓ
eo,ꝙ inter.profer.Ant.Gabr.lib.3. suarum cõclu-
sionum tit. de solut. & liberat. conclusione. 10.in
prin.& 1.limitatione. nu.4.& in alijs locis uulga.
ꝙ ęquitati maxime consonum est, ex quo nõ fuit
obseruatum d.D. Salamoni , & ipse potuisset an-
nullare laudum ex quo ĩ compromisso, ut audio,
non interuenerunt dictus Octauianus , & Ange-
lus, uerum,ut morem gereret prædicto Ecceilen
tissimo.D.Dominõ Alphonso illi acquienit,& ip-
sum homologauit,sub ea conditione,& modo,si
etiam sibi obseruarentur ea quæ in laudo ipso ad
eius fauorem laudata, & declarata fuere,ut supra
dictum fuit . ex quibus arbitror satisfactum esse
dubijs propositis.

Laus Deo.Opt.Max.

Barth.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Legitima Banniti an debeatur fisco? quid si illa non sit dehita ab intestato, sed sit relictum certum quid illi,an fiscus possit petere supplemẽtum?

SVMMAE.

1 *Bannitus non amittit beneficia iuris communis.*

2 *Et an statutum,quòd possit impune offendi offuscet ius commune in suo territorio.*

3 *Legitimæ supplementum debetur bannito ipso iure, si aliquid illi est relictum pro legitima.*

4 *Et pro eo datur actio,ac si tota legitima fuisset legata.*

5 *Etiam,quòd sit,prohibitum plus peti per filium in testamento,& etiam agnito legato.*

6 *Fiscus censetur quasi hæres bonorum quæ bannito debentur.*

7 *Ius adeundi hæreditatem in fiscum transit.*

8 *Bannitus licet incapax successionis ab intestato potest tamen capere ex testamento.*

9 *Hæreditas,uel successio legitima non dicitur ea quæ ex testamento debetur.*

10 *Statutum excludens Bannitum non debet extẽdi ad casum improprium.*

11 *Strictè est interpretandum,ut legatum non cõprehendat.*

12 *Hæreditas ex testamento quo casu possit dici le*

gitima

gitima,& quando non.

13 *Testamentaria dispositio est de iure gentium ita ut Princeps non possit illam tollere.*

14 *Legitima nō debetur Bannito si quid modicum est illi relictum cum prohibitione de amplius non petendo.*

15 *Fiscus an capiat ius adeundi?*

CONSILIVM CCCCLXXXIX.

In Domino confido.

LICET dubia subtiliter excitata con-
tra Ducalem Cameram ualde urgere
uideantur ad fauorem Dominæ Lu-
cretiæ Fontanæ de Machellis, tamen
ulterius cogitanti satis constare poterit saltem le
gitimam debitam in bonis, & hæreditate patris
D.Lanfranco uenire in confiscationem suorum
bonorum secundo loco factam. Ea ratione, quia
licet tempore mortis patris esset bannitus, quia
tamen fuerat sibi factum legatum librarum cen-
tum pro omni sua legitima, & ut in testamēto, cer
tum uidetur legitimam ipsam ipsi licet bannito
fuisse debitam, cum bannitus sit capax successio-
nis, quæ alicui defertur de iure cōmuni, licet non
ex forma statuti ciuitatis à qua exulat. cuius iuris
1 communis beneficia per bannum minime † per-
** dit secundum opinionem communiorē **Doct,
post Bar. in l. 1. C. de hæred. instit. & in sua. q. 1. Lu
canæ ciuitatis. num. 20. & 21. & nume. 27. 28. quā
opinionem tanquàm communem ad propositū
tenet Nel. in tracta. Bannit. prima pār. 2. temp. q.
5. 37. & 38. Cur. Sen. consi. 60. num. 42. & seq. Go-
za. in consi. 96. num. 7. Neuiza. in cons. allegato in
dubiis. 73. nu. 6. & seq. & Aegid. Bos. in suis tract.
crimi. in tit. banniti quod amit. nu. 14. & de bon.
a pub. num. 69. a & licet Castr. & nonnulli alij fue-
rint eius sententiæ, ut statuta loci delicti disponē
2 tia † bannitum impunè offendi posse, uideantur
etiam ius commune offuscare ad fauorem banni
ti in loco statuti, adeo ut etiam iuris communis
beneficio ibi minime frui possit. illa tamen opi-
nio, nec communis nec uera censetur, sed præal-
legata, & quæ hoc casu procedit, & uerior, & fre-
** quentior** uidetur, ut post Alex. trad. Rip. in l. ex
facto. §. ex facto. num. 15. ff. ad Trebel. Gozadi. d.
consi. Corn. consi. 55. col. 3. 2. uol. Bos. d. ti. banni-
ti quod amit. 13. & 15. Cum igitur de iure com-
muni relicta aliqua quantitate pro legitima filio
3 bannito per patrem supplementum ipso iure † ip
sius legitimæ deberetur. §. repletionem l. scimus.
C. de inoff. test. & trad. Calca. in consi. 74. col. 1. q
quidem supplementum censetur etiam per testa
4 torem legatum, & pro eo datur † actio, ac si tota le
gitima fuisset legata, ut per Io. de Anna. & ibi Lu-
do. Bolog. in addit. in consi. 67. Dec. in consi. 235.
col. pen. uersic. non obst. & Negus. in tracta. de pi-
gno. & Hyppot. 2. par. 4. memb. col. pen. uers. quā
b tamen conclusionem. nu. 2 t 3. Quod procedit b et
si sit prohibitum plus peti per filium in testamen-
5 to, & etiam agnito † legato ut per Duran. in tra-
cta. de arte testan. ti. 3. caut. 13. in prin. & Rodor.
Soarez. in repet. l. quoniom 7. ampliatione. col. 4.
per l. si quādo. §. & generaliter. & ī nona ampliat.
C. de inoff. testa. Et cum post mortem patris ob
aliud delictum alia noua bonorum confiscatio ip
sius. D. Lanfranci subsequuta fuerit, non uidetur
dubitandum quin ista legitima, quæ sibi in bonis
patris debebatur, & ad quam petendum sibi ius,
& actio de iure communi competebat in fiscum
translata, & translatum fuerit, cum huiusmodi bo
norum, & iurium fiscus, quasi hæres † censeatur.
6 Gramuia. latè consi. 7. nu. 1. & Bos. qui loquitur in
bonis quorum de iure communi capax est banni
tus in d. tit. bannit. quid amit. nu. 17. in fi. sicut etiā
7 in fiscum transit ius hæreditatem † adeundi, ut p
Are. Cast. & Ias. etiam pe. col. in l. si quis mihi bo-
na. §. 1. & ibi Alex. in §. si quis planè col. 1. ff. de ac
qui. hæredi. & Bos. d. ti. de bon. publica. nume. 16.
& de legitima idem Bos. expressè ibi. num. 17. cū
enim confiscatio facta fuerit post mortem patris,
c c quo tempore iam erat ius quæsitum filio cessare
uidetur omnis scrupulus, ut per eundem Bos. in d.
ti. nu. 27. & seq.

Non obstant modo quæ adducuntur in dubijs
in quibus cōsistit neruus totius difficultatis huius
causæ. Nam primo nihil facit, quòd domina Lu-
cretia sit hæres instituta in testamento à patre. qa
fundamentum nostrum stat in eo propter relictū
legitimæ, ut supra. Et licet si legitima ipsa, uel ali-
quid loco legitimæ non fuisset relicta, uel relictū
ipsi Lanfranco per patrem, forsam fiscus nihil po
8 tuisset habere, quia erat incapax successionis † ab
intestato, cum sit actus legitimus æquo statutum
Mutinæ ipsum excludebat, quo casu loquiī Ale-
xan. in cons. 75. in uer. & alij qui in eius decisione
uim faciunt, & fundamentum. secus tamen est in
casu testati, quando uel instituit filium bānitum,
uel aliquid pro legato uel legitima reliquit. nihil
enim obstat, quin ipse possit succedere, uel reli-
ctum acquirere ex iuris com munis dispositione,
ut trad. omnes supracitati, & in legato Neuiza. d.
consi. Nec hoc casu statutum repugnat ipsum ex-
cludens ab omni actu legitimo, cum successio ex
testamento non proprie dicatur actus legitimus
sicut successio ab intestato, cum testamentum sit
de iure gentium, licet de iure ciuili approbatum.
& quod non dicatur successio, uel hæreditas legi
9 tima ea quæ † habetur ex testamento, probatur
ex tex. in l. 3. §. de illo. ff. pro Soc. & in l. legitima.
ubi gl. ff. de pet. hæredi. in l. si quis ita hæres insti-
tuatur. ff. de hæred. Instit. Alex. consi. 56. uiso pro-
cessu. 2. col. uol. 2. Soci. consi. 12. nu. 3. 3. uol. Abb.
* consi. 3. 4. col. nu. 8. 2. uol. & est communis * opi-
nio ferè omnium in l. omnium ubi Cur. Iun. Lap.
& Cagnol. C. quando non peten. par. Dec. consil.
32. nu. 2. & 309. nu. 5. Paris. consil. 20. nu. 9. in pri-
mo,

m o.& Tiraquel.in tract.le mort saisit le uif.2.par.
7.declaratione.nu.8.licet aliqui neoterici dissen-
tiant,quorum rationes tolluntur in locis supra al
legatis.Cum igitur statutum Mutinę bannitum tã
tum excludat ab omni actu legitimo, & successio
ex testamẽto propriè non sit actus legitimus, sed
10 impropriè,ut supra non debet extendi ad † casũ
improprium.l.quod constitutum.ff.de testamen-
to.milit.l.1.§.si is qui nauem.ff.de exer.Rip.in
c.3.nu.2.1.lib.responsorum.& in his terminis in
statuto,quod strictè sit interpretandum,& legatũ
11 † non comprehendat Neuiza.d.consi.73.in fi.pri
mi dub.Et licet Alex.in d.consi.75.7.col.in termi
nis huius statuti uisus sit etiam tenere, ꝙ hæredi-
tas ex testamento dicatur legitima,tamen illud
ex abũdanti deduxit,cum in eo casu uersabatur,
in quo de hæreditate intestati agebatur.& in illo
12 principali puncto † bene consuluit,& eius decisio
defendi potest,secus ultra illum,ut dicit Gozadi.
in d.consi.96.& Bos.in d.ti.banniti quod amit.nu
mer.15.& eius Alexandri decisio non est uera in
successione ex testamento per ea,quæ tenet alibi
ipse Ale.ut in consil.56.supra citato & in l.ex fa-
cto.§.si quis ita.ff.ad Trebel.Vbi etiam Rip.uide-
tur adhærere.& quod dispositio testamentaria
13 † sit de iure gentium,ita ꝙ etiam Princeps tolle-
re eam non possit,trad.Rom.Fulg.& Cor.in l.si te
stamentum.C.de testa.Dec.consi.357.nu.5.403.
nu.14.& in alijs consilijs Rui.cons.80.nu.7.& 95.
num.7.3.uol.Et latè Didac.Couar.hispan.suo 3.
lib.resolutionum.c.6.per totum.& quam plures
alij quos sciens prætereo.sublato igitur hoc fun-
damento statuti,quod omnem facit huius confis
cationi difficultatem,etiam cætera in dubijs ad-
ducta cessare uidentur,quorum maior pars pro-
cedit,quando fiscus occasione præteritæ confis-
cationis intendebat auferre successionem,uel le-
gitimam post confiscationem debitam bannito,
qui non est casus noster,cum non uigore primæ
confiscationis,sed secundę,quæ post mortem pa
tris facta fuit,agat.quo casu plures ex decisioni
bus in dubijs allegatæ nõ loquuntur,& licet Cur.
Iun.in allegato consi.182.num.8.& seq.uideatur
uelle legitimam non deberi bannito,si tantum
14 modicum quid sit † sibi relictum cum prohibi-
tione de amplius non petendo,tamen non uide-
tur bene dicere,ex quo lex supplet facto sibi reli-
cto in aliqua parte,ut supra,& etiam facta prohi-
bitione per testatorem de amplius non petendo,
ex quo maxime bannitus est capax ex testamen-
to,ut supra.nec uidetur etiam uerum,ꝙ dicit ibi
Cur.ꝙ pater uel auus possit bannitum propter bã
d num exhæredare,[d] maxime si statutum non repu
gnat,& licet possit,ex quo tamen id non fecit,sed
instituit licet in minori summa,quam postea lex
supplet,& reintegrat,cessare uidetur dubium.sic
etiam licet Dec.in allegato consi.442.nu.10.uo-
luerit ius adeundi non uenire in fiscũ,tamẽ eius
15 dictum † non uidetur e uerum per trad.per Doct.
supra allegatos.in l.si qs mihi bona.§.1.uel si qs
planè.& in specie reprobat Dec.ipsum idem te-
nentem in alio consi.Bos.in d.tit.de bono.publi.
nu.16.Consilium uerò Neuiza.facit pro ista par-
te,quia firmat legatum bannito deberi,sed con-
tra fiscum respondit,quia legatum fuit factum
post confiscationem,quo casu non potest in con
fiscationem uenire,secus igitur si ante confisca-
tionem,ut in casu isto.cętera etiam adducta in du
bijs,ex prædictis tolluntur.

Laus Deo Opt.Max.

Barth.Bertaz.

ADDITIONES.

a Hanc eandem sententiam tenẽt plures recẽtiores,qui mul
* tos alios adferunt,& hanc esse communem * dicunt ue-
ram,& tritam,illam autem falsam quam sequutus est Ca
str.Veriorem hanc itaque dicit opinionem Bar.Alb.cõ
si.17.nu.21.Ludo.Cat.consi.103 in t.crim.Bursat cõ
si.54.nu.1.& nu.24.Rim iun.in l.ut uim.nu.127.ff.de
iusti.& iur.Decia.in consi 64.nu.41.cum seq.in 3.Clar.
in §.testamentum,q 29.Micha.Crass in lib.recept.sentẽ
tia.§.legatum.q.8.& in § successio ab intestato.q.7.
ampliatur hæc conclusio,ut procedat etiam quo ad
bona sita in territorio bannientis,etiam,quòd statutum
dicat Bannitum posse impune offendi.nam licet contra-
* dicat Ias qui dicit communem * in l.1.C.de hęred.insti-
tuen & Boss in tit.hic allegato.& Cat. consil.allegatò.
103.nu.5.& Ludoui. qui dicit ueriorem,& securiorem
dec Perusi.11.nu.7.& seq.attamen ampliatio potest su-
** stineri tanquam magis recepta ** per ea quæ trad.Corn.
in d.l.1.C.de hæred.instituen.& consi.29 nu 1.in 2.&
consi.55.nu.20.cum seq.eo.uol.Curt.sen consi 59.nu.
19 Clar.in d.§ testamentũ q.20.Are.in §.1.Instit quib.
mod ius patr.potest.solui.Card Alba.consi.8 nu.28.De
cia d consi 64.nu 43.& Crass.d.§.legatum.nu 2.& in §.
successio ab intestato.nu.1.

Limitatur primo ista ampliatio si statutum priuaret
bannitum actu legitimo,ut per Ale.consi.75 nu.2.in 1.

Secundò limitatur,si statutum ponat bannitum extra
omnem protectionem iuris communis,quia tunc in ter
ritorio statuti bannitus non habebit beneficium iuris
communis,Cat.d consi.103 nu.6.Crass.in d.§.lega-
tum.nu.3.

Tertiò limita in bannito Imperij Romani,quia cum
omnium sit hosti,amittit ea quæ sunt iuris ciuilis,egre
gie declarat And.Geil.de constitu.pac publ.lib.2.ca.12.
Crass in d §.successio nu.2.

Quartò limita,si bona sint publicata,nam licet con-
tra sentiat Corn.d consi 55.nu.20.cum seq in 2.attamẽ
uera est limitatio per ea,quæ trad.Saly.& Corn in d.l 1.
C de hæred instituen.Imol.in §.ex facto hic adducto,&
Gozad in consi hic allegato.96.nu.47 & Decia.in d.cõ
si.64.nu.44.in 3.

b Videndus est omnino D.Rim.iun.consi 50.nu.71.cum
seq quo loco ostendit in terminis confiscationis omni-
no legitimam hanc deberi fisco non obstante prohibi-
tione testatoris,onere fideicommissi,acceptatione hæ-
reditatis & alijs huiusmodi.

c Eandem sententiam sequitur Dec consi 19.col.pen.& cõ
si.438.col pen.& consi.442.nu.20 & post Bar.Alex.&
Ias in l.3 §.illud ff.quod quisque iur.Rui consil.23.&
consi 25.in 5 Rim iun d.cons.50.nu.93.& Decia.d.cõ
si 64.nu.46 in 3 secus autem si uiuus sit pater.Bal.in l.
si qua pœna ff de his q sunt sui,&c.Cast.cõs.32.omisso
ordine.alias consi.212.in 2.uol.Alex.consi.75.col.pen.
in 1.

in 1. Decis. d. consilio 438. numero octauo.

d Apud nos etiam est statutum lib. 3. sub Rubrica, Pœna filijsfamilias homicidium, uel raptum committentis. quo deciditur legitimam deberi fisco, nisi pater ex causa commissa ingratitudinis per filium in parentem ipsum filiũ exhæredauerit itaque si delictum ipsum esset iusta causa exhæredationis, & ius commune, & municipale redderetur elusorium, quia pater semper filium exhęredaret. reijcienda est ergo indistincta opinio Curtij, potes distinguere, aut filius extraneum occidit, aut aliquẽ alium in cuius occasione se ualde ingratum prębuit erga parentem, ut si occideret nouercam, uel fratrem, uel propriam uxorem parẽtis nurũ. primo casu falsus est Curt. 2. uero casu aliter dicendum est per ea, quę trad pulcherrime D. Cęph. consi 682. qui consuluit in parente qui filium exhęredauerat reum homicidij sine causa in uxorem propriam. Et hæc distinctio certe non est sine ratione, & æquitate.

• De hac re est integrum consilium D. Ceph. 321. quo loco disputat latè de iure adeundi, deliberandi, transmittendi, & similibus.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Pœna duorum mill. aureor. promissa à Procuratore si Chyrographum non reddetur, an debeatur si uere nõ adest Chyrographum quod reddatur.

Pœna hæc an possit opponi à Procuratore, & an debeatur etiam qua tenus non intersit?

SVMMAE.

1 *Procurator finito illius officio non tenetur.*
2 *Promissio rei impossibilis non ualet.*
3 *Legatarius qui sub conditione impossibili habet legatum, ad nihilum tenetur.*
4 *Promittens non tenere, sed restituere chyrographum, quod non habet, ad nihil obligatur.*
5 *Amissio, ut chirographi probatur iuramento.*
6 *Quod procedit quando quis non est de iure astrictus, uel obligatus ad custodiam.*
7 *Difficultas efficit, ut quis ita excusetur à pœna sicut à mora.*
8 *Ignorantiam habet iustam, qui succedit in factũ alterius.*
9 *Hæres non tenetur exibere instrumenta, uel iura defuncti.*
10 *Difficultas excusat etiam si aderat tempore obligationis, si ignorabatur.*
11 *Pœna censetur apposita quatenus intersit partis.*
12 *Et maxime quando est addita contractus incertum continenti.*
13 *Creditor, qui non habet chirographum restituendum, non potest condemnari nisi ad absoluendum, & liberandum.*
14 *Procurator potest opponere pœnam in contractu, si est de consuetudine opponenda.*
15 *Enunciatoria probant contra enunciantem, & quando saltem inducant præsumptionem. nume. 16.*
17 *Et ob enunciatiua necesse est probare contrarium.*
18 *Chirographum, quòd quis teneatur restituere si mandauit testator, intelligitur si extabat.*
19 *Creditor omne ius suum perimit, si confitetur se non habere Chirographum, & si habet cancellare, & habere pro cancellato.*
20 *Pœna dupli addita loco contemptus est consueta, & debetur.*
21 *Nec attenditur hoc casu an intersit nec ne.*
22 *Ignorans non contemnit, & propterea non est puniendus.*
23 *Pena non debetur nisi quatenus intersit, quando adiecta est contractui incertum continenti.*
24 *Et ita fuit sæpe iudicatum, & Romæ.*
25 *Mandatum cum libera, comprehendit multos casus speciales.*
26 *Non comprehendit tamen maius expressis.*
27 *Chirographum quando teneatur restituere creditor, & quando non.*

CONSILIVM CCCCXC.

In Domino confido.

SENTENTIA lata ad fauorem Magnificorum Dominorum Coniugum de Moltijs uenit confirmanda cum uictoria expensarum; cum lis hæc illis mota, fuerit temeraria, l. eum quem temere. ff. de iudi. in prin. nam temerarium fuit iudicium motũ contra Magnificum Equitem, qui ut procurator D. eius uxoris absoluit, & liberauit ipsum Antonium actorem non autem. n. suo aliquid pro-
1 misit, unde finito officio † non tenetur. l. fi. ff. de instit. actio. Soc. consi. citato. 154. in prin. 2. uol. habetur per Doct. in l. si institorem. ff. si cert. peta. Patis. consi. 94. nu. 33. & 34.

Respectu uerò magnificæ. D. Ludouicæ eius uxoris, & principalis idem est dicendum ex pluribus. primo, quia promissio facta de reddẽdo chyrographo lacerato, cum illud non haberent ipsi coniuges, penes se nec exinde ipsum inuenerint

2 In hæreditate † D. Beatricis ipsius D. Ludouicę Matris, non ualuit tanquàm impossibilis. §. si impossibilis. instit. de inut. stipul. & l. non solū. ff. de actio. & oblig. nec pœna debetur. l. fi. C. de sponsal. & l. si homo mortuus. ff. de uerb. oblig. Iacob. Emil. cō si. 112. num. 21. & seq. Et ad propositum nostrum est tex. in ult. uoluntate in l. ab omnibus. §. 1. ff. de lega. 1. ubi si testator leget cētum, si legatarius ta
3 bulas hæredi dederit, si tabulæ non extabāt † nec debitum cum sit conditio impossibilis ad nihilū tenetur legatarius, & legatum consequitur. & ita post gl. tenent omnes ibi distinguentes casus. Castr. & Cuma. in l. huiusmodi. §. si ita. ubi Ias. nu. 12. & 14. ff. eo. ti. quos tex. ad propositum promissio
4 nis factæ de reddendo chirographo † extendunt, & inducunt. Bal. in d. §. si ita. & in l. pecuniæ. num. 6. C. de solut. & eius mentis uidetur in l. dissolutæ. nu. 3. l. de condit. ex leg. & idem tenet Ias. in d. §. si ita. in fi. Idem tenet in l. instrumenta. in fi. C. de fideicom. & sequuntur illic Castr. & Ias. Quod autem ipsi Magnifici Coniuges non haberent tempore moti iudicij, & non habeāt de pręsenti chyrographum illud. probatum fuit ex iuramēto per
5 eos suscepto, † quod amissionem probat, l. fin. C. de fid. instrum. ubi Bar. nu. 4. & 8. Bal. Ang. Saly. & Castr. distinguentes, quòd quando quis non est
6 de iure astrictus uel obligatus ad † custodiā amissio probatur iuramento idem tenent Ang. num. 2. & Castr. 2. col. ante fi. in l. publicati. C. de testam. & in his terminis. Bar. Ang. Cuma. Flor. nu. 4. Alexan. ad fi. & Ias. nu. 11. in d. §. si ita. & Saly. in d. l. dissolutæ. in fi.

Secundò certum est, ꝙ propter difficultatem excusatur quis à pœna, sicut excusatur quis à mo
7 ra, & ab alijs † huiusmodi l. quòd te, & illic omnes ff. si cert. peta. ubi Rip. num. 40. & seq. & Cagn. numer. 42. & in obligatione facti idem Cagn. ibi. nu me. 99. & seq. Emil. d. consi. 112. nu. 25. & seq. ubi citat text. in l. continuus. §. cum quis. ff. de uerbo. oblig. & in proposito cum difficultas non inueniēdi dictum Chyrographum, quod nec inueniri potuit fuerit in causa, ut non potuerit reddi ipsi Magnifici Iugales ueniunt excusandi. Quæ excusatio tanto iustior est ex quo ipsa Magnifica D. Ludouica successit in hæreditate matris, & in factū
8 alterius † quo casu iustam habet ignorantiam l. qui in alterius. ff. de reg. iur. ita ad propositum in
9 hærede quod non † teneatur ad exhiben. instrumenta, uel iura defuncti trad. Bal. in d. l. fi. 2. colu. uer. 2. not. & Saly. nu. 7. & Bal. in l. alio. C. de in lit. iur. Et licet hæc difficultas uideretur etiam extitisse à principio tempore obligationis de reddēdo chyrographo, ex quo tamen ab ipsis coniugibus
10 † ignorabatur, etiam excusat, ut declarat Cast. in d. l. ꝙ te. per tex. l. fi. ff. de actio. empt. & sequuntur ibi Rip. nu. 51. & Cagn. nu. 107. & 108.

Tertiò, cum pœna censeatur apposita quatenus partis intersit, & catenus quatenus interest,
11 ut refert fuisse decisum † in consil. Neapo. Afflict. decis. 135. nume. 3. & 4. & illic Cęs. Vrsil. in addit. Quæ opinio tanto clarius procedit quando est
12 addicta contractui † in certum continenti, ut per Roma. consi. 50. num. 9. & Menoch. in dubijs citatum in tracta. de arbit. iudi. casu 260. nume. 19. & ad propositum in pœna dupli Bursat. consil. 21. nu. 16. uidetur etiam cessare difficultas, quo sit, ut cum ipse actor fuerit absolutus, & liberatus à debito, nihil sua intersit habere dictum Chyrographum. nec enim potest condemnari creditor qui non habet chyrographum restituendum nisi ad
13 absoluendum, & liberandum † debitorem, ut dicit Bar. in l. qui tabulas. in prin. nu. 6. ff. de furt. Quod procedit etiam stante statuto, quo caueretur debitorem nō teneri soluere, nisi instrumentum debiti sibi reddatur, quòd hoc casu deberet etiam operari ultra ius commune, nam si sit amissum sufficit si liberetur debitor, ut uoluerunt Bar. & omnes in d. §. si ita.

Quartò uidetur etiam posse iure defendi opinio Clarissimi D. Castaldi coaduocati, quòd mādatum factum in personam dicti Magnifici Equitis per dictam magnificam eius uxorem, non se extenderet ad hanc promissionem factam de reddendo chyrographo sub pœna dupli, quæ est pęna insolita, in similibus contractibus absolutionis, & liberationis, procurator enim potest appō
14 nere pœnam † in contractu, si est de consuetudine apponenda, & non aliter. Bal. & Ang. in l. bene à Zeone, ad fi. prin. C. de quadri. pręscrip. Fab. de mont. in tract. de empt. & uendi. 16. q. 3. q. principalis Cur. Iun. consil. 147. numer. 12. & Menoch. qui loquitur de pœna dupli in consilio 37. nume. 65. & seq.

His stantibus fundamentis, facile tolluntur acutissima dubia excellentissimi D. Iudicis. & primo, ꝙ promissio redditionis chyrographi fuerit facta ad effectum probationis iuxta doct. Bart. in d. §. si ita, ubi alij, ex quo Sudentus nesciret, an pecuniæ fuerint solutæ patruo, ꝙ ex redditione chyrographi scire intendebat, & de eo debito certificari. Quia casus Bar. & asseclarum longe differt à casu nostro, si quidem in illo per eos figurato promittens soluere omnino erat ignorans debiti paterni, uel defuncti nec alicubi de eo cōstabat nisi ex chyrographo reddendo, at hic secus est, quia ipse Antonius optimè sciuit pecunias ipsas patruo fuisse solutas, & in mercationem, & in societatem per ipsum exercitam positas, & immissas fuisse pro ut ipsemet apertissimè fassus fuit, parte pñte coram tribus testibus id concorditer deponentibus, cuius ipse fuit hæres. sed & ex instrumēto liberationis idem etiam constat, ex propria ipsius cōfessione qua ipse fatet dictū eius patruū, & se ipsum habuisse dictas pecunias de quibus constabat ex chyrographo, Vnde non potest cōtra prop. confessionum uenire, l. generaliter. C. de non nume. pecu. nec refert, quòd dixerit habuisse pecunias à patruo, ut dicunt testes, quia satis est ipsum confessum fuisse patruum cuius ipse est hæres illas habuisse, & tanto magis ex, quo ultra id

etiam

etiam fassus fuit àd ipsum peruenisse, nam nullo
extãte Chyrographo cui dubium, quòd uigore
huius confessionis potuisset damnari, quòd non
erat in casu Bar. Et cum clarius in instrumento fa-
teatur se fuisse debitorem cum patruo, res effugit
omnem difficultatem, cum illa prior confessio cõ
15 tra eum probet. Prętereą † uerba illa etiam, quòd
essent enunciatiua probant contra ipsum l. opti-
mam C. de contrahen. & comitt. stip. & declarat.
Crau. in tract. de antiqui. temp. in §. proposito. nu.
19. & seq. in 1. par. uel saltem hoc casu inducunt
præsumptionem, ut per eum ibi. nume. 55. & seq.
16 Vltra, quòd uix potest credi talia uerba fuisse † e-
nunciatiua non dispositiua, iuxta trad. per Craue.
in d. 1. par. in §. ampliatur. nume. 28. ubi & nu. seq.
17 ostendit etiam in enunciatiuis † necesse esse pro-
bare contrarium. Bar. in l. quod si nepotes, quam
legit cum l. si quis filiabus. ff. de testa. tutel. Bald. in
l. sciendum. in fi. ff. de uerb. oblig. in l. mater. col. 3.
uer. præterea. nu. 6. C. de rei uend. Soci. consil. 20.
nu. 12. in 3. Dec. consil. 450. & in l. si librarius. nu
4. ubi Cagn. nu. 9. ff. de reg. Iur.

Secundò non obstat etiam, quòd uideatur ꝓ-
missa restitutio ad effectum ne de facto condem-
naretur, uel molestaretur reus, ut per Cast. & Alc.
in d. §. si ita. quia ex quo iam erat facta absolutio,
& liberatio uidetur partes sẽsisse de illa nuda tra
ditione. Quia respondetur Cast. & alios loqui qñ
extabat tempore testamenti chyrographum, q̃a
tunc censetur testator sic intellexisse secus si non
18 extabat, † nec debitum, nec chyrographum. &
hoc casu loquitur tex. in d. l. ab omnibus. §. 1. quia
non ualuit conditio impossibilis sicut non ualet
promissio, ut supra responsum fuit, quòd proce-
dit qnando testaror ignorauerit non extare, ut ꝑ
omnes. in d. §. 1. sicut pręsumitur ignorasse in hoc
nostro casu promittens, & quòd posset debitorẽ
liberatum, & absolutum de facto grauari, nõ red
dito chyrographo non concernat interesse consi
derabile debitoris, apertè probatur, cum omnes
Doctores. in d. §. si ita. & in alijs locis supra cita-
tis uelint, quòd sufficiat liberare debitorem per
acceptilationem, & tamẽ adhuc illa ratio uiget,
quòd inuento chyrographo posset de facto debi
tor conueniri, & molestari, igitur de hoc interes-
se tam leui non est habenda ratio. Nam & hoc ca
su si magnifico Iudici uideretᷣ posset seruari prac.
quam ponit Bal. & sequitur Ang. in d. l. si pecunię
19 prope fi. de solut. quòd creditor † confiteatur se
non habere chyrographum, & si habuerit cancel
lat, & pro cancellato uult haberi, uel ut uoluit
Bald. in l. pen. nu. 8. C. de testa. & in l. fi. ad fin. C. de
ædεn. Flor. in d. §. si ita. numero. 10. & Ias. numero
17. quòd iudex decernat, quòd si inueniatur chy
rographum non ualeat.

Tertiò non obst. quòd hæc pœna dupli sit con
20 suecta, † & quòd sit addita loco contemptus quo
casu debetur, Paris. cons. 34. nu. 40. in 1. nec atten
21 ditur hoc casu † an intersit nec ne. Anan. cõs. 31.
ubi Bolog. in addit. Doct. in l. 2. §. item si in facto.
maxime Galia. nu. 1 t. ff. de uerb. oblig. stante ma-
xime iuramento, & cum nõ excedat duplum Me
noch. d. casu. nu. 18. 26. 29. 31. Quia id tollitur ex
deductis in fundamentis nostris, quòd non ualue
rit promissio tanquàm impossibilis, quòd difficul
tas excuset, & ex alijs supra citatis, Nec hic potest
considerari contemptus aliquis stante ignoran-
tia dictorum Magnificorum coniugum, quia qui
22 ignorat † non contemnit, & propterea non puni-
tur Menoch. qui plures citat in consi. 74. num. 12.
Præterea cum pœna sit adiecta contractui in cer
23 tum continenti non debetur ultra partis † interes
se, ut in tertio fundamento, nec hoc casu iuramẽ
tum aliud operatur, quia l. si quis maior C. de trã
fact. in qua se fundant Doct. debet intelligi de in-
teresse, & ita uidi pluries iudicatum, & præsertim
24 scio iudicatum fuisse per Rot. in urbe ad fauorẽ
Magnifici Villæ contra Co. Franciscum Mariam
Scotum, quæ opinio æquissima est maxime, cum
iuramentum non debeat esse iniquitatis uin-
culum, iuribus uulga. & quòd tanto magis proce
dit stãte petitione aduersarij in qua licet appona
tur dictio, saltem, tamen negari non potest quin
petierit pœnam loco interesse, & cum fuerit addi
ta in contractu in quo ut dixi non potest dari con
temptus, cessat omnis scrupulus.

Ad id autem, quòd dicebatur in dubijs ultimo
loco, quòd mandatum se extendebat ad appo-
nen. pœnam, & quòd ipsa D. ratificauerit gesta
per Magnificum eius uirum, & quia censebatur
habere mandatum ad restituen. chyrographum
ex quo ad id de iure tenebatur. d. l. dissolutæ. Re-
spondetur, quòd licet habuerit mandatum spe-
ciale ad plura, cum libera, & quòd posset dici cõ
prehendere alios casus in quibus speciale mãda
25 tum exigeret, † c. quid ad agen. de procur. in se-
xto. cum tamen promittere hanc restitutionem
chirographi quæ fortè erat impossibilis sub pœ-
na dupli, & sic mille aureorum sit quid maius ex
26 pressis † non comprehenditur in mand. Rom. cõs.
271. uis tota. nu. 1. & illic Mandos. in addit. Castr.
cons. 63. in fi. in 1. Rub. Alc. cons. 50. nu. 5. & Crau.
consi. 209. nu. 8. Quod autem fuerit facta ratifica
tio, non uidi alicubi probatum, Nec quicquàm
facit, quòd teneretur restituere chyrographũ d. l.
dissolutę. quia ultra id ꝙ illa opinio nõ caret scru-
pulo maxime nisi facta cõfess. per debitorẽ, ꝙ fue
27 rat debitor † & ꝙ soluit ex ea cã, ut per Pet. Iac. de
Ra. Cy. & Ful. in d. l. dissolutæ. & Bar. in d. l. qui ta-
bulas. ĩ fi. prin. ff. de fur. dr̃, ꝙ licet teneretᷣ restitue
re chyrographum, non tamen tenebatur promit-
tere restitutionem sub pœna dupli, quæ hoc casu
non est solita apponi, & in hoc stat punctus.

Ex q̃bus iũctis alijs sup. adductis, q̃ (iud. meo)
hãc causam clarissimã reddũt ĩ ea sententia resi-
deo, ut bene fuerit iudicatũ, & male appellatũ.

Laus Deo Opt. Max. Barth. Bertaz.

Fuit lata absolutoria sententia, & liberati coniu-
ges de Moltijs.

Clau. Bertaz.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Damnum, uel incendium cuius culpa euenisse dicatur, & quibus testibus probetur.

Conductor de qua culpa teneatur, & quid si cum casus euenit erat in mora, & quid si euentus attendebatur uel dies.

SVMMAE.

1 *Culpa casus est in eo qui ponit in loco rem nimis coaceruatam.*

2 *Conductor non tenetur nisi de leui culpa non autem de leuissima.*

3 *Culpa leuis est deuiatio ab ea diligentia, quam habent homines diligentes eiusdẽ professionis.*

4 *Culpa non praesumitur, sed est probanda.*

5 *Culpa non est in eo qui facit in alienis, quod facit in suis.*

6 *Testis dicitur approbatus ab eo à quo fuit inductus.*

7 *Incendium praesumitur culpa inhabitantium exortum.*

8 *Naufragium praesumitur ortum propter nimiũ oneris impositum naui.*

9 *Testes singulares etiam plures non probant promissionem.*

10 *Testis unus non probat.*

11 *Testis de auditu nihil probat.*

12 *Testes mercenarij, & Gargioni minuuntur de fide.*

13 *Iuramentum non potest deferri in supplementum plenae probationis probanti per testes singulares.*

14 *Etiam, quòd singularitas sit diuersificatiua.*

15 *Testium dicta non possunt concordari cũ dictis partium ad finem ut probent.*

16 *Culpa praecedens casum facit teneri de casu.*

17 *Libellus non potest mutari post litem contestatã articulando aliud factum.*

18 *Conditionis euentus non constituit promittentem in mora.*

19 *Mora nõ incurritur sine interpellatione si dies est incerta.*

20 *Conditio adimpleta ignorantia quando excuset?*

21 *Culpa si nõ erat ordinata ad casum incendij, nõ facit, ut quis teneatur de casu.*

22 *Et quando non dicatur ordinata ad casum?*

23 *Mora non adest ubi conditio, uel dies incerta expressa est.*

24 *Et illa cessante culpa non sufficit ut quis teneatur de casu.*

25 *Testes excedentes numerum regularem quando magis probent?*

CONSILIVM CCCCXCI.

In Domino confido.

SVBTILES dubitationes excitatae, per Magnificum Consultorem huius causae olim coadiutorem meum, & uti filium dilectissimum, sed non minus subsubtiles, & reales sunt dissolutiones earum Clarissimi D. Coaduocati, quae satis, & super fuissent ad obtinuendum confirmationem primae sententiae latae ad fauorem D. Franc. Panolini contra D. Bartholomeum Cechinum. Vt tamen ego quoque muneri meo satisfaciam, aliqua non inutilia (iudicio meo) addam ad uictoriam appellati optimè conducentia.

Primum igitur dubium in hoc cõsistit, an ignis
exortus in magazzeno combusto euenerit culpa
Panolini, uel D. Alphonsi Mazzarelli, eius agentis, nel Procuratoris ipsius Magazzeni conductoris, qui Columbinam nimis coaceruatam in eo
1 Magazzeno reponi fecit, quòd uidetur ex trad.
per Luc. a pen. in l. 1. C. ne quid ĩ loco pub. lib. 10.
alias ne quid oneri public. impo. lib. 11. Quod quidem dubium ex c. primo tollitur. quia conductor
2 non tenetur nisi de leui culpa † non autem de leuissima. l. in iudicio, ubi gl. & Docto. C. loca. l. contractus. ubi etiã not. & illic Cagn. nu. 59. ff. de reg.
3 iur. quae quidem leuis † culpa est deuiatio in circũspecta in ea diligentia quàm habent homines diligentes eiusdem cõditionis, & professionis, Bart. in l. quod Nerua. nu. 26. ff. depo. Alci. in l. latae culpae. in fi. prin. ff. de uerb. signif. Cagn. in d. l. contractus. nu. 17. & ibi Ioannes Pyr. in 4. chart. in fin. Et in proposito non uideo ubi sit probatũ, quod conductor fuerit in aliqua culpa, ut quia fecerit id quod alij diligentes huiusdem professionis non fecissent, ut in hoc poni faciẽdo Columbinam nimis
4 cumulatam, uel coaceruatam, culpa enim † non praesumitur. sed probanda est, l. 3. §. si ad diem. ff. de re milit. Afflict. dec. 13. nu. 18. Crau. consil. 8. nu. 20. & quidem clare, & specifice ut idem Crauẽ. trad. in consi. 151. nu. 21. Nec testes ex aduerso examinati habẽt notitiam, nel peritiam aliquam, quòd propter talem coaceruationem potuerit oriri dictum incendium, licet uideantur iuclinare in hãc partem quando Columbina esset madefacta, & humida, quòd non euenit in hac quae in Magazzeno, uel loco in quo ortum fuit incendinm fuit posita, cum immo esset exsicata, & bene custodita, & gubernata, & pars madefacta fuit alibi posita, in qua non fuit ortum incendium, nec est praesumendum

sumendum,ꝙ Panolinus,uel eius agens uoluerit
ponere Columbiuam tam altam, & coaceruatã,
ut incendium faceret,& eam amitteret,quæ in in
5 cendio fuisset consumpta. & non potest dici † in
leui culpa esse qui facit in alienis, ꝙ facit in suis.
Craue.consi.97.nu.5.

Quod si addamus,ꝙ ipse D.Alphonsus Testis
examinatus pro appellato,cuius persona fuit ap-
6 probata per aduersarium † ex quo ab eo fuit etiã
inductus.l.si quis testibus.C.de testib. Boer. dec.
345.nu.3.& seq.attestatur,quòd aduersarius uo-
luit dictam Columbinam sic altam,& coaceruatam
reponi in dictum locum. & cum fuerit præ-
sens Cechinus exoneratione, & mensurauerit li-
gno altitudinem ipsius Columbinę in naui existẽ
tis,& Magazzeni uel loci in quo erat reponenda,
& concordauerit, ꝙ id ꝙ supererat reponeretur
in alio loco,& non contradixerit tali repositioni,
ut ipse fatetur respondendo capitulis Panolini in
proc.fol.56.1.facia.non uideo quomodo potius
sit adscribenda culpa Panolino,uel D.Alphonso,
quàm ipsi Chechino id fieri patienti.

Illud etiam nõ omitto,quod cum agaturde in
cendio exorto in Magazzeno ipsius Cechini in
quo habebat ligna ad comburendum, & quo, ut
est uerisimile conuersabantur illi de sua familia,
7 præsumitur incendium † exortum culpa inhabitã
tium,& in eo conuersantium l.3.§.& quia plerun-
que.ff.de off.præfect.uigil.& l.fi.co.ti.& ad propo
situm Alc.consi.50.uisis,& oportune.nu.3.4.7.&
8.primo uol.

Nec obst:id quod Luc.de pen.In d.l.1.scripsit,
quòd in dubio præsumitur naufragium factum
8 propter nimium oneris † impositum Naui, quod
etiam noluit Benuenut. Strach.in tracta. de naut.
naui,& Nauiga.3.par.nu.13.quia aliud est in na-
ui,ut propter onus indebitum impositum patia-
tur naufragium,& aliud in coaceruatione Colum
binæ, ut propter talem coaceruationem produ-
cat incendium,ex diuersis enim non infertur.l.fi.
ff.de Calum.l.Papin.exuli.ff.de minor.& cum, ut
diximus nulla probetur leuis culpa appellati, nõ
uideo in hoc puncto ullam extare difficultatem.

Secundum dubium est,an ipse Panolinus pos-
sit teneri ex quo ipse D. Alphonsus uidetur con-
uenisse,cum aduersario tempore conductionis di
cti Magazzeni de adducendo dictam Columbi-
nam ad primum incrementum,uel augumentum
aquarum quo posset conduci naui ad turrim Del
la fossa:ut uidentur deponere testes Cechini, qđ
cum nõ fecerit,& auctæ fuerint aquæ in pado ita,
ꝙ adduci potuisset,uidetur, quòd ob eius culpã
& moram possit teneri de casu incendij, per ea q̃
in dubijs adducũtur.Pro euacuatione,huius diffi
cultatis primo uidendum est,an dicta promissio
eo modo(ut dicitur facta)fuerit probata.& arbi-
tror non fuisse probatam, ut etiam fuit considera
tum per D.Coaduocatum.nam duo testes qui de
ponunt de tali promissione, secundus, & quintus
sunt singulares,& deponunt de duabus promissio
nibus diuersis locis,& temporibus factis.primus
de facta dño Iacobo Genero Cechini, & alter
de facta ipsi Cechino,quartus uerò testis depo-
nit de auditu,& nescit etiam a quo audiuerit, &
propterea non probant hanc promissionem,cum
9 testes singulares non probent † etiam si sint plu-
res.Bar.in l.de quibus.prima lect.nu.37.ff.de leg.
Lanfr.in c.quoniam contra.in uerb.testium depo
sitiones.nume.28.& 29. cum alijs trad.per Anto-
nium Gabr.lib.primo suarum conclusionum,tit.
de testi.conclusione 2.in prin.& Crot. in tract.de
testi.nu.318.ubi dicit ex Bald.quòd tantum pro-
bant mille testes singulares,quantum unus.unde
10 sicut † testis unus non probat.l.Iurisiurandi,C.de
testib.c.ueniens.il primo.in fi.& c.licet uniuersis.
in fi.eo.ti.ita nec plures singulares.Testis uerò de
11 auditu † similiter non probat c.licet ex quadam
de testib.Antonius Gabr.d.tit.conclusione tertia,
& non est uerus testis Mars.consil.20.nu.5.& 41.
nu.8.Ang.de Castr.in 1.uol.consiliorum crimina
lium primo impressorum, cons.94.nu.27.& Cale
pi.de Calepi.in 2.uol.consiliorum eorundem cõ
si.52.num.19.Vltra,quòd dicti secundus,& quar
tus testes sunt Gagiorni, & mercenarij dicti Ce-
12 chini,ut ipsimet fatentur,& diminuuntur † de fi-
de.Stepha.Aufre.in tracta.de test.l.in uerb.merce
narij.& in uerb.operarij.num.74.& habetur in c.
in literis.de testib.Quæ singularitas in casu isto tã
to magis est nociua ex quo est obstatiua,uel saltẽ
diuersificatiua. cũ enim pars aduersa articulaue
rit de unica promissione tantum, & sic agatur de
probãdo unico actu tantum, licet rei tollerabili,
testes deponentes de pluribus se ipsos lacerant,
& dicitur magis obstatiua.num.7.& propterea iu
ramentum non potest deferri in supplementum
13 plenæ probationis probanti † per testes singula-
res.Crot.d.nu.318.Doct.in l.admonendi.ff.de Iu
reiur.ubi Rip.nu.205.qui loquitur etiam in singu
14 laritate † diuersificatiua Soc.in reg.252.iuramen
tum.67.fallen.& Franciscus Marc.quæst.387.nu-
mer.5.prima par.

Præterea in hoc facto uideo magnam partis
uacillationem,& uariationem, nec bene possunt
concordari dicta testium,cum dicto partis.Nun-
quàm pars ipsa in suo libello nullum uerbum fe-
cit de hac promisione de quo inferius dicetur, in
primis capitulis articulauit,ꝙ D.Alphonsus scrip
sit Panolino, ꝙ oportebat adducere Columbi-
nam quanto citius, nec ullam fecit mentionem
de incremento aquæ,ut in 6.capitulo ipsorum ca
pitulorum in secunda muta capitulorum,capitu-
lo tertio articulauit de hac promissione adducen
di eam ad primum aductum, & commoditatem
aquarum.In capitulis uero Panolini primo loco
productis fatetur respondendo primo, secundo,
& tertio capitulis, locasse Magazzenũ Domino
Alphonso pro affictu lib.35.pro anno,cum pacto
tamen,quòd si prius adduceretur non propterea
minueretur pensio,quod est diuersum à promissio
ne articulata per partem aduersam, quia nõ erat

opus

opus facere mẽtionem de anno, ſi ad primas ad-
uenientes aquas omnino erat remouenda de di
cto Magaz. non poſſunt. n. dicta teſtium concor-
15 dari † cum dicto partis ad finem, ut probent. Fe
ly. in c. cum tu. num. 9. uerſic. quinta concluſio. de
teſti. Doc. in l. ſecunda. §. creditum. ubi Dec. nu. 8.
ff. ſi certum peta. ſed ſtandum eſt confeſſioni pàr
tis aliter affirmautis.

Secundò, poſito ꝙ fuiſſet probatum dictũ Do.
Alphonſum promiſiſſe, vt prætenditur abduci fa
cere dictam Columbinam, & eius promiſſio etiã
ligaſſet Panolinum abſentem, & ignorantem nõ
poſſet tamen Cechinus obtinere in hac cã, cum
hoc non fuerit deductum in libello, nec dubium
eſt, ꝙ ſi verum eſſet, fuiſſe factam talem promiſſio
nem, alia actio nõ competeret, Cechino propter
moram, per ea quę adducũtur ĩ dubiis, quia cul-
16 pa præcedẽs caſum, faceret † illum teneri de ca
ſu, Bar. & alij in l. ſi ut certo. §. ſed interdum. ff. cõ
moda. ꝙ eſſet diuerſum ab actione in libello intẽ
tata. Ideo cum iam fuerit lis conteſtata ſuper a-
lia actione, non potuit mutari, vel emẽdari libel
lus poſt litem conteſtatam, articulan do aliud fa-
17 ctum ex quo alia † actio orta ſit, vt eſt tex. in l. edi
ta. & illic omnes Doct. vbi Cagn. num. 39. & 172.
C. de eden.

Tertiò, animaduertendum eſt, ꝙ ex promiſſione
prædicta, de qua deponunt dicti teſtes, non con-
uincitur ipſe D. Alphonſus de mora, quia ipſi aſ-
ſertæ promiſſioni non fuit addita dies certa, ſed
vel cõditio, vel dies incerta conditionalis vr̃ ob
ligatio de abduci faciẽdo columbinã cum aquę
creuerint, & potuerint abduci, ꝙ ab euentu, & ca
ſu pendebat, & euentus cõditionis non cõſtituit
18 † promittentẽ in mora. l. quod dicimus. ubi Bart.
& alij. ff. de ſolu. & in l. quoties. in dicta cum quo
* eſt communis * opinio, illic ubi Iaſ. nu. 2. per plu-
res col. confirmat. ff. de verb. oblig. Bald. in l. & ſi
poſt tres. num. 7. ff. ſi quis cau. Sic etiam quia dies
19 erat incerta, non poterat † in mora conſtitui, ſi-
ne interpellatione Barto. in d. l. & ſi poſt tres. nu.
8. & Iaſ. in d. l. quoties. num. 2. ſecunda colum. &
Gabr. titu. de ſolut. lib. tertio. concluſione. 9. 14. li
mitatione. num. 30. & ſequ. Et ſaltem exigebatur
probatio ſcientię D. Alphonſi promittentis, uel
Panolini, ꝙ conditio aquarũ euenerit, quia igno
20 rantia alias illum † excuſaſſet. l. quod te. ff. ſi cer.
peta. Et illic ad propoſitum Cagn. num. 42. & Al-
cia. in verb. aliqua iuſta cauſa, ubi exigit, quòd
ſciat id quòd ignorando cenſeretur, eſſe in lata
culpa, & quòd exigatur ſcientia promittentis
voluit etiam idem Alcia. in d. l. quoties in dicm.
num. 14. Quo ſit, ut cum non ſit probatum ipſum
Dom. Alphonſum, vel principalem ſciuiſſe con-
ditionem fuiſſe purificatam, vel eueniſſe diem,
nõ poſſit dici fuiſſe in mora, & ſic in culpa, & per
conſequens teneri de caſu incendij. Vltra quòd
opus erat probare, quòd incrementum illud du
rauerit, ut potuiſſet Dom. Alfonſus habita ſcien-
tia incrementi aquæ inuenire nauem, & onerari
facere columbinam, & abduci antequam defice
ret aqua, pro ut uidemus ſæpe euenire, quòd cre
ſcit, & ſtatim decreſcit, quia probatio debet eſſe
neceſſario concludens. l. non hoc. C. unde legi. &
c. in pręſentia. de probat.

Poſtremo accedat, quòd admiſſa culpa dicti D.
Alphonſi (quæ certè nõ poteſt admitti) ex quo
non erat ordinata ad caſum incendij, quòd ve-
nit aliunde, non facit vt ipſe, uel principalis poſ-
21 ſit teneri † de caſu, c. quia diuerſitatem. & ibi Al
ber. numero 13. optimè declarat de conceſſ. præ
* ben. Docto. in d. §. ſed interdum. Caſtren. in l. fin.
§. primo. ff. ad l. Rhod. de iact. Craue. dicto conſi-
lio 247. numero ſexto. verſi. ſexto reſpondeo. ubi
declarat quando culpa dicatur ordinaria ad ca-
22 ſum † Benuen. ſtrach. in tracta. prædicto. de nau.
nauib. &c. quarta parte. num 2. & Menoch. in tra-
cta. de arbitr. iud. lib. 2. caſu 182. num. 59. & caſu
325. num. 10.

Ex quibus corruunt ea, quæ in dubiis adducũ
tur de mora, & promiſſione ipſa, nam promiſſio
non eſt plenè probata, ut ſupra, & ſi fuiſſet, non
poſſet in hoc iudicio pronunciari ſuper ea, quæ
inducit aliam actionem non intentatam, nec mo
ra fuit inducta, ex quo non fuit addita dies ex-
23 preſſa, ſed conditio † uel dies incerta, quod non
erat in caſu. l. quod te. & l. ſi ex legati cauſa. de ver
borum obligationib. ſicut ceſſante mora culpa
24 non ſufficit, vt ſupra oſtenſum eſt, & admittit gl.
citata in dubiis in dicta l. fin. §. primo. ad l. Rhod.
de iactu. & ſine mora caſus non obeſt. ut in di-
cta l. cum res. §. fin. de legat. primo. quæ loquitur
mora interueniente, ſicut nec tex. in l. qui occidit
§. ſi putator. ff. ad l. Aquil. aliquid facit, cum nege
tur caſum eueniſſe facto ipſius appellati, uel eius
agentis, vel eius mora, uel culpa, licet etiam cul-
pa non ſat eſſet ordinata ad caſum, ut ſupra.
25 Quòd autem teſtes magis † probent ex quo ex-
cedunt regularem numerum. l. tertia. §. primo. ff.
de teſtib. nihil etiam officit, quia etiam dicti te-
ſtes non excedunt debitum numerum cum duo
tantum, ſed ſingulares deponant de tali promiſ-
ſione in quibus non attẽditur numerus, ut ſupra.
Ex quibus apertiſſimè conſtat, cõfirmandam eſ-
ſe primam ſententiam cum uictoria expenſa-
rum.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Fuit per duas conformes pronunciatum locũ
eſſe abſolutioni.

Claud. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Miles qui rixatus eſt cũ alio milite, & eum vul
nerauit, an puniri debeat pœna ordinaria ſtanti-
bus decretis, & capitulis militum de his diſponẽ
tibus? & quid ſi minor 20. annis eſſe reperiatur.

SVMMAE.

1 *Pœna corporalis non potest imponi quando ex aliqua causa recedendum est à pœna ordinaria.*

2 *Pœna minoratur propter ætatem.*

3 *Minor non potest puniri pro delicto pœna corporali, licet alias delinquens esset puniendus.*

4 *Iudex tenetur iuris necessitate commutare pœnam.*

5 *Inquisitus se defendens non potest condemnari de aliquo diuerso delicto.*

6 *Statutum quando disponit aliquem principalẽ puniri debere pœna pecuniaria, pœna associãtis non potest excedere lib. 25. ex eodem statuto.*

7 *Clausula (uel aliud simile delictum) in statutis posita) quid importet.*

8 *Statutum disponens quem puniri pœna pedis uel alia, intelligitur de simili.*

9 *Associans minus peccat quàm principalis associatus.*

10 *Pars illa est amplectenda per quam, vel pœna euitatur, vel minor imponitur.*

CONSILIVM CCCCXCII.

In Domino confido.

FILIVS magistri Iacobini Gnoli non debet puniri pęna proclamatis, vel etiam ordinaria statuti pro insultu, & vulneratione facta, ut in inquisitione, duplici ratione.

Primò, propter septimum capitulum capitulorum militibus concessorum, quo conceditur ipsis militibus, vt pro rixis inter eos factis etiam cum sanguine non possint puniri nisi extraordinariè, quo fit ut pœnę corporali trium ictuum funis, de qua in proclamate armorũ locus esse nequeat, quia quoties ex aliqua causa receditur à pœna ordinaria, & extraordinariè uenit reus plectendus pœna corporalis, vel corporis afflictiua
1 imponi † non potest, secundum Marsi. in pract. crim. in §. quoniam. numero 95. & 96. in l. Diuus Adrianus. nu. 11. ff. ad l. Pompe. de Parri. Gram. vot. 23. num. 20. & decisione 18. nume. 10. Quod etiam tenuit Mars. consulendo pluribus cõsiliis, & maxime 24. num. 36. 25. num. 55. 30. num. 19. 39. num. 59. 47. num. 13. & 132. numero 29. Rolan. a Valle consilio 51. nume. 40. primo uolumi. Gramma. consi. 39. num. 11.

Secundo, quia dictus inquisitus fuit, & est minor 20. annis ut notorium est magnifico Domi-
2 no Potestati, ex cuius ætatis † causa minoranda
uenit pęna. l. auxilium. §. In delictis. ff. de minor.
Comens. consilio 96. Christophorus in fine Dec.
& Cagnol. in l. ferè. in omnibus. ff. de regu. iur.
2 & Dec. consi. 535. numero quinto. a & quod minor pro delicto non possit puniri pœna corpora-
3 li licet alias delinquens esset puniendus † tradit
Angel. Aret. in tracta. malefic. in glo. scienter, &
dolosè, colum. quinta. versic. & subdit. vbi Augu.
* in addit. & opinio hæc est * communis, vt tradit
Marsil. in consilio 23. prædicto nume. 37. 30. nu.
20. 48. num. 54. Et in pluribus aliis consiliis, &
4 iuris necessitate compellitur iudex † ad commutandum pœnam. Gram. decisione 23. nu. 11. consilio 36. num. 33. & 39. numero duodecimo. Nouel. in tract. crim. ad defen. in princ. num. 35. Carer. in sua pract. criminali. in §. 6. num. 5. Petr. Foller. in sua praxi. etiam crimi. quarta par. in glo. pęnis debitis feriantur. num. 17. Et Tiraquel. in tracta. de pę. caus. 7. Ex his igitur duabus rationibus constat ipsum inquisitum non esse pœna corporali afficiẽdum, sed etiam arbitrio magnifici Domini potestatis minuendam esse pœnam ordinariam, ut supra. Quibus stantibus non est opus aggredi illam quæstio. an in casu isto posset fieri confusio tot pœnarum, de qua abundè Mars. in l. fin. num. 15. ff. ad leg. Corn. de Siccar. quia nobis sat est, quod corporalis non venit imponenda, & valde minoranda est pecuniaria.

Quo verò ad illos qui (vt dicitur) associauerunt ipsum inquisitum, qui pariter de vulnere illato habito tractatu inquisiti fuere, dico quod in hoc iudicio nullo modo possunt condemnari, quia ex quo de alio fuerunt inquisiti in quo se
5 defenderunt, & ostenderunt se innocentes † non
possunt condemnari de hoc diuerso, vt latè tradit Marsi. in pract. criminali. numero quinquagesimosecundo. & nume. quinquagesimoseptimo. in §. quoniam. & Aegid. Boss. in suis var. trac. in ti. de inquisit. nu. 82.

Et posito quod nunc de huiusmodi associatione quasi possent non possent condemnari nisi in libris sex. & sol. quinque, attenta pace, & confessione, vt in statuto Ferrariæ, quod rixis, & iniu-
6 riis pace facta. † sol. 131. nam cum principalis
non possit puniri nisi pœna pecuniaria, ut supra ostensum est, pœna associantis non posset excedere lib. vigintiquinque, vt in statu. pœna recipien. malefact. sol. 166. tametsi licet aliqua pœna principalis posset teneri, non de minima, uel
7 leui, est intelligendũ primum caput ipsius † statuti, sed de ea quæ infert mortem, vel similem pęnam, propter illa uerba statuti (vel aliud tale maleficium) quæ ostendunt similitudinem delicti, & pœnæ, iux. not. in l. si fugitiui. per gl. ubi Barth. Veronen. numero 41. citans Bald. decedentem quod si statutum dictat quem puniri pœna pedis
6 † vel alia, intelligitur de simili. C. de ser. fug. quod etiam

etiam tenet Fely.in cap.inter cæteras. colum.pẽ. numero 16.& in cap.ſedes.colum.penult.nnmero ſexto.de reſcript.alias eſſet valde iniquum, & reſultaret abſurdum quia aſſocians teneretur in plus,quàm principalis,& tamen minus petat, &
9 mitius † debet puniri, ut per Marſi. in dicta l. fin.
numero quadrageſimoquarto. ff. ad l. Corn. de Siccar.& in l.vnica.numero octuageſimoprimo. C.de rapt.virg. Si enim pro vulnere quis tenetur ad pœnam lib.quinquaginta, & ad bannum donec habeat pacem, ſi occaſione huius banni, quaſi eſſet pœna corporalis teneretur aſſocians in primo caſu ſtatuti ad pœnam lib. ducẽteſima, cui dubium quod magis grauaretu, quàm principalis qui pace aduerſarij liberaretur a banno, ſed aſſocians etiam habita pace ab offenſo nullomodo poſſet propterea liberari ab illa pęna. Et quia iudicio meo eſt hæc facilis, & clara concluſio, tum quia ſemper in dubiis quæſtionibus amplect. eſt illa pars per quam pœna euitatur,
10 uel minor pœna † irrogetur.l.factum.§. in pœ-
nalibus,& ibi latè Dec. & moderniores. ff.de regu.iur.ceſſat eis difficultas.

Laus Deo Opt.Max.

Barth.Bertaz.

Fuit extraordinaria quædam leuis pœna impoſita.

Clau.Bertaz.

ADDITIONES.

Adde Decian. conſi.uigeſimoquarto. nume.4. 3.uol. & Mazol.conſilio 11 nume.13.cum ſequen.qui plura adducunt,& hoc priuilegium uidetur maxime habere locum in crimine furt, iadeo, ut ſi ſtatutum grauiſsimam imponat pœnam furanti non comprehendat priuilegiatum minorem, ut per Mazol. conſi.64. numero primo.cum ſequen.rationes uero priuilegij refert Decia. dicto conſi. 24. nam ſpes eſt melioris frugis in adoleſcente.neque enim in illa ætate firmo, fixoque adhuc iudicio delinquere dicitur. hinc ob quaſdam circunſtantias, ſi ſpes uigeat potioris vitæ in poſterum etiam impunitatem poſſe concedi a iudice defendit Nat. conſi. 458.num.13. Sed fallax,& fluxa eſt ratio iſta, nam ſpe benignioris animaduerſionis alliciuntur quandoque iuuenes ad maleficia, & illa ætas magis fræno indiget, ex tali enim uitiorum ſemente in adoleſcentia uix eſt reliqua ſpes melioris,& fertilioris meſsis, ſed cum uaria ſint hominum ingenia,& ingeniorum delicta iudex ſi acri erit iudicio prędítus haud difficile dignoſcet quãdo ex impunitate, & quando ex benignitate pœnæ correctio, & in meliorem ſemitam reductio ſperari poſſit. Probarunt aliqui Alphonſum primum, ex Sereniſsimis noſtris Principibus qui fures omnes ſuſpendi mandabat, ſenes tanquam in maleficiis prouectos ad illam ætatem,iuuenes ne idem facerent, conſtantis ætatis ob præteritam,& futuram vitam,de cuius parte certi ſumus,de reliquo timendum eſt.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Procurator, qui finito mandato rem diſtraxit, eaque vſus eſt, an teneatur furti? & an ſit tutus ex ſecuritate conceſſa.

SVMMAE.

1 *Dilapidandi facultas ſemper cenſetur excepta qualibet libera facultate conceſſa.*

2 *Mandatum eſt finitum propter decoctionem procuratoris.*

3 *Et propter mutationem ſtatus.*

4 *Et propter lites ſubinde ortas.*

5 *Et ſi de re aliter diſpoſitum ſit per dominum.*

6 *Furti tenetur, qui finito mandato rem diſtraxit.*

7 *Procurator eſt in dolo, qui aliena credita in rem propriam conuertit.*

8 *Stellionatus crimine tenetur qui uendit rem alteri obligatam.*

9 *Saluus conductus a cauſis ciuilibus non defendit à criminalibus.*

CONSILIVM CCCCXCIII.

In Domino confido.

CVM Vita Batochas Luſitanus gereret negotia hæredum Hunij Henriches etiam luſitanorum, fuerunt pro parte dictorum hæredum ſcriptę litteræ magn.Domino Lucæ de Albricis Mercatori Veneto,ꝙ de credito,quod ipſi hæredes habebant cum Ser.Domino Duce noſtro ducatorum tredecim millium trecentorum triginta trium,& tertij unius,ſuper banco ipſius D.Lucæ diſponeret ſecundum mandatum,& velle dicti Vitæ eorum geſtoris.Et ſimiliter fuere ſcriptæ literæ illis de Strociis etiam mercatoribus in ipſa ciuitate Venetiarum,vt de credito quod habebãt ipſi hæredes cum Chriſtianiſſimo Rege Galliarum ducatorum vigintiſeptem millium,& vltra diſponerent ſecundum ordinem ipſius Vitæ, & vt in partitis librorum ipſorum mercatorum. Euenit ꝙ ipſe Vita diſpoſuit licet fictè de credito,ꝙ hæredes ipſi habebant cum Ducali Camera in Abramũ Cathelanum eius generum, faciẽdo illud nomẽ tranſportari in d.Abramũ, & ſimiliter aliud creditum cũ Chriſtianiſſimo Rege ẽt transferri fecit in dictum Abramum, & nomine dicti Abrami in Benuenutum de Benuenutis. Quibus ſtantibus orta fuit lis inter hæredes prædictos,& d.Vitam eorum geſtorẽ ſuper eius adminiſtratione, & aliis cõtrouerſiis inter ipſas partes vertẽtib. &

factum fuit cōpromissum inter partes in dd.Manuelem Bicciacium,& Salamonem Darderium, qui tandem laudum suum tulerunt, in quo condemnauerunt dictū Vitam ad transferendum cum effectu ad nomen, & ordinem dictorum hæredum creditum nouem millium scutorum auri, & vltra, Ducalis Cameræ, pro reliquo dictorum scutorum 13333.& medio.Et similiter dicta Credita Regia in alium translata,ut supra,& ut in dicto laudo. Quo laudo lato, nedum ipse Vita illi non paruit, & si in iudicatum transiuerit, sed immò credita ipsa dolosè distraxit, exegit, vendidit, & dissipauit,& subinde saluum conductum impetrauit a prædicto Serenissimo Duce, prò debitis ciuilibus. Nunc prætenditur pro parte dictorum hæredum, quòd pro dicta distractione & dissipatione criminaliter possit teneri, & sic saluum conductum sibi concessum illi non prodesse,quæritur quid iuris.

In quo dubio breuitati studendo arbitror,nō licuisse dicto Vitæ Barochas dicta Credita distrahere, & alienare, quia etiam quod fuisset factum illi mandatum cum libera uerbis amplissimis,
1 tamen † censebatur excepta fraus,& potestas di lapidandi,l.creditor.§.Lucius.ubi Doct. ff.man da.cum aliis citatis per Alexan.in consi.28.nume.1.6.uolum.

Præterea quatenus etiam mandatum uoluisset,cuui tamen ipse Vita decoxerit,& statum mu tauerit, & deuentum fuerit ad lites inter partes, & fuerit etiam laudatum huiusmodi credita esse restituenda, & transferenda ad nomen hæredū,
2 proculdubio fuit finitum † mandatum ipsius Vitæ.l.si cum Cornelius.& l.cum quis in principio.
3 ff.de solut.& quòd mutatio † status reuocet man datum tradit etiam Soci.consilio 112.col.penu. primo uolum.duplicato 172.in secundo volum. Dec.in l.rogasti.§.si fugitiuus.num.4.ff.si cer. pet. Alcia.tracta. præsumptionum. regula secunda. præsumptione 16.num.4.& Benuenut. strach. in tracta.de decocto. tertia par.num.50.quòd autē
4 propter lites † censeatur reuocatum mandatum tradit Alex.consi 209.num.3.& cōsi.seq. num.4. Et si per dispositionem factam per dominum de re super qua quis fuit constitutus procurator cē-
5 setur † reuocatum mādatum, ut per Soc. in dicta colum.penult.in dicto cōsilio, tanto magis quādo res illa fuit per dominum in iudicio petita, & latum fuit laudum condemnans procuratorem ad illam restituendam.

Concludo itaque, ꝙ fuerat finitum, & reuocatum dictm mandatū dicti Vitæ,adeo quòd mi nime dicta Credita alienare uel distrahere pote-
a rat, a quod cum fecerit in crimen † furti incidis-
6 se censetur.l.falsus.cum glo.& ibi Doc. C. de fur.
7 uel saltem fuit in dolo,ex quo † in rem propriam illa credita conuertit.l.idemque. §.si procurator. ff.mand.cum aliis tradit. per Ploт. in l.si quando, numero 533.ubi dicit ideo contra ipsum posse iurari in litem. C. unde ui. & quatenus omnis titulus criminis deficiat,saltem de crimine stellio-
8 natus posset puniri,quo tenetur † etiam qui uendit rem alteri obligatam sciēter.l.tertia.§.primo.
b ff.de crimi.stel.quanto magis si alienam b distrahat,de quo etiam per Benuenut. dicta tertia par. numero quinto.

Hoc igitur præsupposito stante,quòd ipse Vita deliquit,& criminaliter teneri,& puniri possit,
9 dubioprocul saluus conductus † concessus illi ex causis ciuilibus ab hac criminali illum minime defendere potest, uel ad hanc se extendere nequit.Bald.consilio quadringentesimo, quòd Iacobus.numero quarto.primo volumine. Castrē. consilio 423. quia scio.colum.penult.numero 9. uersic.& uidetur.primo uolum. nouissimorum. & in l.plerique.colum.2.ff.de in ius uocan.Rom.singulari 182.quid si Titius, & ibi in addit. Rip.in l. prima.post Alexandrum.num.97.& seq. ff. si cer. peta.& Gomes.in d.§.item si quis in fraudem. nu me.32.Instit.de actio.

Laus Deo Opt.Max.

Barth.Bertaz.

ADDITIONES.

a Secus autem est si mandatum quidem nō erat reuocatū, sed non se estendebat ad ea quę gessit ipse Procurator, nam sufficit,quòd mandans indemnis conseruetur,ut est tes.in l.diligenter.§.1. ubi gl. cum qua omnes transeunt. ff. mandat. & idem tradit glo. etiam ab omnib. admissa.in l.1.§.Celsus.ff.de excep. rei uendi. quod etiā tenet Azo.in sua sum.in tit.C.manda.col pen uersi, minus autem. & idem trad Claud. Cantiun. in sua paraphrasi.in tit.de manda in §.is qui exequitur.col.2.Inst. & hoc casu si quæ alia damna propterea passi fuissent mandantes essent reficienda a Procuratore,& possent agere contra illum ad omnia damna, & interesse per ipsos passa occasione contractus forma mandati non seruata, per tradit. per Paris.consi.91.nu.21.in primo. Et licet non transferatur dominium in acquirentem, ut tradit Bar.& alij in l.a diuo Pio.§.sed si emptor ff.de re indi.Bal.in l.in ciuile.num.2.C.de rei uendi.10.Pet.Ferrar.in sua pract.in for.execu. senten diff in glo. D. publico nuncio.num.7.Port.& Aret.in §.uenditæ.Instit. de rerum diuis. Ange in consilio 387. Sempronius. nu. 3.& in consi seq.Fab de Mont.in tract.de emptio. 3.q. princ.q.16.num.30.cum quibus transit Benuen.strach. de merca.in titu.mando.in prin.num.26.& possit res ab acquirente uindicari.d.l.diligenter.& d. §.Celsus. attamen ex superius deductis, & præsertim ex tex.ineuitabili.in d.l.diligenter §.1.sufficit, quòd mandantis indemnitati sit consultum citra etiam contractus rescissionem.

Et hæc quo ad pœnam procuratoris, sed quæro nūc de pœna illius in quem alienauit falsus iste procurator, uel sine mandato, uel illo reuocato, uel existēte inefficaci. In qua re certum est ementem a procuratore alicuius cauere debere, ut mandatum inspiciat,& consideret, nam debet bene cognoscere personam cum qua contrahit. l.qui cum alio. cum ibi not ff.de reg.in. nam si emat a non habente mandatum constituitur in mala fide,ut not. Barto. in l.cum uir.ad fi. ff. de usucap. & in l.si fundum.§.procurator. ff pro emp.Bald. in l.1. num.2.C.de re alien.nō alienan. sequitur Alex. in l.qui aliena.nu.11.ff.de acq hæred. & in consi 35.nu 4 in 7.

Fely.

Fely. in c.sicut. nu. 31. uersi. sexto aduerte. de re iudi.& Mars.in l.si quis ne qõ nu. 86. ff. de qõ. sequitur Rui. cõ si. 68. nu. 23. in 1. attamen excusaretur emptor si non uidit mandatum uel non perquisiuit illud, sed iusto errore ductus crederet uendẽtem esse procuratorẽ, & habere mandatum, ut quia id sibi a fide dignis testatũ eẽt, tunc.n. est bonæ fidei emptor, quæ bona fides est habilis ad usucapiendum. l. fi. ff. pro empto. no. Bart. in d. §. procurator. & Bal. in d. l. 1. 2. col. & Alex. consi. 1. Ponderatis. col pe. uol. 4. & Fely. in d. c. sicut. & Rui. in d. cons. nu. 23. Mars. in d. l. si quis. ne qõ. nu. 8. talis tamen titulus putatiuus non sufficeret, ut per Corn. consi. 259. lit. n. lib. 1. & Balb. in tract. de præscrip. in 1. q. 2. par. 3 par. princip. num. 5. & Boer. decis. 281. num. 26. nec sufficeret, ut dominus teneretur de euictione ex contractu. d. asserti procuratoris, ut declarat Alex. consi. 191. nu. 5. in sexto. Nam defectus mandati etiam in iudicialibus est insanabilis adeo, quòd etiam signatura Papæ nõ supplet mandati defectum etiam refectis expensis, ut trad. Staphil. in trac. de lit. grat. & insti. fol. 246. & Gomes. in compend. utriusque signat nu. 72.

b Quando uero sit pœna stellionatus, uel falsi scribit Bar. in l. qui duobus ff. de fals. Ang. de malefi in uerbo, Falsario. nu. 31. & ibi August. in addit. & apud nos sicut alibi, est statutum sub rubrica, de uendente, uel locãte rẽ duob. diuersis temporib. quod statutum habere locũ in datione in solutum uoluntaria demõstrat D. Cepb. consi. 159. nu. 21. & seq.

Sed quæro in materia huius statuti, an incurrat pœnam il. e, qui secundo vendit rem cum consensu primi emptoris? & arbitror non esse locum pœnæ. nam cum statutum sit inductũ, ne emptores decipiantur. hoc casu neuter potest decipi. quia primus emptor debet sibi imputare, & secundus debet habere rem. cum certum sit per consensum præstitum per primum emptorẽ alienationi rei suæ, uel in qua ius habebat se exclusisse ab eius petitione, & sibi præiudicasse. l. si debitor. §. 1. ubi Bart. & alij. ff. quib. mod. pig uel hypo. sol. Rom. consil. 140. hæc uenditio. Negus. latè in trac. de pig. 6. par. tertio memb q. 4. nu. 14 & seq Dec Cagn. & alij in l. creditor per illum tex. ff. de reg. iu. cum alius fuse citatis per Tiraq. in trac. de retrac. tit 1. §. 1. glo. 9 num. 133. cum seq. & nu 156. & in l. si unquam in uerb. donatione largitus. num. 348. & seq. C de reuocan. donatio. ubi dicit quòd per talem consensum sua iura perdit & idem tradit in suo tract. ll. connubial. in l. ulti. in glo. 5 num. 145. & sequen. sicut etiam consensus præstitus alicui leganti rem consentientis, consentienti nocet. Bart. in l. cum quis decedens in princip. num. 2. & sequen ff. de lega. 3. Ias. consi. 13 colum. 1. in primo. Durant. in trac. de att. testan. titu. 1. caui. 2. num. 6. Tiraquel d. nume. 348. & in dicta glo. 5. num. 146. licet hoc casu habeat repetitionem pretij a uenditore. Barto. & alij in l. si fundum. per fideicommissum ff. de lega. 1.

Clarior aut est res quando interuenit non solum simplex & nudus consensus sed expressa eius renunciatio & cessio iurium, renuncianti, namque iura sua non datur regressus. l Herennius. in princi., de euictio. l. quæritur. §. si uenditor. ff. de ædilit edic & Crauc. consil. 24. num. 4 & per cessionem iurium ille a se abdicauit omnia iura sua. Bart. in l. 1. 2 lectu colum. penul. ad fi. C. de actio. & obligat. Bal. in l. ex legato. num. 2. C. de lega. glos. & Docto. in d. l. 1.

Quod tanto clarius procedit si renunciatio, & cessio fuerit generalis, & ampla omnia comprehendens cum promissione de non molestando emptorem (modo aliqua ratione uel causa de iure, uel de facto) quæ clausula comprehẽdit. etiam maiora & dissimilia cle. 1. cum glo. quamuis. de re iudi. Alex. cõsi. 30. ponderatis. 6. dub. nu. 13. in 5. Cepol. consi. crim. 24. nu. 11. Calcan. consi. 51. col. pen. Mars. consi. 80. num. 37. Paris. consi 68. num. 23. in primo. & Crot. in l. qui Romæ. §. duo. fratres. num. 45 ff. de uerb. oblig. & alij in aliis locis. Et licet non obstante liberatione generali quis possit uendicare rem suam. l. Aurelius. §. Mæuia ff de libera lega. illud tamen procedit, quando quis liberatur ab actionibus personalibus secus in remissione actionum realiũ, ut Bart. trad ibi & per Doc. in l sub prætextu. la secũda. ubi Ias. nu 2. uersic. 2. moueor. & Alcia. in pen. colum. C. de transactio.

Clau. Bert.

ARGVMENTVM.

Rustici qui associant delinquentes & banniẽdos, an possint excusari, ita ut opem delicto non dedisse dici possint.

Et quid si fama est in loco de banno, & delicto istorum.

SVMMAE.

1 *Associans bannitum ad veniendum ad territorium debet puniri statuto, de associante fugiẽtem è territorio.*

2 *Statutum loquens de verè bannitis non extenditur ad banniendos.*

3 *Banniẽdus potest impune occidi sicut bannitus, quando lapsa sunt tempora a statuto præfixa.*

4 *Pœna cum non est certa determinata, iudicis arbitrium desideratur.*

5 *Maleficio quis dicitur opẽ præstitisse, qui astitit, licet arma non mouerit.*

6 *Arma deferens præsumitur habere malum animum.*

7 *Consanguinei non præsumuntur omissuri defensionem suorum.*

8 *Colonus non tenetur de turbata possessione.*

9 *Quod non procedit quando operarius est in culpa, & scit rem esse alienam.*

10 *Idem quando fama est in loco mandatores esse delinquentes, & banniendos.*

11 *Ignorantia non potest allegari si notorium est in loco.*

12 *Actionem minus est habere, quàm rem.*

13 *Nã cautionis plus est in rẽ, quàm in personam.*

14 *Fiscus hẽt actionem realem ad uindicandũ rẽ.*

CONSILIVM CCCCXCIIII.

In Domino confido.

LICET subtiliter, copiosè, & eleganter per magnificum, & excell. Do. Io. Baptist. de Capite Bouis mihi honorandum, multa adducta fuerint ad

fauorem istorum Bubulcorum. Tamen eis non
obstantibus nihilominus videtur dicendum eos
candemnandos esse.

Namque primo, in processu constat per eo-
rũmet confessione, eorum iureiurando munitas
ipsos a bannitis, & seu banniendis ob homicidiũ
fuisse requisitos ad abducendum bona, & ipsos
requisitos, etiam ꝙ sciuerĩt tales esse homicidas,
& banniendos de proximo iuisse ad dicta bona
abducen. auxiliatosque fuisse ipsis delinquẽtib.
in onerando dicta bona super eorum currus, ut
videri potest in processu. quo fit ut videatur dicẽ
dum ipsos, & quemlibet ipsorum condemnan-
dos esse poena receptantium extra bannitos, ut
in rubrica 49. in volum. statu. malefic. Muti. habe
tur, & seu verius poena statuti ciuitatis Ferrariæ,
quod deficientibus statutis Mutinæ est seruan-
dum in hoc Castro. ex tenore litterarum Illustr.
Dom. sub rubrica de poen. recipien. malefacto-
rem in domo, a char. 166. Vbi associantes banni
tos ante bannum pena lib. 200. plecti debent,
Cui non obstat si dicatur, illud statutum habere
locum quando alicui banniendo quis præstat
opem, ut fugiat, ut videtur esse expressum in di-
cto statuto. quia respõdetur id etiam sibi locum
1 vendicare in associante, & opem præstante † ad
venien. ad territorium & delinquendum auten.
multo magis. C. de sacrosan. eccle. cum simil. lib.
vel videtur posse eos condemnarĩ in pena sequẽ
tis statuti sub rubrica, pena recipientis rebelles,
ubi etiam Molendinarij solum remos commo-
dantes bannitis censentur auxilium præstare.

Nec obstare videtur si diceretur illud statutũ
loqui, in verè bannitis, quo casu non extenditur
2 † ad bãniendos, maximè cũ sit pęnale. l. cum qui
dam. de liber. & posthum. l. fin. de in ius vocand,
cum ibi not. quia respondetur, quòd idem iudi-
catur de bãnito, quòd de bannien. de proximo,
argumẽto. l. penult. de testam. mili. maxime quã-
do lapsa sunt tempora à statuto præfixa, ad com-
parendum. nam tunc banniendus sicut bannitus
3 † impune occidi potest, vt expresse decidit Ca-
stren. in l. tertia. §. si seruus. ff. de acquiren. possess.
sequitur Ias. in authen. si qua mulier. in sexta co-
lumna. C. de sacrosan. eccle. Cępol. consilio sex-
to. quarta columna. in fi. Marsi. latè sing. 106. qui
de proximo est cingendus, & in l. vnica. numero
septuagesimoquarto. C. de rap. virg. sequitur Io.
de Arno. in sing. suo 80. uolo tibi. quod etiam pa
rificantur ex forma statuti Mutinæ sub rubrica
de bannit. impune offenden d. rubrica uigesima-
quarta.

Et dato licet non concesso, quòd dicti bubul-
ci, nulla ex pęnis prædictis plecti deberent, ta-
men non uidetur posse negari saltem, quòd cul-
pa extraordinariè arbitrio iudicis esset puniend.
ex quo non videtur esse certa, & specialis poena
4 † determinata. l. prima. §. expillatores. ff. de ef-
fract. & expil. l. hodie. cum ibi not. de poen. Ale-
xan. consilio centesimodecimoprimo, pondera-
tis uerbis. quinta colũna. primo uolumine. latè
Marsi. in l. de minore. num. 40. cum duobus nu-
me. sequen. de quæst.

Nec uidetur negari posse hos bubulcos fuis-
se si non in dolo saltem in culpa, cum maxime
multi ex eis haberent arma, ut ipsi fassi sunt, quo
fit, ut dicendum sit eos maleficio opem pręsti-
5 tisse † etiam quòd arma non mouerint. Innocen.
in capitu. continentiam. de cler. percuss. Felyn. in
cap. sicut dignum. de homic. Marsi. multos alle-
gans in §. constante. numero quinquagesimosex
to. cum sequent. & in §. pro complemento. nume
ro trigesimoquinto. cum sequen. in sua pract. cri-
6 mi. Arma enim deferens præsumitur † habere
malum animum glo. in l. licet. C. de pact. Bald. in
l. raptores. C. de episcop. & cler. latè Grãma. vo-
to vigesimoquarto. numero sexto. Accedat, ꝙ
nonnulli ex eis sunt consanguinei istorum delin-
quentium contra quos præsumitur, quòd non
7 fuissent omissuri † defensionem suorum, argumẽ
to. l. hęc autem. §. primo. ff. ex quibus caus. in pos-
sess. ea Alcia. in tract. præsump. prima regula, pręę
sump. 22. in prin.

Non uidentur modo obstare adducta subtili-
ter per excellentissimum aduocatum reorum, &
primò illa decisio, quòd laborator non tenea-
8 tur † de turbata possessione. ut per glo. & Doc. in
l. in rem. §. tignum. ff. de rei uendi. & in l. de pupil-
lo. §. nunciationem. de oper. nou. nun. & per Are.
in tracta. malefic. in uerb. Sempronium manda-
torem. quarta colum. & per Dec. in l. quarta. ff. de
reg. iur. quia illa non procedit quando operarius
9 est in culpa, & † scit rem esse alienam prout in ca
su nostro, quia isti bubulci confessi sunt delinquẽ
tes eos requisiuisse, & se auxilium præstitisse ip-
sis in onerandis dictis bonis, & sciuisse eos esse
homicidas, & si non bannitos saltem banniendos,
& idem esset si non fuissent id fassi, quia sciẽ
tia præsumitur ex quo fama est in loco fuisse de-
linquentes, & omnia eorum bona fuisse descri-
pta pro interesse Cameræ, quo casu dicta limita-
10 tio † non procedit, ut tradit Barto. in l. is potest.
quarta columna. numero decimosexto. de acqui
ren. hęredit. & in terminis Dec. in d. l. quarta. nu.
quarto. vbi plures allegat.

Nec possent excusari etiam, quòd negassent,
quòd tamen non negarunt, sciuisse ipsos delin-
quentes fuisse homicidas, & banniendos, quia
ex quo istud est notorium in his locis, non pos-
11 sent ignorantiam † allegare per not. per Barto.
in l. omnes. C. de agr. & cen. lib. vndecimo. & se-
quitur Arn. sing. 9. multæ sunt prouisiones. & hoc
idem videtur decidere dictum ultimũ statutum
Ferrariæ.

Nec etiam videtur obstare dũ dicitur, ꝙ satis
erat succursum fisco per fideiussionem præstitã,
quia rñdetur, ꝙ nõ propterea dicti delinquẽtes,
uel ipsi bubulci poterant abducere dicta bona,
quia diminuebatur cautio, & securitas fisci, quia
12 minus † est habere actionem quàm rem. l. minus.
de reg.

de reg. iu. & cautis est pignori incũbere, quàm in personam agere. §. furti. Instit. de oblig. quæ ex
13 delict. nascuntur † & plus cautionis est in rem quàm in personam. l. plus cautionis, & ibi multa accumulat Dec. de reg. iur. Nam fiscus habebat
14 realem ad eam † vendicandam, Bart. in l. defensionis. C. de iure fisc. libro decimo. & etiam agebatur de interesse fideiussoris, qui si bona abducta fuissent remanebat sine aliqua cautione. Hæc pauca veloci calamo scripsi tum angustia temporis pressus, tum etiam, quia propter distantiam paucos libros adduci facere potui.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Fuit imposita pœna pecuniaria.

Claud. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Stupri probationem, vt quis habeat, an admittatur ad producenda capitula super illo.

1 *Probatum si non releuat nemo admittitur ad probandum.*
2 *Nepotes nõ ueniunt filiorum appellatione cum agitur de illorum onere.*
3 *Et maxime in pœnalibus, in quibus est facienda stricta interpretatio.*
4 *Verba (suoi heredi) ad ipsum testatorem referuntur.*
5 *Prohibitio facta heredibus non ligat fideicommissarium, qui non est proprie heres.*
6 *Fideicommissarius non est proprie hæres in pœnalibus.*
7 *Stuprum non est punibile in muliere.*
8 *Capitula manifeste impertinentia potest iudex reijcere.*

CONSILIVM CCCCXCV.

In Domino confido.

1 CERTISSIMA est iuris regula, quod quis non admittitur ad probandum † quod probatum non releuat. l. ad probationem. la seconda. C. de probat. ubi Doct. nec tali casu interrogatio, positio, uel articulum sunt admittendi. Rom. consi. 249. in casu proposito. versi. tertio. Prac. Pap. in form. excip. contra positi. verb. impertinentes. Alex. in l. si duo. §. idem Iulianus. 4. not. nume. 3. & las. 6. no. col. 3. ff. de iur. iur. Qua regula stante pronũtiandum est, capitula producta aduersus. D. Lucretiam de Manfredis continentia eius assertum stuprum, ad finem ut excludatur fideicommisso uirtute testi. q. D. Ioan. Ma. ab hastis, nullo mõ esse admittenda, sed prorsus reijcienda. quãdoquidem, & si uerũ esset, (prout tamen falsum est) cã tale stuprum cõmisisse, non propterea hoc releuaret intentionem possentis, uel tãtillum ipsum iuuaret, ex quo prohibitio facta per testatorẽ de non committendo maleficium, & pœna caducitatis in ipso testamento apposita, non potest extendi ad hanc dominam eius proneptem, nepotis filiam, cum testator ipse solum filias supra nominatas, & quemlibet ex suis filiis masculis, & feminis prohibuerit. ideo ad proneptem non extẽditur fideicommissum, & priuationis pęna, quia
2 in fideicommissis non ueniunt † nepotes filiorũ appellatione, cum de eorum onere tractatur, ut per omnes in l. filiusfam. §. diui. ff. de leg. 1. Vbi Alcia. num. 38. Dec. consi. 218. num. 11. Bellon. consil. 50. num. 5. Alcia. consi. 2. nu. 18. cum sequẽ. & 44. num. 8. 58. & consi. 2. num. 3. lib. 9. ac Soc. Iun. consi. 180. num. 45. cum seq. 2. uol. Quod & in pę
3 nalibus tanto clarius procedit, cum stricta † sit facienda interpretatio. Dec. d. consi. 287. num. 11. versic. ideo. & consi. 290. col. 2. & Alb. consi. 97. num. 41. Et idem tanto magis procedit, cum testator hæredes suos prohibuerit, ut in dicto testa mẽto, & in capitulo dictæ prohibitionis ibi (*suoi*
4 *heredi*) † quæ verba ad ipsum testatorem referuntur l. ex facto. in princ. & ibi Rip. in tertio. not. nu. 5. ff. ad Trebel. & Durant. in tracta. de arte testan. tit. 2. cau. 11. nu. 4. quo casu prohibitio non
5 ligat fideicommissarium † qui non dicitur propriè hæres Alex. consi. 51. nu. 9. in 6. Dec. consilio 55. nu. 9. Alcia. consi. 42. nu. 6. lib. 6. Soc. cõsi. 116. col. 3. uersic. confirmatur. uol. 3. & in pœnalibus
6 † nullã hẽr difficultatẽ. Rui. cõs. 143. nu. 10. & seq. 5. uol. Bellon. consi. 42. nu. 6. cum aliis citatis per Tiraq. in tract. le mort saisit le uif. parte secunda. declaratione decima. nu. 11.

His accedat, quod pro stupro non uidetur imposi
7 ta † aliqua pęna mulieri, licet in masculo aliud
a sit, a §. item l. Iulia, de adulteriis. uersic. sed eadẽ lege. instit. de public. iudic. prout aduersus Arct. tenet Afflic. in tit. quæ sint regali. in §. feu. verb. cõdemnatorum. nu. 13.

Nec obstat statutum nostrum de positionibus. fol. 31. uersic. & ne responsio differatur, dispõnẽs capitula in dubio esse admittenda saluo iure impertinentium, quia in uersic. sequente statutum, ipsum disponit iudicem posse articulum, uel positionem impertinentem manifestè, & non admittendam, (vt in casu isto) reijcere, quod & de iure
8 communi, etiam stante † hoc statuto dispositum est. Claud. in l. ille a quo. §. si de testamento. numero uigesimo. ff. ad Trebel. Paris. in consilio 97. ad fin. primo uolumine, & consilio 67. etiam ad fin. quarto uolum. & latè Grama. decisione 45. num. 4. & sequen.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ADDITIONES.

a Quod habet locum si quę passa est stuprum alego est, secus si uidua, nam, & cum ea committitur stuprum, & ipsa patitur pœnas de quibus latè scribit Clar. in §. stuprū. & nos latissime supra consilio uigesimo, in primo. ratio est differentiæ, quia in Virgine simplicitas quædam præsumitur nulla punitione ferienda, in illa ueru quæ virum experta est fracta quędam mollities, & effusa libido seueriore aliqua lege coercenda ita pudicitiæ rationem Constantini Imperatoris constitutio ab illis tantū fœminis requirit, quæ matrisfamilias nomen obtinent, l. qui adulterium. C. eo. tit.

Sed quæro quid de stupratoribus? sane etiam viduā honeste uiuentem stuprantibus indicitur ex lege Iulia de adulteriis pœna, de qua in tex. hic citato in §. item. l. Iulia. quam pœnam additam fuisse consuetudine attestatur Anto. Gomes. sup. l. 20. Tauri. numero decimoquarto. & nunquam aliquem uidisse puniri dicit Clar. in §. stuprum. uersi. cæterum pro stupro. quod sane nec probare possum, nec conuenire reor cum nostra Christiana religione, ex hac namque ethnica cōsuetudine excitātur lupanaria referta uiduis perditæ uitæ, ac prostitutæ pudicitiæ, & magis, magisque ex promissa impunitate lenonibus, ac interpellatoribus infelicium meretricum augetur numerus.

Quod attinet ad eos qui Virgines uitiant alia est pœna iuris canonici, alia iuris ciuilis, de quibus tractātum Clar. in d. §. stuprum. uersi. sed quæro. tum Menochi. de arbitr. cap. 288. de iure ciuili clarus est tex. in d. §. item lex Iulia, quo cauetur non imponi pœnam mortis si scelus patratum sit sine ui, sed si honesti sint stupratores publicationem partis dimidiæ bonorum fieri, si humiles corporis coërctionem cum relegatione deberi, sed neque hoc seruari dicit Clar in d. §. sed quæro. utcunque sit regula est, quòd stuprum punibile est, & accusabile, & qui aliter non teneri dicit hoc docere debebit, iuxta ea quę egregiè scribit Nat. cons. 421. nu. 12.

Sed obstat tex. in l. 1. ff. de extraord. crimi. in quo pœna capitis stupratori imponit, turpe certe est ita leges inuicem collidere atque arietare, quod nequaquam est verisimile fieri posse, si Tribonianum nostrum audimus iactantē omnes sustulisse mutuo aduersantes sententias. Ex nostris itaque aliqui nimis cupidi hanc antinomiam dissolui tex in d. §. lex Iulia corrumpunt, & pro (stupratoribus) legunt) peccatoribus) præcatoribus) ut Cott. lib. 5. memor. in uerbo stuprum. & Ioā. Bapt Pius in annotationibus. ad d. l. pœnam. ff. de extraord. crimi. hos reiicit Alcia. lib. 5 paradox. c. 10. & meritò. nam pręter illum utique lectionem illam non agnoscit, aut patitur contextus uerborum, nā sicuti in prima par. ponitur pœna adulteri. ex l Iulia. ita in secūda erat ponenda stupratorum, immò erat potenda eorum qui litteram uitiando stupri teneri debent ex d. lege Iulia, in quam committerent sępe innumeri nostrarum legum conciliatores, hoc namque confugio facile est cui que quemcumque diluere obicem.

Noster Bar. in d. l. 1. soluit dicendo illam legē procedere quando non sine ui stuprum perficitur. at §. itē lex Iulia. quando sine ui ut tex. dicit expresse. & hūc intelle-
* ctum esse cōem * affirmat Grego. Copins in l a. tit. 19. par. 7. fi. col. & refert Ant. de Padil. in l. trāsigere. nu. 84. C de transac. sed ingenue tex. in d. l. 1. non loquitur de ui aliqua, designatur quidem uis quędam dum a puero abducitur Comes, dum pretium offertur, uel donum (nam non domum sed donum ibi legendum esse contendit Ant. August.) sunt. n. hęc uiolentię cuiusdam significationes, attamen intellectus re uera plenus est diuinationis, quod ait Martin. Ant. del Rio. in l. transigere. nu. 90. C. de transac.

Alcia. uir eruditus plenè in d. c. 10. Lib. 5. paradox. dicit vtrāque pœnam deberi mitiorem ex l. Iulia. grauiorem ex iure extraordinario, nihil enim uetat eiusdē criminis & ordinariam pœnam irrogari, & extraordinem. hunc intellectū probat Menoch. d. c. 288. in fi. & Bossi. de coitu damna. & punibil. nu. 65. & eiusdem mentis uidetur Franc. Balduī in d. §. item lex. & tit. 5. nu. 4. ad leg. rusti. Iustin. & Mart. del Rio. ad d. l. transigere. d. nu. 90.

Displicet tamen hic intellectus, nec uidetur dignus tāto uiro, nā cōtra iuris regulas est, ut cum certæ, ac statutæ sunt pœnæ ad illas, quæ sunt extra ordinem recurramus tunc solum applicandas. cum leges ipsæ iudices deficiunt. præterea absurdū est quòd pœna extraordinaria sit grauior ordinaria, cū sępe in his libris sit dictū tum in subsidiū ad iudicis arbitriū, & pœnam extraordinariam recurrendum esse, tum pœnam extraordinariā nō eē corporalē, sed pecuniariā & leuiorē. & deniq; quod haud dubiè non ignorauit Alci tractatus in quo legūtur uerba Pauli I. C in d l. 1. non hēt de extraordinarijs pœnis, sed de extraordinariis criminibus. hoc est de quibusdam casibus, qui & raro eueniebant, & in quibus nulla a iure erat statuta pœna, uel modica.

Ego itaque licet is non sim qui necessarium esse indicē, ac possibile oēm antinomiā in iure nostro conciliari, ut pote qui credā cū Balduino, & Mureto. Tribonianū non integrā atque concordem sed lacerā, mutilatā atq; sibi ipsi contrariam nostrā iurisprudentiā exhibuisse, attamē uideo si recte legimus tex. in d. l. 1. quā facile sit ostēdere uerba Iul. Pau. non aliā inducere pœnā quā induxerit lex Iulia, (leguntur. n. illa ampliora. li. 12. sententia c. 4. quæ ita decurtata referuntur à nostro cōpilatore,) si quidē non loquitur Paulus de stupratoribus, sed de sollicitatorib. de interpellatorib. de lenonib. de his que, qui domū habent turpitudinis cuiuscūque, & lasciuiæ officinā nā cōtra Ant Aug. legendū est, domū (non) donū, quia ita hēt tex. Iul. Pau. attestatur Iacob. Contius in d. l. 1. & tex. Haleādri, & Florētiæ. cuius legis uerba si legātur oīa utique apparebit de illis loqui. I. C. & uerba oīa huic intellectui cunuenire. nec dubiū faciat alicui lenociniū magis puniri ipso crimine stupri, nam & nostri fatentur eē maius crimē illius qui ex alieno pudore quæstū facit, quā ipsius prostituentis pudorē. Are. in trac. malef. in uerb. *che m'hai adulterato.* col pen. uer. nunc de lenocinio. Bal. in l athletas. §. Pomponius. ff. de his qui no. infa. & Alex. consi. 32. nu. 8 in 6. quæ pœna lenonū adeo grauis maxime fuit necessaria tpe Iustiniani, qñ s. Pandec. congestæ sunt & uerba Pauli fuerūt immissa, cū scribat Procopius tpib. Iustiniani maximū fuisse lenonum sodalitium ab ipso Imperatore constitutionibus seuerissimis profligatū, ad quā rē pertinere arbitror ipsius Iustiniani constōnē nouellā. 14 & 51.

Alius est intellectus nō alienus a litera, & subtiliter excogitatus, & est ut loquatur. I. C. de stupro in puellā, ut illud cōmittitur in puerū, qđ suadere vr̄ tractatus criminū extraordinariorū, in quo indecēs fuisset ut tractaret de stupro in puellā ordinario. & cui ex. l. Iulia. iā erat imposita pœna. de hoc ergo extra ordinē erat dicendū, cū & dubitari posset, an mereretur eandem pœnam quam stuprum in marem, quod apud nostros est resolutū tū ex cōi * sententia, tū ex quotidiano usu, & obseruatione ut per Clar. in §. sodomia. versi uidi qñque. & Plot. in consi. 50. nu. 28. qui oēs referunt authores huius opinionis. confert huic intellectui, quòd. I. C. ibi loquitur p dictionē (aut) quasi de casu simili dū ait (aut mulierē, puellamue interpellauerit) hoc est de stupro puerili, idēq; scelus innuit dū inq (quidue impudicitiæ gr̄a fecerit) & deniq; illud uerbū (mulierē) oēm tollit penè dubitationē, nā stuprū nō cōmittit in mulierē, sed in uirginē, mulier. n. illa q uirū agnouit, hinc Cicero cū illum amici obiurgassent senilis temeritatis, q puellā duxisset

uxo-

uxorē cras erit mulier saltem respōdit, stuprū autē licet
adulterium. & aliud quodcunque delictum possit demō
strare, & l. Iulia hoc uerbo indifferenter utatur. attamen
interest hoc inter utrunque (ut ait Modesti. in l. inter stu
prum. ff de uerbo. signif.) quod adulterium in nuptam,
stuprum in uirginem. uel uiduam committitur de qua
re tractat amplissime Ferand. Adduens lib. 1. explica. cap.
45. hinc nostos iurisconsultos quasi his uocibus abutā
tur reprehendunt Lauren. Val. lib. 6. elegātia. & Florid.
Sabin. in tracta. de iur. interpret. sed prior intellectus ma
gis arridet mihi, nā & de secundo uerba facere non li
cet sine ingenuo, & Christiano pudore ob infandæ tur-
pitudinis memorationem.

Clau. Bert.

ARGVMENTVM.

Si quis interrogetur, an uelit uti scriptura, quæ
prætenditur falsa, qualis debeat esse responsio
sio nitida, & sine protestatione?

SVMMAE.

1 *Productio scripturæ facta cum protestatione de utendo quatenus uera sit, ualet.*
2 *Quod procedit etiam quando agitur de facto alieno.*
3 *Interrogatus an uelit scriptura uti tāquàm uera debet pure, & simpliciter respondere.*
4 *Et absque aliqua cōditione, & tergiuersatione.*
5 *Alias perinde est ac si non fuisset responsum.*
6 *Falsa an sit scriptura nec ne, qui se potest infor mare, debet nitide interrogationi respondere.*
7 *Consuetudo habet locū solum in ea curia in qua orta est, & admittitur.*
8 *Ius certum est, facta autem incerta.*
9 *Testium publicatio exigitur, ut testamentum probet.*

CONSILIVM CCCCLXXXXVI.

In Domino confido.

FVERVNT interrogati ij qui prætē-
dunt se hæredes quon. D. Iulij Zoc-
chi, ut respondeant, an uelint uti pro
a uero testam. a asserto per eos produ-
cto, fuitque illis assignatus terminus ad respondē
dum. Qui cum respondissent hoc modo (habito
consilio ab eorum aduocatis, responderunt uelle
uti testamento ipso in substantialibus, declaran-
do iuxta dicta testium testamentariorum in cau-
sa examinatorum, secundum ius) Clarissimus Iu-
dex pronuntiauit in deteriorem partem eorum,
nisi in termino quatuor dierum ipsi de Zocchis
responderint clarè, & specificè uelle uti testamen
to illo producto. In cæteris autem approbauit re-
sponsionem per eos factam. In quo termino ali-
qui ex eis iterum responderunt (addendo respon
sioni alias factæ, uelle uti testamento illo produ-
cto in substantialibus, declarando iuxta dicta te-
stium testamentariorum in causa examinatorum
secundum ius.) Quæritur, an hæc responsio fuerit
sufficiens, ita ut non dicatur pronuntia facta in iu
dicatum transiuisse respectu respondentium. Et
prima facie uidetur responden dum ad fauorem
respondentium, cum respōsio, uel productio scri
1 pturæ † facta, cum protestatione aliqua de utēdo
ea quatenus uera sit, uideatur admittenda, ut per
Cyn. Ang. & Saly. in l. falsos. C. ad l. Cor. de fals. &
Ioa. de Ferra. post specu. in practi. Papien. in for-
ma productionis instrumenti in gl. appareant. nu
2 mer. 1. quòd procedit † quando agitur de facto
alieno, ut per Are. in c. pñtium. nu. 18. & seq. de te
sti. Et ad propositum hoc uidetur tenere, in ter-
minis Bos. in suis tract. in tit. de fals. nu. 155. & seq.
a quo aduersarios responsionem factam mutua-
tos fuisse uidetur. Vbi dicit usum approbare ad-
mittendam esse responsionem (uelle uti in cōcer-
nentibus substantiam negotij addēdo etiam) de
clarando, intelligendo, concordando, distinguē
do, limitando, & supplendo & c. quæ ultima clau
sula ur̄ præponderare clausulæ suprascriptæ, de-
clarādo iuxta dicta testium & c. uel saltem esse pa-
ris uirtutis,

Contrariam uerò sententiam ueriorem esse ar
bitror, quia licet ante factam termini assignatio-
nem possit producens uti tali protestatione, & re
sponsione, postquàm tamen habuit tempus ad se
informandum, & deliberandū, an debeat uti nec
3 ne: tenetur pure, & simpliciter respōdere, † ut uo-
luit Bart. in l. diuus la 2. nu. 2. ff. ad l. Corn. de fals.
cuius opinio, sequutus fuit Lap. allegat. 119. nu.
4. & huius opinionis est Bald. qui tamen loqui-
tur in casu statuti in cons. 96. decreto. primo dub.
1. uol. & admittit Bartho. Veron. Cautel. 58. nu. 1.
in fi. & seq. Idem tenet Fulgo. concilians opinio-
nes, & rem hanc optimè distinguens. in cōsi. 177.
publicato per tot. Fel. in d. c. præsentium. n. 12. Et
secundum hāc sententiam dicit fuisse iudicatum
Afflict. dec. 169. ubi examinat, & illum sequitur,
illic Cæsar. Vrsil. in nouis addit. & Marant. in spec.
aure. 6. par. 8. actu. n. 20. Nec ab hac opinione de
iure communi discrepat Boss. in loco præcitato.
* num. 155. & 156. ubi dicit communem, † quam
etiam tenet Lancello. Conrad. in suo prætor. in ti
ti. de falsar. nu. 10. Io. Bapt. Ferret. in consi. 88. opi
nionem, & Bar. tenuit Bero. consulendo in ciuita-
te Mutinæ. in consi. 22. nu. 34. 3. uol. quam tenent
Menoch. in tracta. de arbitr. iudi. l. 2. centur. 4. ca-
su. 316. nu. 22. & Iud. Clar. in practi. Crimi. in §. fal
sum. uersiculo utens falso instrumento. in quibus
4 locis dicunt Doct. teneri interrogatum † clarè, &
nitide, ac pure respondere sine conditione, & pli
ca, non autem abscure, & confusè, ut in hac respō
5 sione, quia tali casu est, ac si non fuisset † respon-
sum. l. de ętate. §. nihil interest. ff. de interrogato-

rijs

rijs actionibus. cum alijs citatis per Lodo. Damhoud. in suo Enchirid. pariũ in uerbo respõdere.

Nec obstant supra deducta in contrarium. Nã opinio Cyn. & aliorum admittẽtium dictam protestationem, non procedit dato termino ad deliberandum, & se informandum, quia potest pars,
6 se informare † an testamentum sit falsum uel uerũ, ut respondeat. Doct. supra citati, & maxime Fulg. in d. consi. & licet Are. in d. c. præsentium. nu. 19. Velit ꝙ si iudex, etiam post datum terminum præsumat partem non potuisse informari de ueritate, uel credulitate, quòd tunc debeat admittere partem, cum dicta protestatione. tamen opinio, sua ab alijs reijcitur, & præsertim à Fely. in d. c. nume. 12. licet in specie illum non reprobet. Vltra, quòd non sumus in hoc casu, cum immo D. Iudex præsumpserit potuisse informari, ex quo iam pronunciauit in deteriorem partem non obstãte prima responsione, quæ parum à secunda distabat, quæ transiuit in iudicatum. Quod autẽ dicit Bos. in loco præcitato, non tollit hanc nostram sententiam, uel illi præiudicat. Nanque omisso, ꝙ illud, ꝙ dicit de usu, uel consuetudine admittendi saltem
7 respõsionẽ, non procedit † nisi in ea curia in qua ipse erat uersatus, ut per Durant. in tracta. de arte testan. tit. 5. caut. 35. in fi. & Antonius Gabr. lib. 1. suarum conclusionum titu. de probat. conclusione. 4. num. 3. respondetur, ꝙ Boss. intelligit additionem, & declarationem quæ fit responsioni eõ cernere debere iuris dispositionem, non autem
8 ea quæ sunt facti, ex quo † ius est certum l. ornamẽtorum. ff. de aur. & argen. lega. & ita firmat loquẽdo in testibus examinatis, quorum dicta declarãtur, intelliguntur, concordantur, & supplentur à iure, ut ibi per eum. num. 156. At in casu isto pars non habet relationem ad ius, quòd est certum, sed ad factum, ꝙ est incertum scilicet (iuxta dicta testium testamentariorum in causa examinatorum.) Vnde talis, responsio quæ est eadem met, quæ prius fuerat facta, & reiecta, nullo modo potest admitti, & multum interest, an testamentum per se sine adminiculo testium probet, & fidem
9 faciat, uel iũctis testibus, quorum † publicatio exigitur, vt probetur testamentum, vt in l. publicati. C. de testam. vt trad. Doct. in l. fi. C. de edict. diui. Adr. tol. & Menoch. in tract. de adipisc. possess. remed. 4. numero. 659. & sequen. Ex quibus concludo pronuntiam factam executioni demandandam fore.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Sæpe apud nos est iudicatum nitidam debere esse, & minime captiosam hanc responsionẽ.

Clau. Bertaz.

ADDITIONES.

a Secus autem est si falsitas non est uisibilis, quia tunc falsitatis exceptio non potest opponi in remedio possessorio. l. fi. C. de edict. Diu. Adria. tol. ut in l. 2. & ibi omnes C. eo. ti. & latissime Menoch. in tract. de adipiscen. poss. nu. 8. & nu. 726. & seq. in 4. rem. & hoc casu cum non possint fieri probationes, non possunt etiam fieri interrogationes. l. sed si restituatur. §. ex quibus. & ibi Ang. & Iacob. de S. Georg. ff de indi. Marant. in tract. de ordi. iudi. 6. par. in 1. par. indi. 7. memb. de interrogatione. 1. limita. nu. 4. Idem Marant. in 10. limita. nu. 15. ꝙ quis nõ teneatur respondere interrogationi ad causam non pertinenti per citata per eum ibi.

Et hoc clarissime procederet si petens interrogari nõ deberet admitti, ut legitimus contradictor, quia tantum detineret bona hæreditaria, nec haberet titulum, uel possessionem contra quem datur dictum remedium. d. l. fi. ut per Zuccard. ibi. nu. 124. uersi ex eadem. quo casu non debet admitti ut legitimus contradictor ex communi distinctione Doct. in d. l. fi. & Menoch. in d. 4. rem. nu. 554. cum pluribus seq.

Nec obstaret hoc casu si statutum, ut apud nos Pœna producentis falsum instrumentum. fol. 156. arectaret partem ad respondendum, uel iudicem ad interrogandũ in casu, in quo de iure communi non est admittenda exceptio falsitatis, ex quo statutum secundum ius commune uenit interpretandum. c. cum dilectus. uer. cæterum. de consuetud. Docto in l. sciendum. in prin. ff. qui satisd. cogan. & in locis uulga.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

De coniecturis agitur quibus cõtractus arguitur simulatus, & ostenditur matrem non simulatè donasse licet remanserit in possessione, & maxime si iudicatum est ualere hanc donationem.

SVMMAE.

1 *Simulatio non præsumitur nisi probetur.*
2 *Sed contractus præsumitur qualis in sui figura reperitur.*
3 *Et ideo ob hanc præsumptionem exiguntur efficatiores ꝓbationes ad detegẽdũ simulationẽ.*
4 *Probationes exiguntur claræ, non autem sufficiunt præsumptiones ad detegendum simulationem.*
5 *Simulatio ut probetur existere debent tres testes, uel duo excellentes.*
6 *Nec iuramentum hoc casu defertur ad supplemẽtum semiplenæ probationis.*
7 *Et maxime si in instrumento est iuratũ omnia, et singula esse uera.*
8 *Fraus non præsumitur sed indicijs perspicacissimis est probanda.*
9 *Donatio facta personæ coniunctæ non præsumitur simulata sine ꝓbatione causæ simulationis.*
10 *Simulatio ut probetur necesse est probare à principio sic fuisse conuentum.*
11 *Nam ad illam probandam debet attendi tem-*

pus

pus contractus.

12 Possessio transfertur etiam ex contractu simulato.

13 Mater præsumitur possidere nomine filij iure familiaritatis.

14 Simulatio non præsumitur ex possessione matris donantis.

15 Simulationis coniectura elidunt contrarias coniecturas.

16 Nec est bona coniectura si quis donet, & sibi usufructum reseruet.

17 Idem est si contractus potuit fieri sine simulatione.

18 Et tunc maiore opus est probatione.

19 Idem si lata est sententia super ualiditate huius contractus.

20 Etiam si contrahens confessus fuisset simulationem.

21 Contractus, cum est ualidus agitur reuocatoria propter fraudem, quę interuenisse dicitur.

CONSILIVM CCCCXCVII.

In Domino confido.

AD fauorem Magnificæ D. Magdalenæ Maphex, cum hæredibus q. Io. Baptistæ Forapani, egregiè, & subtiliter scripsit excellens. I.V.D. Dominus Ludouicus de Muratoribus mihi uti fratrer obseruandissimus, cuius scriptis addere aliquid nō discussum, & resolutum per eum uix posset. vt tamen muneri meo ego quoque satisfaciam, aliqua in medium adferam pro comprobatione eius sententiæ ad uictoriam ipsius Dominæ reæ optimè conducentia. Tota igitur difficultas huius causæ eo reducitur, an donatio facta per ipsam D. Magdalenam domino Franc. eius filio de terris, quas emerat à Domino Forapano, & retrouendere promiserat si eas iam non alienasset, sed haberet pœnes se, ut in instrumento fuerit, & sit simulata, uel in fraudem dicti Forapani facta, ex quo fuit facta personę coniunctę, & ipsa D. Magdalena sem per possedit terras ipsas, in qua difficultate con-
a curro a in sententiam Magnifici Consultoris, quòd si
1 mulatio non præsumitur † nisi probetur. Bal. in c. 1. in prin. num. 1. de feud. dat. in uicem legis comis. & in l. quanuis. C. si quis alter, uel sibi. ubi quòd contractus talis præsumitur qualis in prima sui
2 † figura reperitur, Dec. in l. rogasti. §. si tibi. nu. 6. ubi alij. ff. si cert. pet. & in consi. 463. nu. 9. ubi post Alc. dicit, quòd propter hanc pręsumptionem quam pro se habet instrumetum exiguntur ad probandum simulationem efficaciores probationes. quam
3 † sententiam plures ex Moder. sequuntur. Nat. cō fi. 549. num. 2. & seq. & nu. 7. & 628. nu. 19. Alb. c ō fi. 97. nu. 23. Bero. consi. 147. nu. 31. & 34. in 2. uol. Port. Imol. consi. 66. num. 5. & 70. nu. 3. & sequen. Quod autem exigantur claræ probationes, & nō
b b sufficiant † præsumptiones uoluit etiam Franc.
4 de Ana. inter consilia Castr. in 2. uol. cons. 261. 2. col. in prin. & quòd exigantur tres testes, aut do-
c mino c excellentes ad proban. † simulationem cō
5 tra instrumentum, trad. Barth. Cassa. in coniectur. super consuet. Burgund. rub. 11. de retract. §. 12. in tex. se la fraud. nu. 11. & se. Bero. d. cōs. 147. nu me. 34. & 35. ubi uoluit probari apertissimis, plenis, & concludentibus probationibus, & quòd requiruntur ultra duos integerrimos testes scilicet tres uel quatuor, nec iuramentum hoc casu defe-
6 ratur † in supplementum semiplenæ probationis. Anch. consi. 227. ad corroborationem 3. dub. & etiam in 4. dub. 2. & 3. col. & Dec. d. consi. 463. nu. 10. Quod tanto clarius procedit, cum in dicto instrumento iuramentum donantis interuenerit,
7 † quæ iurauit omnia, & singula contenta in ipso instrumento uera fuisse, & esse. tali enim casu ex iuramento excludi simulationem uoluit Brun. cō si. 38. num. 12. & Cur. Iun. consil. 108. nu. 13. sic &
8 Fraus non præsumitur † nisi probetur, ideo debet probari indicijs perspicacissimis immo probationibus luce meridiana clarioribus Craue. cōs. 21. nu. 4. ubi alios citat.

Nec obstat, quòd ex quo donatio facta fuerit personæ coniunctæ præsumatur simulata, quia illa præsumptio sola non sufficit sine probatione
9 causæ simulationis, quæ † in proposito non constat, ut per Bar. in l. post contractum. nu. 3. & illic omnes sequuntur. ff. de donat. quæ quidem causa omnino est probanda alias non præsumitur simulatio, Bar. consi. 65. factum tale est Pet. Nicolę. nu. 4. Castr. consi. 69. uiso puncto. in prin. & consi. 75. præsuppositis. 2. uol. Nat. cōs. 537. nu. 33. 549. nu. 3. 7. & 628. nu. 17. & seq. Alb. consil. 9. nu. 1. 6. Rol. qui alios citat consi. 47. nu. 27. & seq. 4. uol. & ad probandum simulationem opus esset proba-
10 re, quòd inter partes à prin. Sic fuerit conuentū, † quia alias ex post facto non sufficeret. Bald. in l. unica. 10. q. nu. 19. C. si ser. exter. Io. de Ana. d. cons. 261 Alb. d. consi. nu. 8. Nat. d. cōsi. 628. nu. 20. & Rolā. d. consi. 47. nu. 19.

Sicut etiam nihil facit, quòd ipsa Domina possedę rit, & possideat, quia non propterea censetur prō bata simulatio, uel fraus, ex quo per constitutum transtulit possessionem in filium l. quòd meo. ff. de acquir. poss. Nam ad probandum simulationem
21 debet attendi † tempus contractus Roma. consi. 5. uiso puncto. in fi. & quòd propter hoc non probetur simulatio trad. Ang. in consi. 106. quædam mulier. 2. dub. ubi loquitur in donatione Castr. consi. 101. non est dubium, & 173. præsupposito. nu. 2. in 2. uol. Cuma. consil. 41. ad primum. nu. 3. Afflict. in c. 1. nu. 124. in ti. de feud. dat. in uicem l. gis. comis. Cur. Iun. consi. 108. nu. 10. & nu. 12. ubi
12 uoluit transferri † possessionem etiam ex contractu

ctu simulato, & Nat. in d. consi. 628. nu. 15. & seq. Quod tanto clarius procedit, ex quo ipse D. Frāc. donatarius stetit semper absens à terra, & territorio Mirand. Vnde non est mirum si permissit matrem rem detinere, quæ censetur possidere nomi
13 ne filij, cui dominium, & possessio † fuit acquisitū & acquisita, l. qui iure familiaritatis. cum ibi not.
14 ff. de acquir. pos. hoc enim casu non præsumi † simulationem uoluit Bart. in d. l. post contractum, quem communiter sequuntur Doct. in 3. præsumptione. nu. 5. & Bos. in tract. crim. in titu. de public. bono. nu. 48. ante fi.

Cæterum quatenus aliqua suspicio posset considerari ad præsumendum fraudem, cum in contrarium militent aliæ præsumptiones, & conie-
15 cturæ † eliduntur priores, quæ essent pro simulatione Craue. consi. 145. num. 11. Port. Imol. cons. 6. nu. 10. 11. Et præ cæteris illa est ualidissima, ꝙ cum ipsa Domina Magdalena potuisset alienare in quancunque personam dictam rem, & reseruare sibi usumfructum illius, & dominiū fuisset trāslatum in donatarium, uel acquirētem l. quisquis. C. de donat. possessio. ad ipsam cēseret cū usufru-
16 ctu reseruata: Vnde nō posset dici simulata † donatio, uel in fraudem facta, Bar. in d. l. post contractū in d. 3. præsumptione, & ibi repet. Pic. nu. 47. Annibal. nu. 30. & Alcia. nu. 31. non est præsumenda simulatio, quia quando recta uia, & sine simula-
17 tione potest fieri contractus † non est præsumendum factam fuisse simulationem, cum cesset illius causa. Are. consi. 65. col. 3. quòd etiam uoluit Alexan. consi. 28. no. 12. & 13. in 5. ubi propterea di-
18 cit † maiore opus esse probatione Cor. cons. 189. col. pen. post med. in 2. Nat. d. consi. 537. num. 29. & 33. & Alb. d. consi. 9. 2. col.

Alia etiam est fortissima præsumptio, quòd cū controuerteretur super ista donatione iudicialiter inter dictam D. Magdalenam, & d. dominum Franciscum eius filium, fuit tandem iudicatum contra eam, & condemnata ad relaxandum rem
19 cum fructibus † quæ sententia pro ueritate habetur l. īgenuū. ff. de stat. hom. & facit de albo nigrū, & de nigro albū Cur. Iun. post Bal. in cōs. 23. ante fi. Cagn. in l. res iudicata. nu. 3. ff. de reg. Iur. & quæ operat, ꝙ si ipsa Dña cōfessa fuisset donationē fuis
20 se simulatā, cū cōtra cōfessionem fuisset † iudicatum sublata fuisset confessio, nec esset attendenda Alc. in l. 2. ult. pag. C. de eden.

Postremo quatenus posset dici cōstare de fraude, cū cōtractus fuerit ualidus agēdum esset reuo
21 catoria † ꝑ fraudem, ut Bar. & alij trad. ī d. l. post cōtractū. d. 3. ꝓsump. nu. 4. & Bos. d. ti. de publ. bo. num. 48. Ex quibus, & alijs elegāte adductis per Magnificum D. Aduocatum concludo ipsam D. Reā absoluendā esse à petitis per partē aduersā.

Laus Deo Opt. Max. Barth. Bertaz.

Res fuit silentio inuoluta, & meritò, nā in hoc casu maximum aderat fundamētum, quia re iudicata contractus fuerat comprobatus.

Clau. Bertaz.

ADDITIONES.

a In hoc conueniunt omnes, quòd simulatio non præsumatur sed probanda sit, & hoc ob uarias, ac maximas præsumptiones quas per se habet instrumentum, de quibus omnibus præter antiquos scribūt moderni omnes alios congerentes, ut Dec. cons. 62. nu. 1. cum seq. in 3. & consi. 2. nu. 61. & seq. in primo. Bec. consi. 52. nu. 1. cum se-
* quen. si quidem est communis opinio * quòd contractus præsumitur celebratus bona fide. Bero. consi. 166. nu. 19. & consi. 169. in 1. Menoch. qui alios refert cons. 109. n. 1. & seq. Ioseph. Ludo. concl. 51. in prin. hanc autem regulam non habere locum in præiudicium tertij scribit Bec. post Alci. d. consi. 52. nu. 123. Ludoui. d. concl. 51. uer. Dicta etiam.

b Contra tamen tenent innumeri ne dicam omnes quos refert Dec. d. consi. 2. nu. 1. & d. consi. 62. nu. 15. ubi dicūt ꝙ non solum sufficiunt præsumptiones, & coniecturæ, sed etiam leues, fuse Bec. d. cons 52. nu. 41. Decis. Genn. 184. nu. 8. & Mascard. in tract. de probatio. in uerbo cōtractus. concl. 447. nu. 3. ubi ait, quòd coniecturæ istæ sunt ueræ probationes, & merito, nam debent diligenter deduci ac probari, & unaquaque duobus testibus, Bero. consi. 147. nu. 31. lib. 2. Simon de præt. consi. 120. nu. 42. 43. Bursat. consi. 117. nu. 11. in 1. & Ludo. d. concl. 51. uer. Et dictæ.

Quot uero coniecturæ requirantur etiam inter nostros acerrime disputatur, sed denique, ꝙ duæ satis sint
** enunciant magis receptam ** immo receptissimā Crauet. consi. 156. nu. 4. Grant. decis. 76. nu. 30. Rol. consil. 40. nu. 21. in 2. Osasch. dec. 42. nu. 2. Bec. d. consi. 52. nu. 47. Decis. Gen. d. decis. 28. nu. 22.

c Hoc est rationabile, quia testes reprobaturi instrumentū debent esse omni exceptione maiores. in c. cum Ioannes de fid. instru. Boer. decis. 118. nu. 27. 3. col. Didac. lib. 2. resolut. c. 13. nu. 11. Rim. iun. cons. 113. nu. 58. Menoch. de arbitr. iudi. cas. 105. nu. 7. Io. Petr. Ancha. lib. 1. q. 71. q. nu. 9. Duos autem testes sufficere scribit Specu. in ti. de instru. editio. 6. restat. uer. sed pone. Anch. cons 226. in 3. dub. Decia. d. consi 62. nu. 14. in 3. & Decis. Genu. allegata. 184. nu. 11. ubi. nu. 13. ex Paris. consi. 55. num. 37. in 1. ait unicum testem facere semiplenam probationem, quod tamen temperat ibi auctor. nu. 14. si dicto testis sit coniuncta fama, quæ omnia intelliguntur modo pro ueritate instrumenti nulli sint testes quia si duo testes esset contra ueritatem instrumenti, & unus pro instrumento, cum fide notarij, crederem simulationem nō probari. sicuti alioqui duobus etiam testibus repugnantibus sustinetur instrumentum, ut uoluit Alc. consi. 93. nu. 12. in 5. Corn. consi. 261. 4 col. lit. l. in 4. Mars. quid ponit pro singulari in singu. 61. dictum. & in consi. 27. nu. 14. quam sententiam admittit Crauet. consil 56. nu. 16. & tenet Io. de Arno. in problem. 65. ad eundem, & secundum quam dicit fuisse iudicatum Boer. q. 118. nu. 11. 12. & 27. & eam etiam tenet Petr. Foller. in pract. crimi. in 2. par. 2. par. In gl. item quòd commisit. Falsitatem. nu. 64. 2. col. & seq. eandem etiā tenet Didac Couar. lib. 2. resolutio. c. 13 nu. 11. Menoch. qui latè disputat in tracta. de arbitra. iudi. lib. 2. cas. 105. nu. 18. 22. & 27. Bursat.
* in consi. 33. nu. 10. & est cōmunis * ut trad. Viu. in 1. par. opinio. commu. opinio. 341. Testes duo.

Et hoc maxime procederet si testes probaturi simulationem deponerent negatiuam, alij uero pro ueritate instrumenti deponerent affirmatiuam, quia magis creditur affirmantibus quàm negantibus, Bal. consi. 80. duo soli in prin. in 1. Fely. post Inno. & Butr. d. numero. 51. 2. limitat. Deci. consilio 101. 2. columna. in fin. numerū primi, quod admittit Crauet. consil. 65. numero. 25. & nume-

numero 18. Gram. consil. 67. numer. 17. Et Gabriel. lib. 1. tit. de testib. conclus. 4. nu. 36.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Consanguineus receptans bannitum consanguineum quando excusetur?
Et quid si dicatur tanquàm consanguineum non ignorasse bannum?
Et an metu receptasse adducere potest?

SVMMAE.

1 *Confessio quando dicatur comprehendere factũ principale, an etiam qualitatem.*
2 *Interrogatus de duobus respondens affirmatiuè, de utroque respondisse censetur.*
3 *Consanguineus præsumitur scire consanguineũ esse bannitum.*
4 *Bãnitus mutat statum, et deportato æquiparatur.*
5 *Præsumptio iuris est liquidissima probatio.*
6 *Iudicis nullæ sunt partes in confesso nisi in condemnando illum.*
7 *Etiam si confessio emanasset super inordinato processu.*
8 *Confessus potest statim condemnari nulla data defensione.*
9 *Maleficia sunt punienda statim fauore publicæ disciplinæ.*
10 *Confessio ubi est ibi est omnis probationis relaxatio.*
11 *Confessio maior est publico documento, & quibuscunque probationibus testium.*
12 *Metus talis est probandus, qui in constantem uirum cadere possit.*
13 *Timor enim uanus non sufficit.*
14 *Metu non præsumitur actus factus.*
15 *Probatio debet necessario concludere.*
16 *Metu nec compelleretur quid factum fuisse, uel coactè paria sunt.*
17 *Quod procedit solum in his, quæ per coactos fieri solent.*
18 *Sanguinis coniunctio facit præsumi affectionẽ.*
19 *Receptatio modici temporis non est cõsiderãda.*
20 *Banna producta faciunt rem notoriam.*
21 *Repetitio non fit quando uniformiter non potest ad utrunque referri.*
22 *Et idem est quando apparet de mente respondẽtis, seu loquentis.*

CONSILIVM CCCCXCVIII.

In Domino confido.

BAPTISTA nũcupatus Bubulcus de solis, pœna statuti Fusignani receptãtium in domo malefactores, uidetur plectendus, cum intentio curiæ plenè fundata uideatur, exceptio uerò rei minimè. ex confessione nanque spontanea iudicialiter facta dicti rei constat, ipsum receptasse Vigonum in domo sua, & ei cibum, & potum dedisse, & cum eo cenasse licet esset bannitus pœna mortis. Hęc omnia ex dicta confessione in hoc processu producta habentur, contra quam non est opus disputare, an confessio tantum comprehendat factũ prin
1 cipale, an etiam qualitatem, pro † ut uoluerunt Bar. & Bald. in l. si car. serui. §. primo, de leg. primo ex quo ipse interrogatus de duobus, an receptauerit bannitum, respondendo affirmatiuè utri
2 que respondere † censetur. ut not. gl. Bar. & Bal. in l. consilio. §. quęsitum. ff. de Cur. furio. cũ alijs adductis per Mars. in l. lege Cornelia. §. constitutum. ff. ad l. Corn. de Siccar. Et ex quo cõtra Bar. & Bal.
* communiter * tenẽt Docto. in d. §. primo. & trad. Arc. & ibi Aug. in addit. in tract. malefi. in uer. cõparuerunt dicti inquisiti, & confitentur totum, & Fel. in c. non ne. 2. col. uersi. fallit. 7. de præsumpt. Tum etiam, quia ex quo dictus Bubulcus erat cõiunctus sanguine dicti banniti præsumptione iu
3 ris † præsumitur sciuisse esse bannitum, & sic statũ mutasse. gl. & Docto. per illum tex. in l. de tutela. C. de ĩ integr. resti. min. & facit. l. octaui. ff. unde co
4 gna. Bannitus enim † mutat statum, quia deportato comparatur. gl. in §. cum autem. uerb. retineat, Instit. quib. mod. ius. Patr. pot. sol. Gram. uot. 19. nu. 10. cum igitur sit præsumptio iuris contra dictum Bubulcum sciẽtiæ non fuit opus alia proba
5 tione, si quidem talis pręsumptio † liquidissima sit probatio l. licet imperator ubi Docto. de leg. primo, cum alijs trad. per Aleia. in tracta. præsump. 3. par. Et quod negare, maxime in partibus istis, ubi coniuncti sanguine in rixis, & inimicitijs communiter se uniunt cauent, Belligerant alunt bannitos, & communibus expensis omnia similia faciunt, sani capitis non esset. Vltra, quòd de plano etiam sciuisse prædictum Vigonum esse bannitũ fassus fuit dictus Reus coram iudice, nec dubitãdum est eum hoc negaturum.

Constito igitur de delicto prædicto per cõfessionem propriam rei, nullæ uidentur esse partes
6 Iudicis † nisi in condemnando l. qui sententiam. C. de pœn. si quidem confessus pro iudicato est, quia quodammodo sua sententia damnatur l. 1. ff. de confes. & l. 1. C. eo. quod procedit etiam si
7 confessio emanasset † super inordinato processu. Inno. & alij in c. qualiter, & quãdo il secondo, de accusat. cum alijs relatis per Are. in tracta. prædicto. d. uersi. comparuerunt dicti inquisiti 2. col & ibi.

ibi Ang.in addit.& latè per Marsin l.prima.§. di-
uus Antoninus. nu. 10. ff.de quæst.& in singulari.
201.in confessum,& in quam pluribus locis alijs
delictum nanque per confessionẽ notorium fa-
8 ctum est in tantum, quòd cõfitenti † potest defen
sio denegari, ut Bal. declarat in l. a procedente C.
de dilat. statim enim poterat condemnari secun-
dum Bal. in l. 2. C. de custo. reo, Et ubi constat de
maleficio Iudices debent esse proni ad punien.
9 nec debent multum ponderare † iuris solemnita-
tes, quia fauor publicæ disciplinæ suadet, ut ma-
leficia puniantur. Bal. in l. ita uulneratus. ff. ad l. Ac
quil. 1. lect. Grãma. alia adducens, uot. 13. nu. 16,
& seq.& consi.49.nu.16.& ubi est cõfessio ibi om
10 nis † probationis relaxatio Bal. consi. 354. quæri-
tur utrum in priuata scriptura colum. 1. 3. uolum.
& maior est confessio quolibet publico documẽ-
11 to, & quibuscũque depositionibus † testium. Bal.
consi. 192. proponitur colum. 3. circa med. secun
do uolumin. cum alijs trad. per Crauet. consilio,
171. numero 4.

Sed opere pretiũ est iuribus adductis per Ma-
gnificum Aduocatum huius rei respondere, quæ
& si subtilia, & elegantia sint, minime tamen ui-
dentur obstare. Primo igitur non uidetur obsta-
re, quòd metu fuerit compulsus dictus Reus ad
receptandum Vigonum, cum de hoc nil sit pro-
batum, licet enim sit ꝓbatum, quòd sit timidus,
uel parum potens, & dictus Vigonus robustus, &
magis aptus ipsum expellere e domo, quàm ab
eo expelli, non sequitur, quòd propterea metus
12 † fuerit probatus, si quidem talis probari debuit
qui in constantem uirum caderet l. metum aũt. ff.
de eo quòd met. caus. quia alias non sufficit ua-
13 nus timor † ut ibi, & l. uani timoris. ff. de reg. iur. de
quo latè per Dec. & Cagn. in l. in omnibus causis.
14 ff. eo. nanque non præsumitur † actus metu factus,
l. 2. C. de his quæ ui uel met. caus. fi. & seu saltẽ de
bebat cõstare, quòd talis fuerit metus illatus, qui
in timidum uirum, & pusillanimem quenque ca-
deret, alias non uideo quo modo possit dici con-
stare de metu, quia quilibet posset semper se de-
fendere allegando fuisse compulsum, & proban.
15 huiusmodi leuia, & non concludentia † probatio
enim debet necessario concludere l. neque nata
les. C. de probat. & l. non hoc C. unde legi. ex tex.
in l. nouissime. ubi Bal. ff. quod fals. tut. aliud non
probat nisi, quòd paria sunt compulsum actum fe
16 cisse, uel metu † ne compelleretur unde aliter me
tus probari debet secũdum Dec. in c. cum M. Fer
rariensis. num. 34. uersi. uel 2. de constit. & proce-
17 dit solum in his quæ per coactos † fieri solent non
etiam in his quę etiam spõte fiunt, ut in casu isto,
ut in simili tradit Fel. in c. fi. ad fi. de re iudi. & Rip.
in d. c. cum M. Ferrarien. nu. 181. Vltra, quòd ego
uellem scire quomodo appareat huiusmodi reũ
sciuisse posse compelli, cum nunquàm appareat
plus fuisse compulsum, nec dictum Vigonum esse
solitum alios compelli. fatendum tamen est secũ
dum Doct. in d. l. in omnibus causis, & per Alciã.
in tracta. præsumptionum. 3. reg. præsumptione.
7. metum huiusmodi probare posse ex conjectu-
ris, quæ in casu nostro nullæ extant, immo in con
trarium, quòd actus fuerit spontaneus sunt plu-
res pręsumptiones, indicia, & coniecturæ. extant
enim primo confess. dicti rei spontanea facta ad
Iudicis interrogationem, in qua nullum uerbum
fecit de compulsione aliqua, nec etiam post, nisi
postquã à suo dño Aduocato ad id fuit edoctus.

Secundò, extat testimonium dicti Vigoni de-
ponentis, quòd immo spontanea fuit receptio
non coacta.

Tertiò, est confessio dicti rei confitentis cenas-
se, cum eo, quòd ostendit amore non timore ip-
sum receptasse.

Quartò, adest coniunctio sanguinis, quæ facit
18 præsumi † affectionem, ut trad. Alci. d. tracta. præ
sumpt. 20. prima regula. & quòd considerans M.
Mainus testis examinatus pro reo dixit esse uerisi
mile, ꝙ sponte ipsum receptauerit.

Quintò, adest alia coniectura, quòd dictus Vi-
gonus non coegerit dictum Reum ex eo, ꝙ erat
solus, & ĩcedebat inermis, & testificatus est Chri-
stophorus de Morellis ꝓ dicto Reo examinatus,
& non constat, ꝙ ingressus fuerit domum dicti Bu
bulci prius antequàm uidisset, & animaduertisset
ipse reus, quo casu omnes testes affirmant, quòd
eo inuito non potuisset ingredi dictam domum.
cum igitur tot, & tantæ sint coniecturæ cõtra hãc
exceptionem, quæ etiam non uidetur aliquo mo
do probata remanet conclusio firma, ut supra.

Secundò, non obst. secundum fundamentum,
19 quòd ex quo modico tempore receptatio † dura
uit, non sit consideranda, ut per Alber. q. 8. in 4.
par. stat. & alia in allegationibus adducta, quia lo
quitur Albe. in eo qui tantum bibit in hospicio, ꝙ
uniuersitas non teneatur de receptatione, sed se-
cus est in alio particulari qui in domum propriã
receptauit bannitum, cum eo cenando, nam in
casu illo æquũ est ne uniuersitas teneatur, ex quo
nulli de uniuersitate ipsum receptauerunt, in isto
iniquum esset scienter delinquentem non puni-
re. ex diuersis igitur non infertur l. fi. de Calum.

Præterea hoc uidetur expeditũ ex statuto Fer-
rariæ sub rubrica pœna recipiẽ. rebelles. fol. 167.
ubi tenetur illa pœna quæ tantum dat cibum, &
potum, & qui nauem, uel remos cõmodat ad trã
seundum bannito, nam statutum illud supplet, &
declarat hoc licet etiam sit clarũ, quòd receptãs
in domo teneatur nec distinguitur, an multũ, uel
parum ibi steterit.

Tertium fundamentum non uidetur obstare
per ea, quę supra dicta fuerunt in principio de cõ
fessione delicti facta, ex quo pręsumitur dolus, cũ
etiam præsumitur sciẽtia, ut supra, & tanto minus
allegata uidentur militare in casu isto, quia præ-
suppositum, quòd fit de receptatione, quòd non
est de genere malorum, non uidetur uerum in spe
cto saltem ordine statutorũ à quibus imponitur
pœna receptanti. Et quia producta sunt banna di
cti

20 cti Vigoni, quæ faciunt rem † notoriem l. empto-
rem. in prin. ff. de act. empt. cum simil, & sufficit es-
se publicam uocem, & famam de banno, & non
requiritur ista notorietas, ut disponit dictum sta-
tutum Ferrariæ loco præallegato.

Quartò, non uidetur obstare ea, quę de prætensa tolerantia adducuntur, quia non est probatum per officiales, uel superiorem fuisse tolleratum dictum bannitum, nec in hoc concludunt testes in aliquo, & propterea cessare uidetur difficultas. Vltra quòd hæc prætensa tolerantia non excusaret coniunctum quem lex præsumit scientem statum eius coniuncti, ut supra.

Quintò, non uidetur obstare, quòd appareat non dolose istum reum receptasse illum bannitũ ex quo respondẽ. inquisitioni asserit prę sumptuosè ingressum fuisse domum, quia si aliter de confessione rei nõ constaret fortè procedere possent allegata per D. Aduocatum ipsius, & propterea, non est disputan. an confess. illa possit scindi, & ꝓ parte acceptari, & pro parte respici, cum de alia confessione appareat clara, & indubitata in processu producta.

Præterea licet fortè esset uerum (quod tamen
non admittitur) dictum Vigonum præsumptuo-
sè ingressum fuisse domũ, tamẽ in dolo fuit reus,
dando ei cibum, & potum sponte, & cum eo cenã
do prout sponte confessus est, ut supra. nec illud
uerbũ, præsumptuosè, potest referri ad aliã clau
sulam separatam, & ibi comedisse ex quo ipse eo
medit, cum eo, quòd est signum spontaneę uolun
tatis, nec enim fit repetitio quando uniformiter
21 † non potest ad utrunque referri, ut Bartol. in d. l.
Seiæ. §. Caio allegato. ff. de fund. Instr. & Instr. leg.
trad. & idem est quando appatet de mente respõ
22 dentis † seu loquẽtis, ut Butr. trad. in clem. prima
de supplen. negli. pręlat. & Rui. consi. 112. nu. 10.
3. uol. de qua mente in proposito constare uide-
tur ex quo affirmando cum eo cenasse negat Vi-
gonum præsumptuosè comedisse cum eo, licet
præsumptuosè ingressus fuerit domũ. Sed & hæc
magis ex abundanti dicta fuere cum ex prima cõ
fessione, cui est standum constet oppositum, ut su
pra dictum est, & propterea licet etiam ipse reus
negasset sat eius delictum probaretur per eã nec
releuaret acceptatio iudicis, si, & in quantum, &
in parte, & partibus &c. facta. cum in ea nõ se fun
det curia, sed in prima.

Vltimò dicitur, ꝙ posito, ꝙ non esset locus condemnationi prædicti rei, cuius contrarium supra uidetur ostensum esse, tamen negari non uidetur posse, quin sit locus torturæ, ut ueritas plenè habeatur, tum ex dispositione statuti, tum etiam iuris communis l. 1. & seq. de quæst.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Fuit res, cum Comitibus Dominis composita.

Clau. Bert.

ARGVMENTVM.

Conductor quando teneatur reficere damnum incendij, quia diligentia usus non fuerit, quia alterauerit usum rei conductę, quia non cogitauit, quod facile euenire poterat, & quod interdum penè euenisse expertus fuerat.

SVMMAE.

1 *Domus non solent incendi sine culpa in habitantium.*

2 *Casus incendij, ut plurimum culpa conductoris contingit.*

3 *Et est dicendum respectu utentium apotheca, uel in ea conuersantium.*

4 *Et an ob hoc teneatur ad damnum aliarũ adiũ propterea incensarum.*

5 *Incendium cum euenisse præsumatur inhabitantium culpa propterea nulla est absoluenda quæ tenebatur.*

6 *Conductorem teneri de leuissima culpa non nullis placet.*

7 *Ignis quantitas est consideranda ex quo ortum fuisse incendium præsumatur.*

8 *Et si semel est exortus ignis, & postea extinctus.*

9 *Testes etiam alioqui non facientes plenam probationem probant tamen contra producentem.*

10 *Damnum tenetur resarcire natum ex incendio, qui non adhibuit eam diligentiam quam debebat.*

11 *Vel si in loco non tuto teneat materiam igni expositam.*

12 *Et si nõ lõge sit locus in quo fiat ignu fornaculæ.*

13 *Culpa est in eo, qui non considerat, quid facilè euenire potest.*

14 *Culpa leuis est non adhibere eam diligentiam in rebus alienis quę in proprijs adhibitur.*

15 *Et quando hæc sit quandoque culpa lata.*

16 *Dominus tenetur de negligentia, & culpa suæ familiæ.*

17 *Testis non probat de suo interesse, & de se exonerando.*

18 *Vel saltem est arbitrarium iudici, ut diminuatur de fide.*

19 *Conductor propter alterationem usus quando non excusatur de casu.*

CON-

CONSILIVM CCCCXCIX.

In Domino Confido.

LICET prima fronte causa hæc Magi
stri Iacobi Panini uideatur habere
magnam difficultatem propter opi-
niones Doct. contrarias in hoc pun-
cto, an scilicet conductor teneatur de incendio
rerum conductarum, uel sibi datarum ad laborã-
dum, & aptandum, attamen concurrentibus plu-
ribus, quæ concurrut ad comprobandum, & con
uincendum culpam ne dum leuissimam sed leuẽ,
dicti Magistri Ioannis Pedercini Pellacani rei cõ
uenti, arbitror ipsum teneri ad resarciendum dã-
num actori coriorum sibi datorum ad ungendũ,
polliendum, & aptandum, (ut dicitur) incendio
consumptorum.

Et primo moueor, quia regularitet incẽdium
sine culpa inhabitantium in domibus, uel appo-
1 thecis conuersantium euenire † non solet. l. 3. §. &
quia plerunque. ff. de off. præfect. uigil. & l. fi. co. ti.
& l. uendita. ff. de pericu. & commod. rei uendi. &
quòd casus incendij præsumatur euenisse culpa
2 † conductoris nisi probet casum fortuitũ, uoluit,
Bal. consi. 148. factum quæstionis. num. 2. 2. uolu.
per tex. in l. si quis fundum. §. imperator. ff. loca. &
ibi dicit Bal. ꝙ conductor tenebatur ex culpa le-
ui, ex quo debebat considerare utrum focariũ
esset sufficiens ad ignem coquinæ. Quæ autem di
cuntur respectu inhabitantium domum idem est
3 dicendum † respectu utentium appotheca, uel in
ea conuersantium, ut uoluit Alex. consil. 50. uisis
& oportune ponderatis. nu. 3. 4. & seq. maxime. 7.
& 8. 1. uol. & in tantum hæc præsumptio culpæ ur
get contra conductorem domus uel appothecæ
quando utebatur Fucina, & Carbonibus si non
probat per aliquem fuisse immissum ignem, ut te-
4 neatur ad damnum aliarum † ædium propterea
destructarum, ut consuluerunt Franc. de Rampo
Sal. & Angelus concorditer, quorum con silia ha
bentur impressa in primo uolum. consiliorum cri
minalium primo impressorum, cõsi. 30. 31. & 37.
& in dicta causa Ang. in suo uol. consi. 197. incen
dium. Et quod talis præsumptio culpæ inhabitan
tium illos condemnet, ita ut liberetur uilla, quæ
5 alioqui ex statuto teneretur pro incendio † cõsu-
luerunt inter consilia Calcan. Ant. de Rosel. cõsi.
39. Franc. de Cap. listæ 40. & Ang. de Cast. cõs. 41.
& in eadem causa inter eadem consilia Barba. cõ
si. 64. Et quòd conductor teneatur ob leuissimam
6 culpam, ne dum de leui multis † medijs probare
contendit Grat. consi. 46. ferè per tot. 2. uol. & ma
xime actione legis Aquil. de damno dato, & plu-
res alias auctoritates citans scribit Thomas Grã-
ma. decis. 3. ubi dicit ita fuisse iudicatum per sa-
crum illud consilium, ut in fi. illius decisionis. Et
licet huic opinioni, quæ multos habet contradi-
ctores non simpliciter adhæsissem maxime pro-
pter defensiones factas pro parte rei, concurrenti
bus tamen pluribus, quæ concurrunt in hac cau-
sa contra reum pro actore procliuior sum in hãc
sententiam, quòd ipse actor, ut iustitiam foueat,
cum de culpa rei leui, uel saltem leuissima in fa-
ciẽn. non in omittendo tantum constare uidea-
tur ex processu.

Primum igitur, quòd contra reum militat est,
quòd tempore incẽdij ignis (ut deponunt testes)
initium habuit in tertia appotheca, ubi erant pel-
les, & coria actoris, uel saltem in secũda. ubi erat
fornacula, qua utebatur reus ad laborandum in
dicta arte Pellacanariæ, & aptionis coriorum, ꝙ
ex eo constat, quia prima appotheca conserua-
ta fuit illæsa ab igne, secunda, pro parte fuit con-
cremata, & tertia penitus combusta, nam debet
considerari qualitas, & quantitas ignis ex quo or
7 tum incendium præsumitur † per locum ab effe-
ctu, ut uoluit Bal. in cons. 442. quidam nomine Re
ctorius ad fin. 3. uolum. & trad. Alex. in d. consil.
50. nu. 3. in fi. Vnde præsumptio est, ꝙ ex igne for
naculæ ingrediente in dictam tertiam appothe-
cam ortum fuerit dictum incendium.

Secundum, est quia ipsemet Io. Reus sciebat il
lam fornaculam esse periculosam ad parturien-
dum incendium, & comburrendum dictas appo
thecas, & omnes res in ea existentes, nam, quod
semel ex ea fuerit accensus ignis in caligine Ca-
mini illius per duos menses ante incendium fate
tur ipse reus respondendo positionibus actoris.
14. & 16. in processu. fol. 10. & seq. & quòd dicta
fornacula fuerit periculosa, quia in caligine sæpe
fuit accẽsus ignis in cana Camini deponit sextus
testis actoris. Idem quòd esset periculosa attesta-
tur undecimus testis actoris, qui dicit, quòd ex
8 ea † fuit accensus ignis in quadam trabe lignea ip
sius appothecæ contigua dictę Fornaculę, quam
assinarium uocant, qui fuit extinctus per testem,
& alios Gargionos appothecæ, & quòd id sciuit
ipse M. Ioannes Reus, & affirmabat esse rem peri
culosam, & quòd aliquo die perituræ essent incẽ
dio illæ apothecæ, & omnes res suæ conquerẽs
de domino Alberto de Blancis, qui nollebat illi
prouidere, ad quem uti locatorem, & dominum
ipsarum appothecarum hoc onus incumbebat,
sed dicto periculo non obstante semper ille fuit
usus dicta Fornacula in ea ignem faciendo pro
usu apothecarum. Idem de igne accẽso in dicto
assinario sciente dicto reo, & de periculo incen
dij deponunt plures testes examinati pro parte
dicti Rei, qui tanto magis probant contra ipsum
9 producentem, † & si alioqui non facerent plenã
probationem. Craue. consi. 201. nu. 7. Soc. Iun. cõ
si. 69. nu. 12. 1. uol. & Ant. Gabr. lib. 1. suarum con-
clusionum ti. de testi. conclusione prima. nu. 14. &
maxime secundus, & tertius, qui ignem eo præ-
sente extinxerũt, & luto Fornaculam aptauerũt,
prout etiam luto fuisse aptatam fatetur reus re-
spondendo positionibus, ut supra stãte enim hoc
periculo noto ipsi conductori, cum non prouide
rit, uel prouideri fecerit periculo, & perseueraue

ritin faciendo ignem in ipsa fornacula, non po-
test negari quin in hoc fuerit parum diligens, &
in culpa, cum alij homines diligentes id non fe-
cissent, sed curassent, ut omnino fornacula adeo
aptaretur ut tuta esset ab incendio, hoc enim ca-
su ex quo eam diligentiam non adhibuit quam
debent adhibere homines in similibus soliti te-
netur de damno ratione culpę, ut ad propositum
10 firmat Bald. qui tamen † in suo casu differenti, &
dissimili respondet contrarium in dicto consilio
442. ad fi. & propius ad casum nostrum idem tra
dit Roma. qui etiam pro conductore idem respō
derat in consilio 401. eo præsupposito in fin. ubi
dicit, quòd si quis fuit negligens in extinguendo
ignem fornacis, vel non ita muniendo, vt ignis
inde euagari nō posset, potest puniri de incēdio.

Nec hoc casu quicquam facit, quòd luto fue-
rit aptata fornacula, & quòd ipse mag. Ioan. ste-
terit cum domino apothecarum, ut uellet proui-
dere periculo, & expendere pro aptatione eius-
dem, & tutatione ab incendio, qui recusauit id
uelle facere, propter impēsam propterea facien-
dam, nam illa aptatio facta ex luto non erat sa-
tis uel potens ad euitandum incendium, quia
erat nimis debilis prouisio, & non duratura, &
hoc ingenuè etiam ipse conductor admisit pe-
tendo a Domino, vt prouisionem meliorem fa-
ceret, & timendo incendium futurum ea proui-
sione non obstante, sicut etiam non fat est, quòd
requisiuerit dominum, qui recusauit impensam
facere, quia non propterea excusatur a leui cul-
pa, cum alij homines diligentes illum coegissent
iure medio ad prouidendum, uel aliam apothe-
cam tutam ab incendio conduxisset, & propte-
rea hoc damnum sua culpa euenit, & de eo te-
netur.

Tertium est, quòd ipse mag. Ioānes fuit in cul-
pa alterando vsum rei locatæ. Nam cum illas
apothecas cōduxisset ad vsum & exercitium Pel
lacanariæ in illa tamen tertia apotheca, quę tota
fuit combusta, & cohærebat secundæ in qua erat
11 fornacula † tenuit, & tenebat ligna, canabaria, sti
pulam, paleam, & alia huiusmodi facilia ex scin-
tilla ignis ad pariendum subitum incendium, ut
notissimum est, ut deponūt quintus, sextus, octa
uus, & vndecimus testes actoris, & primus, & se-
cundus, tertius, & quartus rei, quo casu negari
non potest, quin fuerit in culpa ponendo has res
periculosas prope locum ubi fiebat ignis forna-
culæ, ut scribit Ancha. qui tamen in casu suo aliis
12 † rationibus respondit pro conductore in consi-
lio 340. pro decisione. ante fi. ubi loquitur depo
nente canabem in loco igni propinquo, & idem
tenet Alex. de Neuo in consilio 87. nume. 4. sequi
tur Grat. d. responso 46. num. 18. & 19. qui consu-
luit contra conductorem alterantem vsum rei lo
catæ, & propterea in culpa existentem ex quo po
suit ligna, sub coquina, negari enim non potest
culpa huius rei ex appositione paleæ, stipulæ, &
aliorum huiusmodi in loco periculoso cum ex
fornacula ipsa scintilla ignis euolans in paleam,
uel stipulam incendium parere posset, qui enim
non cogitat id quod facilè euenire potest in cul-
13 pa † est. l. qui boua. §. non inter. ff. de damn. infec.
Alexan. consilio quadragesimoprimo, viso pun-
cto. numero quinto. in fin. in quarto. Craue. consi
lio nonagesimoseptimo. num. 3. & sequen. & con
silio 179. numero quinto. & Menoch. qui intelli-
git de leui culpa. in cōsilio 118. numero septimo.
secundo uolum.

Quartū est, quòd dictus reus fuit in culpa mit-
tendo, uel mitti faciendo omnia coria actoris, &
pinguedinem illius in illam tertiam apothecam,
ubi erat palea, & alia huiusmodi facilia ad com-
burendum, ut deponunt testes aduersarij, & præ-
sertim quartus, in quam quidem apothecam nō
erat solitum teneri nisi coria cum pillis cruda a
macello, ut deponūt primus, & vndecimus testis
actoris, & licet etiam ut deponunt plures testes
rei, in illam partem incendij exiiterint aliqua co-
ria ipsius rei, uel D. Ioseph Plumbini eius socij,
tamen plura alia, & fortè meliora, & maioris æsti
mationis dicti rei fuerant reposita in 1. & 2. appo
theca, quę ex incendio seruatę fuere, ut deponūt
ferè oēs testes utriusque partis, quo fit, ut cū nul-
la pars coriorum actoris fuerit reposita in loco
tuto, in quo fuere reposita alia dicti cōductoris,
& rei ipse teneatur de culpa leui, quæ est non ha-
14 bere eandem diligentiam in rebus alienis † quæ
adhibetur suis. §. item is. Insti. quib. mo. re contr.
oblig. Barto. in l. quod Nerua. sexta quęstione. nu
mero uigesimosexto. & sequen. ff. depo. Alciat. in
l. magna. negligentia secunda pagina. ff. de uer-
bo. signif. Doct. in l. contractus. ff. de regu. Iur. ubi
Cagnol. numero septimo quia, & hoc casu latam
15 esse † culpam existimauit Alcia. in l. latæ culpæ.
in prin. ff. de uerb. signif.

Quintum, & ultimum, quod concurrit aduer-
sus dictum Reum ad ostendendum eius culpam
est, quòd ipse aberat tempore incendij, & claues
dictarum apothecarum domi non dimisit, ut
tempore incendij potuissent apperiri, & extrahi
coria, & aliæ res in eis existentes, quia oportuit
conterrere tempus in rumpendo parietes pri-
mæ, & exinde secundæ appothecæ, & interim
conualuit ignis, & maius fuit factum incendium
ita, quòd in tertiam apothecam ingressus ha-
beri non potuit, & non potuerunt seruari, &
extrahi bona ipsa. Et pro argumento dam-
ni actoris filius ipsius rei auxiliantibus multis
ad extrahendum, & conseruandum res, & bo-
na ab incendio eos dissuasit a rumpendo parie-
tem tertiæ apothecæ affirmando, quòd in ea non
erat res magnæ impotentię. hoc enim probāt plu
res testes actoris, septimus enim testis deponit,
quod etiam fuissent seruata bona tertiæ apothecæ,
quia fuit cœpta rumpi nisi filius rei dicta verba
protulisset, & quòd si reus interfuisset plura a-
lia fuissent seruata, & idem quoad hoc ulti-
mum deponunt octauus, decimus, & duodeci-

mus

mus testes, ex quibus satis, & super constat etiam in hoc de negligentia dictæ rei, & familiæ
16 suæ † de qua etiam ipse tenetur, vt per Bal. dicto consi. 442. & Bero. in consilio ultimo ad fin. tertio volumine.

Quibus stātibus cessant probationes dicti rei de negligentia sua, in qua deponont plures eius testes, q a ultra quòd dicti testes ferè omnes sunt gargioni, qui tenebantur de negligentia, uel ipse magister tenebatur de eorum negligentia, ut supra illis deponentibus de sua diligentia videntur suspecti, & quodammodo tractari de suo in-
17 teresse, & de se exonerando ad tradita per Bart. in l. deferre. §. idem decreuerūt. ff. de iure fisc. uel
18 saltem est arbitrarium iudici † ut diminuantur de fide Bald. consilio quinquagesimo. secundo volum. & Angel. in consilio primo, numere secūdo, tum quia conuincitur culpa, & negligentia dicti rei in pluribus, ut supra abunde comprobatum fuit, quę ostendunt nedum eius leuisimam, sed leuem culpam, & quatenus de leuisima tantum constaret illa sufficit, ut teneatur ad reficiendum damnum, ex quo non constitit in omittendo tantum, sed in faciendo, ut in ponendo Canabatia, paleam, stipulam, & alia huiusmodi in dicta tertia apotheca iu utendo dicta fornacula, & ignem faciendo in ea cum esset minus tuta, sed periculosa ad incēdium in mittendo coria actoris in dictam tertiam apothecam, & sua alibi in aliis prioribus tenendo in recedendo ab apothecis cum clauibus, & aliis huiusmodi de quibus supra tractatum est. nam si propter alteratione tantum usus rei voluit Grat. d. responso 46. in fi.
19 quòd non posset excusari conductor † ex quo culpa erat in faciendo, quanto minus venit hic reus excusandus, qui in tot defecit tam negligendo, & omittendo quàm in faciendo.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Ignoratur decisio.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Fideiussor de præsentando quando, & ex quibus clausulis nulla difficultate aut impossibilitate excusetur.

SVMMAE.

1 *Fideiussor, uel promissor de præsentando nō tenetur si est impossibile, uel saltem difficile pręsentare.*

2 *Contrarium tamen est verius quando alternatiue est promissum, aut præsentare, aut soluere pœnam.*

3 *Idem si quis præcise promisit præsentare, quia difficultate non releuatur.*

4 *Idem est si est promissum facturum, & curaturum ita, & taliter cum effectu, quod se præsentabit.*

5 *Et maxime si in instrumento est renunciatum omni legum auxilio.*

6 *Et hæc opinio procedit quando bona non sunt confiscata, vel fiscus non acceptauit illa.*

7 *Et quando præsentandus esset capite puniendus.*

8 *Et maxime si ante omnia fuerunt interpellati fideiussores ad præsentandum.*

9 *Cautus enim iudex ipsos fideiussores interpellat, antequam procedat super delicto contra inquisitum.*

CONSILIVM D.

In Domino confido.

VIDETVR prima facie dicendum hos fideiussores, seu uerius principaliter obligatos non posse condemnari in pœnam cōuentam ex eo, quòd non pñtarunt Antonium della casa, quē præsentare promiserunt, ut in instrumento stante homicidio commisso per eum ex quo debet banniri, & eius bona debent confiscari. quo casu si non impossibile saltem videtur difficile promissorib.
1 eum præsentare, & propterea non videntur † teneri, ut uidetur velle Specu. in titu. de accusat. §. sequitur. versicu. item quæritur esse totius &c. & expresse tradit Gand. in tracta. malefic. sub rubrica de aliquibus, quæ videntur in male. antepen. colum. uersic. itē pone quæstionem. & latius corroborat Marsil. in rubrica de fideiussorib. num. 150. cum seq.

Sed tamen his non attentis contrarium videtur verius esse, & pronunciādū fore. primò, quia opinio prædicta non videtur vera, nec procedere quando alternatim fuit promissum, aut quem
2 sistere, seu præsentare, † aut soluere pœnam, vt in hac specie, quia tunc si vnū adimpleri nequit, tamen alterum fieri potest. ita Ange. Alex. & Moder. contra Bald. ibi in l. sed & si quis. in princip. ff. si quis caut.

Secundò, quia qñ quis aliquē præsentare promisit nō releuatur difficultate aliqua superuenien-
3 te, quia scire debuit non esse † in sua facultate talem præsentare, & propterea sibi est imputandū. l. sancimus. uerb. non potuit. C. de fideiuss. Alcia. in l. quod te. 8. pag. ff. si cert. pet.

Tertiò, quia ex quo fideiussores, seu promissores promiserunt se facturos & curaturos, ita & taliter cum effectu, q prædictus Antonius se præsentaret,

taret, non possunt aliqua difficultate vel impos-
4 sibilitate adueniente † se excusare propter illam clausulam, cum effectu, Dec. in l. fin. §. fi. ff. si certũ petat. Alcia. in d. l. quod te. Crot. Rui. Hormano. & Alcia. in l. quarta. l. Cato. in nona oppositione. de verborum oblig.

Quartò, quia idem est ex quo in instrumento est renunciatum omni. ll. auxilio (quæ clausula solet in omnibus instrumentis apponi. per eam
5 enim censentur † promissores impossibilitati, & difficultati renunciasse, Crot. in dicto §. Cato. secunda lectura. numero vigesimoprimo. secunda columna.

Quintò, illa opinio non procedit quando bona non sunt confiscata, vel fiscus non acceptauit
6 ea, prout in hoc casu, tunc enim fideiussores † nõ censentur liberati. Barto. in l. si verò. ff. qui satisd. cogan. & per eundem Barto. & Pau. de Castr. in l. capitis. de fideiuss.

Sextò, videtur quòd simus extra aleam omnium difficultatũ ex quo dictus Antonius adhuc non est denunciatus, vel accusatus, nedum bannitus, & tempore interpellationis factæ promissoribus nondum erat. d. Hieronymus vulneratus mortuus, nec citatus vel requisitus, Antonius ex hac causa, quo casu cessare videntur omnes amaritudines, quia etiam quòd mereretur capite pu
7 niri, tamen non propterea promissores † censentur liberati, tex. est apertus in dicta l. sed & si qs. §. primo, ubi glo. & Docto. ff. si quis caut. Et propterea cum nedum ante accusationem seu bannum, sed etiam ante quamcunque denunciationem huius delicti fuerint interpellati fideiussores, seu promissores ad præsentandum ipsum Antonium iuxta tenorem promissionis in instrumento contentæ sine dubio teneri videntur, ut nota-
8 biliter distinguendo † docet Gand. in dicto suo tracta. sub rubrica de mult. qõ. de pen. à statuto. octaua columna. uersic. pone quæstionem de facto, & idem tradit not. Alber. in quarta par. statu. qõ. 64. & sequen. Vbi dicunr, quòd cautus iudex antequam procedat ad bannum delinquentis debet requirere fideiussores ad præsentandum reum, & si non præsentant debet eos condemna
9 re. postea super delicto contra † delinquentem procedere. & idẽ tradit Boni. de Viteli. in suo tracta. malefic. in rub. de compar. accus. columna quarta. uersic. sed pone. & idem sequitur Nel. in tract. bannit. secunda par. 4. temp. quæstio. sexta, quòd cum fuerit factum in hac causa uidetur dictos promissores condemnari debere, & ab eis promissam pœnam exigi. l. si quis. ubi Barto. de custo. reo.

Nec videtur opus stantibus prædictis, & tenore instrumenti insistere super ualiditate promissionis cum principalis non se obligauerit, uel quia status sit mutatus, vel promissores possibilia fecerint, cum ex quo ex tenore instrumẽti apparet eos ceu reos & insolidum pro quarta parte, quilibet promisisse, & conatum non sufficere, impossibilitatemque, & difficultatem non iuuare omnia cessare videantur.

Similiter inquantum opponitur, quòd non tenentur fideiussores lata sententia condemnatoria pro alapa contra principalem, nam exigitur alia responsio, cum fideiussio non tantum pro cõdemnatione alapæ, quam propter furtum, quòd imputabatur huic reo, de quo in actis notarij fuerit facta promissio de pñtãdo, ut in instrõ, & actis.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Pœna statuti de spoliante aliquem, an habeat locum in eo, qui spoliauit mulierem bonis suis paraphernalibus, &, an aliquo prætextu possit hæc pœna euitari.

SVMMAE.

1 *Vxor dicitur possidere bona sua paraphernalia.*
2 *Maritus est depositarius, uel procuratar uxoris quo ad bona paraphernalia.*
3 *Depositarius non dicitur possidere, sed detinere.*
4 *Possidere dicitur uxor bona extra dotem non maritus.*
5 *Nec bona ista potest administrare maritus prohibente uxore,*
6 *Restituere qui tenetur non dicitur tamen possidere.*
7 *Bona quæ presumantur esse quæsita ex bonis mariti.*
8 *Et l. quintus. ff. de donat. inter virum & vxor. non habet locum quo ad possessorium.*
9 *Spoliari non potest mulier rebus quesitis ex mariti substantia.*
10 *Verborum qualitate nullum est maius mentis testimonium.*
11 *Pœnam pecuniariam non effugit qui allegat non fecisse dolosè.*
12 *Separatorum idem non est iudicium.*

CONSILIVM DI.

In Domino confido.

NON videtur quod D. Paulus Priuidellus inquisitus, possit se iure tueri a pęna statuti sub rubrica, de pœna spoliantis aliquem sua possessione. folio 97. cum intentio Curiæ fundata videatur, & exceptiones pro eius parte oppositæ, ipsum releuare posse non videantur. Ex confessione

enim ipsius D. Pauli, ꝙ D. Angelā eius Nouercā
spollauerit sua possessione forceriorum, & rerum
in eis existentium apparet, quod ēt affirmant tā
testes ꝑ curia examinati, quā ad defensam īquisi
ti. solum difficultatem facere videntur, quæ subti
liter ad fauorem ipsius rei adducuntur. Et primò
quia nō videtur, ꝙ ista Dominam possederit ista
bona (quod est summopere necessarium, vt statu
to ipsi locus esse possit) cum enim ista pro parte
sint bona paraphrenalia illata in domum mariti
maritus censebatur possidere, & eius possessio in
hæredem (stat. sic disponente) continuata fuit.
Sed hæc obiectio facilè tollitur, cum nullo iure
probetur maritum possidere boba parapherna-
lia, sed eorum possessio est penes uxorem, vt tam
iure quàm anctoritate probatur. Probatur iu-
1 re ex allegato tex. in l. si ego. §. dotis. ff. de iure do.
vbi habetur, quòd si eorum bonorum custodia
vxori relicta est seu promissa, ipsa de eis disponit
arbitrio suo, nec maritus in aliquo ei tenetur, vt
glo. commissæ ibi affirmat, si uero ipse maritus
custodiam suscepit tenetur vxori actione māda
ti, vel depositi, quo fit ut I. C. clare ibi concludat
2 in his bonis maritum † esse depositarium, vel
procuratorem uxoris, quod vltimum etiam ha-
betur in tex. l. fi. C. de pact. conuent. & trad sit om
nes in l. maritus. C. de procur. si igitur Maritus est
depositarius, harum rerum non potest dici eas
possidere, quia nō possidet depositarius, sed de-
3 tinet tantum, sed deponēs † est qui possidet. l. of-
ficium. ff. de rei vendic. §. illud. l. tertia. vbi omnes
de acquir. poss. l. licet. §. primo. ff. deposit. & trad.
Docto. in l. rem quæ nobis. ff. de acquiren. possess.
sic etiam procurator non possidet, sed dominus.
l. prima. §. per procuratorem. ff. de acquiren. poss.
hoc modo probatur auctoritate, enim uxor pos-
4 sideat bona huiusmodi non maritus † in terminis
tenent Angel. & Roma. in l. qui iure familiarita-
tis. ff. de acquiren. possess. quos cæteri sequi vidē-
tor, & idem expresse tenent Bald. & Salyc. in l. se-
cunda. C. ne uxor pro marito. Vbi dicunt ex qua-
litate rerum constare, an sint paraphernales, vt
quia sunt vestes, uel alia muliebria, quæ cōsueue
runt uxores habere tanquam res paraphernales.
His accedat tex. no. in l. hac lege. C. de pact. con-
uen. nbi habetur, qnòd uxore prohibente mari-
tus nō potest administrare huiusmodi parapher-
5 nalia, nec in eis se intromittere † quòd etiam fir-
mat Bald. ibi. & in l. ubi adhuc. C. de iure dot. Ias.
in d. l. maritus. ad fin. Alexan. consilio 144. circa
prin. secundo dubio. quinto volum. & Dec. in cō
silio 521. numero quarto. ex quibus videtur sub-
latum primum fundamētum, quòd maritus pos-
sederit, & subinde heres. quia immo semper pos
sedit vxor, & potuit prohibere hæredi, vt non
amoueret hæc bona, vel in eis se intromitteret,
esto quod ipse haberet custodiam rerum bono-
rum quam tamen habebat dicta Domina.

Nec me mouere videtur, quòd lex de his. C. de
donatio. inter virum & vxor. & etiam quando
Doct. loquantur, quòd maritus tenetur restitue-
re huiusmodi bona, quasi per hoc videatū, quòd
ipse ea possideat. Nam, restituere, latam habet
significationem, vt comprehendat etiam eam re
6 stitutionem quæ per alium, quàm † per rei pos-
sesorem fit. l. plus est in restitutione. l. restituere,
& l. fin. §. fin. ubi Alcia. ff. de verborum significa-
tionibus. alioqni necesse haberemus fateri, etiā
colonum qui tenetur rem restituere, quo uerbo
vsus est imperator. in l. conductores. C. loca. pos-
sidere. & idem in depositario. l. prima. §. si tem. ff.
depo. licet etiam huiusmodi disputatio super-
flua videatur propter confectionem inquisiti cō
sitentis hos forcerios possessos fuisse per dictam
Dominam, ut in responsione inquisitionis.

Secundò, non videtur obstare qnòd huiusmo
di bona præsumantur acquisita ex bonis mariti
7 propter præsumptionem turpis † quæstus euitan
di. l. quintus. ff. de donatio. inter virum & uxorē.
& l. etiam. C. eod. nam in forceriis, & aliis ad u-
sum quotidianum huius mulieris nulla est con-
trouersia, unde pœna ex hoc euitari non potest.
Secūdò, quicquid sit de iure proprietatem rerū
respiciente, quod non est præsentis speculatio-
nis, tamen respectu possessionis, quæ erat pęnes
istam mulierem proculdubio statutum sibi lo-
cum vendicare videtur. & dicta l. quintus non ha
8 bet locū quo † ad possessionum. Bal. in l. si uxor.
numero septimo. C. de condit. inser. Nec enim
iure aliquo permittitur etiam mulierem possi-
dentem res ex mariti substantia quæsitas spolia-
9 ri, sed iure † medio agendum est. l. extat. quod
met. cau. l. meminerint. C. unde ui. & in l. si quis in
tantam. C. eod. cum sim.

Tertiò, non videtur etiam obstare, quòd eo
animo prędictus inquisitus dicta bona abduci fe
cerit, vt prędictam Dominam sua possessione pri
uaret, quia id tātum agebat, vt eam ad aliam do
mum accedere hac uia impelleret. Namque hoc
tollitur duplici ratione; primo, qa immo Dom.
Paulus fuit motus alia diuersa ratione, & ani-
mo diuerso, vt ipse respondendo tam inquisitio-
ni, quàm in suis constitutis confessus est, scilicet,
quia prætendit ea bona esse sua propria, & ad ip-
sum tanquam hæredem patris spectare, & id sibi
propterea licere. uerba enim, & confessio huius-
modi proculdubio animum declararunt. l. La-
beo. §. fi. ff. de suppellect. lega. cum nullum sit ma
ius mentis testimonium, quàm qualitas inspe-
10 cta uerborum † ut ex Cassiadoro tradit Bal. in ca
pitu. super literis. numero vndecimo. de rescript.
& plura ad propositum adducuntur per Ias. in l.
tertia. C. de liber. præte. & Cur. Iun. consilio 169.
prima colum.

Secundò, cum simus in delicto in quo pœna
pecuniaria uenit reus plectendus, non videtur
quòd possit excusari reus inquisitus, quia non
videtur exigi dolus, sed lata culpa sufficit, a-
lioqui semper allegando aliquam causam ta-
11 metsi iniustam, reus pœnam euaderet, † &

legem

legem clauderet, ita tradit Barto. eo alij & maxime Ias. columna fin. in l. iuste possidet. ff. de acquiren. possess. contrariari tamen videtur, quòd dixit idem Barto. in l. prima. §. 1. infra. ff. si quis testa. lib. ius. ex quo statutum punit actum illatum in personam, cum dicat si quis spoliauerit aliquem.

Quartò, non videtur obstare, quòd in habitantibus in commune non habeat locum pœna furti, nec possit procedi nisi ad querelam, ut in statuto, sub rubrica si furtum factum fuerit patri, &c. quia hic non uersamur in furto in quo loquitur illud statutū, sed in spolio possessionis, in quo loquitur aliud statutum de quo supra, quo disponitur, etiam ex officio procedi posse (sicut fuit pro-
12 cessum) separatorum igitur † idem non est iudicium. l. fin. ff. de calumn.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Et propter hæc fuit iste absolutus.

Claud. Bertaz.

ARGVMENTVM.

De iudæorum filijs a christianis nutricibus nō nutriendis disputatio.

In qua etiam nonnulla fit mentio sacrarū imaginum affixarum in parietibus domorum, & tabernarum, quas iudæi uel conducūt, uel emunt.

SVMMAE.

1 *Iudæi non possunt nutrices christianas domi habere. & num. 4.*

2 *Iudæi sunt christicolis tanquam serpens in gremio.*

3 *Iudæorum impium factum circa nutrices christianas.*

5 *Iudæi debent se christianorum seruos agnoscere.*

6 *Episcopus dispensans christianas nutrices hebræorum facit contra fidei decus.*

7 *Doctoratus est dignitas.*

8 *Hebreus nec iuris, nec artium potest esse doctor.*

9 *Etiam quòd appetat doctoratum, & nolit profiteri.*

10 *Iudæus effectus christianus non potest habere dignitatem saltem in spiritualibus.*

11 *Iudæi sunt infames infamia canonica.*

12 *Iustinianus fuit professor christianæ religionis non autem hæreticus.*

13 *Et secundum Fab. inter sanctos est relatus.*

14 *Et testimonio Pontificum fuit maxime Catholicus.*

15 *Iudæorum salus & anima, & corporis non est a christianis negligenda.*

16 *Et sunt illi eleemosinis christianorum subleuandi.*

17 *Nutrices christianæ non possunt alere filios hebreorum, si timetur de nimis familiari conuersatione.*

18 *Infantes hebrei nutriri non possunt à nutricibus christianis.*

19 *Et an hoc licet extra domum hebrei sine dispensatione.*

20 *Et ex causa quando possit episcopus dispensare.*

21 *Hebreus potest, ne filius eius pereat, extra domum de iure habere christianam nutricem.*

22 *Christianæ nutrices deberi non possunt etiam extra domum ab hebreis.*

23 *Et quid si allegetur manifestus pueri interitus.*

24 *Nunquam autem admittenda est dispensatio in domo ut habeant.*

25 *Extra domum autem quandoque licet ex quadam rationabili causa.*

26 *Christianorum & iudæorum commercium, est per ecclesiasticas censuras inhibendum.*

27 *Nutrix christiana alens hebreum quando mortaliter peccet.*

28 *Imagines sanctorum non possunt haberi in domibus hebreorum.*

29 *Et quæ sunt versus viam publicam non sunt occludendæ propter ipsos hebreos.*

30 *Christiani magistratus possunt summum ius exercere in hebreos.*

31 *Iudæi sunt ingratissimi, & quotidie mala imprecantur christianis.*

32 *Et christianum nomen insectantur, atque odio prosequuntur.*

33 *Et ter saltem in die nobis mala grauissima imprecantur.*

34 *Et meritò appellantur canes, & quare.*

35 *Et plura fecerunt crudeliter, & contumeliose in nostram fidem.*

36 *Et quibus ipsi iudicibus subijciantur facientes aliquid in contemptum nostræ fidei.*

Pone Domine custodiam ori meo, & hostium circunstantiæ labijs meis.

CONSILIVM DII.

CVM te proximis diebus Reuerend. Domine conuenissem, & oblata occasione in mentionem iudęorum incidissemus, tu mihi, quæ tua fuit modestia humanissimis verbis significasti nuper iudæum quendam summis a te precibus contendisse, vt infantem suum paruulum ab nutrice christiana educari extra iudæi ipsius domum patereris, quod à te, vt impetraret immo etiam, extorqueret illud rationis iaciebat, imminere pueri manifestum, & citissimum interitum, cum defuncta illius parente mulier iudæa, quæ illum aleret nulla sibi præsto esset. Addidisti te Romam omnium, scilicet sanctarum Ecclesiarum matrē hac de re scripsisse, & quid etiam interea temporis consilij, & deliberationis cæpisses aperuisti, ego tua fretus benignitate meam quoque tibi dixi sententiam. sed, cum a te discessissem me tibi valde sensi obstrictum, quòd tam perhumaniter de re magna, & ardua cogitationes, & consilia tua mecum communicauisses. Ea propter plurimas tuas, & grauissimas occupationes non modo negotiorum, sed, & animi curarum mente voluens, quod mearum esset partium me factu rum duxi, si doctorum iuris pontificij, & Theologorum in hanc rem traditiones paulò fusius explicatas tibi homini in exercendis virtutum muneribus longè occupatissimo in memoriam reuocarem, quòd genere hoc scribendi ad modum epistolæ, quod cæteris mihi aptius visum est efficere volui. Restat, vt hoc meæ in te obseruantiæ testimonium quale illud cumque sit, (est autem cum bona saltem mēte coniunctum) in meliorem rapias partem. Quæstio de filiis iudæorum, num à christianis mulieribus nutriri possint, duo habet capita, alterum est. Quid in domo iudei? alterum quid extra domum ipsius? Responsio ad primum caput non magnam habet difficultatem, omnes enim & Theologi, & DD. vno ore consentiunt. Non posse iudæum
1 nutricem † christianam domi habere. de quo extant Alexan. III. Sum. Pontif. ex concilio Lateranensi vna, atque altera constitutio, quas quoniā adnotatione dignissimę sunt hic subijcere ad uerbum volui. Leguntur autem libro quinto Decretal. sub titu. de iudæis, & Sarac. & eor. seru. in hæc uerba. (Iudæi, siue Sarraceni neque sub alendorum puerorum suorum obtentu, neque pro seruitio, vel qualibet alia causa christiana mancipia in domibus suis permittantur habere, excommunicantur autem, qui cum eis præsumpserint habitare.) Ad hæc omnibus christianis qui sunt in iurisdictione vestra, penitus interdicatis, & si necesse fuerit district. ecclesiastica compellatis eosdem, ne iudæorum seruitio se assiduè pro aliqua mercede exponant, quòd etiam obstetricibus, & nutricibus eorum prohibere curetis ne infantes iudæorum in eorundem domibus nutrire præsumant, quoniam iudæorum mores, & nostri in nullo concordant, & ipsi de facili ob continuam conuersationem, & assiduam familiaritatem ad suam superstitionem, & perfidiam simplicium animos inclinarent. hoc Alexan. Sed Innocen. quoque IIII. in Decret. & si Iudæos. eo. titu. ad Archiepiscopum Senon. & episcopum Parisiensem scripta eiusdem rei grauitatis meminit, & primum omnium arguit iudæos ingratitudinis, qui quanquam in nostrā familiaritatem misericorditer à pietate christiana admissi, christianis tamen, reddunt pro gratia contumeliam, & de familiaritate contemptum, nobisque illam retributionem impendunt, quā iuxta vulgare prouerbium, mus in pera, serpens in gremio, & ignis in sinu, suis consueuerunt hospitibus exhibere quæ sunt uerba ipsiusmet Pō-
2 tif. quæ etiam DD. de iudæis † loquentes identidem repetunt, & huius adagij de iudæis agens memiuit Iacob. Simanc. in Enchirid. iudic. violat. religio. tit. de iudæis. num. 4. & authór Reper. inquisit. uerb. iudæus sub versic. sed an possint. & de eo est alius canonici iuris text. in cap. vnic. §. item pręcepit 14. quæstio. prima. Subiungit autem Innocen. se accepisse, quòd iudæi tunc temporis non modo christianas filiorum suorum nutrices faciebant, sed etiam, quòd ut ipse ait, non tantum dicere, sed nefandum est cogitare, cum
3 in die resurrectionis Dominicæ † nutrices ipsas recipere corpus, & sanguinem Iesu Christi. contingebat per triduum antequam filios suos lactarent, lac effundere in latrinam faciebant, & alia præterea contra fidem catholicam detestabilia, & inaudita committebant. propter quæ fidelib. erat verēdum, ne diuinam indignationem incurrerent, cum paterentur iudæos ea indignè perpetrare, quæ fidei nostræ confusionem inducerent. Proinde idem Innoc. districtè inhibet, ne iudæi de cætero nutrices habeant christianas, uel seruientes, ne filij liberæ filiis famulētur ancillę, sed tāquam serui a Domino reprobati in cuius mortem nequiter coniurarunt se saltem per effectū operis recognoscāt seruos illorum, quos Christi mors liberos, & illos seruos effecit. Addit, quòd si ipsi iudæi nutrices, & seruientes nō dimiserint Christianos Epī. sub pœna excōmunicationis inhibeāt districtè oīb. christianis ne cū eis comerciū aliqđ audeant exercere. Volui aūt harū Sum. Pontificū cōstitutionū partim uerba, partim vim referre, cùm ipsæ simul ac ex eodem tempore, & de summa iudæorum ingenii nostrum perfidia, clariss. perhibeant testimoniū, & christianos omnes vehementer excitent, ut singuli CHRISTO DEO militantes quantum in nobis est non patiamur iudæos ea patrare, quæ ipsi Dño nr̄o, & Sanctæ nr̄æ fidei iniuriā, & probrū irrogent. Itaque DD. om-

DD.omnes.in adductis decretal.iudæi. Ad hæc.
Et si iudæos de iud. & Saracen. & Theologi om-
nes.in eorum operibus, quæ summas nuncupa-
runt conclusionem constituunt iudæos non pos-
se christianas nutrices in domo habere, qua in
4 † re exaggerantes amplificãt duas illas rationes,
vt huiuscemodi prohibitiones principales, Ne
scilicet animę simplicium, & rudium christianor.
& præsertim muliercular. ob continuam cũ Hæ-
breis conuersationem, & assiduam familiaritatẽ
subuertantur, unde admoniti, si ab eorum nimia
familiaritate abstinere nollent peccarent morta
liter, & ne iudæi videantur christianis superiores
cum decentius sit, & omnimodo conuenientius,
& rationabilius, ut contra iudæi se christianor.
seruos agnoscant, de quorum seruitute multa
5 præclarè scribit † post DD. quos laudat Vldaric.
vir doctiss. in tract. de iudæis, quæstio. prima. sub
nume. 30. versic. sexta ratio. & has easdem ratio-
nes in nostrismet terminis attingit Petr. Roy. in
decisio. lituan. 5. sub num. 320. & sequ. Quærunt
autem DD. num saltem possint iudæi ex dispen-
satione Episcopi domi nutrices christianas ha-
berę. & omnes communiter respondent negati-
uè non posse Episcopum hoc casu dispensare, tũ
ex ratione generali, quia non dispensat Episco-
pus contra ius, nisi expresse, uel tacitè sibi permit
tatur, tum ex speciali, quia huiusmodi iuris pro-
hibitio ad fauorem, & decorem fidei tendit, di-
6 spensatio † verò ad fidei dedecus, & priuatũ iu-
dæorum commodum, ita Abb. post Card. d. c. ad
hæc in fi. & ibidem Ioan. Anan. ad fi. Fely. c. at si
clerici. §. de adulteriis. nu. 20. de iudic. & d. c. ad
hæc. in fi. Maria. Soc. d. c. ad hæc. in fin. Ang. Cla-
uas. in summa sua Angel. verbo iudæus. & ibid.
Add. Sylu. Prier. in summa sua eo. uerb. iudæus
Barto. Fum. in Armilla sua eo. verb. & Ioan. Ta-
biens. in summa sua. & eo. verbo iudæus, de quo
etiam meminit Io. Bertachin. in repert. uerbo iu-
dęus. col. 3. & DD. ita communiter * tenere testis
est Marquard. tractat. de iudæ. & aliis ĩ fidel. par-
te prima. c. 3. num. 15. & c. 4. num. 18. quem etiã.
ad id citat Eman. Soar. in Thesau. recept. senten.
verb. iudæus. num. 212. & quamuis ille ex sua fa
rina subijciat, si tamen iuris rationes intueamur
ex personarum, & locorum, & temporum condi
tionibus rem hanc totam nos definituros esse,
quòd dicit se alibi accuratè & copiosè ostende-
re: non propterea à memorata DD. & patrum ca
tholica sententia, ne latum quidem vnguem di-
scedendum est. Emanuelis autem opusculi illius
authoris nihili hac in re, & aliis id genus facien-
dæ sunt opinationes uiri, scilicet, quãquam alio-
quin non indocti iudaismum profitentis, & con-
sequenter suspectissimi, & a testimonio in causa,
de qua agimus prorsus repellendi. Et quoniam
oblata est mihi opportuna thesauri huius rece-
ptarum sententiarum mentio libet unum ad-
uertere silentio, certe haud præter eundum, il-
lud est. Quod neque ex operis illius titulo, ne-
que ex epistolis ei præfixis, neque ex alia il-
lius parte licere hoc veritatis scire, nempe hunc
Emanuelem, & nunc religione iudæum esse, &
tunc quoque temporis, cum librum illum in vul-
gus dedit fuisse, qui immo pluribus eius libri lo-
cis iuris vtriusque doctor, & consultus appella-
tur. & ipse patrem suum Iacobum nomine Philo
sophiæ, ac medicine doctorem nuncupat, cum
7 tũ nemo non sciat † doctoratum dignitatem es-
se. cap. quanto de magistr. & ne aliq. exiga. pro li-
cent. docto. Bal. l. prima. columna tertia. versicu.
item no. quòd doctoratus ff. de iust. & iure. & id
circò iudæum, vt cuiuslibet dignitat. incapacẽ
doctorem esse, & creari non posse, nec nostræ iu-
risprudentiæ, nec philosophiæ, nec artium libe-
8 ralium, aut medicinæ, qd Barto. noster pluribus
locis scriptum reliquit in procem. Cod. columna
tertia. versicu. quæro circa hæc. l. ult. in fin. C. de
postulatio. l. prima. columna secũda. C. de digni.
lib. duodecimo. & nominatim in l. omnes, quæ
est huius initij tertia. C. de Decur. & eo. fil. lib. de-
cimo. Bart. idem dicit se dixisse duobus iudæis,
qui erant sufficientes scholares, ut eius vtar ver-
bis, in medicina, quòd nullatenus poterant con-
sequi doctoratum, cum sit dignitas, quòd etiam
refert Ias. & plures ad id cumulat in rub. D. de iu-
stitia, & iu. versi. quarto. quos sequitur Natta, cõ
silio 537. numero 66. uolumine primo. & alios
adducit Felyn. cap. primo. num. 4. de iudæis. &
extenduut cõclusionem DD. etiam ad iudæum,
9 † qui quamuis doctoratum appetat profiteri ta-
mẽ nolit, Abb. ca. proposuisti. columna ultima.
de probat. Marquard. in allegat. tract. de iudæis
parte secunda. cap. septimo. sub numero primo,
qui numero tertio. addit, nec posse iudæum esse
aduocatum, immo addo DD. etiam. hæc exten-
dere ad iudæum christianum effectum, qui non
10 potest habere dignitatem, † saltem in spiritua-
libus. Add. ad Bart. d. l. omnes. C. de decur. & ue-
11 rè iudæi, vt infames infamia † canonica glo. l. ne
mo, quæ est. 2. C. de episcop. audien. Marquard.
sub d. nu. 3. à doctoratus dignitate arcendi sunt,
& ita concludit Ioann. Staphile. de grat. & expe-
ctatiu. titu. de rescript. in forma breui. nume. 41.
& quamuis sub numero præceden. affirmet iu-
dæum quendam præcedente spirituali licentia
Sum. Pont. creatum fuisse Doctorem medicinæ,
& in collegium medicor. cooptatum, & aliquan
do etiam. in nostra vrbe, & a nostris clariss. philo
soph. & medicis factum est. hoc tamẽ, vt ego opi-
nor rarò conceditur, & tantum studiosis medici
næ, & artium ac philosophiæ, quotum, tamẽ ma
gistros, & doctores in dignitate positos eẽ, nõ est
ambigẽdũ ex DD. ĩ locis adductis. quib. addẽd.
est Alex. consi. 94. nu. 2. col. 1. vñ rarius quoq;, vt
mea fert sñia, id permittendũ esset, nunquã aũt
puto dispensatum fuisse iudæum ad doctoratum
prudentiæ iuris, & si vlla unquã ulli concederet,
dispensatio illa iuris ciuilis facultatem non egre
deretur, quòd ipsum tamẽ ægre quoq;, ut mihi

videtur, admittẽdum, & ferendum esset, cum potissima ẽt iuris cæsarei pars christianam nostram fidem, & religionem spectet, eiusque postremus
12 instaurator Iustinian. Cæsar eiusdem † sacrosanctæ religionis professor fuerit, & assertor inclitus, quanquam enim historiar. scriptores de vita, & moribus Iustiniani idem non sentiãt, quòd post alios tradit Aegid. perrin. in vit. illius. placet mihi interim Sabellic. & Platin. sequi, ex quorum sent. Iustinian. non tantum de iuris structura laudatur, quòd S. pandectarum, totiusque iuris architectus fuerit, sed etiã, quòd religiosissimus, & christianissi. Imper. de CHRISTI incarnatione (hanc autem insulsissimi, & fatuissimi iudęi potissimum auersantur) piè simul, & eleganter scripserit, quia etiam Ioan. Faber, non postremæ notæ. I.C. init. prohem. insti. sub num. 3. attestatur,
13 se vidisse in chronicis † nomen Iustiniani scriptũ in catalogo Sanctor. sub die prima Calend. Augusti. & sanè insignis illius probitatis, & pietatis maximum extat, & grauissimum argumẽtum Io. II. Sum. Pont. ex epistola, cuius est initium. Inter claras, quæ legitur sub primo Cod. titu. de sum. trinit. & fide cathol. in qua Ioan. Pont. non modo semel, atque iterum Iustinian. ipsum christianissimum Principum appellat, sed de fide ipsius, & religione gloriosissimum profert inter cætera, quę plura sunt huiuscemodi testimonium sub his
14 quibus ipsum alloquit. † verbis. (Vos euidẽter impietatem Nestorij, Eutichetisque, & omnium hæreticorum damnantes vnam veram catholicam fidem Dñi, & Dei nostri Saluatoris IESV CHRISTI, magisterio institutam, & propheticis apostolicisque prædicationibus ubique diffusam, & Sanctor. per totum orbem confessionibus roboratam, patrum, atque doctor. sententiis adunatam, & nostræ doctrinæ consentaneam inconcusse, atque inuiolabiliter deuota Deo, & pia mente seruatis.) Addo non leue, nec contemnẽdum Dantis Aligerij summi inter maximos poetæ, philosophi, & theologhi de Iustiniano testimonium, qui in ea Diuini operis sui parte, cui paradisi nomen dedit, in qua de omnib. sanctę nostræ fidei mysteriis doctiss. & grauiss. agit Iustinianum ipsum in Beator. & deuotum numerum retulit. & verè, ut etiã demus illum aliquãdo, quæ est cuiusque hominum mentis imbecillitas in aliquẽ hæresis prolapsum fuisse, illud tamen omnino fatendum est eundẽ postea maximo Dei opt. Max. beneficio resipuisse, & omne, quod reliquum sibi fuit vitæ tempus piè, & sanctè transegisse. Repeto modo. id quod proposueram Iudæũ non facilè esse, mea sententia relaxandum, & vt vulgo dicimus dispẽsandum ad gradum doctoræ, ẽt iuris tũ. Cęsarei, nemo. n. unquã ambiget de Pont. & canonico iure id dicere nedum facere longè absurdiss. esse, cum tamen Emanuel, de quo nobis institutus est sermo in memorato illo suo thesauro non semel vtriusque iuris doctor præclariss. nuncupet. Ego aũt. pro certo habeo nullũ posse ipsum diploma pontificium hac de re ostendere, neq;.n. vllo pacto persuadere mihi possum ullum ex summ. Pōtificib. indulsisse aliquid, & pręsertim viro hæbreo aduersus, vt cætera prætermittã, sanctiss. Pij IIII. Pontif. cuius memoria in benedictione est decretum illud, quo sancitum est, vt doctoratus dignitas nemini conferatur, nisi christianam catholicam apostolicam, & Romanam fidem, & religionem palàm, & cum iureiurando profitenti. quòd hodie faciunt ubique plerique omnes, qui in orbe christiano ad hoc dignitatis euehũtur. Porrò non ab re fuit Reuerend. Pater me de iudæis tecum agentem digredi ad loquendum de viri iudæi opere, quòd ferè omnes, iuris studiosi rei veritatem haud scientes, ab I.C. christiano compositum, & æditum arbitrantur. Hinc soleo ego in quotidianis sermonibus eos, & præcipuè sacras litteras, & ecclesiæ constitutiones parum callentes de veritate cōmune facere, quo, s. cautius, & circumspectius librum illum legant, & in ea pręcipuè parte, in qua de iudęis tot scribit, quot eorum nullus, immò, nec omnes simul, qui plures tamen fuerunt scripserunt, qui receptarũ sententiarum, & opinionum libros in manus hominum dederunt, & ex hac sola prævalida quidẽ côiectura, potest quilibet eius operis lector, qui aliunde nesciat, authorem hæbraismum profiteri id, ipsum manifeste dignoscere, & eo magis quoniam Emanuel non solum nimis multa de iudæis suis scribit, & se multa etiam plura commodius alibi, & copiosius, & latius, uel scripsisse, vel scripturum esse sæpe inculcat, sed pleraque omnia huiusmodi sunt, quæ cômodum eorum, & fauorem impensè respiciant, nam exceptis capitibus vsuræ, & iuramenti in quibus voluit studiosè aduersarius iudæorum uideri, in reliquis omnibus duo illi sunt scopi, vel, vt in vsu iuris ciuilis iudæos æquet christianis, & nonnunquam etiã, præferat, uel, vt iudæis, quasi aliud agens, persuadeat, atque etiam illos deterreat, ne ab hæbraismo ad christianismum transeant, quę omnia facilè est cuilibet paulò diligenter Emanuelẽ ipsum legenti agnoscere, de quo, & illius thesauro hæc quin scriberem continere me non potui, nec debui, cæterum illi omnia, bene cupio, & in primis sanam mentem, vt homini, & ut amico meo, qui multis ab hinc annis consuetudine mea aliquando vsus fit, immò etiam. vt
15 iudæo, cul iudæorum, quoque salus † tũ animę, tum corporis a christianis negligenda non sit.
16 vnde egentes quoque iudæos subleuare † eleemosynis christiani iubemur. c. quiesceamus. dist. 42. c. non satis, dist. 56. c. si cupis. 16. q. 1. Oldr. q6. 264. Petr. Roye. dec. lituan. 5. num. 3 12. & seq. & 318. & sequen. Craue. consi. 73. sub nu. 10. 1. uol. & hæc pertinent, præsul Reuer. ad c. 1. propositę quæstionis de iudeorũ, filiis nullo mō in iudæor. domib. a christian. nutrice nutriendum. Quod ad 2. cap. attinet. Quid extra domos iudęorũ? DD. & theologi diuersè sensisse uidentur, quorũ ego

scri-

ſententias ex ordine, qui aptior mihi uidebibur
ſubiciam. Prima eſt exiſtimantinm non poſſe
Christianas mulieres etiam, extra domos iudeo
rum eor. filijs nutrimentum præbere, ſi ex eo ni-
mia conuerſatio, & familiaritas, cum iudæis con
17 trahi poſſit, alias uerò poſſe, ita diſtinguit † decla
rando ſententiam Card. Clauas. in d. ſumma ſua
Angel. uerb, iudæus. ſub. nu. 4. & Io. Tabiens. in 5.
alleg. uerb. iudęus. nu. 5. Secundò, contrarium te
nuerũt plures ſimpliciter, & indiſtinctè Hębreos
18 infantes † nutriri non poſſe etiam extra domum
ab nutricib. Chriſtian. & nitentes ratione. Quod
omnino, & neceſſario nimia cõſequeretur fami-
liaritas, & conuerſatio, cum iudæis uolentib. te-
ſte experientia, eorum, pueros uiſitare, unde in
hoc nulla eſt opus diſtinctione, cum aſſidua fami
liaritas, & conuerſatio ex neceſſitate ſit ſequutu-
ra. ita tenet Io. Anan. d. c. ad hæc. ſub. nu. 5. & 6. &
eum ſequitur. Addens ad Clauas. d. uerb. iu-
dæus, & ſubiungit Anan. ſe ita feciſſe practica-
re, & huic quoque opinioni, ut ueriori ſecun-
dũ, ſenſum adhæret Sylu. Prior. ſupra alleg. uerb.
iudæus, Multorum, itaque eſt ſentẽtia inter quos
præter ſupra adductos ſunt Butr. Abb. & alij. d. c.
ad hæc. quod ſimpliciter, & indiſtinctè nõ liceat
iudæis Chriſtian. habere nutrices ſiue in domo, ſi
uè extra domum. Tertiò confugiunt alij DD. ad
diſpenſationem in quo articulo aliqui dixeũt im
mo nullam eſſe extra. domum neceſſariam præſu
19 lis relaxationum, & diſpenſationum, cum † ex iu
re liceat ipſas extra Domum habere. ita ſcripſit
Phyl. quidam Simo. in addi. ad Fel. in d. c. at ſi cle
rici. §. de adulterijs. ſub. nu. 2 o. de iudic. & in hoc
fallitur. Marquard. d. tract. par. prima. cap. 4. ſub.
nu. 18. qui pro hac ſent. adducit Fel. in loco cita-
to, cum tamẽ non Fel. ſed Phi. ille Sim. hoc dicat,
ut dixi, immo Fely. claram, & expreſſam facit li-
mitationum de diſpenſatione epiſcopi extra do
mum. Damnandus quo. eſt Emanuel hæbreus,
de quo multa dicimus antea, ꝙ in eiuſdem Theſ.
uerb. iudæus. nu. 2 1 2. Laudat. Marquard. tãquàm
* clarè dicentem * commune eſſe DD. placitum iu
dæum extra domum ſuam nutrices Chriſtianas
habere poſſe etiam, abſque ulla præſulum diſpen
ſatione, qui tamen non dicit Marquard. ut ex eo
uidere eſt, & qđ fatur communiter tenere DD.
ad aliud eſt referẽdum, qđ modico negotio ſyn
cerus, & prædens lector animaduertet, & tãgam
etiam inferius, immo idem Marquard. alio loco,
alias, quoque à nobis citato hoc eſt c. 3. ſub. nu.
15. ſequiẽ doctr. de diſpẽſatione epiſcopi extra
domum. Et uerè nullus eſt ex Doctorib. quos ego
uiderim, q expreſsè hoc affirmet de nõ neceſſa-
ria epiſcopi diſpẽſatione extra domũ ꝑter Phil.
illum Sym. qui ex capite ſuo hoc Fely. doctrinæ
affingit. Quarto igiiur ex DD. Alij dixerunt, ꝙ for
tè poterit epiſcopus, ex cauſa diſpẽſare extra do
20 mum, & alij id ipſum affirmant † ſine dictione for
tè, inter quos nunc non diſtinguo. ita Fel. d. §. de
adulterijs ſub. nu. 3 o. Io. Anan. d. c. ad hæc in fin.
& ibidem Fel. addit ad Clauas d. uerbo iudæus.
Marquard. d. c. 3. nu. 15. & huic quoque ſenten-
tiæ, inhærere uides. Bet. Roy. in d. dec. 5. nu. 320.
quib. locis eam adducunt rationem, quòd cum
ſint opiniones inter DD. de hoc. Num iudæus
poſſit habere nutricẽ Chriſtianam extra domũ,
ſi diſpenſet Epiſcopus, non poteſt dici diſpenſa-
tio contra ius. Quintò pro caſu, quo poſſit conce
di diſpenſatio extra. Domum DD. Conſiderant
periculum interitus filij iudæi immo uident. etiã
non pauci admittere, ꝙ in caſu huiuſmodi neceſ
ſitatis humanius ſit dicere iudæum poſſe ſimpli-
citer, & quaſi citra beneficiũ diſpẽſationis Chri
ſtianam nutricem extra Domum habere, ne fi-
21 lius † eius pereat. ita Abb. in d. c. ad hæc. poſt Io.
And. & alios quos ibidẽ refert Fel. & Marquard.
d. c. 4. ſub. nu. 18. ubi dicit ita tenere Io. And. But.
* Card. & communiter * DD. in d. c. & ſi iudæos.
& hæc eſt communis. opinio ſecundum eum, de
qua ſupra pauiò ante dixi, & quæ ad caſum ne-
ceſſitatis reſtinguenda eſt, hanc quoque partem
diſtinguendo ſequitur. Maria. hoc. d. cap. ad hęc.
ubi poſt diſputatum articulum extra domum cõ
cludit, aut iudeus poteſt aliter ſibi prouidere in-
ueniendo nutricem iudæam, & tũc nec extra do
mum poteſt habere Chriſtianam, aut non poteſt
ullo alio modo ſibi prouidere, & tunc poteſt ex-
tra domum, ne iudæorum creaturæ pereãt, quas
humanum eſt inuita conſeruare, tum qua ipſi
infantes nihil delinquerũt, tum propter ſpem, ꝙ
ad fidem conuertant, hæc Soc. Nec addo unum
magni, momenti non deeſſe etiam non uullos,
q uoluiſſe quãuis ſub obſcure uidentur, poſſe epi
ſcopũ ex cã tãtę neceſſitatis, ut immineat pericu
lum mortis diſpenſare etiam in domo ipſius iu-
dęi. ſic Io. Tabiens. in uerbo iudæus, cũ dixiſſent
non poſſe illum diſpenſare in domo, cum hæc ꝓ
hibitio ſit in fauorem fidei ſubiũgit, niſi fortè ne-
ceſſitas naturalis urgeret, puta, nõ reperitur, qui
eos nutriat. ſic etiam Bartho. Fum. in Armilla ſua
ſub uerbo iudæus. nu. 8. cum firmaſſet nequire
Epiſcopum, diſpenſare, ut in domo nutiantur ad
dit, niſi neceſſitas naturalis urgeret, quæ neceſſi-
tas legi non ſubiacet. Sexto, & ultimo contra nõ
defuerũt alij, qui neque in domo, neque extra
domum curarunt etiam caſum neceſſitatis, & pe
riculum interitus, ſed eo neglecto decorem, & fa
uorem fidei magis dilexerunt, ex quib. fuit Ioan.
Anan. d. c. ad hæc. qui diſputato articulo de edu
catione extra domum, & pro parte affirmatiua
adducta ea ratione. Quod poſſent iudęorũ, crea-
turæ perire nihilotamen minus concludit uerio-
22 rem uideri † opinionem. Quod nutrices haberi
non poſſint etiam extra domum. & ſe ita feciſſe
practicari. ſic etiam hoc. in eo. c. ad hæc. non ob-
ſtante ratione. Abb. de periculo mortis probat,
tanquam ueriorem opinionem negatiuam, quã-
quam poſtea motus ratione præceptoris diſtin-
guit eo, quem ſupra retuli modo, ſed clarius, &
expreſſius cæteris hanc neglexit rationem Reue-
rendus

rendus Iacob. Vngarellus ordin. min. qui scripsit additiones ad sum. Angel. Clauas. bic enim in addi. ad uerb. ex hoc cōtrahitur. d. uerb. iudæus post relatam rationem Abb. Quod nisi haberent nutrices extra domos infantes iudęorum deperirent, eam refellendo respōdet. Melius esse, ut pereant, inimici Dei, quàm, quòd nutriantur, in uilipēdium creatoris. & adducit Scot. in 4. dist. 3. & hoc est dictum uerè singulare, & notabile. His ita se habentib. & DD. in hac materia parum in aliquib. conuenientib. non possum ego meam sententiam ex relatis DD. sententijs, collectam non adferre, & præsertim de iudęis nostræ urbis; Et summatim procedendo tres constituo conclusiones, quæ mihi ualde probantur. Prima est, quòd ego nullo unquam casu permitterem, aut suaderem relaxationem, & dispensationem in domo,
33 neque etiam, si allegaret manifestus † pueri interitus. nō uideo enim quo pacto possit casus cōtingere, in quo non posset puer seruari alēdo eū extra, domum ita, ut necesse esset alere in domo, nisi fortè ad paucas horas ex inopinato aliquo euentu permitteretur Christiana nutrix nutrire in domo iudæi, quòd tamen rarissime, & par-
34 cissime concederem. Secunda est concl. † quòd dispensationem extra domum nunquam admitterem, nisi in casu ualde euidentis necessitatis, quando manifestè constaret iudæum non posse ullo alio modo, ut dicebat Soc. sibi prouidere nec uitare aliter mortem pueri sui, quia s. nutrix iudęa nō reperitur, ꝙ specialiter memorat Royer, ut supra. nu. 32 o. Hic autem casus uix est quomodo ego mihi persuadeo, ut in nostra, urbe unquā eueniat, in qua sot sunt, & degunt mulieres hæbreæ, ut non solum impossibile non sit, sed nec etiam, difficilè defunctis puerorū Matribus, uel aliter filios, suos lactare minimè ualētibus alias inuenire, & substituere hæbreas mulieres, quæ circuncisos, & ut ille dicebat recutitos suos nutriāt. Et ego equidem aut nunquam dispensarē, aut uix ullo unquam casu indulgerem hæbreo, ut nutricem Christianam extra domum haberet ultra mensem, quem. s. compellerem, ut ad summam, intra id temporis spacium, iudæam, & con generem nutricem omnino sibi cōpareret. Tertia est, & postrema conclusio, quod si ex iusta ali
35 qua, † & ualde rationabili causa permisissem unquam iudęo Christianam nutricem extra domū, siue ad longum siue ad breue tempus, ubi primū rescirem ex conuersatione huiusmodi cū iudęis dictum aliquid, aut factum fuisse, quòd uel leuiter ad contumeliam, & dedecus sanctiss. nostræ religion. & animarum, detinentium pertineret, præter ultionem debitam districtam inhiberem
36 per ecclesiasticas censuras huiusmodi † comercium iunct. d. ca. & si iudæos, & tradita ab Astesan. in summa, prima parte. lib. 2. tit. 57. de iud. & Sarrac. art. 2. uer. item Christiani. & à Caieta. in summul. uerb. iudæorum. & in posterum Christianas nutrices iudæis negarem constantibus,

inflexibiliter, nec me tantillum unquā moueret iniecta, & obiecta, & obtrusa ratio urgentissimæ necessitatis, & manifestissimæ mortis, cui mecum ipse apponerem memoratum à me antea uerè aureum, immo Christianum uerbum, quòd ex Scoto, Vngarellus adducit, melius esse, ut pereāt inimici Dei, quàm, quòd nutriantur in uilipendium creatoris. quòd uerbum quanuis ipse non dum in Scoto legerim, immo quanuis, nec Scotus, nec Vngarellus dicerent, ego, tamen ut Christianissimum ualde semper probarem, & mordicus tenerem. Postremò autem loco non omitto id, quòd est Clarissimū Christianas mulieres hæbreorum, infantes nutricentes prçterquam in casib. permissis mortaliter, ut ecclesię, & ecclesiasti
27 corū, uerbo utar, peccare, quòd † nominatim ex pendit Fel. d. c. ad hæc in fi. de iudęis. Et hęc mea est sententia in hac disputatione. Num, & quando, & quomodo infantes iudęorum, à Christian. nutricib. nutriri possint, quam, & cætera omnia à me supra scripta exactissimo iudicio tuo Illustr. & Reuer. Pater subijcio, Sed nunc in mentem uenit nos eodem quoque tempore de re alia nō minus seria, & graui, & ad eosdem iudæos spectante colloquatus fuisse. Nempe de signis sacris, & imaginib. Domini, & Dei nostri, Deiparę Virginis, & sanctorum cælitum depictis, uel insculptis in parietib. domorum, & apothecarum, quas iudæi à Christianis pretio conducunt, immo etiā emunt, has enim iudæorum alij à te petunt, ut pmittas, uel abradi, & oblitterari, uel ita obserari, & occludi, ut non cernantur, neque appareant. alij uerò, hæc tè quoque insciente temere faciūt, & haud dubiè si impunitatem sperarent, inquinarent libentius oblimarent, fœdarent, conspurcarent, & his etiam deteriora facerent, quam ego tunc temporis tibi dixi sententiam meam nunc repeto, in eadem enim persto, quanuis hactenus ne uerbum quidem ullum hac de re apud DD. & Theologos legerim, Iudæos intra ipsos priuatos, parietes domorum, & tabernarum imagines huiusmodi habere, ego nullo modo permitterem,
28 etiam, si ipsi babere eas uellent, † nollem tamen, ut ipsi manus in eas ullo pacto inijcerent, sed nostris hominib. quid fieri uellem demandarem. Eas uerò imagines, quæ in parietib. in uias publicas prospectum habentib. conspiciantur, & à fidelib. transeuntib. religiosè, & piè apertis capitib. & flexis etiam genib. honorantur, & ueneran tur. nullo modo ammoueri uellem, nec celari,
29 aut occludi. & multo minus † si iudæi ipsi hoc, ut fieret peterent, & cuperent. hoc enim, uel dicta longe absurdum mihi uidetur, quòd sacre imagines in toto orbe Christiano, uel ī ipsius Christianæ ecclesię ortu, & à primæuis religionis tempo rib. admissę, & re cæptæ, quib. s. Christicolarum, & maxime rudi. & simplicium animi multifariā ad pietatem colendam promouentur, & excitātur, quorum etiam libri à Sanctis patrib. nuncupantur de locis publicis ad iudeorum, ipsorum, postu-

postulationem dimoueantur, & auferantur. Neque obijciat mihi aliquis imagines sacræ si auferrãtur, aut celentur, obuiam iri hac ratione iudæorum improbitati, ne quid non committendum in eas committant, porrò hoc rationis, si sequeremur, fanè in complura absurda incideremus. & ut cætera omittam, etiam imagines, quæ exiãt in parietib. domorum, & apothecarum. Christianorum, vicinarum, & cõtiguarum, domib. & apothecis hæbreorũ, & quæ continuè ob oculos illis abuersantur, hac eadem ratione abradendæ, & auferendę essent, & breui ratio ista nos eo duceret, ut quando iudæi in omni ferè urbis parte domos habẽt, & stationes, omnia necesse esset, quæ in tota urbe sunt Prior. nostrorum simulachra, & sancta signa delere, & amouere. quòd si quis adhuc obsistat iudęos non tam angi animo, & cruciari, ex aspectu sacrarum imaginum affixarum in nostris domib. & parietib. quàm si in proprijs, & quas ipsi inhabitant eas assiduè conspiciant, & id circo multo facilius fieri posse, ut ĩ has, quã in illas delinquant. Ego illud tantum, respondere indignum ualde esse Christiana maiestate,
30 & ea dominatione, quam Christiani † præcipuè magistratus, & principes in iudæos omni iure exercere possunt abstinere laudabi'ib. actionib. nostris, & morib. & ritib. & ijs potissimum, quæ sanctam religionem spectant, ne inde arripiant iudæi ansam, & occasionem delinquendi, quasi quòd longe facillimum nobis non sit eos peccãtes condignis pœnis, & si errata illorum. ita exposcant grauissimis, & seuerissimis ultionib. afficere, & compescere. Oratum autem te uelim Reueren. Pater, & quęcunque alium in cuius fortassis manus mea hæc scripta aliquando uenient, ut persuasum habeatis me nulla commotum indignatione in iudæos, quos bene scio, quantum, & quatenus Christiani omnes cõplecti debeamus, sed Christiana tum ueritate, tum pietate ad ductum apertè, & liberè sententiam meam dixisse. quinimo quisquis aduertet animum ad grauesillas notas, quib. plerique omnes Christiani scriptores iudæos insequant, uel sua sponte fatebitur me profectò, ne uerbum quidem ullum de iudęis obloquutum, sed parcè admodum, & leniter omnia loquutum fuisse. At uerò non libet in hoc uti testimonio ullius ex theologis, & scriptorib. pontificijs, ne quis fortasse obijciat, quanuis id si faceret immeritò faceret, hos cũ in hæbreos uehementer inuehuntur causam quasi propriam agere. Vnum igitur, ex plurimis adfero iuris cæsarei DD. uirum præterea natione Germanum Vldaricum nempe iuris professorem grauissimũ, & doctiss. is in eo de iudæis libello, de quo etiam antea memini ea. q. 1. nu. 5 o. de iudęis, & pręsertim qui his temporib. nobis cõuiuunt, ita ad uer
31 bum scribit. Iudæi inquit Christianis † sunt ingratissimi, eis quotidiæ publicis imprecationib. publicis execrationib. deuouent, usuris expoliant, seruitia negant, fidem nostram emaculatissimã derident, & desędare pergunt, in nostrum, saluatorem funestissimis blasphemijs, & id quidẽ publicè seruatur, & quòd omnium est crudelissimũ, Christianum sanguinem sitiunt, quem dies, & noctes cruentiss. isti sanguinarij querũt, quem, & in nostro territorio his diebus, q̃ sine cordis percul sura loqui non possumus plus semel effudisse à socijs criminum propterea supplicio affectis de-
32 lati sunt. præterea Christianum nomen † insectã tur, oderunt, deprimunt, dimaculãt, quin etiam, totam nostræ saluris fidem euertere, & cupiunt, & contendunt. tales itaque tam professos uerè dixerim hostes tam truculentas bestias, cur non eliminare, cur non à limitib. Christianorum. eminus expellere maxime princip. permittat? est. n. isthæc spurcissima sentina cimmerijs abstrudenda tenebris, nec timeri debet ne pereat semen israel, si quidem infinita recutitorũ, appellatorũ sex Caspijs est montib. per magnum Alexandrum conclusa, sunt quoque multi apud infideles, ut etiam grassabunda ista pestis si inter Christianos non ageret, satis superque talium sordiũ in terra relinqueret. hæc ille q̃b. intelligimus impium, & execrandum hoc hominum genus non
33 immerito à nostris. † Canes uocitari. Sed hoc quid mirum? cum sacra etiam pagina eadem appellatione eos notet. Quoniam circundederunt me Canes multi, diuinus dixit psaltes, iudęos canes appellans, qui. s. ut in hunc locum D. scripsit Aug. Ep. 120. plerunque contra innocentes latrant cum quib. non habent cõsuetudinem, libet &c. libet uerò Vldarico locum tantum, cõsimilẽ addere in eo, quòd scribit de quotidianis publicis imprecationib. & execrationib. quib. iudæi nobis deuouent ex Marsilio Ficino, uiro, quòd neminem latet græcè, & latinè doctissimo, & in omni disciplinarum genere profundissimo, cuius in aureo illo opere, quòd de Christiana religione scripsit, & inscripsit iudæos alloquentis, & grauiter redarguentis, hęc sunt uerba cap. 28. Curtã uenenosis execrationib. nobis pręcipuè ter saltẽ in quolibet die in sacris uestris, mala grauissi-
34 ma imprecamini, cum nos pro uobis oremus Deum, & mitiores etiam, quam Maumethenses erga uos simus? hęc Ficinus. Quod si quis cætera scire aueat, & quæ, & quam multa, & quam grauia iudæi olim perpetrauerint odio, & contemptu Christianæ religionis. Ecclesiasticam legat historiam, & eius authores, præsertim uerò Nicecephorum, ex quib. cognoscet eos non solum cõtra Christi Doctrinam multa insidiosè molitos fuisse, quoniam uiros eximios Hyerosolimis delectos in omnes urbis partes miserunt, qui Christianam sectam, ut atheam, & Deos abolentem impietatis manifestè confertam esse dicerẽt. sed in festo parasceues Christianam fidem uituperãtes, uel agnum crucifixisse, uel alia ludibrij, & dedecoris plena fecisse. Quinimo Theodosij Imperatoris anno sexto Christianum puerum comprehensum flagris ante ad mortem usque conci-

sum

ſum in cruce ſuſpendiſſe, & alia ſimilia plura in
Chriſtianos crudeliter,& in Chriſtianam fidem
35 contumelioſè eos feciſſe hiſtoriæ † commemo-
rant,quorum, etiam meminit Petr. Veruntamẽ.
in addi. ad repert. Inquiſit. uerbo iudæus.Quib.
autem pœnis iudæi delinquentes, & præſertim
in contemptum,& contumeliam orthodoxæ no
36 ſtrę fidei, & a quib.iudicib.ſubiiciantur † tradunt
ubertim DD. c.in non nullis. & d.c.& ſi iudæos
de iudęis c.in archiep̃atũ. de rapto,incend.& uio
lat.eccle.c.ſæpe. 18.diſt.Goffred. in ſumma ti. de
iudeis,& ſaracen.nu. 15.Io.Calder.tractat. de hæ
ret.capit.36. & Vbert. locat. in iudicial. inquiſit.
uerb. inuocare per totum, & in repert. inquiſit.
uerb.iudæus.uerſi.an,& ex qua cauſa. & ſæpe ali
bi.DD. Hæc ſunt Præſul.opti.quę de propoſitis
quæſtionib.ſcribere ad te uolui, in quib. quãuis
ad modum epiſtolę exaratis,nec ſermonis elegã
tiam,aut orationis puritatem, immo, nec etiam
uerborum,& uocum latinitatem, & proprietatẽ
affectaui,ſed iuriſconſultus, genus ſcribendi no
ſtri temporis.I.C.quorum plerique inornatè, &
& inquinatè loquuntur complexus,& ferè in om
nib.ſequutus ſum.Cæterum ſinceram ſaltem mẽ
tem, & tui obſeruantiſſ. agnoſcere tu poteris in
his meis ſcriptis. Quæ rurſum omnia cuiuſque
rectius ſentientis,& tuo in primis iudicio, quòd
facio,ut debeo,plurimi,ex animo ſubmitto. Va-
le diu pater Reuerendiſſ.ſic te ut uerbo, & exem
plo nobis, quib.præes proficias propicius reſpi
ciat,ac tandem, una cum grege tibi credito ad
uitam illam interitus,& mortis neſciam adducat
Deus Opt.Max.

Ex ædibus die.vj.Iulij.anno Sal.noſt.LXXX.

Io.Franc.Terz.Crem.

Subſcribo elegantiſſimæ conſultationi Eccellentiſſimi Cremonę in omnibus. ita mihi uiſus eſt in omnibus attingere ueritatis ſcopum. Et qđ attinet ad iudęorum animos erga Chriſtianã gentẽ uide omnino Sixtum Senenſem ex prædicatorum familia doctiſſimum hominem, q lib.2.Bibliothecæ ſanctæ in littera Thalmud circa finem,refert thalmudiſticas traditiones hæbreorum aduerſos charitatem, & humanitatem, ubi oſtendit teneri iudæos omnia peſſima diris imprecationibus Chriſtianis optare, noſtrunque excidium, & totius Chriſtianæ politiæ procurare, quod non ſemel feciſſe in hiſtorias relatum eſt.Ego claudius Bertazzolius.I.C.Ferrarienſis, & in patrio Gymnaſio Decretorum interpres.

ARGVMENTVM.

Si inter partes ſit facta caſſatio, & annullatio proceſſuum, iniuriarum,& condemnationum,an cenſeatur etiam remiſſa pœna conuentionalis iam incurſa ob fractionem pacis?

SVMMAE.

1 *Renunciatio, & remiſſio extenditur tantũ ad ſpecificata.*

2 *Niſi illius uerba ſint apta comprehendere plura,quia tunc ad omnia extenduntur.*

3 *Verba generalia generaliter præiudicant.*

4 *Interpretatio quàm tumuis lata admittitur,ẽt in materia odioſa deſcendens ex proprietate uerborum.*

5 *Verba generalia emittens præſumitur ſaltem in genere de omnibus cogitaſſe.*

6 *Renunciantes debẽt cauere à generalitate ſermonis.*

7 *Remiſſio iniuriarum,& uulnerum quando facta eſt ſimpliciter quid cenſeatur remiſſum?*

8 *Et in dubio quis cenſetur remiſiſſe tantum animi rancorem.*

9 *Dictio (quæ) inter diuerſa ponitur.*

10 *Pœna conuentionalis quando ſit remiſſa,uel nõ facta remiſſione iniuriarum generaliter?*

11 *Et quid ſi facta fuit caſſatio, & annullatio ſententiarum,& condemnationum.*

12 *Voluntas non minus factis quàm uerbis explicatur.*

13 *Renunciatio cum operata eſt debet reſtringi, & quando?*

14 *Præſumptiones cedunt ueritati,et in claris nõ ſunt allegandæ.*

15 *Remittere cenſetur omnia qui pro omnibus contrahit,ac ſtipulatur.*

16 *Res inter alios acta alijs obeſſe nõ debet.*

17 *Remiſſio quando dicatur facta non ſolum de iniuria,ſed etiam de pœna.*

18 *Pœna conuentionalis ne ſit commiſſa interpretatio illa eſt capienda.*

CONSILIVM DIII.

Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circunſpectionis labijs meis.

CONTENTIO eſt inter Gaianos, & Papinos Bagnacaballenſes nùm ex inſtrumento pacis rog.Mag.D.Franc. Comeo anno.1538.facta fuerit remiſſio pęnę conuentionalis, quę ad Papinos pertinere potuiſſet,uirtute ſententiæ latæ, & condemnationis factæ.anno.1536.à, Coccapanio tunc cõmiſſario Romandiolæ,contra Gaianos uti reos fractæ pacis ob mortem illatam D. Thomæ Papi

no

nó,& clausula prædicti Instrumenti, quæ dubita
tionem facit, concepta est his uerbis (Assentien
tesque ipsæ partes dd. modis, & nominibus a-
gentes imponi silẽtium omnibus, & singulis pro
cessibus, condemnationibus, sententijs, petitio-
nibus quibuscunquè, & cuiuscunquè generis
occasione supradictorum factis, & prolatis,
seu imposterum fiendis, & proferendis solemni-
bus stipulationibus hinc inde interuenientibus
&c. contendunt autem Papini ea clausula nõ fuis
se remissa pẹnã conuentionalem, sed tantũ remis
sas fuisse inter partes ipsas iniurias omnes, & of-
fensas, quæ in illum usque diem altera Ab altera
passa fuerat, & hoc uirtute uerborum clausulæ ge
neralis, quæ sequitur post specialem, & expres-
sam pacem, & remissionem factã de homicidio,
illato in personam domini Thomæ Papini, cuius
clausulæ generalis præcedentis immediatè rela
tam antea clausulam Assententesque, &c. uerba
sunt hæc) & generaliter una pars alteri, & altera
alteri de omnibus, & singulis iniurijs, assaltis, p
cussionibus, uulneribus, offensionibus uni per a-
lium, &, è, conuerso usque in præsentem diem il-
latis, factis, commissis, & perpetratis cum armis,
uel sinè, uerbo, uel opere occasione rixarum, bri
garnm, controuersiarum, differentiarum quorũ-
cunquè, quæ erant, uel esse dicebantur inter di-
ctas partes, qnæ omnia partes ipsę ut supra agen
tes, & obligationes inter se flennibus stipula-
tionibus remiserunt. Assentientesque &c.) sed cõ
tra Gaiani contendunt fuisse etiam remissas pœ-
nas omnes conuentionales ex memorato instru-
mento. quos uerius sentire ex istimo, idque ostẽ
dam ex confutatione argumentorũ quibus pars
aduersa nititur, quę quanuis aliquantum confu-
sè proposita fuerint in qualemcunque tamen or
dinem ego redigam. Ad primum generaliter
conceptum, quod est, renũtiationem, & remissio
nem esse stricti iuris, & in eis non uenire nisi ex-
pressa, & maxime si sint speciales, quia extendun
1 tur tantum † ad specificata, non uerò ad alia, &c.
Cagnol. l. ult. nu. 65. C. de pact. & alij alibi mand.
facile renuntiationes, & remissiones quanuis sint
stricti iuris, complecti tamẽ ea omnia, quę ex uer
borum significatione in ipsis comprehẽduntur.
& ideo si nerba ex eorum generali significatione
apta sint plura comprehendere ipsa renuntiatio
2 † trabitur ad omnia l. emptor. §. Lutius. ubi gl. &
DD. D. de pactis, & tantum pręiudicat generalis
renuntiatio, quantum specialis Bal. consi. 148 ad
3 fi. lib. 4. nam uerba generalia † generaliter præiu-
dicãt. l. ult. in fi. ubi Ang. C. de Dot. promiss. & est
* communis * opinio Alex. consi. 147. col. 3. lib. 2.
Tiraq. multos cumulans l. si unquàm in pręfat. nu
me. 116. uersi. item quia generalis. & seqq. C. de
renoc. donat. ubi uidendus est, & p̃ta uera sunt ẽt
in materia odiosa, in qua fit lata interpretatio, ut
dispositio generaliter loquens generaliter intel-
ligatur. Ang. l. ult. col. ult. ff. de constit. Prinic. non
enim in materia quamquam odiosa excluditur
4 lata † interpretatio, quæ ex proprietate uerborũ
procedit, iuxtà not. l. cũ lege, ubi Are. ff. de testa.
Tiraq. ibidem. nu. 119. uers. & hęc quoque. Addo
autem illud, quod magis est sub uerbis generali-
bus in quacunque materia contineri omnia etiã
non cogitata in specie à paciscentibus, & cou-
trabentibus, satis est. n. qđ in genere potuerint
cogitare, & in dubio ob uerborum generalitatẽ
5 uidentur saltem in genere † de omnibus cogita-
uisse. l. qui iure ff. de Testi. milit. Barto. Bal. & alij l.
sub prætextu. ff. de Trans. & alij multi de quibus
idem Tiraq. eo. loco. nu. 120. uer. ideo salubriter,
quando quidem tantum efficit genus quo ad ge
nus, quantum species quo ad speciem, Rui. cons.
111. nu. 6. 1. Et prop. renũciatio generalis ad om
nia trahitur. l. pluribus. ff. de acceptil. nempè ex
ui ipsorum uerborum generalium, quæ generali
ter operari debent l. regula. §. ulti. ff. de iur. fac.
ignor, Alex. consi. 42. nu. 8. lib. 1. hinc est illa ad-
monitio Doctorum dicentium debere renunciã
6 tes † cauere sibi, à uerbis huiusmodi nè in prom-
ptum ex effuso sermone incidant periculnm, iu-
xtà d. l. ult. C. de Dot. promiss. parit. n. sæpæ peri-
culum uerborum generalitas. undè debent sibi
imputare ità paciscentes si non cogitauerint om
nia etiam non cogitata, sub uerbis generalibus
cõprehendi, ut dicit Bal. l. tres Fratres ff. de pact.
& consi. 186. in princ. lib. 4. & hanc rationem uo
lui pluribus explicare quoniam ex ea non solum
tollitur prima aduersæ partis argumentatio sed
etiam submouentur sequentes, quòd ex bis quæ
subijciam patebit, quando quidem clausula, As-
sentientęsque: habet uerba adeo generalia, & ef
fusa, ut non solum apta sint comprehendere re-
missionem pœnæ conuentionalis, & cuinscunq;
interesse, pecuniarij, sed necesse sit dicere contra
hentes banc remissionem facere omnino noluis-
se qm̃ alioquin non nulla eius clausulæ uerba es-
sent uana, & superflua, & nihil operantia, ut infe-
rius dicam, quod non est affirãmdum ex uulgar.
imputẽt, ergo sibi contrahentes, qui ità effusè pa
cti fuernnt &c. & hæc de prima aduersæ partis
argumentatione. Secunda est magis specialis,
quod si fiat remissio iniuriarum, & offensarum, &
uulnerum, & homicidiorum, & aliorum id genus
nunqnàm censentur remissa damna, interesse pe
cuniarium, & pœna nisi expresè, id dictum fue-
rit, ad quòd plures adducuntur DD. quos non re
fero. Verùm respondeo animaduertendum esse
ad nonnulla magni momenti in hac disputatio-
ne. primò procedere doctrinas allegatas ex ad-
uerso quando remissio iniuriarum, uulnerum
7 tio, facta est simpliciter, hoc enim uerbo (simpli,
citer) in specie, & ex proposito utũtur DD. Io. de
Amic. consi. 88, nu. 14. Iul. Clar. in pract. crim. §. ul
timo. 9. 58. uersi. quæro modo, Octau. Vulpel. de
Treug. & pac. 9. 29. & alii, & qui DD. in hac ma-
teria expresè non utuntur uerb. simpliciter, ita
tamen loquuntur, ut constet eas agere de simpli-
ci iniurię remissione, ut sunt Fab. in §. ultimo. Inst.
de

de iniur.Couaru.lib.2.eap.10.ſub.nu.6.uer.quar
to eodem, Varria.reſol.& alij. unde non eſt mirũ
ſi dixerunt nõ intelligi factam illis caſibus remiſ-
ſionem intereſſe pecuniarij, damnorum,& pęna-
rum &c.ſed in noſtro caſu,non eſt facta ſimplici-
ter, aut ſimplex remiſſio iniuriæ,ob adiectionem
clauſulæ Aſſentienteſque , quòd magis patebit
ex inſerius dicẽdis ergo,&c.ſecundo,quod DD.
loquuntur de ſimplici iniurię remiſſione patet
ex ratione,quam adducunt,quæ eſt,quod in du-
8 bio cenſetur quis † remiſiſſe tantum animi ran-
corem propter æternam ſalutem.ita Fab. d.§.ul-
ti.Inſt.de iniur.& Clar.d.q.58.uer.quæro modo,
quæ ratio potiſſima quidem qua fulcitur com-
munis ſententia,non conuenit aliquò pacto ca-
ſui noſtro, in quo ſi contrahentes pacem incun-
do uoluiſſent remittere tantum animi odium, &
rancorem intuitu ſalutis æternæ,certè non adie-
ciſſent clauſulam, Aſſentienteſque:ut dicam ſta-
tim, ergo &c.quarto quod partes noluerint face
re ſimplicem iniuriarum,& offenſarum remiſſio-
nem manifeſtè ex eo intelligitur, quia contenti
fuiſſent prima illa clauſula à nobis ſupra relata,
cuius eſt initiũ,& generaliter una pars alteri &c.
at uerò addentes clauſulam, Aſſentiẽteſque,&c.
uoluerunt, augere remiſſionem, quod augmentũ
9 clarè deprehẽditur, tùm ex† coniunctione (què)
quæ cum inter diuerſa ponatur auget, gl. & DD.
in rub.C.de iur.& fac.ignor.Iaſ.& alij ĩ rub.D.ſol.
mat.tum ex uerbis ipſius clauſulæ admodum ge
neralibus illis (proceſſibus, condemnationibus,
ſententijs, petitionibus quibuſcunque, & cuiuſ-
cũque generis occaſione ſupradictorum factis,
& prolatis,&c.) porrò cum pœna conuentiona-
lis de qua nunc agitur, cõtineatur in proceſſu, cõ
demnatione, ſententia,& petitione factis, & pro
latis contra Gaianos d.anno.1536.occaſione di
cti homicidij in perſonam D.Thomæ Papini pa-
trati, abſurdiſſimum eſt dicere eam pœnam non
fuiſſe à partibus remiſſam, cum relatum ſit in re-
ferente, cum omnibus ſuis qualitatibus l. Aſſe to
to.ubi Barto.D.de Hæred. inſtit. cum ſimilibus,
Quinto, niſi fateremur contrahentes remiſiſſe ẽt
pœnas conuentionales ſuper fluerent,& nihil o-
perarentur, tres illę dictiones (cõdẽnationibus,
ſententijs, petitionibus) quoniam remittẽtes ſim
pliciter iniurias,& offenſas nõ habẽt neceſſe caſ-
ſare,& annullare condemnationes ullas, uel ſen-
tentias, uel petitiones, ſed querelas, denuntiatio
nes, accuſas,& huiuſmodi, quæ reſpiciunt proſe
quutionem iniuriarum,& offenſarum, ut in termi
10 nis loquitur. D.Rim.Iun.conſil.103. ſub. numer.
37.uer.3.& ult.undè ſequitur illius reſponſum ni
hil iuuare partem aduerſam, quoniam re uera re-
nũtiatio de qua ibi, quamuis aliquibus generali
bus uerbis concepta erat reſtricta ad iniurias, &
offenſas, quod patet ex lect.eorum de quibus ibi
Rim.& præcipuè.nu.42. uer.2.confir. cum igitur
in ſpecie noſtra facta fuerit caſſatio,& annullatio
condemnationum, ſententiarum,& petitionum,
quæ annullatio, & caſſatio nihil operarentur in
ſimplici remiſſione iniuriæ, ſequitur neceſſ. pœ-
nam quoque conuentionalem contentam in di-
ctis cõdemnationibus ſentẽtijs, & petitionibus
11 renunciatam,& remiſſam † fuiſſe,& ita in termi.
noſtris, ut uerba operentur, tradit Alex.l.ſi tibi.§.
quædam D.de Pact.Vj.quod pars aduerſa intel
lexerit remittere pœnam conuentionalem ſibi
debitam in ſpecie ob ſequutum homicidium in
perſõnam D.Thomæ Papini, & ſententiam indè
latam conſtat liquidò, quoniam antè celebratũ
dictum inſtrumentum.1538.petierat in iudicio
eam pœnam conuentionalem, quòd ſatis appa-
ret ex ipſa ſententia lata à Coecapanio anno.
1436. & præte. ex proc. hic Ferrariæ celebrato
coram conſi.iuſtitiæ, in quo Papini oppoſuerunt
non deuolutionem,& deſertionem aduerſus ap
pellationem à Gaianis interpoſitam, à, memora-
ta ſententia.1536.& poſt celebratum prædictũ
inſtrumentum ann.1538.ipſa pars aduerſa eam
pœnam conuentionalem nunquàm amplius pe
tijt, intelligimus ergo non ſolum ex uerbo illo cla
riſſime (petitionibus) fuiſſe remiſſam pœnam cõ
uentionis, quæ antea a Papinis fuerat petita, ſed
etiam ex facto ipſius partis contrariæ, quæ nun-
quàm poſt ipſum inſtrumentum..1538. uſque in
hunc diem,& ſic intra ſpacium annorum.40.pe-
tijt amalius eam pœnam, declarando etiam hoc
modo ſenſum,& intellectum clauſulæ, Aſſentien
teſque, &c.cum uulgare, & uerum ſit uolũtatem
12 non minus factis,& rebus, quàm uerbis † expli-
cari.l.Paulus D.Rem.rat.hab.l.repudiãda.C.de
inſt.& ſubſt.Rom. conſil.291.in prin. & ſupradi-
ctum uolui latius attingere pro diſſolutione ſecũ
dę partis aduerſę argumentationis, q̃ fortior cæ-
teris uidetur, ex quibus tollitur etiã tertia ratio,
quod generalis renuntiatio ſe referens ad alia
ſpecificata non extenditur niſi ad nominata, qa
non eſt uerum clauſulam Aſſentienteſque, &c.re
ferre ſe neque expreſsè quod fit in caſu de quo
Gozad.conſi.1.nu.6.& ſeq. neque tacitè ad re-
miſſionem iniuriarum,& offenſarum, ſed immo
habet uerba longe generalia, & ſolum conueniẽ
tia remiſſioni pœnæ conuentionalis, ut oſtendi.
ergo quarta quoque ſublata eſt ratio, quod cum
13 renuntiatio operata eſt debet † reſtringi, Benint.
dic.72.nu.4.& 6.non enim poteſt dici in caſu no
ſtro illa operari ſi non includatur pœna etiã con
uentionalis, tum quia uerba generalia non ſerua
rent ſuam uim,& generalitatem, tũ quia aliquot
uerba ſpecialia fruſtra omnino,& inutiliter eſsẽt
appoſita, quod ex ſententijs manifeſtum eſt, &
quod dicitur remiſſionẽ factam fuiſſe à Papinis
ob illud ſolum, ut Gaiani poſſent gratiam à Sere
niſſimo Principe conſequi, uana eſt diuinatio, q̃
nihil releuat, maxime cum habeamus clauſ. uer-
ba, à quibus non eſt recedendum ut ſupra.undè
etiam fit, ut nihil ſit quòd ſubiungitur de non ca-
pienda præſumptione iacturæ iuris iam quæſiti,
iuxta.l.cũ de indebito.D.de probat. fruſtra enim
alle-

14 allegantur in claris præsumptiones,† quæ.l. cædunt ueritati.l. continuus. §. cum ita C. de uerb. oblig.l.eum uulg. Et hoc tollit etiam rationem.l. ueterib.C.de pact.satis.n.aperta sunt, & manifesta uerba clausulæ, quod ex hactenus scriptis apparet. Quinta quoque ratio aduersæ partis satis infirma est, qđ Papinus dicto instrumẽto. 1538. reseruauerit sibi salua iura instrumẽti. 1521.&c. aduertatur.n.non esse illam resseruationem, uel protestationem Papini ad conseruationem alicuius iuris iam sibi quæsiti, pura pœnæ ex conuentione debitæ, uel alterius iuris, sed est protestatio communis utriusque partis pacem contrahentis, quæ pro maiori pacis conseruatione nõ intendit recedere à primo pacis instrumento, & eius capitulis, quod erit Clarissimum cuique legenti clausulam de hac re conceptam, quæ incipit ibi, protestatione tamen præmissa, & mentio quæ ibi fit arbitrij Serenissimi Pricipis, nullo modo conuenit reseruationi iuris alicuius Papino competentis, ut uidere est. undè ex ea clausula longè diuersa ab ea, de qua Rim.Iun.d.cõsi. 113. ut ex utriusque lectione patebit, & ostendi etiam supra alio loco, nullo modo inferri potest ad nõ remissionem pœnæ cõuentionalis.l.Papin.C. de Minor.& maxime ob sequentem manifestã clausulam Assentientesque,&c. vj.etiam ratio parum facit ad rem quod pœna conuentionalis spectaret ad Papinam non in totum, sed pro ciuili, cum etenim ipsi Marcus Antonius & Baptista Papini principales promissores pacis contrahant, acqui
15 rant, stipulentur &c. pro omnibus quod mirum si etiam pro omnibus remiserunt pœnam † conuentionalem, iuxta regulas tritas. I.iam hoc iure C.de uulg.& pupill.subst.l.eum qui ædes.in fi.C. de usucap.l.secundum naturam. C.de reg. iur.& similes, & id fit quotidiè ab contrahentibus pacem, & factum est sæpe numero ab ipsismet partibus de quibus sermonẽ habemus, & quicquid sit quo ad alios Clarissimum est instrumentum quo ad Papinos de quibus solis nunc agitur. vij. nihil etiam obsistit allegatus stylus olim Magnifici Cornei, quod in illius instrumentis ubi partes ultra actiones, iniuriarum uoluerunt remittere pœnam conuentionalem id expresse dixerunt, tum quia stylus notarii non dicitur probatus ex uno instrumento, quod tamen instrumentum à parte aduersa allegatum nescio, an fuerit exhibitum, & illud esset uidendum, tum quia ubi hic stylus esset probatus, nihil tamen noceret ueritati celebrationis instrumenti de quo nos uerba
16 facimus, & ex regula res inter† alios acta obesse aliis non debet C. Res int. alio. act. & ex ijs quæ de still o traddunt DD. de quibus Ioseph. Ludou. Dec.Perus.96.nu.8.28.& seqq. 2. parte. & accedat notarium conficientem instrumentum inter diuersas personas in uoluntarijs dependentibus ex partium conuentionibus nulli stylo alligatum esse. quia non refert ex æquipollentibus quid fiat, iuxta reg. uulgar. & demum quicquid sit de stylo aliorum instrumentorum Cornei, instrumentum præsens est Clarissimum, neque eger aliqua declaratione ex stylo, est enim perindè ac si in eo facta fuisset expressa, & specialis mentio pœnæ conuentionalis, qđ apparet ex suprascriptis. viij. tolliť & ex pdis considerata æquiparatio inter pœnam legalem, & conuentionalem, quoniam ad consil. Rim.iun. 103. quo innititur hęc argumentario fuit supra accomodatum speciale respõsum, & obstãt præt.alia, à, nobis supra adducta. ix. nihil quoque est quod repetitur remissam fuisse actionem iniuriæ ad obrinuendam facilius restitutionem à Principe, non autem factum remissum fuisse, porrò id ipsum ut dixi quoquè antea est diuinare, cum de hoc nullum uerbum in instrumento, & cum clausula. Assentiente sq; habeat Cassationes, & annullationes quibus Gaiani non indigebant, pro obtinenda à Principe restitutione, & quibus intelligimus factum quoquè non uerò solum iniuriarum
17 actionem remissam† fuisse, iuxta trad. à Rui. cons. 86. sub. nu. 8.5. uol. & ex prædictis omnia sunt sublata quæ adducit pars aduersa, ut effugiat remissionem pœnæ conuentionalis ab ea factam in memorato instrumento. 1538.

Decimò, asir, & ultimo loco supradictis addo, Papinis petentibus pœnam conuentionalem obstare non solum ipsum instrumentum ann. 1538. de quo tam multa diximus sed etiam ipsorum etiam confessionem, de qua in proc. anni. 1562. Et præterea postremum quoquè instrumentũ ann. 1563. de quibus confessione, & instrumento ego hic plura non dicam, cum de illis alias scripserim in mea iuris allegatione, cuius est initium, Nullo modo, &c. quæ ęst pœnes Clarissimum. D. Iudicem. undè ex pluribus fit pro Gaianis conclusio pronuntiandum esse pœnam conuentionalem de qua agitur, & cuius cognitionem, & decisionẽ Clar. D. Iudex sua sententia sibi reseruauit Papinis, & eorũ quæ to gradui non deberi, in quam sententiam facilius abeũdum est ex Doctrina quæ habet, interpretationem illam capiendam esse, per quam pœna &
18 conuentionalis †non sit commissa, Dec. l. factum. §. in pœnalibus.ff.de reg.iur.Hier.Gabr.cõsi. 181. in fi.ergo & illa capienda est per quam sit remissa. l.à titio.ff.de uerb. oblig.cum uulg.

Laus Deo Opt.Max.

Io.Franciscus Terzanius Cremona I.C.Ferrariensis. Et interpres iuris Cæsarei.

ARGVMENTVM.

In eodem casu non nullis satisfit dubitationibus emissis

SVMMAE.

1 *Pœna conuentionalis, & confiscationis sunt diuersa.*

2 *Argumentum à contrario sensu etiam in iudicijs*

ciis & libellis procedit .

3 *Fiscus tenetur edere reis ad exceptionem illorum probandum.*

4 *Et maxime hoc est aequum ne, bis idem soluatur.*

5 *Praescribitur contra fiscum spatio uiginti annorum, & quando maius tempus exigatur.*

6 *Iuramentum non egreditur personam iurantis.*

7 *Nec complectitur haeredes iurantis constitutos in bona fide.*

7 *Fides bona regulariter in dubio praesumitur.*

8 *Solutum semel non est amplius soluendum.*

10 *Via electa est sequenda.*

11 *Princeps quicquid agit sine alterius iniuria agere debet.*

12 *Solutũ etiã illud dicitur, quod una uice agitur.*

13 *Pacem facientes obligantur, & conuenitt debent pro sua uindi.*

14 *Soluere nemo tenetur pro alio.*

15 *Confessionem propriam qui impugnat non est audiendus.*

16 *Renuntiantibus non datur regressus ad iura renunciata*

17 *Paci, stipulatio quo ad petitionem poene incipit à prioribus stipulationibus.*

CONSILIVM DIIII.

Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiae labys meis.

NVLLO modo debet Clarissimus Cõsultor Serenissimae Camerę Ducalis Committere aduersus Gaianos exequutionem sententiae olim latae anno.1530.a Magnifico Domino Iuliano Coccapanio, & procedendo distinctè, & ex ordine accipio poenam confiscationis bonorum cuius dimidia applicata fuit Camerę Ducali, dimidia parti offensae iuxta tenorem statuti Ferrariae, & Bagnacaballi porrò quantum pertinet ad partem applicatam Camerae, illa nulla ratione potest peti, quod ego alias ex pluribus latae comprobaui, & inter caeteras adduxi potissimam illam rationem sumptam, & cancellatione totius dictae sententiae, & condemnationis, de qua cancellatione scripsi multa, quae hic non repeto quoniam prior mea iuris allegatio est in manibus Illust. & Clarissimi D.Consiliarij, ibique respondi ad obiectionem quam nũc facit syndicus Camerae, quod gratia, & cancellatio restricta sint ad poenam corporalem, non uerò complectantur pecuniariam id n. falsum est, ut ex multis tunc ostendi. Neque obstat quod. Nouissimè adducitur cõstare ex proc. ann.1562.& sententia ex eo sequuta qua fuit declaratum procedendum esse ad exactionem poenae conuentionalis pro parte spectante ad Ducalem Cameram. Gaianos ipsos nõ obtinuisse gratiam liberam à Serenissimo Principe. quo ad omnes poenas &c. quia respondeo id quidem admittere non quantum pertinet ad poenam conuẽtionalem, quoniam uerisimile non est fuisse de illa à DD.Hyeronimo, & Io. Gaianis supplicatum Principi, sed tantum de poena corporali, & confiscationis bonorum, quibus ipsi propriè, & specialiter condemnati fuerunt, & respectu quorum consequuti fuerunt gratiam liberam, undè nihil obstat argumentum aduersariorum loquentium
1 de poena conuentionali, nos autem † nunc loquimur de poena confiscationis, quę sunt diuersa, & ex diuersis non fit illatio. l.Pap.exuli. ff. de minorib.25.anno. l.ult.ff.de calum.cum simil. Immo argumentum hoc diuersae partis sumptum ex praefato proc. facilimè, & uerissime retorquetur contra ipsam, quoniam quemadmodum syndicus tunc Ducalis Camerae, & Cortesij petierunt executionem sententiae praedictae pro poena conuentionali, ita etiam sine dubio petijssent pro poena confiscationis bonorum eadem sententia contẽta, nisi sibi constituisset eam penam Camerę non deberi ob gratiam liberam obtentam à Gaianis, & cancellationem exinde sequutam, & facit quoniam fortissimum est argumentum sumptum à contra-
2 rio sensu † etiam in iudicijs, & libellis iudiciarijs iuxta l.1.§.Huius rei. & ibi Dec. Bologn. & Rim. Iun.ff.de off.eius cui mand.& Iurisd. unde ex memorato processu ducto arg. à sensu contrario intelligimus poenam confiscationis nullo modo debitam fuisse Serenissimae Camerae Ducali, & fortè etiam Corneus Cõsultor uidit rescriptum Principis ad praeces Gaianorum, quod nunc latet. Quod rescriptum absurdum quidẽ est dicere Gaianos exhibere teneri, cum in manu, & potestate sua non habeant, & uerosimilimum sit ipsum poenes fiscum esse, qui fiscus teneretur illud
3 aedere Gaianis reis ad exceptionem † eorum probandam Dec.l.iustum.nu.2.C.de eden. quod est multo magis uerum in psiti casu, in quo Gaiani agunt de probãda solutione, & satisfactione quã uim habet cancellatio, ut alias dixi, est aũt max.
4 aequum hoc casu edi à fisco reo, ne bis idem soluatur.l.bona.fides.ff.de Reg.lu.Dec. in his terminis.d.l.iustum.d.nu.2. Et haec quo ad gratiam, & cãcellationem. Rursus adducebàm pro Gaianis praescriptionem tot annor. non solum.10. iux.statutum de tempo.stat.infr.quod accus.&c.lib.3.c.14. nec solum uiginti, quod tempus sufficit reo ex dispositione iuris communis secundum opi-
5 nionem † cõmunem * de qua Clar.in prax.Crim.
* §.ult.q.51.ubi adducit alios, sed etiam annorum duorum, & quadraginta, quo tempore praescribuntur bona etiam fisco quaesita, & incorporata quod dixi alias ex Boer.dec.263.nu.21.uersic.si uerò non sunt, & quod opponit pars aduersa al-

legatum

legatam præscriptionem non uendicare sibi lo-
cum in casu iurato, tollitur dupliciter.

Primo, quia iuramentum præstitum in instru-
mento ann. 1521. rogato Domino Iacobo Saua
na non potest officere, quoad impediendam præ
scriptionem Gaianis nunc conuentis, ipsi enim
non iurarunt, sed sunt hæredes, & descendentes
6 eorum qui iurauerunt, & iuramentum † ex par-
te iurantis est personale, neque illius personam
egreditur. capit. veritatis. de iureiuran. Tiraquel.
de præscriptio. §. secundo. cuius sunt uerba. Nec
creditur ei, &c. glos. vnic. post princip. immo etiã
nihil operatur in ijs in quibus iurantis consensus
deficit. Barto. l. si quis pro eo. in princip. colum. fi.
versicu. præterea. de fideiuss. Rom. consilio 269.
numero secundo. ergo iuramentum non comple
7 ctitur hos Gaianos hæredes constitutos † in bo-
na fide, & instrumentum cum eorum maioribus
celebratum ignorantes. l. qui in alterius. ubi Do-
ctores. ff. de regu. iur. cap. cum quis. eod. titu. vnde
8 si regulariter præsumitur † in dubio bona fides
* secundum cõmunem * opinionem, de qua mul-
ta Tiraquel. dicto tract. de præscriptio. §. primo.
gl. secunda, uersicu. bona autem fides multo ma
gis in casu de quo nos agimus.

Secundò accedit quod iuramentum interpo-
situm in dicto instrumento ann. 1521. nihil facit,
quantum attinet ad pœnam confiscationis bono
rum, qua fuerunt condemnati Gaiani iuxta for-
mam statuti Ferrariæ, & Bagnacaballi, non autẽ
secundum tenorem dicti instrumenti, in quibus
statutis nullum continetur iuramentum non de-
linquendi, ergo frustra opponitur iuramentum,
& hæc quo ad pœnam confiscationis applicatã
fisco, quantum pertinet ad partem pœnæ conuẽ
tionalis eidem fisco applicatam, obstat fisco ua-
lidissima exceptio solutionis factæ quo ad por-
tionem, seu ratam dictæ pœnæ debitam ex bo-
nis ipsi[9] domini Hieronymi Gaiani, de qua solu
tione constat ex apeochis manu Massarij lugi, &
ex libris ipsius, est autem clarissimum solutum se-
9 mel non esse † amplius soluendum Afflic. decisi.
150. numero decimonono. in fi. D. Cepha. consi-
lio 189. numero vigesimoquarto. in secundo. Et
quod obijcit syndicus Cameræ posse fiscum, nõ
obstante solutione facta d. portionis, & ratæ, con
sequi reliquam summam ab ijsdem Gaianis, tum
quia habet omnes comprehensos in instrumen-
to pacis obligatos in solidum, tũ quia ipse fiscus
nulla ligatur consuetudine, multas patitur respõ
siones. Primò, non est verum Gaianos, qui con-
traxerunt pacem ex dicto instrumento 1521. o-
bligasse se in solidum, quod ex ipsius instrumenti
lectura apparet. Secundo, Mass. officialis fisci, &
consequenter ipse fiscus elegit hanc viam exigẽ-
di dictam pœnam conuentionalem diuidendo,
& taxando illam per portiones, & ratas, ergo pa-
teat sibi via quam elegit, nec nũc sibi displiceat,
quod semel placuit. cap. quod semel. de regu. iu.
10 in sexto. quod procedit potissime † in electio-
ne, qua semel facta non licet variare. Dyn. dicto
cap. quod semel. nume. 11. & maximè, cum uaria
tio respicit alterius detrimentum, ut in casu no-
stro, nemo enim potest mutare consilium in al-
terius detrimentum. cap. mutare, ubi Docto. eod.
11 titu. de reg. iur. libro sexto. quod † certè conue-
nit etiam in principem, qui quod agit sine alte-
rius iniuria agere debet. Rolan. consilio. nonage-
simoseptimo. numero 35. in primo. Tertio, ita so-
litum fuit semper, & indifferenter fieri, & seruari
in exactione pœnarum in similibus casibus in ꝓ-
uincia Romandiolæ, quod ex libris Massarię ma
nifestum fieri facile potest est. autem solitum
12 quod etiam † ex vnica uice inducitur. l. Mela. §.
sed, & si alimenta. & ibi Barto. ff. de alimen. & ci-
ba. lega. Ange. & Castren. l. cõsentaneum. C. quo
mod. & quan. iud. in omni casu seruandum. l. mi-
nimè. ff. de legibus, & S. C. latè Alcia. de præsum
ptio. secunda præsup. 30. Cepha. consilio vigesi-
mooctauo. numero trigesimoprimo. & sequent.
primo volum. & est communis opinio ex Dec. l.
certi conditio. §. si nummos, numero quinto. & se
ptimo. ff. si cert. pet. ubi, & alij. Quarto, id etiam
cum dispositione iuris communis conuenit, se-
cundum quod si plures mutuo obligentur ad pa-
13 cem, quilibet agit, & cõuenit † pro sua uirili, Bar.
Ang. & alij. l. vlt. ff. de duob. re. Doc. l. 2. § item si in
facto. & l. 4. §. Cato. ff. de uerb. obli. Corn. cõs. 51.
1. uol. Alex. 116. in 4. 5. & ult. nõ est ommittendũ
quod cum Massarius ab initio diuiserit hanc pœ
nã, & taxauerit pro ratis quorũcunq; cõprehen-
sorũ instr͂o pacis, credendũ est, quod quẽadmo
dum exegit ratas suas a D. Mengo, & Lud. Gaia-
nis, ita etiam exegerit reliquas a reliquis consor
tibus. vnde iniuria certè molestantur, nunc Ga-
iani de quibus in hac causa ut soluant pro aliis
14 non solum, quia nemo tenetur † soluere pro alio
l. supra iter. §. apud ferocem. ff. de aqu. plu. arcen.
l. nemo ideo. ubi Cag. & alij. ff. de reg. iur. sed etiã
quia ualde credibile est alios quoque consortes
soluisse, & supradicta inseruiunt Gaianis quantũ
pertinet ad pœnam spectantem ad Cameram in
bonis olim Domini Hieronymi Gaiani. Quod
verò attinet ad personam Domini Ioannis Gaia
ni præter cancellationem, & gratiam, & præscri-
ptionem, & alia superius allegata accedit quod
ipse Dominus Ioannes eo tempore quo lata fuit
sñia condẽnatoria erat filiusfa. & in patris ptãte,
vnde non est locus disputationi confiscationis
bonorum, cum nihil bonorum haberet. l. placet.
ff. de acquirẽ. hæred. cum similib. & ubi pars ad-
uersa insisteret super legitima ipsius Domini Ioã
nis confiscãda post mortem patris iuxta stat. &c.
respondi ipsam legitimam ascendisse ad sum-
mam lib. 100. quod manifestè apparet ex senten
tia lata p͂re d. Do. Io. iam defuncto a Mag. D. Cõ-
stãtino Coccapãnio tũc tẽporis lugi Viccario, &
cum in detractione legitimæ attendatur tempus
mortis patris, & ipsa sententia faciat ius, transla-
tum est in aduersam partem onus probandi, si

quicquam in contrarium adferre uelit, quæ positiones clarissimæ sunt in iure. Reliquum est, vt postquam ostendimus fiscum exclusum esse petitione dimidiæ partis pœnæ, tum confiscationis, tum conuentionalis ipsi applicatur videamus, an idem dicendum sit de ipsis Papinis, aut Cortesiis aduersariis quantum ad vtranque pœnam confiscationis, & conuentionalem parti applicatam, & profecto idem dicendum est ipsos quoque exclusos esse omni petitione ex nonnullis solidissimis fundamentis.

Primò, quoniam ipsi Cortesij Dominis Mengus, & Petrus Simon nunc agentes alias confessi fuerunt, ut constat ex allegato processu anni 1562. in scriptura exceptionum ipsorum aduersus interpellationem Gaianorum pœnam de qua in dicto instrumento anni 1521. celebrato inter Dominos Franciscum olim Domini Masij, & Franciscum olim Domini Matthei Cortesios, & sequaces, ex una, & dominos Mengum, & Dominicum Gaianos, & sequaces ex altera ad se non spectare, & non pertinere, at nunc agunt virtute eiusdem instrumenti anni 1521. ergo nullo modo audiendi sunt, tum quia veniunt aduer-

15 sus propriam † confessionem qua nulla est maior probatio. l. prima. ff. de confess. Cephal. qui alia consilio centesimononagesimosecundo. numero octauo & sequentib. in secundo. & maxime facta in scriptura idem Cephal. consilio ducentesimononagesimoseptimo. numero tertio. codē uolumine. tum, quia si quid iuris sibi competiisset ea confessione, & iudiciali renuntiassent

16 illi, ar vero certum est renuntiantibus † non dari regressum ad iura renunciata, l. quæritur. §. si uenditor. ff. de Aedil. edic. Dec. consilio tricentesimooctuagesimonono. numero decimo. Ceph. qui alios centesimononagesimosecundo. numero decimosexto. ducentesimooctuagesimoquarto. numero sexto. secundo uol.

Secundò, obstat ualde aduersarij instrumentum ann. 1538. rogato Domino Francisco Corneo, quo dominus Marcus Antonius Papinus pater aduersariorum nunc molestātium Gaianos, & Baptista etiam Papinus nominibus suis, & filiorum suorum, & attinentium &c. & sub obligatione omnium suorum bonorum, & cum iuramēto, &c. contraxerunt pacem cum Gaianis, & in specie cum domino Hieronymo cōdemnato dicta sententia ann. 1536. & fecerunt absolutionē in ampla forma nominatim, & specialiter de homicidio commisso a dicto domino Hieronymo in personam domini Thomæ Papini, &c. de quo nunc agitur, & cuius homicidij gratia sequuta fuit sententia condemnatoria, de cuius executione nunc contenditur, & speciali clausula partes ipsę assenserunt imponi silentium omnibus, & singulis processibus condemnationibus sententiis petitionibus quibuscunque, & cuiuscunque generis occasione contentorum in ipso instrumento factis, & prolatis, seu in posterum fauiendis, & proferendis, &c. quibus sanè verbis non est dubium comprehendi senrētiam ipsam ann. 1536. & quoscunque processus, & petitiones in hunc vsque diem occasione eius sententiæ factos, & factas. unde mirum certe est quomodo pars aduersa audeat venire contra instrumentum clarissimum à patre suo celebratum.

Tertiò, & ultimo, aduersarij, petentes prædi. pœnam committunt aduersus aliud instrumentum ann. 1563. rogato domino Gaspare Gherio in quo Doctores Antonius, & Masius Cortesij descendentes eorum qui celebrarunt instrumentum 1521. scilicet Antonius filius domini Francisci olim Matthei, & dominus Masius nepos ex fratre alterius domini Francisci olim Masij ex una parte, & Dominos Mengus, Nicolaus, & Ludouicus Gaiani, nepotes, ex filiis domini Menghi senioris de quo in ipso instrumento 1521. ex altera parte nouantes inter se pacem vnanimiter, & concorditer renunciauerunt omnibus pœnis, & condemnat. incursis, & sequutis occasione instrumentorum pacium, & treuguarum antea inter ipsas celebratorum, & in specie dicti instrumenti 1521. quæ instrumenta cassarunt, & annullarunt, &c. in plenissima forma, & signanter renunciauerunt sententiæ latæ ab Coccapannio, tam respectu pœnæ conuentionalis, quàm confiscationis bonorum, & ut latissime in dicto instrumento, cui obijcit pars aduersa nihil est, asserens non potuisse prædictos Cortesios Antonium, & Masium nominatos in dicto instrumento 1563. præiudicare aliis, quibus erat iam ius quæsitum ex ipsa sententia contra Gaianos lata, certè potuerunt prædicti Antonius, & Masius renunciare dictam pœnam, tum quia fuerunt descendentes Cortesiorum, qui contraxerunt instrumentum ann. 1521. ut supra dictum est, tum quia ijdem Antonius, & Masius soli anno præcedenti 1562 Instituerunt iudicium super dicta pęna commissa ob ipsum instrumentum 1521. vnde eam quoque potuerunt renuntiare, l. eius. ff. de reg. iu. videbaē enim virtute dicti iudicij moti tota illa pœna ipsis solis Dominis Antonio, & Masio applicata, & etiam ex dispositione iuris, secundum quam stipulatio pacis, quoad petitio

17 nem † incipit a prioribus stipulatoribus Octa. Vulpel. qui alios, tract. de pace &c. quæstio. quinquagesimaoctaua, & multo magis quoniam ipsimet domini Mengus, & Petrus Simon Papini, seu Cortesij nunc actores, & aduersarij renunciauerunt suas ratas dictæ pœnæ, ut constat ex eodem processu, & dixi supra, non est igitur dubitandum memoratum instrumentum ann. 1563. officere vehemēter aduersariis, & eo magis, quoniam nuper fuit approbatum saltem tacitè dictū instrumentum ab aduersa parte, quādoquidem ob iniuriam illatam ab Achille Gaiano in personā Mar. Antonij Papini filij D. Mēghi alterius ex actoribus fuit declaratū, & pronunciatum a Do. Munario Viuario fugi pacem contentam dicto instru-

instrumento 1563. uiolatam fuisse, ergo cum semel pronunciatum fuerit secundum illud instrumentum de illius viribus non est dubitandum, & illud attendendum esse contra papinos, non autem primum instrumẽtum anno millesimoquinquagentesimovigesimoprimo. Restat itaque clara cõclusio ex pluribus neutram pęnam nec confiscationis, nec conuentionalem debitam esse nec fisco, nec parti.

Laus Deo Opt. Max.

Io. Franc. Terzanius Cremona. I. C.

Fuit commissa executio sententiæ tanquã pęnę conuentionali non esset renunciatum, sed fuit postea ab alio iudice suspensa, sicque remanet res indecisa.

Claud. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Mandatum si est excessum, quando mandatarius absoluatur nec ipse teneatur stante quodam statuto.

Pœna quando sit minoranda propter nobilitatem dignitatem nobilitatem, & spontaneam confessionem.

Quãdo quis teneatur ut instigator, & inflamator non autem, ut mandator.

SVMMAE.

1 *Pœna manus, an possit redimi soluendo pecuniã.*
2 *Mandatum dicitur excedere, qui occidit, si mã datum erat, vt vulneraret.*
3 *Mandatarius dicitur mãdatum excedere duobus præsertim casibus.*
4 *Mandator excusatur si mandatarius fines mã dati excessit.*
5 *Dictio (præcisè) significat clare, & signãter.*
6 *Interdum significat (absolute.)*
7 *Exceptio non prædicatur de eo quod regula cõ prehendit.*
8 *Exceptio dispositionis non debet esse superflua nec incongrua.*
9 *Statutum qui allegat debet inhærere uerbis ipsius statuti.*
10 *Occidens debet occidi ex statuto si illud factum fuit dolosè.*
11 *Reorum fauore quibusdam casibus discedimus a uerbis statuti.*
12 *Verba statutorum sunt detorquenda ad beneficium, & fauorem reorum.*
13 *Extensio non fit in pœnalibus maxime quando non sequitur absurdum.*
14 *Statutum clarum licet absurdum est tamen seruandum.*
15 *Laicus mandans percuti, & capi clericum excommunicationem incurrit.*
16 *Quid si mandatarius excessit mandatum.*
17 *Mãdatum excedere dicitur, qui facit quod est mandatum, & aliud quid piam non leue.*
18 *Mandans occidi, si vulneratum est tenetur de vulnere, quia nõ dicitur mandatum excessũ.*
19 *Statuti verba si non conueniunt nec illius conuenit dispositio.*
20 *Pęna quę soleat imponi pro vulneribus in faciẽ.*
21 *Pœna lingua, & manus viris litteratis remitti solet.*
22 *Nobilitas solet eleuare pœnam præsertim corporalem.*
23 *Doctor in dignitate & ob illam est minnenda pœna.*
24 *Probatio bonæ famæ quantũ prosit in delictis.*
25 *Et cõtraria malæ famæ probatione nõ lædatur.*
26 *Pœna abscisionis manus solet permutari in primo delicto.*
27 *Confessio spontanea facit, ut mitior pœna imponatur.*
28 *Est autem spõtanea, licet post negationem emanauerit.*
29 *Quod procedit etiam in eo qui metu tormentorum confessus est.*
30 *Dolor iustus in delictis excusat ad temperandum pœnam.*
31 *Quod procedit etiam si ex proposito, & deliberatæ quis delinquat.*
32 *Etiam quòd læsus, aut vulneratus causam non dederit dolori.*
33 *Honor cæteris omnibus rebus est proferẽdus.*
34 *Et illius conseruandi gratia licet alium percutere.*
35 *Et illius periculum æquiparatur periculo vitę.*
36 *Testes quando probent qua causa motus quis fuerit ad mandandum vulnus.*
37 *Sãguinis coniunctio efficit, ut delictum dicatur grauius.*
38 *Delictum commissionis grauius incurritur præcedente monitione.*
39 *Pœnam imponendo mitius est agendum aduersus quemlibet.*
40 *Mandasse non dicitur, qui hortatus est, & inflamauit.*
41 *Mandans præueniens mandatarium reputatur pro authore delicti.*

42 *Hortator non poteſt dici mandator.*
43 *Interp̄tatio noīs delicti nō eſt in p̄tāte iudicis.*
44 *Mandatarius ſi erat alias facturus, mandans tenetur ſolū tanquā inſtigator, & hortator.*

CONSILIVM DV.

Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circunſtantiæ labijs meis.

VERITAS iuris, quæ colligitur ex ꝓ
ceſſu criminali formato aduerſus no
biles, & mag. Dños Claud. I.V.D. &
Alphonſum Bruſatum fratres Carpē
ſes, hæc mea ſnīa eſt, quātum attinet ad perſonā
mag. d. Claudij, qm̄ non adeſt ſpāle, & proprium
ſtatutū in terra Carporum irrogans pœnam deli
cto de quo in p̄nti proceſ. recurrendum vr̄ ad ſta
tutum nr̄m Ferrariæ lib. 3. c. 73. Pœna occidētis,
uel vulner. aut occidi, vel vulner. facientis prece,
vel p̄cio. cuius diſpō ſub uer. Alias condānet mā
dans in libris trecentis, &c. obſeruāda hic eſt, nō
verò diſpō præced. uerſiculi qua mādans ad am
putationem manus condemnatur. vnde non eſt
hic locus dubitationi, & qōni illi, num pœna ma
1 nus poſſit redimi † ſoluēdo pecuniā, de qua Doc.
quos citat Carer. §. circa ſcdm. nu. 62. uerſi. &, an
redimi, ceſſare aūt in p̄nti ſpē pœnam abſciſionis
manus ſic planè oñdit. Pœna hmōi locū hēt ad-
uerſus mandatorē ſi mandatarius mandatū non
exceſſit, & ſi, ꝙ ſequutum fuit, p̄cisè mandatum
fuit, alias verò mandatario mandatum exceden
te, & exequente, illud ꝙ non p̄cisè mandatū fuit
locus eſt pœnæ pecuniariæ lib. 300. & arbitrij D.
Poteſtatis. ita clarè, & expreſsè loquitur ſtatutū,
cuius verba plana ſunt, ſed Franc. Filippinus mā-
datarius exceſſit mandatum mag. d. Claudij Bru
ſati, qui p̄cisè non mandauit id ꝙ ex facto a Filip
pino ſequutum fuit, ergo verſamur omnino extra
caſum pœnæ abſciſionis manus; ꝙ mandatarius
tranſgreſſus fuerit mandatum ſic oñditur; māda
uit dn̄s Claud. Filippino, ut vno vulnere ſignaret,
& ut dicimus vulgo, sfriſaret dn̄m Lud. Bruſatū,
ita deponit non modo ipſe D. Claud. in proc. ibi,
(*che lo sfriſaſſe*) verum ēt ipſemet Filippinus man-
datarius in proc. ibi, (*mi pregò, ch'io voleſsi farli un
ſeruitio di dare una cortellata ſu'l uolto a detto M. Ludoni-
co Bruſati*) ſed Filippinus duob. vulneribus D. Lu-
douicum in facie vulnerauit, vt dr̄ in inquiſitio-
ne aduerſus ipſum d. Claud. facta, in proc. ibi vul
nerauit D. Lud. duobus vulnerib. ſanguinolentis
ſuper facie, vno a latere dextero, & alio a latere
ſiniſtro) & ita atteſtati fuerunt aſſumpti teſtes ꝓ
curia carpenſi, nec ſolum ipſemet d. Lud. vulnera
tus in proc. ibi, (*è ſtato quello che mi ha datto con un pu
gnale, ò ſtorta una ferita con effuſione di ſangue ſu la golta
dritta, & l'altra ſu l'altra golta parimente con effuſione di
ſangue*) ſed alij quoque teſtes in proc. ibi, (*& non
ne poi ferito ſu la faccia di due ferite una di quà, & una di
là, con effuſione di ſangue*) immò ſic etiam de duo-
bus vulneribus D. Lud. illatis fatet̄ ipſemet reus
mandatarius qui ea intulit, quanquā excuſando
ſe inuolutè aliquantum loquatur, in proc. vt qui-
bus ita ſe h̄ntibus manifeſta ſit conſequentia, Fi
lippinum cui mandatum fuit, ut unū inſerret vul-
nus exceſſiſſe mandatum, vnum, atque alterū vul
nus inferendo. nam ſi ſm̄ ſnīam plurium ille cui
mandatum fuit, ut vulneraret, quamuis ex vulne
2 ribus poſſet † facile conſequi mors, nihilominus
occidendo mandatū excedere dr̄, quā opinionē
* dicit cōem * Dec. conſi. 482. nu. 16. & conſi. 622.
ad fi. quanto magis verum erit, eum cui manda-
tū fuit, ut vnum infligeret vulnus, & duo inflixit,
mandatum exceſſiſſe? Porrò dicitur mādatarius
mandatum excedere duob. p̄ſertim caſib. alter
eſt, qn̄ ex natura actus mandati, non ſolet ſequi
aliud quid piā. alter eſt, qn̄ mādatarius facile po-
terat mandatum ad vnguem exequi, & non exce
3 dere. † ita colligit ex trad. Clar. in prac. cri. q. 89.
ſub uerſi. pone aliquis. & ita declarat Lud. Carer.
in pract. tract. de homicid. §. circa tertium. de cau
ſis excuſat. ſub nu. 1. & trad. Gram. alios adducēs
conſi. 20. ſub nu. 2. at nos in utroq; uerſamur ca-
ſu, vt patet, nō. n. ex illatione unius vulneris ſolet
ſequi illatio alterius, & facile eſt vnum vulnus in
ferre, & ſm̄ non adere, qd̄ patet ad ſenſum, man-
datarius, ergo oīno exceſſit mandatū. Nunc re-
uertor ad ſtatutum qd̄ quatenus liberat mandan
tem à pœna ordinaria mandatario mandatū ex-
cedente conforme eſt, cū diſpō iuris cōis, ſm̄ qd̄
4 excuſatur mandator ſi mandatarius fines † man
dati egreſſus eſt. Bal. l. non ideo verſ. item quæro,
& l. cum mand. C. mand. Carrer. qui alios d. §. cir
ca tertiū. Clar. in prac. d. §. fi. q. 89. uerſi. pone ali-
quis Pet. Plaz. li. 1. c. 15. ſub nu. 6. uerſ. ſexto, epit.
delic. & de ſtatuto hoc nr̄o nō vr̄. aliter eſſe diſce-
ptandū, cum in uerbis clariſſ. ſit, & clariſſime Do.
Claud. faueat, qd̄ adhuc ꝓbo ex ſeq. Primò, ſtatu
tū in uerſi. ſi aūt p̄cib. apertiſſ. loquit̄ de eo man-
datore qui mandat illud, quod ſolum ſolū ſi effe-
ctui mandat̄, dubio ꝓcul teneret̄ mandator pœ
na amputationis manus, nempè uulnus, aut ꝑcuſ
ſionē cū ſāguinis effuſione, uel oſſis ruptione, uel
faciei deformatione, uel membri debilitatione,
& nihilominus ip̄m ſtat. retēto eo themate in uer
bis ſeq. ſi mandat. mand. &c. exp̄ſſe excipit caſū
exceſſus mand. quo caſu non uult illū, & eundē
mandatorem, de quo ſtatim loquutus fuerat in
p̄cedentib. puniri pœna inciſionis manus, & q̄ ſo
aduertat̄ ad hūc neceſſariū certè ſtat. intellectū,
ſm̄ quē D. Claud. ob exceſſum mādatarij pœna
manus plecti nō pōt. Scd̄o, ut auferret ſtat. diffi-
cultatē q̄ potuiſſet oriri, adiecit verba ex q b. itel-
ligeremus qn̄ mād. exceſſum diceret̄, ca. ſ. (ſed p̄
cisè mād. eēt qd̄ poſtea ſequutū fuit) excedit er-
go mandat. in ſpē ſtat. huius mand. qn̄ man dans
p̄cisè non mandauit illud, qd̄ ex facto mandata-
rij ſequutū fuit. ſed nemo ſani capitis, niſi ego in-
ſani capitis ꝓrſus ſū, dixerit D. Claud. mādauiſ-

-ſe pciſè illud qđ ex facto Filippini mādatarij ſe-
quutū fuit, qđ .n. ſequutū fuit duo vulnera fuerūt,
ꝙ verò mand. ſuit vulnus vnū ſuit ꝗ ergo fieri pt,
ut mandans vulnus vnum dici poſſit, niſi fortè p
iocū mandauiſſe pciſè duo? & hic aduertendū ē
ad verbū (pciſè) qđ ēt apud latinos authores,
quorū meminit Guliel. Bud. in l. 2. C. de orig. iur.
5 & apud nſos Doc. nō ſolū ſignat † clare, & ſignā
ter, ſed qđ magis eſt ad unguē ita Bal. loquēs de
ſtat. in rub. de conſtit. extra nu. 11. uerſ. ſtatuta p-
6 ciſa, ſic ēt hoc verbū pciſè † importat abſolute,
c. contra chriſtianos. de hær. li. 1. Abb. c. 2. nu. 5.
uerſ. ult. pōdera dictionē pciſè, & ibid. Bal. Fely.
& cæteri, & addentes de reſcrip. & vim huius di-
ctio. ifert gl. l. miles. §. decē verb. Decē petere. ff.
de re iud. & Iaſ. plura. l. oēs populi. C. de iuſti. &
iu. & multa alibi Doc. ꝗ ego hic ptereo, at uero
qđ D. Claud. pciſè. i. clarè ſignanter ad vnguē ab
ſolutè duo inferri vulnera mandauerit ꝗs vnquā
dixerit? tertio, & ult. aīaduertendū eſt in ſtat. ad
aduerbiū illud alias (alias condēnet, mandans
in libris 200. &c.) qđ hoc loco ſignāt aliter, iux-
ta ea ꝗ de hac dict. trad. Bar. l. 2. nu. 12. uerſ. qnto
ꝗro. C. de cōd. & dem. & in re nr̄a hoc aduerbiū
alias eſt exceptiuū, ut ēt in l. ꝗ teſtō. §. mulier. ibi,
(alias aūt poſſe teſtō, &c.) C. de teſtam. & ꝗ teſta.
facere pñt, porrò nr̄m ſtat. his uerbis (alias cōdē
net. &c.) excipit caſum in quo mandans nō obli
gaī pœnæ abſciſionis manus, nempè excedente
7 † mandatario mand. excep. aūt dēt eē de regula
vt eſt tritū, & verū. l. nā qđ liquidè. §. fi. C. de pen.
lega. & pulchrè explicat Cagn. in l. 1. ſub nu. 28.
& ſeq. C. de reg. iu. vana. n. eſt exceptio ꝗ nō pdi-
caī de eo qđ regula cōprehendit, Conarru. ꝗ no
tabiliter. var. reſſol. l. 2. c. 5. nu. 4. ergo ſtat. in ea ex
ceptione regulā de qua antea, nēpè mandatoris
ꝗ amputatione manus erat plectēdus, quē non
vult hanc pœnā pati ſi mandatarius mand. termi
nos tranſgreſſus fuerit, alioqn ſi hanc ſtat. excep.
8 hoc mō nō † intelligeremus, pterꝗ qđ ſuperflua
eēt, Aret. cōſ. 30. col. 4. incongrua eēt, & ineptiſ-
ſima, & perinde eēt, ac ſi ꝗs diceret, oīs hō currit
pter equū, Titij quo nihil ineptius, ita in his ter-
minis Caſtr. & alij. l. in his. C. de leg. & S. C. & c. Ca
gn. d. l. 1. ſub nu. 28. & ſeq. C. de reg. iu. Conar. dd.
c. 5. & nu. 4. ex pdictis cōſtat uerba ſtatuti clariſſ.
fauere D. Claud. quē eximunt a pœna abſciſſio-
nes manus, a verbis aūt ſtatuti, ꝗ ſtrictè accipien
da ſunt non eſſe recedendū, pluſquā tritū eſt. l. 3.
hæc verba. C. de neg. geſt. l. cōſtit. C. ad municip.
cū ſimil. Marſ. in ſtat. pœnali. conſi. 30. ſub nu. 2.
9 Et ꝗ allegat ſtatutū inhærere de uerbis † ipſius
ſtatuti. c. porrò. c. accedentib. de priuil. Bal. aūt. ſi
qua mulier. in ſi. C. de ſacroſan. Alex. cōſi. 50. col.
2. uol. 1. idem Marſ. in prac. crim. †. diligenter. nu.
113. uerſi. tunc dico ſic, & pfectò nō mō nouum,
ſed inciuile eſſet, & inhumanū velle diſcedere a
claris ſtatuti uerbis in odiū & pœnā rei cū imò
cū diſcedimus à uerbis ſtatuti id ſemp facimus
ad fauorē, & commodū reorū, ut ſi ſtatutū dicat
ſimpliciter, qđ occidens debat occidi intelligi-
mus illud, & interpretamur non curantes uerba
10 in fauorē reorū, ſi occidatur † dolosè non p cul-
pā ēt latā, ita Bal. dānans aſſeſſores ignorātes. l. &
ſi ſeuetior. C. de his ꝗ no. infa, Saly. l. nō iō. col. 4.
C. ꝗ accuſ. nō poſſ. Cepol. conſi. crim. 31. uerſi. ſi-
militer ddm. quinimmo ēt ſi ſtatut. amplioribus. &
gñalioribus. cōſcriptū eſſet uerbis, putā ꝗcunꝗ; oc
ciderit quouis mō, uel quauis de cā, ſiue qualicū
que pena capitis plectaī, adhuc tn̄ fauore reorū
11 a uerbis diſcedimus † aliquib. caſib. quos nō re-
fero, ſed referunt Caſſan. in conſuet. Burgund.
rub. 1. nu. 4. Franc. Viu. cōm. lib. 2. opin. 322. in ſi.
Dec. c. cognoſcentes. de conſti. Caccia ſup. l. oēs
populi. uerſi. 4. inſerē. C. de iuſt. & iu. D. Rym. iun.
l. ut uim. nu. 68. C. de iuſt. & iu. & l. 1. ſub nu. 67. C.
de off. eius cui mand. eſt iuriſd. quare ſi detorque
12 mus quantū poſſumus † uerba ſtatutorū ad bene
ficium, & ſalutē reorū Crau. cōſi. 6. nu. 4. Ioſeph.
dec. Lucens. 4. nu. 33. uerſi. imò, ꝗd dicendū, & ſa
ciendū cū p reis ipſis clariſſima ſunt, & a pertiſſ.
ſtat. uerba? Sed pſatis rōnib. ſanè concludentib.
addo ī terminis auctoritatē clar. I. C. D. Menoch.
ꝗ hoc pacto intellexit hoc ipm met caput ſtatuti
nr̄i de quo nūc agimus, n ēpe de arbitrar. ꝗō. li. 2.
Cent. 4. caſ. 352. nu. 6. ubi ait ſtatut. hoc nr̄m indi
cens pnā arbitrariā mandante, cū mand. exceſ-
ſum eſt intelligendū eē in caſu in quo mandata-
rius potuit nō excedere mandatū qui ſine dubio
eſt caſus nr̄, in quo neceſſario admittit Menoch.
mandantē ſi mand. exceſſum fuerit pnæ ampu-
tationis manus ſubiugandu non eē, in quā neceſ
ſariā certè ſtatuti interptatione facilius inclinan
dū eſt, cū ſi n eā nō ppea mādantis delictū impu
nitū remaneat, nā pter pnā pecuniariā lib. 300.
& pluriū ſi D. Ptāti uidebitur. plecti ēt pōt pena
corporali arbitrio eiuſdē ptātis, citra tn̄ mortē, &
membri abſiſionem, quinimo pace non obtenta
pœnam banni perpetui ſentient, & huc facit qđ
doctr. illa quæ hēt regulam negatiuam, in pœnis,
13 & pnalibus nō fieri extēſionē, † maxime proce-
dit qn non ſeqiī, abſurdū, ut delictū maneat im
punitū, Dec. l. factū. §. in pœnalibus, & max. ſub.
10. uer. 4. fallit. ff. de reg. iur. Boſſ. ti. de pen. ſub. nu.
13. uer. 2. colligo, ſic ergo ī re nr̄a, ꝗ delictū dn̄i
claudij impunitū nō erit, imò ſatis punitū, admit
tamus libētius hāc interpretationē non tā uerbis
ſtatuti amicā, & congruentē, ꝗ neceſſariā. Verum
ut oēm prorſus euacuem difficultatē, dubitabit
fortaſſe ita aliquis aduerſus prædictū ad ſtatutū
de quo agimus intellectū, M. D. Claudius mādās
ſi Filippinus mādarius unicū uulnus ītuliſſet pnā
inciſionis manus dubio procul perpeſſus ſuiſ-
ſet, ī hoc n. clarū eſt ſtatutū quo igiī mō, aut qua
rōne uitabit illā duob. illatis uulneribus, nonne
duob. illatis, unū quoque illatū eſt ꝗ unum ſuffi-
cit ad pnā manus mādati infligendū? profectò
hoc abſurdū uī, rn̄deo primū ſtatutū ita eſſe oīno
ſcriptū, et ī uerbis ſuis clariſſ. ut ſupra ergo abſur
14 dū eſt ſi eſſet ſeruandū, † tn̄ eſt. l. proſpexit. C. qui
& a qui manumiſſ. & c. ubi Vlp. l. C. tuet. & ſequiī
uerba legis alioquiu perabſurde, vt ibi eſt cla-

rũ,& ex eo tex. ſanè puchro, & eleganti colligũt
gl & DD.paſſim non licere cuiquam uerba legis
offendere, imò Bar.ſubtiliter, ut ſolet inde colli-
git,legis verba ex defectu rõnis non eſſe reſtrin-
genda, ſic ergo de ſtatuto nr̃o, ut pronuntiemus
licet,ꝙ ubi verũ eſſet abſurdũ ipſum eẽ,& carens
proſus rõe, violare tñ uerba illius minime oĩum
liceret,& multò minus in pœnã,& odiũ reorum,
quib. alioqn quantũ ſaluo iure poſſumus fauere
debemus, ut eſt vulgatum, & ego certè eius ſum
ſnĩę,ut exiſtimẽ,nec Clar.Ptãti,nec cui uis alij iu
dici, a uerbis ſtat. huius recedere licere, niſi ex
forma alius ſtat.ſup.li. 1.c.3.de interpret.ſtatuto,
Illuſt. Iudex 12.ſap. & ipſi Clar.ſapien. qua rõne
accipiẽdũ illud, & interpretandũ ſit declaraue-
rint,& hoc quidẽ rñſum verũ eſt, & ſufficit.Scd̃o
tñ ex abundanti addo nec oĩno carere ſtat. nr̃m
rõne,quã ut explicẽ adfero doctr. planè ſingula
rẽ,mirè ad rõnẽ materiã faciẽtẽ,dubio ꝓcul lai-
15 cus mãdãs ꝑcuti,aut capi clericũ† excõicationẽ
incurrit.c.ſi qs ſuadẽte.17.q.4. mãdauit qs capi
vnũ clericum de trib. ſimul incedentib. & alios
duos non grauari, ſed mãdatarius exceſſit fines
mãdati alios quoq; duos capiendo,q̃ſitũ fuit,nũ
mandans ſit excõicatus. porrò uidebať oĩno di-
cendũ,ꝙ ſic,qa vnus clericus de mand.ipſius ca-
ptus fuit, qd̃ ſatis eſt ad innectendũ illũ uinculo
excõicationis, ut ſup.rñderunt tã Doc.nõ eẽ mã
16 dantẽ†hunc excõicatũ, ita Io. de Deo lib.3.q̃ſt.
q.14.quẽ refert, & ſequiť Nic.Plou. tract.de irre-
gularitate.nu.17.uer.27.reg.Rõ eſt ſm ipſos, qm̃
captio illa contra mandantis voluntatẽ facta eſt,
q̃ belliſſimè nobis inſeruit,qa etenim vulneratio
cũ exceſſu facta contra uoluntatẽ mãdantis facta
eſt,iõ ſtatutũ eximit illũ,a pœna ordinaria amiſ-
ſionis manus, & ſubijcit pœnæ extraordinariæ,
& arbitrariæ,& huc facit qm̃ mand. excedens dr̃
aliud facere, de quo eſt tex.ad uerb.& ibi no.gl.
l.diligenter.in prin. C.mand.Tertio niſi ita rẽ in-
telligamus, & ſupradc̃ta vt uera admittamus ſta-
tutũ in hac parte qua condat mandanti pœnam
ord.in caſu exceſſus mand.ꝑrſus ſupfluũ erit, &
otioſum, & nunq̃ hñs locũ,nã ſi qs dixerit locũ il
lud habiturũ ĩ caſu quo mand. fuiſſet ſimpliciter
vulnus,& mand.exceſſiſſet inſerrẽdo mortẽ, obij
cio ego multa.Primo hãc interpretationẽ mani-
feſtè pugnare cũ uerbis ſtat. qd̃ nõ ſolũ nõ ſe re-
ſtringit ad exceſſum illatæ mortis, ſed ſe ipſum
explicans declarat exceſſum tunc fieri, cũ man-
dans p̃ciſè nõ mandauit illud qd̃ ſequutũ fuit, ꝙ
ſup.aduerti, ſecundo nonne incideremus in idẽ-
met abſurdũ qd̃ dubitando aduerſus nr̃i ſtat. in-
tellectũ ſup.ꝓpoſuimus? quare.n.debuiſſet. dict.
Claud.effugere pœnã manus ſi Filippinus nõ ſo-
lũ intuliſſet uulnus in faciẽ D.Lud.ſed p̃terea illũ
ẽt occidiſſet,cũ ſeruato ad unguẽ mãd. pœna in-
ciſionis manus aduerſus ipſũ locũ oĩno habuiſ-
ſet certè ſi non ſubtrahiť. D.Clau. pœnæ manus
duob. illatis uulnerib.nec poſſet ſubtrahi ob illa
tionẽ uulneris,& mortis. Tertio imò addo id qd̃
eſt veriſſimũ,ꝙ grauius hinc ſequereť abſurdum,
nẽpè,qd̃ D.Claud.ſi D.Lud.vulnere uno in facie
fuiſſet affectus,& deinde ẽt interfectus pœna pe-
cuniaria, & corporali arbitraria, citra tñ mẽbri
amiſſionẽ dãnatus fuiſſet,ſed qa nõ fuit d.Lud.in
terfectus,ſed duob.tm̃ uulnerib. atq; ẽt leuib.af-
fectus,iõ manus inciſionẽ pati dẽt,at uerò hic in
tellectus, q̃ ſit abſurdiſſ. & oĩno uitandus nemo
nõ intelligit, rurſus ſi qs diceret, poſſe ſtat.locũ
hr̃e in caſu quo mandans puta mandaſſet ſimpli
cẽ & minimè periculoſam percuſſionẽ,aut leuia
uerbera, & mandat.vulneraſſet, ſatis ineptus eẽt
intellectus nihil conueniens uerbis ſtatu. manife
ſtè loquentis de mandatore, qui mãdauit vnum
qd̃ effectui mand. afficit ipſum mãdatorẽ pœna
manus, in verſi. ſi aũt p̃cib.ut ſup. inińo explica-
ui, ueritas ergo eſt ſtatutũ mãdans illud qd̃ pę-
nã abſciſionis manus mereret,ſi ad unguẽ, & iu-
xta mandatũ ſequntũ fuiſſet, eximere à pœna il-
la manus quotienſcũq; madat.mandatũ exceſſe
rit, an verò notabiliter, & enormiter exceſſerit,
uel nõ nihil curandũ eſt, duplici rõne, altera eſt,
qa in hmõi mandatũ ad delinquendñ exceſſus,
17 tũ ꝓpriè eſt in mandatario†qñ, & illud facit, qd̃
mandatũ ſibi eſt, & aliud quidpiã, nõ oĩno leue
in tex.ſimilẽ,in §.his q exequiť inſt.mand. ubi il-
le cui mandatũ eſt, ut uſq; ad aureos centũ erat
fundũ, mandatũ excedit, ſi pluris q̃ centũ emat,
finge centũ,& uiginti, qd̃ ſi minoris emerit nõ dr̃
excedere mandatũ. d.§.is q exequiť. in fi. hic.n.
potius deffectus eſt q tm̃ abeſt ab exceſſu, ut illi
opponať, ut ſatis declarat ex nr̃is Pet.Grego. de
iur.art.c.23.ſub nu.9.uer. hoc mediũ, hinc eſt, ꝙ
18 mandans occidi,ſi mandat.†nõ occidit, ſed vul
nerauit teneř de uulnere, qa nõ dr̃ mandatũ ex-
ceſſum,Bal.Caſt.Ro.Are.& Ia.l.l.ſi qs mihi bona.
§.fi.C.de acq.hær.& alij, quos citat Carer.in al-
leg.ſup.§.circa tertiũ.nu.9.uer.ad aũr, & Pet.Pla.
in epit.lib. 1.c.15.nu.4. & qd̃ in mandatis hmõi
de qb.agimus ꝓpriè exceſſus dicať, cũ qs, ultra
illud qd̃ mãdatũ fuit fecit aliud intelligiť, ex ex-
emplo illo qd̃ frequẽter in his terminis adferũt
Doc. cũ mandauit qs vulnerari, & mandatarius
& uulnerauit, & occidit de quo oẽs Doc. paſſim,
cũ igiť Filippinus mandatarius non ſolũ illud qd̃
mandatũ fuit fecerit, ſed aliud ẽt, & nõ leue, qa
ꝓ uno uulnere mãdato duo in faciẽ, intulit, cla-
rũ eſt ẽt ꝓpriè,& ſtrictè accipiẽdo exceſſum ex-
ceſſiſſe illũ mandatũ, imò ẽt notabiliter exceſſiſ-
ſe.altera eſt rõ qm̃ ſtatutũ nõ fecit uim in notabi-
li,& enormi exceſſu, ſed explicans ſe ip̃m decla-
rauit, ut initio præfatus ſum, tunc exceſſum man-
datũ intelligi cũ mandans p̃ciſè non mandauit il
lud quod ſequntũ eſt, qui eſt caſus nr̃, ergo &c.ex
p̃fatis ego oĩno, concludo mag. d. Claud. pœna
amputationis manus plectĩ nõ poſſe, rõne exceſ-
ſus mãdati, nẽpe ob duo vulnera diuerſa, & diuer
ſis ꝑcuſſionib. illata in faciẽ D.Lud.ita.n. p̃terea
q̃ hñr in proceſſu, & quorũ ſup.memini, audiui ve
ritatẽ eẽ, & q̃ uel ex aſpectu ipſo pateat, & facilè
teſtib.ꝓbari poſſit, ex qb.vidi poſtea D.Iuliũ Cæ
ſarẽ ambertũ primũ teſt. ꝓ reis exaiatum depo-
nentem

nentem de D.Lud.his uerbis. (*Vidi che era stato feri to da tutte due le bande della faccia sù le mascelle &c.*) vn
de iacto hoc fundamento duorum, & distincto-
rum vulnerum ego indubiè trāseo in hāc sniām,
ut simus extra casum incisionis manus. secundo
principaliter hoc idē firmandū est alia rōne, qm̄
ex vulnerib.illatis non est facies D.Lud.deforma
ta,q̄ probāt testes quatuor examinati, & audio,
vel ex ipso intuitu satis liquere, est aūt tritum cū
19 nō conueniunt verba stat.nec † conuenire dispo
situm ipsius.l.4.§.toties.C.de dam.inf.Ias.l.qui se
p̄ris, col.pen. C.und.libe. Cag.qui multos. l.si qs
maior.nu. 19.C.de trāsa.Et addo in terminis, qd̄
regulariter pro hmōi incisionib. in facie nō solū
uirorū,sed ēt fœminarū quas lędere,& præsertim
in facie sanè grauius est,statuta ciuitatū solēt im
20 ponere † non corporalē pœnā, sed pecuniariā,
atq; ēt leuē,ut dicit Bos.tit.de homi.nu.42. uersi.
& eadē rōne.quid ergo dicemus de vulnere quo
nō deformat̄? tertio nō omitto ēt cū ex.l.aut stat.
21 abscindenda est lingua, aut manus poenā † hmōi
uiris litteratis remitti, ex doct.Host.de off.deleg.
c.de causis.quē citat Boss.de pęnis. sub nu.8.uer
si.& iō.sed mag.d.Claud.iuris doctor est. vt statī
dicā,ergo. Quarto principal.multa sunt ex quib.
mitius agendū est,cū ipso mag.reo quorū alia re
spiciūt personā ipsius, alia cām,qua impulsus mā
dauit vulnerari D. Lud. alia p̄sonā ipsius D.Lud.
p̄sonā rei respicit, q̄a,ut deponūt testes nobilis,
& iuris doctor est,prodesse aūt ad eleuandā pęnā
22 præcipuè corporalē † probationē, uel nobilita-
tis,vel dignitatis,certū est ex plurib.quæ late ad-
ducit Clar.d.§.fi. q.60. uers. prodest ēt, & latissi-
mè Plaz.c.1.nu.23.in epit.& Tiraq.de pęn.leg.tē
per.cau.31.nu.1.& seq.ergo multò magis hoc ve
rū erit ubi utraque cōcurrat qualitas nobilitatis,
23 & dignitatis,esse †.n.Doctorē in dignitate clarū
est,Mars.in ter.in prac.§.expedita.nu.35. Rursus,
quia iuuenis bonæ existimationis est, & famæ,&
de quo nunquā alias auditū est,q̄ uel leuiter deli
querit,ut deponūt ijdē testes, quantū vero hmōi
24 p̄batio † p̄fit reis admonēt sæpe Doc. quos de
cōi Doc. oīum sniā attestantes laudat Clar. ea q.
60.uers.frequēs ēt,& tanti est apud nr̄os p̄b.hęc
ut dixerint,q̄ si diffamatus publice de aliquo ma
maleficio probauerit se p̄ trienniū prox.bene ui-
xisse,& fuisse bonæ vocis,cōuersationis,& famę,
mala illa fama cōtra eū probata nihil ei nocebit,
25 sed † cēsebit̄ in totū purgata, ita Sal. l. si minorē.
sub nu.2.C.de in integ. rest.min. & ita cōcludere
oēs post Gram.firmat Clar.eo.§.fi.q.21. sub ver.
fama sola. ī fi.q̄d ergo dd̄m probata,totius retro
actæ uitæ probitate,& integritate? & in spē, q̄ q.
semel tantū deliquit pœnā ordinariā subire non
dēat aduertit alios adducens Gram. uot.23. sub
nu.22.in fi.& in non consueto delinquere consue
26 uerunt nonnunquā statuta Italiæ pœnā † abscisio
nis manus permutare, q̄ de statu. parthænopeo
traditum a Gram.uot.20.nu.10. detorsit ad iuris
cōis dispōnē Ioseph.Lud. dec.Lucēs.15.in fi. sed

ego in ter.mandantis delictū,ut si bonæ famæ sit
& non solitus talia cōmittere iure humaniore pę
na afficiēdus sit,adduco Carer.d.§.cir.tertiū.sub
nu.4.ver.tn̄.in c.p̄terea ipse d.Claudius spōtè de-
lictū fuit cōfessus, ut in proœ.quæ confessio,& ut
27 mitior pœna inferat̄,& ut pars tm̄ pœnę † infera-
tur, facit tū ex iure nr̄o municipali lib 3.ca.19.q̄
rix.& iniur.&c.tum ex iure cōi aut.sed nouo iure.
C.de pęn. iud.qui mal.iudic.c.ult.& ibi gl.de fur.
latè,& pulchrè Tiraq. ut sup. de pœn. tēp.cā.30.
nu.1.& seq.& Clar.q.60.uersic.nō desunt ēt,quæ
28 doctr.uera est ēt in eo qui post negationem † con
fessus fuit,nam is quoq; spontè cōfessus dr̄, vt vo
luit Bal.l.contra negantē. col.1. C.de leg. Aquil.
& alios addit Tiraq.d.cau.30.nu.11.versi.immo
* plus, & esse sniam cōiter * probatā testantur ad-
uersus Bar.Ias.& Fely.quos refert Clar. q.82. sub
§.statu.9.uers.stante statuto. ubi dicit opinionem
cōtra Bar.esse mitiorē, atq; ēt magis cōem, quia
negatio primo loco facta nō impedit spontaneā
cōfessionē,& iō ait Clar.si casus contingeret,ego
contra Bar.intrepidè iudicarē. & hæc eadē doct.
procedit ēt in eo qui metu probationū,& tormē
29 torū † cōfessus est,qui. s.adhuc parcius, & clemē
tius puniendus est.Host. Franc.Fely.in c.de hoc.
de Simon.Abb.c.at clerici,col.2.de iud. Tiraqu.
d.cau.30.nu.13.uers.sed,& ista. & hęc personam
D.Claudij spectāt. cā quæ impulit ipsum ad man
dandū D.Lud. vulnerari quā,& ipse reus adfert ī
proc. & testes confirmant magnā sanè conciliat
illi excusationem,ea.n.fuit iustissmus dolor tuen
di gratia,& conseruandi honoris fratris sui D. Al
phonsi,& sui ipsius,& totius familiæ suæ Brusatę,
inter omnes Carpēsium familias nobilissimæ, &
honestissimæ, de qua iustissima cā, quam ego si
lentio tego, satis.n.D.Iudici nota est, pręter atte-
stationes fide dignas illi exhibita, restissimæ de-
ponūt quatuor testes examinati, iustū verò dolo
30 rē excusare in delictis ad temperandum † pœnā
clarum est, vt attestatur Clar.§.fi.q.60.uersic. sed
hic quæro, & huc facit tex. elegans in l. si adulte-
riū.§.imperatores C.ad leg.Iul.de adult.ubi dicit
difficilimum esse iustum dolorē temperare. quē
textū ut insignē aduertunt Ang. ibi Abb.c.1.de
iniur.Aret.consi.34.ad fi.& alij quos Tiraq.ut su
pra de pęn. tēper. caus. 1.sub nu. 3. Mars. in prac.
§.qm̄.sub.nu.65.uers. & ad p̄dicta, & Blāc.ī prac.
§.iustus dolor.per tot.Quæ doctr. p̄cedit ēt in iis
31 qui dolore conciti ex proposito, † & deliberatè
delinquunt,Tiraq.ibid.nu.8. uersi. q̄ multis mo-
dis, imò ēt procedit quāuis ille qui uulnere, aut
32 aliter læsus fuerit cām nō dederit dolori † vulne
rantis,aut lędentis, adhuc. n.ēt mitius est agēdū.
Rom.l.cū mulier.col.32.uer. aduerte tn̄.C.so.ma
tri.Tiraq.d.cau.1.nu.10.uersi. amplia tertio. Au-
geī aūt rō hæc excusationis ex graui,& iusto do-
lore mag.d.Claudij petita, qm̄ dolorē illum cō-
cepit ob cām nō quamlibet, sed honoris,qui cæ
33 teris † reb. omnib. præferēdus est, Gram. decisi.
98.nu.3. & crudelis dr̄,qui famam suam spernit

ca.nolo. 12. q. 2. Marſ.in pract.crim.§.quoniam
nu.89.Et dixit Bar.conſi.5.crim.nu.13. magn.im
preſſ.to.1.de iure compatiendum eſſe illi, qui cũ
honoris aliquid facit,uel dicit.Hinc honoris tuẽ-
34 di,& conſeruandi grã iure permiſſum† eſt alium
percutere,& illi præcipue cuius honor nõ uerbo,
ſed facto læditur,Cy.l.1.C. und.ui.ubi,& Alberi.
col.4.uerſi.Item quæris,Gramat.conſi.29.nu.29.
Vaſq.lib.1.cõtrou.c.18.n.13.Ceph.cõſ.39.n.40.
in primo. Doctores oẽs.l. vt uim. ubi poſt alios
D.Rim.iun.ciuis noſter.nu.403.& ſeq. C.de iuſt.
35 & iure,in ſummo.n.periculum †famę,& honoris
æquiparat.periculo vitæ.l.iuſta. C.de manu.vin-
dic.quia perditio honoris eſt ſimilis morti, Bart.
d.cõſ.5.num.14.& eſt dictũ cõe, ut refert Clar.in
pract. crim. §. homicidiũ. verſi.idemq;.& multo
magis, & denique quod attinet ad hanc cauſam
aduertatur,ꝙ teſtes pti examinati non tantũ pro
bant veritatem illius, ſed probant ẽt dñm Clau-
36 dium ex ea cã motum †fuiſſe ad mandandũ vul-
nus quod magis eſt,& directè concludit Alex.cõ
ſi.103.ſub nu.13.verſ.& dato.in primo.Clar.d.q.
60.verſi.ſed hic quæro,quartum,& ultimum per
tinet ad perſonã D.Lud.ꝙ quo grauius offendit
mag.Bruſatos eo mitius ipſi puniendi ſunt,augẽt
autem grauitatem offenſæ illatæ a D. Ludo. duo
præcipuè,alterum,quia coniunctus eſt ſanguine
37 cum ipſis Bruſatis,quæ qualitas†delictum quod
alioquin nõ eſt leue grauius ẽt efficit,Clar. in ter
minis.q.61.in fi. ibi, (in parricidio,inceſtu &c.)
Alterum eſt,quia d.Claudius curauit non ſemel,
ſed ſæpe,ut amicum,& propinquum, & chriſtia-
num virum decebat admoneri nomine ſuo ab
amicis,& propinquis, & nobilibus viris D.Lud.
ut ab inceptis iniuriis, & offenſionib.grauib. de-
ſiſteret, nec tñ quicquam vnquã profecit,nam ſi
delictũ cõmiſſionis incurrit ẽt nulla præcedente
monitione. ergo multo grauius incurrit pręcedẽ
38 te†monitione,Inn.c.extirpandę.de pb.Tiraq. vt
ſup.cau.54.nu.47.uerſ.adde præterea. Et deniq;
39 in dubio in pœnalib.mitius † eſt agendũ aduer-
ſus quemlibet,Marſ.in prac.§.concurrunt.nu.5,
Blanc.in prac.§.imbecillitate. nu.25.& hæc ſatis
de mag.D.Claudio viuẽte mihi amiciſſimo olim
auditore meo,& exĩde doctoralib.inſulis ã me
inſignito.quòd attinet ad D.Alphonſum fratrẽ il
lius duæ occurrunt perſonæ in quas ille vř deli-
quiſſe,altera eſt ſeruus eiuſdẽ d.Lud. Bruſati,alte
ra eſt ipſe d.Lud.quantum pertinet ad ſeruũ ſim-
pliciter fuit habitus tractatus cũ eodẽ Filippino
de pro ſeruo uerberando, ꝙ nullũ habuit effectũ
in proc. vnde ſi qua pœna eſt irroganda recur-
rendum ad idem ſtatutũ de quo ſupra,ſub uerſi.
ſi vero neque mors. ꝙ ſtatuit pęnã lib.50.reſer-
uato ẽt arbitrio Ser.Ducis, & vt ibi, quantũ per-
tinet ad D. Lud.duab.vulnerib.ã Filippino affe-
ctũ,vt ſup.veritas eſt,D.Alphonſum non manda
uiſſe,& ppea non incidiſſe in pęnam mandantis,
de qua in pdicto ſtatuto, qđ oſtenditur,ex ſequ.
Primò, aliud eſt delictũ mandare, aliud hortari

inflamare, inſtigare, ſed D.Alphonſus hortatus
40 eſt, inflamauit, †inſtigauit, ergo non mandauit,
ita Boſ. poſt alios tit. de mand. ad homic.ubi ſub
nu.49.uerſi.nam fateor. fateř eũ qui hortař. non
mandare,& ſubiũgit hoc oẽs ſcire,hic Boſ. ibid.
ſub nu.62.& ſeq. notat Bar.& Docto. cõiter velle
inquiſitionẽ factam de mandato non ſuſtineri,ſi
probetur inſtigatio,uel inflamatio,ergo differũt,
ꝙ vero D. Alphonſus tantum hortatus fuerit, in-
flamauerit, iſtigauerit, manifeſtè ĩtelligiř ex pc.
vt mox referam. ſed præmitto vnũ quod eſt ad-
uertendum, Do.Alphonſum non habuiſſe verba
cum Filippino niſi poſt quàm D. Claudius frater
illius mandauit eidem Filippino,& Filippinus ac
ceptauit mandatum,& pollicitus fuit illud exeq.
ità ipſe d. Alphonſus in proc. poſt relatum man-
datum a D.Claudio fratre ſuo Filippino factũ re-
cenſet verba, quæ ipſe eidẽ Filippino dixit, ſic Fi
lippinus in proc. dixit. (*che dopò il mandato fatto da m.Claudio, m.Alfonſo il prego &c.*) Cum igitur d. Al-
phonſus aloquutus fuerit Filippinum poſt man-
datum factum a D.Claudio, & non antea hinc fa
cile eſt intelligere factum D.Alphonſi quo nomi
ne appellandum, ſitnon quidem mandati, quod
41 præuenit ipſum mandatium,†unde mandans p
authore delicti reputař.iux.trad.a.Boſſ.tit.de pœ
nis.nu.15.verſ.& aduertendum, & a Maluat.Bo-
non.cõſ.11.nu.11.tom.1.crim. magno, ſed hor
tationis, inflamationis, & inſtigationis quæ.ſ.
ſupponũtiã paratũ aĩum volentis delinquere, ut
ſatis noĩa ipſa indicant, & collig.ex Doctorib. ſu
pra citatis,ſed hoc quoq; expreſſius ĩtelligimus,
ex proc.& ex conſtitutis, & ipſius D. Alphonſi &
Filippini mandatarij, & d.Claudij mandãtis, nã
d.Alphonſus d.poſt relatum mandatũ fratris ad-
dit (*Io diſsi a detto Franc.dalli che lo meritia,&c.*) *& io li diſsi che li deſſe, & che era bene che li deſſe,*) ſic Filippi-
nus mandatarius in proc. (*M.Alfonſo mi dicea ch'io faceſsi l'effetto di dare ſu'l uolto a detto M. Ludouico Bruſciati, & Mi dicea ch'io ſeruiſsi m.Claudio, & mi ricordaſſi di eſſequire quel fatto.*) & alibi idem repetit, ſic
etiam ipſe Dom. Claudius in proc. loquens de
fratre ſuo. (*eſſo mio fratello ſe ne moſtrò allegro, & deſiderabile.*) quæ ſanè omnia uerba, & id genus alia
non important mandatum : mandatũ enim non
inducit niſi ex uerbis illud importantib. Arim.ad
Ang.de maleſi.uerb.& Sẽpronium,ſub nu.2.uerſi.
tu aũt,ſed hortatũ quendã inducunt, ſed ille qui
42 hortař, † ut dixi quoq; antea nõ mandat.l.ſi ve-
ro.§.cum quidã.C.mand.& eſt tex. ad uerbũ in l.
ob hæc uerba.C.de his qui no.infam.ibi (nõ.n.ꝗ
exhortaẽ mandatoris opera fungiř) & hoc no.ibi
Bal.2.not.quẽ ſequunř Arimin.d.uerſic.tu aũt,&
Boſſ.ſub d.nu.40.de mãdat. ad homic. Sic ẽt qui
monet,uel cõmẽdat,nõ mãdat d.§.cũ qdã.undè
Bal.d.l.ob hæc uerba.col.1.uer.gl.ultra infert,qđ
ſi tu uolebas occidere hominem,& ego laudaui,
quod erat benè factum iſtud non eſt mandare,
qui ad unguem eſt caſus. D.Alphonſi ex proc.
ibi (*che lo merita*) & ibi (*ch'era bene, che li deſſe* (Et
in

in summa fuit D.Alphonsus aut hortator, aut monitor, aut suasor, aut inflamator, aut commendator, aut instigator, quorum nullus potest dici mãdator, ut est clarum ex suprascriptis, & huc facit
43 quoniam interpretatio† nominis delicti non est in potestate Iudicis, sed legis. Bar. Ghit. cõs. 157. sub. nu. 16. to. 1. Cri. magno. id circo. nullo mõ pœna mandantis plectendus est, & hanc partẽ confirmo alia animaduersione, nã si fm sniam multorũ mãdans qñ mãdatarius erat allas facturus, nõ
44 tenẽt, ut mãdans, † sed tanq̃ instigator, & psuasor Bal. l. 1. C. de seru. fugit. Ang. cõs. 22. Corn. cõs. 59. in 4. Carre. d. §. circa. 3. nu. 10. Iodoc. Dãhouder. ĩ enchir. crim. c. 133. de coadiut. crim. nu. 7. uer. Addidi. & tradũt oẽs passim, qđ dicemus de mero, & simplici ĩstigatore, & psuasore illi⁹ q̃ erat alias facturus, erat uerò Filippinus dubio procul facturus ob mandatum. D. Claudij, quod praecesserat, & Filippinus acceptauerat ut supra ex proc. Et multo magis quoniam Magnificus. D. Claudius pecuniam Filippino se daturum pollicitus fuit, quod uterquè fatetur pluribus locis in proc. de qua pecunia ne uerbum quidem habuit D. Alphonsus cum Filippino. Addo etiam predictis primum testem pro reis examinatum, qui depo nit de domino Alphonso in hæc uerba (*Che non ha udito imputare detto Signor Alfonso di detto delitto commesso nella persona di detto Signor Ludouico, saluo che dalla giustitia*) Pœna autem quæ ueniret irroganda extra ordinem p̃to D. Alphonso ob crimen hortatus, & incitamenti de quo supra magna ex parte minuenda, & temperanda erit ex omnibus ferrè causis quas supra aduerti, cum de magnifico D. Claudio egi eas hic non repeto, & concludo ex prædictis Magnificum D. Claudium quanuis mãdantem non incurisse pœnam abscisionis manus; Magnificum uerò D. Alphon. non ut mandantẽ, quantum attinet ad personam D. Ludouici quicquid sit quo ad personam serui eius, sed extra ordinem plectendum esse, utrunque autem multis de cãis mitius esse, & leuius puniendum.

Laus Deo Opt. Max.

Io. Franc. Terzanius Cremona I. C. & Interpres Ferrariensis.

Vide in eadem causa consi. 356. supra quod quidem cõsilium à me est conscriptum licet typographus illud parẽti meo adscribat errore ductus, ut sępissime (si Deo placet) ducitur; admonui libenter ne uiderer meas nugas tegere auctoritate patris. controuersia hæc fuit silentio & gratia Principis consopita.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Qui dicit testem fuisse corruptum, & falsum dixisse, ob id quẽ iudicem tulisse sententiam, quã do possit, & quomodo possit illam infringere, licet post rem iudicatam etiam transegerit cũ iuramento.

SVMMAE.

1 *Restitutio est necessaria illi qui agit aduersus sententiam ob falsos testes, uel instrumenta obtentam.*

2 *Et hæc restitutio in primis est petenda.*

3 *Et debet proponi, et ĩpetrari ante quadrienniũ.*

4 *Agens contra transactionem iuratam nullo modo est audiendus.*

5 *Exceptio transactionis est litis finita, & impedit processum.*

6 *Transactionem qui uult infringere ante omnia debet restituere quod ex ea habuit.*

7 *Et si ad fuit iuramentum, nec est impetrata habilitatio non est audiendus.*

8 *Falsum qui dicit aliquem deposuisse, debet illud probare concludenter, & necessario.*

ff. de damn. infect. quem cæteri ibi sequutur Alc. in consi. 23. oportune consideratis. nu. 5. Vbi dicit communem * in 1. uol. & in consil. 89. utrum emphyteusis. nu. 3. 4. uol. Iacob. de S. Georg. in tracta. feud. in uerb. dictique uasalli promiserunt nõ committere Felloniam. nu. 60. & nu. 62. loquitur in committẽte homicidium, idem tenet Stepha. Aufr. in addit. ad decis. 395. Capel. Tholos. Benedict. Capr. in suis regul. conclusione. 77. nu. 18. & seq. Cur. Iun. in tract. Feud. 5. par. num. 14. Bartho. Cassa. in coment. consuetud. Burgund. in 2. rubrica. des confiscations. §. 2. in prin. nu. 152. col. mihi. 379. Gozad. consi. 84. in prin. & nu. 19. Paris. in consi. 101. num. 35. primo uol. Soci. consil. 49. nu. 1. 3. uol. Boss. in suis tracta. crimi. in tit. de bonorũ publi. nu. 19. & seq. Vbi latius discutit Petr. duen. in reg. 346. in pluribus fallen. illius regulæ maximæ. 3. 5. & 7. August. Bero. consi. 78. nu. 11. & 114. nu. 40. & seq. 1. uol. Iul. Clar. lib. 4. sententiarum. §. Feudum. q. 66. uer. aut uerò uasallus. & in q. 84. Rolan. à Val. qui alios citat dicens esse communem opinionem. in consi. 1. nu. 31. & consi. 29. nu. 16. cum seq. 3. uol. & secundum hanc sententiam consuluit collegium Pisanum in 1. uol. consiliorũ criminalium primo impressorum consil. 104. nu. 11. secundum quam etiam consuluit Io. Bap. Plot. in tom. primo consiliorum criminalium post illa 1. uol. edito. in consi. 130. nu. 68. & seq. & Franc. M. Plot. in cod. tom. consi. 66. ad fin. quam etiam tenet Hyer. Gabr. nouissime. in consi. 123. num. 6. Borgni. Caual. in tract. de Vsufr. mul. relict. nume. 237. Idem etiam tenet Iul. Ferret. in tracta. de actu, & tacito bellorum principum consil. nu. 16.

Quo uerò ad bona emphyteutica ecclesiastica, & ab ecclesijs recognita idem est dicendum, cum fuerint concessa pro recipiente, & eius filijs, & descendentibus masculis, cum non transeunt
2 in extraneos hæredes, & per consequens, nec etiam in fiscum ut per Bar. & alios. in d. §. si de vectigalibus Alex. dictis consilijs. 23. & 89. Rui. qui
* dicit communem * in consi. 161. num. 7. in 1. ber. d. consi. 114. num. 40. & seq. & Iul. Clar. in §. emphyteusis. q. 29. uer. in emphyteusi autem ecclesiastica ubi dicit communem, & alios citat, cum qua etiam transit in practica criminali. in §. fi. 1. q. 78. versi. nunc uideamus. & Iul. Ferret. loco præallegato. lib. nu. 16.

Sed maius dubiũ est in bonis emphyteuticis, seu liuellarijs recognitis à priuatis, uel à domino illius terræ in qua fuit commissum delictum, an ipsa possint in fiscum transire, in quo dubio præsupposito etiam, quod hæc bona fuerint cõcessa pro filijs non ut hæredibus, & quod non possint transire in hæredes extraneos, certum est, quod nec etiam poterunt in fiscum trãsire, unde cum in casu isto aliqua uerba in inuestituris sint apposita in quibus apparet, quod bona hæc in quoscunque hęredes non possent transmitti. Et maxime, quod
3 non possent alienari sine licentia domini. † Certè etiam in fiscum non transibunt, ut per Alex. & Rui. in dictis consilijs, & Clar. d. q. 29. uer. tu dic.

Concludo itaque bona ipsa feudalia, & emphyteutica non comprehendi in confiscatione prædicta, nec in fiscum deuenire posse, nec etiam per fiscũ retineri posse, ut fructus percipiat quo-
4 usque uixerit naturaliter bannitus uasallus, † & emphyteuta, ut uoluit Alc. post alios per eum citatos. in d. §. si de vectigalibus. nu. 30. & in d. cons. 23. in ultimis colum. & Bero. d. consi. 78. nu. 11. in 1. uol. Et ex his satisfactum sit omnibus dubijs.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

ADDITIONES.

a Contra autem si uassalus delinquat in dominum, priuatur feudo, & applicatur Domino non autem agnatis, sed ipsi excluduntur, ut trad. Cur. Iun. in tracta. de feud. 5 par. nu. 2. Boss. in ti. de bonor. publi. nu. 53. Soci. iun. cõs. 68. nu. 126. in 3 quam tenet etiã Paris. consi. 21. nu. 52. & sequen. in 1. & Rol. consi. 1. nu. 10. in 3. Franc. Duare. in cõmenta. in consuetud. feudo. c. 17. nu. 2. & Iul. Clar. in §. feudum. q. 65. uer. quod si feudum. & factum patris semper nocet filijs, non semper agnatis Soci. consi. 4. col. fin. nu. 14. 15. in 3. cum alijs citatis per Crauet consil. 197. nu. 10. & Clar. in d. uersic. Et cum feudum est apertum domino potest de eo suo arbitrio disponere Iaco. Aluaro. inter consi. Brun. consi 65. nu. 2. & potest non concedere agnato quando propter culpam ad ipsum fuit reuersum. Rui. consi. 152. nu. 8. in 1. Paris. consi. 21. numero 29. in primo.

b Sed quid si uere delictum, commissum est in dominum, & feuda sunt antiqua non noua? opinio est nonnullorum quam etiam plerique æquiorem esse fatentur quòd feudum antiquum pertineat ad agnatos Andr. de Isern post Hostiens. per eum citatum in tit. quæ fuit 1. cau. benef. amitten. in §. denique, quam ibi sequitur Afflict. post princ. & nu. 30. & idem Isern in c. 1. si uassal. feud. priuc. quam defendit ut ueriorẽ Grat. in 2. respõs. nu. 15. cum qua uidetur tenere Hierony. Gyg. in tracta. de crimi. læs. maiesta. 2 lib. q. 17. cum qua uidetur tenere Petr. Duen. in tract. regul. utriusque iur. in reg. 346. Filius priuatur.

Verum hæc opinio quæ communiter reijcitur quicquid sit de eius ueritate, de qua non est hic locus differendi, mihi non placet, quam in iudicando non crediderin unquam admittendam fore, sed magis contrariæ inhæreo, qua deciditur etiã in feudis paternis, & antiquis a quo uasallo delinquente in Dominum feudum ipsi Domino acquiri exclusis perpetuo omnibus agnatis, & transuersalibus, ut tenet glo. per illum tex. in d. §. deniq; cui uix potest responderi. & in d. c. 1. & in §. si uassalus culpam, in ti. si de feud. uasal. content. sit inter domi. &
** agna. Bald. Alua. & alij magis ** communiter in d. §. denique, & Bal. in consi. 250 ad euidentiam nu. 2. 1. uol. & etiam tenent quam plures citati per Paris. qui hanc dicit communem, & sequendam in consi. 21 nume. 51. & 52. in 1. Rub. Alex. consi. 76. nu. 3. Soc. iun. cons. 68. nu. 126. in 3. quod etiam tenuit Dec. consi. 544. nu. 30. duplicato consi. 636. & Egid. Boss in suis uar. tract. in tit. de bono. publica. nu. 55 & seq. In quibus locis tot alij citantur, ut merito nusquã contraria opinio uidetur admittenda, quam etiam communem fatetur Grat. qui illam ut supra impugnat & quam etiam communem esse admittit Cur. sen. consi. 50. num. 98. in 11. fund. licet hoc causæ in qua consulebat parum inseruiret & infe-

rius

rins.nu.392.illi.11.fundamento respondendo,& idem Gozad.consi.84.nu.3.& inferius col.fi.& cam etiam tenet Hier.Schurp.inter consilia srun.consi.138.nu.5.

Et hęc quo ad feudũ ipsum, sed quid quo ad meliora menta? Sane illud apud Docto.uidetur absolutum,quòd meliorationes pertineant ad heredes uasalli quando citra aliquam uasalli culpam res fuit ad dominum reuersa secus si ob delictum,& culpam uasalli, est tex. in c.1. § si uasallus. in ti. qui feud. bie finitur lex deinde consuetu.reg. in cip.in usib.feud.& illic Andr.de Isern.Bal.& omnes scribentes Ias.in l.2.nu.27.C.de iur.emphy.Brun.in consi. 105.nu.7.& 106.nu.2.& Dec.consi.518.nu.2.Paris.cõ si.28.nu.2.& 55.nu.23.in 3.Rui.consi.14 num.3.in 1. ubi declarat nisi sit modica impensa Cagn.in auth. qui rem.nu 42 & seq.C.de sacr sanct eccles Rol consil.28. nu.29.in 1.Clar.in §.feudum q.88.Menoch in tracta. de recuperan.possess.15.rem.q 29.nu.Sot.& Gulicl.Redoan.in tract.de rebus eccles.non alien.in ti.de meliora. in reb.eccles.fact refect.q.17.§.si uero.nu.4 fol.407.& Ioseph.Ludou.loquens tamen in emphyteusi decis. perusi.117.nu 32.& seq Guid.Pancirol.consi.1 nu.92.& Parineus consi.85.nu.3.in 1.ciuil

At uero,quia sæpe euenit ut fiscus,aut Dominus teneatur restituere melioramenta hæredibus delinquentis,non erit sine fructu disquirere primo,an fiscus, uel dominus possit melioramenta habere,& retinere soluẽdo eorum æstimationem absque eo,quòd auferantur,& quæ & qualis impensa sit soluenda? Secundo, quomodo sint æstimandæ ipsæ meliorationes,an secundum ualorem prætensi temporis pro integris,& incorruptis , uel potius pro ruderibus.& fragmentis tanquam essent remouendæ sine rei læsione sic uolente Domino.

Circa primum,q illud uidetur clarum electionem pertinere ad Dominum,uel fiscum,aut pati auferri ædificiũ aut soluere pretium meliorationis, ut in d.§.si uasallus. ubi omnes,quod,& trad Docto.supra citati Castr.consi. 270.Viso puncto in 1.uol.nouiss.col pen ad fi.Martin. Syllima.in tract.de feud nu.189.Paris.de put. in tracta. de feudo.reintegr.fol.9.in ti.de melio fact in reb. feud. §.& circa istas culturas nu 9.& fol.86 in §.an si aliquis dedit.nu.2.& plerique alij ex infra allegandis, quod tamẽ non uidetur procedere respectu eorum melioramẽtorum quę sine læsione rei auferri non possunt, in quibus non cadit abrasio ut in plantis quæ coaluerunt terræ,quia eo casu non possunt cogi h redes auferre,& asportare.secus est in ædificijs ut declarat Castr.in d. consi.col.fi.in prin.& ad fin.& idẽ noluit Paris.de put.d fol. 9 nu.6 Rui.d consi.14.nu.3.& Ludoui d.decis.24 nu. 20. Expensæ autem soluendę pro dictis melioramentis sunt considerand e secundum tempus quo factę fuere,& in ea summa,& quantitate , quæ fuit impensa in talibus meliorationibus,si modo res in qua fuit facta impensa, & sic melioratio rei extet,copulatiue enim duo exiguntur,quòd impensa fuerit facta, & quòd melioratio extet,adeo quòd licet multum fuerit impensum,si tamẽ nulla melioratio extaret,ut quia plantę fuissent exsiccatę,aggeres uastati,fossata explanata, & ædificia diruta non teneretur fiscus aliquid soluere nisi eatenus quatenus extaret melioratio,ita Castr.d.consi.col.pen.Neguś. in tract.de pignor.5.par.4.memb 4.& 6 concl.nu. 11. & 16.sequitur Cur.Iun.consi.144.nu 7.Bossi in his terminis in ti.de principe.nu.31.in prin.Tiraq.in tracta.de retract.conuentio.§.7 gl.1.num.8.& Marza consil.10. fol.130 ner sed perfecto.& in epitom.fideicommisso.q. 65.Bursat.consi.71.nu.22.& seq.Ludoui.d.decis. Peru si.24.nu 7.& dec.58.nu.14.& seq.

In secunda q.maior adest difficultas propter opiniones cõtrarias Doct.nã multi uoluerũt.quòd hoc casu non teneat dñs nisi ad æstimationẽ ædificij diruti,& sic ruderum ex quo heredes uasalli nihil amplius percipere possunt utilitatis si abraderẽt , uel asportarẽt rudera ipsa.& ad hoc allegat Bal.ita uoluisse in d. §.si uasallus, qd clarius uidetur uoluisse in c 1.§.si quis de mãso nu. 13.de cõ o inuestit qui tñ loquitur in emphyteusi ecclesię,& de hoc ẽt scribit Bal.qui dicit se consuluisse,quòd si nimis in solutione grauaretur ecclesia posset soluere rudera æstimationẽ,in auth.excipitur,nu.2.C de bon.quæ lib.2. & huius mẽtis uidet in l fi.§ fi n.6.C com. de leg. in l senatus.§.Marcellus.ubi Ale in si ff de leg 1. cuius opinionis ẽt uidetur Castr in d.consi.270.in fi.ubi dicit, quòd si dñs eligit eã partẽ,quòd hæredes uasalli tollunt ædificiũ,nõ põt postea nolle soluere æstimationẽ rude- rum.hanc etiam opinionem tollit Ias in l.2.nu.30.C.de iur.emphy.cui uĩ ẽt adhærere Paris.de Put in d.tract lo- quẽs tñ in emphyteusi ecclesiæ.fol.10.n.18.& Tiraq. in d.§.7.gl.1.nu 5.quã ẽt tenet Rui.consi.24.n.10 in 1. ** & hãc opinionẽ dicit magis cõem Bero.q. 56.nu.4. idẽ ẽt Rol.d.consi.28 nu.30 Gugl Redo.in d. tract.loco pcit nu.6.cuius opinionis uidetur Marza d.consi.10. & hãc sequit Frãc.Viu.in feudo licet in emphyteosi aliter sentiat ita intelligens Bal.loqui & in hoc Clar reprehendens,in 2.par.sua.com opinio.opin nu 177.

Contrariam uero sententiam, quòd casu quo dominus ad quẽ feudũ reuertitur nõ uult pati ædificiũ remoueri,teneat soluere æstimationẽ nõ ruderũ sed integri ædificij mihi probat Bal.in d.§.uasallus qui ẽt in emphyteusi ecclesiæ post multa idẽ cõcludit licet Marsi. Sylima.ibi aliter uoluerit in emphyteosi & ibi ibidẽ intelligũt alij scribẽtes,& maxime Afflict.n 4.qui dicit,quòd dñs dẽt soluere iustũ pretiũ meliorationis aut pati ædificiũ tolli,& Feder Schẽc.apertius ẽt loquẽs,quòd hoc casu tenetur soluere mercedes fabrorũ.hãc ẽt sniam tenet Corn.distinguẽdo.in cõs.86.in fi.1.dub.4 nol & hãc tñ q́ ueriorẽ firmat Iul Clar.d.q.88.ubi reprobat Bero ad quẽ se remittit Menoch d 15 rem.nu.505.& huic ẽt uidetur adhærere Tiraq in d.gl.1.nu.6.in fi. dũ se remittit ad Corn.in d.consi 86.& Guid.Pãcirol.cõs 1.nu.92.

Ex quibus constat hanc.q.esse ualde dubiam,quam noluit decidere propter eius dubietatem,& controuersiam opinionum,sed super ea reliquit cogitãdũ Ioseph. Ludo.d decis 24 nu.15.

Verum,ut in hoc puncto sniam meam depromã,eius sum opinionis, quòd quatenus prędictus Dominus nolet pati tolli ædificia constructa super re feudali per D. Hæredes teneatur soluere æstimationẽ dictorũ ædificiorum integrorũ non tanq̃ ruderum , quia mihi uidetur quod tex in d.§.Vasallus sit expressus,quod debeat solui pretium meliorationis,quod non potest intelligi de ruderibus.& Docto.qui tenent contrariã sniam fundãt se in l.in fundo.ff.de rei uindica.quę non procedit in copossessore,qui habebat causam ab agente, & iusta ratione motus fecit expensas,ut declarat Bal in d. §.si uasallus.in fi.ubi tandem concludit pro hac sententia non obstantibus his quæ adducit in d.§ si quis de manso.ubi ẽt in feudo nõ tenet cõtrariũ,& in emphyteosi ẽt nõ bene firmat,pro ut ẽt in emphyteusi tenet Bero.in c.1.nu. 36.& seq.de in integr.restitutio.& re uera non uidetur differentia in hoc inter feudum,& emphyteusim, ut ẽt uoluit Clar.in § emphyteosis. q.45 . in fin.Nec Paul.de Castr.in d.consi.ad fi.uidet aliter tenuisse cũ respõdeat. ad d.l.in fundo,ut respõdet Bal & alij hanc sniam tenentes,& cum ferẽ oẽs qui tenent contrariã fundent se in auctoritate Bal.in d.§.si uasallus.qui tenet contrariũ meri to eorũ opiniones sunt reijciend e. Crederẽ tñ Dominũ nõ teneri refundere nisi illud,qd fuit ipẽsum sit adhuc ædificiũ tanti æstimatur,quanti fuit impensum , etiamsi aucta illius æstimatione temporis beneficio, per ea quę supra dixi in altera quęstione.

Clau.Bertaz.

AR-

ARGVMENTVM.

Quando quis excusetur à pœna proclamatis mãdantis archybusios statim portari debere ad Prætorium officialis?

SVMMAE.

1 *Dormiens non potest dici deliquisse.*

2 *Proclama de portandis archibusijs ad officialem est strictè interpretandum.*

3 *Credens iustè nõ teneri præsentare archibusios officiali non punitur.*

4 *Proclama loquens in personam, & exigens pœnam corporalem dolum requirit.*

5 *Archibusiorum momentanea retentio non est in consideratione.*

6 *Causa iusta excusat a dolo.*

7 *Animus non delinquendi ex subsequentibus actibus demonstratur.*

8 *Præsumitur nemo uelle delinquere.*

9 *Et ita semper est interpretandum.*

10 *Delinquere qui non est solitus, nec contrauenire mandatis Principis habet pro se bonam famam.*

11 *Dictiones (statim) (incontinenti,) & similes admittunt tamen spacium aliquod temporis.*

CONSILIVM DXV.

In Domino confido.

DOMINVS Alexander Brixius uenit absoluendus ab imputatione, & denuntia sibi data, quòd secundum formam proclamatis non misit archibusios à rota illorum de ueraria seu de tortis ad prætorium Magnifici prætoris, cum ipsi ingressi fuissent eius domum habitationis, & illic p aliquod spacium stetissent. nam per testes est probatum, q ipse D. Alexander tempore ipsorum aduentus ad dictam eius domum dormiebat, & quòd eo expergefacto, & a somno surgente, cum uidisset dictos archibusios in dictam esse domum delatos uoluit illos deferri ad prætorium, uerum cũ audisset, quòd eius uxor miserat nuntium ad Magnificum prætorẽ pro habẽda licentia retinendi eos in domo, ex quo breui ipsi erant recessuri, expectauit nuntium, qui rediens retulit, quòd non potuisset alloqui ipsum Magnificum Prætorem. in consilio exercentẽ. sed alloquutum fuisse eius militem, qui laudauit illos transmittendos esse, quos statim ipse D. Alexander eo audito trãsmitti iussit, & cum transmitterentur, & deferrentur

ad dictum prætorium. Socij ipsorum de ueraria,
qui fecerant aptari quandam rotam, uel uitè
rotę unius ex eis, coegerunt delatorem ipsum ad
redeundum domum ex quo statim uolebant recedere,
pro ut sic recesserũt. & ut in processu. Quo
stante non potest dici dictum. D. Alexandrum in
pœnam proclamatis incidisse. nam certum est, q
ex quo ipse dormiebat tempore ingressus in ejus
1 domum per dictos de ueraria, † non potest dici
deliquisse, ut per Clar. in practi. crimi. §. fin. q. 60.
uer. quero etiam, postquàm autem surrexit à somno,
& uidit illos detulisse dictos archibusios expectato
nuntio ipso, & intellecto, quòd non potuisset
alloqui, D. Prætorem, statim iussit illos ad prætorium
deferri, quo casu paruit proclamati, uerũ
quia illi uiatores statim recesserunt cum eis, non
fuit opus illos pñtare Magnifico Prætori, ex quo
superuacua fuisset pñtatio, cum statim debuissẽt
illis recessuris restitui, ut in proclamate, & cum p
eum non steterit, sed per dictos recedentes uenit
excusandus à pena. nec enim hoc casu uidetur lo
2 qui proclama † quod strictè interpretandum est
Osas. ad propositum decisione pedemonta. 71.
num. 21. Et quatenus comprehenderet hunc casum
non potest negari, quin. D. Alexãder excusetur,
qui uoluit parere proclamati, sed propter recessum
ipsorum fuit impeditus, nam iusta causa
3 † credendi se non teneri eo casu ad illorum præsentationem
illum excusat. Ias. ad propositum cõ
si. 46. num. 3. & 4. in 3. & d. decis. pedemonta. 76.
num. 10. Quod tanto clarius procedit, ex quo cũ
proclama loquatur in personam, & uideatur
4 etiam † apponere pœnam corporalem, cẽsetur
dolum exigere. Bar. & Ias. in l. iustè possidet. ff. de
acqui. pos. Bar. in l. 1. §. 1. num. 2. si quis testa. liber
esse ius. fue. Feli. in c. cognoscentes. num. 6. de con
stitu. & Plot. in l. si quando. nu. 765. C. unde ui. qui
non pręsumitur nisi probetur. l. interpositas. C. de
transact. & Plot. in d. l. nume. 77. Et cum momento
temporis illi archibusij stetissent pœnes Magnificum
Prætorem, & statim fuissent restituendi, ut
4 in proclamate, talis momentanea † præsentatio,
& retentio non debuit esse in consideratione. l. fi.
§. fi. C. de bon. quæ libe. Crot. in Rubrica. ff. de acqui.
pos. num. 3. & Mars. in l. fin. ff. de iuris om. iud.
num. 138. Iustam autem causam excusare a dolo
6 † ambigen. non est, cum etiam iniusta excuset. L. igitur.
uer. & generaliter ubi Doct. ff. de libera. cau.
Mars. consi. 51. nume. 28. Gram. uoto 10. nu. 22. &
alibi, passim Doct. Et cum constet, quòd nuntio
habito ipse. D. Alexander miserit dictos archibusios
ad prætorium, satis ex hoc actu subsequenti
7 apparet de animo † ipsius, quòd noluit delinquere.
l. sed Iulianus. §. proinde. ff. ad Macedo. Vbi animus
probatur ex actu subsequen. Craue. consi.
77. nu. 10. Gramma. consi. 13. nume. 2. Bos. de cri.
læsæ maie. nume. 28. & Osasc. d. dec. 71. nume. 32.
& seq. Vltra quòd regulariter non est præsumen-
8 dum † quem uelle delinquere. l. merito. ff. pro Soci.
Alci. in tracta. præsumpt. regula. 3. præsumptio

ne prima

ne prima Rom.consi.113.num.1.Mars. in Rubrica de fideiusso. num.47.& seq.& consi.21.nume. 2.& sequen.Gramma.consi.13.nume. 8. Vot.10. num.30.& dec.18.nu.5. Quod procedit etiam si aliquæ præsumptionés urgenat in contrarium,
9 quia semper illa est † attendenda quæ excludit delictum Roma.consi.68.num.8.& illic Mandos. in additio.Gram consi.31.nu.12.& in consilijs ciuilibus.7.in fi.& 19.num.31. Et tanto magis, cum etiam probata fuerit bona uox & fama. D.Alexādr. non soliti delinquere, nec mādatis Principis
10 contrauenire, † ut deponunt testes, quod est maximum signum innocentiæ Mars. in §. constante.num.17.in practi.crim. Nouel. in tracta. crim. ad defensam.in ti.an indicia pro reo danda sint. num.9.Paris.consi.151.num.13.in 4.Clar.in d.q. 60.uersi.frequens.Pau.Merend.in 2.tom. consiliorum crim.consi.89.nu.48.& alibi passim Doct.

Nec obest, quod uerba proclamatis mandent statim transmittendos esse archibusios ad prætoriū, tum quia apparet quod statim Ipse.D.Alexāder postquàm à somno surrexit,& habuit nuntium, quòd non poterat obtineri licentia retinēdi illos in domo pro illo modico spatio temporis, statim illos illuc remisit, uerum quia domini illorum uoluerunt recedere, pro ut in continēti recessernnt, & præstatio tanquàm momentanea non esset necessaria, non fuit facta præsentatio, absque culpa, &
11 facto.D.Alexandri. Vltra † quòd uerba (statim, in continenti, uel similia) admittunt etiam spatium temporis, & non ita iudaice sunt intelligenda, ut per Osas. decisione prædicta.71.nume.53.& seq. Tiraq.in l.si unquàm.in uerb.donatione largitus num.119.& Menoch.in tracta. de arbitr. Iud. lib. 2.cas.7.in prin. & in tracta. de recuper. pos. 1.remed.num.214.& sequen.

Laus Deo Opt.Max.

Barth.Bertaz

Fuit res silentio inuocata, & extincta molestia.

Claud. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Inueniens amicum casu assistentem in aliquo certo loco, ut expectaret ibi inimicum suum, & cum eo permanens, an teneatur pœna principalis si ignarus erat illius rei, & nullū ipse præstitit auxilium.

SVMMAE.

1 *Conuictus, qui non est de delicto, uel confessus, non potest puniri, & probationes ad hoc requiruntur luce meridiana clariores.*

2 *Auxilium dicitur quis præstitisse, & tenetur, quando constat eum fuisse coadunatum, ut delictum tale patraret.*

3 *Et ad hoc, ut quis teneatur opus est probare cū semper astitisse, ut delictū committeretur. nec sufficit, quod fuerit præsens.*

4 *Reus casu potius quam ex proposito alicui delicto interfuisse præsumitur.*

5 *Associans rogatus amicum, an teneatur pœna si nullum eum commissurum delictum credebat.*

6 *Innocentiæ signum est, se sponte præsentare in carcerem alijs socijs fugientibus.*

7 *Carceratio assidua, & tortura minuunt. pœnā ordinariam.*

8 *Iudex maiorem consequitur honorem ex absolutione, quàm ex condemnatione reorum.*

CONSILIVM DXVI.

In Domino Confido.

MAGNIFICE D.Potestas. Absoluendus, & omnino à carceribus liberandus est iste Baptista Saraphyni, cum non constet, nec cōstare possit ipsum aliquod delictum commisisse; ad hoc enim, ut quis de maleficio puniri, & condemnari possit, opus
1 est, ut sit de delicto conuictus, † uel legitime confessus. c.nos in quemquè c.prohibentur.in fi. & c. multi ad fi.2.q.1.& l.qui sententiam de pen. cum alijs citatis per Mars.in sua pract.criminali.in §.2. quæstio.num.8.& in consi.15.in prin. immo probationes contra reum in criminalibus debent esse luce meridiana clariores, l.fin.C.de probat. At in proposito non constat ipsum ex processu fuisse conuictum cum nulli testes præter aduersarium, offensum, & offendentē fuerint examinati qui ipsum conuincat, dempto etiam quodam socio dicti offensi, qui non deponit dictum Baptistam aliquam offensam intulisse Mattheo aduersario solum igitur tractandum est de cōfessione dicti rei, quam non inuenio in processu aliud continere nisi, quod ipse casu, & ex accidenti rogatus à Bapti
stino, qui fortè expectabat Mattheum, ut ipsum 2
offenderet, se aliquantisper firmauit eo in loco, donec ipse Mattheus superuenit, quem ipse Baptistinus, & alius consocius aggressi fuerunt, & cōtra ipsum iniecit ipse Baptistinus pilam ferream deinde omnes cucurrerunt post eum, & dictus Mattheus euaginato ense hunc carceratum uulnerauit in faciem, hæc est summa confessionis totius factæ in tormentis, ratificatæ, & factæ etiam respōdendo inquisitioni per dictum Reum, qua stante nescio uidere quomodo ipse de iure possit condemnari, uel puniri aliqua pęna cum nullam offensam intulerit dicto Mattheo, licet bene ipse fuerit ab eo uulneratus ut supra, non possumus.n. Iuridice dicere ipsum teneri de delicto commisso, per

so,per Baptistinum,& consocium, quia non constat ipsum fuisse eorum auxiliatorem, uel eis opē prçstitisse,quādo quidem ille tenetur de auxilio, quando constat,quod omnes ad hoc specialiter fuerunt coadunati in aliquo loco,ut tale delictū
2 committeretur † ut trad.Saly.Calder.& Anch. in consil. 16. nos Barth. communi uoto reddito per eos inter consilia ipsius Ancha. ad fi. quod etiam sequitur Mars.in l.nihil interest.num. 20.& in l. fi. num.28.ff.ad l.Corn.de siccar.& idem Mars. in l. unica.num.81.C.de rap.uirg.in singulari.400.sæpius iudices. in consi.34. num.7.67.nu. 44.& 69. num.8.& 91.num.32.Idem trad.Carer.in sua practi.criminali alias decisiones citans.in §.4.nume. 10.& num.15. & idem Petrus Follerius etiam in sua praxi.criminali.2.par.uer.capiat informationem num.59.Præterea debet pro parte Curiæ di
a stinctè, & clàre constare *a* quomodo, & qualiter fuerit præstitum auxilium delicto, alias quilibet tenetur de eo tantum, quòd ipse fecit,ita Bal.in l. non ideo minus col.pen.num. 39. C. de accusat. Ang.in suo tracta.malefi.in gl. semper astitit pen. uer.ubi dicit non sat esse constare, quod quis ibi fuerit præsens, sed exigitur quod constet, quod
3 astiterit, † ut alter habilius delictum committeret,& dicit se habuisse in hac ciuitate de facto ubi consulit idem tenet Augu. de Arimi. in addit. ad Ang.ipsum, & gl. præcedenti dictus Andreas armatus in prima additione, ubi dicit ex Bal. qđ præsumitur casu,& accidenti quodā potius reus
4 † interfuisse, quam ex proposito,& deliberatione præcedente,quod etiam ultimum uoluit Carer. d.§.4.num.55.Hanc etiam opinionem Bal.sequutus est Mars.in pluribus locis,& præsertim. in d.l. nihil interest.num. 16.& in d.l.fin.num. 27.& Carer.d.§.4.num.48. Rursus debet constare, quod dolose,& ex proposito reus astiterit, ut per Carer.loco prædicto.num.54.& scienter,ut per eum ibi.num.61. Sed non uideo ubi constet socios huiusmodi ad hoc fuisse consulto congregatos, nec quod ipse reus aliquod auxilium delinquētibus,
b præbuerit,& dolose scienter, *b* uel ex proposito, immo apparet ex eius confessione iustificata per torturam, quod ex accidenti, & casu illuc accessit,& rogatus,ut supra, stetit cum eis associatus,
5 quo casu nullam pœnam incurrit, † ut per Ang.& alios consulentes in d.consi.Fel.in c. sicut dignū. num.6.de homicid.Mars.in d.l.fi.nu. 25. & in consi.67.num.45. & Foller. loco præallegato. nu.61. Optimè inseruit, quod post Fulg. trad. Mars. in l. prima.num. 12. C.ad l. Corn. de sicar. & in l. vni. num.81.C.de rapt. uirg. quod si quis uocatus ab amico, ut arma capiat, & associet ipsum ad aliquem locum,& obijciatur inimico, & ipsum occidat, nullum auxilium præbente re hoc socio associante, non tenetur hic associans aliqua pœna, & tanto magis in casu nostro prædicta procedūt, cum ipse reus se sponte in carceres dederit, cum cæteri socij culpabiles, aufugissent, quod est ma-
6 ximum signum innocentiæ † Mars. in sua pract. in §. diligenter. nume. 204.& in consil. 118. numero 49.Gramma.consil.61.nume.3. & Carer.in d. sua pract.in prin.nume. 158. 2.colum.& si uerum est, quod uerbo fertur, ipsum Mattheū esse eius attinētem,& ante delictum ualde amicum, cessat omnis difficultas cum ex coniecturis iudex dignoscere possit animum astantis, an ibi esset, ut opem ferret nec ne. sed quicquid sit, si aliquam pœnā incurrisset satis ei superquè fecit longa carcera-
7 tione,& tortura quæ † minuunt pœnam ordinariam quando debetur. l. omnes. C. de pen. Tiraquel. in tracta. de pen. caus. 41. non deber igitur alia afflictio afflicto addi, contra l. tam dementis.in fin.C.de episcop.audi.& capit.cum percussio.7. quæstio. 1. Ex quibus concludo absoluendum esse hunc inopem carceratum, præter sui culpam uulneratum, & tortum, ac diu in carce-
c re maceratum, cum maior honor *c* sit iudici † ab
8 solutio, quam condemnatio rei, *d* ut trad. Boer. inuehens contra iudices ad condemnationem
e miserabilium reorum *e* anhelantes dec. 164. nu. 16.& Gram.dec.56.nu.20.

Laus Deo Opt. Max.

Barth.Bertaz.

An absolutus iste fuerit ignoratur.

Clau.Bert.

ADDITIONES.

a Hoc autem considerato initio, & circunstantiis reliquis patebit, nam,& associatio ad delictum,& post delictum necesse ut consulto fiat. si enim casu id eueniat pœna nō debetur, licet enim præsumatur ex huiusmodi actibus auxilium præstitum maleficio, attamen hoc procedit quando scienter non ignoranter,& casu hæc facta sunt, ut per Bal.in l.quicunque col.pen.uer. not.6 C. de seru. fugiti.Mars.in practi.crimi.in §.si constante.post nu.55. & 60.Maacl.consi. 54.nu.22.ubi plurima.

b Quia si ignoranter excusationi locus erit. Ego in hac re alias legendo disputaui materiam ignorationis, & non nulla tradidi distinguendo ex theologis,& canonistis, q̄ usui maximo essent iudici cuius erunt partes præsentē controuersiam suo arbitratu dirimere, quæ desumpta sunt ex D.Thom.in 1.2.q.76.art.3. & in alijs locis. & ex A fflict. de Castr.de potest.leg.pœna.lib.2.c. 14.ex Dom.Sot.& alijs antiquioribus in quartum sententia. distinct.32.& 35. earum ego cæteris suppresis compendium referam. si quidem nulla est tam mala res, quin eiusdem non sit peior ignorantia. Ignorantia ergo, aut est īuīcibilis, aut uīcibilis, īuīcibilis q̄ apud nostros ꝓbabilis appellatur. ut in c.si uero.il 2.de sentent. excommu. est illa, quam homo uincere non potest faciendo ea quæ facere tenetur ad scientiam acquirendam. Ignorantia uero est uincibilis, quę est primę cōtraria, ut declarant Docto. in 2. sententia. distinct. 22. hanc enim diuisionem ibidem ponit Magister. In hoc ergo casu in quo de ignorantia agitur facti, si iudex ex circunstantijs cognouerit in associante fuisse ignorantiam inuicibilem tunc locus erit absolutioni ex conclusione, quòd inuincibilis semper excusat à culpa,& ideo semper à pœna, que propter culpam a iure imponitur. si uero uincibilis erit ignorantia tunc pro modo culpę erit imponenpa pœna.

Quod procedere contendo etiam si ignorans operā

daret

daret rei illicitę ex his quæ tradit uterque. Thom. in prima. secundæ q.76. articu. 3. & est ratio, quia ignorantia inuincibilis & inculpabilis est eadē causa, & ideo utroque casu oportet, ut adsit inuoluntarium, & ideo omni casu sit excusatio illius delicti quod prouenit ab illo ignorato si bene cognosceretur. nam illa distinctio, aut quia uacat rei licitæ, aut illicitæ uindicat locum quando quis habet ignorantiam uincibem indirectè uolitam, & affectatam, quæ operaretur scientia si adesset glo. in cap. eos qui de æta. & qualit. & ordi præficien. lib. 6. & ibid. Domi & Ancha. & de qua Castr. in d. l. 2. cap. 14. uersic. nec refert.

c Honorem autem curare debet iudex maxime cum infamia sit morte grauior, immo pro honore sit mors ferenda l. isti quidem. si quod met. cau l codicillis. §. matre. ff. de leg. 2. quorum uerba olēt gentilitatem ex qua sunt orti, & Paulus. & Scæuola illarum legum authores, nam quod ait D. Aug. de ciuita. Dei lib. 5. cap. 12. Romani gloriam ardentissime dilexerunt propter eam uiuere uoluerunt pro ea mori non dubitarunt. sensit Aristo. licet sola natura fretus falsam esse fortitudinem eā, qua quis pro pudore, uel honore moritur. lib. 3. Ethic. Nos autem non perexiguo illo lumine naturali innitimur, sed diuinæ sapientiæ participatione, & lumine infuso ab ipsa prima, & summa ueritate, hinc pro fide ac charitate, pro iustitia ac ueritate mortem subeundam esse immo appetendam, & fatemur, & profitemur, honorem autem nec negligimus immo iuste appetimus ad Dei gloriam, ad vtilitatem spiritualem proximi, & ad propriæ animę fructum, ut egregie S. Tho. q. quodlib. 12. artic. 13.

d Modo hoc faciat iuris, ac legum fretus dispositione. namque, neque etiam potest absoluere eum quem nō deliquisse illi constat liquidissime, si aliter testes referāt quod & tenuit Bart. in l. illicitas. ff. de offi. presid. & Alexan. de Ales in 3. par. q. 40. memb. 6. art. 2 & S. Thom. 2. 2 q. 67. artic. 1. cum aliis relatis a Dominico Sot. lib. 5. de iusti & iu. quæstio 4. artic. 2. sicuti nec condemnare illum poterit quem delinquentem uidit, & cuius nullus est accusator quod est absolutissimū apud Do. Thom. & Sot. locis supra citatis, & ex nostris comprobat Clar. in §. fi. q. 8. uersic. sed pone. Alij prodiderunt debere iudicem his casibus causam alii delegare, & se a iudicandi munere explicare, quod certè, ut omittam, quòd raro iudex habebit hanc facultatem delegandi cognitionem criminalem, displicet alioqui, si quidem primus iudex absque animæ, & corporis iactura aut potest illud facere, aut non potest. primo casu nihil aliud debet quærere. secundo uero si non potest, aut dubitat magis peccat committendo alteri, qui id faciet quod minus illi facere licebit, nam minus ille poterit absoluere ex relatione alterius iudicis, quàm primus iudex qui per seipsum certus erat, & maxime si contra illum sint plures testes ut supponitur in terminis huius disputationis si uero delegauit causam, ut alius qui de re nullā habet priuatam notitiam possit iuxta acta, & probata reum condemnare, quid hoc est aliud, quàm hominem tradere innocentem iugulandum? moderatius itaque loquuntur illi, qui Principem consulendum esse iudicant, quorū opinionem ego sequor, licet non dubitem absque peccato mortali utrumque posse fieri, ut concludunt Doc. supra adducti. Itaque suspenderem ego exequutionem donec habentem liberam potestatem de re tota certiorem redderem, qui aut facultatem mihi daret iudicandi absque legum solennitate, & ut ipse potest, aut committeret causam expediri, ut est iuris, & est mere facultatis. primo casu non dubitarem absoluere ex concredita facultate, cui obsequi par est, sicuti obsistere est graue peccatum, & grauissimum non concessam arrogare. Secundo casu non me subtraherem muneri iudicandi, quia & hoc non licet, sed a iure ac lege non deflecterem, ne in eosdem errores inciderē quorum supra memini. Hæc omnia & alia quæ respiciunt facultatem iudicis circa pœnarum remissionem, uel diminutionem certius hauriuntur ex Sot. lib. 5 de iust. & iu q. 4 artic. 4. Castr. lib. 2. de leg. pen. c 12. Thom. 2. 2. q 67. artic. 4. Antoni. 3. par. tit. 29. c. 1. §. 7. Dec & post eum Nauar. in c. at si. §. de adulteriis. de iudic. idem in Manual. c. 25. num. 12. cum seq.

e Sunt enim quamplurimi qui dum seueri iudicis nomen affectant se homines esse, & in humanum genus sæuire obliuiscuntur, utinam ille omnium iudex rerum harū quæ ad sui compendium, & multorum gratiam referūt plerique obliuiscatur. unicuique licet nunc iudici pro se ipso causa dicēda erit, sunt attentissime legenda quæ doctissimus Doc. Nauar. ad hanc rem confert, in Manua, in cap. 18. num. 50. & in cap. 25. num. 12. cum seq. ubi de munere iudicantis.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Accuratius de materia superiori tractatur, & dubia enucleantur.

SVMMAE.

1 *Inquisitio debet continere locum, & mensem, & quando in delicto falsitatis.*

2 *Locus, & tempus non est necessarium apponere in inquisitionibus falsitatē cōcernentibus.*

3 *Testis debet declarare locum, & tempus commissi.*

4 *Acta facta in causis ciuilibus an probent etiā in criminalibus. nu. 5.*

6 *Notorium non dicitur id quod iudici non est notorium.*

7 *Exceptio in non exceptis firmat regulam.*

8 *Relatiuum positum sine copula restringit suum antecedens.*

9 *Testis potest suum dictum declarare in continenti, & corrigere.*

10 *Testis qui in dicto sit uerus, in ratione falsus, an puniatur de falso.*

11 *Iudex magis honoratur si absoluat, quàm si cōdamnet reum.*

CONSILIVM DXVII.

In Domino confido.

ADHVC non obstantibus subtilibus dubitationibus magnifici Do. Commissarij Fusignani in hac causa inquisitionis formata contra Dominum Philippum Cornelliū cōstanter teneo, quod omnino, & penitus sit absoluendus per ea quæ

alias dixi in prioribus allegationibus, quæ non
fuerũt sublata, nec euacuata per ea, quæ replica
ta fuere in dubiis. Namque primum fundamen-
tum factum super nullitate inquisitionis ex quo
non fuit additus locus, & mensis commissi deli-
1 cti, non tollitur per limitationem datam † ad re-
gulam. l. libellorum. de accusa. quod non proce-
dit in causa falsi, ut per Ang. in tract. malefic. in
uerb. falsario. in uer. & tene mẽti, & Aug. in addi.
ad Ang. ipsum in uerb. hæc est quædã inquisitio.
col. 12. uersic. item adde quod dixit post gl. insti.
de publi. iudi. in prin. in uerb. & instituendis. in fi.
hęc enim re plicatio dupliciter tollit: primo, quia
ista opinio non tenetur. per gl. ibi immo referen-
do ultimo loco opin. Io. tenentis contrarium cen
setur eam approbare gl. ultima. in l. qui filium. §.
Sabinus. ff. ad Trebel. Arct. in §. item pretiũ instit.
de empt. & uendit. Fely. & Dec. in c. 1. in fi. de con
stit. ita quod opinio glo. facit pro parte nostra, &
hoc animaduertit Ang. in addit. ad dictum uersi-
culũ, & tene menti. secundo Ang. allegat Bald.
in cap. primo. in tit. quib. mod. feud. amit. in cu-
ius auctoritate uim facit etiã Aug. in dicta addi.
in uerb. hæc est quædam inquisitio secundum cu
ius dictum opinio istorum referentium venit in-
terpretanda glo. & Bart. in l. non solum. §. si libe-
rationis. num. 7. ff. de liber. lega. si igitur uideatur
Bal. in loco citato, nu. 20. in fi. loquitur, & ita in-
telligit illam glo. secundum opin. Bulg. primo
loco relatam in falso qui clandestinè committi-
tur, ut in instrumento falso, & scriptura falsa, cum
non possit iudex ex facto rei habere certitudinẽ,
quo loco, uel quo tẽpore facta fuerit, & propter-
ea locus, & tempus non potest, nec est necessa-
rium poni in inquisitionibus, de istis falsitatibus
2 † in ita sentit Aug. in d. addi. in uerb. hęc est quę-
dã inquisitio, ubi ex illa ratione, ꝙ illud est quia
delictum clam, fit infert idem esse in quolibet a-
lio delicto, & sic sensit non esse speciale in crimi-
ne falsi, alia igitur ratio in casu nostro reformat
pactum, in quo cum cesset ratio in qua fundatur
decisio allegata ipsa quoque decisio cessat. l. qđ
dictum. ff. de pact. standum igitur est regulæ uelu
ti Carocio. l. omnis diffinitio. ubi glo. ff. de reg. iu.
& tanto magis cum habeamus auctorem eius-
dem Bald. materiam hanc not. declarantis in lo-
cis allegatis primo loco. Nam in consilio 490.
expressè hoc tenet intelligens etiam illam glos.
secundum opinionem contrariam procedere in
inquisitione generali non in speciali, & idem te-
net in dicto tracta. testimo. post tracta. Barto. in
uerb. presbyteri. numero nono. ubi loquitur in
teste deponẽte, & aliquid falso tacente, & distin-
guit clare inferius. numero decimonono. quod
notarius qui falsum commisit si inquiritur non
est necesse quod apponatur locus iuramenti per
eum assumpti tempore quo, scilicet fuit creatus
notarius cum ille locus sit certus, idem quod lo-
cus commissæ falsitatis per testem sit addendus
3 † inquisitioni, uel accusationi tenet idem Bald.
in l. secunda. numero septimo. C. de sacrosan. ec-
cles. nec aliter hanc materiam (iudicio meo) in-
tellexit Idem Angel. in dicto uerb. & tene menti
cum inferius quęrat per aduersatiuam, sed quod
in teste qui in uno loco iurauit, & alio falsum de-
posuit, & se remittit ad Barto. & Bald. ut ibi per
eum, quæ quæstio fuisset superflua si intellexisset
dictum Bald. in dicto cap. primo. generaliter pro
cedere, & non in casu in quo ipse loquitur. con-
cluditur itaque inquisitionem fuisse nullam, &
propterea ex hoc primo capite dictum Philip-
pum esse absoluendum etiam si confessus esset
delictum, (quod tamen negauit) Ange. consilio
centesimoseptuagesimooctauo. uisis actis actis,
& August. in addit. ad Ang. in uerb. de anno præ-
senti. in additionib. ad uerb. quid autem si accu-
sator. 2. col.

Secundum fundamentum alias in prioribus
scriptis constructum facile etiam defendi potest
a replicatis in dubiis, cum enim reus negauerit
contenta in inquisitione esse uera, & nihil in con
trarium fuerit probatum, ego uellem scire, quo
iure possit condemnari. certè negari iure non po
test quin sit absoluendus, & maxime cum testes
illi qui uidebantur contrarium deponere non
fuerũt examinati: nec repetiti in hoc iudicio, im
mo nec etiam illa testimonia producta, nec est
uerum, quod pro constanti præsupponitur in du
biis, quod ex dictis testibus sit conuictus falsum
deposuisse, & ex euidentia facti, quia ad dictos
testes satis responsum est in dicto secundo funda
mento, & licet non sit locus disputationi, ex quo
ista testimonia etiam pro parte curiæ non fuere
producta quia pro parte rei fuit productus pro-
cessus dictæ causæ cum testibus examinatis pro
mag. Marco, non autem contra eum, & reprodu-
ctio eorum dẽnet iurium fuit facta in causa ciui-
li probent in criminali ex quo non fuerunt pro-
4 ducta, quod erat necessarium † ut per Ias. in l. secũ
da. columna quarta, & columna fin. uersic. limita
quatuor modis in prima limitatione. C. de eden.
quod etiam sentit Felyn. in cap. causam quæ. nu-
mero secundo. de testibus, tamen etiam admisso
citra veritatis præiudicium, quod fuerint produ
cta, & punctus iste ueniret in disputationem dico
quod istæ probationes nullam fidem faciunt cõ-
tra Dom. Philippum per ea, quæ dicta fuere, in di
cto secundo fundamento. Nec quicquam facit,
quod tradit Barto. in l. eos. in princip. ff. de fals. &
Alex. in dicta l. secunda. numero decimotertio. &
Rip. numero 39. & 40. quia Barto. & alij ipsum se-
quentes loquuntur in aliis penitus diuersis termi
nis, scilicet quando unus, & idem testis deponit
contrarium in duobus diuersis causis, nam illud
secundum primum dictum probat contra ip-
sum ad reprobandum secundum dictum, vt ei
non credatur, at is non est casus noster agi-
mus enim de testibus examinatis in causa ci-
uili contra partem qui deposuerunt contrarium
eius, quod deponit hic testis, quæritur, an fa-
ciant

ciant fidem contra hunc testem, in causa crimi-
nali contra eum pro falsitate mota, & certum est,
quod non, nec hoc casu aliquis contradicit im-
mo ad hoc, ut probationes factæ in causa ciuili
faciant fidem in criminali in q. in qua Doct, lo-
quuntur in d.l.secunda.& Fely.in d.causam quā.
5 nume. uigesimosecundo. † opus est quod causa
agitata fuerit cum eōdē reo, cum quo nunc etiā
criminalis agitur, & ita hoc casu loquuntur Bart.
& Docto.in l.secunda. §. si quis dolo, ff. de tabul.
exhiben.& in l.secunda.§.primo.ff.de ui bon. ra-
pto.& ita expresse ibi declarat Barto.nume. 5. Et
quando ageretur causa contra eundem, etiam
probationes plenę non probarent, sed tantum
facerent indicium ad inquirendum, ut in his ter-
minis tradit Bald.in dicto consilio.490.in fi. in 3.
& tradit Rip.in dicta l.secunda. numero quadra-
gesimo.ad Dec.in cap.at si clerici. in princip.nu-
mero uigesimonono, & trigesimo. de iudi.quan-
to minus igitur probant isti testes inter alias per-
sonas, & ad alium finem recepti, & certè miror,
quod ad fundandam intentionem curiæ fuerit
adducta illa decisio. Bar. in dicta l. eos. quæ non
facit ad rhombum, nisi id per dominum Aduoca
tum Curiæ adductum fuerit, ut uideat, an præfa
tus magnificus Dom. Cōmissarius uigilet, an dor
miat, manifesta igitur, & clarissima remanet cō-
clusio in casu isto, quod ille probationes in cau-
sa factæ nullum faciunt præiudicium dicto reo.
Videamus modo quid de euidentia facti dicen-
dum sit, & certè non uideo ubi de euidentia ista
in processu constet, & posito, quòd aliquæ arbo-
res in casali controuersiæ extarent, quæ possent
uideri antiquę, tamen non crediderim hanc talē
euidentiam concludere, cum opus sit iudicio pe
ritorum ad dignoscen.an tempus testificatus Do
mi.Philip. & sic iam duodecim annis elapsis di-
ctæ arbores illi fundo cohæsissent, & non dicitur
6 notorium, † quod non est notorium iudici, & eui
dens in facto, sed aliis ut Abb.tradit in cap. eui-
dentia. de accusa. & plura adducit Spec. de hu-
iusmodi euidentia in titu. de probat. §.uidendū.
uersicu.quarto.pro euidentia facti, falsum est igi
tur præsuppositum quod sit in dubiis, quod con
stat ex euidentia facti, uel ex dictis probationi-
bus ipsum reum esse conuictum. Et si non habe-
ret alias defensiones prout habet hæc duo prio-
ra fundamenta satis, & super essent ad eius abso-
lutionem.

Tertium fundamentum etiam inconcussum
manet, quia cum ex probationibus pro eius par-
te factis satis sit eneruata intentio curiæ, cessat
omnis scrupulus, probatio enim bonæ famę tol-
lit omne indicium si quod extitisset contra reum
similiter probatio cōmunis usus loquendi, quod
cum de arboribus plantatis, uel plantādis sermo
habetur de salicibus tantum, statim fit interpreta
tio dictum extitisse, nec testes aliter dicunt, ut di-
citur in dubiis, quia immo loquūtur hoc casu eū
sermo habetur de arboribus plantandis, nec ali-
ter intellexit ipse Dom.Philip.licet excepserit po
7 pulos, quæ exceptio † firmat regulam in non ex-
ceptis.l.nam quod liquide. §.fi.de pœnu legat.&
Mod.in l.1.de reg.iu.nam animaduertēdum est,
quod ipse testis non fuit generaliter loquutus de
omnibus arboribus, sed se restrinxit ad eas tātū
ex quibus possint percipi introitus, uidelicet li-
gna, & uuæ.quo casu tantum uoluit comprehen
dere salices, & populos, ex quibus huiusmodi fru
ctus quotannis percipiuntur, & propterea exci-
piendo populos, remanet quod de salicibus tan
tum intellexit, nam ut audio, in dicto territorio
non percipiuntur tales annui fructus nisi ex his
duobus generibus arborum, quæ singulis annis,
uel biennio, seu triennio putantur, & propterea
manifestum est ipsum non de omnibus arbori-
bus sensisse, hoc .n. clarè probat illud relatiuum
8 (ex quibus, positum sine copula,) † quod restrin
git suum antecedens.l.ea tamen adiectio. ff.de le
gat.3.l.4.ubi omnes.C.de summa trin.& fide ca-
thol.& licet supra in eodem testificatu latius lo-
quutus fuerit ipse testis, tamē satis est quod infe
rius dictum suum restrinxerit, nā, & testis potest
9 in continenti dictum suum declarare † immo, &
corrigere. c.præterea.de testi. cogen. Bald.& Ias.
pe.char.in l.lecta.ff.si cert.petat.Alcia.tracta.præ-
sumpt.secunda regula præsumptione.29.in prin.
Et hac ratione stante superuacaneum est disputa
re, an indefinita negatiue prolata in testibus æqui
polleat uniuersali, & q hoc casu sit uerificanda in
pluribus generibus arborum non in salicibus tā-
tum, si quidem cum de illis arboribus ex quibus
percipiuntur dicti fructus, ut supra loquutus fue-
rit cessat omnis difficultas tametsi uideretur pos-
se dici quod affirmatiuè ipse loquutus fuerit, qū
dicit, quod illę terræ carēt arboribus, & uitibus,
& posito quod de pluribus generibus arborum
deberet eius eius dictum intelligi, cum inuenian
tur plura, & quidem diuersa inter se genera arbo
rum salicum, eius dictum optimo iure saluari
posset, & defendi a falso. sufficit enim, quod ali-
qua interpretatione dictum uerificari possit, etiā
recedendo ab uniuersali, & descendēdo ad par
ticulare, ut per Gramma.in allegato vot.26. nu-
mero septimo.ubi plura ad propositum ponit, &
cum semper debeamus omnem interpretatio-
nem facere etiam nimiam subtiliatem adhiben-
do, ut saluentur testes a falso, ut dixi in quinto
fundamento, mirum est, cur utamur tam subtili
subtilitate etiam aucupando uerba, ut interpre-
temur eum uoluisse testificari, quod non habe-
bat in mente, & quod non est uerisimile, vt om-
nes testes affirmant, & ad hoc propositum cita-
ui consilium Craue.septuagesimumquintum.nu
mero decimonono.

Et licet ex his rationibus, & fundamentis
res sit adeo in tuto, ut superet omnem diffi-
cultatem, & cum ex his inferatur ad totalem
absolutionem, & liberationem inquisiti, non
sit opus aliter tangere alia fundamenta, quæ

magis ex super abundanti, quàm qđ his opus esset adducta fuere in prioribus scriptis, tamen, ut etiam constet ea quæ deduxi iuridica esse tam etsi sint superflua, aliqua adducam super eis pro responsione dubiorum.

Non obstat igitur opin. Cur. sen. In allegato cõ si. 55. seu. 56. num. 40. in fine tenentis contra An-
10 ch. quem sequuntur † Doctor. citati, in 6. fund. in prio. allegationibus, ꝙ cum dictum sit uerum, & ratio falsa testis non punitur de falso, qui Cur. Ipse tenet contra communem sententiam Doct. qđ apparet ex citatis. in 6. fund. nec est uerum, quod etiam dictum sit falsum, quia hoc non est in processu probatum. preterea cum fuerint additę duę rationes dicti sufficit, quod altera duret, ut in dicto. 6. fundamento.

Ad quartum, & quintum fundamentum nihil fuit responsum in dubijs quo fit, ut adhuc subsistant.

Postremo, quod dictum fuit (si qua esset falsitas, quod tamen falsum est ut supra) illam non nocuisse, uel nocere potuisse parti aduersæ nõ tollitur per replicata in dubijs, quod contractus esset nullus, cum pater fuisset in dolo, per not. per Castr. in consi. 411. col. fi. in 1. & Crau. consi. 152. nume. 25. cum alijs citatis in dubijs, & propter clausulam (super quibus) potuisset etiam cognosci super petitoris iuribus uulgaribus. nam cum in processu nunquàm fuerit de nullitate, uel de dolo atris uerbum ullum dictum, nõ uideo quomodo iudex posset super hoc non petito, uel allegato iudicare. l. illicitas. §. ueritas. ff. de off. præsid. Et quia ex pręcedentibus rationibus, & fundamentis res est in tuto non conteram tempus in his, quæ non sunt, nisi ad cautelam, (quod aiunt,) deducta. Ne pigeat igitur prædictum Magnificum Dominum Phylippum absoluere ex quo sic dictat iustitia,
11 non oblitum maiorem honorem iudicem † consequi in absoluen. quam consequatur in condemnando, ut per Mars. in §. fi. nu. 7. in pract. sua criminali, cui me, & hunc amicum meum commendo.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Adeo se peregrigiè defendit hic inquisitus, ut post longam uexationem denique fuerit absolutus.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Testis de falso inquisitus, non potest puniri si inquisitio sit nulla, & inualida. Et minus si falsitas nulli sit nocibilis.

SVMMAE.

1 *Inquisitio debet continere locum, & mensem cõmissi delicti.*

2 *Testes inter alias personas receptus non facium indicium contra alium.*

3 *Bona fama tollit omne indicium.*

4 *Testium dicta sunt interpretanda secundum cõmunem usum loquendi.*

5 *Indiffinita non æquipolent uniuersalibus in dictis testium.*

6 *Verbum (cohærere) conuenit rei in fundo perpetuo per mansuræ.*

7 *Falsum nemo presumitur uelle dicere.*

8 *Testis de credulitate deponens nõ probat etiam si dicat se firmiter credere.*

9 *Falsum, ut euitetur debent intelligi esse repetita uerba.*

10 *Testis dictum ratione potest restringi, & limitari.*

11 *Testimonium non dicitur falsum, quod habet primordium ueritatis.*

12 *Falsitas, ut excludatur omnis est facienda interpretatio, & omnis subtilitas adhiben. nu. 13.*

14 *Testis deponens de peritia sua non potest teneri de falso.*

15 *Falsitas debet de necessitate concludere.*

16 *Falsitas nulli nocens non est punibilis, & num. 17. Quod procedit etiam quando non consistit in substantia negotij, ut nu. 18.*

CONSILIVM DXVIII.

In Domino confido.

PLVRES sunt rationes ex quibus omnino absoluendus est D. Philippus de Corellis, ĩquisitus de falso per Magnificũ. D. Cõmissariũ Fusignani, prima est, quod inquisitio contra eum formata fuit & est nulla, & inualida, cum non fuerit in ea appo-
1 situs locus, & mẽsis commissi asserti delicti, † quæ erant necessaria, ut per Bartol. in l. libellorum. ff. de accusat. & latè per Marant. in suo tracta. iudi. 6. par. numero 35. & in crimine falsi trad. Bald. in consil. 480. de sola subscriptione. 3. uolum. & declarat idem Bald. in tracta. testi. inserto post tracta. similem Barto. in prin. numero nono. & numero 19. Nec releuat, quod in inquisitione fuerit habita relatio ad causam in qua ipse Dominus Philippus deposuit, quia cum relatio sit incerta, & etiam in actis dictæ causæ non constet, quo loco deposuerit defectus iste in substantialibus non sanatur, & tanto magis, cum relatio fuerit generalis, & non fuerit etiam nominatus notarius illius causæ.

Secundò, cum ipse D. Phylippus negauerit

natura

narrata pro ut narranī in dicta inquiſitione, &
non ſuerit facta aliqua probat. in termino pro-
bator. contra ipſum non uideo quare non ſit
abſoluendus , cum reus debeat conuinci de
delicto , etiam probationibus lucemeridiana
clarioribus. l. final. C. de probat. Nec releuat
curiam, quod forte fuerit producta in proceſ-
ſu ante inquiſitionem, uel poſt illa teſtimonia
quæ citantur in inquiſitione, quia, & ſi id uerum
eſſet nullam faciunt contra dictum D. Phylippū
probationē,cum inter alias perſonas recepti, &
2 examinati fuerint.† ut trad.omnes.ī l. 2.ubi Dec.
nu.44.C.de eden.& Canon. in c.cauſamque ubi
maxime Fel.de teſtib.immo , & ſi teſtes ipſi fuiſ-
ſent examinati in hac cauſa pro indicijs ante in-
quiſitionem non probarēt niſi fuiſſent repetiti in
termino probator. poſt inquiſitionem Paul. de
Caſtr.conſi. 141.uiſa quadam inquiſitione.num.
tertio primo uol.nouiſſimorum ,& declarat Mar-
ſi.admonens iudicem inquirentem in ſua pract.
criminali.in §.nunc uiden.numero 29. & ſeq. Tū
etiam quia licet teſtes examinati inter partes ſint
inuicem contrarij,non propterea una pars alte-
ram conuincit de falſo, ut per Gram. uot. 26.nu.
14.& deciſ.60.in prin.

Tertiò , quatenus remāſiſſent, uel extaſſent ali
qua indicia contra ipſum D. Phylippum illa fue-
runt eliſa,& pœnitus ſublata per probationes fa-
ctas pro eius parte in pręſenti cauſa,& primo pro
3 pter probationem bonæ ſamæ † ipſius D.Phylip-
pi,quæ tollit omne indicium contra ipſum exi-
ſtens, iuxta trad.per Marſ.in §.diligenter.nu. 196.
in pract.in conſi. 109. numero uigeſimoſeptimo
& in alijs conſilijs at in crimine falſi. Dec. conſil.
179. & Gramma.in conſilio trigeſimotertio nu-
mero decimoſexto . Alcia.in l.prima.§.pe. nume
ro 50. de uerb. oblig. & Crauet. conſilio 65. nu-
mero decimoſecundo.

Secundò,quia ipſe D.Phylippus probauit ea
quæ in ſuo teſtificatu depoſuit uera fuiſſe,per plu
res teſtes deponentes,quod arbores Salicęs quę
plantantur in caſali controuerſio, non ſolum lon
go tempore in eiſdurare,quia poſt ſepteniū , uel
circa ad ſummum exſiccantur, ita quod ueriſſi-
mum eſt,quod ipſe D.Phylippus depoſuit arbo-
res non cohærere,ſeu cōuenire fundo ipſi, & fun
dū ipſum carere arboribus, & uitibus ex quibus
poſſint percipi introitus ligna, ſcilicet, & uuæ. &
licet uerba teſtificatus ipſius D. Phylppi uidean-
tur ita generalia,ut poſſint etiam comprehende-
re alias arbores quàm ſalices, tamen cęſſat du-
bium communi uſu loquendi probato in proceſ
4 ſu ſecundum quem dicta teſtium † ſunt interpre-
tanda Bartò. in l. Labeo de ſuppel. lega. Calcan.
conſil. ſeptuageſimoſexto, colum. ſeptima, cum
enim ſecundum communem uſum loquendi
in territorio Fuſignani , cum de arboribus plan
tatis , uel plantandis Sermo habetur de ſali-
cibus quæ communiter , & pro maiori par-
te in omnibus terris ipſius territorij plantari

ſolent intelligatur, dubium non eſt quin teſti-
ficatus ipſe uerus , & non falſus appareat .
quod ex alio comprobatur , quia in dictis te-
5 ſtium † indefinita non æquipollet uniuerſali,
ut tradunt omnes in cap. auditis , ubi Fely. nu-
mero uigeſimoquarto , de præſcrip. cum aliis
citatis per Marſ.in ſingu. 171. audiuiſti. & magis
ad propoſitum Gram. vot. 26. in princip. quo ſit,
ut licet ipſe teſtis dixerit Caſale, de quo ī cauſa,
carere arboribus , & uitibus , ex quibus poſsint
percipi introitus non de omnibus arboribus ge-
neraliter, & uniuerſaliter eſt intelligendum , ſed
de aliquibus , & parte eorum, quod etiam proce
dit,& ſi dictū fuiſſet de omnibus arboribus, quia
de omnibus illius ſpeciei ſeu generis ſalicum eſ-
ſet dictum interpretan. ut poſt Rom. & alios per
eum ibi citatos tradit Gramma.in d. vot. 26. nu-
mero ſeptimo. Et cum iſta declaratio ſit rationa-
bilis,& conueniat, & menti teſtis,& etiam ſenſui
verborum nihil eſt dubitādum, quin dictus teſti-
ficatus optimo iure a falſo defendi poſſit,& cum
ex ſalicibus tantum in territorio ipſo non etiam
ex aliis arboribus introitus lignorum percipi
ſoleant, ut notum eſt , & etiam deponunt teſtes
examinati, certum eſt ipſum teſtem intellexiſſe
de arboribus ipſis ſalicum non de aliis in dicto
fundo extantibus. Accedat verbum (cohærere)
6 † appoſitum in dicto teſtificatu, quod conuenit
rei in fundo perpetuo manſuræ. l. quia aceruus.
ff. quod ui aut clam. & ſecūdum Grāmaticos im-
portat conuenire, & concordare , ut apud Teren
tium in Andria, comprobatur dum dicit (paulu-
lum obſonij, ipſus triſtis de improuiſo nuptiæ nō
cohærent) intellexit enim Dom.Philipp. Salices
fundo ipſius Caſalis non cohærere , id eſt non
conuenire, ex quo poſt certum tempus exſiccan-
tur, ut ſupra, & propterea nullo modo dici poteſt
eius teſtimonium falſum fuiſſe, & intellexiſſe uel
le loqui de omnibus arboribus alterius generis,
quæ ſemper extiterunt, & adhuc extant in dicto
fundo, quia alias fuiſſet fatuus deponendo fal-
ſum in eo, quod ex euidentia facti appareret, &
de falſo conuinci poterat, quod non eſt veriſimi-
7 le, ut omnes teſtes affirmant † ad propoſitum tra
dit Craue.in conſilio ſeptuageſimoquinto.nume
ro decimonono.

Quartò, principaliter pro abſolutione ipſius
Dom.Philippi facit, quod ipſe non depoſuit per
ſenſum corporis, & certitudinariè, ea quæ falſa
eſſę prætenduntur , ſed per credulitatem ſuam
quod apparet ex ſuo teſtificatu in quo de credu-
litate loquitur, ut ibi (ſe firme dixerit credere,
& tenere) & inferius (& quod non credit) cer-
tum enim eſt quod teſtis deponens de creduli-
8 tate ſua non probat, † etiam ſi dicat ſe firmiter
credere , Crór.in tracta. de teſti. numero 312. &
teſtis qui credit dicere ueritatem etiam ſi dice-
ret mandatum, & falſus Marſi.in rubrica. ff. ad le.
Corn. de falſ. numero ſecundo , & in conſilio ſe-
ptuageſimoſeptimo. nu. decimoſexto . & conſi.

1 1 1.num. 15.& licet quãdo fuit loquutus de hu-
iusmodi arboribus non repetierit verbum cre-
dulitatis tamen censetur repetitum, tum ad euitã
9 dum falsum † iuxta ea quæ tradit Feli. in c. cũ tu.
num. 1 1.uersic.datur etiam alias modus.de testi.
& Crot.in d.tracta.nu. 3 2 9. & seq. tum ẽt,quia in
ratione sui testificatus reddita , nulla alia ratio
redditur,quàm per ea quæ supra deposuit, & su-
pra tantum de credulitate loquutus fuit,& certũ
10 est rõne testis † eius dictum restringere,& limi-
tare,ut per Bal.in l.conuenticulam. C. de episco.
& cler.Soc.consi.1 3. & 5 6. num.1 6. 4. uolum. &
Marsi. sing.62 1. magnæ importantiæ,nec est ve-
rum,quod respectu huiusmodi dicti seu rationis
redditæ de arboribus ipse testis reddiderit ratio
nem ut inferius super interrogatoriis dicitur, (ut
potè,quod prædictis practicam,& cognitionem
habet) tum quia illa clausula habet relationem
tantum casalis , tum etiam quia dicta ratio repu-
gnat quin de credulitate in ea parte; censeatur te
stis loquutus, & censeatur repetita illa clausula
credulitatis.

Quintò,certum est testificatum prędictum nõ
posse dici falsum ex quo haber primordium ueri
tatis stantibus depositionibus testium nostrorũ
11 † ut supra per tex. ubi Pau. de Castr. in l. cum fi-
lius.§.hæres meus.ff.de leg.2.tradit Gram.d.uot.
26.num. 1 1.in consi. 3 0.num. 1 3. 3 3.num. 9.&
49.num. 5.Petr.Foller.in sua pract.crim.ubi dicit
* communiter * teneri in secunda parte , secundæ
par.in glo.item,quòd commisit falsitatem.nume
ro 35.& dicit Pau.de Castr.in cõsi. 1 2 0.uiso quo
dam processu.nu.4. 1. uol. quod factum non est,
quod habet aliquid veritatis admixtum, & cum
interpretatio omnis sit facienda vt falsum exclu
12 datur, † ut trad.omnes.in l.iurisgentium.§.quod
ferè.ff.de pactis.Mars.consi.2. num.8.& 7.nu.2 1.
& in pluribus aliis consiliis.Gram. d.consi.3 0.nu
me.2.& 1 2.& 5 1.num.9.& Paris.consi.1 5 9. num.
13 58.4.uolum. etiam si nimia subtilitas † adhibea
tur ut per Foller.loco proxime allegato.num. 1 3.
Cessat omnis scrupulus.accedat quod dicit Grã.
in d.consi.3 0.num. 1 2.quod ad euitandum falsi-
tatem sufficit , quid esse uerum , uel non esse ve-
rum implicitè.

Sextò,certum est,quod ipse D. Philippus prin
cipaliter deposuit super ualore ipsius Casalis qđ
fuerat capitulatum,& super hoc non reprobatur
eius dictum immo extant plures testes id depo-
nentes , quo casu non præsumitur falsum, ut per
14 Craue.consi.65. nume. 1 3.& testis † deponens
de peritia sua non potest teneri de falso, vt per
Alcia.in l.si ex falsis.penult.pag. C.de transact. &
licet ratio ipsius dicti esset falsa,tamen testis non
posset de falso puniri,Fely.post Anchar.quem ci
tat in c.fraternitatis.in fi.de hæret.Alcia.post Ri-
min. in d. l. si ex falsis.in fin.& Petr. de Moncada
in addit.ad tract. Crot. de testibus. num. 390. &
sufficit quod vna ex nationibus sit vera licet al-
tera sit falsa instit. de nupt. cum aliis citatis
per Alcia.& ibi in addit.ad eum in tract. præsum-
ptionum.prima regula.præsump.24.num.3.

Tertiò, non video quomodo reprobetur testi
ficatus D.Philip.per testes examinatos ex aduer
so, quia licet dicant, quod uiderunt dictum Ca-
sale in quo extabant salices cum uitibus,non ta-
men negant quin potuerint exsiccari breui tem-
pore, & aliquibus annis tantum durauerint in
eo, ut deponit ipse Dom.Philippus,falsitas enim
15 debet de necessitate concludere † ut supra dictũ
fuit, & trad.Gram.consi.1 9.num.3. 3 0. num.3. &
33. num. 15. & minus facit illa attestatio not.de
euidentia facti uisa per Cap.Bagnacabelli, quia
testificatus dicti testis non habet relationem ad
præsens tempus, sed ad tempus de quo in cap.
producto, quo casu cum casale ipsum a quinde-
cim,& ultra annis citra potuerit mutasse naturã,
ut experientia docet falsitas necessario nõ inclu-
ditur,ut est necesse per ea quæ sup.dicta fuere.

Vltimò, non uideo quomodo ista afferta falsi
tas potuerit obesse parti aduersæ, quænunquam
in dicta causa potuerit obtinere, cum egerit ad
restitutionem possessionis, & tamen per suum cõ
16 tractum ceciderat a possessione ipsa † quo casu
remedium intentatum non competat, Alex.con
sil.92.prospectis.colum.2. 1.uol.Soci. in l.rẽ quæ
nobis.num.8.ff.de acq.possess.& Plot.in l.si quan
do.num.70. C.unde ui.sed debebat intentare re
medium.l.secundę. C. de rescinden. uendit. quo
fit,ut etiam si falsa fuissent omnia testificata tam
per ipsum Dom. Philippum , quàm per alios te-
stes examinatos prohibita pro parte mag. Mar-
ci,in nihilo nocuisset parti aduersæ,quæ nunquã
poterat obtinere,ut supra.ex quo resultat cõclu-
17 sio testem de falso † puniri non posse.l.penul. C.
de fals.Mars.consilio 1 5 1.numero decimosexto.
& 1 2 0.numero vigesimoquarto.Paris.cõsi.1 5 1.
numero uigesimotertio. & 162. numero trigesi-
mo. in quarto.Quod etiam procedit quando fal
18 sitas † non consistit in substantia negotij, ut per
Gram.consi. 19.num.5. & decisione 43. nume.4.
& decisione 60.num.16.& Plot. in d.l.si quando,
num.719. quod tamen ultimum fundamentum
ex abundanti uolui aduxisse, cum ex aliis supra
deductis satis superque innocantia ipsius inqui-
siti comprobata, & ostensa sit, ut omnino absol-
ui debeat.

Laus Deo Opt.Max.

Bartho.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Quòd ad solutionem gabellæ qui locus sit attẽ
dendus, & de quo contractu sit illa soluenda, &
quo tempore.

SVMMAE.

1 *Testi inducto a gabella statur contra illam.*
2 *Gabella est soluenda in loco contractus.*

Ex

3 *Et ille locus est considerandus licet alibi sit factum chyrographum.*

4 *Gabella est soluenda de primo contractu non de secundo, & renouato.*

5 *Gabellę statutum si grauat personam non censetur grauare forensem uendentem rem existentem extra territorium.*

6 *Gabellam qui tenetur soluere de venditione, nō tenetur soluere de pacto de uendendo.*

7 *Vendere aliud est, aliud facere pactum de vendendo.*

8 *Arrharum traditio differt à cōtractu uenditionis, & pro eo non est soluenda gabella.*

9 *Gabella est soluenda tempore traditionis de re qua est extra territorium, & qua est tradenda in loco.*

10 *Gabella non fit fraus sine dolo.*

11 *Gabella est res odiosa, & contra eam fit interpretatio.*

CONSILIVM DXIX.

In Domino Confido.

SENTENTIA lata aduersus Franciscum de Orlandis de Rusio venit
reuocanda, tam ex deductis in causa
principali, quam in causa appellationis. Primo enim certū est, quod contractus pro-
missionis rubiæ fuit factus in terra Cotignolæ, ut
deponit Alex. de Blancolis, primus testis rece-
1 ptus pro D. Massario † cui standum est contra ip
sum. l. si quis testib. C. de testib. & ad propositū
Thob. Non. consi. 111. nu. 4. & est regulare, quod
statur testi deponenti contra producentem, Cra-
ne. consi. 201. nu. 7. Cepha. consi. 65. nu. 55. & An
to. Gabr. lib. 1. conclusionum. tit. de testib. cōclu-
sione prima. nu. 14. Quo casu nulla erat soluenda
2 gabella Lugi † quæ venit soluenda in loco cōtra
a tractus. a non rei solutionis, uel traditionis. Bal. in
l. 14. q. nu. 3. C. de contrahen. empt. in l. 1. 4. q. C.
ubi conue. qui cer. loco dare promis. Rom. singu.
468. per Italiam, & illic in addit. & Iul. Ferret. in
tract. de Gabel. & publica. nu. 377.

Et licet exinde factum fuerit chirographum
3 Lugi, † non tamen quo ad solutionem gabellæ lo
cus ipse esset considerandus Butr. & Abb. nu. 31.
in c. si. de foro competen. Bertach. in tract. de ga-
bel. 6. par. 2. q. num. 5. Iul. Ferret. d. nume. 377. &
Anto. Gabr. in titu. de consuet. conclu. 2. num. 15.
lib. 6. suarum conclusionum.

3 Et idem est licet renouetur contractus † quia
statur primo, & de eo venit soluenda gabella, nō
de renouato. Bal. in l. uniuersa. in fi. C. de precib.
imp. offen. Bertach. d. nu. 5. & Gab. d. cōcl. nu. 16.

Secundò, cum capitula datij disponant ven-
dentes teneri soluere gabellam rei venditæ in ra
5 tionem den. sex. pro libra illius pretij † & sic gra-
b uent personam, non censentur ligare forensem b
qui uendat rem alibi existentem extra territoriū
statuentium, ut per Seuer. in l. 1. nu. 98. C. de sum-
ma trin. & fide cathol. & Anto. Gabr. dicta con-
clusione 2. num. 13.

Tertio, & si ipse Franciscus teneretur pro uen
ditione rubiæ ad Gabellam non tamen teneba-
c tur c pro promissione de uendendo, ut fuit hæc si
6 bene consideretur chirographum † ut tradit Bal.
& Angel. in l. prima. C. de pignor. Angel. & Alex.
in l. si pupillus. in fin. princ. ff. ad l. Faleid. Corset.
7 in singulari statutū. il secundo. † ubi quod aliud
est uenditio, & aliud pactum de uendendo Boer.
quæstio. 48. numero nono. & Tiraquel. in tracta.
de retract. titu. primo. §. primo. glo. secunda. nu-
mero 54. & titu. secundo. in fi. uel fuit contractus
8 dationis arrharum qui nō est contractus † uen-
ditionis cum per earum dationem res dicatur
integra, vt possit a contractu recedi, per vtram-
que partem amittēdo emptorem arrhas ipsas da
tas, uel reddendo venditorem duplicatas. l. con-
tractus. §. illud. C. de fide instrum. l. secunda. ubi
Bal. latè. C. quando lice. ab emptio. recede. & in-
stitu. de emptio. & vendit. §. primo. & quod talis
contractus non sit uenditio trad. Afflic. in trac. de
iur. prothomis. in prin. 6. no. num. 20.

9 Quarto, cum † res vendenda esset extra terri-
torium, & conducenda ac tradenda in terra Lu
gi non erat soluenda gabella nisi tempore tradi-
tionis rei, quo perficiebatur cōtractus, ut uoluit
Bal. in consilio 243. & 253. licet iste allegationes
4. uolum. Vnde sufficiebat si contractus denun-
tiabatur, & soluebatur gabella tempore condu-
ctionis, & traditionis, nec credo, qđ aliter serue-
tur de consuetudine in his cōtractibus uenditio
nū mercium in genere existentiū in alieno terr.

Quinto, & ultimo, cum ex testib. examinatis
tam in causa principali, quā appellationis appa
reat, quod antequam ipse Frāc. peruenerit Lugū
miserit nuntium ad denuntiādum gabellariis cō
ductionem dictæ rubiæ, & uenditionē quā intē
d debat d facere dicto Alex. certe nō video in quo
fraudem fecerit, & quo spiritu potuerit sibi au-
10 ferri, † nec. n. potest dici ipsum fuisse in dolo sine
quo gabella non fraudatur. Abb. cons. 68. 1. uol.
Rolan. a Val. cons. 42. nu. 15. in 3. uol. & Menoch.
in consi. 98. num. 22. & tanto magis, quia per offi
cialem fuit concessa licentia exonerandi, & pon
derandi dictam rubiam ita, quòd postea darent
notā illius quātitatis officiali, vt deponūt testes,
& tn̄ postea per executores sibi allata fuit, qđ an
fuerit iustum, uel æquum, uideat mag. D. Cōsul-
tor, uel saltē qn̄ ipse errasset, nō posset res in com
missum cadere, sed excusandus fuisset, ut tn̄ tene
retur ad duplicatam gabellam. Rolan. d. consil.
11 num. 17. & sequ. † & in dubio contra gabellam
vti odiosam venit facienda interptatio. Cor. cōs.

149.col.3.1.uolum.Dec.consi.48.col.3.versi.sexto.& ultimo.Craue.consi.231.in fi.& Boss.in titu. de vectigal.num.9.10.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho.Bertaz.

Nulla probata sententia res fuit cum fisco, vel publicano composita.

Clau.Bertaz.

ADDITIONES.

a Præter hic adductos idem sequitur Alex.consi 51.in pri. in 3.& consi 14, nu.4.in 6.Soci.alios adducens in consi.302.1.col.& Dec consi.457.nu.2.Seueri.in repetit.l. cunctos populos. col.64.dicens pluries ita consuluisse. C.de sum trin & fid.catho.quod ante eos tenuit Berta. licet non sine dubitatione.in d.trac, 6.par.princ. 3. qõ. Ceph consi.553.num.9.

Quod procedit nisi statutum exigeret, ut etiam de cõtractu facto extra territorium soluatur gabella pro uenditione rei existentis in territorio. quo casu attenditur locus rei sitæ, ut per Seuer.distinguentem in loco præallegato ubi col 65.firmat locum contractus non esse attendendum si contrahentes, ut fraudarent gabellam contrahunt extra territorium, ut ibi per eum.

Sed obstat huic decisioni, quod cum gabellæ solutio sit solennitas quæ pro ualiditate solet interuenire post contractũ Bar. in l.uniuersa, C. de precib.imp offer. & Ceph d consi.553.nu. 10.non desideratur si fiat contractus extra territorium, sicuti mulier extra territoriũ potest contrahere sine solennitate statuti.Corn consi.241. in 2.Aret.consi 54 & Lamberteng.in trac.de contractibus.glo.2.q.14.& seq.

Rñdetur defendendo decisionem Seueri. contrariã sententiam esse uerio rem, ut per Bart.in d.l.1.6.q num. 32.C.de sum.tr n & fid.catho.Rom.qui dicit communem * in consi.39.in proposita.q.1.dub.Soc. cons.79. in 4.Bal.consi.60. Quædam soror.in 5.Alex. cons.41. num.7.& 11.in 5 Capr.consi 21.nu.9.10. Dec. in l. fi. num.13.uersi si statutum. ff.de iurisd.omn.iud. i arbat. late consi ult col.antep.in 3.Are.in d.l.1.nu.18 Roch. de Curt.in trac.de consue.q.13.lim.3.nu.740.ubi dicit cõem, & respondet contrariis.Paris.consi.99.nu.55. in 1.Mars.in d l.fi.nu.142.Rui.consi.160.nu.3.in 4 Cassane.in consue.Burgund.in rub.4.§.1.nu 18.uersic extende.col.mihi 506.Tiraq.de leg. connub.in glo. 8.qõ. 26.num.219.& seq.Abb.consi.70.num.2.Gabr consi. 1.num.7.decis.Gen 83.num.2.& decisio.105.num.2. Bursat.consi.339 num.11 & seq.

Sed omnes fatentur præterea statutum ligare subditum contrahentem extra territorium, quando hoc exprimitur ab ipso statuto. Bursat.consi.307.num.58.

Quod clarius procedit si agitur de obligatione bonorum sitorum in territorio, & districtu statuentium Feder.de Sen.consi.82.statuto episcopi.Curt d.trad.d.qõ. 13.2.limit.num.738.cuius mentis est etiam Paril. consil.99.num.56.in 1 quod etiam tenet D Rim.iun. consil.72 nu.22.& Bursat d.consi.307.d.nu.58.

Vltimo in terminis fraudis de qua Seuer. res est extra difficultatem, ut si subditus cõtrahat cum alio subdito non cum forense, quia tunc præsumitur fraus facta statuto, ut trad.Saly.Aret & Seuerin. in d.l.1.sequitur Paris.consilio 99.colum.fi.in primo.Aret.consil.54.3. colum.& consi.73.colum.6.Crot.consi.1.nume.42.ob hoc idem locum traditionis non contractus esse attendendum si non sit factus in fraudem gabellæ uoluit sal. in consilio 243.Tempore, & consilio 253.licet istæ allegationes.in quarto.tamen etsi in consilio sequen (lstud fuit etiam consilium Bal.) aliter uoluerit & trad.alia adducens Tiraquel. in tracta de retract. §.1.glo.2.nu.46. 47.Ferret.de gabell.num.326 & sequen.& num. 377. Seuerin in d.l.1.num.97.Roma.singu.478.Per Italiam. alios citat Ceph.consi.58.num.33.& Anto.Gabr.li.6. titu.de consuetu.concln.2.nu.12.& sequen.

b Dubitabilis redditur opinio Seueri. cum teneat contrarium in terminis Bald.in l.1.5.quæstio. C.de contrah. emptio.dicens, quòd cum gabella onus sit consequutiuum contractus, ideo sicut forenses sortiuntur forum ratione contractus ita respectu gabellæ uenientis in cõsequentiam argum.l.fin.in computatione.C.de iure deliberandi. Et licet in prædicta quæstio. durum esset obtinere contrarium propter authoritatem tenentium partem illam tamen faciunt contra dictam decisionem tradit Bal.& Sal.in l.multum interest.colum fi.C.si quis alte. uel sib. quod in soluenda gabella attenditur locus in quo est destinata solutio non ubi est facta promissio licet Bal.aliter uoluerit dicens id forte uerius in l.1.C. ubi conue qui cer.loc.dar.promis & propterea Bertach reliquit cogitãdum.in tract. de gabel.sexta parte, quæstio.4.

c Et si de promissione soluta est gabella non debet postea solui de uenditione subsequuta Bar.in l.fi.§.quoties.in fin. de publica.& idem uidetur uelle, in d.l.si pupillus.in fi.prin.trad.Bertach.d tracta.quinta parte. qõ. tertia parte. octaua parte princip. quæstio. decimatertia.& Boer.d.decisio num 9.sic etiam non debet solui pro cessione quam facit procurator omnes Domino suo de re empta, uel de acceptatione possessionis rei ptæ cum tendat ad executionem primi contractus Bal. Saly.in l.cum per eos C.si quis alie.uel sib.Bertach.dicta quinta parte. quæstio. duodecima. & Corne. consilio centesimosexto.columna fi.ad fi.in quarto. Et idem est in stipulatione pœnali quæ est accessoria ad contractum uenditionis, ut Bald.trad. & sequitur ibi Ias. colum.54.uersic.hanc glo dicit Bal nume.80.in l.2.C.de iur emphy Bertah d parte 5.q 20.

d Sed quid si alter non denunciet, uel soluatq; intra illud tempus intra quod debere hoc fieri sub pœna nullitatis mãdat statutum, nocebit ne hoc ei qui ex pacto ad gabellam non tenetur, uel qui suam partem soluit? & dicẽdum est quod non eo enim casu non poterit aduersarius opponere de nullitate contractus facto, & culpa sua sua causato Barto.in l.bona fides. ff.de actio. empti. & uidetur sequi Bal.in l.fi. C de pericu. & commod.rei uend.Vant in tracta. de nullita.in titu. quoties, & intra quod tempus.numero quinquagesimooctauo.Idem tenet Abb in casu quo unus soluit suam partem alter uero non, ut contractus ualeat respectu soluentis in cap. quoniam frequenter.nu.12.in prin. ut lit. non contesta.& sequitur Vant.d.tract.in ti.quot, & quib.mod.nulli.propo.nu.124.Imo tr..ctans de damno uitando potest excipere, uel replicare contra agentem, uel excipientem de nullitate casu quo neutra pars gabellam soluisset, ut uidetur magis communis ** opinio Docto. in l.cum mulier la 1 ff.solut.matr.& in l.fi.§.sed & si stipulator.ff.de eo per quem fact.er & per Abb. Fel & Dec. in cap.dilecti filij.ubi Fely colum.3.& Dec.nume.8.de excep.de quo etiam per Bertach.tertia par. q. decimasexta & de isto statuto multa tangit.q.uigesimaquarta, & quæst.trigesima & in pluribus aliis locis in d.tracta. Ang consi.215.reperitur. ante fi.& Are. consilio 129. clarissime.tertia columna.uersic.secundo est aduertendum.sed nos studemus illa tãrum attingere quæ & pœnas, & fraudes respicere possunt.

Clau.Bertaz.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Si mercator pluries contrafaciat proclamati, ut potè conducendo pelles e locis prohibitis, an toties in pœnam incidisse dicatur, quoties per eum fuit contrafactum, & an teneatur duplici si côduxit rem prohibitã, & côducta usus est.

SVMMAE.

1 *Contrafaciens pluries proclamati, an toties in pœnam incidat, quoties per eum sit controuentum.*

2 *Statutum imponens pœnam centum facienti in sultum, & centum uulnerati, & quis uulneret, an in pœnam ducentum incidisse dicatur ac si plura delicta commisserit.*

3 *Falsos testes inducens, & falsa instrumenta producens unica pœna tenetur, & minus est uti falso, quam fabricare. ut nu. 4.*

5 *Pœna una imponitur, quando ex reiteratione delicti non insurgit nouum interesse pecuniarum.*

6 *Si delicta tendant ad eundem finem.*

CONSILIVM DXX.

In Domino confido.

Dubitatur nunquid M. Bernardinus Louatus Calceiolarius de Bondeno, qui confessus fuit se pluribus uicibus côduci fecisse à terrã finalis ad Castrum Bondeni coria uncta contra formam proclamatis, & ex eis soleas, uel calceos confecisse, incurreret in duplicem pœnam proclamatis ipsius, tam pro conductione in dictum Castrum, quàm pro usu pro ut duplex pœna, & conducentibus, & utentibus in eo imponitur.

Et breuiter teneo unica tantum pœna plecti posse, quia cum dicta coria ad eum finem, & effectum illuc ducta, uel delata fuerint, ut eis uteretur in exercitio, & arte sua calceolariæ nô potest nisi una pœna imponi, licet etiam essent plura delicta, sicut tenetur tantum ex uno delicto, q plura uulnera alicui intulit, ex quibus occiditur, ut
1 † Bar. post Dyn. in l. nunquàm plura. num. 4. uersi. ad d. l. illud. & num. 5. & 7. ff. de priua. delict. & idẽ est quando quis coadunauit gentes, & illas misit ad certum locum, quia unica pœna tenetur, ut p eum. ibi nu. 10. & huius mentis est etiam. in l. inficiendo. §. infans. num. 3. ff. de furt. nam propter cõtinuationem, est unicum delictum gl. in uerb. plurima, & omnes. in l. qui de crimine C. de accusat. per quam gl. decidit Marf. q. ad propositum post plures alios quos citat. in l. fi. nu. 15. ff. ad l. Corn. de sicar. quòd si ex statuto imponatur pœna centum deferenti arma, & centum facienti insultum contra aliquem, ac centum uulneranti, si quis cũ armis alium aggreditur, & uulneratur tenetur tãtum pœna centum, cum cæteræ pœnæ in pœnam
2 uulneris confundantur, † sequitur Boer. dec. 219. 4. pag. post prin. ner. & idem Hippo. & comendat Damhoud. in suo enchirid. rerum crim. ca. 77. de inuas. nu. 4. & seq. cuius opinionis est etiã Ceph. qui alios allegat. in consi. 204. nume. 22. & seq. & Iul. Clar. q. 84. in §. fin. in sua praxi. crimi. in uerb. alius est casus.

Sed, & proprius ad casum nostrum certum est duo esse delicta falsum fabricare, & uti, & minus est uti quàm fabricare, ac minori pœna plectitur
3 utens, quàm fabricans † Marf. cons. 24. num. 19. & seq. & 30. nu. 16. & in alijs consilijs, & Menoch. in tract. de arbit. iud. lib. 2. centur. 3. casu. 316. nu. 1. & seq. & tamẽ licet falsum fabricans, & eo utens geminum facinus committat, quia tamẽ non tẽdit nisi ad unam conclusionem reputatur unum, & idem ita Bal. in terminis in c. cum contra. num. 1. per illum tex. de test. cogen. & secundum hanc opinionem consuluit Bened. de Bened. ut refert Soci. in consi. 62. in 2. dubit. 1. uol. a cuius opin. dicit non esse tantum recedere, & licet ipse arguat in contrarium tamen. in fi. dictæ habitationis dicit non affirmare quam opinionẽ sequitur Boer. dec. 82. col. fi. & Plot. in l. si quando. numer. 715. C. unde ui.

Fortius uoluit Bal. ad propositum. in l. quicunque. 2. not. num. 5. C. de ser. fug. quod quãdo duo, uel plura delicta ordinantur in unum tunc habet locum, quod dicitur, qnòd ubi duo propter unã utrobique semper unum, & num. 6. exemplificat in inducente falsos testes, & utẽte falsis instrumẽtis non a se fabricatis licet sit in diuersa specie, tunc enim teneri tantummodo reum unica pœ-
4 na decidit † & Bal. sequuntur Io. de Ana. in ca. fi. col. 7. uersi. addo etiam prędictis Bal. de collus. de tegen. Soc. in d. 2. dubitatione Boer. & Plot. locis præcitatis.

Quibus additur, quod trad. Bar. in consil. 222 Ant. nu. 2. Bal. & Arc. nu. 3. in d. l. quicunque, qđ quando ex reiteratione delicti non insurgit nouum interesse pecuniaria una sola imponitur pœ
5 na † d. l. inficiando. §. infans. Vnde cum in proposito hoc delictum quod inducit phibitio, fuerit factum ad hunc finem, ut posset prohibitus, & contrafaciens illis corijs uti in exercitio suo, & aliqd lucrari ultra id, quòd forte fuisset lucratus ex alijs emptis Ferrariæ, & continuauerit contra prohibitionem in usu, nec potuit D. Conductor pati damnũ, uel ammittere lucrum nisi pro illis quantitatibus tantum conductis, quia pro tãto minore summa uendidit sua Coria, dubium non est, quin debeat haberi pro unico delicto, & unica tantum pœna plecti possit, qui etiam nimis mag. est & parum commensurata delicto.

Ex his patet non obstare, quòd trad. Iul. Clar. in

in sua prax.§.fi.q.84.uersi.scias, etiam eum uersi. seq.quia non tangit hanc. q. quando delicta ten-
6 dant ad eundem finem,& † continuantur etiam eo modo quo pñt continuari,ut sequatur eorum effectus:ut ex tot decisionibus supra comprobatum extitit,quo casu unica tantum pœna puniri potest.

Laus Deo Opt.Max.

Barth.Bertaz.

Ignoratur exitus nam tractantur hæc cum gabellarijs plerunque inscijs aduocatis.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Falsitatis suspicio quando habeatur pro ueritate in ciuilibus.&c.

Ex quibus coniecturis, & probationibus defendatur instrumentum, utnon dicatur falsò fabricatum?

Notarius si condemnetur de falso,an illius rogitus prætetiti obtineant fidem, & quando, & quomodo debet esse condemnatio illius?

Et quales debeant esse probationes contra instrumentum?

SVMMAE.

1 *Hæreditatis petitio non datur contra titulo possidentem.*

2 *Et maxime si actum sit contra possidentes res particulares.*

3 *Dominium probandum est in rei uindicatione.*

4 *Nec sufficit,quòd quis fuerit hæres institutus,nisi probetur instituentem fuisse dominum.*

5 *Dominium non probatur ex possessione,quando de eo principaliter agitur.*

6 *Falsitatis suspicio quando habeatur pro falsitate in ciuilibus?*

7 *Et quid si ex alijs præsumptionibus,& coniecturis appareat de ueritate scripturæ.*

8 *Præsumptio una aliam tollit in crimine falsi.*

9 *Coniectura una tollit aliam in crimine falsi.*

10 *Falsi in crimine indicium unum tollit aliud.*

11 *Præsumptio fortior minuit debiliorem.*

12 *Probatio licet instrumētalis exigatur a statuto, attamen sufficit præsumptio iuris.*

13 *Præsumptionem ueritatis generalem habet pro se unumquodque instrumentum.*

14 *Falsitas non est præsumenda.*

15 *Et omnis interpretatio est facienda ut illa excludatur.*

16 *Et maxima subtilitas est adhibenda, ut excludatur.*

17 *Falsitas non præsumitur, quòd fiat in loco celebri,& insigni.*

18 *Et ad illam tollendam multum est consideranda personæ qualitas.*

19 *Nobilitas personæ habet pro se maximam præsumptionem ueritatis.*

20 *Fama bona prævalet etiam si urgerent coniecturæ contrariæ.*

21 *Iudex præsumitur sequutus testes in iudicando propter clausulam, Visis testibus.*

22 *Instrumentum habet pro se maximam præsumptionem ualiditatis, si fuit re iudicata confirmatum.*

23 *Et seruatum per longum tempus ualidum censetur.*

24 *Donatio obseruata habet pro se præsumptionem ualiditatis*

25 *Falsi suspicio repellitur, si instrumentum fuit per longam possessionem,& obseruantiam confirmatum.*

26 *Donatio per multos annos obseruata facile retractari non potest.*

27 *Agere, uel accusare differens habet contra se præsumptionem.*

28 *Falsi suspicio oritur contra tardantem diu producere instrumentum.*

29 *Agere tardans donec decedant testes,habet contra se præsumptionem.*

30 *Probatio fortior requiritur ad tollendas præsumptiones contrarias ueritatis.*

31 *Præsumptionem iuris, qui habet pro se leuioribus probationibus opus habet.*

32 *Notarius qui consuluit falsitatem,non autem fabricauit,non dicitur deliquisse in officio.*

33 *Et si ut testis est condemnatus de falso, non propterea est annullatum illius instrumentum.*

34 *Et sententia lata contra illum in contumaciam non nocet ualiditati instrumenti.*

35 *Et si fuit condemnatus ob unum falsum instrumentum,non propterea instrumenta præterita annullantur.*

36 *Et potest post condemnationem de falso perficere rogitus præteritos,& releuare instrumēta.*

37 *Notarius habet pro se præsumptionem a iure.*

38 *Et bona illius fama tollit omnem suspicionem cōtrariam.*

39 *Et maxime si ex prætenso falso rogitu nihil fuit*

conse

consequutus notarius, & illius factum postea quomodo non possit nocere alteri.

40 *Delictum ut excludatur falsi semper est capienda præsumptio.*

41 *Et idem est quando concurrunt præsumptiones contrariæ.*

42 *Præsumitur nemo immemor salutis æternæ.*

45 *Indicium quodlibet contra instrumentum per duos testes est probandum.*

43 *Testis non probat qui deponit per uerbũ uideri.*

45 *Pacta rumpunt leges.*

46 *Numerus pluralis regulariter non continetur à singulari.*

47 *Probatio dubia non attenditur ad tollendam probationem instrumentalem.*

48 *Coniecturæ fragiles, & leues non sunt in consideratione.*

49 *Probationes quæ moueant animum iudicis ad pronuntiandum pro ualiditate instrumenti?*

CONSILIVM DXXI.

In Domino confido.

IOT, & tanta scripta fuere in hac causa Illustriss. D. Issabellæ. Estensis, & prius ad fauorem olim, Illust. & Nobilis. D. Frãcisci eius uiri in causa possessorij, cum his Reuerendis Fratribus seruorum huius ciuitatis, & extant etiam consilia impræssa olim existentis. D. Prosperi Paseti septimum, & octauum in suo uol. consiliorum, ac Clarissimi. D. Rimi. Iunioris mihi maioris hon. 58. in 1. uol. suorum consiliorum, ut uix aliquid noui adferre possim non prius per alios uisum, & plene discussum, ac luculenter resolutum. Vt tamen operam meam, qualiscunque sit, huic Ill. Dominæ eam efflagitanti denegare & laborem hunc discutiendi etiam nouas probationes in causa appellationis factas detrectasse non uidear, statui pro maiori discussione, & dilucidatione ueritatis totam hanc causam ad tria puncta reducere, quibus discussis & resolutis apparebit, an bene, uel malè fuerit iudicatum per Ill. D. Ducales Factores, cum consilio Magnifici sui Consultoris ordinarij, & an sententia ipsa ueniat confirmanda, uel informandæ. Primus igitur erit punctus, an dicti Reuerẽdi Fratres qui egerunt iudicio petitorio contra ipsam Ill. Dominam tertiam possestricem bonorum, de quibus in causa. Iustè potuerint obtinere, & si nõ probauerint dominium. q. D. Alberti de Cremona à quo causam habere prætendunt, super quo egregiè scripsit Magnificus Prampolinus mihi uti filius amantissimus. secundus an statibus his q̃ hinc inde per partes fuere adducta in causa principali Iustè fuerit iudicatum ad fauorem ipsorum Fratrum contra ipsam Ill. Dominam. Tertius erit, an saluem ex nouiter deductis in causa appellationis pro parte ipsius Ill. Dominæ sententia ipsa ueniat retractanda, & reuocandam.

Quo ad primum punctum concurro, si sententiam Magnifici. D. Alphei ipsos agentes debuisse probare dominium ipsius. q. D. Alberti testatoris, cum certissimum sit petitionem hæreditatis, non dari contra ipsam dominam titulo restitutio
1 nis † dotis bona petita possidentem. l. regulariter
uidetur. l. seq. ff. de petit. hære. trad. Docto. in l. cogi. C. eo. tit. Ang. Are. in §. quadrupli. nu. 35. & in
§. actionem. num. 68. & illic Ias. num. 195. Insti. de
actio. Ang. consi. 229. ex themate. col. 1. in fin. Qđ
2 tanto clarius procedit † ex quo actum fuit contra
possidentes res particulares secundum Bart. in l.
etiã. §. 1. ubi Doct. ff. de petit. hære. Vbi alij de quo
latè agit Pet. Benintend. conclusione sua. 35. nu.
3. & seq. citata etiam per D. Prampolinũ, q aliot
etiam citat ad propositum, necesse est igitur fateri
intentatum esse rei uendicationem, in qua pro
3 culdubio † dominium probandum est. l. in rem.
in prin. ff. de rer. uendi. l. 1. Vbi gl. & Bar. C. de aliena. mutũ iud. caus. fact. trad. omnes. in §. omniũ Insti. de actio. Alex. consi. 98. uiso. num. 7. 2. uol. Vbi
loquitur in dominio testatoris Boer. dec. 42. nu.
4 16. & seq. Nec sufficit, quòd fuerint † hæredes in-
stitui à D. Alberto, nisi probetur ipsum fuisse dominum ipsarum rerum. l. traditio. ff. de acqui. rerũ domi. l. nemo plus iuris. ff. de regu. iur. & ita trad. Io. Fabr. in d. §. omnium. col. fi. Vbi Ias. nu. 72. Alexan. d. consi. 98. 3. col. & in consil. 202. super causa. nu. 1. eo. 2. uol. Afflict. dec. 40. nu. 3. Marant. in tracta. iudi. 4. par. 3. dinstinct. nu. 4. Nat. cõsi. 396. num. 5. & seq. Rolan. à Val. consi. 46. nu. 21. 3. uol. Ioseph. Ludoui. dec. Lucen. 55. num. 12. & seq. & idem trad. alter Ioseph. Mascard. in suo tracta. de probatio. conclusione. 536. Dominium. nu. 1. & seq. ubi plura scribit ad propositum, nec hoc casu sufficit probare possessionem auctoris, nec etiã fama aut communis opinio, ut per eum ibi. num.
5. nam ex possessione non probatur dominium
5 † quando de eo principaliter agitur, secundum
Doctri. Bar. communiter receptan. in l. quidam. in suo. ff. de condi. insti. Ale. consi. 10. uiso processu. num. 4. in 4. Dec. consi. 221. nu. 7. & seq. & Cæsar. Contard. in repet. l. unicæ. C. si de momenta. pos. fuer. appella. 1. oppositione. nume. 20. Cum itaq; dicti actores dominium testatoris non probauerint defecerunt in salutari suo, & eis obstat uulgata regula. l. qui accusare C. de eden. & c. cum ecclesia. de caus. pos. & proprie, quòd actore non ꝓbante reus, & si nihil præstiterit uenit absoluendus. Et hæc quo ad primum punctum.

Super secundò puncto copiosè, & subtiliter fuit disputatum. Et licet placuerit Magnifico Cõsultori iudicare contra instrumentum ad fauorẽ Fratrum. Ego tamen in eius sententiam transire non possum, cum uideam præsumptiones, & con

iecturas,

iecturas,adductas pro parte ipsorum Fratrum es
se debilissimas, & fragiles, ut fuit responsum per
Clarissimos.DD.Coaduocatos, quæ uero milita
bant pro instrumẽto longe fortiores, & efficacio
res fuisse.Et propterea male fuisse iudicatum.Nã
que omisso,quòd opinio gl.Archidia.& Pręposi.
in c.in memoriam. 19.distinct.qua multi fuere se
quuti debent tantum procedere in casibus de q-
bus per gl.& Doct.in l.iubemus.C. de probat.ci-
tata pro fundamento illius sententiæ, quòd suspi
6 cio falsitatis† habetur ꝑ falsitate nisi fides ex alijs
imponatur scripturæ.Vbi sint uitia uisibilia, & in
trinseca,ut multi uoluere,& præsertim Bossi.in ti.
de fals.nu.13.de quo disputãt Alb.consi.99.Nat.
consi.633.Ant.Gabr.ti. de crimi. conclusione.6:
Bursat.consi.311.nume.92.& etiam supra, & no-
uissime Ioseph. Mascard. conclusione. 736. nu-
mer. 5. in tracta.de probatio. Illud tamen ab om
nibus approbatur, quòd si ex alijs probationi-
bus pręsumptionibus,uel cõiecturis appareat de
7 ueritate scripturæ, quæ præponderent † suspitio-
ni,& præsumptionalibus contrarijs iudicau.sit ꝑ
instrumento,uel scriptura,ut per gl. & Doct. in d.
c.in memoriam,& in d.l.Iubemus Crauet.consil.
28.num.9.Rip.in c.2.de rescrip. num. 36.& alibi
passim Doct.Igitur uidendum est,an præsumptio
nes,uel probationes quæ erãt pro ueritate huius
instrumenti,& donationis præponderarent pro-
bationibus.& præsumptionibus agentium, quia
eo casu fuisset pro dominarea Iudican. ut omnes
admittunt,& est iuridicum ex quo una præsum-
ptio aliam tradit.l.diuus.ff.de in integr.resti. mi-
8 no.& in crimine† falsi probatur.in c.accedẽs ubi
not.de crimi.fals.Gram.ad propositum. in consi.
7.num.8.in ciuili.Mars.cons.109.num.29.& una
9 coniectura † tollit aliam,ut per eum ibi post Bal.
num.30.Gram.not.23.num.12.Craue.cõsi. 145.
10 num. 11.& idem est de indicijs,† quòd unum
tollit aliud.Blanc.in practi.crim.in §.datis defen.
sionibus.nume.71.fol.37.& fortior præsumptio
11 uincit† debiliorem.Mascard.d.tract.de probat.
concl.225.bonam fidem.nume.15.& conclusio-
ne.882.uidimus etiam.nu.15.& plures uincunt
pauciores. Crau.d.num.11.Bursat.cons.142.nu.
81.& Mascard.d.ult.conclusione.num. 15.& ue-
risimiliores attenduntur Busat.consi.153. nume.
45.præsumptiones enim iuris sunt liquidissimę
probationes.l.licet imperator. Vbi not. ff. de leg.
1.Alcia.in tracta.de pręsump.3.par.num.3.quod
procedit etiam in casu quo statutum exigeret
12 probationem instrumentalem Dec.consi.54.nu
3.Nat.consil.581.nu.16.& seq.& Beci.consil.72.
num.21.& 22.Pro parte itaque huius Ill. Domi-
13 næ ultra generalem † præsumptionem iuris quã
habet pro se instrumẽtum publicum,quòd sit ue
rum.l. cum precib.C. de precib.C. de probat. de
qua per Alc. in tract. præsumptionum regula. 3.
præsumptione.13.num.13.& seq. Paris.consi.77.
nume.5.& seq. in 3.Mazar.ad propositum consil.
22.num.53.& Mascard.latè concl.905.instrumẽ
14 tum.& aliam,quòd falsitas † non est præsumen
da.gl.in d.c.recedens Cæpol.consil.21.num.18.
Syluan.consi.7.num.8.Menoch. in tract.de arbi-
tr.iud.lib.2.casu.309.num.10.Bec.consil. 78.nu.
10.& Mascard.concl.745.falsarius.in prin.In tan
15 tum,quòd omnis interpretatio est facienda † ut
excludatur falsitas. Gram.cons.47.nume.10.11.
Soci.Iun.consi.38.num.13.& 61.nume.9.2.uolu.
Foller.in pract.crimi.in gl.item, quòd commisit
falsitatem.num.14. & in 2. tom. consiliorum cri-
mi.Pau.Merend.consi.91.num.8.& Io.Bap.Asini.
16 consi.113.num.13. imò omnis subtilitas † est ad
hibenda,ut tollatur falsitas.l.fi.ubi Bald. C. de fi-
de instru.Foller.in d.gl.num.13.& seq.& in consi.
78.num.1.eo.2.tom.crimi.Et maxime non est ꝓ-
17 sumendum,quòd fiat in loco celebri† & insigni.
ut est hæc ciuitas.l.nõ est uerisimile.ff.quod met.
caus.Soci.Iun.consi.39.num.32.in 2.uolu.Bursat.
d.consi.111.num.60.& Mascard.d.cõcl. 745.nu.
2.Vltra igitur has pręsumptiones alias militabat
quòd non est uerisimile uirum Ill. & nobilem, ut
erat Ill.D.Franciscus Esten.ut fuit etiam tactum ꝑ
alios procurasse ut fieret donatio falsa.nã quali
18 tas personę multum† est consideranda ad tollen.
probationem falsitatis,Gramma.dec. 60.nu. 13.
& seq.Hyer.Gabi.consi.169.nume.8.Vbi loqui-
tur in nobili Bursat. consi.175.num.21.& in d.cõ
si.311.nume.68.Vbi sequitur consilia Paset. & d.
Rimi.in hac causa,& Cæphal.cons.652.num.29.
19 & seq.nam præsumitur† ualdè pro persona nobi
li,Soc.Iun.d.consi.39.num.27.& seq. & Crot. cõ
si.22.num.37.cuius etiam Ill.Domini bona fama
fuerat in d.processu probata,quæ adeo pręualet,
ut etiam, si urgeant coniecturæ sceleris alicuius
20 † illa tamen sit præferenda.Bal.consi. 402.quæri
tur.num.4.5.uol.Mascar.d.tracta.regula. 234.bo
nitatem.nume.8.& concl. seq. de quo etiam agit
Beci.consi.102.nu.23.

Secunda est pręsumptio,quòd testes instrumẽ
tarij fuerunt ex officio per Ill.Consilios iustitiè e-
xaminati,ad uerificationem dictæ donationis,ut
attestantur ipsi Ill.Consiliarij, in eorum sententia
21 in primo processu in ult.char.quos † cẽsentur fuis
se sequutos in iudican.ut ad propositum de clau-
sula sententiæ uisis testibus,& scribit spec.in titu.
de senten.§.fi.col.4.uer.& not.pro probato, & se-
quitur Fel.post But.in c.licet causam.nu.28.uersi.
2.concl.de probat.Et uon est uerisimile,quòd ip
si etiam deposuerint falsum ut supra.

22 Tertia est præsumptio, quõd pro ueritate † &
ualiditate instrumenti huius fuit sententiatum ꝑ
dictum Ill. Consiliũ iustitiæ licet in possessorio,
nam sententia hæc facit transire instrumentum
in perpetuam fidem Bal.d.consi.402. in fi. quem
refert,& sequitur Craue.in consi.101.nume. 4.&
quòd quando instrumentum fuit admissum pro
uero per curiam parlamenti trad.Crauet.consil.
701.num.4.& idem tenet in primo tom. consilio
rum criminalium Alexandr. stiati.consilio.117.
numero 18.

Quarta est, quod dicta sententia fuit lata de an
no. 1558. & post illam prædictus Ill. D. Franciscus
& successiue ipsa domina causam habēs ab eius
filijs, & hæredibus possedit dictam possessionem
uirtute dictæ senten iæ per annos uiginti tres cō
tinnos perquam possessionem tam longi tempo-
ris fuit sublata suspicio ipsius falsitatis, nam etiā
instrumentum, non solenne obseruatum per lon-
23 gum tempus ut supra † ualidum censetur, & ser-
uandum est Bal. d. consi. 402. in fi. & in consil. 37.
quidam tabellio. num. 3. in primo uol. ubi quan-
do quis possedit uigore instrumenti per 18. an-
nos, & idem Bar. Dec. consi. Bald. in consil. 400. su
per primo. num. 5. in 4. & sequitur Bal. ibi in consi.
sequenti idem tenet Craue. in consil. prægallega-
to. 101. nume. 4. 158. nume. 1. & in donatione ob
24 seruata, † & cuius rei fuit recepta possessio per no
bilem uirum trad. Craue. consi. 277. col. 4. & 5. &
in consil. 65. num. 11. idem ad propositum tenet
Bec. cons. 103. num. 26. Foller. in d. gl. item, quòd
commisit falsitatem. num. 37. & quòd instrumen
tum per longam possessionem, & obseruantiam
25 fidem, & robur accipiat, & suspicionem falsi † ex-
pellat trad. Craue. consi. 158. numer. 1. in fi. & latè
Ioseph. Ludo. concl. 38. colum. 3. uersi. infertur. 6.
& in duabus illationibus præcedentibus agit quā
instrumentum non est solenne. Idem, quòd
quando donatio fuit per multos annos obserua
26 ta † facile retractari non possit trad. Dec. in cons.
445. nu. 18. arg. tex. in c. contingit de transactio.

Quinta, & ultima præsumptio contra ipsos Fra
tres est, quia distulerunt mouere hoc iudicium
petitorij, & iterum causam falsitatis excitare per
23. annos, & ultra quo tempore mortuus fuit di-
ctus Ill. D. Franciscus mortuus, & not. & mortui te
stes qui adhibiti fuerunt pro testibus dicto instru
mento donationis, nam hoc casu præsumptionē
27 esse contra † tam diu differentem uoluerunt Bal.
d. consi. 37. num. 6. uer. Item accusator primo uol.
& sequitur Craue. consi. 65. num. 7. 8. & 75. num.
9. & consi. 298. num. 17. quos sequitur Mascard.
28 concl. 740. multæ. num. 17. uam si oritur † suspi-
cio de falso contra tardantem diu producere, in-
strumentum, Craue. post alios quos citat in cons.
18. num. 6. Osas. decisione pedemonta. 117. num.
9. & Mascard. d. num 17. tanto magis præsumen-
dum est pro ueritate scripturæ, & instrumenti ex
quo tam diu fuit dilatum agi contra eam, quod
non propter aliud factum fuit nisi ut mortuis om
nibus qui ueritatem sciebant ueritas ipsa defen-
29 di, non possit, & quòd hoc casu præsumptio † sit
contra sic tardantem donet decedāt testes trad.
etiam Franc. Bec. d. consi. 104. nume. 27. Vbi prin
cipales alios citat.

His igitur stantibus ualidissimis præsumptio-
nibus iuris pro ipsa Ill. Domina rea conuenta ul-
tra alias plures quæ possent considerari, & quæ
per alios consideratæ fuere proculdubio operan
30 tur, ut exigatur fortior, & plenior † probatio per
partem aduersam ad tollen. præsumptionem quę
militabant pro hac parte. d. l. fi. ff. quod met. caus.
Dec. consi. 105. 3. colum. Alcia. in tracta. præsum
ptionum. 3. regula. præsumptione. 7. nume. 3. & in
d. præsumptione. 13. num. 2. Bec. consil. 102. num.
24. & Mascard. d. tracta. concl. 194. in hunc igitur
modum. num. 18. Vbi loquitur in præsumptione
pro not. quod si id Doct. prægallegati tenent pro-
cedere quādo pars unicam tantum iuris præsum
ptionem pro se babet, quid dicendum erit quan
do tot, & tam graues. addo, quòd qui habet iuris
præsumptionem pro se leuioribus probationi-
31 bus † opus habet, ut in terminis trad. Craue. con
sil. 75. nume. 12. & illum sequitur Mascard. concl.
1013. num. 13.

Nunc uiden. est quæ, & quot præsumptiones
adducuntur ad conuincēdum falsitatem dicti in-
strumenti. Et prima, & principalior cæteris est,
quia dicta donatio rogata fuit per D. Vincētium
Bondenarium qui de anno 1553. per Magnificū
Prætorem Ferrariæ fuit condemnatus de falso, &
priuatus officio notariæ, ut in sententia contra eū
lata, quæ præsumptio etiam fuit adducta coram
dicto Ill. consilio iustitiæ, & fuit plenè discussa, &
tandem ea non obstante ipse Ill. D. Franciscus ob
tinuit, & merito quidem, namque primo anima-
duerten. est, quòd ipse Bondenarius non fuit con
dēnatus de falso, ex eo, quòd falsum aliquod in-
strumentum, comscripsisset, sed quia, ut legitur in
inquisitione contra eum formata, & sententia cō
tra eum lata, consuluit quēdam alium notarium
ad falsum redden. instrumentum rogatum per o-
lim ser Cæsarem a Piolis, quo casu nō potest dici
illum fuisse solitum fabricare falsum instrumen-
tum, cum non tanquàm notarius deliquerit in
officio, ut exigunt Doct. sed tanquàm quilibet a-
32 lias, qui mandasset, uel cōsuluisset † falsari instru
mentum, & ita declarat Bar. in l. Barbarius. nume.
17. in fi. ff. de offi. præto. Abb. num. 4. & Fel. num.
6. post Bui. in c. fraternitatis de hære. Castr. cons.
103. primo dub. 2. uol. Alex. consil. 190. nume. 34.
in 6. & Iacob. de S. Gem. in l. si quis ex argētarijs.
§. cogentur. nume. 14. ff. de eden. in tantum, quòd
si notarius, ut testis esset cōdemnatus de falso ob
falsum testimonium non propterea annullaren-
33 tur eius Instrumenta etiam postea † confecta Ias.
in d. l. Barbarius. nu. 58.

Prætcrea (ut etiam fuit responsum per alios)
sententia lata contra notarium in contumaciam
34 non nocet † ualiditati instrumenti Bald. in l. final.
nume. 6. C. de fid. instru. Bar. consil. 173. Ser Ioan-
nes. num. 3. Fel. in d. c. num. 9. Mars. in consi. 10. nu.
13. & 82. num. 12. Rolan. à Val. consi. 31. num. 13.
in primo. & consi. 29. numero. 27. in 3. uolu. Vltra
* quòd communis * & uera est opi. quòd licet fue
rit de falso condemnatus ob instrumentum per
35 eum falso † fabricatum non tamen instrumenta p
terita annullantur, licet aliqualiter suspecta red-
dantur, ut per Doct. in d. c. fraternitatis. & in d. §.
cogentur Alex. consi. 133. nume. 9. in 7. Franc. Ma
zat. d. consi. 22. nume. 17. & Fasc. in hac causa d.
consi.

consil.8.nu.8.& 10. Nec est dubium, quòd etiam
post condemnationem, de falso notarius potest
36 perficere rogitus præteritos, † & releuare instru-
menta de quibus ante rogatus fuerat Bart. in d.l.
Barbarius.num.16. Vbi Ias.nume.58.& idem Ias.
in d.§.cogentur.num.18.in fi. & ibi etiam Iacob.
num.13.& Fel.in c.fraternitatis.nume.12.ac Ma-
scard.d.tracta.concl.1003.num.45.cum enim in
famia ipsius non esset tempore dicti rogitus no-
ta non nocet, Iacob.post Bald.in d.§.cogentur ad
fi. Præterea fuit probata bona fama notarij illius
37 temporis, qui habet præsumptionem pro se † à iu
re.Crau.d.consi.75.num.8.Alcia.d. præsumptio-
ne.14.num.11.Foller.consi.78.num.2.2.tom. cri
mi.Cæpha.consi.179.nume.24.& seq.Mascard.
concl.745.num.6.1003.nu.25.& sequ.& 1094.
38 num.1.& seq.bona autem fama † tollit omnem p̄
sumptionem, & suspicionem cōtra notariū. trad.
Craue.consi.145.num.24. Quod autem sufficiat
extare tempore rogitus, trad.Alex.stiati.d.consi.
117.num.16.primo tom. Quæ præsumptio tanto
39 minus † nocet ex quo nō constabat notorium ali-
quod consequutum fuisse pro dicta donatione
Beci.d.consi.102.num.25.Et cum ex dicta sentē
tia Ill. Consilij appareat, quòd ipsi DD. uoluerūt
pluries uidere originale huius instrumenti pro-
thocollum, & schedā, & tādem illud admiserint
pro uero, non erat curandum de hac præsumptio
ne, uel coniectura. Sicut etiam parum, uel nihil fa
cit, quod aliqui ex testibus aduersarijs deponunt
Bondenarium cæpisse post mortem. D. Alberti la
titare, quia cum esset bannitus ex dicta sententia
anni.1553.iustæ latitabat. Vltra quòd factum no
torij ex post facto non potest nocere ei de cuius
instrumento fuit rogatus, etiam si diceret instru-
mentum fuisse falsum, Cast.post Spec.in l.seia. nu
me.2.ff.ad Velle.Angussol.lib.primo suorum con
siliorum consilio 3.numero 14.& lib.6. consilio
73.numero 8.

Secunda præsumptio de in uerisimilitudine
ex quo donator disposuit de suis bonis in codicil
lis, & in testamento, quod uerisimiliter non fecis
set, & quia non diligebat ipsum Ill. donatarium
fuit sublata ex probationibus factis in utroque p
cessu tam coram Ill. consi. quàm in principali cau
sa. In quibus fuit probatum, quòd immo dictus
D. Albertus erat ualde amicus ipsius Ill. D. Fran-
cisci, & illum multum diligebat, & magis est ueri
simile, quòd facta fuerit dicta donatio, quàm, q
& principalis, & notarius, & testes commiserint
falsitatem, quia semper est capienda illa præsum
40 ptio † per quam excluditur delictum. l. merito.ff.
pro Soci.Alcia.d.3.regula præsumptione prima.
in prin.Rom.consi.113. pro decisione.numer.1.
Mars.consi.21.numer.2. Gramma.uot.10.nu.30.
Foller.d.primo tom.consi.139.num.17.& in d.gl.
Itē, quòd commisit falsitatem. nu.12.Cępha. ad
propositum consi.179.num.24.Bec.d.consi.102.
num.23.& seq.Mascard.concl.49.numer.4.495.
num.1.& 111.num.3.& seq. Et idem est etiā quā
41 do concurrunt præsumptiones contrariæ † nam
semper attenditur illa, quæ est exclusiua delicti
Roma.consi.68.uisis.num.8.& ibi in addit.Gram
ma.consi.13.num.8.31.num.12.& in ciuilibus cō
si.7.in fi.& in dec.18.num.5.& Foller.d.cōsi.138.
num.18. Nec est etiam uerisimile, quòd omnes.
ij.principales, & testes, ac notarius, non resipiscis
42 sent saltem in articulo † mortis, cum nemo præ-
sumatur, immemor salutis eternę.l.fin.C.ad l. Iul.
repetun. Castr. consi.301.ad bene examinan. 3.
dub.ptimo uolum. & Alcia. tracta. præsumptio-
num regula.3.præsumptione.4.in prin. Et si dispo
nere de bonis donatis facta donatione in ultima
uoluntate, uel etiam in contractu posset renuntia
re, & annullare donationem præsumendo eā fal-
sam, iam esset reperta uia omnes donationes per
indirectum reuocandi, & annullandi. Et cum etiā
hæc præsumptio per Ill. Consilium fuerit reiecta
nullum potest in ea fieri fundamentum.

Tertia pręsumptio, quòd ipse Illustrissimus. D
tentauerit aliam donationem falsam fieri per illū
Vrsinum, qui cum recusasset fuit uenenatus, sed
certè hoc non fuit probatum, & testes qui depo-
nunt super hoc sunt inuicem cōtrarij, & nacillāt,
deponunt de auditu, & nihil de ueritate certa at-
testantur, & postremò medici ēt examinati con-
cludunt dictum Ser Franciscum Vrsinum non o-
bijsse ueneno, quo casu hæc præsumptio, nel con
iectura remanet uanissima, & cum falsitas sit gra
uissimum delictum, quod sugillat famam homi-
nis, & uituperet statum, & uitam illius, pęnæ què
mortis similis sit. Mars.in Rubrica.ff. ad l.Cor. de
fals.nu.12.17.non est præsumen.quòd ipse Ill. D.
illud tentauerit.

Quarta præsumptio leuior est, quòd Corne-
lius unus ex testibus instrumentarijs negauerit se
aliquid scire de instrumento prædicto donatio-
nis, ut deponit. D. Ludouicus de Cremona, quia
ultra, quòd per unum testem tam uidetur proba
ta, & tamen ut etiam responsum fuit per D. Pram
polinum, quod libet indicium per duos testes
43 † ueniebat probandum, etiam si præsumptiones
sint leues Alex.consi.18.num.6.ad fi.primo uolu.
Grat.consi.151.num.28.2.uolum.Cæphal.consi.
225.nume.46.Bursat.consi.117.numero 21.& d.
311.nu.88.hoc non officit donationi ex quo te-
stes ipsi non poterant reuelare donationem, Vl-
tra, quòd dictus testis in suo testamento fol.35.
non affirmat hoc, sed dicit, quòd sibi uidetur, & ī
ferius dicit, quòd nō bene recordatur uerba for
malia per eum prolata, & quòd testis non pro-
44 bēt qui deponunt † per uerbum uideri respon-
dit Alex.consi.74.uiso testamento.num.6.primo
uolum.& Crot.in tracta.de testi.num.314. Vltra
quòd dictus D. Ludouicus non est idoneus testis
& in hac causa appellationis fuit reprobatus, ut
dicetur super sequenti puncto.

Quarta, de pacto de non propalando donatio
nem factam, illud non potest re ostendere suspe
ctā fuisse donationem, quia ex multis causis do-
nator

nator potuit moueri, ut apponeretur dictum pactum, quod proculdubio ualuit etiam, quòd esset
45 contra l. quia pacta rumpunt. ll. gl. in d. c. contractus de reg. iur. in 6. Cagn. in l. contractus. numer. 97. ff. eo. tit. Et cum etiam ista præsumptio non fuerit in aliqua consideratione apud illud Ill. & uenerabile consilium, certè non poterat etiam esse in aliqua consideratione apud dictum. D. Consultorem.

Quinta, de uerbis Ill. D. Issabellæ, cum nihil sit probatum concludenter non est opus super ea insistere, & maxime, cum per alios fuerit satisfactũ.

Sexta, & ultima de dispositione facta per ipsum Ill. D. Franciscum in suo testamento condito Romæ de anno 1555. in quo iussit, & mandauit per eius hæredes cassari, & annullari instrum cer tæ possessionis cuiusdam senis quera semẽ dixit cognosci, ac de eo omnia sciri per D. Ill. D. Issabellam eius uxorem, sed certe ista præsumptio tanquàm dubia, & incerta parui facienda est. primo enim non conuenit hæc dispositio donationi factæ quæ non solum continebat unam sed duas possessiones, & domos, ac alia bona, & regulari-
46 ter numerus singularis non uerificatur in plurali. c. pluralis loquutio. Vbi Io. And. de reg. iur. in 6. Eucrar. loco a nume. 54. pagi. prima. Sicut etiam pluralis nõ uerificatur i singulari. l. si. ff. ad Treb. Iaf. in l. Gallus. §. quid is. prima lectu. numer. 10. & seq. Et cum sit præsumptio dubia, & incerta mi-
47 nime est attendenda ad tollen. probationem instrumentalem Mascard. d. tracta. q. 6. numer. 41 nam temerariæ, & leues præsumptiones, seu fra-
48 giles coniecturæ non debent esse in consideratione. Nat. d. consi. 633. num. 16. & Mascar. 5. tracta. q. 10. num. 27. & seq. Quod tanto clarius procedit in casu isto in quo tot, & tam urgentes præsumptiones urgebant, & urgent contra agentes, ex quibus concluden. est ipsum D. Consultorem toto (quod aiunt) cælo errasse, & propterea eius sententiam omnino reuocandam esse.

Tertius, & ultimus pũctus remanet superfluus; quia si præsumptiones pro donatione urgentes sunt fortiores, & meliores quàm adductæ in contrarium, ut supra optimè comprobatum extitit, etiam nullis alijs factis probationibus, uel debilitatis probationibus, uel præsumptionibus aduersariorum, omnino sententia lata ueniret reuocãda. Verum quatenus potuisset remanere, & aliquis scrupulus in conscientia alicuius super ueritate huius donationis ad illum penitus tollendũ in hac causa appellationis fuere factæ probationes tam per testes, quàm per instrumentum & iura, ex quibus apertissimè sublatæ sunt omnes probationes ex aduerso factæ, ac omnes præsumptiones, quæ poterant mouere animum iudicis
49 ad inclinandum in opinionem, quòd dicta donatio non fuerit uera. iuxta l. per hanc. C. de tempo. appella. Et initium facien. ab instrumentis, & iuribus, primo fuit productum instrumentum trãsactionis, & renuntiationis factæ per dictum Illustrissimum. D. Frãciscum unius possessionis ex bonis dicti. q. D. Alberti. D. Hyeronimo eius domini Alberti Fratri, & D. lud. eius filio, & alteri eius Fratri Alberto. In quo quidem instrumento ipsæ partes confitentur donationem ipsam factã fuisse per D. Albertum ipsi Ill. D. Francisco, & plura alia quæ repugnant pluribus ex his quæ deponit dictus. D. Ludouicus pro aduersa parte examinatus in processu fol. 35. & seq. qui non sic deposuisset nisi fecisset compositionem, & conuentionem cũ dictis Fratribus, ut illi darent domum de bonis ptis, quæ uenit in hoc iudicio, pro ut tractasse, cum dictis Fratribus deponunt 12. & 13. testes fol. 57. & 69. & seq. pro ipsa Ill. Rea in hoc ultimo processu. q ultimus testis deponit, quòd ipse. D. Ludouicus fuit ille qui procurauit habere testamentum primum Ill. D. Francisci conditum Romæ, & illud propalauit Fratribus.

Secundò, fuit productum instrumentum linellilterrarum sitarum in territorio Argentæ facti ipsi Illustrissimo Domino a Reuerendo D. Iacob. A romatello de anno. 1551. q. est ille senex de quo ipse Ill. D. Franciscus meminit in dicto suo testamento, & quòd ille esset senex apparet ex fide cõsulum ciuitatis Arimini in processu producta, q obijt de anno 1581. quo tempore erat annorum centum, adeo quòd de dicto anno. 1551. erat nedum senex, sed decrepitus annorum 70. & terræ illæ sunt illa possessio de qua in eo testamento; quas postea restituit illis qui de dictis bonis fuerunt inuestiti, & ceciderant à iuribus suis certis ex causis, & partim uendidit Francisco Gerlino de anno 1558. ut in instrumento in causa producto. de ætate etiam decrepita dicti Aromatelli tempore d. inuestituræ deponunt. 11. testis fol. 55. & 15. fol. 76. in processu. & de inuestitura dicti Aromatelli deponunt etiam ipsi testes. Sicut etiam fuit productum mandatum ipsius. D. Francisci in capitulum. Quietum de quietis ad administrãdum hec bona, ut in instrumẽto anni 1552. rogato per dictum. q. Ser Franciscum Vrsinum, fuit etiam producta fides de uita dicti Vrsini de anno. 1557. quo tempore fuit rogatus de quodã instrumẽto, & sic apparet non potuisse esse uerũ, quod aliqui ex testibus aduersarijs deponere ni xi fuerint, licet de auditu loquantur, & eorum testimonia inter se non conueniunt, quòd ipse Ill. D. Franciscum de facien. & rogan. hanc donationem, & quòd quia recusauit ueneno fuit interem ptus, nam cum hæc donatio facta fuerit de anno 1550. uel saltẽ ante testamentũ ipsius Ill. Domini Conditum in urbe de anno 1555. ut fatetur pars aduersa fundans se in eo. Quomodo potest esse uerisimile, quòd illum requisiuerit, uel tentauerit ad facien. aliam donationem de bonis. D. Alberti. his accedat testificatus. 14. testis fol. 68. qui deponit audiuisse a medico Vendeghino, quòd unus ex dictis Fratribus tentauit ipsum, ut deponeret dictum Ser Frãciscum Veneno obijsse. 15. & 16. testes deponunt etiam in processu fol. 13. & 85. quòd

85.quòd dictus Ill.D.Franciſcus modicã, uel nullam habebat amicitiam, cum dicto Ser Frãciſco & parum, cum eo conuerſabatur, & ꝙ nõ eſt propterea uerisimile, ꝙ illũ requiſiuerit ad faciẽ.donationẽ, uel teſtamentũ falſum. Deponunt ẽt 1.fol. 3.2.fol.10.15.fol.73.& 16.fol.85.ipſum Ill. D.Frãciſcum ante mortem dicti Cremonæ nullam habuiſſe, uel tenuiſſe poſſeſſionẽ in territorio Ferrariæ, propriam, uel conductam, quo caſu omnino redarguuntur de falſo teſtes illi aduerſarij qui dicunt ipſum Vrſinũ fuiſſe ductũ ad cenãdũ ad quãdã poſſeſſionẽ ipſius Ill.Dñi ubi bibit uenenum.

Fuerunt etiam examinati plures teſtes ad confirmandũ probationes factas de integritate, & porbitate uitæ, & famæ ipſius Ill.D.Franciſci, qui ut nobilis, & chriſtianus uixit toto tempore uitæ ſuæ, nec unquàm fuit ſolitus aliquem decipere, uel ui opprimere, ut falſo ij. Reuerendi Fratres illi impoſuerũt, & hoc affirmãt ultra. 12.ex teſtibus examinatis, & duo ex eis 6.fol.34.& 7.fol.40.atteſtantur illum fuiſſe tam bonæ, & timoratæ conſcientiæ, ut plures pecunias Theſaurario ſummi Ponti. ſolutas per errorem ad computum ſuarũ prouiſionum, reſtituerit.

Secundò, Deponũt etiam tres ex ipſis teſtibus 1.2.& 16.ſol.4.12.& 82.de dilectione, & amore quo ipſe.q.D. Albertus donator proſequebatur ipſum.D.Franciſcũ, uxorem, & filios, & conuerſatione, cũ eis qđ tollit id qđ nixa fuit ꝓbare pars aduerſa, ꝙ illum non amaret.

Tertiò, probatum eſt per 10.teſtes, ꝙ D. Vinc. & Cornelius teſtes inſtrumentarij erãt homines bonæ uitæ, & famæ, & faſſi ſemper fuerunt, ſe fuiſſe pñtes donationi præfatæ, ſeptem primi teſtes id atteſtantur, & 13.15.& 16.

Quartò, deponunt octo teſtes ex examinatis, ꝙ ipſa.Ill.D.Iſſabella tenuit in domo ſua Bondenarium rogatũ de dicto Inſtrumẽto, quia ſolicitabat ſuas cauſas. Et quod propter eius blaſphemias illũ expulit de domo, & tãdẽ poſtea pęnitẽtẽ recepit, quæ oſtendunt nõ ea de cauſa fuiſſe receptum in domũ Bondenarium, quia inſtrumentũ falſum confeciſſet, ſed quia notitiã hẽbat cauſarum, & litiũ ipſius Ill.Dñæ, & deponunt plures ex ijs teſtibus maxime.4.7.13.15.& 16.ꝙ ſi uerũ eſſet, quòd tale inſtrumentum falſum confeciſſet, non eſt præſumen.ꝙ illum ipſa expuliſſet timore ne ſcelus reuelaret. Ex quibus omnibus apertiſſimè conſtat præſumptiones aduerſarias, & coniecturas adductas fuiſſe tam in iure, quàm in facto ſublatas, & cum nr̃æ tractent de excludendo delictum his noſtris potius ſtandum eſt, ut in præcedenti puncto abunde fuit comprobatum, quæ aliter non repetam.

Laus Deo Opt.Max.

Barth.Bertaz.

Res pendet indeciſa coram per illuſtri uiro.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Quando mercatores non incidant in pœnam non ſolutæ gabellæ, qui ſunt in poſſeſſione libertatis ſententia lata, & conſuetudine antiqua ſtãtẽ?

SVMMAE.

1 *Quaſi poſſeſſio libertatis acquiritur ex literis deciſiuis Procuratorum Principis.*

2 *Et hoc caſu etiam ſufficit allegare non ſoluiſſe.*

3 *Et quando conſtat de quaſi poſſeſſione alicuius illa eſt manutenenda.*

4 *Conſuetudo multum attenditur in exactione uectigalium, & gabellarum.*

5 *Et idem eſt dicendum in ſolutione aliorum onerum.*

6 *Conſuetudo probatur per ſententias latas.*

7 *Conſuetum quid dicatur, & quomodo de conſuetis intelligatur diſpoſitio.*

8 *Conſuetudo, cum ſit facti non præſumitur, ſed eſt probanda.*

9 *Emens ius, quod quis habet in tali re, uel loco quid acquirat.*

10 *Sententia non nocet illis qui in cauſa non interuenerunt.*

11 *Et, lata contra aliquem de uniuerſitate non nocet alijs ſuper eadem materia.*

CONSILIVM DXXII.

In Domino Confido.

MERCATORES, & ali nehi, & conduci faciẽtes merces per paſſum terrę Adriani nullam fraudem fecerunt, & illorum merces non inciderunt in commiſſum, & nullo nullo modo poſſunt grauari ad ſoluẽdum niſi ſolidos duos Sol Probulleto ipſarum mercium, cum ſint in quaſi poſſeſſione nihil amplius ſoluendi, & ideo in ea iuxta eorũ petitionem ſunt manutenendi. De qua quidem quaſi poſſeſſione conſtat ex multis teſtibus receptis, deponentibus annis triginta, & ultra citra fuiſſe ſolitum, & conſuetũ per tranſeuntes illac cũ mercibus tantummodo ſolui dictos duos ſolidos, & alios duos pro fundo nauium, ut aliqui addunt, qui probant dictam ſnam quaſi poſſeſſionem libertatis, & quæ eſt etiam probata ex multis literis deciſiuis Ill.DD.factorum id cauſa cognita affirmantibus, quæ illos conſtituunt in dicta quaſi
1 poſſeſſione libertatis † ut ad propoſitum reſpondit Nat.conſi.627.num.5. Et hoc caſu etiam ſufficit

a čit allegare † non soluisse Craue. consi. 58. nume
ro nono. Nat. consilio 406. numero duodecimo.
& 446. numero decimoquarto. Syluan. consilio
59. numero vndecimo. & Bursat. consilio 138. nu
mero 48. Et quando constat de quasi possessione
3 iuris alicuius † in ea debet manuteneri Castr. cō-
sil. 313. postremo. col. prima. in 1. uol. Craue. con
sil. 111. num. 10. & seq. Boss. in tit. de fisco, & eius
priuileg. num. 60. Nat. d. consi. 627. num. 4. & 5. &
a Menoch. 75. nu. 8. a

Et quatenus de iuribus petitorij agendum es-
set, cum sit probata consuetudo lōgissimi tempo
ris de nihil aliud soluendo, illa est seruāda, quæ
4 multum potest † in exactione uectigalium, & ga
bellarum, vt probatur in l. locatio. §. earum rerū.
ubi Bart. ff. de public. & uecti. Ias. consi. 20. col. 2.
uersic. septimo. 1. uol. Dec. consi. 96. in princ. Iul.
Ferret. in tract. de gabel. & public. num. 236. Rol.
a Val. consi. 79. num. 80. & sequen. in 3. Menoch.
consi. 179. num. 28. Bursat. consilio 138. numero
quadragesimo secundo. & Francis. Beci. consilio
96. in princ. iuncto num. 18. Et idem est dicendū
5 in solutione aliorum onerum, † quia in illis exigē
dis consuetudo est seruanda Nat. dicto consilio
406. numero 6. & seq. Craue consi. 111. numero
septimo. Alcia. consi. 8. num. 5. lib. 2. Syluan. con
sil. 61. nu. 13. & illic Alcia. in subscriptione. nu. 2.
& 3. Bursat. consi. 161. nume. 19. & consilio 186.
numero vndecimo. ac Decian. responso 14. nu-
me. 45. 1. uolum. Quæ consuetudo tanto magis
comprobatur ex multis declarationibus factis
ad fauorem mercatorum secundum consuetudi
nem ipsam. licet enim ad probationem, & essen-
tiam consuetudinis non sit necesse, quòd pro ea
sit iudican. tamen sententiæ latæ probant ipsam
6 † consuetudinem Abb. consil. 77. num. 10. 11. 2.
uolum. & in c. fi. de consuetu. num. 16. Decian. cō
sil. 51. nu. 20. & 111. 3. uol.

Nec obstant duo in quibus uideo aduersarios
facere fundamentum, & primo instrumentū em
ptionis factæ de dictis datiis a Camera ducali in
illis uerbis cętera dacia omnia, & gabellas terrę,
& districtus Adriani, & ius, ac facultatem exigen
di, & percipiendi omnia datia & gabellas & exa
ctiones in terra Adriani, & eius territorio de om
nibus & singulis rebus & bonis, contractibus, ho
spiciis, ac pro transitu & pro quibus datiū, & ga
bella aliqua deberetur, uel debebitur in futurū,
& in perpetuū, & maxime sub mō, & forma con-
suetis. Quia cum non sit probatū, q tpe uenditio
nis cōsuetum esset exigi gabellam de mercibus,
quæ ueniebant Ferrariam uersus, & hic soluebāt
gabella, & idē de trāsuectis, ex hac ciuitate per
dictū locum, quo casu non soluitur gabella, sed
tm̄ pro buleto, ut sup. ut dicunt omnes testes ces-
sat omnis difficultas. qñ. n. est facta mentio de cō
suetis debet intelligi de consuetis præscripta cō
7 suetudine † ex diuturnitate tpis, saltem decē an-
norum, ut per Bero. cons. 157. num. 6. 3. uol. con-
8 suetudo aūt cum sit facti † non præsumitur, sed
probari debet. l. de quib. ff. de legi. Paris. cons. 27
nu. 35. & 47. nu. 67. in primo. Menoch. d. consi. 75
nu. 60. & Ioseph Ludou. decis. Perus. 62. nu. 25. Et
cum non constet quid, & quantū exigeret came-
ra ducalis tpe dictæ uenditionis, nullū ius pōt di
ci acquisitum emptorib. ex dicta emptione, ut in
9 eo qui emit ius, quod quis habet in tali re, uel lo-
co est tex. in l. q si in uenditione, & in l. quod si sit.
ff. de hęre. uel actio. uend. Dyn. & alij. in l. si sit Vbi
Castr. ff. de lega. 1. Alc. cons. 28. uisis col. 3. in 1. &
160. 27. in hac causa ad fi. 2. uol. Balb. in tract. de
præscrip. 1. par. 3. par. principalis. q. 6. Ruin. cons.
212. nu. 9. in 1. uol. & Syluan. in tracta. de feud. &
cognitione. q. 36.

Non obstat etiam secunda sentētia lata, ut di
citur ad fauorem aduersariorum per iudicem su
periorem gabellarum Ferrariæ, quia sententia il
10 la inter alios lata † non nocet his qui in ea causa
non interuenerunt, quicquid uoluerit Guid. Pap.
q. 549. ut tenet Boer. in consi. 137. per tot. uol. 3.
& Petr. Io. Ancha. q. 27. num. 4. lib. 3. & in fortiori
casu, q sententia lata contra aliquem etiam de
uniuersitate non noceat aliis super eadem mate
11 ria † uoluit etiam Pet. Ancibo. in tracta. de mu-
tuo. par. 3. princ. nu. 40. tum etiam, quia illa non
continet quid certum, & habet relationem ad il
lud instrumentum uenditionis non continens rē
certam, ut supra ideo eodem morbo laborat præ
ter id q censetur sublata ex contraria consuetudi
ne, ut supra probata, & ex declarationibus con-
trariis ipsorum dd. Factorum. Quibus standum
est ut supra. Laus D. O. M.

Bartho. Bertaz.

De hac re non est ulterius disputatum.

Clau. Bertaz.

ADDITIONES.

a Sed quid si lis sit cœpta inter ipsum gabellarium, & illos qui se immunes esse asserunt, respondendum est multo magis debere immunes manuteneri in sua quasi possessione cum attentata pendente lite fieri non possint. cap 1. & tot. titu. ut lite penden. quæ quidem lis pendere dicitur post citationem legitime executam, ut late prosequitur Rober. Lancelo. in suo pulcherrimo tract. attenta. quem breuitati seruiens sæpius citabo. capitu. quarto. in præfatio. numero trigesimo. & sequen. & sunt ipso iure nulla, ut per eundem Lācel. in dicto cap. quarto. ampliatio. 8. & in cap. duodecimo ampliatio. 17. numero decimoquarto. & non secus reuocantur attentata facta lite pendente quàm facta & attentata pendente appellatione, ut uoluit Oldra. consi. 119. prima col. & 206 etiam prima col. & Afflic. decis. 354. nu. 19. ac Lancel. d. 8. amplia.

Ratio autem est quia attentatum offendit iudicem, ac partem, ac ius ipsum, quod cōtemni uidetur, & quod inhibet ex sui dispositione Lancel. d. tracta. cap. uigesimo. in præfatio. 2 quæstio. num. 19. & seq & debent omnia attentata reuocari Franc. Herc in tracta. de attenta. cap. 20. in princ. & Cæs. Contard in repet. l. unicę. C. si de momenta. possess. fue. appellat. & quòd dicantur fieri hoc casu attentata in contemptum iudicis, qui

de causa cognoscitt, traditetiam Lancel. in cap. 27. num. 38. eiusdem tracta.

Amplia primo, ut procedat etiam si in minimo fuit attentatum, quia omnia sunt reuocanda ut ipse ampliat Lancel in d.c.4.ampliat.10.

Secunda est ampliatio, quòd in quacunque parte iudicij potest peti horum attentorum reuocatio, ut per eundem in d.c.4.in præfat.nu.487. & quòd ante omnia facienda est talis reuocatio, ut in c.28.num.58.& seq. & c.30 nu.153. & seq & firmatur iudicium principali, ita quòd nullum est quicquid aliud prius fieret, ut declarat idem Lancelot d.c.30 nu.115.& sequ etiam si sit iudicium spolij, ut in d.c.nu.23.116.& seq.& in c 24.q.7. in fi. quod clarius procedit quando fuit attẽtatum post inhibitionem Dec.consi.103.in prin. Lancel, in c.20. in præfatio. q.5. quo casu tenetur attentans etiam ad pœnam comminatam, Lancel.in c.31.nu.253.

Gabellarius itaque dum iniudicio disputatur debet expectare sententiam, & nõ turbare aduersarium in sua quasi possessione, uel ea illam spoliare, ut est tex. in ca. significante secundum primum intellectum communiter receptum. ubi glo 1.Bal.num.8. Abb, nume. 6. & sequuntur omnes de appellatio. & quòd pendente lite possessor, uel quasi possessor non sit in sua possessione turbandus, sed manutenendus tradit etiam Abb. in c. peruenit nu.3.C.de cẽsib in c.querelam.per illum tex. de electio. Boss. in tit.de fisco, & eius priuileg. num 60. ubi dicit quòd quis est manutenendus in sua possessione donec sit expedita causa petitioni, & Nat.consi 627. num 4.s.quod procedit etiam si talia possessio sit contraius commune.d.c.1.ubi Abb.num 4.& alij.ut lit.pẽden. & Io.de Ami.in consi.150 in princ.latè Lancel.d. c.4.declaratio.4 num.1.& seq.& ibi num.3 & sequ hàc conclusionem etiam ampliat sicut etiam priuilegiatus donec disputatur super priuilegio non debet lite pendente turbari, ut per eundem in cap 17. nume. 153. & sequ. si itaq. reus conuentus sua possessione lite pendẽte spoliatur ex priuilegio attentatorum uenit restituendus. Lancel.d cap.ampliatio.7.& condemnãdus est spoliator ne dum ad restitutionem, sed ut desistat a molestationibus, & uexationibus, ac turbationibus Afflic. qui dicit ita fuisse iudicatum decis.156. Paris. consi.37. nu.18.in 3.& consi.126.num.17.in 4.

Nec obstaret si gabellarius diceret ita procedere ex priuilegio fisci, uel gabellarum; quia etiam fiscus agẽs non potest spoliare reum conuentum sua possessione, uel quasi Guid. Pap.q6.366. & Didac. lib.1. resolutio. cap.17.num.9.

Idem etiam est si ageretur de exactionibus publicis, ut hanc materiam uoluerunt limitare aliqui relati per Lãcel.d.c.4 15 limita.quia ut ipse illic declarat num. 3. & seq.oportet, quòd constet reum esse debitorem, ut in collectis, quòd sit descriptus ad æstimum, & maxime quando nullum damnum publicum resultat ex non exactione, & quòd non disputetur in ea lite pro qua parte reus teneatur.

Sed quid si Gabellarius dicat non innouasse, uel attẽtasse, sed suam possessionem antiquam continuasse ad id ostendens aliquas exactiones factas per aliquot dies ante motum iudicium? responde quòd si possessio est non clara, sed turbida illa non releuat, ut per Lancelot. d.cap.4.limita 1.num.79 & sequen. & idem est quando est possessio noua, & de recenti, ut per eum ibi numero 87. & sequen. præterea quando exigitur uiolenter non acquiritur quasi possessio exigenti Guid, Pap. consi.1 num 11.12. & consi.121. num.1. in fin. Ruin. consi.111.num.20 in 5 & quicquid sit audiendæ, & admittendæ sunt probationes partis, quæ intendit probare contrarium, & pars dissentire dicitur quę statim, ut fuit attentatum insterit reuocari, Lancel.d.tract.c.12.limita 42. nec ex commissione Principis passim est attentandum nisi causa cognita procedatur, Lancel. d.c.12.limita.52.num.53.58.& sequ.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Testis qui variat ob id, quòd timet displicere iudici, qua pœna puniatur.

SVMMAE.

1. *Variatio præsumitur per errorẽ, & temerarie.*
2. *Varians non dolosè, non tenetur pœna falsi.*
3. *Testis de auditu uarius, ex quo non probat, nõ punitur.*
4. *Parcere potest iudex delinquẽti ob temeritatẽ.*
5. *Consuetudo attenditur in pœnis arbitrarijs.*
6. *Pœna quando minoranda sit.*

CONSILIVM DXXIII.

In Domino confido.

IACOBVS Zanottus Inquisitus de falso testimonio nullo modo potest puniri pœna falsi ob suam uariationem, uel uacillationem, sed tantummodo pœna stellionatus arbitraria leuissima, tũ quia dolus non interuenit ullus in huiusmodi uariatione, tum quia talis uariatio nemini fuit nociua. Quod dolus non interuenerit satis ex processu constare uidetur, nam cum ipse deposuisset ueritatem, & eo non obstante per Magnificũ D. Commissarium fuerit detentus, & carceratus, quod an eque factũ fuerit, potest decidi ex trad. per Brun. in tract. de inditi. in 4. principali. q.nu. 5.& seq. potuit ipse pręsumere testificatum illum displicuisse ipsi D.Cõmissario, & propter ea iterum examinatus etiam nullo delato iuramento dictum illud prius reuocauit, & ab illo uariauit, & uacillauit, iuxta ea quæ de uariatione, & uacillatione testium trad. Boss. in tit. de tortu. testi. nu. 16.& 17.& hoc factum fuit sine dolo, & per erro
1 rem, & temerarie prout ita præsumendum † est, l.quoties.§.1.ff.de hær.insti.Boss.in titu.de defensio.reo. nume.69. Quod etiam iuramento ipsius inquisiti probari potest cũ sit quid ab animo suo dependens, glo.& Doc.in §. sed istæ quidem. instit. de actio. Gram.uot.10. & latè Carer. in pra. crim. §.2.nu.21. Præsupposito itaque, quòd talis
2 uariatio facta fuerit sine dolo, uarians, & † uacillans non põt teneri pœna falsi.l.nec exemplo. C. de fals. sed tantummodo arbitraria leui, ut sup. ꝓ temeritate, & ꝓ mõ culpę, & facti, ut latè ꝑ Mars. in l.1.§.pterea.nu.23. ff.de sicar. & est magis cõis opi. ut tradit Bolog.consi.30.Craue.consi.46.nu. 10.Boss.d.num.69.& Plot. in repet. l. si quando. num.721.& seq. C.un.ui.ubi alios citat.

Sicut

Sicut etiam uera dicta uariatio nec fisco, nec alteri esset nocibilis, cũ ipse nesciret de delicto. Ioan.Bapt.de Corellis, qui Seraphinum vulnerauerat nisi ex auditu ab eius socero prædicti Ioan. Bap. ꝙ nullum indicium faciebat contra delin-
3 quentem, cum testis † de auditu non probet.c.licet ex quadam. de testi. falsitas ipsa, uel variatio nõ potest esse punibilis. l.Damus.C.de fals.Crau. d.consi.46.num. 10.Boss.dicto titu. de fals.nu.83. & Plot.in d.l.si quando.nu.716.in fi.& 7.18.

Et cum leuissime deliquerit ipse Iacobus, etiã nulla uel leuissima pœna uenit mulctandus, nam
4 potest iudex etiam parcere, † ob temeritatem delinquẽti, ut ad propositum tradit Crau. dicto numero 10.uel saltem nullo modo potest excedere pœnam solitam in illa curia, quæ nunquam fuit maior lib.50.etiam pro maioribus culpis, & temeritatibus, ut ipse magnificus Commissarius potest se informare a praticis curiæ illius, nam in
5 pœnis arbitrarijs debet attendi consuetudo, † ut per Marant.in suo spec.aur. 3. par. 1. dist.nu. 57. uer.6.limita.& in sua disputatione.3.àd fi. Vbi dicit, quòd si iudex aliter facit potest grauatus ap-
6 pellare, sed & hoc casu minor etiam pœna † ueniret imponenda, ex duobus. Primo, propter minorem ætatem. Secundò, propter bonam famam inquisiti, quàm fuerit solita imponi, ut de primo.est tex.in l.auxilium. §. delictis. de Minor. tradit Dec.& Cagn.in l.ferè. in omnibus. de reg. iur.& alibi passim Doct. de secundo tradit Alex. in consi.121.num.5.7.uolum.ubi plura ponit ad propositum nostrum de consuetudine imponendi pęnam, & quando delictum non est nocibile, & sequitur Carer.dicta prac.§.7.num.73.in fi.

Laus Deo Opt.Max.

Barth.Bertaz.

Fuit quædam extra ordinem pœna imposita à nobis ignorata.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Socius utẽs re communi, ueluti naui; an teneatur de culpa si illa naufragiũ, patiatur, & submergatur.

SVMMAE.

1 *Nauis ad hoc dicitur parata, ut nauigetur.*

2 *Socius potest uti tota re communi ad usum destinatum, si pro sua parte tantum ea uti nõ potest.*

3 *Quod procedit etiam socio ignorante, vel inuito.*

4 *Nauis subiacet semper periculo submersionis.*

5 *Testes de tractatu facto deponẽtes non probãt.*

6 *Societas si finiatur potest tamen durare rei indiuisæ communio.*

7 *Socius utens re communi ad utilitatem propriã an debeat sentire incommodum etiam, si quid mali contingat. & nu. 8.*

9 *Casus licet euenerit, quando dicatur negotium utiliter fuisse gestum.*

10 *Socius, an teneatur pro naulo socio nauis communis, & quando.*

CONSILIVM DXXIIII.

In Domino Confido.

PRIOR sententia lata ad fauorem D. Iacobi Montanariæ venit omnino confirmanda non obstantibus subtiliter adductis in dubiis, habet.n.ipse reus intentionẽ fundatã, sibi licuisse uti naui cõ-
a muni ad usum destinatum, nec teneri de casu a naufragij.cum.n.res adhuc esset communis inter partes potuit Dom. Iacobus ea uti, & mittere in mare ad conducendum suum uinum, nec propte-
1 rea est in aliqua culpa, cum nauis † ad hoc sit parata, ut nauiget. l. arboribus.§.nauis.ff.de usufr. ubi Bal.dicit quem non esse culpabilem, uel male re uti, si eo casu utatur naui, glo. in l. nauis. in uerb. fur. ff.de rei uendi. & probatur in l. utique. §.culpa.ff.eod.titu. dubium autem non est sociũ,
b etiam tota re communi, uti posse ad usum b destinatum, si pro sua tantum parte, ea uti non potest,
2 † tradit communiter *omnes in l.duo fratres.de
* acquir hęred.in l.serui electione.§.Labeo ait, ubi Rip.num.14.citat d.§.nauis.de leg.1.Soc.consil. 58.numero 2.5.4.uolum.& Ruin. consi.143.numero 19.in quarto. Quod procedit etiam socio
3 ignorãte † uel inuito, ut trad.Corn. qui loquitur etiam in naui, in consi.186.colum.2.in primo. & Brun.consi.49.num.5.& ad propositum fuit allegatus in causa principali Benuenut.strach. qui loquitur etiam in his terminis in tracta.de naui. secunda parte.num.6.Quo fit ut cum non possit dici Do.Iacobus id culpa si dicta naui eo usu usus. fuerit non possit etiam teneri de casu. l. communis seruus. l. ultima. ff. communi diuidun. Pet de Vbal. etiam alias allegatus in tract. de societ. octaua parte. quæstio:prima. num.2. nauis enim semper est periculo summersionis subdita, quia
4 non quo uult nauta † sed quo uẽtus impellit deduci sæpe solet. l.Cæsar. de publica. Bal.consilio 395.pro Do.Rinaldo.in princ.a.uol.& Benuenu. in tract.naut.3.par.nu.7.

Non obstat modo, ut dicitur in dubiis (quod cum finita esset societas, non potuerit Do. Iacobus mittere nauim ad sui utilitatem alio, quia respondetur primo, quod nõ uidetur probatũ fuisse diuisam, uel finitam societatem, licet.n.aduersarius Moreletus dixerit, se nolle amplius tenere nauim, sed suam partem uendere, & tractauerit de ea uendenda D.Iacobo non tñ uidetur probata dissolutio societatis, cũ uideretur exigi diuisio

ſolutio rei communis, & quouſque durabat res
communis uidebatur etiam durare communio,
& ſocietas. & maxime, quia non eſt probatum,
quod ipſe intelligeret tunc finiri ſocietatem, &
amplius nauem a portu non diſſolui, donec eſſet
facta diuiſio, ut articulauit. cũ ſolus unicus teſtis
Gaſpar Bellaia eius nepos uideatur uelle hoc de-
ponere, ſed inferius ſibi cõtradicit expreſſe, quo
caſu magis venit puniendus, quam quod ei cre-
dendum ſit. l. qui falſo. ff. de teſti. fuit igitur tracta
tus de diſſolutione ſocietatis per uenditionem
ſuæ partis, qui quidem tractatus nihil ponit in eſ-
ſe ad not. in l. Titia. §. primo, ubi Aret. ff. de uerbo
rum obligationibus, & propterea teſtes de tra-
5 ctatu loquentes nihil probant. † Tiraquel. in re
tracta. conuen. in fin. numero uigeſimoquarto.
ubi plures citat. opus igitur erat diuiſione rei per
alienationem partis cum aliter diuidi non poſ-
ſet, tametſi Quintum Fabium Labeonem alias fe
ciſſe parum iuſtè legimus, ut tradit Benuenut. di
cta ſecunda parte. tit. de naui. numero uigeſimo-
ſeptimo. & Tiraquel. in dicto tracta. de retract. ti-
tu. primo. Glo. uigeſimaprima. numero decimo-
quinto.

Secundò reſpondetur (& hoc tollit omnem
difficultatem) quod, & ſi ſocietas fuiſſet finita
6 adhuc durabat communio † rei. iudiuiſſę. l. actio-
ne. §. ſi poſt diſtractam. ff. pro ſoci. quę diuiſio ve
niebat fienda, & donec facta fuiſſet adhuc ſal-
tem propter rem communem partes erant ſocij
incidenter iuxta tradit. per Pet. de Vbal. in ſocie.
in prima parte. numero ſecundo. & Alexan. in cõ
ſilio ſeptuageſimoquarto. ſexto nolumine. & ſuf-
ficit, quod ſit communis res, vt ſocius, uel pars
quę habet partẽ rei, poſſit ea uti etiam tota cum
pro parte uti non poſſit, & in eo militant omnes
deciſiones ſupra citatæ, quo fit, ut licet finita fue
rit ſocietas nauis inita ad conducendum lucri
gratia faciendi merces alienas tamen durauerit
ius conſocio vtendi ea pro uſu proprio durante
communione, nec hoc caſu loquuntur ll. allega-
tæ in dubiis ualet. l. falſo. & l. ſequ. C. de com. rer.
alie. quia aliud eſt utendo re communi ad uſum
deſtinatum, quod poteſt, ut ſupra, & tradit Bart.
in l. ſi ſocius. ff. de fur. aliud eſt alienando, ut in di
ctis. ll. ſicut etiam non eſt uerum quod reſpectu
huius uſus exigatur conſocij conſenſus, cum etiã
eo abſente, & ignorante, ac inuito id fieri poſſit,
ut ſupra quo caſu non loquitur in concedendo
de aqua plu. arcen.

Nec etiam quicquam facit (quod dicitur in
dubiis) Dominũ Iacobum teneri ex quo ad vti-
litatem propriam vſus fuit naui prædicta, & com
7 modum totum ſentiebat † cap. qui ſentit. de reg.
iur. cum ſimilibus. nam primo. in hoc caſu illa re-
gula non procedit, ex quo conſocius non poteſt
vti ſua parte quin etiam conſocij parte vtatur,
& propterea non tenetur de caſu ſine eius culpa
euento, ut eſt tex. in d. l. communis ſeruus, tum
quia non eſt uerum, quod ad propriam vtilita-
tem miſerit, ſed ad communem ſi quidem con-
ſtat ex dicto Montanarijs Nauis, qui teſtis eſt ido
neus in hac cauſa, ut per Benuenut. in d. tract. de
8 naut. quinta par. §. item quæritur nauim † eo tem
pore ſtare in portu ocioſam, cum expenſa remi-
gum conductorum ad remigandum, ad quam ex
penſam tenebatur etiam aduerſarius pro parte
ſua, unde negari non poteſt quin hæc miſſio a
a principio eſſet etiam utilis ſibi ad euitan. hanc
expenſam, & licet caſus aduerſus acciderit, non
propterea poteſt dici negotium initio ipſo in-
9 ſpecto utiliter † non fuiſſe geſtum. l. ſed an ultra.
§. primo. ff. de nego. geſt. licet hoc caſu ſatis ſit
culpam abeſſe, tum etiam quia non habet pro
10 expedito, quod non teneretur † pro naulo ad-
uerſario Dominus Iacobus pro ſua parte. argu-
mento l. cõmunis ſeruus. la prima, & eorum quæ
habẽtur in l. in ſumma. ff. communi diuiden. ſed,
utcunque ſit, negari non poteſt iuſtè Dominum
Iacobum non potuiſſe mittere nauim prędictam
quo miſit, per prædicta, & tanto magis cum id ſi-
bi non fuerit expreſſe prohibitum per aduerſa-
rium, quod conſtet, & quia potuit magis crede-
re ipſum uelle quod mitteretur nauis iuxta ordi-
nem datum, ut deponit dictus magiſter nauis, ex
quo non reuocato ordine abiit.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

Et ex his fuit primæ ſententiæ ſecunda con-
formis.

Claud. Bertaz.

ADDITIONES.

a De naufragij caſu ſupra diximus, & quãdo teneatur nau-
ta conſilio trigenteſimouigeſimooctauo. & trigenteſi-
motrigeſimooctauo. & trigẽteſimoquadrageſimoocta
uo. & de multiplici culpa nautæ ſcribit Rimin iun. con-
ſilio ducenteſimodecimo & Anto. Craſ. cõſilio ſeptua-
geſimoprimo. in primo & Medic in tract. de fortui. caſ.
prima parte. quæſtio. nona. Et illud quod de diligentia
Nautę retulimus dicto conſilio trigenteſimouigeſimo-
octauo. uerſicu. quicquid ſit arbitramur etiam habere
locum in hos caſu ſocietatis, quia quamuis ſocius alter
in ſocietatis rebus curandis ſit diligentiſsimus, attamen
non debet eam diligentiam a ſocio exigere quam ipſe
pręſtat, ſed illi debet acquieſcere, qua ſocius alius pro-
pria negotia adminiſtrat, ſibi enim imputare debet,
quòd negligentem ſocium adſciuerit, ſicuti ill ĩ qui in ar-
bitrum indoctum, ac rudem compromiſit. l. diem.
§. ſtari. ff. de recept. arbitr. uel qui imperitum ele-
git menſorem. l. aduerſus. §. proinde. ff. ſi menſ.
fal. mod. dixe. tenebitur autem etiam de leuiſsima
culpa ſocius ſi non æque magnam in rebus commu-
nibus, atque in propriis diligentiam adhibet, fraude
enim non caret qui rem priuatam curat, exactiſsime,
& in re communi pręceps, ac diſſolutus eſt argum.
l. quod Nerua. ff. depoſ.

Idem

Idem procedere crederem in societate quam non eligimus, sed in quam incidimus. nam licet Paulus dicat cohæredem præstare culpam, quia cum eo non contrahimus, sed incidimus in eum. l. hæredes. §. non tantum. ff. famil. ercifcun. & in rerum communionem plerunq; non sponte, nec uoluntate nostra, sed uel casu, uel testatorum uoluntate incidamus. l. 2. ff commu. diui. attamẽ quæcunque supra diximus, & alibi quo ad doli, & culpę præstationem eadẽ procedere in rerum communione credimus, ut eodem modo cohæredes uel collegatarij quo socij, de culpa teneantur. nam sicuti nemo tenetur permanere in communione, ita qui legatum, uel hæreditatem acceptauit eo ipso censetur collegatarij, uel cohæredis societatem approbasse, cõprobantur hæc per tex. in l puto. §. sed & si. ff. fam. ercifcun. ubi, sed & si dolo, uel culpa quid in usumfructum, ab uno ex hæredibus factum sit, hoc quoq; in iudicium uenire Pomponius ait, nam & omnia quæ quis in hæreditate dolo aut culpa fecerit, in iudiciũ fam. ercisc. ueniunt sic ifi si quasi hr̃s fecerit, & apertius Pau. in l. hęredes. §. non tantum. ff. eod. quam proxime adduxi, ubi ait, non tantum dolũ, sed & culpã in re hęreditaria prę̃stare debere cohæredẽ, quoniam cum hærede nõ contrahimus, sed incidimus in eum. Non tamen diligentiam prę̃stare debet qualem diligens paterfamilias, quoniam hic propter suam partẽ causam habuit gerendi, & ideo negotiorum gestorum actio ei non competit, talem igitur diligentiam præstabit qualem in suis rebus. eadem sunt si duobus res legata sit, nã & hos coniunxit ad societatem non consensus, sed res, facit tex. in l. si is cum quo. & in l. si maior. in fi. C. com. diuid.

Sed quid si alteri sociorum prohibitum est alterum socium appellare ad diuisionem, si hoc euenfat facto ipsius socii sibi debet imputare, si uero testatoris præcepto, cum ad tempus hoc precipere testatorem certum sit, ut per Durant de art. testan. titu. octauo. caut. octaua. tunc idem etiam uidetur dicendum per supra dictos tex. & quia testator uidetur quodammodo uoluisse minus industrium socium magis industrio copulare.

b Ratio est, quia non potest rem agere suam quin, & aliorum rem agat, & sic propter suam necessario rem totam gerere compellitur. Rot. Gen. decisione de. imaquarta per tot. & max. numero sexagesimonono. secus autem fortasse esset si nauis non apto tempore esset cõmissa fluctibus inuito socio, tunc enim socius alter de casu tenetur ex tradit. ad propositum, per Bald. in l. qui Romæ, §. Calimachus. ff de uerborum obligationibus, Petr Santer. in tracta. de sponsio. merca tertia parte. numero quadragesimoseptimo. nam de culpa tenetur socius. l. cum duobus. §. damna. & § quidam sagariam in fi. ff. pro socio & in l. si socius a socio. ff eod. titu. Soc. consilio uigesimoquarto. columna secunda. uer. tertio. probat in primo. Bertran. consilio trigesimooctauo. numero duodecimo. in secundo uolumine. secundæ partis.

Clau. Bertan.

ARGVMENTVM.

Accusatus de falso, an possit se tueri, & causam suam defendere extra carceres prohibente statuto nullum defendi posse, nisi in carceribus ius dicat.

Et, an pęna fustigationis possit imponi per iudicem ecclesiasticum.

SVMMAE.

1 *Fustigatio an pœnam sanguinis contineat.*

2 *Indices ecclesiastici nullam pœnam sanguinis irrogare possunt.*

3 *Fustigationis pœnam possunt ecclesiastici iudices imponere.*

4 *Fustigatio est modica coertio corporis.*

5 *Falsitas nulli nocens non punitur.*

6 *Testis deponens falsum in eo in quo non consistit substantia negotij non potest puniri de falso.*

CONSILIVM DXXV.

In Domino Confido.

DVBITARI põt nunquid Mattheus de Becchis de Fusignano, accusatus. falsum perhibuisse testimoniũ in causa ciuili dẽat admitti ad eius defensionem, nisi intret carceres, & stet carceratus donec causa expediatur. cum ex forma statuti Fusignani, de falsis testibus. testis falsus fustibus sit cędendus, & cum agitur de pœna sanguinis accusatus non potest se tueri nisi ius in carcere dicat, ut statuto ipsius Castri de modo, & forma accusan. &c. cautum est. in proposito autem fustigationẽ
1 pęna sanguinis contineri, † firmat Saly. & sequi
vr̃ Alex. licet dubitauerit Bal. in l. trãsigere. C. de transact. Ego autem contrarium esse verius non dubito, & pœnam hanc flagellationis nõ esse pęnam sanguinis, & per cõsequens hunc reum extra carceres causam dicere, & se tueri posse aperte demonstrabo ratione, & auctoritate. Ratione probatur, quia certum est, ecclesiam, & ecclesiasticos iudices nullam pęnam sanguinis, delin-
2 quenti irrogare posse. † cap. sententiam sanguinis, ne cleri. uel mona. cap. his a quibus. 23. q. 8. Et tñ videmus, qđ hmõi fustigationis pœna, vel flagellationis põt per ecclesiã & iudicẽ ecclesia-
3 sticum † imponi. 23. q. 5. c. circũcelliones. in fi. & c. reus. q. 5. c. cõtra idolorũ. quo fit, ut necessario cõprobeť pœnã hanc flagellationis nõ esse sanguinis q̃ nõ posset ecclesiæ, uel ecclesiasticis pmitti, qđ ẽt probať in c. in archiepatu. de rapto. Auctoritate hæc snia cõprobať. nã eã ĩ terminis, ut aiunt terminantib. tenent contra Saly. & Alex. Claud. de Seissel. nu. 3. & Alcia. in gl. & ĩ aliis pag. 3. in d. l. transigere, ubi ẽt alia ad prob. huius sniẹ Adducunt, hanc etiam tenet Pan. Grillan. in tracta. de relaxat. carcerato. in quinta quæstione. ubi ostendit nihil officere, quod etiam quandoque ex huiusmodi fustigationibus sanguis aliquis exeat, uel effundatur, quia non propterea potest dici pœna sanguinis. Eandem etiam sententiam tenet Ioann. Bernardinus Diant. Hispan.

in sua praxi criminali cano. c. 125. maxime. nu-
mero sexto. pro ista etiam opinione facit, quod
4 fustigatio est modica † coertio corporis, ut per
Ang. post Dyn. in l. 2. num. 6. ff. de pub. Iudi. & nõ
est maior immo minor relegatione Bar. & alij in
l. imperium, num. 10. 11. ff. de iurisd. om. iud. Grã-
ma, consilio 37, num. decimoquinto, Marant. in
tracta. de iudi. seu Specu. aureo, quarta parte. se-
cunda distinctione. numero quinto, sicut igitur
relegatio non comprehenditur sub dispositione
de pœna sanguinis loquente, ut omnes admittũt
in d. l. transigere, tanto minus debet comprehen
di pœna fustigationis.

Et licet ex supradictis satis superq; res discus-
sa sit, & adeo decisa, vt nullus dubitandi locus re
linquatur illud tamen obiter addere uolui, quòd
in causa ista nunquam de pœna falsi tractari po-
test, cum si quæ falsitas esset in teste ipso, quod
aperte negamus illa in nihilo obfuerit accusanti,
quæ non succubuit, ut in accusatione sua asseue-
rat, ob testificatum Matthæi, sed ob renuntiatio
nes trãsactiones, & compositiones, ac proprios
contractus, ad quorum rescissionem in primis
agendum erat antequam ad restitutionem pos-
sessionis ageret, & quando falsitas nõ est nobilis.
5 † nõ est etiam punibilis ordinaria pena. l. pen. C.
de fal, Mars. consil. 111. num. 16. & 120. numero
24. & abundè Plot. in l. si quando. numero 318. C.
unde vi. Et quod quando testis deponit falsum
in eo in quo, non consistit substantia negotij,
6 non possit † puniri de falso tradit Gramma. plu-
ra in id citans consilio decimonono. nume. 15.
decisione 43. & decisione 60. num. 16. & Plot. lo-
co præallegato. num. 719. ut alia plura omittam,
quæ suo loco dicentur, cum ad præsentem specu
lationem parum attineant.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Prosequitur materiam superioris consilij.

SVMMAE.

1 *Iudex iudicaretur fatuus si omissa municipa-
li censura etiam in pœnalibus secundum iuris
dispositionem iudicaret.*

2 *Procurator cũ fideiussore in criminalibus quan
do admittendus sit. nu. 6.*

3 *Argumentum a contrario sensu non desumitur
in his, quę corrigunt ius commune.*

4 *Rationem quęrere vbi sentimus non est nisi in-
firmitas intellectus.*

5 *Statuti generalitas comprehendit omnes ca-
sus etiam si maior esset ratio in uno, quam
in alio.*

CONSILIVM DXXVI.

In Domino confido.

DVBITATVR in re clara (indicio
meo) contra Mattheum accusatum,
cum habeamus casum legis munici-
palis Castri Fusignani quæstionem
nostram dirimentis, accusatum scilicet admittẽ
dum esse cum fideiussore, quoties pro delicto im
putato non uenit irroganda pęna sanguinis, &
cum ex prioribus allegationibus comprobatum
sit apertè fustigationem de qua agitur pęnis san-
guinis non connumerari, cessat omnis difficul-
tas. l. ancillæ. C. de furtis. sat igitur pro funda-
mento inconcusso ea, quæ prius adduximus, pro
repetitis haberi, & ad obiecta nunc facta aduer-
sus illa, respondere, eaque confutare. adducitur
itaque pro dubiis, quod de iure communi hic
reus non deberet admitti, cum de pęna corporis
afflictiua agatur ad not. in l. penult. §. ad crimen.
ff. de public. iudic. cum aliis citatis in dubiis, sed
quorsum hæc (cum fundamentum nostrum fiat
in statuto allegato, quod iurauit seruare magnifi
cus Dominus Commissarius, nonne censetur re-
cessum per dispositionem statuti a dispositione
iuris communis, ut habetur in l. omnes populi. ff.
1 de iustitia & iure. In tantum ut iudex fatuus † di
ceretur si omissa municipali censura etiam in pę-
nalibus secundum iuris communis dispositionẽ
iudicaret. ut abunde tradit Marsil. in consilio se-
xagesimeprimo. numero decimooctauo. & seq.
Cater. in sua pract. crimin. in §. septimo, numero
quinquagesimoquarto. & Blanc. etiam in sua pra
xi. crimin. fol. 72. numero sexagesimoprimo. &
sequẽ. Vltra quod si opus esset, & punctus in hoc
consisteret haud iniuste tueri contrariam senten-
tiam possem etiam de iure communi, ex quo pę-
na est citra relegationem, admittẽdum esse pro-
2 curatorem † cum fideiussore, vt tenet Bal. in sua
pract. in tit. de procur. quæstio. nona. Marant. in
Spec. aureo. quarta par. principali. prima distinc.
numero trigesimoquinto. & Soci. iun. consilio tri
gesimoquarto. numero tertio, secundo volum.
sed, quia ut dixi hic non potest agi de iuris com-
munis dispositione cum habeamus statutum cla
rum, & specificum missa hæc consulto faciam, &
ad secundum dubium deueniam.

Secundum igitur dubium proponitur, quod
cum statutũ Fusignani de hac pęna corporis affli
ctiua non expresse disponat ad Ferrariensia statu
ta uigore literarum ducalium ante dicta statuta
registratarum recurrendum sit, quæ tamẽ in rub.
de modo citan. re uel uerbo accusatum &c. Quã
sub rub. qualiter, & quando proc. interesse pos. a-
perte disponunt accusatũ ius suum in carcere di-
cere debere, & tanto magis id fatendum videtur
cũ hoc fundamentũ nřm ex dicto stat. Fusignani
argumento sumpto a contrario sensu construere
nitamur, quod ad correctionẽ iuris cõis admitti

† vel

3 † uel summi non posse certum est, docto. in l. t. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd.

Sed certè fundamentum hoc nihil habet præter unum commentum, cum enim statutum Fulignani disponat accusatum pro delicto exigente pœnam sanguinis cum fideiussore admittendum esse, nescio uidere quare omnes casus omnium delictorum quæcũque sint, & omnium pœnarũ qualescunque sint comprehensæ non censeantur in ipso statuto, & eorum omnium non sit facta dispositio, cui nõ dubium, quod omnia delicta, aut pœnam sanguinis exigunt aut non? & quod nulla species delicti inueniri potest quæ sub hac bimembri diuisione non comprehendatur? & cum in hoc habeamus sensum quærere ra-
4 tionem † ostenderet infirmitatem intellectus, vt ex Auerroe tradit Cagnol. in l. ambiguis. §. quoties. numero 4. ff. de regu. iur. omnes igitur casus quorumcunque delictorum comprehenduntur in dicto statuto, & de eis dispositum est, sufficit enim generalitas statuti, ut omnes casus comprehendat, etiam si maior ratio sit in uno, quã
5 in alio. † l. prima. §. quod autem. ff. de aleato. Dec. in consilio 490. numero quinto. & 504. numero primo. A uerbis igitur claris statuti non recedendum l. quod est constitutum. ff. de testamen. milita. & tradit. D. d. consilio. numero quarto. & cum statutum ipsum casum istum decidat non est opus alio confugere pro decisione ipsa, cum ad statuta tantum Ferrariensia in casu quo illa Fulignani deficerent, & casu de quo disputatur non deciderent, recurrendum est, quæ cum ita sint, cessat dubium propositum, & admittendus est reus præstito fideiussore, vt directo sensu disponit statutum, non contrario, ut dicitur in dubiis, ut in statuto, del modo, & forma di accusare, in uer. *Il quale accusato comparendo, se per il delitto del quale è accusato, non s'ha da imporre pena di sangue, &c.* Quod statutum bene penderetur, quia mihi loquitur in sensu directo, ut admittatur reus cũ fideiussore.

Cæterum licet casus iste omnes effugiat difficultates omnesque scopulos, tamen cum de ea prætensa falsitate agatur, quæ nunquam, & si cœlum (ut aiunt) rueret non expectabat ordinariã pœnam falsi, cum non fuerit nocibilis aduersariæ, ut tetigi paululum in primis allagationibus, & latius suo tempore ostẽdam, cum etiam imputatur persona secundũ qualitatem loci ditissima, & alioqui bonæ famæ, & uitæ etiam si de pœna corporali ageretur, posset, & quidẽ iuste magnificus D. Cõmissarius ipsum admitere cũ fideiusso-
6 re de se præsentando † ut in terminis trad. Pau. Grillan. in tract. de relaxa. Carcera. in tit. de fideiussor. reo. num. 8. ad fin. sequitur Iodoc. Damhouder. in suo enchirid rerum crim. c. 20. nu. 11. Quæ ex abundanti uolui dixisse cum ex supra adductis, & in aliis prioribus allegationibus res adeo digesta sit, ut appareat nullam habere controuersiam. Laus D. O. M.

Bartho. Bertaz.

Hic se defendit optime ab hac imputatione, & ut etiam credimus extra carceres.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Pœna. l. si quis maior. C. de transact. quando non habeat locum, quia non seruauit conuenta, qui promisit ratificari facere.

Quando quis sit in mora de ratione reddenda.

Vsurarius contractus quando non sit, licet a principio sit conuentum de certo lucro.

SVMMAE.

1 *Ratificationi faciendæ si non est appposita certa dies tunc est interpellatio necessaria, ut mora incurratur.*

2 *Etiam si promissio facta sit de faciendo aliquem ratificare cum erit legitimæ ætatis.*

3 *Pœnarum fit compensatio, & paria delicta mutua compensatione tolluntur.*

4 *Solutio est facienda in fine anni cuiuslibet.*

5 *Ratio lucrorum quomodo sit reddenda per socium.*

6 *Conuentio de certo lucro videtur sapere vsurariam prauitatem.*

7 *Subscriptio licet sit manu alicuius nõ tamẽ inde arguitur ita fuisse conuentum inter partes.*

8 *Instrumento relato magis statur aliter contineñti, quàm scripturę referenti.*

9 *Contractus habet pro se præsumptionem, quòd non sit fœneratitius.*

10 *Vsuraria non est conuentio facta de soluendo certum quid annuum.*

11 *Et maxime quando capitale non est saluum: sed de eo potest aliquid amitti.*

12 *Vsura non potest dici, uel peccatum, quando soluitur aliquid in recompensationem damni emergentis, uel lucri cessantis.*

13 *Deterioratio cõditionis de creditore an sit sufficiẽs ad capturã arbitrio iudicis remittitur.*

CONSILIVM DXXVII.

In Domino Confido.

DVBIA proposita contra dictum Io. Mariam Rasium, per magnificum d. Iudicẽ facilis sunt solutionis. tametsi subtiliter sint excitata. Quia quo ad primum, quòd non possit agere ad pœnas, l.

quis maior. C. de transac. is qui non obseruauit
a conuenta a pro parte sua, prout hic non uidetur
b obseruasse. d. Ioan. Ma. qui promisit b ratificari fa
cere filios, nec constat id fecisse.

Respondetur; quòd cum non fuerit apposita
dies certa ratificationi faciendæ, non fuit in mo-
ra ipse Dom. Ioan. Ma. & propterea erat interpel
landus † ut in mora constitueretur Aret. consilio
1 72. præsupponitur octauo dubio. numero septi-
mo. Dec. qui dicit ita fuisse iudicatum in causa
magni ponderis. in l. quod te. num. 12. ff. si cert.
peta. & in consilio 2. nume. 3. Bauer. in tracta. de
mora. secunda parte. decima limita. nume. 17. &
sequent. Cagnol. in l. semper. qui non prohibet.
num. 29. ff. de reg. iu. quod procedit etiam si pro-
missio sit facta de faciendo aliquem ratificare
2 † cum erit legitimæ ætatis. Anto. Gabr. lib. 3. sua-
rum conclusionum. conclusione nona. nume. 32.
& quòd hoc casu exigatur interpellatio nouissi-
me respondit Menoch. consi. 279. numero 61. &
sequent. 3. uol. Sed cum pars aduersa pariter in
hoc defecerit in faciendo ratificari contractum
ipsum per filios suos iuxta promissionem ab ea
factam non potest opponere de in obseruantia
in hoc partis nostræ, quia si uterque teneretur si-
3 ne interpellatione, neuter incideret † in pœnam,
quia paria delicta mortua compensatione tollũ-
tur. l. uiro. ff. solu. matrim. & ita in casu. d. l. si quis
maior tenent ibi Pau. Alex. & Ias. ac Alcia. & Mat
thes. not. lib. cum itaque in aliis defecerit ipse d.
Thomas, ut in prioribus resolutionibus ostẽsum
fuit, & inferius etiam dicetur. Sequitur, quòd a-
ctor debeat obtinere.

Secundum dubium, quòd non fuerit in mora.
d. Thomas in soluendo lucra, ex quo promissio
facta fuit, quòd filius rationem redderet societa
tis, quoties videbitur, & placuerit. d. Ioan. M. nec
constat, quòd ille unquam institerit ad talem ra
tionem reddendam. Tollitur, ex duobus primo,
quia, ultra conuentionem ipsam de reddẽdo ra
tionem, ipse d. Thomas promisit etiam omni an
no dictorum octo annorum soluere. d. Io. Ma. di-
midiam lucrorum ex lib. 3871. sol. 1. d. 4. conse-
quendorum, quo casu saltem in fine cuius libet
4 anni erat solutio † facienda. §. at si ita stipuleris
insti. de uerb. obliga. & §. qui hoc anno. instit. de
inuti. stipula. & l. qui hoc anno. ff. de uerbo. oblig.
& ibi no. Doct. Vnde debuit debitor soluere, uel
saltem offerre lucra, quæ secũdum ipsum, fuerat
cõsequutus ex dictis pecuniis. quòd si per dictũ
5 creditorem fuisset allegatum † maiora esse, uel
reddendam esse rationem iux. dictam conuen-
tionem, & tunc fuisset reddenda, prout in simili
tradit Alex. in l. si mora. num. 4. uersic. tertio fal-
lit. ff. solut. matr. & Negus. in tract. de pigno. & Hy
po. 5. par. tertio membro. 2. parte ipsius membri.
2. col. 3. limit. nu. 6.

Secundò, cum pars aduersa prætendat fuisse
factam conuentionem de soluendo in rationem
trium pro centenario si illi erat standum, de quo
mox dicetur, non erat opus aliter reddere ratio-
nem, sed soluere in fine anni per ea, quæ deducta
fuere in aliis scriptis.

Tertium dubium concernit hanc conuentio-
6 nem de certo † lucro quæ vr̃ sapere usurariã pra-
uitatem. Anto. Gom. in c. 5. tom. 2. tit. de societa.
num. 5. uersic. quarto. Infero. Vnde ex forma sta-
tuti nostri pœna contra usurarios. fol. 91. uersicu.
habentes, denegatur audientia agenti. Verum
hoc dubium tollitur, quia instrumentum cuius
uirtute agitur non habet hanc conuentionem,
nec potest dici illicitum, uel fœneratitium, sed
tantum illa conuentio, quæ post illud facta alle-
gatur per partem aduersam, quæ (iudicio meo)
non officit. d. Ioan. Ma. qui fatetur subscriptionẽ
esse scriptam manu sua, non autem fatetur illud
quod continetur in dicto memoriali fuisse uerũ,
uel inter partes concordatum. possunt enim sta-
re simul, quòd illa subscriptio fuerit scripta ma-
7 nu † eius propria, & tamen non fuerit conuentũ
sic inter partes, & confessio debet esse necessariò
concludens Craue. consilio 157. numero nono.
Et posito, quòd etiam ipse fassus fuerit tenorem
illius scripturæ illa non concluderet, quòd non
obstante instrumento prædicto fuerit conuentũ,
quòd pro lucris annuis soluerentur. d. Ioan. Ma.
tres pro centenario, immo ex dicta scriptura ap-
paret relatum, id fuisse conuentum, in dicto in-
strumento, quod falsum est, & scriptum per erro
rem, verba enim scripturæ sũt talis tenoris. (*Ari
cordo faccio, come adi 10. di Feb. hauemo fatto l'instromen-
to della roba della mia botega, cioè di quella parte che tocca
à barba Gio. Ma. mio barba, in questo modo, che lui mi fa
tempo otto anni a sodisfarlo, cioè da qui à un'anno scudi
200. & pagargli tre per cento, & ogni uolta che gli darò da
nari, che il si debba calare l'uso che gli pago, cioè tre per cen
to.* Quæ uerba nihil aliud inferunt, nisi, quòd fit
memoria ratio. gestæ in instrumento, in quo sic,
& sic fuit conuentum. Vnde cum ex instrumento
appareat aliter fuisse conuentum, & conclusum
præsumitur, quòd partes errauerint in hac scri-
8 piura, & statur instrumento relato † aliter cõtinẽ-
ti, ut declarat Cardin. in consilio centesimode-
cimoprimo. de singulis. prima colum. Alexan. cõ
silio nono. ponderatis his. colum. penult. uersic.
& hoc saltem. quinto uolum. Felyn. in cap. quo-
niam Abbas. prope fi. de offic. delegat. Dec. in l.
edita. numero octuagesimosexto. C. de eden. &
in l. penult. numero secundo. C. de instit. & substi.
& in consilio sexagesimosecundo. tertia, & quar-
ta columna. Curt. iun. consi. 92. num. 8. & sequ. &
alij quos breuitatis gratia missos faciam.

Secundo, & si appareret specialiter fuisse con-
uentum super dictis lucris (quod certe non pro-
batur ex dicta scriptura) ualuisset tamen ipsa cõ-
uẽtio, nec posset dici usuraria, uel illicita, ex quo
habet præsumptionem iuris parti, quòd contra-
9 ctus † non sit fœneraticius, sed ualidus, & legiti-
mus Bald. in l. rogasti. §. si tibi. ff si certum petat.
Alexan. consilio 200, numero quarto. sexto uolu
mine.

mine. Marsi. consilio centesimotrigesimo secun-
do.numero decimotertio. Crau.consilio quadra
gesimooctauo.numero octauo.& centesimoqua
dragesi moquinto.numero 2.Gabr.lib.7. suarum
conclusionum tit.de crimina.conclusione. 2. nu-
me.3.4.Rolan.consil.96.numer. 11.in 2.& Bursat.
consi.117.nume.4.Et in proposito, quòd conue-
10 tio facta post contractum, de soluendo † certum,
quid annuum ualeat, nec sit usuraria respondit
Abb.consi.64.3.col. primo uol. & Pet. Rebuff. in
repetitione.l.uni.C.de senten. quæ pro eo, quod
inter.proferunt.in glo.ult.numer.47.quod maxi-
me procedit quando capitale nō est saluum, sed
11 de eo potest amitti, † ut latissimè tenet Bursat.no
uissimè.in consi.320.num.51.& seq.maxime.nu-
mero.56. Et cum soluatur in recompensationem
damni emergentis, uel lucri cessantis, non potest
12 dici † usura, uel peccatum Ang.in sua sum.ange-
lica in uerb.usura.il primo.num.15.& est pulche-
rimum consilium Corset. in 2. tom. consiliorum
criminalium consi.25. Vbi citando theologos, &
canonistas probat ualere conuentionem harum
usurarum recompensatiuarum, ut illic. nu. 56. &
seq.& in fortiori casu consuluit etiam Grat.consi.
87.num.20.& seq.primo.uolu. & 49. primo dub.
num.11.2.uol.Et cum à communiter accidenti-
bus nemo daret pecunias suas aliquo contractu
in rationem tam mini.ni lucri trium pro cent. sed
possent emi res, & concedi ad usum, & saltem cō
sequi quinque pro cent. & in mercationibus cō-
muniter solent solui octo pro centennario, certè
negari non potest quin tale pactum sit utile debi
tori, & damnosum creditori, qui omni casu plu-
ris lucratus fuisset, & cum recompensatio fuerit
minima non potest dici usura nec hoc casu loqui
tur Gem.ex aduerso citatus, quia alias reprobare
tur à prædictis aliter tenētibus, ut supra.

Vltimum dubium concernit probationem de
teriorationis, quæ debet esse in notabili summa,
ut per Dec.in consi.75.col.prima uer. 3. quod du
bium cessat, cum sit probata ex cōfessione ipsius
rei ad positiones quarto loco productas fol.204.
ubi fatetur se post debitum contractum uendidis
se bona pro libris mille centum, & quòd contra-
xit plura alia debita pro alijs summis, ita quòd
negari non potest quin sit probata deterioratio
suæ conditionis, ultra, quòd filius dimisit artem
merzariæ, quam tenebatur exercere, & modicè
etiam exercuit artem sirici, ut deponunt testes p
parte actoris examinati, qui certè longe melius
probant testibus rei, ut possem comprobare pon
derando eorum dicta, si laxius ocium daret. Quo
c casu certum est iustificatum fuisse capturam, c &
pronuntiandum esse ad fauorem actoris, cum de
notabili deterioratione satis constare dicatur,
13 quod arbitrio † iudicis remittitur Doct. in l. si fi-
deiussor.§.fi.ff. qui satis.cogan.

Laus Deo Opt.Max.

Bartho.Bertaz.

Et ita fuit iudicatum ualere capturam, quo uero ad merita inter partes transactum fuit.

Clau.Bertaz.

ADDITIONES.

a Imò debet carere omni emolumento, quod ex pacto, uel contractu fuisset consequutus, ut est tex.in d.l.in uer.& emolumento: quod accipitur pro qualibet utilitate, & commoditate.C. si hæredes. de test.l. e. nemo de simo. Alcia.in d.l.super d.uerbo. cuius.l. dispositionem certū est in omnibus contractibus sibi locum uendicare, ut p Docto.ibi, ubi Cagn.nu.43. Dec consi.452.nume.7.& seq.& Ant Gabr.lib.3.concl.ti.de transact.concl. 1. nu. 5. Et procedit etiam, quòd sit contrauentum in modico comen.consi.179.quædam transactio Rub.Alex. consi. 30.nu.3.moder.in d l.& Gabriel.d.concl.nu.4 Et probata inobseruantia contractus censetur probatum dolo contrauentum fuisse, quia qui non obseruat cōtractum censetur esse in dolo.l dolus.ff. manda. & ad propositū trad.Cagno in d.l.si quis maior.9 not. nu.92 & nume. 190.Dec.consi.452.nu.7.Craue.consi 6.nu.96 & consi.100 nu.9.193.nu.15.& 193.n.3.& in terminis huius consultationis, quòd qui pecunias recipit ad mercādum & negotiandum si eas non exercet censeatur in dolo, & teneatur ad damna, & interesse socij, ac posit contra illum iurari in litem probat per multa iura Io. Bapt.Plot. in l.si quando.nu.497.C.unde ui, & quod qui est in dolo posit capi etiam, quòd non deteriorauerit conditionem suam respondit Nat.consi.646.num.4.

b Sed præter responsionem hic illatam, si quis promisit factum alienum filiorum se facturum, & curaturum, non ne uidetur tantummodo teneri ad curam, & diligētiam? unde a mora & interesse sit immunis l. stipulatio ista §. 1.ff.de uerbo.obliga. Iusti.de inutil.stipu.§ si quis. aliū gl.fi.in c.ex rescripto de iureiuran. Didac.in c.quamuis. 2.par.§.5.nu 4.uer.2.ubi testatur de cōmuni de pact. in 6. & Dec. in consil. 312. qui loquitur in parte promittente.

Pœna non potest euitari, nec iura ista Procedunt quādo promittens promisit cum effectu facere, & curare q alius ratificaret, nec quando promisit in omni casu contrauentionis de suo proprio. & tanto minus quando se obligauit principaliter, & in solidum, cum debitis renuntijs, cum alijs pro quibus promisit de rato. nam primo casu quando est promissam, quòd ratificatio fieret cum effectu, q non sufficiat curare, & adhibere diligentiam nisi effectualiter fiat, firmat Aret.in l. si ita stipulatus.§. possum.2.col.ff.de uerb.obliga.Dec.in l.fi.§.fi.nu.11. ff si cert.peta.modernio.in l.4 §.Cato.ff.de uerb. obliga. Vbi Hormanot.Crot.in 2.lectu & Alcia.nu.131.& idem Alcia in l.quod se super uerb.in potestate sua. ff. si cert.peta.ubi etiam Dec.& Rip.nu.47.Dec.consi. 325. prima colum.nu.1.& consi. 401.2 col.Capit.decis.93. nu.8.nec discrepat Didac.supra citat.d.numer 6.& Rip. d.nume.47.reprehendit Dec. aliter tenentem in d.consilio 312.

Sicut etiam non potest euitari pœna quādo promittens promisit de proprio in casu contrauentionis, ut notuit Soci.consi.288.5.q.uersi.3.principaliter.in 2. Dec. in d.§.fi.num.11.& in consil.323.num.3.& 439 col.fi. & d.325.1.col.& in l.impossibilium.ubi etiam Caguol. ff.de reg iur Parif.consi.109.ferè per totum max.numero 14 & sequen.& numer.31.& 75.& Cranet.consilio 272.numero 13.

Idem est quando promittens se principaliter, & in so

lidum

lidum obligauit.cum eo pro quo de rato promisit,tunc enim proculdubio nulla exigitur ratificatio ex quo ipse uti principalis tenetur.& ita sensit Craue.d.nu.13.& inferius in uer.3 nam hoc casu non est tantum promissio rati sed de soluendo, & dando. nec excusatur adhibendo diligentiam Dec in d.1.fi.nu.10. uer.aliquando, & 30 Et quando quis promittit promissorem seruare indemnem,uel constat de mente,ꝙ intendit se obligare de proprio cessat omne dubium.ut per Anto. Gabr. lib. 3 de pact.& conuentio concl.2.nu.13 & 14.& illic ponit multas limitationes. nam dictio(in solidum) totum attribuit unicuique. l.3. C.de fideiuss. §. si plures instit. eo.ti & l.si diuis.C.loca.& quando plures promittunt principaliter in solidum efficiuntur duo rei debendi, & promittendi,& tenentur in solidum.l.2.ff.de duob. re.l. 1.C.eo ti.Et licet in persona unius obligatio fuisset inutilis ualeret tamen respectu alterius.l.his uerbis.in prin. ff.de duob.re.Et si fuisset renũciatum beneficijs de pluribus reis.epistol. Diui Adriani,& de fideiussoribus de quibus in auth de fideiusso.& in auth.presente.C.eo.ti. promittens fuisset obligatus,& potuisset conueniri, & grauari Imol.consi.46.in casu ad fi.Abb.consi.72.nu.2. in 2.ubi sat esse uoluit si sit renunciatum omni legum auxilio Aret.consi.33.consultatio.nume.8.& seq.Dec. consi 27.nu.5 & seq.

c Et quatenus non esset iustificata captura, si tamen constaret de debito carcerati omnino captus esset detinendus in carceribus Castr.consi.pen.in fi.1.uol.Seuer.in tract. de debito.suspect.q.14.in prin. Dec.consil.449.nu.19. Paris.consi 99 nu 35 in 3.Crane.consi 46.num.7 & cõ si.140.in fi.Vant in tracta.de nullita.ti.ult.nume.131.& Francisc.Viu.opin.36.2.par.sua.commu.opinio.sed de his supra.

Quod habet locum etiam,ꝙ debitor esset in diem, uel sub conditione,quia & ipse capi potest, ut probatur in l in omnibus.ubi Docto.max Castr.ff. de iudic.& l. si creditores.quæ est gl.d.l.in omnibus,ut dicunt ibi Docto ff.de priuil.credito.Ias.in l si ab arbitro.nu.7. ff. qui satisd. cogant.Seuer.in d.tract.3.q.nu.1.& seq. Dec. in

* c.cum teneamur.nu.4.de appell.& est cõmunis * opinio secundum Gomesium instit de actio.in prin nu.59. quam etiam tenet Ioseph Ludo concl.sua.8.uer.3.limita. Quod procedit etiam si captura fiat pendente litẽ Ang in l.nemo carcerem ad fi. C.de exacto.tributo.lib. 10.Alex.consi.105.in.prætor col.fi in 4.Ias.in d.l.si ab arbitro.nu.6 & in l.2.nu.20.ff.de iurisdict.omn iud. Sauer.in tract.de mora.3.par.nu.13.Perus & Dec. in d c. cum teneamur,& Marãt.in sua disputa.6 nu.7. Et quãdo quis capitur,ut suspectus ad finem,ut caueat potest etiam tunc capi pro credito incerto Paul.de Castr.l.consi.ult.col.pen.in 1.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Carceratus ter tortus,& permanens semper in negatione dicitur purgasse indicia, & debet absolui.Quod eo magis procedit si pro eo extentent plures probationes ad eius defensam maxime facientes.

SVMMAE.

1 *Tortus perseuerans in negatione censetur ueritatem dixisse,& purgatus.*

2 *Torqueri rursus nemo potest,qui fuit sufficienter tortus nisi alia de nouo superueniunt indicia.*

3 *Testis inimici dicto nullo modo est standum.*

4 *Etiam si esset in articulo mortis.*

5 *Quod procedit etiam in criminalibus exceptis, & lesæ maiestatis.*

6 *Etiam si aliter ueritas haberi non posset.*

7 *Inimicitia oritur maxima ex homicidijs commissis.*

8 *Testis infamis,& male famę non probat.*

9 *Indicia tolluntur per probationem bonę uitę, & famę.*

10 *Condemnatus semel pro delicto,non potest amplius super illo inquietari.*

11 *Instigantes iudicem,ut procedat contra aliquẽ, & torqueat sunt puniendi.*

CONSILIVM DXXVIII.

In Domino confido.

PROCVLDVBIO D.Iulius Pasqualinus carceratus uenit absoluẽdus ab inquisitione contra eum formata, & a carceribus liberandus,tum, quia indicia,si quæ contra eum extabant,purgata fuere per torturam ter per eum passam, tum etiam ciuiliter per testes pro eius parte examinatos. Cum enim semper perseuerauerit in negatione censetur dixisse ueritatem, ut purgatus censeri debet

1 † l.edictum,& ibi Alberi.& Mars.num. 2. ff. de q. Gramma.decisione.96.num.2.& consi.64.nume. 10.& cum satis sufficienter fuerit tortus non põt repeti tortura nullis alijs de nouo superuenienti-

2 bus indicijs † l.repeti. ubi Mars. ff.de quęstio. Carer.in sua pract.criminali.in prin.num.189.& torturam esse sufficientem omnes admittunt, si ter reus fuerit tortus,ut per Mars.in d. l. repeti. num. 15.Blanc.in l.fi.num.13.ff.eo.ti. Gramma. consil. 44.num.14.& Pet.Foller.etiam in sua praxi.crim. 3.par.uer.& si confitebuntur.num.71.

Ciuiliter autẽ sunt purgata indicia (licet etiã superflua sit ista probatio,) quia per quam plures testes examinatos ad defensam dicti Rei probatum est, quod illi Fratres de tassinarijs,qui tam uiriliter deposuerunt contra eum, fuerunt, & sunt eius inimici capitales.quo casu eis etiam, cũ tor-

3 tura non erat credẽdum † l.prima.§.præterea,ubi Mars.in prin.ff. de quæstio:quod procedit etiam,

4 si inimicus esset in articulo mortis, † ut per Mars. ibi nu.7.quod etiam ampliatur procedere in criminalibus exceptis, & læsæ maiestatis,in quibus

5 cum tanto rigore proceditur † ut per Mars. ibi in consi.20.num.27.& 65.num.20.Gram.vot.3.nu. 30.& uot.11.num.17.& consi.45.num.16.Vbi id

dicit

dicit procedere etiam si aliter ueritas haberi nõ
6 posset, † quod etiam sequitur Carer. in d. prin. nu. 152. col. 3. uer. quinque testes in allegata inimicitia per tcum erat superseden. in tortura, & super ea erant recipiendæ informationes, & probationes Gramma. d. uot. 3. num. 29. & consi. 3. nu. 17. Quod autem inimicitia fuerit probata ambigendum non est, quæ probatur ex euidentissimis coniecturis Mars. in d. §. præterea. nume. 104. Omnes enim testes fatentur eam ortũ, & causam habuisse propter homicidium commissum per Carolũ Antonium in personam Pauli Pasqualini, Patruelis ipsius D. Iulij ex cuius homicidio dubium non
7 est ortam fuisse capitalem inimicitiam † Bart. in l. 3. §. fi. ff. de adim. lega. Mars. in d. §. præterea. num. 23. Blanc. in l. fi. præallegata. num. 93. & inter omnes de parentela occisi, & occidentis contrahitur etiam inimicitia, ut per Blanc. ibi. nu. 93.

Præterea probatũest testes ipsos esse infames ex alijs delictis, & esse malæ famæ, & uitæ, quo ea
8 su non probant † Gramma. vot. 34. num. 8. & cons. 46. nu. 23. & idem quando fuerunt carcerati ab ĩputatione delicti Gramma. consil. 17. numer. 12. & 26. num. 23. & seq. Et certè (iudicio meo) non erat tantum deferendum huiusmodi testibus, ut eorum testificatus uigore, ter torqueretur hic reus bonis, & honestis perentibus ortus, cum. n. ipsi testes procurauerint securitatem a banno, ut possent comparere ad testificandum contra ipsum certè non est leuis præsumptio, quod cõfinxerint hæc mendacia, sicut etiam alij testes ab ijsdem instigatoribus inducti in hac eadem causa confinxerunt, & repertum est, eos falso deposuisse, uerè enim possumus dicere, & crimine ab uno disce omnes, & qui semel malus &c. ca. qui semel de reg. iur.

Vltra prædicta probata est bona fama inquisiti, per quam plures testes quasi quæ remansissent reliquiæ indiciorum omnes penitus aboleuit, & elisit. Ipsa enim potens est tollere indicium exi-
9 stens contra reum, † ut per Mars. in pract. crimi. in §. diligenter. num. 196. in consi. 109. num. 27. & consi. 120. num. 26. & seq. & in alijs locis Gramma. consi. 35. num. 46. & cons. 60. in prin. Paris. cõ si. 151. num. 13. & 154. num. 35. 4. uol. In tantum, quod eius probatio facit currere inquisitionem, ut trad. Docto. in dictis locis, sed ne in re nimis clara frustra uerba effundere uidear finem faciã, cum unum tantum tetigero in proposito necessarium, quòd cum ipse D. Iulius fuerit inquisitus, & condemnatus in terra Centi, pro associatione facta occisorum D. Hyeronimi de Blancis non po-
10 tuit ulterius inquiri, † uel super hoc inquietari. C. de his, ubi omnes de accusat. l. si cui. §. eisdem, ubi Bar. ff. eo. ti. Alex. in consi. 11. c. primum. 5. dub. 1. uol. Marant. in Spec. aureo. 6. par. nu. 49. uers. 8. principaliter requiritur. Et quia de hoc extat fides Camerarij de dicta condemnatione, & non puto hoc refricari in dubium sequitur, ut omnia sint plana, & pœnitus sit liberandus reus, & in-
11 stigatores † in expensis condemnan. l. 1. §. incidit, ubi Bar. & l. si senatus. ff. ad Trebel. Ias. in l. pro pran. §. fin autem alterutra col. 7. uersi. itẽ amplia. C. de iudi. cum alijs trad. per Mars. in sua pract. criminali. §. superest. in prin.

Laus Deo Opt. Max.

Barth. Bertaz.

Fuit iste absolutoria sententia liberatus.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Post didicita testificata nõ sunt recipiẽdi testes, neque per testes potest probari confessio aduersarij.

SVMMÆ.

1 *Confessio iudicialis potest fieri post conclusum in causa non autem confessio aduersarij probari per testes.*

2 *Testes non possunt produci post didicita testificata.*

3 *Hoc que naturali ratione inductum est ne alter alteri insidietur.*

4 *Confessio etiam facta post publicationem processus non post didicita testificata probari potest.*

CONSILIVM DXXIX.

In Domino Confido.

PRO Masijs, cum Bonsignorio dicendum est in hoc iudicio iniuriarũ. Testes nullos esse recipiendos, propter timorem subornationis, ex quo didi
a cita sunt a Testificata. clem. 2. de testi. quod procedit etiam si quis uelit probare cõfessionem ad uersarii per testes, quia licet possit fieri confessio
1 † iudicialis etiam post cõclusum in causa per partem, ut trad. Castr. post Bal. in Rub. C. de probat. secus tamen est cum pars uelit probare confessionem per testes, quia non potest propter timorem subornationis, ut ad ꝑpositum trad. Io. de Ami. in consi. 17. nu. 3. & seq. Et licet instrumenta de nouo reperta possint post conclusum in causa ꝑduci, ut per omnes. in l. Admonendi. ff. de iure-
2 iur. secus tamen est in testibus, † cum possit esse timor subornationis, secundum communiorem
a opinionem, quam tenent Bar. in ult. q. ad fin. Bal. in 3. q. 3. col. Ang. nu. 2. Castr. & Rom. & uidetur etiam sequi Ias. in fi. 1. lectu. in d. l. Admonendi, ubi etiam Seueri. col. 14. citat dec. Rot. & idẽ tenent Imola. & Abb. num. 10. in c. fi. eo. tit. de iu. iur. Et cum hoc sit introductum de equitate quadam

3 dam naturali, ne alter alteri insidietur, †ut Barto. trad. in extrauag. Ad reprim. in uer. Et figura. col. fi. Rom. consi. 479. nu. 2. & latè Bertran. qui ad propositum plura adducit in consi. 142. nu. 14. 1. par. certè idem est dicendum etiam si pars uelit probare confessionem factam post didicita testificata, cùm pariter militet præsumptio subornationis, quando quidem poterit semper pars quæ libet testes subornatos fingere fuisse factam cõfessionem post publicationem testium, cum uiderit intentionẽ suam non probasse, & aperta erit uia
4 insidiandi parti, †cum igitur militet eadem ratio subornationis, non debet admitti. arg. l. Actitio, ff. de uerb. oblig. & l. illud. ff. Ad l. aquil. quod etiã procedit in causa summaria, & in qua sola facti ueritate proceditur, ut seruet æquitas prædicta Amic. d. consil. 117. numer. 6. & Bertran. d. consi. numero 17.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

Et ita fuit resolutum propter hæc, quæ referuntur hic.

Clau. Bertaz.

ADDITIONES.

a Quod habet locum in hoc casu in quo agitur de iniuria, sed ciuiliter secus fortasse si ageretur criminaliter, nam utraque uia agi potest, ut per Clar. in §. iniuria, uer. scire debes, si quidem in causa criminali recipiuntur testes et publicatis attestationibus, ut per Docto. in l. Diui Fratres. ff. de pœn. & in c. luborea de re iudi, Soc. in reg 403. in 6. Fallent. & alios quos adducit Gabriel. lib. 1. de testib. concl. 21. nu 95 & hãc communem * dicit Mars.
* in pract. crim. §. sequens. nu. 6. Clar. in § fin q 61. uersic. sed quæro.

Quæ tamen conclusio habet locum tantum si recipiantur ad defensam ex iudicis officio nam ad partis instantiam examinatio testium non conceditur etiam ad defensam publicatis attestationibus, ut ex Bar. & Bal. & alijs pluribus probat Gabriel. loco citato. nu. 96. Aret. in c. cum clamor col. 2. de testib. Boss. ti. de public. process. nu. 3. 5. Clar. d q. 61. d uer. sed quæro, contra tamẽ ista non nulla refert Gabriel. in fi. d. nu. 96.

Ad offensam autem non posse recipi etiam ex iudicis officio tenet Carer. in pract. fol. 617. post. n. 128. sed
* in contrarium est communis * opinio Aret. in c. fraternitatis. nu. 36. de testibus Villalob. com. opinio. lit. T. nume. 86. Clar. in d. uer. sed quæro, ubi declarat pulchre alios adducit ubertim Gabriel. d. concl. nu. 97. ubi num. 98. refert transeuntes in contrariam sententiam, in qua re ego Iul. Clar. Doctorem præclarissimum sequor, qui optime rem totam confert ad forense experimentum.

Illud tamen est in hac re aduertendum, quod licet non possint post didicita testificata testes produci noui super capitulis, possunt tamen produci super interrogatorijs prius factis, modo iudex procedat ex mero suo officio, secus si adesset inquisitionis persequutor. qui testes offerret. nam tũc maxima urgeret subornationis suspicio: rem tractat eleganter Bal. qui ita distinguit opinionẽ Inn. in c. cũ clamor. de testibus. in cõs. 78. nu. 5. in 3.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Condemnatus ob contumaciam, an possit se defendere a sententia contra eum lata, si sponte se constituat in carcere, & per testes idoneos doceat innocentiam suam.

Testes domestici, an admittantur in criminalibus, & ullam an faciant probationem.

SVMMAE.

1 *Innocentia probatur per indirectum.*
2 *Testis domesticus ad defensam probat.*
3 *Testes non solent adhiberi in his, quæ gesta sunt in domo.*
4 *Affinitas si dissoluatur facit quem esse idoneũ testem in criminalibus.*
5 *Testis habens uocem alicuius notam, si de ea deponat facit indicium ad torturam.*
6 *Innocentia, ut probetur adhibendi sunt omnes testes, etiam alias non admittendi.*

CONSILIVM DXXX.

In Domino confido.

OPTIME probata est innocentia huius iuuenis iniustè damnati ob eius cõtumaciam pro delictis, de quibus fuit inquisitus, & processatus. & quia super probationibus factis super homicidijs cõmissis in personas illorum de Renoffijs non puto esse necessarium insistere, cum plusquã plenè doctum fuerit de negatiua, quod nõ interuenit, nec interuenire potuit dicto maleficio, ex quo tunc tẽporis erat in arce Mir. clausus, solum super probationibus factis in causa secundæ præsentationis pro alio banno uerba faciam. Dico igitur per sex testes plenissimè fuisse probatum, tempore quo fuit commissum delictum insultus ad domum D. Ludouici de Vecchijs, de quo in causa, prædictũ Dulcem condemnatum non interfuisse dicto delicto, sed fuisse, & stetisse in domo eius habitationis quo casu per indirectum probatur eius inno-
1 centia, † Alex. consi. 5. in casu inquisitionis colu. pen. primo uol. Boer. decis. 165. nu. 6. & Gramma. decis. 56. num. 15. tres enim. Testes deponunt de uisu, & de ueritate eius existentiæ, mater, frater, & soror, qui licet sint domestici, & attineant ipsi
2 condemnato, tamen ad defensam probant. † Et admittuntur. Bald. & Saly. in l. parentes C. de testi. Alex. d. consi. 2. col. Mars. singulari. 59. Innocẽtibus. Claud. in repet. l. ut uim. num. 117. ff. de iust. & iur. Boer. d. decis. num. 7. & Carer. in sua pract. criminali. in prin. num. 565. 6. col. uer. item limita ad defensam, & Io. Baptista Plot. in repet. l. si quãdo. num. 141. C. unde ui, & in Fratre trad. Aret. in

tract.

tract. malefi. in uerb. & dictus Titius se defenden. col. 5. uer. aduertas etiam Alex. consi. 24. col. ante pen. uer. non obstat si dicatur, ubi etiam loquitur in sorore. 2. uol. & consi. 212. nisis, & discussis col. fi. eo. uol. Nouel. in tract. suo ad defensam in criminali. in ti. seu c. 1. num. 29. Gramma. d. deci. 56. nu. 15. & Plot. d. num. 141. ubi etiam loquitur in parentibus, quod in casu isto tanto clarius procedit, cum sint ultra numerum necessarium, quo casu numerus supplet. Alex. d. consi. 5. col. pen. & a. 12. col. fi. tum etiam, quia hic agimus de probandis his quæ gesta fuere in domo ad quæ non solent adhiberi testes † Alex. d. consil. 24. 4. col. Est & quartus Testis, dominus Baptista de Grossis, qui ea nocte, & hora qua commissum fuit delictum colloquutus fuit cum eo, cuius notam uocem habebat, & illum etiam uidit licet fortè non ita clarè propter obscuritatem noctis, & hic testis est omnino integer licet fuerit olim affinis ipsius Carcerati, cum iam diu sit dissoluta eius affinitas per mortem eius uxoris, & nunc aliam habet uxorē, quo casu est idoneus testis † in criminalibus glo. in l. sed hoc ita. ff. de reiudi. cum alijs trad. p Cro. in tract. de testi. num. 77. super sunt modo reliqui duo testes, qui deponunt dicta hora delicti audiuisse prædictum Dulcem colloquentem in eius domo prædicta habitationis, & eius affirmant habuisse bene notam uocem, & affirmant se credere, & pro certo tenere illum non potuisse interuenire in dicto delicto, nam ij testes probant etiam si ipsum non uiderint, ut in indiuiduo firmat Alexan. d. consi. 24. 3. col. uer. nec obst. ad quod faciunt trad. ad propositū lōgo sermone per Igne. in l. 1. §. hoc autem senatus consultum. num. 28. & seq. ff. ad Silla. nam si testis habens notam uocem delinquentis deponens ad offensam facit indicium ad torturam † ut per Cyn. Bal. Are. & Ias. in l. si non specialiter C. de testa. & Ias. in l. non minorem C. de transactioni. quanto magis probare debet ad defensam innocentiam inquisiti, ad quam probandam admittuntur contra regulas communes iuris, testes alias non admittendi, † ut supra, & si deponant per uerbum, Credere, uel (iudicio suo) & similium, ut per Nouel. loco præallegato. num. 32. & Crot. d. tracta. de testi. nume. 315. uer. 2. fallit, quod etiam procedit quando reddunt bonam rationem suæ credulitatis, ut p eū ibi. Et sine aliquo scrupulo, & difficultate res procedit, cum habeamus testes domesticos, & extraneos undique fide dignos, & probos, q̄ supplent fidem eorum quibus aliqua posset fieri obiectio Alex. d. consi. 24. col. 6. uer. 2. respondeo. Restat igitur Clar. Prætor, ut cassatis his iniquis sententijs hunc innocentem cōdemnantibus ad mortem pronuncietur non esse exequendas contra ipsum, & liberari, ac absolui ab eis, & a carceribus in quibus sponte se constituit.

3

4

5

6

Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

Fuit iste prætore Ill. D. Crispo penitus absolutus & intra breuissimum tempus.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Qui errauit propter pondus, uel aliud in solutione gabellæ quatenus excusetur, & si appareat ex alijs præsumptionibus non adfuisse animū fraudandi illam?

SVMMAE.

1 *Præsumptio omnis est capiendā, ut euitetur delictum.*

2 *Et pluribus concurrentibus est capienda delicti exclusiua.*

3 *Quantitas pecuniarum probatur iuramento soluentis.*

4 *Testis non meretur fidem, qui de propria re agit.*

5 *Dolus requiritur in fraudatione gabellę.*

6 *Gabellam nemo præsumitur uoluisse fraudare ex modico lucro.*

7 *Gabellam duplicatam soluere quis tenetur si in pondere, aut in alia re errauit non autem incidit in commissum.*

CONSILIVM DXXXI.

In Domino confido.

IMPVTATVR D. Bonauentura de sanctis quod inciderit in contrabannum, conduci faciendo uuas ex territorio Sancti Felicis ad territoriū Bondeni, nec soluerit Gabellam ad passum Duclarū per duos annos. Item, & quod uēdiderit caseum Magistro Antonio Gnolo ponderatum per officialem pro ponderibus 180. in petijs 81, & tamē tradidit petias 83. ponderum. 195. quas conduci fecit cum suis cūrru, & bobus ad dictam terrā Finalis. Verum ex defensionibus factis pro eius parte uenit absoluendus. Namque quo ad castellatam uuarum conductam anno 1577. apparet datium fuisse solutum, & de hoc non est dubium, de alia conducta anno præcedenti, non constat ex libro Capitanei dutiarum qui non scripsit solutionem datij morte peruentus, sed de solutione apparet ex testimonio D. Lucretiæ examinate in processu fol. 10. quæ attestatur dicto tempore Bonauenturam soluisse pecunias dicto Capitaneo, licet nesciat quātitatem, uel causam, sed cū non constet, quod alia de causa soluerit ad euitā-
1 dum delictum censetur ex alia causa soluisse, † cū omnis

omnis præſumptio ſit facienda ut euitetur deli-
ctum, Rom. conſi. 113. num. 1. Marſ. conſil. 21. nu.
2. & ſeq. Gramma. uot. 10. nu. 30. Io. de Amic. cō-
ſi. 60. num. 7. & concurrentibus pluribus præſum
ptionibus illa eſt amplectenda, quæ excludit de-
2 lictum † Rom. conſi. 68. uiſis nume. 8. & ibi in no-
uis addit. Gramma. conſilijs ciuilibus 7. in fin. &
19. num. 31. & conſi. criminali. 31. num. 12. Et de
3 quantitate pecuniarum † ſtandum eſt iuramento
d. D. Bonauenturę, iux. trad. per Bart. & alios in l.
admonendi. ubi Rip. num. 188. ff. de iur. iur. Marſ.
ſingulari 689. & Boer. dec. 243. in fi. concurrit &
teſtificatus. D. Ludouici de Sanctis eius Domini
Bonauenturæ patrui, qui atteſtatur de confeſſio-
ne dicti Capitanei ſolutionis ſibi factæ pro dicto
datio uuarum, licet fortè non teneretur ſoluere
propter concordium factum, cum officialibus li-
briculorum ſeu Gabellarum extra ciuitatem. Et
ſuper hoc arbitror iuſtè dubitari non poſſe.

Sed maius dubium uidetur ſuper uenditione
Caſei, In quo ſtantibus deductis in proceſſu, quod ip
ſe D. Bonauentura non mutauit petias caſei ma-
ioris ponderis apponendo maioris, ut creſceret
ſumma, & quantitas uendita, ut uidetur conclu-
dere primus teſtis, ſed id totum, quod repertum
fuit ſupereſſe ponderationi factæ per officialem
cenſetur fuiſſe cōprehēſam in ſumma ipſa prius
ponderata, cum in talibus ponderationibus fa-
ctis per officiales non ſubtiliter res penduntur,
a a ſed ruditer, & ad bonum pōdus. Ex quo de mo-
dico præiudicio agitur, ſecus quando fit ponde
ratio rerum emptori ad finem, ut pretium carū,
rerum ſoluatur, quia tunc ſubtiliter, & ad unguē
penduntur. Vnde differentia inter ipſas pondera
tiones aliquorum ponderum non deberet eſſe
in conſideratione, quicquid aliter atteſtetur offi-
cialis ipſe (cui cum fuerit delator, ut audio) nō eſ-
4 ſet ulla prę ſtanda fides, † ex quo de proprio com
modo agit. l. nullus. ff. de reſti. & l. omnibus C. eo.
5 tit. maxime ad inducendum † fraudem Gabellę,
b quæ exigit dolum, b Comen. conſi. 5. num. 1. Ber-
tach. tract. de Gabel. 9. par. q. 3. num. 6. Abb. conſ.
68. col. 1. in fi. 1. uol. & Rolan. à Val. conſil. 42. nu.
17. & 18. 3. uol. & cum hic ciuis paruum commo-
dum conſequeretur ex tali fraude non præſumi-
6 tur † uoluiſſe fraudare. Rub. Alc. conſi. 15. num. 2.
& Crau. conſi. 75. nu. 17. Et quatenus ipſe D. Bo-
nauentura poſſet in aliquo teneri, non de com-
miſſo teneretur, ſed ad Gabellam duplicatam
7 † iux. trad. in l. fi. §. diui quoque l. ult. ubi gl. & Do
cto. ff. de publica. & uectigal. Rolan. à Val. d. con-
ſi. 42. nu. 11. & ſeq.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

Fuit res ſilentio inuoluta, uel fortaſſe pecunia extincta.

Clau. Bertaz.

ADDITIONES.

a *Ideo hæc* conſuetudo excuſare debet, quæ certè apud nos uiget, & in multis alijs locis, quæ conſuetudo in gabellis ſpectari ſolet. l. ſi publicanus. ult. de publica. *Iul.* Ferret. in tract de gabell. nu. 236 imo. ſi conſtet ita publicanos conſueuiſſe ponderare etiam, quòd reliqui aliud faciant communiter in regione, conſuetudo ipſorum quaſi contrahentium eſſet magis attendenda quā conſuetudo regionis. l. uniuerſorum ff. de pignoratitia actio. & l qui ſe miſſet. §. 1. ff. de uſur. & ad propoſitū trad. Dec. in l. ſemper in ſtipulationibus nu. 8. ff. de reg. iur. *Bru.* qui tamē loquitur in moneta cuius. q. pari paſſu incedit cum q. menſuræ, uel ponderis, ut per *Bar* in d. l. ſemper in ſtipulationibus in tract de augumen. ult. concl. poſt med. uer. & ſi conſtaret.

Itaque excuſarem etiam ponderatorem, qui ſtante hac conſuetudine referet pondus non iuſtum, ut fauerct ſoluenti gabellam. nam hic non poteſt adeſſe dolus, & tenetur ſolum ille qui doloſam fecit relationem, & cōtra eum agi poteſt l ſi duobus. §. 1 & § ſeq & ibi glo. ff. ſi mens falſ. mod dixe & doloſe quis dicitur feciſſe qui malo animo aliquid fecit, bona autem fide ſi ita poſtulabat mos, uel per errorem Caſtr. in l. quamuis. ff. de demōſtr Fely. in c quia iudicante. num. 2. de præſcriptio. cum alijs relatis per Hierony de mont. in tract. de fin. c. 33.

b Qui dolus non eſt probandus ita perfunctorie, ut hic dicitur, & per teſtes non integros, ſed ſpecificè, & plenè neque accuſatus poterit puniri niſi dolum commiſerit
* & in his terminis eſſe communem * opinionem ſcribit Are conſi. 153. nu ult col ſi uer & eſt aduertendum Rim. ſen. qui plura refert conſi. 33. in 1.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Turpitudo quando poſſit allegari, & ſint admittenda capitula, ut illa probetur?

SVMMÆ.

1 *Turpitudo poteſt allegari, quia illius occultatio animæ interitum inducit.*
2 *Et iſta eſt manifeſtanda quando quis locupletatur cum aliena iactura.*
3 *Veritatē non opprimi iudicis debet eſſe munus.*
4 *Teſtes priuilegiati poſſunt cogi ad teſtimonium ne ueritas pereat.*
5 *Turpitudo poteſt allegari quando actus eſt contra legem geſtus.*
6 *Contrauenire quis poteſt rei a ſe geſtæ quando eſt actum contra legem.*
7 *Spurij ſi admitterentur ad ſucceſſionem patris ſui ex ſtatuto non ualeret ſtatutum illud.*
8 *Donatio ualet facta concubinę.*
9 *Spuriæ poteſt de iure canonico pro alimentis, uel dote aliquid relinqui.*
10 *Turpitudinis allegatio non admittitur quando dubium eſt, an actus ſit ualidus nec ne?*

11 *Du-*

11 *Dubium, ut quid dicatur, sufficit negatio, quæ facit rem dubiam.*

12 *Veritas quando non potest probari nisi per testes priuilegiatos, quando sint compellendi testimonium dicere.*

CONSILIVM DXXXII.

In Domino confido.

SVBTILITER, & eleganter in suis
motiuis nixa est ostendere D. V. capi-
tula in hac causa producta admitten-
da fore, per aliquot casus a regula sæ-
pius allegata exceptos, & profecto adeo addu-
cta per eam sunt colorata, ut etiam mediocriter
scientem ad ita iudicandum inducerent. sed, & si
aliqualiter contra partem nostram urgere uideā-
tur tamen ulterius cogitando, & medulitus consi
derando nihil, uel parum obstare arbitror.

Videtur enim prima facie dicēdum, quòd tur
pitudo possit allegari regula non attenta, primo.
1 quando turpitudinis occultatio animæ † interi-
tum induceret, c. lator. & c. cōsanguinei, & ibi om
nes de re iudi. c. 3. loco. ubi latè Fel. de præsump.
per glo. & Doct. in c. inter dilectos, de donat. & in
c. ex tenore, & in c. cum super de concess. præben.
& trad. Ias. post alios. in §. procurator pe. col. alias
allegato. 2. potest allegari fauore ecclesiæ. Tertiò.
libertatis iuribus supra allegatis. Quartò quoties
a quis cum aliena a iactura locupletaretur, quæ in
2 fide sit, manifestare † cogendus est, l. quoties. §. pro
tor de noxa. l. non intelligitur. §. tacite, ubi gl. de
iur. fis. ubi per confessionem partis deteguntur ta
cita fideicommissa, & hæc sententia receptissima
est l. Marcellus. §. primo, ubi Bart. rerum amot. Et
nititur ratione, quia ueritas opprimenda nō est,
3 quòd admittere non debet iudex cuius cura † nō
ad eius officium pertinet, spec. tit. de testi. §. quali
ter uer. dicitur, hinc traditum est, ut testes priuile
giati quando aliter ueritas haberi non potest, ne
4 ipsa pereat cogi, † ad testimonium perhibendum
posse, c. primo, & toto ti. ubi Doct. de testi. cogen.
probationis enim facultas non est angustianda,
l. quoniam C. de hæred. cum graue sit ueritatem
in probationum defectu occultari, c. quamquàm.
b 24. q. 3. uer. quando actus contra b legem est ge-
5 stus, turpitudo † allegari potest, gl. in l. a diuo pro
de rit. nupt. c. ex tenore. cum ibi not. per gl. & Do
cto. de concess. præben. Bal. in l. non dubium 9. col.
C. de legi. & in l. creditoribus. ff. de ser. pign. dat.
manu. & in l. prima 2. col. C. plus ual. quòd agi. &
trad. Ias. in d. §. procurator in 10. limitatione, &
moderniores in l. transactione alias allegata, fa-
cit, quia licitum est unicuique contra factum pro
b prium c uenire, † quando est actum contra legē, l.
6 post mortem. ubi Bar. de adopt. Vnde cum in ca
su nostro notorium sit puellam hanc ex nefario,
& incestuoso coitu ortam, indigna est iudicanda
donatione sibi facta, contra legem autem ex cō-
plexu C. de incest. nupt. maxime, cum huiusmodi
labe infectis iura aduersantur, ut nullus modus in
ueniatur per quem ijs consuli de iure ciuili possit,
Bar. in l. fi. ff. de his quib. ut indi. Et adeo hoc est
uerum, quod etiam statutum disponens spurios
ex testamento, uel alia ultima uoluntate posse suc
cedere patri suo non ualeret, quia daret occasio-
7 nem fornicandi, & sic esset contra bonos † mores,
l. conuenire. ff. de pact. dota. ca. quemadmodum
* de iureiur. & est communis * opinio, ut per Dec.
in c. in præsentia. nume. 43. de probat. Ex quibus
uidetur posse dici capitula per diuersam partem
producta admittenda fore.

Sed tamen his minime refragantibus non te-
merè à regula discedendum forè censeo, facio. n.
hanc conclusionem, quòd ista turpitudo allegari
non potest, quæ probatur ex alias in hac causa per
me adductis. Modo uidendum est, an scimus in
casibus aliquarum ex allegatis restrictionum. Et
breuitati studendo, non laborando, ubi non est,
opus solum urgentia, & necessaria tangam super,
flua omittendo. Omittam igitur quatuor primos
casus, seu arctationes, scilicet, quòd regula non
procedat, quando tractatur de interitu animæ, de,
libertatis, uel ecclesiæ fauore, & quando quis, cū
aliena iactura locupletaretur, quòd iureiurando,
tenetur manifestare, cum ij casus a nostro sint pe
nitus dissimiles, & diuersi, & ad rhombum non fa,
ciant, non enim tractatur hic de interitu, uel salu
te animæ alicuius, non de libertate, uel ecclesiæ
fauore, nec tractat ista puella de locupletando,
cum iactura istorum fratrum, quia, ut in secun-
dis meis allegationibus disserui, isti fratres dicun
tur tractare de lucro captando, & ipsa puella de
damno euitando, & ex diuersis non infertur. l. fi.
ff. de calum. l. maritus. C. de donat. inter uir. & ux
xor. cum simil. Solum ergo attingam quintum, &
ultimum casum, seu restrictionem unde pendent,
leges, & prophetæ, scilicet, quod hæc turpitudo
potest allegari ex quo actus est nullus, quia factus
contra legem iuribus supra allegatis, in quo du-
bio tribus medijs concludo a regula minime re-
cedendum fore.

Primò, quia ne dum non constat contractum
donationis factum per Honofrium patrem isto-
rum fratrum q. D. Raphaeli matri huius puellæ,
contra legem fuisse celebratum, sed immo con-
trarium, scilicet ipsum ualere apparet. Nam posi
to etiam, licet non concesso, quod ipsa Raphae-
8 la fuisset concubina dicti. q. Honofrij, negari † nō
potest quin ualuerit donatio, sibi facta, l. donatio
nes. ff. de donat. quemadmodum etiam ualeret le
gatum eidem factum l. qui concubinæ, & l. uxo-
rem. §. concubinæ. ff. de leg. 3. cui potuit succede-
re ipsa puella, licet enim propter incapacitatem
spurius de bonis patris habere nō possit, iuribus
in contrarium adductis, tamen potest habere in-
teruenientе medio hærede instituto, uel capien-
te de

te de manu patris, quia tunc non prohibetur ei succedere, l.si is qui.ubi Doct.ff.de uulga.& pupil.Ita in casu nostro, cum fuerint bona donata matri non potest dici ipsam puellam aliquid consequi ex bonis Honofrij, & ita ecstat contrarium. Et si dicatur, quod immo contractus sit contra legem celebratus, ex quo i donatione disponit donator, quod bona donata debeant deuenire in filios ipsius Raphaelæ, & sic in ipsam puellam, & per consequens dicatur consequi ab Honofrio, & de eius bonis, & sic contractus non ualeat, Respondeo, quòd immo dictus cõtractus ualet, & tenet, & factus est secundum leges. Nam Honofrius nõ donauit illa bona, ut deuenirent ad hanc puellã, precisè, sed ad filios ipsius Raphaelæ, & Mõdelini, quo casu si ista puella nõ sit filia Mõdelini, nõ est sibi aliquid donatum, ecce ergo, quòd contractus est ualidus. bene uerum est, quòd totum dubium stat in hoc, an ipsa sit filia Mondelini, nec ne? quo ad hoc, an debeat possidere, & habere ista bona, ut pateatur condictioni appositæ per donatorem, sed non propter hoc unquã potest dici contractum factum contra legem, & sic per cõsequẽs, quòd possit allegari turpitudo Honofrij, quia negari non potest quin fuerit ualidus, cum si uoluerint tenere ipsam fuisse filiam Honofrij non comprehenditur in donatione facta filijs Mondelini.

Secundò dicitur, quòd dato, quòd ipsi puellæ esset facta dicta donatio, & esset spuria, (quòd inficior) tamen dictus contractus potuit ualere de
9 iure canonico quo spuriæ potest pro† alimentis, uel dote aliquid relinqui. c. cum haberet de eo q duxit in matr. quam pollu. per adult. Bar. in d. l. fi. ff. de his quib. ut indign. Ale. consi. 74. uiso proces
* su. in fi. lib. 2. & est communis * opinio, quæ seruanda est etiam in terris Imperij, ut dicit Ias. consi. 26. omissis lib. r.

Tertiò, & ultimo dato, quòd ipse contractus esset, contra legem omnino celebratus adhoc, ut turpitudo allegari possit, opportet, quòd constet ita ipsum celebratum fuisse, quia quando non cõstat ita esse, sed dubium est, an sit ualidus nec ne tunc non admittitur talis turpitudinis allegatio.
10 † de hoc est tex. ad literam in c. cum super de cõcessione præbendæ. & est gl. approbata ab omnibus canon. in c. cum M. Ferrariensis in uerb. ad eã de constit. & in terminis decidit Ale. in d. l. transact. in fi. de transact. Nec potest dici quòd res nõ sit saltem dubia, cum nullibi constet de hac prætensa spurietate, quæ nec fuit detecta, nec de hoc est notorium, ut diuersa pars affirmat, & propterea non est ad tale assertum notorium proban. admittenda per ea quæ dixi in secundis meis allegationibus ad hoc enim, ut quid dicatur dubium re
11 gulariter sufficit negatio quæ facit rem† dubiam ut not. gl. & Doct. in l. 1. C. de procur. & in l. non solum. §. qui alieno. ff. eo. sed profecto non est quærendum, an sit dubium, quòd dictus contractus sit ualidus, quia ut supra ostendi est ualidissimus & per hæc tollitur hoc fundamentum, quòd uidebatur obstare, scilicet, quòd huiusmodi turpitudo allegari potest ex quo contractus fuit contra legem celebratus, quia immo fuit ualidus, & da-
d to, quod sit dubium, [d] hoc non potest allegari, ut supra.

Non obstant alia in dubijs ad hoc facientia allegata, quia tolluntur per prędictas respõsiones, quibus etiam specialius respondeo. Ad enim, quod dicitur, quòd testes priuilegiati quando aliter ueritas haberi non potest, sunt cogẽdi, respondeo, quòd nihil facit ad casum nostrum, cum sit casus omnino a nostro dissimilis. Nam aliud est ueritatem unius negotij non posse probari, nisi puta per duos priuilegiatos, est enim ęquissimum, quod cogãtur cũ probatur ueritatem aliter haberi nõ posse
12 per allegantem, ut not. Abb. & Fely. in c. super eo de testi. cog. ne probationum facultas angustetur, & ueritas non occultetur. Aliud est, quòd ueritas ipsa per certantem de lucro captando non possit allegari, cum turpitudini inhereat, ut in casu nostro.

Ex quibus arbitror satisfactum esse his per dominationem uestram in suis motiuis adductis. Reliquum est, ut eam obsecrem quatenus omnibus iuste trutinatis tandem uellit hoc emergens pro iustitia, & ueritate expedire.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

ADDITIONES.

a Et sic quando actor tractat de damno uitando, & alijs de lucro captando, ut in consi. seq. num. 5. nam licet quis nõ teneatur respondere petitionibus criminosis quibus detegitur crimen ut periurium, ut per Docto. post Bart in l. qui iurasse. §. si pater, & ibi Ias. ad fi. ff de iureiurã. Bal. & alij in l. 2. §. quod obseruari. nu. 23. C. de iureiuran. p calu. præstit. Curt. in tract. de positio. 2. breuiloquio. nu. 45. & seq. tamen Bar. in l. Marcellus. §. 1. & in d. §. quod obseruari distinguit quando actor tractat de damno uitando, & respondere debens de lucro captando, de quo meminit Cur. in loco præallegato. nu. 46. quod est intelligendum qãndo actor uere tractat de damno uitando. quia si sit aliquis cui nihil defunctus tenebatur relinquere qui uelit detegere simulationem, uel fraudem ipsius defuncti non admittitur ita declarat Bar in consi. 65. factum tale est 1. dub. nu. 1. & sequitur Bellemer. 716. 2. pagi. post princ.

b Secus est si factus est secundum legem, uel statutum, nam cum casus est a statuto decisus, & ex eo habeat reus intẽtionem fundatam non sunt admittenda capitula contra illius dispositionem. nec cogendus est illis respondere, quia si non tenetur qui fundatam habet intẽtionem ex instrumento respondere huiusmodi positionibus, ut p Cremens. singul. 157. Contra pręsumptionem Neuiz. consi. 7. nu. 6 & seq. & decis. Pedemont. 10. nu. 7. & seq. tanto minus qui habet intentionem fundatam ex statuto nam super decisis non admittuntur capitula, nec cogitur quis iurare Bar. & alij in d l. qui iurasse. §. si pater, & ibi Ias ad fi. ff. de iur. iuran.

Quod adeo uerum est ut credam statutum hoc licet exorbitans, & correctorium, & maxime recedens à regu

lis

lis iuris comprehenderē omnes etiam minores, quicquid dicat Marſ. in ſingu. 481. Nam vera, & cōmunis * opinio eſt, quod ſtatutum etiam exorbitans & correctorium comprehendat tam maiores, quàm minores ut probatur in c. conſtitutus de in integr. reſtitutio. & in l. ſi ſine § Lucius. ff. de admini. tuto. quod & voluerunt Bald. in conſil. 958. ſuper eo. in fi. 1. colum. in 31. Barba. conſi. 44. colum. penul. in fi. in 30. Ro. conſ. 166. Viſa num. 1. Alex. conſil. 61. num. 33. & 244. num. 9. in 60. cum alijs citatis. & Tiraquel. in tracta. de retract. tit. 1. §. 1. gloſ. 13. in fi. ipſius tit. in 54. plene Nat. conſilio 540. nu. 13. & ſequent. nu. 15. Marc. Blanc. qui alios citat in tract. de compromiſſ. q. 3. num. 39. verſ. minor. & pulchre comprobat Io. Mauric. in trac. de reſtitutio. in integr. cap. 93. colum. antepenult. verſicu. quid vero in tam dubio, qui omnes loquuntur quando ſtatutum loquitur in exorbitantibus, vel correctorijs. quo fit ut male Marſſenſiſſe videatur in loco ſupra adducto q ponendo dictam regulam voluit illā limitare in exorbitantibus quibus caſibus loquuntur docto. ſupra citati, & plures alij quos citare poſſem, & licet aliqui ex citatis per eum id teneant, non tamen loquuntur niſi in caſibus ſpecialiſſimis, in quibus verba ſtatutorum minoribus non poterant conuenire, vel ex aliis ſpecialib. rationibus non comprehendebantur, ut in caſu conſilij Angel. 160. qui loquitur in ſtatuto generaliter loquente de alienante, quod non comprehenderet minorem, in quo per particulare erat prouiſum ſuper modo & forma ſuarum alienationum faciendarum. Rom. in ſing. 816. tu audiuiſti loquitur in ſtatuto puniente factum quod de iure communi non erat delictum. in cōſil. 120. in conſtitutione mandante debitorem capi cū minor ſecundum ipſum de iure communi non poſſet capi, pro debito ciuili quod ſcio etiam habere difficultatē. Soc. in conſ. 124. in 3. loquitur in infantē, ut nō comprehendatur in ſtatuto puniente filium pro patre ſicuti in infante loquit. Cor. 1 conſ. 173. in 1, qđ non cōprehendatur in ſtatuto quod filij etiam emancipati tenētur ad debita patris ceſſantis. & in pupilla pariter loquitur Marſ. in d. ſing. in quo ſtatutum. de excludendo filiam dotatam verificari & idem in infante loquitur in ſingul. 362. quod non comprehēdatur in ſtatuto qđ pater tenentur pro delicto filij. Cur. etiam iura conſ. 1. in fi. loquitur in pupillo q non comprehendatur in ſtatuto de ſciente & loquēte, cum in eo non cadat ſciētia.

Exemplum itaqua erit de ſtatuto noſtro quod uult ut confeſſio dotis receptę teneat, nec poſſit reſpectu uiri confitentis opponi de ſimulatione, vel exceptio non numeratæ pecunię vel dotis, ſed tātummodo reſpectu crēditorum quibus eo caſu confeſſio nō præiudicat, ut ſtatutum ipſum aperte diſponit quando .n. ſtatutum validat talem cōfeſſionē habet à principio p veritate vt ad propoſitū trad. Bal. in rub. C. de priui. dot. nu. 6. ver. idem dico, & idem videtur velle in l. pecuniæ nu. 4. C. de ſolut. & Fel. in c. ſi cautio. nu. 50. verſi. fallit 2. de fid. inſtr. & Rui. conſi. 190. nu. 6. in. 1.

c Hoc poteſt facere ſi alleget fraudem quam paſſus eſt modo illius extent aliquæ coniecturæ Ber. in 5. poſt contractum colum. 9. ver. ſed, an venditor ipſe ff. de donat. Dec. cōſ. 659. nu. 3. ver. Nec huic pſumptioni. Rim. iun. conſ. 62. nu. 22. & ſeq. Decia. conſ. 105. n. 28. in 2.

d Nam licet ſecundum cōmunem practicam in dubio admittantur capitula ſaluo iure impertinentium, ut p Gram. deciſ. 41. nu. 3. & per Rui. conſ. 194. in fi. in 1. & idem ex forma ſtat. noſtri de poſitionibus, & eſt in terminis deciſio caſtellio. in 7. alleg. col. 14. in fi. tamen quādo notorie & clare apparet non eſſe admittenda, talis Stylus vel praxis non eſt ſeruanda, ut in his locis tā Gram. quàm Rui. expreſſe declarant, & ſi iudex manifeſte viderit capitula non eſſe admittenda ea poterit reijcere & ſi ſtatutum hoc expreſſe non diſponeret, ita eſſet interpretandum & ſupplendum. Imo. in l. dies, quæ eſt l. 4. prætor ait nu. 11. ff. de dam. infect. Iaſ. in d. §. idē Iulianus nu. 33. & 34. claud. in l. à qua. §. ſi de teſtamento. col. fi. ff. ad Treb. làte Pariſ. con. 97. ad fi. in 1. & 67. nu. 11. cum ſeq. in 4. & aſſignatio termini probatorij non pręiudicat ſi conſtet non debuiſſe aſſignari Bar. in l. ſi duo patroni. § Iulianus nu. 11. ff. de iureiur. Bertrād. conſ. 214. nu. 8. in 3. vol. 2. pa. Marſ. in ſingul. 198. Teſtis. quia eſſet multiplicare errores.

Clau. Bertaz

ARGVMENTVM.

In eadem cauſa reſpondendo dubitationibus diſputatur de non nullis fallentijs regulæ, q turpitudo non poſſit allegari, cel quia allegatur replicando, uel quia ſit detecta.

SVMMAE.

1 *Turpitudo poteſt allegari in uim replicationis.*

2 *Idem eſt quando iam eſt detecta turpitudo.*

3 *Regulæ tanquam Bononienſes Carotio adhærere debemus.*

4 *Et qui habet regulam pro ſe dicitur eſſe certus.*

5 *Turpitudo vt poſſit allegari replicando, neceſſe eſt, ut actor allegās tractet de damno euitando, & reus de lucro captando.*

6 *Et quando vt detecta poteſt adduci, neceſſe eſt, ut ſit detecta per ſententiam.*

7 *Excommunicationem allegare licet ſi eſt detecta per ſententiam.*

8 *Turpitudo vt dicatur detecta debet conſtare per confeſſionem partis, non per teſtes in ipſamet cauſa examinatos.*

9 *Detectus quis proprie dicitur quando eſt conuictus.*

10 *Et detecta ut dicatur turpitudo per confeſſionem neceſſe eſt, ut illa non ſit impugnata per partem.*

11 *Et ſi dicatur notorium eſſe, neceſſe eſt allegare iſtud notorium.*

12 *Hæreditas patris non eſt debita filio, & de illa.*

13 *Certans filius dicitur tractare de lucro captando.*

14 *Turpitudo etiam detecta non poteſt allegari, quando allegans tractat de lucro captando.*

15 *Honor est omni commodo, & pecuniariæ utilitati præferendus.*

CONSILIUM DXXXIII.

In Domino confido.

SUPERIORIBUS diebus memini mag. & quidem iustissime prætor nõnullas allegatiunculas scripsisse ad fauorem Mondellini de Mirandula, & seu cuiusdam puellæ eius filiæ contra quosdam filios, & heredes mag. Honorij super illo emergẽti, an illa capitula tractantia de probando incestũ dicti Honorij, tamquam allegantia eius turpitudinem debeant admitti. Et quia res admodum perspicua mihi uisa fuit breuibus me expediui, Nunc modo quia ex literis solertissimi procuratoris ipsius Mondellini in re tam facili opere pretiũ et duxi latiori pagina adeo rem explicare, vt hæsitationi locus haud relinquatur.

Dubitatˀ igitur per D. V. iuribus in primis meis allegationib. non attentis, posse admitti capitula producta, & super eis recipi testes duob. mediis, primo, quia regula, quæ traditur in locis per me allegatis, s. quod turpitudo non põt allegari limitatur non hõc locum in allegante talẽ turpitudinẽ

1 † in vim replicationis, est tex. in l. de tutela. C. de in integ. rest. mino. & est cõis * opi. Doct. in l. alias quæ legitur cum §. si. præcedentis legis. ff. de iureiu. & trad. cõi cãle. & scribentes in l. transact. la 2. C. de trãsac. & trad. Abb. & alij in c. cũ sup qst. de concess. præb. trad. Fel. latè in c. 3. loco. num. 7. de præsump. & in c. lator. in prin. in secundo casu de re iudi. & Dec. in consi. 14. in fi. per me allegato.

Secundò, quia illa regula etiam limitatur non

2 procedere † quando turpitudo esset iam detecta, quia tũc potest allegari. d. l. alias. de iureiur. l. decreto. ff. de suspect. tuto. l. relegatorum. in fin. ff. de ** interdict. & releg. cum sim. & est crebrior ** sententia in d. l. alias. & in dicta l. transactione. & in dicto cap. cum super quæstio. & tradit Felyn. in dicto cap. tertio loco. num. 8. quarta fallen. in d. cap. lator. in prin. in tertio casu, & in cap. suscitatus. num. 6. de rescrip. cum simil. quæ detectio videtur facta cum allegetur hoc etiam publicum, & notorium, in terra Mirandulæ.

Quibus tamen non obstantibus intrepide cõtrarium de iure iudicandum esse censeo, moueor enim primo ex regula allegata in primis allegationibus, quòd nemini decet turpitudinem suam vel eius cui successit allegare, iuribus in eis addu-

3 ctis, cui † ecu Bononiẽses Carotio adhærere debemus, ut dicit glo. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. Nam qui habet regulam pro se dicitur esse

4 certus † ut no. inquit Barto. in l. secũda. 2. colum. ff. si quis in ius vocat. non ierit. sequit., & alia quãplura adducit, Dec. in l. prima, ff. de reg. iur. cum ergo habeamus pro nobis regulam debet ostendi exceptio alias est pro nobis iudicandum iuxta not. per gloss. & Ange. in l. qui restituere. ff. de rei uendi. & per Dec. latè in d. l. 1.

Nec obstant in contrarium supra allegata, & primo quod ista turpitudo possit allegari in uim replicationis quia respõdeo quòd ad hoc ut possit taliter allegari duo copulatiue exiguntur, scilicet quòd talis turpitudo allegetur contra princi-

5 pem fraudis seu illius turpitudinis. Secundo, quòd actor allegans tractetur de damno † euitando, & reus de lucro captãdo, & ita loquitur Imperator in d. l. de tutela, & ita eam intelligunt Iac. But. Bal. Fulg. & Alexan. ibi secus autem esset quando esset actor & reus in pari causa, quia tunc paria delicta mutua compensatione tollerentur l. uiro ubi gloss. ff. solut. matrim. & ita declarat Bartol. in dicta l. alias. seu in §. procurator. l. præcedentis cu ius opinion. (ut ibi trad. Aret.) & est communi-

* ter * approbata, & trad. omnes docto. tam legistæ quam canonici, in locis etiam supra in contrarium adductis, & post alios Alcia. in dicta l. transactione. in tertio casu: & dixi etiam in primis allegationibus, & ab hac opinione ita distincta, & declarata, non memini uidisse aliquem discordare, Modo uelim mihi ostendi nos esse in casu huius limitationis. Quippe enim nescio quis velit tenere Mondellinum, vel eius puellam esse participem, turpitudinis opere, vel consilio, quo proprie dicitur quis particeps, vt est text. in l. vni. C. se rector prouinciæ, Nam etsi præsupponeretur tale scelus commissum fuisse per matrem dictæ puellæ hoc non debet nocere ipsi filiæ, quia filius non debet portare iniquitatem patris l. siquis in suo C. de inof. testamento. similiter ipsa possidet bona donata eius matri, & sibi, & est sibi ius quæsitum, modo isti fratres & fili Honofrij tractant de auferendo ab ea ista bona, & propterea ipsi tractant de lucro captando, ut inferius ostendam, & ipsa de damno euitando. & ita clarissime patet, nos non esse in casu primæ limitationis supra allegatæ.

Secundo etiam non obstat secunda restrictio quod ista prætẽsa turpitudo sit detecta, & proptere a possit allegari iuribus supra allegatis, quia dupliciter respondeo, primo quia nego talem detectionem, nec video vbi constet detectam esse talem assertam turpitudinem, nam ad hoc ut turpitudo dicatur detecta, requiritur quod sit de

6 tecta † per sententiã, & ita intelligitur dicta l. alias ut ibi per Pet. Barto. Bald. & omnes, & similiter aliæ leges ad hoc allegatæ ut supra, ubi erat sentenna lata super hoc, & sic erat notorium, quod probatione non indiget. l. emptorem cum gloss. ff. de action. empti. Vnde licet ex-

7 communicato † allegare excommunicationem, ex quo est detecta per sententiam, ut tradit Bal. in capit. intelleximus. secunda colum. de iudic. refert. Iasõn dicto §. procurator. octaua colum. versicu. 2. adde. & Fely. in omnibus locis, supra alle-

allegatis, uel saltem ad hoc vt dicatur detecta, de beret constare per confessionem partis, uel per
8 testes in ipsamet † causa examinatos, ut trad. Bal. & Saly. in l. fi. C. de non num. pec. ubi dicit, quòd licet ubi iuratum est omnia in contractu celebra
a ta vera esse, non possint partes uenire a contra iuramentum allegando simulationem, ut per Canon. in cap. cum contingat. de iureiuran. tamen si probationes allegantis simulationem fuerint parte non opponente admissæ, & receptæ, tunc post detectam turpitudinem potest eam allegare, refert, & sequitur Fely. in locis supra allegatis oportet igitur ad hoc ut dicatur detecta ista turpitudo, quòd ille qui de ea est particeps sit conuictus seu per sententiam seu per testes, seu per eius propriam confessionem, nam quis proprie dici-
9 tur † detectus, quando est conuictus. l. j. §. si publico. ff. ad l. Iul. de adult. & no. Alber. in dictionario suo, in uerb. detegenda. Immo fortius necesse est adhoc ut dicatur detecta turpitudo quòd cõstet de illa detectione in illo iudicio & inter easdem partes adeo, quòd non sufficeret confessio facta in alio iudicio, uel etiam in ipso iudicio impugna
9 ta † per partem, ut in terminis tradit Aret. in cõsil. 96. in præsenti consultatione in 3. col. uersicu. circa tertium. Ex quibus patet quòd ista detectio debet constare in iudicio, & non extra iuditium, & ita omnes Doct. limitantes regulam non procedere quãdo turpitudo est detecta sentiunt, & expresse intelligunt quòd sit detecta in iudicio & propterea non sufficit dicere, & allegare, quòd sit detecta extra iudicium, quia proprie non dicitur detecta, ut supra, nec debent admitti ad probandum istum assertum notorium, quia plusquã ridiculum esset tenere, quòd ex quo non possunt audiri, hac uia, allegando turpitudinem, deberẽt audiri, ad probandum per testes alia uia notoriũ esse eam cõmissam fuisse, quia cum quid una uia prohibetur alicui ad alia nõ debet admitti, ut in reg. cum quid de reg. iur. in sexto. cum concor. ibi not. Et profecto esset aperta uia fraudibus si hoc concederetur, quia quando quis repelleretur ab allegando turpitudinem contra regulam semper allegaret ipsam etiam detectam, etiam iudiciũ, & esset publicum, & notoriũ, & offerret se id probaturum, & ita probando, de notorio pariter nedum allegaret, sed probaret turpitudinem, quod non est tolleran. ne fiat fraus regulæ, alias. n. regula ipsa nobis seruiret de uento. Præterea nescio quo modo possint admitti ad probandum tale assertum notorium, cum sit prohibita ipsius allegatio, nam non dicitur, quòd turpitudo non possit solum probari, sed quod nec allegari potest iurib.
11 allegatis, sed necesse est allegare † istud notoriũ. l. si adulteriũ cũ incestu. §. idem Pollioni de adul. & no. mod. in l. si uero. §. qui pro rei. ubi Soc. nu. 8. & tamen allegando allegatur turpitudo, & ita repelli debet allegans per regulam supradictam.

Secundò, quod ista turpitudo prætensa posset dici detecta (quod nequaquam sanum caput per prædicta fatebitur) tamen talis asserta turpitudo nõ potest allegari cum isti fratres tractent de lucro captando. s. de auferendo a prædicta puella res suas, & quas ipsa tenet, & possidet. nam licet bona donata essent de bonis patris, tamen illa bona
12 non erant sibi debita, quia hæreditas patris † nõ est debita filio, sed quasi debita. l. fi. §. sin autem propter. C. de curat. fur. l. & quia. ff. pro soc. & no. glo. in l. si emancipata. C. de iu. & fac. ign. Et propterea concludunt Bar. & omnes in d. l. si emancipata. & Cyn. Bald. & communiter omnes in l. iuris ignorãtia. C. qui admit. quod filius certans de hæ-
13 reditate pfis dr tractare, de lucro captando, † sequitur Rom. consi. 125. mater & soror, & Soc. in consil. 1. prope fin. Quod modo etiam turpitudo detecta non possit allegari, quando allegans
14 tractat de lucro † captando decidit Bal. in præal legato cap. intelleximus de iudi. & sequitur Ias. in dicto §. procurator. col. 8. uersic. 3. adde quod Bal. & in propriis terminis etiam quod sit detecta turpitudo, & allegetur in replicatione, quod tamen reijciatur trad. Alcia. in l. transactione in 4. casu, ubi fortius tenet, quod etiam detecta non possit allegari contra participem fraudis. Patet igitur, euidentissime, quòd quoquo te flectas iudicandum est capitula non esse admittenda, & cum hoc dubiũ non habeat, ulterius nõ insistam, solum D. V. admonere mihi visum est, vt ne se reddat in hac causa præcipitem, sed matura consideratione omnia uideat, quia ultra bona hic tractatur de hono
15 re & patris, & filiæ, ac defunctæ, † qui est omni commodo, & pecuniariæ vtilitati præferendus. C. de insti. & substit. l. Iulianus. ff. si quis omis. cau. test. & pari passu procedit causa vitæ, & causa honoris. l. iusta. in prin. cum glo. ff. de manu. uindit. immo a bonis uiris est magis timenda amissio honoris quàm mors. l. isti quidem. prope fi. ff. quod met. cau. Nam ubi est maius periculum ibi est plenius consulendum. cap. ubi periculum. de elect. in sexto.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

ADDITIONES.

a Si quidem quando contrahens iurauit omnia, & singula in instrumento contenta vera fuisse, & esse licet in hoc articulo reperiantur nonnulli Docto. contradicentes, & contrariam opinionem sequentes, attamen verior, & frequentior est opinio tenentium non posse opponi uel allegari de simulatione, vt tenent Pau. de Castr. in l. fi. numero sexto. C. plus vale. quod agi, quàm quod simulatur concipi. Alexan. numero decimoseptimo. Aret. columna quinta. in fi. Ias. numero quadragesimosexto. & Ruin. columna decimaoctaua. & tribus sequentibus. ubi latissime. & respondet in his terminis omnibus tenentibus in contrarium, in l. nemo potest. ff. de legatis primo. Alexan. consilio trigesimosexto. Viso themate in fi:

3.dub.3.col,in 2 Soc.consi.82 nu.2.& consi, sequent nu, 6.in 3.Rim.consi 407 nu.28.vbi illam admittit nisi simulatio sit detecta, Marsil singul.474 contractus Rui. etiam consulendo eam sententiam pluries amplexus fuit rectius sententiens quàm in consilijs in quibus alter tenuit in cons.389. num, 22.in 1.126 num 20.21.in 3.32. nume 5 103.colum.fi.circa med quam etiam admittit in consil.138,num.7.colum.fi.in 4 Gozad.etiam latè in consil.169 nume.16.17.Curt, iun.consil.74.num. 4 108.nu. 13.vbi dicit esse communem,& 110.num.15 Paris. consil.111.num,12.13.in 4. vbi obicit eam communem & ab ea in praxi non esse recedendum quam etiam tenet Franc.Marc.in q Delphi.507 num.6.2 pag.Soci.Iun. consil.50.num.3.in primo Gramma.decis.45.num. 1. & seq. Alcia.qui etiam dicit opinionem communem in consil. 66.nu.6,lib.8.quam etiam tenet Nat,consi.145.num.10. 11.Rolan.à Val,consi 93.num.22.& seq. in primo. latè ét illam tenet, ac defendit Ceph.in consi.131.nu,6.ubi plura ad propositum adducit Port,in consi.66,nume..13.14. & 192 num.9.

Verum quando iuramentum est non solum assertoriũ, sed etiam promissorium tunc minor est difficultas, vt si quis dotem recepisse confitens iuret omnia, & singula in ipso instrumento contenta vera fuisse, & esse, & sic iusm primum sit assertorium deinde addat iuramentum promittendo dotem restituere in omnem casum dotis restituendæ, & consignandæ, hoc enim casu non præsumi simulatam confessionem, nec de simulatione dici posse dicit Imo.in c,cum contigat. fol.22.versic. & prædicta procedunt de iureiu.cuius opinionis videtur esse Barba.in cõsil.59.ante fi.in 2 quam late defendit Aret.in consi 74. diligenter & mature,secundo dubio.col.4.Alex.in l si donatione.num 6. C,de collatio. Bal.nouel. in trac. de dot.10. par.num 10 Soc.in consi 61.3,colum.tertio dub. & consil.66.colum.7.in primo.& consi.72. num.1.2. in quarto. Ias.in consi.184 2.dub.peu colum.ante fi.in 2.Dec. consi. 302.num 3.Bertrand.consi.14.col.3.uersi. non etiam obstat.3.uol.2 par.quam opinionem tam legendo, quàm cõsulendo tenuit Ruin.ut in d.l.nemo potest. col.19. & seq. ubi reprobat Soci.in l.1. ff. solut.matr contrarium tenentem quam admittit in d.consi.190 num.8.in 1. consil.70. num.7.& in fi.in 3.& in consil.130.num.7.colum.penult. ad fi.in 4.Cur.iun consi.95.num.5.4 conclusio.Ioan.Lop. in rub.de donatio inter uir & ux §.fi.num. 4 & seq. Alcia. d.consi.66.num.4 & seq.Nat.consi.28.num.8.& sequẽ.& Ceph.latè d.consi.131.num 6.

Quæ sententia tanto clarius procedit si fuit in instrumento renunciatum exceptioni simulationis, & alijs eiusmodi exceptionibus,ut per Gozad.consi.69.num.18. Rolan.consi.93 num.20 & seq & num.44. qui loquitur quando etiam facta fuit coram iudice.

Et quòd hoc casu capitula ad probandum simulationẽ non sint admittenda tradit Aui.d.consi.103. ad fi. in 4. ét cum clausula (saluo iure impertinentium, & non admittendorum) ubi per eum,& Gramma.d.decisio.45. nume. 4.& seq.quia cum non possit opponi simulatio nõ põt detegi turpitudo contrahentis. Nat.d.consi.145.nu.10.11. Rolan.d.consi.93,num.27.& seq.& alij plures ex supra citatis.

Quæ conclusio ampliatur procedere etiam si petatur absolutio a iuramento,& obtenta sit, Aret.in d. l.nemo potest col.5.in fi,uersic.ultimo.adde sub num.4. Ias.ibi, nu. 46.& Ruin.col.21.in fi.Alex.d.consi.36.3.col.2. uolum, & Gozad.d.consi.69.num.17.

Quod etiam procedit in hærede iurantis qui licet non ligetur quo ad animam, ligatur tamẽ quo ad obseruantiã contractus,ut possit conueniri Imo.in d.c.cum contingat. d.char.22.in fi.Signor consi.120.num.5.ubi loquitur qñ heres agit.Cap.consi.144.num.7.Corn.consi.147.col.3. post med.in primo,Cur,iun.d.consi.110.num.16.& Rui. consi.32,num.5.in 4.ac Craue. consi.125.num.6. quod et nullo addito contrahentis iuramento procedere defendit Ceph.d.consi.284,num.13.

Et licet sciam non deesse quàm plurimos, qui dicunt communem esse opinionem contractum non ualidari ita iuramento etiam promissorio, quin de simulatione dici possit etiam si sit iuratum omnia, & singula esse uera, attamen ex supra relatis apparet hanc opinionem esse cõmuniorem,nam Rui. Soci. Paris.qui in hoc articulo fuerunt contrarij tenuerunt tamen hanc opinionem in pluribus locis,unde magis illis standum est.Ias.consi.89 col,fin. in 3.sicuti etiam illis standum est, quia ibi copiosius examinarunt,ut per Neuiza.in Sylua.nup.lib.4 num.29.& Doc. sæpe quando habent bonum,& reale fundamentum quãdoque pro ornatu consilij addunt responsionem non bonam,& ideo illorum authoritas in casu illius superabundantis rationis non est magni facienda, ut trad.Soc. consi. 35.col.fi.in 3.Corn.consi.7.in 4.

Præterea Ruin.in consi.130.in primo. loquitur quo ad præiudicium creditorum,ut nu.4. & seq.admittens quod aliud sit respectu meriti,& eius hęredum, ut in uer.quantum ergo, & in consi.154. num.7. & seq. fundat se in eo, quia turpitudo uidebatur detecta licet etiam in hoc fuerit melius loquutus in d.l.nemo potest,& in consi. supra citatis ubi reprobat opinionem Soci.in l.1.num.105. ff. solu. mat.Et Soc.consi.66.non loquitur quando fuerat appositum iuramentum promissorium,quia ex eo tenet contrarium .col.7.fere per tot.in primo. idem etiam Rui, consi. 190.& 130.num.15. 2. col.in 4.loquitur in præiudicium creditorum, & in iuramento assertorio tantum, & idem Cur,iun.in consi 95.Didac.primo lib.resolut. c.7.num.5. prima pag. ad fi. dicit communiorem sententiam quãdo adest iuramentum promissorium, & licet infra sequatur opinionem contrariam attamen ita sequitur ut uideatur sequi nostram cum qualitatibus a nobis expressis.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

An cautionem de non offendendo rumpat offensa leuis, ut urtatio, & quæ sit leuis offensa, & quomodo sit consideranda respectu personæ offensæ,& de illius taxatione.

SVMMÆ.

1 *Auxilium parans innocenti ne damnetur bonũ opus operatur.*

2 *Verisimile quid dicatur, & quid in uerisimile, & de utriusque effectu.*

3 *Offensio dicitur omne illud quod aliquẽ ad iracundiam prouocat.*

4 *Et dicitur offensio quamuis non sit punibilis.*

5 *Offensio est in personam ubi aliquo modo tangitur persona.*

6 *Et si offendens non personam, sed pannos aut uestes attigerit.*

7 *Pœna promissa sub conditione si quis offenderit uerificatur etiam in minimo ex proprietate.*

8 *Offensa leuis etiam lędit promissionem de non offendendo.*

Cautio

9 *Cautio, non offendendo solet dari de ut omnis delinquendi soluatur occasio, est enim leuis oc casio plerunque magni ponderis.*
10 *Prohibito uno omnia censentur prohibita per quæ ad illud peruenitur.*
11 *Minima sunt in consideratione si eadem est ratio in minimis, quæ in maioribus.*
12 *& de illo non curatur si tendit ad conseruandam dispensionem iuris specialis contra ius commune.*
13 *Offensio qualibet licet leuis de iure communi est prohibita.*
14 *Miles magis offensus dicitur quàm alius.*
15 *Offensæ leuitas ac grauitas diiudicatur ex qualitate, & conditione personarum.*
16 *Iniuria atrox efficitur ratione loci publica in quo fit.*
17 *Iuramentum potest deferri offenso circa grauitatem offensionis.*
18 *Iniuria quàm maxime consideratur ex æstimatione ipsius partis.*
19 *Hanc què taxationem iudicis deinde taxatio subsequitur.*
20 *Rixę contra authorem omnis est facienda interpretatio.*
21 *Pax an rumpatur propter leuem offensionem.*

CONSILIVM DXXXIIII

Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circunstantiæ labijs meis.

REQVISITVS, vt scribam, quid sentiã de rixa coorta inter Dominos Hieronymum, & Antoninm fratres Ceruos, vel Sanmartaninos ex territorio Leonino ex parte una, & Dñm Leonardum Papinum, uel Cortesium ex parte altera; quisnam scilicet eorum rixę causam dederit, eiusq; author fuerit: non volui prouinciam hanc recusare; bonum enim opus operatur quisquis scriptione sua auxi
1 lium innocenti † parat, ne damnetur, arg.l. ab sentem. ff. de pęn.l. aduocati. C. de adu.diu.iud. quod minus ægre illi ferre non debent, qui, ut nocẽtes debitis pœnis subijciuntur, sciant enim pœnam omnem à Diuina esse uoluntate, & propterea recte agi cum illis hominibus, qui pęna sua bene utuntur, & hi sapientius faciũt illis, qui animo nimis iniquo omnem auertuntur pœnam, nesciẽtes scilicet nobile illud. D. Aug. proliquium, Nullam pœnam maximam esse pœnam. Itaque mea est opinio, satis constare ex utroqne processu tã formato pro curia, quàm pro prædictis Hieronymo, & Antonio fratribus Sanmartaninis, D. Leonardum Papinum fuisse authorem rixę coortæ. rursus puto constare de offensione illata a D. Papino dicto Domino Antonio Ceruo, non solum ex testium depositione, sed ex confessioue ipsius met Papini; qui suo constituto, de quo in proc. pro Curia char. 23. affirmat se intulisse, & vt uulgo dicitur, hauere urtato, ipsum Ceruum: qua confessione propria non est vlla maior probatio, ut est clarissimum, est enim superlatina probationum, vt uocant. Et quanquam ipse Papinus ad sui excusationem adduxerit, quod Ceruus prior ipsum impulerat; id tamen nullo modo ipsum uiuat, cum falsum sit, nec appareat ex aliqua parte proc. Et addo id non solum non probari ex processu, sed præterea carere omni uerisimilitudine, tum ratione loci, erant enim in portticu eiusdem Papini, tum ratione numeri personarum, erat enim Coruus solus, Papinus autem comitatus duobus, Rando, & Raualio eiusdem cognationis cum Papino, & inimicis, sicut audio, Gaianis, & comprehensis in treguę instrumento. Quibus sic se habentibus, qnis dixerit verisimile esse, quòd Ceruus primus voluerit offendere Papinum impellendo ipsum? non refero autem habere uulgatas DD. traditiones circa ea, quæ sunt uerisimilia, & ea, quæ sunt inuerisimilia,
2 & circa vtrorumque † effectus, de quibus plura Tiraq.l. si unquam in præfat. num. 37. & sequen. C. de reuocan. donat. ubi pulchre. Restat ergo uidendum, nunquid Papinus fecerit aduersus instrumentum treguam postremum ann. 1576. die 26. mens. Decem. quo promissa est pœna scutorum 500. & quoniam clausula eius instrumenti, qua prohibetur offensio, concepta est his uerbis: & præsens fideiussio nonquam intelligatur, nec sit rupta, nisi interuenerit sanguinis effusio, uel offensio in personam de facto; prout sic declaratum fuit, omitto verba plena iniuriæ, & contumeliæ, quibus constat ex tot. proc. Papinum non prouocatum nsum fuisse, & insultasse contra Ceruum. Non uidetur autem dubitandum, quia Papinus impellens Ceruũ intulerit offensionẽ in personã illius de facto, quę sunt uerba clausulæ, quorum ordinem prosequar, Porrò si offensio dicitur
3 omne illud, quod aliquem ad iracũdiam † prouocat, & maxime si à lege, uel ab homine pœna aliqua inferri possit prouocanti, Bar.l. licitatio, §. q il licite, num. 4. ff. de public. & vectigal. Octau. Vulpil. de treug. & pac. quæstio. 90. & Ange. Nicolin. consil. 23. num. 17. tom. 2. criminal. poster. immo
4 dicitur etiam offensio, quanuis non † sit punibilis Bar.l. 1. ff. de his, qui. ut ind. &c. Crau. consil. 2. numero 12. non est dubium Cernum ad iracundiam, & rationabilem, & maximè quia militiam, & arma profitetur, prouocatum, offensum fuisse à Papino. Quòd verò offensio fierit in personã Clarissimũ est, cũ psona tacta fuerit, quo casu

Casu ob interuentum tactus personæ nō licet dubitare factam offensionem fuisse in personā, quāuis.n.DD.uariè loquuti fuerint, dum interpretati fuerunt materiam offensionum; nullus tamen un
5 quam negauit offensionem in personā † esse, ubi tangitur persona, Guliel.& Bal.l.si qua per calumniam, in princ.S. de Episc. & cler. Anch,c.si clericos.in fi.de sent.excommu.in V I.Dec, cons.406. & plures alij, de quibus idē Guliel, q.91. per tot. & maximè nu,17. quinimmò placuit etiam aliquibus offensionem posse dici in personam, etiā
6 si offendens † non personam, sed pannos, aut uestes attigerit, iuxta Bal.in l.ad testium.§.ulti. ff. de test.& Ang.de Malef.glos.per pannos, sinè caput quęst.1.ergo iam habemus offendisse Papinum in personam. Offendisse autē facto; quod est tertium, de quo in clausula, tam clarum est, ut non egeat iuris probatione; esse enim impulsionem, uel percussionem, & ictum manuum in corpus alicuius factum quis dubitat. Verū tentat Papinus, ut audio se defendere eo noīe, Quod quāuis offenderit Ceruum in personam facto; quia tamen leuis fuit offensa, nō est reus uiolatę pacis, nec tenetur pœna instrumenti. Sed ego respondeo dupliciter. Primò quòd ubi etiam demus offensam illatam Ceruo leuem esse; nihilominus uerum est uenisse Papinum contra instrumentum, quod probo autoritatibus, & rationibus. Primò ita sentit Hieron.Grac.cons.73.nu.5.2.uol.ubi dixit pœnā
7 promissam sub conditione, Si quis offenderit, uerificari ēt in minimo ex proprietate. Secundò sequitur apertè hanc partē post disputatū articulū Vulpel.q.101.sub nu.6.& seq.& respondet contrarijs, & aduertatur, q̄ illud, quod ille subiungit sub nu.10.uers.non tamen procedit, nihil nobis aduersatur; ibi enim non negat, quòd si fuerit ꝓmissum non offendere in personam, non cōtineatur etiam leuis offensio in personam facta; aduersantur enim ijs, quę supra proxime dixerat. Sed sensus illius est, Quòd facta promissione de nō offendo in persouam, non intelligeretur contrauētum per solum insultum sine percussione, uel ꝑ solam exonerationem rotę parui illius tormenti, quod archibusium uocant, de quibus ille proximè loquutus fuerat; nā dictio, in, requirit corporis tactum, hic est uerus, & necessarius itellectus uerborum Vulpel, qui manifeste, ut uidere est, sequitur opinionem hanc, quòd etiam per leuem offensam fiat aduersus instrumentum, & promissionem de non offendendo: pro qua etiam faciūt
8 † multa, quæ adducit Io.Baptista Asin.consi, 114. per tot.d.Tom.2,crim.& quanuis in casu suo à nostro satis diuerso inhæreat sententię contrarię, id tamen est, quoniam lex, uel statutum, de quo ille manifeste excludebat leues offensiones, ut ꝑ eū. Tertiò manifesta est, & uera ratio, quę persuadet hanc partem, quoniā promissiones hmōi, & cau-
9 tiones exequuntur † sine dubio, ut oīs delinquēdi soluatur occasio.l.in fundo.ff.de rei uendi. sed profectò satis cautum non esset, si non cōprehenderentur in promissionib. percussiones etiā leues, ex quibus ad graoiores plerunque deuenitur. ita pulchre Vulpel.d.q,101.sub nu.6.est.n. leuis occasio plerūq; magni pōderis. Bal. c.per tuas.col. 3.de prob. Tiraq.de indic.ī reb.exigu. fer. 2. par. uer.13.& hanc rationem ferè in nostris terminis considerat etiam Asin.d,cons.115.sub nu.1.& fa
10 cit regula. Quod prohibito uno † omnia censentur ꝓhibita, per quę ad illud peruenitur l. oratio. ff.de sponsal.l,cū lex.ff.de fideiuss,c 1 simil. Quarto uiuat hanc partem distinctio, qua facit Abb.c. de appell.de appell. Quòd si eadem ratio militat
11 in minimis, quę in maioribus † curatur etiam de minimis aliàs secus.& hoc sequitur Franc. Aret. l.si seruum.§.Prętor ait.col.2.in fi.ff.de acq.hære. quos citat Tiraq.d.tract.ad si.sub uersic.ex quib. Sed in specie nostra militat eadē ratio in leui offensa, quæ in graui, ut supra, ergo &c. Quintò addo doctr. Henric.cap.etsi quæstiones, de Simon. quam refert d.Tiraq.sub d.uersi. ex quib. Quod ubi sumus in disputationib. iuris specialis, in quo casu nunc sumus loquentes de speciali fęderis instrumento inter priuatos, si consideratio eius, qđ
12 est modicum, † & leue, tendit ad conseruandam dispositionem iuris specialis contra ius commune, de modico, & leni non curatur. Sed in pręsenti controuersia consideratio leuis, & modici tendit quidem ad consernuandam dispositionem iuris specialis, sed secundum non contra ius commu-
13 ne, quo, scilicet prohibita est omnis † alterius offensio, & læsio, l.ut uim.cum simil.& ibi DD.ff.de iust. & iur. Igitur ex pluribus manifesti iuris est etiam leuem offensionem in specie nostra omnino considerādam esse. Secundò princidaliter respondeo, Quòd si diligenter aduertatur offensio percussionis. & ictus manuum facta aduersus Sanmartaninum, seu Ceruum non fuit leuis, nec modica, attenta qualitate ꝑsonæ ipsius, qui est ciuis honestæ, & satis opulentæ familiæ, & miles; & ꝓfessor armorū, & honoris, descriptus in numerū militum Serenissimi Principis nostri, de qua per-
14 sona àliter indicatur, quàm de uilib.& nullius † numeri personis.l.Iul.ff.si quis omiss.cau. testa. Vulpil.d.q,91.nu.5.& est clarū. Et in terminis, q̄ ex qualitate, & conditione ꝑsonarum sit diiudican
15 da grauitas, † uel leuitas offensionis Vulpil. d.q. nu.11.Nico.Moro, qui adhuc.alijs, tract.de pact. q.173.nu.9.grauis ergo fuit offensio facti allata Sanmartanino, & grauior, quia accesserūt etiam iniuriosa, & cōtumeliosa uerba iactata a Papino
16 in ipsum, & grauissima ratione loci, nempè publici.§.atrox.Insti.de iniur.Moran.ī terminis nostris d.q.173.sub nu.10.quæ omnia profectò auxerūt grauitatem offensionis. Et quanquā suprascripta mea sententia clarissima sunt, nihilominus ad expressiorem ueritatis declarationem posset Mag. D.Iudex circa grauitatem offensionis, & læsio-
17 nem existimationis diferre † iuramentū ipsi Ceruo offenso, iuxta tradita a Bart.l.maritus.nu.4.& DD.quos ibi Add.alleg.ff. de q̄st. q̄ doct. uideaut

ut ma-

vt maximè procedat in materia iniuriarum, & of
18 fensionum, de qua † agimus, in qua plurimùm
potest æstimatio ipsius partis. §. pęna. & §. in summa. Institu. de iniur. Bossi. tit. de iniur. num. 2. quam
partis æstimationem cum præuio iuramento fa-
19 ctam æstimatio, † & taxatio Iudicis sequi debet
Angel. consil. 95. Salyc. l. atrocem, colum. penult. C. de iniur. Rot. decis. 152. & 486. in nou. Et addo etiam, quòd cum Papinus fuerit authorrixæ,
20 omnis deterior interpretatio aduersus eum † facienda est, iuxta tradita à DD. l. cum proponas, quæ est secunda. C. de pact. Rolan. consil. 63. nu. 3. volum. secundo. Nicol. Moron. de Treug. & pace. quæst. 122. num. 18. & seqq. Vulpil. quæst. 103. num. primo, & 8. Verùm postremas has rationes omnes ex abundanti, vt dicitur, adieci, cum verius sit etiam leuem offensionem considerandam esse ex suprascriptis. Et hic locus expostulat, ut respondeã aliquid Herculan. qui in tract. de caut. de non offend. cap. 27. per tot. sequutus est contrariam sententiam.

Primò, sententia à nobis firmata uerior est, &
21 melioribus fulcita rationibus † ex suprascriptis, quæ videntur magis ad rem facere, & magis in terminis esse, quàm ea, quæ adducit Herculan. vt ex omnium collatione apparebit.

Secundò adduxi in termin. Vulpil. qui scripsit post Herculan. & probat sententiam, quam nos sequimur respõdendo contrarijs auctoritatibus, vt diximus.

Tertiò ipsemet Herculan. d. cap. 27. sub nu. 18. versic. in quibus forsan, admitti opinionem, quã ipse defendit, non vendicare sibi locum in personis militiam exercentibus, in quibus etiam leuis offensa consideratur, qui est casus noster vt suprà dixi.

Quartò, accedant iniuriosa, & contumeliosa verba, & locus publicus; ex quibus augetur offensionis pondus, & grauitas, vt dicebam; quæ non concurrebant in speciebus, de quibus Herculan. Vnde ex omnibus concluditur condemnandum esse D. Leonardum Papinum ad pœnam septingẽtorum aureorum instrumẽto contentam, cui contrauenit, offendendo in personam, offensione facti, dom. Antonium Ceruum, seu Sanmartaninum. Mag. dom. Iudex, omnibus diligenter inspectis, ius reddat &c.

Laus Deo Opt. Max.

Io. Franciscus Terzanius Crem.
I.C. Ferrariensis.

Quæ hic leguntur, & supra consilia excellentissimi Cremonæ, non ea ratione inter nostra nugamenta legi voluimus, vel quia ipse alioqui de editione cogitaret, vel quia ipsa nostra egerent confirmatione, hoc fecimus, sed vt ẽt apud posteros testatam relinqueremus nostram maximã animorum coniunctionem.

Clau. Bertaz.

A R G V M E N T V M.

Cancellatio facta de condemnatione quando comprehendat non solum pœnam capitalem, sed etiam bonorum confiscationem. Et quomodo Principis gratia sit interpretanda.

S V M M Æ.

1 *Inhibitio legitimè & canonicè facta est obseruanda.*
2 *Verbum (donec) inducit limitationem, & conditionem.*
3 *Inhibitio vim suam retinet non purificata conditione sub qua erat facta.*
4 *Præsumitur pro cancellatione condemnationis.*
5 *Cancellatio probatur quando calamo facta est inducto.*
6 *Et quando totum atque integrum folium est cancellatum.*
7 *Cancellata non probant neque vllam faciunt fidem.*
8 *Et maximè addita causa cancellationis.*
9 *Verba sequentia declarantur ex præcedentibus.*
10 *Intellectus non est amplectẽdus ex quo delictum præsumitur.*
11 *Gratiæ verba, vel cancellationis quando restringant ipsam concessionem.*
12 *Verbum (liberè) importat plenam concessionem.*
13 *Oratio indefinita habet vim vniuersalis.*
14 *Liberatio regulariter est fauorabilis, & late interpretanda.*
15 *Gratia Principis, & liberalitas est late accipienda.*
16 *Cancellatio condemnationis licet non adsit fitamen constat de verbo superioris id sufficit.*
17 *Bona solemus appellare secundum sanguinem.*
18 *Cancellare idem est ac si dicatur in margine, est satisfactum.*
19 *Officiales non præsumuntur differre ea facere, quæ ad eius officium pertinent.*
20 *Præscriptio cuius temporis habeat locum aduersus fiscum.*

CONSILIVM DXXXV.

Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circunſtantiæ labijs meis.

CONSTAT ex pluribus iure commit
ti non poſſe ad fauorem Cameræ Du-
calis exequutionem ſententiæ olim la
tæ anno 1536. die 4. Martij à Mag. D.
Iuliano Coccapanio tunc temporis Romādiolæ
Commiſſario. Primum, quoniam cùm annis ab
hinc quadraginta, & duobus diſceptaretur corā
Mag.conſilio iuſtitiæ de exequenda prædicta ſen
tentia, Mag.DD.Ducales Factores generales an-
no 1536.die 16.Maij pro Gaianis inhibuerunt in
ea cauſa ex parte Principis, donec aliter ſuerit de
terminatum:quod apparet ex actis Notarij cauſę
temporis illius. Nihil autem eſt dubitandum in-
hibitionem legitimè, & canonicè factam admit-
1 tendam,& obſeruandam † eſſe, de quo latè DD.
quos plures citant, Rol.conſ.77.num.24. 2. volu.
& Port.lib.1.concluſ.43.ampl.12.& Gabr. com-
mun.lib.2.titu.de Citation. concluſ.1.num.77.&
ſeq. quid ergò dicendum in ſpecie noſtra, in
qua Summus Magiſtratus ex parte Principis in-
hibuit? cuius quidem inhibitionis Clariſſimum
eſt vim adhuc manere; quamuis enim adiecta
fuerint illa verba (donec aliter fuerit determina
2 tum) quibus inducta cenſetur limitatio, † & con
ditio quædam. Barto.l.Ambiguitates.ff.de vſu,&
hab.Dec.conſil.386.num.5.537.num.5. domin.
Cęph.conſi.71.num.17.in pimo.158.nume.39.
in ſecundo cum tamen nunquàm aliter fuerit de-
terminatum manifeſtū eſt, inhibitionem adhuc
durare atque omnem actionem fiſco penitus au-
ferre: cum enim non aduenerit tempus alterius
3 determinationis, inhibitio vim ſuam † retinuit.
argumento.l.cum hæres.§. 2.ff. de ſtatu libe. tra-
dit, Cępha.conſil.81.num.7.1. vol. & eſt clarum.
Secundò, nullo modo poteſt cōmitti exequu-
tio prædictæ ſententiæ; cum reperiatur in libris
Maſſariæ cancellata anno 1538.die 25. Iunij; pro
4 qua cancellatione † præſumitur; Bal.l.Imperator.
in fin.ff.de ſtat.hom.quem adhoc adduc.Auguſt.
Ariminenſ.ad Ange.de Malef.verb.Dand.& ſol-
uen.ad fin. ubi dicit onus probandi transferri in
eum, qui contra cancellationem dicit: cancel-
latio dupliciter oſtenditur; tum quia calamo fa-
cta eſt inductio totius ſententiæ, & condemna-
5 tionis; quod ſine dubio † probat cancellatio-
nem, l. prima in principio, & ſequ. ff. de his quæ
in teſtam.delen.& maximè quia totum, atque in-
6 tegrum ſolium, † cancellatum eſt, iuxta. not.in l.
libertatem. ff. de pet.hæredita.& l. inductum. C.
de ſolutio.& trad.Rimin.Iun.conſil. 30. ſub num.
20.primo volum.vnde verè meretur nomen can-
cellationis, Angel.conſil.47.num.8.tum quia hu-
iuſmodi verba à Maſſario inducente ſubijciun-
tur (à di 30. Giug. 1538. Scancellati i ſopradet-
ti de Gaiani, & compagni dil bando della vita,
che hāno hauuto la gratia libera, appare reſcritto
Ducale à di 25.Giugno 1538. poſto in filza) vn
de omnino ſequitur nullam poſſe fieri exequutio
nem ſententiæ, & condemnationis non exiſten-
tis: cancellata enim non probant, neque vllam
7 † faciunt fidem, Bal.conſi.305.in quarto. Alex.
14.nume.12.in 6. 104.nume. 7.in ſeptimo, Ca-
ſtren, 131.colum.2.in 2.Corn.118.colum.2.in 4.
Zuchar.l.fin.num.288.C.de edict.D.Had.tollen.
Craue.conſil.288.num.4. & multò magis id pro-
8 cedit, addita † cauſa cancellationis Bald.rubr.
C.de fide inſtrumen.nume.29.& l.Labeo,§.1.ad
fin.ff.de pact.Alexan.dd.conſilijs.14.colum.pen.
nume.23.& 104.nume.7.Corn.l.ſi vnus, colum.
penult.C.de teſtam.& d.conſil. 118. 2.col. quod
factum eſt in caſu præſenti, ergò &c. Neque eſt
dicendum quod obijcitur ex parte fiſci prædi-
ctam cancellationem limitatam eſſe ad pœnam
capitalem, quoniam verius eſt ipſam complecti
omnem pœnam, & condemnationem ſententia
contentam: quod oſtendo manifeſtè, quoniam
cancellatio prædicta verbalis (ſcancellati i ſo-
pradetti de Gaiani) ratio ut ſuprà referenda eſt
proculdubio ad præcedentem cancellationem
manu,& calamo factam; cuius ſcilicèt rationem,
& cauſam voluit aſſignare Notarius, & Maſſa-
rius, cum adiecit verba illa vulgaris linguæ (ſcan
cellati &c.) Sed cancellatio facta manu, & ca-
lamo non tantum eſt de pœna capitali, ſed etiam
de confiſcatione bonorum: quod patet ad ocu-
lum, & ſenſum, ergò neceſſariò fatendum eſt ſcri
pturam illam Maſſarij (ſcancellati i ſopradetti)
intelligendam eſſe æquè, & pariter de omni-
bus manu, & calamo cancellatis, ideſt tam de ca
pitali, quàm de pecuniaria pœna: ſequētia enim
9 † declarantur ex præcedentibus. l. ſi ſeruus plu-
rium.§.fi.ff. de leg. primo cum ſimil. alioquin ab-
ſurdiſſimè, imò etiam non ſine crimine falſi Maſ-
ſarius manu cancellaſſet vniuerſam ſententiam,
& condemnationem, ſi condemnati gratiam ob-
tinuiſſent partis tantùm, hic autem intellectus, ex
10 quo delictum alterius præſumitur; † quæ præ-
ſumptio fieri non debet, Marſil.l.prima. num.68.
C.de Sicar.domin.Rimin.iun.qui alios, conſ.83.
ſub num.10.primo volum.eſt omninò vitandus l.
nam abſurdum. ff. de bon. liber. cum alijs. Nec
debent vllum facere negotium verba illa, quæ
ſequuntur (del bando della vita) quaſi quòd uer-
11 ba huiuſmodi reſtringant, & limitent † cancel-
lationem ad pœnam capitalem, iuxta doctr.Bar-
tol.l.cancellauerat. & l.pluribus.ff.de his quæ in
teſtamen.delen.Angel.conſil. 272. nam duo ob-
ſtant; alterum eſt, quod diximus de cancellatio-
ne manu facta, alterum, quoniam Maſſarius adie
cit ſequētia illa uerba (che hāno hauuto la gra-
tia libera) ex quibus intelligimus cancellatio-
nem complecti utramque pęnam, & capitalem,
& confiſcationis bonorum; quod apertè oſten-
dit uerb.illud (libera) qđ ſimpliciter, & uniuerſa-
liter

liter prolatum de omnimoda,& vniuersali libera tione est accipiendum ; & quia verbum ipsum (libera) importat plenam concessionem Barto. Lalio. num.9. ff.de ali.& cib. leg. Soc.Sen. consil. 170.colum.5.lib.2.Dec.360.num.5.Curt.iun.2. num.3.Menoch.qui alios, 10.num.10. in primo.

13 Et quia oratio ipsa indefinita habet vim † vniuer salis.l.si pluribus.ff.de leg.2. quod est verum præ sertim in fauorabilibus,etiam in dispositione ho minis,Bar.d.l.si pluribus.& alibi Ceph.consi.53. num.16.1.uolum.& maximè ubi omnium vna sit ratio,& conditio,latè Couuar.var.resol.lib.1.ca. 13.& maximè.numero 9. alioquin si Gaiani obti nuissent tãtùm remissionem pœnæ capitalis, quo nam pacto verum fuisset habuisse eos gratiam li beram? Et facit,quoniam si regulariter liberatio

14 est fauorabilis, † & latè interpretanda,Dec.con sil.178.colum.penult.uersi.& ad prædicta. Alcia. de præsumpt.3.præsumptio.44.Cœph.consi.39. num.26.40.nu.37.in primò. multò magis id est

15 verũ † in Principe,cuius gratia, & liberalitas est latè accipienda,l.pen. ff.de const. princip. neque absurda interpretatione coercenda. l. vlt. C. de præpos.in reb.lib.12.Ceph.consi.77.nu.21.1.vo lum.& in materia nostra cancellationis condem nationis fit lata,& fauorabilis interpretatio, vn de dicunt DD. quòd si in scriptura non apparet cancellatio vnius condemnationis, si tamen con

16 stat de verbo superioris,† quod voluit, quòd sit cãcellatus,id sufficit,Bar.motus eo tex. l.emptor. §.Lucius.ff.de pac.Ange.de malef.d.uerb. Dand. & solu.uersic.& ut uides. num.6. Et profectò pro certo habendum est, quòd cessaret omnis diffi cultas,& labor si ederetur in lucem ab occultan te rescriptum Principis adnotatum precibus Do mini Hieronymi Gaiani, & sociorum; cuius fa cit mentionem Massarius in sæpius memorata cã cellatione postremis illis uerbis (appare rescrit to Ducale à di 25. Giugno 1538. posto in filza) constaret enim ex eo Principem gratiam liberã impertientem eodem rescripto mandasse (quod est effectus gratiæ liberæ impertitæ) omnem cõ demnationem penitus deleri, & hoc maximam, & veluti necessariam habet verisimilitudinem. Et confirmo validissima hac argumentatione, si Princeps gratiam tantùm fecisset capitalis pœ næ,non verò condemnationis bonorum. id eue nisset altera ex duobus causis; uel quia Gaianus suo libello supplici petijsset tantùm gratiam cor poralis pœnæ,nõ autem confiscationis bonorũ, & hoc nullam habet imaginem veritatis, cum a communiter accidentibus,quod est fortissimum argumentum ex vulgar.omnes condemnati pœ na capitali,& præscriptione bonorum, supplicẽt Principi pro remissione vtriusque pœnæ, nec mi nus quàm uita corporalis incolumitatem,& redi tum in patriam curant homines fortunarum, &

17 bonorum restitutionem, † quæ solent appellare secundum sanguinem.gl.iunct.tex. & ibi Bald. in l.aduocati. C.de aduo.diuers.iudic. Bal. idem in l.si tuis nummis. C.de oper.liber.Afflic.decis.24. sub num.4.atque vtinam non sæpe nimia nos so licitudine onerarent. Vel dicamus,necesse est pe tijsse quidem Gaianum gratiam vtriusque, sed Principem noluisse gratiam ei facere pecunia riæ, sed tantum capitalis pœnæ; quo casu in re scripto coarctata sine dubio, & limitata fuisset li beralitas,& fauor Principis, fuissetque rescriptũ in hæc,uel similia uerba, dominus gratiam facit supplicanti, quo ad pœnam corporalẽ,mandat que condemnationem deleri, at si rescriptum fuisset in huiusmodi verba, quomodo Massarius citra suspitionem corruptionis, & falsitatis, de leuisset totam sententiam continentem duplicẽ condemnationem corporalem,& pecuniariam? quomodò assignans rationem deletionis dixisset Gaianos gratiam liberam consequutos fuisse; quo genere loquendi vsus est idem Massarius a lio loco,agens tamen de hac eadem condemna tione Domini Hieronymi Gaiani, & sociorum, nempè in libris condemnationũ, in cuius margi ne scripsit simpliciter (gratia libera) non coar ctans se ad aliam,uel alteram condemnationem. Vnde concluditur tandem ex antea scriptis exe quutionem sententiæ, de qua agitur,nullo modo committi posse, stante prædicta cancellatione;

18 quia tantum est,ut dicunt DD.cancellare, † quã tum si in margine dictum esset,satisfactum est de omnibus.Bart. l.nihil interest. ff.de adim.leg. &c. Rom.l. semel. ff. solu.matrim. Arimin.d. versicu. Dand.& solu. in fi.

Tertiò,& ultimo principaliter, ubi etiam non vrgerent prædicta solidissima fundamenta, qui bus certè excluditur omnis intentio fisci; obsta ret equidem præscriptio tot annorũ decursorũ, nempè quadraginta, & duorum ex duplici capi te:alterum est, quoniam esset præsumendum ex lapsu tot annorum factam fuisse ab officialibus Principis incorporationem bonorũ Domini Hie ronymi Gaiani, & sociorum confiscatorum; es set enim pro eis præsumendum, quòd fuissent di ligentes, & fecissent ea, quæ ad eorum officium, & ministerium spectabant; nec tamdiu facere

19 † distulissent, quod eos facere statim oportebat. l.ij.C.de offic.ciuil.iudic.cap.dudum, de præsum. Bal.l.vnica.in fi.C.ne quis in sua cau.&c. Alci. de præsump. 3. præsump. 3.in princ. & 9. in princip. Alterum est, quoniam officeret fisco tot annorũ præscriptio.Quamuis enim Ange. l. ij. C.commu. de usucap. existimauerit præscriptionem mino rem centenaria non currere, contra fiscum Prin pis, sicut, nec contra fiscum Ecclesiæ, nihilomi

* nus contraria sententia vera est, & communis, *

20 nempè præscriptionem multò minorem † cen tenaria locũ habere aduersus fiscum Principis, ita decid.Boer. veram, & communem appellans sententiam,decis.263. num.25. uersic.& ista est. a.par.& in specie bona iura fisco quæsita, atquè etiam incorporata præscribuntur spatio 40. an nor.l.omnes. l.competit. C. de præscrip. triginta anno.

anno. gl.& DD. §.res fisci.Insti. de vsucap.& l.6g. tempo.præscrip, Boer. dicta decis.263.num. 21. si verò non sunt. quid ergo dicendum in specie nostra, in qua quadraginta, & plures anni lapsi sunt; nec constat de aliqua incorporatione facta fisco bonorum, de quibus agimus, conclusio ergo est, quòd ubi etiam causa magnifici Domini Menghi Gaiani destitui esset validissimo illo fundamento ex cancellatione sumpto, sustentaretur tamen præscriptione quadragennaria,& maiore. Et hæc quod fiscum. Quod verò attinet ad partẽ unà cum fisco comparentem, & iudicium exercentem, præter supra scripta, quæ omnia ipsam quoque excludunt, obstat illi singulariter exceptio instrumenti inter partes ipsas celebrati anno 1563. quo partes in plena, & ampla forma renuntiarunt omnibus pœnis, & condemnationibus incursis, & sequutis occasione instrumentorum pacium, & treguarum inter ipsas factarum, quæ instrumenta cassarunt,& annullarunt. Et specialiter renunciauerunt sentẽtiæ olim latæ à Coccapanio, de cuius executione nunc tot turbæ excitantur. ad hæc eadem partes supplicantes Principi petierunt cassationem instrumentorum iam ab ipsis cassatorum: quæ pariter ipse Princeps Serenissimus rescripto suo cassauit. Vnde clarissimi iuris est partem aduersam contra memoratum vltimum instrumentum anni 1563. venientem, & facientem nedum exaudiendam non esse, sed in pœnam eodem instrumento cõtentam omninò condemnandam esse, & consequenter nullo modo committendam esse exequutionem sentẽtiæ, de qua in causa; nec respectu fisci, nec respectu partis.

Laus Deo Opt. Max.

Io.Franc.Terz.Crem.Ferr.

ARGVMENTVM.

Quando quis teneatur ad pœnam fractionis pacis primi instrumenti, licet deinde aliud confecerit.

SVMMAE.

1 *Dictio. vltra repetit præcedentia expressa.*

2 *Et non disponit, sed est uerbum enunciatiuum.*

3 *Dictio., ut supra, est repetitiua omnium præcedentium uerborum, & qualitatum.*

4 *Cautio de non offendendo ratione finis est fauorabilis.*

5 *Et potest impetrari ab eo qui causam dedit, & ob cuius culpã petitur.*

6 *Rixa quæ priuati belli speciem habet est peccatum mortale.*

CONSILIVM DXXXVI.

Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis.

QVOD magnificus D. Potestas Bagnacaballi iure condemnauerit Dominum Leonardum Papinum, vel Dominum Petrum Simonem, parentem illius ob offensionem illatam Domino Antonio Sanmartanino ad pœnam scutorum ducentum, iuxta conuentionem instrumenti 1563. de quo in causa satis,& super cõstat ex ijs, quæ nos alias scripsimus; quibus immò contendebamus Papinum non solum commisisse aduersus prædictum instrumẽtum 1563. sed etiam aduersus posterius anni 1576. continens pœnam scutorum quingẽtorum, ad quam pariter damnandus erat. Neque iuuat Papinum, quod nunc serò allegat aduersus latam sententiam, ut effugiat etiam pęnam scutorum ducentum. Porrò ille haud contentus, quòd iudex mitius, & benignius cum eo egerit, obijcit nullam extare promissionẽ in instrumento 1563. ad quod videtur respexisse magnificus Dom. Iudex condemnans illum pœna scutorum ducentum, de non offendendo cognatos D. Nicolai Rubei, qualis est D. Antonius Sanmartanius, nepos scilicet illi ex sorore, ea.n. stipulatio comprehendit tantum agnatos partium. Sed respondetur, quod quicquid sit quoad instrumentum prædictum 1563.& stipulationem in eo contentam, clarissimum est posterius instrumentum anni 1576. in quo Papinus non solum obligat se ad nouam pęnam scutorum quingentorum, sed ratam habet, & confirmat pœnam scutorum ducentũ, de qua in promissione dicti primi instrumenti. Vnde cõsequens est necessarium, quòd cum posterius instrumentum contineat claram,& expressam promissionem de non offendendo neque agnatos, neque cognatos Domini Nicolai Rubei, contrafaciens, ut fuit Papinus in casu, de quo agitur iure,& meritò puniendus fuit saltem pęnam scutorum ducentum contenta in primo instrumento, quare cum instrumentum 1576. sit clarum, cessat omnis dubitatio: illud enim facit rem notoriam, & manifestam, ut perinde sit, ac si haberemus casum legis secundum vulgares DD. traditiones, quas nunc studens breuitati prætereo. Et intellectus, quem pars aduersa tentat accommodare dicto instrumento 1576. absurdus profectò est, & falsus. Dicitur ex aduerso promissam quidem fuisse in instrumento 1576. pęnam scutorũ ducentum, de qua in instrumento 1563. sed non eueniente casu stipulationis contentæ in memorato instrumento 1576. quæ est, quòd neque agnati, neque cognati vnius partis offendent agnatos, aut cognatos alterius partis; sed tantum eueniente casu stipulationis, de qua in ipso instrumẽto 1563. quod non comprehendit cognatos, sed agnatos tantum, ita ut sit sensus, Papinum posteriore

riore instrumẽto promisisse pęnam scutorum ducentum, in casu, quo agnati, vel cognati sui offenderent agnatos tantum, non autem cognatos Gaiani. Sed absurditatem, & falsitatem huius intelligentiæ ostendunt liquidò ipsius instrumẽti verba, quæ hæc sunt (firma nihilominus permanente fideiussione, seu pęna scutorum ducentum con tenta in instrumento pacis aliàs factæ ex instrumento publico, &c. quam fideiussionem, seu pœnam dictorum scutorum ducentum, ultra præsentem scutorum quingentorum, de qua supra, idẽ D. Petrus Simon per se, & suos agnatos, & cognatos, ut supra ratificauit, confirmauit, & approbauit) profectò nihil aliud voluerunt agere partes, quàm prædictam pęnam scutorum ducentum, promissam in stipulatione instrumenti 1563. trahere etiam, & transducere ad secundum instrumentum, & ad illius stipulationem, quod certè apud me clarissimum est, & manifestissimè intelligitur tum ex verbis illis (ultra præsentem scutorum quinginta) tum ex illis (per se, & suos agnatos, & cognatos, ut supra,) etenim verb. illud (ultra) quod includit utramque pęnam, & scutorũ quinginta; & ducentum; nullum alium recipere potest sensum, nisi quòd in quo casu habet locũ pęna scutorum quinginta, in eodem habet locũ pęna scutorum ducentum, quia dictio, ultra, re-
1 petit † præcedentia expressa, Bar. l. cum ita. in fi. ff. de dot. præleg. Fulgo. consi. 40. nu. 1. Dec. 190. num. 7. & alij, quos D. Ceph. consi. 157. sub num. 15. 2. volum. ubi DD. adferunt exempla ad rem præsentem facientia. & hoc est; quòd dicunt, di-
2 ctionem, ultra, nõ disponere, sed esse verbũ ẽnũtiatiuum, Dec. l. in actione. num. 9. in fi. C. de trãs. idem Ceph. consi. 156. num. 10. eod. uolum. sed antea expressum fuerat pęnam scutorũ quinginta habere locum, si offendantur cognati, ergo dictio, ultra, idem omnino repetit in pęna scutorũ ducentum, Et hoc, quod certè videtur mihi longè clarissimum, confirmatur ea verbis sequentibus (per se, & suos agnatos, & cognatos, ut su-
3 pra) ubi † dictiones, ut supra, sunt pariter repetitiuæ omnium præcedentium uerborum, & qualitatum, Bar. l. 3. §. deinde. ff. de postul. Ruin. consil. 183. num. 1. in secundo. Paris. 19. num. 68. in secũdo. Cur. iun. consi. 159. num. 7. Ceph. consil. 125. num. 6. in primo. & 291. nu. 9. in secundo. & DD. alibi sæpissimè, ergo uelit, nolit, fateatur Papinus necesse est, se promisisse pęnam scutorum ducentum, in casu stipulationis, de qua in instrumento secundo 1576. ob uim dictionum earum (ultra) & (ut supra) sed illa stipulatio habet claram, & expressam conuentionem de non offendendo & cognatos ergo, &c. Et prædictis ita se habẽtibus, ad eorum propositũ nihil facit, quod scribit Vulpel. de treu. & pac. consi. 80. uidere est. Accedendum etiam magis est in hanc sententiam fauore cautionis de non offendendo, quæ ratione finis fauorabilis est, & cõcernit utilitatem publicam, ea enim tolluntur occasiones delinquẽdi, & pax,
4 & † quies publica, & priuatorum concordia conseruantur. Hercul. de Caut. de non offend. cap. 1. num. 6. & 22. num. 5. & 35. num. 9. hinc est, quòd etiam ab inuitis præstatur Nicol. Moron. de treu. & pac. quæst. 169. num. 5. & potest etiam impe-
5 trari ab eo, qui causam dedit, & ob cuius † culpam petitur Barto. l. qui bona. §. si quis iusta. ff. de dam. infec. & alij, quos idem Moron. quæst. 170. sub num. 7. & faciunt quæ Clar. in prac. criminal. §. ult. quæst. 47. post princ. & Plaz. in epito. delict. cap. 7. num. 3. Concludo igitur reuocandam esse inhibitionem factam magnifico Do. Prætori Bagnacaballi, cuius sententia omnino mandanda est exequutioni, ipse enim non modo nihil iniustè egit aduersus Papinum, sed mitius agẽdo, ipsum, qui condemnandus erat pęna scutorum septinginta, condemnauit tantum pęna ducentum. Et ita ego uerè sentio. Rectius autem fecerit reus in posterum si ab huiusmodi rixis caueat; tum ne pęnam temporalem subeat; tum multo magis ne æternam; rixa enim, quæ priuati belli speciem
6 habet, & nix † unquã graui motu odij caret, peccatum mortale est, Ange. Clauas. in summ. ad uerb. Rixa. & Sebast. Med. in summ. tit. 4. quæstio. 14. & sequ. &c.

Laus Deo Opt. Max.

Io. Franc. Terz. Crem. Ferr.

ARGVMENTVM.

Verba quę in promissione de non offendendo continentur, & sunt (in persona, & contra personam) an sentiant uuum, an duo, & quando illis sit contrauentum, & quando utriusque copulatorum concursus requiratur.

SVMMAE.

1 *Dictio (&) copulatiue, & coniunctè ponitur.*
2 *Et tenet quandoque uicem dictionis expositiuæ (idest.)*
3 *Copulæ ea est natura, ut requiratur concursus utriusque copulatorum ad ueritatem adstruendam.*
4 *Et cum ponitur inter duo idem sonantia tunc plura copulata in unum resoluitur.*
5 *Copula (&) regulariter ponitur inter diuersa.*
6 *Et natura sua inducit diuisionem.*
7 *Et sæpe numero auget, & ampliat.*
8 *Et sępe ponitur secundum materiam subiectã pro disiunctiua, & alternatiua.*
9 *Promissioni de non offendendo in persona non dicitur contrauentum nisi persona percutiatur, & tangatur.*

Dictio

10 *Dictio (in) iuncta ablatiuo denotat quandam intrinſicitatem.*

11 *Dictiones (aduerſus) (contra) (uel aduerſum) quem impetum ſignificent.*

12 *Verba ſunt propriè, & ſtrictè accipienda in ſtipulationibus paeium, & induciarum.*

13 *Verba clara ſunt attendenda, neque egent interpretatione.*

14 *Et ex illis mens contrahentium uelut i ad oculũ inſpicitur.*

15 *Copula, ſi eſt poſita inter plures orationes reſpicientes aliquid certum, tunc non requiritur cõcurſus omnium copulatorum.*

16 *Item ſi ponatur inter ea, inter quę cadit ordo aliquis.*

17 *Idem quando copulatorum non eſt unus, & idẽ effectus.*

18 *Et quando reſultat aliquod abſurdum.*

19 *Aggreſſor primus præſumitur, & euaginator enſis, qui aduerſarium uerbis iniurioſis adoritur.*

20 *Argumentum à communiter accidentibus eſt optimum.*

21 *Quod procedit etiam in malo præſumendo.*

22 *Et lex pro eo præſumitur, quod frequenter accidit.*

23 *Dictio (poſt ea) intelligitur cum interuallo.*

24 *Offenſa facti eſt omne factum quod alium ad iracundiam prouocat.*

25 *Offendere dicitur perſonaliter & ſi non in perſona ſaltem circa, uel contra perſonam, qui alium inſultat cum armis, inſequendo.*

26 *Pœna poteſt peti contrauentionis ſi contrauentum ſit alteri copulatorum.*

27 *Pacem non dicitur uiolaſſe qui ſe defendit.*

28 *Prouocatus defendens etiam cum dolo mitius eſt puniendus.*

29 *Prouocatio enim excludit animum deliberatũ.*

30 *Rixæ auctorem quęrere, & punire ſatius eſt, quàm rixantes ad concordiam reducere.*

CONSILIVM DXXXVII.

Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantiæ labijs meis.

NON potui facere, quin amicis petentibus, atque etiam efflagitantibus, vt in quæſtione propoſita meam aperirem ſententiam, morem facerem; vt ſciamus num D.Leonardus Papinus venerit
aduerſus inſtrumentum induciarum, de quo in
præſenti cauſa diſceptatur. videndum eſt primũ
de intellectu principalis illius clauſulæ, cuius hęc
ſunt verba (non offendere, uel offendi facere ip-
ſum Do.Ghorum, & eius attinẽtes vſque in quar
tum gradum, ut ſupra, in perſonis, & contra per-
ſonas factis tantum, & non aliter, nec alio modo)
poteſt enim dubitari, nunquid verba illa (in per-
ſonis, & contra perſonas) vnum tantum, aut duo
comprehendant, & ſignificent. & fortaſſis uide-
bitur alicui prima facie dicendum illis uerbis,
duntaxat vnum, & idem ſignificari, ex ijs, quas
ſubijciam, rationibus, uel earum aliqua. Prima
1 eſt, quoniam dictio. (Et) copulatiuè, † & coniũ-
ctè ponitur. l. hæredi. §. Caio. ff. de fun. inſtr. l. quid
ſenatus. ff. de iniur. & ideo videtur poſſe hic dici
factam eſſe copulationem, & coniunctionem om
nium illarum dictionum (in perſonis, & contra
perſonas) ita, ut omnes ſimul vnum quoddã tan-
tum ſignificent. Secundò dici poteſt particu-
2 lam (&) tenere hoc loco uicem dictionis † expo
ſitiuæ, id eſt, quod ſolet etiam aliquando dici de
alternatiua, uel, l. ſecunda. ubi Bar. ff. ad leg. Aqui.
l. ubi pactum. ubi DD. omnes. C. de tranſact. Rui.
conſi. 91. num. 3. in quarto. quare ſi exponamus
(& contra perſonas) ideſt (cõtra perſonas) fiet
neceſſario, vt hæc clauſula vnum duntaxat com-
prehendat. Tertiò facit, quoniam ea eſt natu-
ra copulæ, ut ad veritatem orationis adſtruendã
3 requiratur † concurſus vtriuſque copulati. l. ſi hæ
redi, & ibi Bart. ff. de cond. inſt. Iaſ. poſt Bar. latiſſi
mè in l. j. in princ. ff. de iuſt. & iu. Dominus Rimin.
iun. conſ. 92. num. 23. ergo plura copulata reducũ
tur ad vnum. Quartò, & ultimo cum copula
ponitur inter duo idem ſonantia tũc remora plu
4 ra copulata † in vnum reſoluuntur, Iaſ. dicta l. in
princ. col. 2. ſupra de iuſt. & iu. ſed idem uidetur
eſſe dicere in perſonis, & contra perſonas, ergo
&c. Veruntamen prædictis, & id genus alijs mini
mè obſtantibus ego dubio procul ſentio clauſu-
lam memoratam duo, & inter ſe admodum di-
uerſa continere. quod ipſum uerum puto ſiue cõ
ſiderata ipſa coniunctione, Et, ſiue ipſis uerbis
copulatis in perſonis, & contra perſonam. Quod
atttinet ad, Et, copulam, illa regulariter ponitur
5 † inter diuerſa. glo. & Bar. in rub. C. de iu. & fact.
ignor. Bal. in l. 1. quæſt. 6. C. quan. non pet. part. gl.
in cap. querelam. de ſimo. DD. in cap. eccleſia,
quod eſt ſecundum de elec. D. Rim. iun. conſi. 50.
ſub num. 28. & hæc eſt propriè natura copulæ, vt
dicit Iaſ. in d. l. 1. in princ. ſub nume. 2. & ibi add.
alios adduc. ff. de iuſt. & iure, & Euerar. in Topic.
loc. 50. qui eſt a natura copulę, verſic. ſexto iſtud:
& hinc fit, ut copula inter genus, & ſpeciem non
congruat. Barto. in d. l. j. in princ. col. 1. ff. de iuſt. &
iur. ergo cum dictum eſt (in perſonis, & contra
perſonas) non unum, ſed duo diuerſa ſignificata
6 ſunt. Secundò copula, &, natura † inducit diui-
ſionem. l. reos. §. cum tabulis. ff. de duo. re. l. 1. C. ſi
plur.

plur.un.sent.Dec.in rub.lect.1.nu.1.3.3.ff.si cert. peta.ergo hic fit diuisio harum orationum,in personis,& cōtra personas ,& propterea consequēs est,ut hæc clausula non unum,sed duo conprehē
7 dat.Tertio, cōiunctio,&,sępenumero auget,†& ampliat.Ea tamen adiectio.ff.de leg.3. Bart. in l. cum ita,§.si.ff.de leg.2.Bal.in l.1.uersi.sed quid si testator.C.de verb.significat. Euerar. post alios, quos refert Soc.qui est A.na.in princi.& ad hoc intelligendum consideranda sunt ipsa verba copulata,nā si eiusmodi sunt ut posteriora, possunt addere ad priora, copula augmentum designat. Dec.in rub.C.de mand.Princip.sub.nu.9.at verò eiusmodi sunt uerba,de quorum intellectu nunc agimus (in personis,& contra personas) quoniā postrema addunt ad prima , ut mox explicab imus.igi auget hic copula,& ampliat, & idcirco non unū continet,sed duo. Quar.& ultimò copula,&,sępè ponitur † secundum materiam subiectam pro disiunctiua,& alternatiua, uel, l.sæpe, ubi Alciat.ff.de uerb.signifi.l.1.C.eod.Dec.in l.1. nu.18.C.de sent.quæ pro eo quod int.prof.quod rectè conuenit.pręsenti clausulę, de qua agimus, ergo duo sunt,non unum,quę in ipsa continētur. Quod ipsum satis etiam clare confirmabitur, si præter naturam,& proprietatem copulæ, de qua egimus,expendamus quoque ipsa uerba copulata.Porro aliud est dicere,offendere,uel offendi facere in personis,aliud, contra personas. quando quidem offensio in persōna requirit necessario tactum ipsius personæ,Offensio uerò contra personam non,Vnde promissioni de non offendendo in persona,non dicitur contrauentum,nisi persona percutiatur,uel tangatur,Octau.Vulp.in tract. de pac.& indut.q.91.sub nu.2.& q.99. at uerò ꝑmissioni de non offendendo contra personam, contrauentum erit etiam,si non percutiatur persona,nec tangatur.& profecto hanc differentiam aperte significant ipsæ dictiones, in, & contra, quæ differentem habent uim, & potestatē, quandoquidē dictio,in,iuncta ablatiuo denotat quandam,ut sic dicamus,† & dicunt DD.intrinsecitatem,& inhærentiam. §.cū in sua.Instit.de Re diu. l.1.§.in flumine.ff.de flumin.Alberic. in Diction. verb.in uersi.Add. in denotat &c. & in terminis nostris Vulp.post Bal.quem adducit d.q.91.nu.2. & 8.hinc fit,ut,in,& intra,eiusdem sint significationis.l.1.§.quod dicimus.ff.de success.edic.l.si in annos.ff.de cond.& demon.Alberic.d.Dictio.In. Rom.cons.376.col.2.versi.3.ratio, & facit quod notat Gell.lib.XII.cap.Noct.Attic.quem ad hoc citat Tiraq.in l.si unquam, verb. susceperit liberos,sub nu.210.circa med.C.de reuoc.donat.Alia vero,& longe diuersa est significatio dictionis,contra;quæ sine dubio non importat ullam intrinsecitatem,ant contactum eius rei,cui adiungitur;sed vere,& propriè significat impetum quēdam extrinsecum, & idem est dicere aduersum, vel aduersus,& contra; quæ verba denotant ex-
11 trinsecum quendam motum in rem,† uel personam aliquam,quæ tamen non tangitur: ad quod faciunt quæ scribit Ang.Aret. de Malefic. in claus. fecit insultum cōtra dictum Titium , &c.& ibi August.Arimin. Sunt autem verba in stipulationib.
12 pactum,† &,induciarum propriè, & strictè accipienda.Vulp.qui adducit alios,quæst.56. Quib. ita se habentibus ego pro certo habeo voluisse contrahentes postremis illis verbis (& contra psonas)augere,& amplificare obligationem , scilicet, quòd intelligeretur cōtrauentum treugę, & inducijs non solum per offensionem factam in personis,hoc est, qua personæ ipsæ percuterentur, & tangerentur, sed etiam contra personas, hoc est,citra percussionem,& tactum personarū. Quibus fit,ut vere præd.clausula non vnum solū modò contineat,sed duo,& quidem inter se diuersa . Et his ita constitutis subuertuntur facile, quæ pro alio intellectu adferebantur. Et ad primum respondetur,quòd quanquam uerum sit Dictionem,&,copulare,& coniungere, non tamen sequitur,copula,&,coniuncta resolui in unum, & idem,quia copulat quidem,& coniungit, sed in inter se diuersa,vt dictum fuit sup.in primo fundamento pro illo intellectu, quem sequuti fuimus, & obstant cætera in idem tradita , nempe copulam inducere diuisionem,augere,& ampliare, & resolui ex subiecta materia,in alternatiuam , vel, Et quidem si tota,& integra illa clausula idem,et vnum significandum erat,sacris fuisset dicere ; in personis,nec necesse erat addere , contra personas,cum offensio facta in persona dubio procul sit etiam contra personam . vnde ne posteriora hæc verba superfluant,sed aliquid operentur. l. si quando.ff.de leg.1.cum vulg.necessario dicendū est voluisse contrahentes complecti duas species offensionis.& facit,quoniam à verbis claris contractus,& cuiusque alius dispositionis non est recedendum,illa enim sunt attendenda , neque e-
13 gent interpretatione † aliqua, aut declaratione, aut restitutione.l.quod constitutum,vbi Bar.ff.de mili. testam. l. ille, aut ille. §. cum in uerbis. ff.de leg.3.Bal.consil.32.colū.?.lib.1. ubi etiam dicit, Quod lector instrumenti habet solutionem quæsiti,quia scilicet ex verbis illius mens contrahen
14 tium † velut ad oculum Inspicitur.& alia in hanc rem tradunt Rui.cons.32.nu.15.in 3.D.Ceph.cōsil.137.nu.10.149.nu.1.in 1.199.nu.7.245.num. 56.in 2.& plura Tiraq.l.si unquam,verb. libertis. nu.5.& seq.C.de reuoc.donat.Ex prædictis sublata est 2.obiectio satis leuis,scilicet,quod copula &,possit hic tenere locum expositiuæ,idest . hæc enim esset omnium ineptissima , & absurdissima expositio,& quæ careret,exemplo relatu digno. Obstant siquidem natura, & proprietas copulæ, de quibus antea diximus,& diuersus significatus verborum,in personis,& contra personas,quę diuersitas omnino impedit expositionem,id est,cui non est locus,nisi inter ea , quæ vel sunt eadem, vel maxime similia,arg.l. hos accusare , in princ. secundum lect.quæ habet.i.præsidem prouincię.

ff.de

ff.de accusat.& inscrip.& demum nulla est neces
sitas,quę cogat nos in eam interpretationem &
exceptionem,cum clarum sit sensus eorum uer-
borum ex supra scriptis, Ad tertium responde-
tur,quod certè absurdum esset in ꝓposita dispu-
tatione affirmare requiri utrãque offensionem &
in persona,& contra personam, ad hoc, ut possit
dici contrauentum esse instrumento treuguæ, &
induciarum.nam verius est sufficere alteram of-
fensionem,puta,contra personã, licèt non in per
sona;alioquin satis erat dicere,in personis, cum
offensio in persona sit etiam contra personam, li
cèt non è conuersò.Neque officit quod diceba-
tur de concursu vtriusque copulati, quandoqui-
dem pluribus casibus non habet locum doctrina
illa, Primò quando copula ponitur inter plures
orationes respicientes aliquod certum,quia tūc
15 non requiritur concursus omnium† copulatorũ,
iuxta l.1.ff.de his, qui not. inf.& tradit Ias. post
Bar.col.3.versi.3.limita.ff.de iust.& iur.Euerar.d.
loc.50.A natura copulæ,propè fi.sub ver.7.istud
in qua specie nunc uersantur:hic enim habemus
duas orationes certum aliquod respicientes; al-
tera est non offendere Dominum Ghorũ.& eius
attinentes.&c.in personis, altera non offendere
eos cõtra personas; ergo neutiquam necessarius
est copulatorum cõcursus.cum copula inter ora
tiones cadat,&c.Secundò non fit concursus ille,
16 si ponatur copula inter ea,inter † quæ cadit or-
do aliquis. arg. glos. ord. in l. Gallus in princ. &
ibi DD.ff.de liber.& posth.Bar.in l.si hæredi.ff.de
condi.instit.Ias.d.l.1.& colum.3.vers.5.limita.ff.
ff.de iust.& iur.D.Rim.Iun.cons.4.sub nu.18.Sed
inter offensionem in persona, & contra personã
cadit ordo maioris,& minoris offensionis,secun
dum ea,quæ supra tradidimus , cum grauius sit
offendere in persona,quàm contra personam, si
cut diximus,ergò &c.Tertiò,quando copulato-
17 rum non est vnus, & idem effectus,cõcursus † eo
rum non requiritur Bal. in l.si mater tua.C.de cõ
trah.empt.& in alijs locis,de quibus Ias.d.col. 3.
vers.7.limita,sed alius est effectus offensionis in
persona,alius offensionis cõtra personam, ut ex
supra traditis,ergo &c.Quartò,& ultimò,cum
17 resultat absurdum aliquod copulatorum,† con-
cursus non requiritur,Imol.& Alex.in l.quod di-
citur.ff.de verb.oblig.Ias.d.col.3.uersic.6.limit.
Sed profectò grande absurdum consequeretur
in specie hac nostra,quod satis deprehēditur ex
supra scriptis,& maximè quoniam superflua es-
sent posteriora verba clausulæ. Et ubi mens fuit
contrahentium augere obligationem,illa demi-
nueretur,& restringeretur ad solam offensionem
in personis,quod nequaquam est ferēdum, cum
mens contrahentium sit potissimum spectanda,
18 & attendenda† in contractibus,& obligationib.
l.fi.C.quæ res pig.oblig.poss.Rol.cons. 59.num.
2.69.nu.45.in 3.neque ob nimiam subtilitatem
impediri debeat,Paris.consi.32.nu.57.in 1.Rol.
57.nu.35.in 3.Denique quartum,& ultimum,

quod adferebatur de copula inter duo idem so-
nantia posita,sublatum quoque est ex præceden
tibus, cum offendere in personis, & contra per-
sonas non sint idem,sed diuersum sonãtia, ut est
dictum,& est clarissimum ex prædictis.Igitur fir-
ma est,& indubitata conclusio illa,clausula, quæ
est caput totius conuentionis (in personis,& cõ-
tra personas)non unum duntaxat,sed duo ualde
inter se diuersa contineri,quod est illud,quod in
tentio huius scriptionis disputandum proposui-
mus.Nunc est vidēdum,num ex parte D.Leonar
di Papini factum fuerit aliquid aduersus ipsam
conuentionem;& dicendum est ipsum offendisse
D.Ghorum si non in persona, contra personam.
Et quoniam contrahentes ipsi pacti fuerunt non
de qualibet offensione,sed tantum de illa,quæ fa
ctis fit,& infertur,ideo omittendo verba iniurio-
sa,quibus Papinus aduersus Ghorum vsus est,ex
pendemus facta, & actiones illius. Papinus post
quam dixisset aduersus Ghorũ ipsum mētiri,&c.
nudauit,& strinxit aduersus illum ensem, & dein
de socijs comitatus eundem Ghorum fugiētem,
& inermem nudato pariter gladio insequutus
fuit.Sed priusquam videamus,nunquid,Papinus
cum hæc fecit,iure dici possit,offensionem fecis-
se contra personam Ghori,videndum est , nun-
quid testes in causa examinati ad hunc modum
deponant.Et quod pertinet ad secundam parti-
culam facti,idest,quòd Papinus nudato ense per
sequutus fuerit fugientem Ghorum,tam multi,&
tam apertè testificantur, ut de hoc laborandum
nobis non sit.Quò verò ad initium rixæ,quia po-
test dubitari vter prior eduxerit ensem,an Papi-
nus , an Ghorus, cum aliqui ex testibus non au-
deant de hoc affirmare,caput hoc non est omit-
tendum.Et quidem fuisse Papinum, qui primus,
distrinxit gladium contra Ghorum , ostenditur
tripliciter. Primum,quoniam ita est præsumen-
dum.Secundò, quoniam testes aliqui hoc innũt
& inferunt.Tertiò,quoniam alij hoc apertè,&ex
plicitè dicunt,Præsumendum ita est,quandoqui
dem secundum communiter accidentia fit, vt q.
19 in rixa primus aduersarium verbis iniuriosis,†&
contumeliosis impetat,& adoriatur metuens si-
bi,& propterea sibi consulens primus etiam ad-
uersus eum gladium educat; & hoc quotidianũ
decet experimentum;sed dubium non est ex om
nium fere testium depositionibus Papinum pri-
mum verba iniuriæ plena in Ghorum protulisse,
eique mentitum,vt uulgò loquimur , dedisse,er-
go &c.Porrò validum,& frequens est argumen-
tum à communiter accidētibus sumptum, quod,
enim communiter solet fieri præsumitur factum
esse,& secundum illud,quod communiter & fre-
20 quenter accidit præsumitur † veritas se habere.
cap.1.de cleric.non resid.l.eum qui.C.de episc.
& cleric.& est fortissimus & vtilissimus locus ar-
gumentandi in materia probationum.gloss. Cy.
Bal.& alij in l.neque natales.C.de proba.Euerar.
in Topic.loc.56.& procedit præteritum argumē
tum

tum etiam † in malo præsumendo, quod probat tex. in d.c.1.de cleric.non resid.& tradit Abb.in c.2.in fi.de cler.hinc Io.Calder.in d.cap.1.de cle ric.non resid.scripsit adductus eo tex. valere huiusmodi argumentum ad ferendum sententiam, etiam cum agitur de crimine ciuiliter, quod dictum sequuntur alij, quos refert Euer. d.loc.56. ad med. Et certè quanquam regulariter debet probatio necessario cócludere, id tamen uerum est, nisi probatio concludat à communiter accidentibus, nam illa sufficit, cum lex pro eo præsumat,
22 † quod frequenter accidit, Fely. & alij in cap.in præsentia.de probat. DD. in d.l.neque natales, & in l.non hoc, C.vnde lib. Euerar.loc.super citato. Secundò loco principali probatur hoc satis apertè ex testibus affirmantibus, quod cum Papinus dixisset Ghoro ipsum métiri nudauit ensem, & postea idem fecit Ghorus: sic inter conseros deponit Paulus de Monis, qui est testis. Nonus. nam dictio illa postea, & vulgariter, dopò, intelli
23 gitur † cum interuallo.l.bonæ fidei. vbi gloss. C. de pact. Doc.in l.certi conditio.§.deposui.nume. 1.ff.si cer.pet.& in l.in bonæ fidei.num. 10. C. de Tiraq. qui multa, & multos allegat, in l.si unquã. verb.& postea.vbi latissime.C.de reuoca. donat. Igitur si Papinus nudauit gladiũ, & postea Ghorus, priorem nudauisse Papinum, ut fateamur necesse est, & pręsertim deponentibus pluribus testibus Papinum post datam mentitam, statim, & incontinenti gladium eduxisse. Sed tertio, & vltimo, non desunt testes, qui hoc apertissimè fatcantur, & inter alios idem Paulus de Monis, de quo supra facta est mentio, qui coram Magnifico Domino Potestate Bagnacaballi constitutus in explicatione totius facti confessus est Papinum denudauisse ensem, priusquam Ghorum, vt in proc. Et quamuis Marchus Guarinus omnia deponat contra Ghorum, hoc tamen nihil potest officere veritati; tum quia Guarinus repugnat in omnib. tot alijs testibus; qui numero plures sunt, & fide digni, omnique maiores exceptione; tum quia ille pluribus morbis laborans suspectissimus est; quia domesticus, familiaris, & sequax Papini, & eiusdem factionis; quæ, ut audio, notoria sunt, & in proc. probata: quin etiam fuit Guarinus particeps, & huius Papini offendentis Ghorum; siquidem vna cum Papino insequutus est gladio nudato arripientem fugam Ghorum; quod affirmãt plures testes. Et ego in hac re consulto prætereo leges, doctrinas, & traditiones DD. quibus solemus infirmare testes aduersę, & cõfirmare testes nostræ partis, tum quia illæ vulgares, & extritæ sunt, de quibus integrum scripsit titulum Boss. q. est de opposit.contra testes. tum quia vel ex lectione sola testium omnium clarissimè intelliget Magnificus Dominus Iudex uerè verũ esse, priorem Papinum eduxisse ensem contra Ghorum, atque illum inermem fugientem insequutum fuisse gladio nudato, quin etiam pro Ghoro retulerunt Oficiales ad ignem deputati, ut in proc. qui-

bus certè multum est tribuendum, & pro quibus est præsumendum ex vulgar. & ego certè nihil dubito hanc esse veritatem, quæ, iuxta verbum illud Diui Augustini sola iudicat; & à nemine iudicatur. At verò nunquid ex prædictis actionibus Papini probata fuerit offensio contra personam Ghori, profectò dubitandum non est, & planissimè ostenditur hoc modo, Dubio procul Papinus factis offendit Ghorum, quia offensa facti est factum omne, quod aliquem ad iracundiam pro-
24 uocat, & maximè si prouocati † à lege, uel ab homine pęna inferri possit. Bar. in l.licitatio.§. quod illicitè.nu.4.ff.de publican. Vulp. in alleg.trac.de pace.q.90.si offendit ergo vel in persona, vel cõtra personam, si concedatur offendisse illum in persona, iam habemus, quod quęrimus; si hoc negetur, ergo concedatur necesse est, offensionem factam fuisse contra personam. Et facit, quoniam insultans cum armis cum insequutione, quod fecit Papinus contra Ghorum, dicitur offendere p-
25 sonaliter, & si non † in persona, saltem circa, vel contra personam. Vulpel. qui alleg.eo d.tract.de pac.quęst.91.nũ.3.& quæst.93.& hinc fit, ut ex solo insultu cum armorum euaginatione pax rupta dicatur. idem Vulpel. qui citat DD.q.102. Quare conclusio est ex prędictis omnibus Papinum offendisse contra personam, & consequenter venisse ad n. instrumentum treugę, perinde atque offendisset in persona, nam copula, &, continens duo illa, in personis, & contra personas: copulat utrumque ęque principaliter, & propterea incurrendum pœnam eo, ut possit agi ex instrumento,
26 & ex contractu, satis est aduersus † alterum venisse.l.1.& 2.ubi Bar.ff.de pecul.lega.Ias.d.l.1.col.6. 4.nu.5.ff.de iust.& iur. Euerar. ut supra in Topic. d.loc.50.ver.3.istud, vbi plura. Nec dicatur licere etiam Papino agere ex eodem instrumento, & contractu contra Ghorum, quod scilicet videantur testes aliqui deponere ipsum quoque aliquid aduersus Papinum dixisse, & fecisse: etenim ubi etiam verum esset, quod non conceditur, id satis constare, nihil tamen prodesset Papino, qui scilicet prior offendens, prior contrauenit, & idcircò ex contractu non potest agere, neque aliquod beneficium ex eo capere, neque enim dicitur promissio, aut pax, aut treugua ab eo violata, qui ab
27 aduersario prouocatus, lacessitus, † & offensus fuit.l.semel mora, vbi Alex.ff.sol.matr.& est receptissima sententia; gloss. Bar. Bald. & Castren. in l. qui fidem.ff.de trans. Bar. Castr. Alexan. Ias. Dec. Claud. & Alcia. in l.cum proponas, quę est 2.eius initij C.de pac. Vulpel. qui. & alios eo. tracta. de pac. quæst. 103.nu.1.& 8. Et generaliter prouocatis multum ignoscunt iura, ita vt prouocatus defendens se citra moderamen inculpatæ tutelæ et
28 cum dolo mitius † puniendus sit, ex communi sententia, de qua Boss. post eos, quos adducit, tit. de homicid.num.91.versi. sed pone. Quinimmò prouocatus qualibet prouocatione siue offensi, siue tertij, si accidat, est mitius puniendus, excludit enim

29 enim prouocatio † animum deliberatum, Boss.
pulchrè eod.tit.nu.59. Et in hac cōtrouersia mea
hæc est sententia, quam rectius sentiēti subijcio,
Et unum tantum admonitum velim Magnificum
Dominum Iudicem. intantum oportere illum au
thorem rixæ quærere, & pœnæ ligitimæ subiuga
30 re, ut dixerint † DD. hoc latius esse, quàm rixan-
tes ad concordiā reducere, Fely. in rub. de treug.
& pac. Boss. tit. de pac. nu. 30.

Laus Deo Opt. Max.

Io. Franc. Terz. Crem. Ferr.

ARGVMENTVM.

Tractatur de multis speciebus falsitatum, quādo quis falsò se creditorem simulauit, & transegit postes. Vel abrasit instrumentum, vel publicauit instrumentum originale, & producit deinde leuatum à dicto falso originali.

SVMMAE.

1 *Creditorem qui se simulat tenetur furti.*
2 *Transactio non officit proueniens à dolo, & calumnia alterius, & virtute falsi instrumenti.*
3 *Quod procedit etiam si fuisset allegata suspicio falsi in causa.*
4 *Nec opus est alia rescissione, quia ipso iure est nulla.*
5 *Statutum quòd ita non sit interpretatum si nūquam casus euenit, nihil refert.*
6 *Verba quantumcumque stricta sit materia, sunt accipienda in proprio significatu.*
7 *Falsitas instrumenti non habētis executionem, an sit punibilis.*
8 *Sed non effugitur tamen pœna saltem extraordinaria.*
9 *Et maxime si instrumentum faceret aliqualem præfationem, vel indicium.*
10 *Idem est si facit quale quale praiudicium.*
11 *Instrumentum facit fidem mortuo notario, licet in subscriptione non esset mentio, leuatum esse manu aliena.*
12 *Falsi tenetur qui originale fabricat ex quo posset aliud instrumentum releuari, vel publicari.*
13 *Falsificans scripturam priuatam quando teneatur falsi.*
14 *Instrumenti validitas non vitiatur ob falsam grammaticam.*
15 *Instrumentum non dicitur proprie falsum quod notarius à falso originali extraxit.*
16 *Falsi pœna quando statutaria non iuris communis sit imponenda.*
17 *Pœna remigationis solet imponi hodie loco deportationis.*

CONSILIVM DXXXVIII.

In Domino Confido.

CVM in hac causa Virgilij inquisiti agatur de vita hominis, in qua nunquam est cunctatio lōga, iterum libet pro veritate inuestiganda in legale certamē descendere: Duplex igitur difficultas in casu suo negotium facere videtur. Prima est, nunquid de furto puniri possit. Secunda, de falso, & quę pęna, vel quotuplex sit imponēda. Quo ad. Primā, cum Gambeli. aduersarius soluerit transactionis virtute, transtulisse videtur dominium pecuniarum solutarum, quo casu dici posse non uidetur furtū fuisse commissum, sed magis donasse eas, ut prosequuntur Excellentissimi domini Aduocati dicti rei. Verum hæc responsio difficultatem tollere non videtur in primis dubitationibus propositam. cum enim tex. sit clarus in l. falsus. in princ.
1 de furt. quòd is qui se † creditorem simulat, cum
non sit accipiendo pecuniam furtum facit, & sol
uens non censetur donare, in qualitate personę,
vt abunde in primis motiuis deductū extitit. Pun
ctus totus reducitur ad transactionem, quę si nul
la est haud impedit ne furtū fecisse reus dicatur.
nec hoc casu dominium translatum videtur trā-
sactionem non officere, ut pote à calumnia, &
dolo agentis uirtute falsi instrumenti aperte con
2 stare uidetur, ut alias dictum † fuit, per text.
in l. in summa. ubi omnes in princip. ff. de cond.
indebit. & trad. etiam scriben. in l. sub prætextu
specierum. C. de transactio. Idem Barto. Bald.
Castr. Alcia. & plerique alij declarant in l. si ex
falsis C. eodem titu. quod procedit etiam si fuis-
3 set allegata † suspicio falsi in causa, ut in casu
isto, ut per gloss. & clarius Sali. qui allegat dictā
l. sub prætextu. cum ibi not. in l. ipse allegata C.
de fals. non potest igitur videri donasse Gamb.
qui ex causa transact. soluit, & transactio non
facit ut non teneatur furti ex quo est nulla, &
per dolum inita, nec isto casu est opus alia rescis
4 sione, cum † ipso iure sit nulla, ut per doctor. in
dicta l. si ex falsis. Quod autem ius nostrum mu-
nicipale hunc intellectum habuerit, non constat,
quid si nunquam talis casus accidisset? certe
5 hoc esset † debile fundamentum. Felyn. in capit.
primo 5. colum. num. 10. versic. 4. declaratio. de
treug. & pac. cum certum sit in materia quantum
6 cunque stricta † verba in proprio significatu ac-
cipienda esse, & nullam restrictionem admitte-
re

re l.cum lege. Vbi Aret.ff. de testam. c. ex parte il tertio. ubi Abb. de deci. Unde cum statutum loquatur de furto puniendo, & in casu isto ex expressis uerbis legis furtum factum esse constare videatur, optime videtur cõsequi pœna statuti hũc reum puniendum fore. Parum etiam facere videtur, q eo prętextu Virginius huiusmodi pecunias acceperit, ut sibi de quodam suo prætenso crediito, q cum dicto Gambezio habebat satisfaceret, quia ultra, q repugnat eius confessioni factæ in quisitioni, non constat ipsum alicubi fuisse dicti Gambezij creditorem, at bene contrarium, imò sibi fuisse satisfactum ex publicis documẽtis cõstare videtur.

Sed nunc de pęnis pro falsitatib. imponendis verba sunt facienda dñ.n. triplicem falsitatẽ commisisse Virgilium, ut in primis motiuis, & ppea pęna statuti ignis, & confiscationis bonorũ plecti posse.

Respondetur quo ad primũ de abras. & scriptione instri, & mẽbrana locũ sibi pœnam falsi vendicare non posse, cum falsitas illa nõ esset nocibilis, si quidẽ ex quo in subscriptione not. non erat habita mentio q ante scriptum instrumentũ esset manu aliena conscriptum, propterea execu-
7 tionem iudicialẽ † hr̃e non posset, & per consequens tanquam non nocibilis nõ vr̃ ẽt punibilis hmõi falsitas. l. pen. cum ibi no. C. de fals. Contrarium tñ facile defendi posse crediderim, ea. n. vr̃ omnium receptiss. sententia, ut falsitas commissa si non est nocibilis, ut quia scriptura falso fabricata nullam probationem, vel fidem aut indicium faciat, uel faceret si vera esset, non sit punibilis, pęna detecta falsi, & ordinaria licet secus sit in pęna
8 extraordinaria, ut per Gandi. in tracta. malefic. in tub. de fals. ad fi. Soc. consi. 104. in fi. & Mars. in l. prima. §. præterea. nu. 24. ff. ad l. Corn. de Siccar. At quando scriptura nocere potest, ut quia faceret saltem semiplenam probationem, vel aliqua-
9 le indicium, † contrarium dicendum est, ut trad. Bar. in d. l. pen. & ibi Alex. in addit. dicit, q sufficit,
10 q nocere possit, & idem si faciat † qualequale prę iudicium, ut Bal. trad. in l. qui veluti. per illum tex. C. ad leg. Cot. de fals. idem Bar. in l. 1. §. qui rõnib. ff. eo. & in l. si quis legatum. 2. col. num. 2. in fi. ff. e. Aret. in tract. malefi. in uerb. falsario. 2. glo. col. 3. & Soc. sequitur. d. consi. 104. primo casu, at in casu isto licet hmõi instr̃m deficeret in eo, q in subscriptione nulla fieret mentio, quod contractus fuisset scriptus, vel instr̃m releuatum manu aliena, ex quo tñ Not. erat mortuus aliquam fidẽ po
10 terat facere, † & semiplenam probationem, ut tradit Bar. in l. admonendi. num. 34. ff. de iust. & iu. & Bar. sequuntur omnes, ut per Seuer. ibi col. 29. & Io. de Amic. consi. ult. col. fi. & Fely. in c. 1. nu. 7. de fi. instrum. loquentes quando in instr̃o deficit aliqua solẽnitas, indictio, nomẽ Papæ, & similia, & propterea non vr̃ posse negari quin pœna falsi videatur puniendus. Et licet eo non usus fuerit Virgilius, non tã propterea pœnã fabricationis euitasse fatendum est, l. si falsos. ubi omnes, & præsertim Bald. C. de fals.

Quo ad secundam falsitatẽ fabricationis instri originalis fingendo esse scriptũ aliena manu, & deinde subscriptũ manu d. Thomæ Sabloni, minor vr̃ difficultas q teneatur de falso, ex quo tale originale si verum esset plene probaret, et ex eo posset fieri pceptũ ad quintũ diẽ debitori, ut ex statuto nr̃o sub rub. qualiter procedat in fauorẽ credi. & in prin. cautũ est, & hoc casu ẽt sufficeret,
12 q ex eo possit aliud instr̃m releuari, uel † publicati, ut Bar. trad. in d. l. si quis legatũ in prin. 2. col. & latius Saly. in l. 14. col. & seq. C. de sepul. uio. sequitur Aret. in loco prællegato, & Fel. in c. ex tenore. nu. 9. versi. cæterũ. de rescrip. Pro ista parte facit, q falsificans scripturã priuatã fingens eam fuisse scriptã manu creditoris fatentis sibi debi-
13 tum persolutũ, ex quo probaret contra † scribẽtẽ, si vera esset, punitur pœna falsi. d. l. qui veluti, ubi Ang. Bal. in l. si quis. de caut. C. eo. Aret. & Ange. i addi. loco prællegato. Nec hoc casu loquitur Bar. in l. si quis obrepserit, nec in consi. allegato. 199. Tubertinus. quia scriptura in casu suo nota. tradita, erat penitus priuata, & nullã fidẽ faciebat, at hic contra, quia imò plenè probat. Et quamuis in ea adesset, q instrumentũ erat factum de nocte, & erat apposita hora, & nonnulla falsę latinitatis, vel mala gramatica, non propterea vitiabat † ualiditas instri. l. imperator. la 1. ubi om-
14 nes. ff. de stat. hom. trad. Bar. in l. Plautius. ad fi. ff. de aur. & argen. lega.

Et vltima est falsitas, quæ censetur commissa per productionem instrumenti releuati à dicto falso originali iuncta obreptione eius virtute facta præcepti ad quintam diẽ a iudice, licet enim proprie non possit hoc casu dici instrumentum falsum illud quod Not. a falso originali extraxit
15 † per no. per Barto. in dictis locis. & licet forte fabricatio, & productio eiusdem instrumenti falsi pro uno delicto ex quo ad eundem, tendunt finẽ sint habendę, vt trad. Bal. allegatus in c. contra. de testi. cogen. quod tñ non vr̃ iure probari. tamen ex quo vltra productionem obreptum est præceptum ad quintam diem, ut supra, pœnæ falsi quæ
16 a iure communi imponitur † non aũt statutariæ locus esse videtur, dicta l. si quis obrepserit. & no. Barto. in dictis locis, & sic hoc casu si aliæ primæ falsitates non præcessissent pœna deportationis esset imponenda. l. prima. §. fi. ff. ad l. Corn. de fal.
17 cuius loco hodie † solet imponi pœna remigationis, ut per Capi. decisione 153. & Carer. in sua pract. crimina. §. 7. nu. 121. quòd alias in crim. fal si executum fuisse refert Gramma. uot. 6. ad fin. Verum, quia duæ aliæ falsitates præcesserunt verius videtur, vt pœna tertiæ falsitatis statutaria veniat plectendus, ut alias dictum fuit. Nec Socin. in allegato consilio sexagesimo. alias sexagesimosecundo. standum uidetur, cum contrariam partem licet dubitatiuè firmare magis uideatur Nec Bal. in l. quicuuque. 2. colum. C. de seru. fug

contrarium dicit, cum loquatur secundum l. quã obligat, scilicet l. illud. §. fi. ad l. Aquil. quæ in pluribus delictis ad unum finem tendentibus factis eodem tempore loquitur, secus si aduersus temporibus, & hoc casu melius uidentur loqui Ang. & Alex. aliàs allegati.

Ex quibus, non obstãtibus allegatis pro dicto Virgilio scitè quidem, & eleganter ulterius uidetur cogitandum pro defensione sua, ut tollantur ea quæ supra contra eum urgere uidentur.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

Fuit ab auctore imposita pœna manus ob has falsitates memoratas.

Clau. Bertaz.

ADDITIONES.

a Nec ob hoc instrumentum redditur falsum, aut non probans, quia licet instrumenta celebrata nocturno tẽpore sint suspecta, ut trad. Bal. in c. 1. nu. 5. de fid. instru. & sequitur Fely. nu. 9. & Ias. in l. more Romano. in fi. ff. de fer. Ias. & Alcia. in l. non minorem. C. de transactio. Dec. in capitu. consuluit numero 5. versicu. vltimo notandum vbi dicit, quòd cum hoc casu sit præsumptio cõtra actum clam factum, clariores, & validiores probationes requiruntur pro validitate actus quod procedit si dedita opera non casu nocturno tempore celebretur instrumentum. valent tamen instrumenta celebrata tam de die, quàm de nocte. d. l. non minorem, vbi omnes, nec notarius potest cõuinci de falso, licet in instrumento noctu celebrato die tali celebratus dicatur, ut trad. Innocen. & communiter * omnes in d. cap. consuluit, & Doct in dicta l. non minorem. & in d. l. more. Si autem notarius instrumentum nocturno tempore conficiat, debet curare, vt accendantur lumina, & ut partes & testes dignoscat, & testes partes etiam cognoscãt, ne fiat fraus, ut not. Doc. post Bar. in d. l. non minorem, & maxime in testamento, ubi maius est periculum, & propterea saltem tria luminaria adesse debent. l. 1. §. tria luminaria. ff. de ventr. inspi. vt per moder. in d. l. nõ minorem Ias. in consil. 50. Placet consultatio lib. 3. Duran de art. testan. tit. 2. cant. 8. num. 3. Cagnol. in l. si librarius num. 72. ff. de regul. iur. quæ luminaria debent esse magna, & ultra non semimortua, ac si ticulosa, lex enim magis luminis quantitatem, & qualitatem quàm numerum cõsiderat, debet præterea notarius hoc tempore bene considerare testes, an sint vigiles intellectu, an vero dormiant, ipsosq; instruere, ac docere quid rei agatur. Nam & alioqui debet aduertere notarius, quod non apponat testes in instrumento non intelligẽtes tenorem instrumenti, quia aliàs posset incidere in falsum, ut trad. Bar. in l. coram ff. de verb. sign. vbi Alciat. Bal. in l. diem proferre. §. coram ff. de recep. arbi. Castr. in l. 1. de erro aduoca. nam testibus negantibus intellexisse, notarius in discrimen adduceretur, iuxta not. per Bal. & Saly. in l. testium C. de testib. Capi. decis. 192. nume. 4. Instrumentum tamen à falsitate defenderetur si notarius esset versatus erronee nõ dolose, ut trad. Cast. in d. l. 1. C. de erro aduoc. & sequitur. Alexã. cons. 190. num. 6. in 7. & eiusdem mentis videtur consil. 40. Visis colu. 3. in 4. quod autem notarius non incurrat falsum tenet Mars. singul. 408. attende in fi. ubi dicit notarium Placentinum iurasse, & Alciat. in l. 5. in princip. ff de verbor. obligat. & in dicta l. coram vbi ponit exempla notarij dolosi.

Si itaque notarius rogetur de testamento, uel instrumento tempore noctis debet apponere diem præcedentem si ante mediam noctem celebratum sit instrumentum, diem vero sequentem si post mediam noctẽ, & in hoc hora consummationis actus, scilicet non qua scripsit, sed qua legit, & publicauit est attendẽda, vt per Io. And. in additio ad Specu. in tit. de instrumen. editio §. 2. in additio. incipien. hora diei. Fely. in cap. pastoralis num. 7. de rescri. Bald. Imo & Alexand. in l. si quis eum §. 1. ff. de uulga. & pupilla. & per Alexand. & modern. in d. l. more. & Cagnol. in dicta l. si librarius nume. 72. Est autem utile apponere horam propter prioritatem, & posterioritatem, ut per Bald. & Felyn in dicto capit. consuluit, sed si notarius ignoret horam, & sic quem diem possit scribere, ut quia nescit, an adhuc sit lapsum dimidium noctis potest scribere actum tali nocte, quæ fuit inter diem singe vndecimum & duodecimum Septemb. ut per Angel. & alios in l. in vsucapionibus de usucap. per Alexan. & Ias. in dicta l. more. & Fely. in d. c. consuluit. num. 6.

Et sicut est attendenda hora consummationis actus, & sic conclusionis, vt sciatur quis dies sit contractui inscribendus, ita etiam dies est attendendus quo concluditur, si fortè tractatus per multos dies duraret, ut trad. Bald. in l. contractus. numero septimo, colum. 3. versic. quarto de die. C. de fide instrumen. Fely. d. cap. 1. nu. 8. vbi Dec. num. 10. nam conclusio sola debet attendi, licèt inter partes plura verba dicantur. tex. est in l. uoluntate. C. de rescind. venditio. Socin. consil. 214. colu. 3. Paris. consil. 162. num. 22 in quarto, quòd intellige nisi de tractatu ipso esset faciendum instrumentũ, ut quando alienatur res ecclesiæ 12. quæstio. 3. cap. sine. c. 1. cũ glo. in verb. tractatus, ubi not. de rebus eccles. non alienan. lib. 6. per Specul. tim. de locat. §. sequitur vers. item quod dixi de tractatu. Castr. consilio 91. super eo quod quæritur in fi. in antiq. Alexand. consil. 16. Viso instrumento. colum. secunda, in quarto. Paris. consil. 36. num. decimo, in quarto. Fabia. de Mont. in tract. de emptio. quæstio. 5. antepen. colum. quia illo casu etiam dies tractatus esset inserendus instrumento, & dies rogationis est apponendus non dies extensionis. Bart. in l. si quis in §. si initium numero 16. ff. de edend. Specu. d. §. 2. colu. penul vers. debet etiam instrumentum Fely. & Dec. in d. c. 1. de fide instrum.

b De hora nec potest esse aliqua dubitatio, nam certũ est non esse necessariam in cõtractu illius appositionẽ Io. And. ad Spe. d. §. 2. in addit. Hora diei Fab. in §. item verborũ nu. 3. Insti. de inut. stipul. Fely. in d. c. 1. nu. 12. & Dec. nu. 10. nisi ratione horæ posset nasci dubitatio ex Bal. in l. Imperator. prima lec. col. 3. num. 4. ff. de stat. hom. & in l. fi. C. de edic Diui Adr. toll. col. 3 vers. quapropter interdum. nu. 9. & in l. cum proponas per gl. ibi in ver omnis. C. de intèr. mat. & in l. præscriptione. col. 6. vers. & est simile in instrumentis. C. si contra ius uel util. publ. Fely. & Dec. in d. c. 1. Ias. in l. 1. §. editiones colu. 1. ff. de eden. Vital. in trac. clausu. ca. 38. in fi.

Prodest aũt horæ appositio ad probandum prioritatem actus, quia prioritas ẽt consideratur in spacio horæ glo. in l. si ex pluribus. §. 1. ff. de solut. Bal. in d. l Imperator nu. 4. col. 3. Fely. in c. Pastoralis nu. 5. de rescri. imo etiam minoris temporis Bal. in l de reb. C. de donat. ant. nup. Soci. in l. qui duos 2. col. ff. de reb. dub. & etiam puncti, ut dicit Dec. in d. c. pastoralis num. 1. ubi plura idem Dec. cons. 689. in prin.

Est ergo cautela apponere horã, qa si duo instrã repeniũt celebrata eadẽ die, & alterũ hẽat horã appositã certum præ-

præferetur ex Cy.Bal.& Saly. in dicta l.de rebus. Soci. Ias.Aquen.Rui.Rip.in l.1.in princ. ff. solu.matr. Curt. iun.in l.fi.nu.34.C.de edict.diui. Adr.tollen. ubi Zuccard.num.415.Dec.consi.169.col.fi quòd maxime procedit quando neuter possidet: quia si alter possideret, horæ appositio non obesset possidenti, vt tenet Bal. Nouel. in trac. de dot. par. 9, in secundo priui. in fi. & declarat Dec.in d.c.pastoralis.num.5.& in l. in ambiguis. ff.de reg. ubi etiam Cignol. sequitur Mars. singu. 319. Hora.& uidetur sequi Afflict. decis.387.num.5. in fin. allegando Soci.in dicta l.prima.ubi etiam. nu. 4. dicit hoc tempus esse multum considerabile Rip. in l. si debitor.num.10.ff.de pignor.& secundum hanc fuisse iudicatum dicit Cassador.decis.20.tit. de præben.

Prædicta tamen opinio nonnullos habet contradictores,contra enim tenet Soci.sibi contrarius in consi. 67.in 3.& Fely.in d.c.pastoralis.num.5. Crot.in d.l.1. 6.col.ubi Alcia.& in trac.præsumptio.3.reg.præsump. 43.in fi.ubi dicit istud clarius procedere, quando in talibus scripturis non soleret apponi hora,quia ista appositio solita reddit scripturam suspectam.Et uidi ego cõsultum per tres famosissimos I.C.in quadam causa singularis certaminis, quorũ cõsilia sunt apud me manu scripta,tenentes hanc opinionem contrariam, quod in casibus in quibus regulariter non solet opponi hora si apponatur propter nimiam cautelam facit præsumi dolum; iuxta no.per glo. in l.si quis sub conditione,in gl. prima.ff.de condit.institu.& per no.in l. testamentum. C.de testam. & olim uidimus instrumentum in quo caute erat apposita hora contra stylum illius notarij, quod secundum nostram sententiam erat non parum suspectum, & nisi res fuisset transactione sopita testibus asserentibus alia hora fuisse celebratum,reprobatum fuisset. Prima tam opinio tot authoritatibus Doct. suffulta iudicando, & consulendo seruaretur in practica.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Si quis inquiratur, & condemnetur eo quod interfuerit alicui homicidio, & opem tulisse dicatur,an possit absolui,si postea per inquisitum contrarium eius probetur,quod in inquisitione sit cõfessus,& per iudicem iudicatum, & quando non dicatur interfuisse tractatui,aut uulnerasse.

SVMMAE.

1 *Clamor uulnerati facit indicium.*
2 *Absolutio debet fieri quando de innocentia constat.*
3 *Socij criminis repelluntur a testimonio contra socium. contra.nu.5.*
4 *Innocentia denotat immunitatem, & carentiã criminis,si quidem absolutionis sententia pro ueritate habetur.*
6 *Consocij admittuntur ad testimonium,quando ueritas nesciri aliter potest.*
7 *Coniecturis probatur aliquid,quando alio modo elici non potest ueritas.*
8 *Innocentia ut probetur testes sufficiunt etiam inhabiles,& præsumptiones etiam.nu.9.*
10 *Sententia lata ad fauorem socij iuuat etiã aliũ consocium, sicuti noceret illi si contra alium esset prolata.*
11 *Fama bona tollit indicia, & præsumptiones cõtra reum.*
12 *Statutũ secũdũ ius cõe recipit interpretationẽ.*

CONSILIVM DXXXVIII.

In Domino Confido.

NVLLA (iudicio meo) est difficultas quin istæ Ser Matthæus sit absoluendus, & relaxandus a carceribus,stantibus probationibus de eius innocẽtia factis, nemini enim dubium est fuisse probatũ ipsum non vulnerasse illum Rampinum. cum tpe eius vulneris illati ipse esset procul per perticas 20.vt deponit D. Gaspar de Monte in suo primo testificatu, & quod ẽt deponit primus testis examinatus in hac cã, qui attestatur quod quando clamauit dictus vulneratus,quo tpe ipse recepit uulnus ab Vlixe (haime io son morto) ipse Ser Matthæus cũ cæteris alius consociis; erat procul, & coloquebantur simul. Quod aũt ipse tunc fuerit uulneratus præsumendum est propter clamo-
1 rem ipsum † vt ad propositum tradit Alex. in cõsilio 24.animaduertis.3.col.2.uol.quod etiã probatur ex dicto prædicti D.Gasparis deponentis qđ ipse Ser Matthæus,uel alij duo consocij nullũ ictum admenarunt cum aduersarij statim aufugerint,idem etiam deponunt alij duo testes Durantes,& Bruseus,qui à principio vsque ad finem interuenerunt in rixa, concludentes dictum Rampinum non fuisse vulneratum à Ser Mattheo, sed ab Vlixe,qui se id fecisse etiam fassus est, ex quibus certo certius est,ipsum Ser Mattheũ probaisse contrariũ eius quod dr̃ in sententia, in qua iuncta inquisitione dr̃; quod ipsi omnes habito tractatu, & præstantes sibi inuicem auxilium,&c.occiderunt dictum Rampinum.Nam ex testibus ipsis constat ipsum Ser Matthæum nedum non occidisse,sed nec operi,uel auxilium aliquod occidenti præstitisse. quo fit ut, cum de innocentia
2 eius constet † absoluendus sit iuxta ea, quæ trad. Ias.post alios.in l.2. col.2. C.qui testa. face. poss. Mars.in sing.72. & Carer. in sua pract. crimin. in prin.num.75.

Nec me mouet dum obijcitur non esse plenè probatum contrarium eius,quod continet sententia; si quidem non uidetur probatum quod non fuerit habitus tractatus cum Vlixe in executione cuius ipse illum occiderit. & licet hoc uideantur satis deponere alij duo consocij, tam eneis non videtur credendum. cum interuenerint in ea rixa, & veluti socij † criminis vi-
3 dentur repellendi, capitulo veniens. il primo.

& 153.num.35.In 4.uolum.& alij in aliis locis ſtã tibus igitur tot rationibus, & præſumptionibus, ac plenis probationibus non video quomodo cẽ- ſeri poſſit non eſſe ſatisfactum ſtatuto, quod ſecũ
1 dum † ius commune eſt interpretandum, c.cum dilectus.de conſuet.& ab eo recipit paſſiuam interpretationem ad no.in l.omnes populi.ff.de iu. & iu.cũ ẽt in caſu dubio pro abſolutione rei con tra euriam ſit iudican.Gram.d.deciſ.56.nu.18.& Craue.d.conſi.18.nu.16. Et cum ad iudicis officium pertineat etiam poſt ſententiam latam con tra reum de eius innocentia inquirere, ut p Marſ. trad.conſi.81.nu.55.non debent mag. D.Iudices ſe tã difficiles reddere in abſoluendo hunc innocentem, qui fuit potius ob contumaciam, (ſi con tumax dici poteſt is qui de citatione, & proceſſu notitiam non habet) quàm quod culpabilis fuiſſet condemnatus.Marſ.conſilio ſexageſimoquarto.numero decimo.

Laus Deo Opt.Max.

Bartho.Bertaz.

Fuit iſte Ser Mattheus liberatus.

Clau.Bertaz.

ARGVMENTVM.

Extrahens blada, ſi tamen licentiam prius pe tat, quamuis illi non fiat bulletum, non poteſt incidere in pœnã ſtatuti prohibentis extractionẽ.

SVMMAE.

1 *Appellans non tenetur probare quod iniuſte ſibi ſit ablatum aliquid, ſed appellatus debet probare, quòd iuſte.*
2 *Probatio quantumuis leuis ſufficit ad probandum alicuius innocentiã, etiam ſi ſit dubia.*
3 *Cauſa etiam iniuſta excuſat à dolo, et à cõmiſſo.*
4 *Dolo fraudare non dicitur qui ſcit non teneri ad gabellam, & non ſoluit.*
5 *Excuſatur à dolo qui iuſtam habuit cauſam ex- trahendi rem ſuam.*

CONSILIVM DXXXIX.

In Domino confido.

CONQVERITVR D.Magdalena de Grillinzonis quod fuerint ſibi ablata ſtaria vigintiquinque frumenti, & ſtaria quinque venæ ad menſuram Sancti Felicis, & Mutinæ, cum ſaccis per Camerariũ Sancti Felicis ſub prætextu, quod extraxerit ex territorio Sancti Felicis vuas, & nonnullos alios fructus ſine licentia, & quod fuit appellatum a dicta aſſerta ſententia, nec fuit admiſſa appellatio per dominum poteſtatem Sancti Felicis, & commiſſa cauſa, & facto proceſſu in quo ipſa D. propter potentiam aduerſariorum non potuit habere teſtes qui vellent teſtificari veritatẽ in cauſa ipſa, nec etiam potuit unquam habere ſcripturas illius cauſæ licet magna cum inſtantia illas petierit, quæ ſi haberentur poſſent ſua iura facilius defendi, prout inſtitum fuit ſcribi literas ad dictum Dom. poteſtatem pro eis habendis, quę iuſtè denegari non poſſunt. ſtante igitur hoc de facto dicitur pronuntiandum eſſe male fuiſſe iudicatum contra ipſam, & bene appellatum. quia nihil eſt probatum de iuſtitia ipſius ſententiæ, quòd ipſa Do. incurrerit dictas pęnas, & qua de cauſa, nec productum aliquod proclama prohibens dictã extractionem, & quod iuſte fuerint ſibi ablata dicta eius blada, hoc enim pertinet probare appel
1 lato † ut per Barto. in l.hi, qui.C.de appellat. & in l.1.ff.ſi tut.uel cura.appella.& fuit deciſum in Capel.Tholoſ. ut in deciſione tricenteſimaquadrageſimaprima,

Præterea cum ipſa Domina Magdalena petierit licentiam extrahendi dictos eius fructus, put ſemper fuit ſolita uigore ſuæ immunitatis extrahere, & Dominus Franciſcus Tuſcus Camerarius conſenſerit, & licentiam dederit extrahendi, ſed uolebat, quod ſolueret gabellam ad quã ipſa Dom. Magdalena prætẽdens non teneri reſpondit quod illam ſolueret, ſi de iure tenetetur, ut deponit prima teſtis examinata pro ea, certè nihil eſſet diſputandum niſi, an deberet ſoluere gabellam, cum iam ſub hoc modo eſſet data licentia. Et licet hoc ſit probatum per vnicum teſtem tantum, cum agatur ad defenſam ipſius Dominæ, quæ inquiritur, uel imputatur quod doloſe extraxerit res ipſas, quę in commiſſum incide-
2 runt, talis leuis probatio ſufficit, † & ſi eſſet dubia. Craue. poſt Anch. quem citat in conſilio ſecundo, numero decimoſexto. Et ſaltem negari non poteſt quin ipſa Domina iuſtam cauſam habuerit, credens habere licentiam extrahendi. & cauſa etiam iniuſta excuſat a dolo, & a commiſſo Fer
3 ret. in tracta. de Gabell. & publica. numero 420. Quibus ſi addatur, quòd ipſa Domina habuit iuſtam cauſam credendi poſſeſſionem ſuam eſſe immunem ex quo pro tali ſibi fuit uendita, ut in inſtrumento in cauſa producto, & prout fuit ſeruata immunitas per annos triginta quibus nunquam fuit coacta aliquid ſoluere pro huiuſmodi extractione, quod probatur ex quo de contrario non conſtat, ut per Craue. in conſilio centeſimodecimoprimo. numero vndecimo. & ſaltẽ ubi eſſet opus probare hanc negatiuam, non poteſt probari ex inſpectione librorũ Gabellarum ſeu Camerlengariæ Santi Felicis, iuxta tradit. per Barto. in l.h.C. de reb.cred. Craue. dicto conſilio numero decimotertio. & Franciſcus Hercula. in tracta. qui. tene. probare negati. numero 167.

& seq. quos tenetur ostendere gabellarius, ut per Bertach. in trac. de gabel. 4. par. q. 3. num. 7. & seq. & prout fuit petitum exhiberi, certè non potest dici, quod ipsa D. voluerit fraudare gabellam ad quam non tenebatur, quia in dolo est, & in frau-
4 de qui scit se teneri ad gabellam, † & non soluit Craue. consi. 115. num. 2. secus igitur si non tenetur, vel iustam habet causam credendi se non teneri.

Et ex his satisfactum est subtilibus dubiis magnifi. Syndici Cameræ quibus specialiter etiam rñdere dicitur quod appellatio hæc, & minime deserta cum debito tempore procurator. ipsius Dominæ illam fuerit prosequutus, sed quia opus erat probare fuisse appellatum, quia notar. noluit rogari de appellatione propter potentiam, & fauorem Camerariorum, oportuit differre processum, uerum, quia fuit ex aduerso admissum quod fuerit appellatum, non fuit aliter facta alia probatio appellationis, & nõ potest dici deserta appel. ex quo debitis temporibus fuit prosequuta.

Quod modo non fuerit probatum fuisse petitã licentiam, tollitur, quia immo ex dicta prima teste id fuit probatum, & cum agatur de probanda defensione dictæ reæ imputatæ de fraude, satis est sufficiẽs probatio, quia sufficit quod reddatur, dubia ꝓbatio fisci, & quod habuerit iustam cau-
5 sam extrahendi; vt supra. Et quia præsupponitur quod processus causæ principalis sit habẽdus ex quo aliæ defensiones etiam possint adduci pro iustitia huius viduæ iniuste uexatæ, his paucis pro nunc ero contentus.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bert.

Fuerunt restituta omnia.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

De materia. l. curabit. C. de actio. empt. & quãdo admissæ sint usuræ recompensatoriæ fructuũ, Vsura ꝙ non sit, si quis vendat rem, & donec soluatur pretium conducat eandem rem pro honesta pensione.

SVMMAE.

1 *Contractus in dubio præsumitur licitus, non feneratitius.*

2 *Vsuram commisisse negans habet pro se præsumptionem.*

3 *Vsuræ recompensatoriæ sunt inuentæ de æquitate iuris ciuilis, & admittuntur de rigore iuris canonici.*

4 *Et si sunt fructuum recompensatoriæ tanquam licitæ admittuntur.*

5 *Emptor tenetur ad fructus quos potuisset percipere uenditor ex re vendita.*

6 *Etiam si excederent pretium conuentum.*

7 *Etiam si ex pretio ei soluto nihil fuisset lucratus.*

8 *Etiam, quòd uenditor non præstiterit fideiussorem de euictione modo rem tradiderit.*

9 *Venditor potest facere pactum a principio, ut quid certum soluatur pro pretio non soluto.*

10 *Venditor potest rem locare emptori pro certa mercede donec pretium soluatur.*

11 *Et pensio non debet excedere fructus, & non est opus reseruare dominium in uenditione.*

12 *Venditor potest iuste ex pacto rem possidere donec sibi pretium soluatur.*

13 *Emptor in mora soluendi pretium tenetur ad interesse uenditoris.*

14 *Conductori non soluenti pensionem imputandũ est si ad interesse tenetur.*

15 *Pensio non debet excedere fructus ex re percipiendos, uel consuetam summam in loco contractus.*

16 *Probatio debet de necessitate concludere in delictis.*

17 *Et regulariter in quacunque materia debet de necessitate concludere.*

18 *Interesse aliud est, aliud usura.*

19 *Interesse potest etiam in mutuo percipi a moroso.*

20 *Pactum ualet, quòd ad euitandum damnum soluatur certum quid mutuanti.*

21 *Etiam si soluantur octo pro centenario.*

22 *Vsura non est si certum quid soluatur in recompensationem lucri cessantis.*

23 *Pactum ualet quòd debitor teneatur mutuantẽ indemnem conseruare.*

24 *Confessio, ut probet contra confitentem debet esse omni exceptione maior.*

25 *Confessio usuræ nõ ualet nisi exprimatur actus in quo ipsa usura est commissa.*

26 *Testi non est credendum singulari.*

27 *Statutum non ualet ut uni testi credatur.*

CONSILIVM DXL.

In Domino Confido.

SEntẽtia lata ad fauorẽ D. Ant. Beltrani hrdis q. Iacobi uenit tanq̃ iusta confirmãda, nõ obstãtib. oppositis ꝑ parte D. Vinc. de ꝑsonalib. rei conuẽti, ꝑ ea q̃ egregiæ in mediũ adducta fuere ꝑ mag. ipsius actoris ꝓcuratorẽ, & ꝑ alibi inferius adducenda tota

tota enim difficultas huius causæ in eo consistit;
an contractus locationis terrarum prius vendita
rum per dictum q.Iacobum Domino Philippo ip
sius D.Vincentij Patri, vt in instro anni 1558.ro-
gato per q.D.Thadeum honoratum, de quo con
tractu fuit rogatus pdictus D.causæ procurator
de anno 1569.ī quo terras ipsas, quas ipse D.Phi
lippus restituerat usufructuandas D.Iacobo, vt in
alio instro rogato per dictum D.Thadeum de an
no 1560.ipse Iacob.dedit locato, uel ex conuen-
tione inter ipsos inita relaxauit, & restituit mag.
D.Iuliæ matri, & administratrici prædicti D.Vin.
eius filij, fuerit, & sit ualidus, & legitimus, vel po-
tius vti feneratitius, & vsurarius sit nullus, & inua
lidus, vt pars aduersa prætendit. In quo puncto
censeo contractū in dubio valere, quia in dubio
præsumitur contractus licitus, & ualidus, nō aūt
1 illicitus, † & feneratitius, ut per Bal.in l.rogasti.§.
si tibi.ubi alij. ff.si cer.pet. & in his terminis rīdit
Paris.consi.60.nu.6.& seq. 1.uol.Ant.Gabr. lib.7.
suarum conclusionum tit.de crimin. conclusione
secunda.nu.3.& 4.Rolan. a Val.consi.96. nu.11.
& 2.58.num.10.in 4.& 95.num.10.& 12.co.vol.
ac Franc.Bursat. in consil.117.num.4. Et negans
2 commisisse † usuram habet præsumptionem pro
se in bonam partem vt dicit Craue.cōsi.48. nu.8.
Præterea certum est hanc speciem contractus
quo emptor promittit in recompensationem fru
ctuum percipiendorum ex re sibi uendita, & tra-
dita donec pretium soluerit aliquid soluere uen-
ditori ualere, nec labe usurarum notari posse ēt
de iure canonico, quia æquitate iuris ciuilis tales
3 usuræ † recompensatoriæ sunt inuctæ ut emptor
ad eas teneatur, ut est tex.in l.Iulianus.§.ex uen-
dito, & illic declarat Paul. de Castr. ff. de action.
empt.& in l.curabit.ubi latè Cagno.post alios.C.
eo.titu.& probatur etiam in l.secunda. ubi Barto.
Castr.& alij.C.de usur. Et quod de iure canonico
4 tales vsuræ admittantur † tanquam licitæ ambi-
gendum non est, ut per Docto.in dictis locis, &
præsertim Cagnol.in d.l.curabit.num.7.23.& se-
quen.Soc.iun.consi.66.num.10.2.uol.Didac.Co
uar.lib.3.suarum resolut.cap.4.num.1.& 2.Anto.
Gabr.lib.3. d.suarum conclusionum. cōclusio.4.
num.5. quod nouiss. latè tradit Io.Baptista Lup.
Gemin.in tract.de usur.coment.1.§.7.num.131.
& sequen.Cepha.consi.609.num.4.& 5.Pancito.
consi.40.in princ.& Ioseph.Lud. in decis.Rot.Lu
a cen.decis.21.num.26.& in hoc non puto [a] etiam
partem aduersam cōtradicere, quæ in sua oppo
sitiua scriptura hanc conclusionē admittit, licet
neget pensionem conuentam potuisse excedere
b summam quinque pro centenario, [b] de quo infe
rius dicetur. dubium autem nō est emptorem te
5 neri ad fructus † quos potuisset percipere uendi-
tor ex re uendita, vt Cagnol.declarat in d. l.cura-
bit. in secunda ampliatione.num.35.& Didac.in
d.c.4.num.2.uersic.secundo.& Ioan.Bapt.Lup. in
6 d.§.7.num.140.etiam si excederent pretium † cō
uentum, ut per Didac. ibi num.2. uersic.tertio, &
Lup.d.§.7.nu.139.prout etiam tales fructus debē
7 tur uenditori, etiam si ex † pretio ei soluto, nihil
fuisset lucraturus, ut per Didac.in d. c.num.2. uer
sic.primo. Sicut etiam procedit hæc conclusio ēt
quod venditor non præstiterit fideiussorē de eui
8 ctione † modo rem tradiderit, ut per Bald.in d.l.
2.nu.4.Cagno.in d.l.curabit.num.31.Gabr.d.cō-
clu.4.num.9.Didac.d.c.4.nu.6.uersic.12.Lup.d.
§.7.num.142.Ceph.d.consi.609. num.6.& sequ.
& Pancirol.d.consi.40.nu.13.& 14.

Et licet fuerint opiniones inter Doct. an a prin
cipio contractus possit uenditor facere pactū de
c aliquid certum [c] sibi soluēdo singulis annis quo-
usque fuerit pretium solutum, tamē uerior, & cō-
** munior ** est Doc.opin. q fieri possit, modo id
q soluitur, non excedat quantitatē fructuū verisi
9 militer, & cōiter † percipiendorum ex re uendi-
ta, ut per Cagno.in d.l.curabit.nu.56.& seq. Soc.
iun.d.consi.66.in 2.Rui.consi.73.nu.3.uersi. ulti-
mus. 1.uol. Paris. d.consi.60. nu.5. & seq. Didac.
d.c.4.nu.5.uersic.7.Rebuff.in repet.l.unicæ.C.de
senten.quæ pro eo, quod interest profe.gl.ult.nu.
45.Ant.Gabr.d.concl.4.nu.21.& Lup.in d.§.7.nu
me.138.ubi alios citat.

Cæterum quando per uenditorum fit locatio
rei emptori pro affictu, uel pensione, vt hoc casu
factum fuit, prout in instro legitur, tunc minor est
d difficultas, potest enim uenditor [d] rem uenditam
10 emptori locare pro certa † mercede donec pre-
tium ei soluatur, vt est tex. in l. sicut emptio. §. 1.
ubi Castr. ff.loca. & quòd valeat talis locatio te-
net Alex. consi, 121.uisis ferè per tot.in 6.Soc.iu.
Rui.& Paris.dictis consi.Didac.d.c.4.num.6. ver-
sic.9.& Lup.dict.§.num.148.nam nō tenetur hoc
casu venditor probare, quòd pensio conuenta
non excedat fructus percipiēdos, ut declarat Ca-
gnol.in d.l.curabit.num.62.quem alij supra cita-
e ti sequūtur, nec hoc casu opus esset reseruare [e] do
11 minium in uenditione facta vt aliqui † voluerūt,
vt per Didac.d.num.4.uersic.5.& Lup. d. §. num.
143.quod probatur ex tex. in d.l.si emptio. §.1.
Quòd in casu isto tanto clarius procedit, quia cū
uenditor ex conuentione facta cum emptore de
anno 1560. possideret terras vēditas, & illis frue
12 retur donec pretium sibi solueretur q † iustè etiā
fieri potuit, ut per Didac.d.cap.4.nu.6. uersi.deci
mo. & per Lup.d.§.num.149. potuit uenditor ter
ras ipsi emptori uel eius hæredi locare pro pen-
sione conuenta sicut potuisset cuilibet extraneo,
& pensionem recipere. Immo hoc casu cum em-
ptor, vel eius hæres interpellatus ad soluendum
pretium fuerit in mora etiam regulari poterat te-
neri etiam ultra fructus ipsius rei ad damna, &
13 interesse † ipsius uenditoris occasione damni e-
mergentis, vel lucri cessantis, vt uidetur admitte
re Didac.d.c.nu.2.uersi.1.& firmat Lup.d.§.num.
138.Ex quibus concluditur ualuisse contractum
prædictū factum de anno 1569. rogatum per D.
Hieronymum nec fuisse feneratitium, vel illicitū,
& affictum conuentū pro eo tpe quo prætiū non

fuit solutum deberi dicto uenditori, & eius hære-
di, licet præsuppositum fuerit in eo, q infra bien-
14 nium † solueretur, quia imputandum est non sol
uenti, & cogitur soluere pensionem, ut in puncto
scribit Soc. iun. d. consi. 66. nu. 12. & seq.
15 Nec obstat, q pensio non debeat excedere † fru
ctus ex re percipiendos, vel consuetam summam
in loco cõtractus, ut per Bal. & Cast. in d. l. 2. nu. 2.
C. de vsur. & Paris. d. consi. nu. 29. & 35. ubi loquũ
tur de octo, & decem pro cent. Et præsupponitur
quòd Mirandulæ vigeat consuetudo de soluen-
do quinque pro centen. vt in dicta scriptura rei,
quia primo hoc non uidetur procedere quando
fuit facta locatio, & promissa pensio pro re loca-
ta, ut per Docto, supra citatos, tum quia nihil fuit
probatum de hoc per partem aduersam, quæ cũ
habeat præsumptionem contra se ualiditatis cõ-
tractus debuit concludenter id probare, si inten-
debat solutum in sortem compensari, cum in de-
lictis comprobandis probatio debeat conclude-
16 re † de necessitate, & non per possibile Mars. in
rubr. de probat. num. 350. & sequen. & Foller. in
pract. crimin. 2. par. secundæ partis principalis
in uerb. dentur capitula, quòd suffocauit uxorem
num. 2. & seq. vltra regulam generalem q proba-
17 tiones debeant † esse necessario concludentes. l.
non hoc. C. unde legi. & c. in præsentia. de proba.
cum ibi nota. Et hæc quo ad dictum contractum
satis sint, & super.

Quo vero ad mutuum scutorum centum sexa-
ginta cuius respectu prætendit pars aduersa sol-
uisse scutos quadraginta pro usuris, dicitur ipsum
auctorem etiam obtinere debere. Namque pri-
mo non constat fuisse solutas aliquas usuras pro
dictis scutis centum sexaginta, & licet in chyro-
grapho producto in proc. 21. dicatur fuisse solu-
tum interesse pro dictis scutis centum sexaginta,
hoc non concludit, q fuerit facta solutio pro usu-
18 ra cum aliud sit interesse, † & aliud usura, ut Bal.
in terminis tradit in c. 1. §. similiter in tit. de cõtro.
inuest. nu. 3. ubi dicit, q non sufficit confessio sup
interesse facta etiam in cõtractu mutui, nam et in
19 mutuo põt recipi interesse † a moroso, rõne dam
ni emergentis, & lucri cessantis, nec est usura An-
ge. in sua summa Angel. in verb. usura il primo. nu
20 mero 15. & ualeat pactum post † mutuũ, q ad cui
tandum damnum soluatur certum quid mutuan-
ti. Abb. consi. 64. 3. col. uersi. ad tertiam obiectio-
nem. 1. uol. ubi loquitur in conuentione de soluẽ
21 do octo pro centen. † & sequitur Rebuff. in d. gl.
fi. nu. 47. & plures citat Corset. in suo consi. 25. in
2. tom. consi. crim. nu. 56. & seq. & nu. 86. 95. & se-
quen. ubi agit de usuris recompensatoriis licitis,
& de pacto facto de soluendo certum quid in re-
22 compensatione sui † lucri cessantis, scribit Grat.
consi. 87. num. 20. & sequen. 1. uol. & consi. 49. nu.
21. primo dub. 2. uol. sicut etiam pactum ualet fa-
ctum per mutuãtem quod debitor teneatur illud
indemnem seruare, tam respectu damni, quàm lu
23 cri, in quo consistit interesse † Didac. d. c. 4. nu. 5.
a, fac. q voluit etiam Craue. d. consi. 189. num. 7.
uersic. secundus casus. Concluditur igitur dictã
confessionem dubiam, & incertum non probare
24 quæ ad hoc ut probet contra † confitentem de-
bet esse certa, & necessario concludens, & omni
exceptione maior Craue. post Ancha. & Roma.
in consi. 157. num. 9. Immo confessio usuræ non
25 probaret nisi † exprimeretur actus ex quo con-
staret commissam esse vsuram quod in iure consi-
stit Craue. consi. 29. num. 2. post Bald. per eum ci-
tatum de quo etiam per eundem Crau. cõs. 262.
num. 4. Et idem respondetur ad listam computo-
rum huiusmodi solutionum, & ad testificatũ Triũ
26 phanris, cui etiam non † est credendum tanquã
unico, & singulari. l. iurisiurã. C. de testi. c. ueniẽs.
in fi. & c. licet. in fi. de testi. immò nec valeret stan
27 tum, ut † uni testi crederetur, ut ad propositum
tradit Rom. sing. 715. an Papa, & illic in addit.

Laus Deo Opt. Max.

Clau. Bertaz.

ADDITIONES.

a Adde ex antiquiorib. Dec. consi. 119. col. 3. & Cœpol. caut. 125 ad fi Soc. consi. 170. col. pen.

b Videndus est Dec. in c. cũ venerabilis. col. 7. ad fi. de excep sed certè hæc taxatio in rõnem quinq; p centenario est conformis dispõni iuris, quod ita taxat quia res ista reddat de fructu singulo anno, qd in uiginti annis faciat ptium ipsius rei, & sic quinq; p centenario, ut est gl. no. in auth. perpetua. C de sacros. ecc. in glo. fi. & tradit Ias. in l. si fundum. per fideicõmissum in prin. col. 2 ff. de leg. 1. & ultra dispõnem iuris ita ubique tenetur, ac practicatur, quòd percipiantur quinq; p centenario de qualibet re, & ille censetur verus redditus, vt trad. Cœpol. in tract. de simulat. contract. col. 16. uer. tertia præsumptio. si ergo partes taxarunt interesse qd est verisimile, & quod se conformat cũ iuris dispõne, & cum obseruantia, & opinione proculdubio talis taxatio attendi debet ita, vt quantum per partes taxatam est tantum præcise peti possit per rationes Dec. in loco supra citato de qua re uid. Afflic. decis 284 in fi.

c In hoc iacet punctus si dilatio non est concessa simpliciter, sed cum pacto, q interim certum quid soluatur pendente dilatione illud solui potest, ac debet ita Pau. de Castr. in sæpe allegata. l. Iulianus. §. ex uendito. ff. de actio. empi quem late sequitur Alex. consi. 121. col. 2. nu 5 & idem consi. 220. colum. penul. in 2. & Dec. d. cons. 119. colum. 4 & consi. 211. colum. fi. & multum notabiliter Dec. in d. c. cum venerabilis. colum. 7. Et hoc modo intelligitur, & limitatur, quòd no. Anto. de Butr. in cap. salubriter. de usur. quia non procedit ubi per partes actum esset, quòd interim durante illo tempore certum quid solueretur, ut tradit Imol. & Pau. de Castr. in l. insulam. §. vsuras ff solu. matrim. & in terminis ita illius dictum declarat in d. consi. 220. col. pen. in secundo. ubi respondet ad rationem Butr. quòd isto casu non est verum dicere proprie dilationem ad soluendum fuisse assignatam cum per cessationem solutionis interim aliquid sit promissum, ut ibi per eum, ad fi. & ab istis non discrepat Abb. cõs. 66. in 1. de quo Dec. meminit in d. cõs. 119. col. 3. & in d. c. cũ venerabilis, d. col. 7.

d Hoc potest fieri dummodò sibi reseruet dominium uenditor, nam si emptor esset dominus non posset rem propriam conducere posse aũt uenditorẽ retinere sibi dñiũ, & reseruare quousq; de ptio satisfactũ fuerit

adeo

adeo, ut non facta solutione dominium nullum transeat vigore huius pacti validi clarum est, vt per Ioann. Andr. in additio. ad Specu. in tit. de emptio. & vendit. §. 1. colum. 4. in additio. incipiente. Facilè ergo erit in fi. Bald. in rubrica. C. de contrahen. emptio. quæst. 13. Abb. consil. 66. Viso quodam. prima colum. in 1. Alex. consil. 121. Visis & ponderatis. prima & secunda colu. in quinto. Soci. consil. 176. colum. penult. ad fi. in 2. & consil. 130. num. quinto, in quarto. Fabia. de Monte. in tract. de emptio. 7 quæstio. pen. colum. num. 15. Dec. d. consi. 119. in secundo dub & 440. in prin. & latè etiam Tiraquel. in tract. de retract. tit. primo, glos. 2. num. 34. & 37. Nec hoc casu constitutum transfert possessioné in emptorem cum potius céseatur appositum contractui locationis, quàm venditionis, vt respondet Alex. d. consil. 121. secunda colum. & debet intelligi, vt locum sibi vendicet finita locatione, & soluto pretio, ut tunc transferatur dominium, vt per eundem ibi quem etiam citat, & sequitur Tiraquel. in tract. de constitut. 22. limitatio. numero primo. ex quo conductor nō possidet sibi, sed Domino, & detinet tantummodo. l. 1. C. comm. de vsucap. l. qui vniuersas. §. quod per colonū. ff. de acquir. possess. & in terminis Alexan. dicto consil. 121. prima colum.

Sed quæro quid si res sit alteri locata deinde dominus vendat, & reseruato dominio rem eandem emptori locet sub certa pensione erit ne vsura? Videtur dicendum quod sic, quia pactum de reseruatione dominij non valet quando non potest transire in aliam speciem contractus, prout hic non potest transire in locationé ex quo eiusdem rei alter est conductor: vnde valet contractus, & annullatur pactum, ut per Afflic. decis. 338. numero quinto. & in tract. de iure prothomis. in §. 3. numero 17. & Cassane. sup. consuetu. Burgun. in 10 rubr. §. 10. in tex. le vendeur, & l'achepteur. nume. 2. Socin. iun. cons. 86. nu. 30.

Præterea pactum hoc non valet in præiudicium tertij, ut per Affl. in dictis locis, & Soci. iun. dicto consilio numero octauo.

Ego contrariam sequor sententiam, & arbitror nullam vsurariam labem contrahi, moueor, quia nō video quare ille emptor non possit conducere rem venditam quousque soluat pretium, & licet fuisset locata alteri ipse tamen ex pacto percipit illas pésiones loco fructuū, & saltem finita prima locatione potest contractus transire in aliam locationem, & memini me quandoq; vidisse fieri tales locationes secundo conductori pro longiori tempore, quàm primum conduxerit, ut interim percipiat pensiones conuentas loco domini locatoris à primo conductore.

Nec verum est, quod pactum reseruationis dominij nō valeat quando contractus non potest transire in aliā speciē contractus, vt voluerunt aliqui ex dominis de consilio, vt refert Afflict. in locis præcitatis nā receptissima est sententia, quod tale pactum valeat etiam si in aliam speciē contractus non transeat, cū dñium remaneat penes venditorem donec pretium soluatur, & quod pactū valeat fuit decisum in d. decis. ut dicit ibi Afflic. qui ait fuisse approbatam opinionem Bal. & idem in illis terminis firmat ualere Tiraq. qui oēs ex aduerso citatos præter Socin. iun. citat in d. gl. 2. nu. 37. ubi dicit valere pactū, & esse admittēdum consanguineum ad contractum cum d. pacto.

Accedat, quod cum contractum possit esse pignoris, vt cautius esset emptori, vel precarij, vt penes eum res esset precario donec pretiū solueret, ut per Fabian. in d. trac. d. 7. par. col. pen. nu. 15. non potest dici, quod pactum non potuerit transire in aliam speciem contractus.

Secundò non ob. quod dictum pactū non ualeat in præiudicium tertij, quia Alex. in cons. 165. Visis duobus in 2. col. in 2. in quo ipsi se fundant loquitur ad euitandā fraudē, & propterea in casu retractus ne fraudetur consanguineus, uel vicinus, voluerunt esse locum retractui sed tñ cum dicto pacto, ut dixi, secus est si nulla fiat alicui fraus, ut in casu isto in quo de nullo iure tertij agit.

Tutius tñ est ad euitandū vsuram, ut fiat reseruatio dñij, per ea quæ infrà dixi, & hæc, vt cautela ponitur supra in d. l. euadit. d. §. 7. nu. 148. ubi nu. 149. & 150. ponit alias cautelas, quibus ego addo aliā, ut mihi ui. cæteris tutiorem, & quo ad aīam, & quo ad forum exteriorem. Vellē itaq; vt fieret promissio de vendendo in forma amplissima cum promissione, quod soluto pretio conuento fiet instrumentum venditionis, & interim pro affictu, quinque pro centenario solui ex his cessat oīs difficultas de qua suprà, quia per promissionem de vendendo non transfertur dñium Ias. in l. ante nuptias. col. pen. ff. sol. mat. Alex. cōs. 73. col. 2. in 2. & Dec. cōs. 340. col. 2. & hoc procedit etiam si alter ex contrahentibus promittat uendere, & alter promittat emere, & sequatur traditio, vt ex mente Doct. concludit Alcia. in l. 1. in prin. col. 5. ff. de verb. obli. & Lancel. Galiag. in rubr. eo. tit. col. 27. ad fi. & seq. & Hotmanot. in repet. §. Cato. colu. fi. & ita cōsuluit Ias. vt ipse refert in d. l. ante nuptias, col. pe. & ita reperitur in cons. 116. li. 1. quicquid dixerit Soc. in d. l. si ante nuptias, & in cōs. 170. & Rui. in d. l. 1. in prin. Quod clarius patet per illud pactum, quod soluto pretio fiet instrūm venditionis ex eo infertur partē non habere venditionem pro perfecta, vnde non potuit dominium transferri iux. not. per Paul. de Cast. in l. cum res. col. 1. C. de probat. & in l. contractus col. 4. C. de fide instru. & in l. quibus idem ff. de verb. obli. cum simil. ut trad. Dec. cons. 159. col. 3. ad fi. Quo stante cum non sit translatum dñium potest apponi illud pactum de soluendo quinque pro centenario, ut no. Abb. in d. cōs. 66. & Dec. d. cons. 119. col. 3. hinc etiam partes dñt quinq; solui pro affictu si enim translatum esset dominiū affictus non ualeret Cæpol. d. caut. 125. & propter idē partes videntur voluisse dominium nō transferri, vt in terminis concludit Alex. cons. 121. col. 2. in 5.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Bonorum confiscatio an possit fieri per Iudicem, si de ea per statutum nulla fiat mentio.

SVMMAE.

1 *Iudex potest inquirere de delicto commisso in iurisdictione sibi non subiecta, quã. delinquens erat originarius, & subditus ipsi Iudici.*

2 *Statutum si imponat pœnam capitis delinquenti, an eius bona possint confiscari, ita quod veniant in consequentiam, maximè quando statutum loquitur per verba abnegatiua præsentis Iudicis (non possent) nu. 7.*

3 *Confiscatio non potest fieri, nisi statuto dicatur.*

4 *Bona quando de iure cōi debent confiscari, non sunt applicanda fisco, sed filijs homicidæ.*

5 *Relatus terminus quicquid continet, idem continet terminus referens saltem implicitè.*

6 *Confiscatio quæ fit contra legem est nulla.*

8 *Statutum criminale loquens per verbum (non possit) tollit omnem potestatem.*

CON-

CONSILIVM DXLI.

In Domino confido.

LICET fuerim sententiæ quod possit pro
cedi per Magn. Potestatem Castri noui
contra Io. Antonium ab alio propter ho
micidium commissum per eum in perso
nam Blasij de Fontanesijs, in iurisdictione Gual-
terij domini j Illustriss. D. Cornelij Bentiuoli, ex
quo ipse Io. Antonius fuit, & erat originarius vil-
1 læ Moleculi districtus dicti Castri noui † secũm
opi. Doct. quæ verior videtur, & communior
relatorum per Cagnol. in l. fi. num. 53. ff. de iuris.
om. iud. Didac. Couar. lib. suarum pract. quæstio.
cap. 11. num. 5. vers. 6. in hoc tractatu, & latè Iul.
Clar. in §. fin. q. 39. versic. sed quæro, in sua praxi.
crim. & propter dispositionem statuti regiensis,
sub rubr. de pœna homicidæ in fi. & propter decre
tum, seu prouisionẽ Serenis. Ducis Herculis pu-
blicatam de anno 1540. registrata Ferra. & etiã
in lib. prouisionum Mutinæ. fol. 135. Attamẽ nõn
sentio, quod bona dicti delinquentis possint pu-
blicari, vel confiscari Ducali Cameræ, tum quia
dicta ordinatio & prouisio Serenis. Ducis Hercu-
lis non imponit pœnam confiscationis bonorum,
sed tantum pœnam capitis, vt in fine illius proui-
sionis quo casu bona non sunt confiscanda, nec
2 veniunt etiam in consequentiam † sententiæ, vt
per Iul. Clar. in d. §. fi. q. 78. in princi. & in vers. sed
pone, nam non potest fieri confiscatio, nisi statu-
3 to dicatur † Mars. in l. fi. num. 191. ff. de iurisdic.
om. iud. & Dec. cons. 252. num. 5. tum quia statu-
tum prædictum Regij disponit, quod si fuerit occi
sus alius quam ciuis extra loca in eonominata,
non possit contra occisorem procedi, nisi per viã,
& secundum dispositionem iuris cõmunis, quo
casu dato, quod de iure cõmuni essent confiscan
da bona nõn sunt fisco applicanda, sed reseruan-
4 tur filijs homicidæ † & alijs vocatis in authen. ut
nulli iudi. lice. habe. loci. seruato. colla. 9. & in au-
then. bona damnatorum. C. de bon. damnat. per
tex. in d. authen. quod voluere glos. in l. 3. §. pen. ff.
ad l. Cor. de Sicar. Franc. Luca. in tracta. de fis. &
eius priui. secunda par. in fi. prin. num. 49. Mars. in
d. l. fi. num. 191. ff. de iurisd. omn. iudi. Paris. cons.
161. in fi. 4. volu. Carer. in pract. crim. §. 7. num. 9.
& Rolan. à Val. consil. 99. in princip. 2. vol. ac Iul.
Clar. in d. quæst. 78. in prin. Cum enim statutum
habeat relationem ad ius commune censetur di
sponere id quod ius cõmune disponit, quia quic
quid continetur in termino ad quem fit relatio
5 continetur in termino referente † saltem impli-
citè, & quod intelligitur per relationem ad aliud
dicitur verè & propriè intelligi Bald. consil. 212.
ea quæ veniunt 5. volum. & ad propositum in stã
tuto habente relationem ad aliud statutum, vel
ad aliud ius: Dec. qui Bald. sequitur in cons. 438.
numero septimo, & consil. 642, numero 2. & seq.
& facit decis. Boer. 103. numero secundo. Quin-
imò si confiscatio hoc casu fieret Cameræ Duca
li esset nulla, & inualida, tanquam facta contra
6 casum dictæ Auth. † vt in terminis tradit And. de
Iser. in tit. quæ sint regal. in quib. contrahentium
incestas nuptias. il secundo, colum. 7. in prin. vbi
dicit, quod non refert an Iudex adimat bona an
non. quia aliàs daretur materia male agendi Iu-
dicibus, & idem sequitur Afflic. in d. tit. in fol. cõ-
demnatorum nume. 15. hanc etiam sententiam,
9 confiscatio sit nulla nec noceat vocatis per d.
authen. etiam sine appellatione, tenuit Bal. in ea.
primo, numero 13. & ibi Card. Alexand. col. 5. &
Afflict. in §. si quis hominem in 11. not. num. 7. &
seq. in tit. de pac. tenen. & eius viola. Mars. d. num.
191. Dec. dicto consil. 252. num. quinto. Cagnol.
in l. ea sola deportationis. num. 7. ff. de regu. iu. &
Carer. d. §. 7. num. 29.

Quod tanto clarius procedit cum statutum lo
quatur per verba abnegatiua præsentis Iudicis
7 (non possent) † cap. 1. cum ibi not. per Abb. in vlt.
not. de causa pos. & proprie. Doct. in l. Gallus. in
princ. vbi Ias. in glos. posse. ff. de libe. & posthum.
Cagno. in l. nemo qui condemnare. num. 2. ff. de
8 reg. iur. & ad † propositum in statuto criminali.
Alexan. in consil. 77. visis dubitatur. in princip. &
colum. penult. 3. volum. Marsil. in consil. 34. num.
24. 43. numero 14. 65. numero 17. & sequen. &
76. numero 16. Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Depositarius quando furti teneatur, & de do
lo si re deposita vsus est, vel alienauit illam?
Quid si hoc fecit, vt pereuntem renouaret, &
ad quam custodiam teneatur?

SVMMAE.

1 *Testes duo dicuntur esse in sufficienti numero, & probant.*
2 *Depositarius ad restituendum potest statim conueniri.*
3 *Etiam si deponens fur esset.*
4 *Literarum forma non seruata scribens non obligatur.*
5 *Depositarius tenetur uti bonus paterfamilias rem conseruare.*
6 *Probatio dubia contra probantem est interpretanda.*
7 *Identitas rei est probanda.*
8 *Depositarius alienando rem depositam constituitur in dolo.*
9 *Et tenetur furti si eam conuertat in suos usus.*

Et

10 *Et deponens nullam habet actionem aduersus eos, qui rem depositam alienatam acceperunt.*

11 *Depositarius ad quam custodiam teneatur rei depositæ, & non teneatur de amissione.*

12 *Vt si eodem modo res erant perituræ apud deponentem.*

13 *Et an debeat, aut teneatur frumentum senectute intereuntem renouare.*

14 *Familiaritas omnis non repellit testem.*

15 *Testis potest esse si non constat famulus, & mercede inseruire.*

16 *Et maximè si fuit inductus, & receptus parte non opponente, & contradicente.*

17 *Et taliter testis receptus indistinctè facit indicium.*

18 *Testis qui non debuit examinari, examinatus parte non opponente facit indicium.*

19 *Iudex potest assumere informationes an testis sit bonæ conditionis, & famæ.*

20 *Testis deponens verisimilia etiam non idoneus admittitur.*

21 *Præsumptiones quando possint iungi cum testibus.*

22 *Testis licet non idoneus admissus tamen non repellitur, sed aliqualiter diminuitur de fide.*

23 *Et si nõ integer suppletur per alium integrum, & habilem.*

24 *Iuramentum est deferendum etiam in arduæ causis, quando est plusquàm semiplenè probatum.*

25 *Solui non potest aliud pro alio inuito creditore.*

CONSILIVM DXLII.

In Domino Confido.

LICET subtiliter, & eleganter per Clariss. D. Aduocatum Vecchij, & fratrũ de Vecchijs fratrem meum obseruãdissimum multa ad fauorẽ eius clientulorum in medium adducta fuerint, tamen vlterius considerando non inutiliter contra ipsos fratres dubitare contingit, ꝙ eis non obstantibus referendum sit ipsos teneri ad restitutionem omnium quantitatũ frumenti petitarum detractis quantitatibus confessatis, & acceptatis de quib. infra, & expensas.

Nanq; præsupponitur, ꝙ constet de deposito corbium 417. cum dimidio in vna manu, vt ex fide instrumẽti producta à car. 6. apparet, & de deposito corbium 259. in alia manu prout ex chyrographo in proce. registrato à car. 7. & ex alio chyrographo à car. 64. Secunda facta manu dicti Vecchij liquet, & de credito aliarum corbium 7. appar. & eodem chyrographo in fine.

Præterea de corb. 330. petitis vẽditis per Vecchium D. Ioanni, seu datis in solutum pro scutis 206. sol. 20. sibi debitis pro prętio rubeę, vt in instrumento registrato in proc. à car. 9. videtur constare ex testimonijs duorum testium examinatorum in proc. à car. 40. & car. 43. qui plenè videntur factum probare, maximè cum sint in sufficienti
1 † numero c. in omni. de testib. l. vbi numerus. ff. co. Et quam quantitatẽ frumẽti dictus Vecchius penes se in depositum habere cẽsetur, virtute pacti appositi in d. instr̃o, vt in proc. á car. 12. secũda fac. & seq. Quæ omnes quantitates simul iunctæ constituũt summam corbium 1013. cũ dimidio. Ad quas restituendas prędicti depositarij teneri
2 videntur † quãquidem depositarius ad id statim conueniri possit, l. 1. §. est aũt ff. depo. §. præterea Instit. quib. mo. re contrah. oblig. quod procedit
3 ẽt si deponens † fur esset, vel prędo d. l. 1. §. si p̃do.

Verũ ex prædicta summa debent detrahi corbes 172. in tribus partitis acceptatis p̃ D. Ioannẽ p̃ D. Antheo Bernardo, & ser Blasio dei Vecchio, Itẽ, & Corbes 56. venditæ pauperibus bulignani de cõmissione ipsius D. Ioannis, vt ex libros ipsius Domini Ioannis registratis a car. 86. in processu liquet.

Nec videtur, ꝙ aliqua alia qnãtitas ex hac causa vendita debeat acceptari, vt Mag. D. Aduocatus reorum vr̃ velle, quia venditæ de commissione D. Ioannis, & venditæ de cõmissione Cõmissarij, & hoĩum non debent acceptari, vel compẽsari, quia duplicarentur, sed vna in alteram quantitatem confundi debet, & ita sunt intelligẽdæ cõfessiones D. Ioannis factæ positionibus a car. 52. vbi dicit dedisse cõmissionẽ de vendendo pauperibus p̃ buletinos: Nec attestatio Massarij in processu producta quicquã facit, quia nón probatur ex ea, ꝙ Vecchius teneret, vel fuerit coactus vendere de frumento d. Ioannis. Imò contrariũ probatur ex supradictis literis d. Ioannis. vbi dicit, ꝙ obtinuit a D. Comite, ꝙ non teneretur nisi inquãtum vellet, & hęc est veritas sicuti ex literis ipsius D. Co. penes me existentibus patere potest. Sed ꝙ non debeant acceptari, nisi d. corb. 56. non puto dictum Vecchium recalcitraturum, si quidem de communi partium consensu inter eos fuerunt calculatæ rationes, & acceptatum earum prętium d. Ioanni.

Non vr̃ etiam dici posse, ꝙ quantitas data magistro Marco Molendinario debeat ex dicta summa detrahi, cum nullibi in processu uideatur probatum fuisse datam de commissione d. D. Ioãnis. Nec literæ D. Ioannis in proc. char. 83. hoc probant,

bant, nec hoc fatetur D.Ioannes, licèt sæpius in-
terrogatus.

Præterea, & hoc videtur tollere omnem diffi-
cultatem D.Ioannes scribit velle, q̃ Mag.Marcus
faceret sicuti cęteri eius debitores, qui frumentũ
in depositũ acceperunt, ut Bernardus prędictus,
vel soluerent pretiũ in rationem sol.75.pro qua-
libet corbe, & dare tantam quantitatem frumen
ti pro dicto prętio conductam ad padum, vt ex li
teris ipsius D.Ioannis in proc.a car.91.cõmisisse,
& ordinasse dicto Vecchio cõstat. Et tam dictus
Vecchius formam, & ordiné in dictis lr̃is traditũ
non seruauit, sed excessit fines mandati, uenden-
do frumentum dicto magistro Marco sol.65.pro
qualibet corbe, & propterea Dñm non obliganit
l.diligenter.ff.manda.& in ordine, seu forma in li
4 teris tradita non seruata, q̃ scribens † non oblige
tur trad.Paris.consi.47.num.41.primo vol.quod
videtur etiam sine dubio procedere, quia dictus
Vecchius (ni fallor) suo nomine uendidit frumẽ
tum dicto magistro Marco, & suo nomine ab eo
exegit.

Nec videtur obstare, q̃ prædictus Vecchius
non teneatur ad restitutionem dicti frumenti ex
eo, q̃ ipsum vtiliter dispensauit vendendo & re-
nouando ex eo q̃ vlterius conseruari non pote-
rat, vt uidentur testes ipsius deponere, & se gessit
tanquam bonus paterfamilias ad quod agendũ
5 † tenebatur de natura actionis depositi, vt p Bar.
in l.quod Nerua, num.30.ff.deposi. Quia duplici
ter respondetur primo, q̃ testes examinati oõ de-
ponunt, q̃ frumentum D.Ioannis esset eius quali
tatis cuius esse dixerunt, id q̃ viderunt, & propte-
rea non probat hoc esse, q̃ ab hoc coutingit abes
6 se, l.non hoc.C.vnde legi.& probatio dubia † cõ-
tra probantem debet interpretari c. in præsentia
7 de probat.cum alijs vulga. nam † debebat iden-
titas frumenti probari cap.auditis.ubi Io.And. &
alij communiter de præscrip.& materiã latè exa-
minat ibi Paris.num.24.q̃ etiam tenet Ias. d.l.nõ
hoc.col.3.& Dec.d.ca.in præsentia.nu.10.9.not.

Secundò respondetur, q̃ dictus Vecchius de-
positarius non potuit dictum frumentum deposi
8 tatum alienare. nam alienando constituitur † in
dolo etiam si reemat, l.1.§.si rem depositam.ff.
9 eo.depositarius enim si rem depositam † in suos
vsus conuertit furti tenetur l.3.C.deposit.l.si sac-
culum.ff.eo.Doct.in l.certi condictio.§.fi.ff.si cer
tum pet.licèt possit voluntate deponentis cõcur
rente, & tunc depositum mutat naturam, & tran-
sit in mutuum d.§.fi.vbi Moder. de qua volunta-
te in proposito non constat, sed bene de contra-
ria volũtate ex literis ipsius Vecchij ĩ proc. char.
80.apparet. Vnde D.Ioannes deponens nullam
hebet actionem aduersus eos qui mutuo, vel ven
10 dito † a Vecchio frumentum receperunt. l.si is
qui.C.depo.sicut non habet aduersus eos q̃ in de
positum acceperunt.l.si is apud quem. ff.eo. Nec
cessio facienda per Vecchium D.Ioan. est admit
tenda quandoquidem illa procedit quãdo quis
ignoranter, non autem scienter rem vendidit de-
positatam l.1.§.fi.cum l.sequen.ff.eo.qui quidem
tali casu etiam non liberatur si habeat faculta-
tem redimendi, & restituere potest l.3.eo.

Nec videtur obstare, q̃ dictus Vecchius potue
rit alienare ex quo tenebatur adhibere diligen-
tiam in re depositata, quia verum est, q̃ debet ad
hibere diligentiam respectu custodiæ rei, ne res
amittatur vel furto subtrahatur, nõ autem vt pos-
sit rem alienare, quia hoc est contra naturam de-
positi, ut supra ostensum est, & ita in huiusmodi
diligentia loquens exemplificat Azo in summa
eius tit.tertia colum.vt si depositarius res suas po
nebat in arca secura, & depositatas dimittebat
in domo super bancas, & ita etiam idem exem-
11 plum † ponit glos.magna circa med. in cap.fin.
loca.& tali casu loquitur Bar.in d.l.quod Nerua,
& loquuntur alij in hac materia, sed quod deposi
tarius possit rem alienare ne pereat hoc non pu-
to iure cautum reperiri, nec ad hoc tenetur depo
sitarius, si quidem si res apud eum perit quæ a-
12 pud deponentem eodem modo erat † peritura
liberatur l.si plures.§.1.ff.depo. & idem est si sine
dolo malo amisit, nec enim restituere tenetur l.si
sine dolo eo.tit.& idem est si ob senectutem, ut
in hac specie res intereat.l.si vt certo.§.nunc uide
mus vers.quod vero senectute. ff.commoda. qui
loquitur in fortiori casu, scilicet in commodata-
13 rio † quem tex.ad hanc materiam depositi alle-
gat glos.prima.in d.c.fi.depo. nec debet deposi-
tarius in re deposita ultra domini uoluntatem mi
sericordiam exercere l.si hominem in prin.ff.eo.
vbi Paul.de Cast.

Non videtur etiam obstare, quòd non sit pro-
batum plene dictum Vecchium pro pecunijs ru-
beæ vendidisse frumentum ex eo quòd unus ex
testibus examinatis est discipulus d. Ioannis, &
cum eo cohabitat, & uiuit, quia non videtur pri-
mo constare, q̃ viuat expensis ipsius d. Ioannis,
quod exigr̃ ad hoc, ut familiaris, vel domesti-
cus repellatur, vt per Doct.in dicto cap.in literis,
14 nec enim omnis familiaritas † repellit testẽ, sed
nimia, & talis quæ possit corruptionem induce-
re, ut in simili Alexã.trad.consilio 78.in causa, &
lite secunda colum.1.uolum.& Cur.Iun. consilio
168.num.16.

Præterea, & secundo non constat, quòd sit fa-
mulus, vel seruitor d.Ioannis, & sibi inseruiat pro
mercede quo casu potest testificari, & admittitur
15 † secundum Spec.in titu.de testi.§.1.cõlumna 4.
versicu.sed de quo mercenario, & sequitur Ro-
man.consil.420.proposita secunda colum.Crot.
de testi.quarta par.nume.127.Mars.in l.prima.§.
ad quæstionem nume.quarto.& in §.idem nun-
cio numero quarto.ff.de quæst. & in sing. quinto
reg.licet Felyn.in dicto ca.in literis 2. col. uidea-
tur tenere contrarium.

Tertiò, dictus testis videĩ probare ex quo par-
te præsente, & non contradicente, uel opponen-
16 te fuit inductus, vel receptus, nam † satis uidetur
pars

pars consentire, vt post Nic. de Mattare, concludit Bal. in l. si quis testibus. colum. fin. num. septimo. C. de testi. & sequitur Fely. declarando dictũ Alb. in contrarium allegatum in d. cap. in literis colum. fin. 2. not. alibi tenet Bald. quòd talis testis
17 † receptus indistinctè faciat indicium, vt per eũ in Marg. Innoc. 2. colum. vers. testes familiares, ꝙ mãdat notari, & ibi plura allegat, sequitur Marl. in d. §. ad quæstionem num. 15. Et quòd testis, ꝙ
18 non debuit examinari, examinatus † parte non opponente faciat indicium trad. Marl. sing. 198. testis. Et in casu isto prædicta maximè procedere videntur ex quo dictus testis est alias persona honesta, & bonæ conditionis, & famæ per ea quę not. Docto. in d. cap. in literis, & Mars. latè d. §. ad
19 quæstionem, de quo † Iudex potuit assumere informationes l. 3. in princip. vbi Bart. ff. de testi.

Quartè, prædictus testis, ꝙ admittatur facit,
20 quia deponit verosimilia † quo casu etiam non idoneus admittitur, Mars. singul. 343. verisimilitudo, & Crauet. consilio 35. numero septimo. Est enim verosimile, quòd Vecchius fecerit contractum frumenti ex eo quòd ipsi testes incontinenti, uel post contractum per modicum spatiũ temporis scripserunt manu propria factum, & contractum ipsum, nec enim est verosimile, ꝙ scripsissent, nisi sic actum fuisset, præterea ex literis & chyrographo dicti Vecchij apparet, quòd dictus Vecchius voluit dictum frumentum vendere dicto D. Ioanni, pro dicto pretio sol. 50. pro qualibet corbe, vt in proc. char. 63. secunda fac. Itẽ in literis ipsius Vecchij, vel dicti D. Ioannis productis, vel alibi non legitur ipsum soluisse aliquas pecunias, vel d. Io. recepisse pro computu dictæ rubeæ, sed loquuntur de frumento, quæ præsumptiones videntur etiam posse iungi cum testimo-
21 nijs d. D. Petri, & † sufficere vt in simile trad. Crauet. cons. 6. num. 66.

Quintò, quòd dictus testis nõ sit repellendus, sed probet, licèt aliqualiter diminuatur de fide
22 est decis. in terminis † terminantibus Ang. in consilio primo, porrecta fuit petitio colum. secunda, quem allegat Fely. d. cap. in literis ad fin. licet sub alio numero. Vnde cum adsit testis integer, & habilis, & qui in veritate non videtur in aliquo reprobatus, etiam ꝙ hic alius esset inhabilis, & non
23 integer supplebitur per alium † habilem, & integrum, iuxta not. per Doct. in l. si quis ex argentarijs. §. cogentur. ff. de eden. vbi latè Ias. Dec. plures allegans in cap. causam quæ. in prin. ff. de off. delega. Crot. dicto tracta. de testi. num. 27. quam opin. defendit Io. de Amic. consilio 119. numero decimotertio, & consil. 120. numero nono, & sequen. & secundum eam consuluit Craue. consil. 73. numero vigesimoseptimo. & in terminis nostris proprijs decidit hoc Ang. dicto cons. primo. secunda colum. quem sequitur Fely. in cap. testimonium secundo not. num. quinto. de testi. Alex. consi. 120. viso puncto colu. 4. vers. accedit etiam quarto volum. Ias. dicto §. cogentur secunda col. vers. quarto facit. Dec. capit. licet causam. colu. 5. num. octauo, de probat. Socin. consil. 130. ad fin. Marsil. cons. 68. numero 26. & cons. 84. nume. 28. & sequitur etiam Ruin. cons. 92. numero quarto. primo uolu. Sequitur igitur, ꝙ plenè uidetur probatum de intentione actoris, & sic non est opus aliquo iuramento suppletiuo, quod etiam nõ admisso dicto teste videtur deferri posse, quia non est singularis, vnde solus faceret semiplenã probationem. Sed illud quòd melius est habere vnũ bonum testem, quàm plures singulares procedit quando deponunt de diuersis factis diuersis locis, & temporibus, secus si de eodem facto deponunt, & de eodem loco & tempore, ut hic, & per Doct. in dicta l. admonendi. sed quia hoc est superfluum alia uerba non effundam maximè cũ clarum uideatur fuisse probatum plenè, uel saltẽ
24 plusquam semiplenè, quo casu etiam ĩ causa † ardua iuramentum admittitur, ut per Crauet. alios allegãtem dicto cons. 73. numero 26. Videtur igitur ex præmissis concludendũ esse dict. Vecchiũ, & fratres teneri ad restitutionem dictarum quantitatum frumenti detractis quantitatibus supradictis, & è conuerso dominum Io. teneri ad restituendum scutos 70. vel circa habitos a dicto Vecchio soluente (ut ipse per procuratorem fatetur) ad computum rubeæ, quia ex quo erat debitor speciei non potuit liberari soluendo quantitatẽ
25 per regulam, quòd aliud pro alio inuito † creditore solui non potest. l. ij. §. primo. ff. si certum pet. Nam & D. Io. Putans ex alijs causis se esse creditorem eos recepit, & propterea cum constet ex calculo facto non esse, debet indebite solutum repetere.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bert.

Fuit absolutus hic depositarius, & nulli pœnæ locum esse fuit declaratum.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Si Notarius suo prothocolo addidit illud, qđ deerat, & sine quo non valebat instrumentum, an sit falsi pœna puniendus? Et maximè si sit Notarius practicus, & sciat disputari de ualiditate illius instrumenti?

SVMMAE.

1 *Notarij rogitus est nullus si desunt locus, & testes.*

2 *Et si hæc addat post confectum instrumentum notarius, sine iudicis authoritate, falsi tenetur.*

Quod

3 *Quod etiam procedit in testibus qui sunt de validantibus instrumentum.*

4 *Notarius non potest aliquid addere sine iudicis licentia illi contractui super cuius validitate oritur quæstio.*

5 *Et idem est quando copia est parti data, etiam quòd copia ipsa non sit authentica.*

6 *Et hoc est regulare in quolibet errore qui possit nocere parti, vt exigatur iudicis authoritas.*

7 *Falsi tenetur notarius, qui sine iudicis licentia addidit prothocolo, seu abbreuiaturæ.*

8 *Scriptura præsumitur falsa scripta in loco raso.*

9 *Notarius, qui omisit apponere solennitates, præsumitur fuisse in dolo, & falsò fecisse.*

10 *Et maximè si est notarius practicus qui etiam officio causidici fungatur.*

11 *Et si quid addidit contra solitum stylum suum.*

12 *Dictio (item) inducit repetitionem qualitatum præcedentium, vt temporis, loci, personarum.*

13 *Falsitas in prothocolo tanquàm facta in re probante est punienda.*

14 *Notarius committens falsitatem etiam non nocibilem est puniendus.*

15 *Copia dicitur scriptura priuata, & alio non apparente non facit plenam fidem.*

16 *Originale si habet vitium, nec ualet leuatum ab eo.*

17 *Instrumentum non potest releuari ab exemplo, alioqui falsi tenetur notarius.*

18 *Prothocolum esse perditum non creditur simplici iuramento notarij.*

19 *Notarius amittens prothocolum arbitrio iudicis potest puniri.*

20 *Et potest hoc casu repetere instrumentum, vt sibi faciat prothocolum.*

21 *Sed hoc non debet petere ab exemplo, vel copia.*

22 *Instrumentum casu amissum non potest confici sine citatione partis, & consensu ambarum partium.*

CONSILIVM DXLIII.

In Domino confido.

LICET non sit de more ante firmatā inquisitionem contra imputatum de delicto motiua vrgentia ad inquirendum edere, sed tantum post finitum
processum, cum de condemnando, vel absoluendo reo agr̄, tamen, quia semel per Magnif.D.Locumtenentem D.Prædecessoris mei subtiliter dubitatum fuit, & ad tollendas eius dubitationes fusissimè quidem, & eleganter plerique Excel.I.C. scripserũt, pro hac duntaxat vice eius vestigia sequar, qđ ēt omittere nolui, vt plurib. amicis id efflagitantibus morem gerā. Visis itaque omnibus quę in hac causa, tam in iure quàm in facto deducta fuere, nō iniustè vr̄ dubitandũ, D.Io.Baptista Schodolisũ, aliàs detentum nedum inquirēdum, sed & condemnandum, vel saltem ad veritatem indagandũ torquendum esse, tanquam falsariũ, & contra quem plura indicia falsitatis vrgere videntur. & quidem non vnius tātum semel per eũ commissæ, sed duarum diuersis temporibus admissarũ. Nam præter alias minores. Ex suis enim met confessionibus factis corā d.D.Locumtenente constare vr̄, ꝙ eius prothocolo, seu abbreuiaturæ exhibitæ addidit clausulam (p̄ñtibus testibus specialiter vocatis) & in fine sequentis instrumenti (actum vbi supra) ꝙ tamen facere potuisse nul-
a lo iure a probari vr̄, cum enim celebrationi ipso
rum instrumentorũ viderentur deesse, & locus, &
1 testes, & per consequens † rogitus censeretur nul
lus, iuxta not. in c.1. de fid. instr. & in alijs locis, &
ipse vellet assertum rogitum nullũ conualidare,
(vt ipse pluries confessus fuit, vt supra) certũ vr̄ ip
sum crimen falsi incurrisse, cum & si constaret ip
sum de tali cōtractu fuisse rogatũ (ꝙ vtiq; nullibi
apparet) nō potuisset suo arbitrio sine iudicis au-
2 ctoritate ex tā longo internallo 26. ann. † ea adde
re, iuxta ea quæ trad. Spec. in §. postremò in vers.
sed nũquid confecto, & ibi Io. And. in tit. de instr.
edi. Bar. & Bal. in l. Imperator. de stat. hom. Bal. in
c. publicato. in prin. de elect. & Moder. in l. si libra
rius de reg. iu. ꝙ proculdubio in testibus ꝓcedit,
ꝙ non sunt de concomitantibus, sed de validan-
3 tibus † instr̄m, vt per Cagnol. post alios quos alle
gat, in d.l. si librarius. nu. 27. Et hoc casu tanto mi
nus vr̄ id licuisse d. notario, cum iā esset inter par-
tes orta quæstio super validitate huius cōtractus
4 & sup defectu huiusmodi, quo casu omnino † ne-
cessaria videbatur iudicis licentia Io. And. in ad-
dit. ad Spec. Bal. in rub. C. de fide instr. col. 7, num.
25. Fel. in c. ex literis nu. 8. de fide instrumentorũ,
& idem vr̄ ex quo iam fuerat copia parti data, ut
5 ipse fateт̄, nec vr̄ hoc casu exigi, vt copia ipsa † es-
set authentica, vt per Specu. & Bal. in dictis locis
Fely. d. num. 8. & Paris. consil. 28. nume. 42. 2. vol.
& Moder. in d.l. si librarius, & quod est regulare
6 in quolibet errore qui possit † nocere parti, vt exi
gatur iudicis auctoritas Bal. in §. pacta in fi. in titu.
de pac. constan. Si igitur sine iudicis licētia d.D.
Io. Baptista addidit, vt sup. dicto prothocolo, seu
7 abbreuiaturæ, † videtur teneri de falso, ut Bal. sen
tit in l. cum proponebatur 2. colum. ff. de leg. 2. &
expressius firmat Alex. in addit. ad Bar. in d.l. Im-
perator. & in his terminis. Igne. in l. 3. §. si quis ta-
bulas num. 101. ff. ad Senatuscons. Syllan. & cum

dicta

dicta scriptura fuerit abrasa in ea parte ubi fue-
runt additi testes, seu illa clausula præsentibus te
stibus,& iterum in loco raso scriptum, præsumi-
8 tur † falsa Anchar.cons.431.præmissa.prima col.
& Rip.in l.admonendi.num.144.ff.de iureiuran.
Præterea cum notarius ipse videatur omisisse ap-
ponere solemnitates cēsetur fuisse in dolo,& præ
9 sumitur † falso fecisse,vt per Cur.sen.cons.56.nu.
18.quod uidetur etiam voluisse Bart.in l.nulli.C.
de nume.& actua.lib.12.Alcia.tract.præsump.3.
regu.præsumptione 13.num.13.Io.Baptista Plot.
in repet.l.si quādo.C.unde vi.nume.618.& Boer.
q.37.numero 4.qui loquuntur nedum in testa-
mentis,sed etiam generaliter in omnibus instru-
mentis.

Nec me mouere videtur quæ tam scitè, quàm
copiosè pro defensione dicti notarij adducta fue
re.& primo, q̄ dolus non interuenerit,quia ex di
ctis præsumptionibus, & facto ipso præsumitur,
& in processu postea apparebit, nec hoc casu ui-
detur posse ascribi errori per prædicta, & maxi-
mè in notario practico,qui etiam officio causidi-
10 ci fungitur,†vt per Cur.dicto cons.56.num.18.&
seq.sicut etiā cessare videtur, quòd potuerit pro-
pria auctoritate addere, quia in hoc casu non vi-
detur verum per prædicta.Pariterque nihil face-
re videtur, quòd locus & testes descripti in præ-
cedentibus instrumentis censeantur etiam repe-
titi in hoc vltimo propter dictionem (Item) tum
quia testes appositi ante initium instrumēti con-
tra solitum stylum notarij,qui non vr̄ unquam so
litus fuisse ipsos scribere in principio instrumen-
ti,ut ex rotteius originalibus,& abbreuiaturis ex-
hibitis cernere est, uidētur magis facere præsum
11 ptiones falsitatis † contra eum,ut per Crau.con
sil.28.nu.5.Tum quia ipsemet notarius affirmat
eas additiones fecisse, ut cōualidaret dictum in-
strumētum,quòd sentiebat, aliàs fore nullum, &
sic non censebatur intelligi repetita ea omnia in
sequenti instrumento,quòd ex alio etiam osten-
ditur necessario, quia si intellexisset testes in pri-
ma facie descriptos inseruire contractui subse-
quenti D.Blancæ ad quid addidisset eidemmet
contractui illam clausulā (præsentibus testibus)
præterea illa dictio (item) non uidetur repetiti-
ua,uel inducere repetitionem qualitatum præce
12 dentium,ut in casu isto testium † temporis,& lo-
ci,quando concurrit diuersitas personarum, uel
rerum,ut latè per Cur.iun.cons.44.nu.5. nec hoc
casu loquitur Alexā.in allegato cons.37.in tertio
qui loquitur quando contractus plures erant ce-
lebrati inter easdem personas quo casu locus po
terat esse repetitioni. Quòd aūt ipse additiones
factæ fuerint post datam copiam parti apparet ex
confessione dicti D.Io.Baptistæ. Nec q̄ dicta ab-
breuiatura fuerit cancellata, quia extensum fue-
rit instrumentū in libro,qui deinde incendio cō-
sumptus fuerit,uel q̄ in ueritate notarius rogatus
fuerit de dicto contractu, secundum quem subse
quuta fuerit obseruantia inter partes,apparet ali

cubi, quo fit ut nunc non fit respondendi locus,
minusq; probatione admittendę sunt ante firma
tam inquisitionem. Non vr̄ etiam iuuare dictum
reum, q̄ dicta imbreuiatura nullam fidē faceret
propter eius cancellationem, & extensionem in
libro,quia ultra, q̄ de dicta extensione non con-
stat,non vr̄ q̄ non esset ei fides adhibēda ex quo
13 ad ipsam recurritur quæ probat † originem rei,
Bal.in d.rubr.nu.28.& Lanfran.in ca.qm̄ contra.
in uerb.instrorum productiones.nu.27.& nu.30.
ubi q̄ ex eo potest extrahi instr̄m,& sequit̄ Cagn.
in d.l.si librarius nu.56.& posito q̄ nulla esset, &
non faceret fidem ex quo notarius eam conuali-
dare conatus fuit addendo,ut supra non vr̄ posse
excusari à falso,illud aūt non vr̄ omittendum, q̄
etsi falsitas non fuisset,vel esset nocibilis alicui, q̄
tn̄ non uidetur fatendum tamen notarius saltem
14 extraordinariè † ueniret puniendus, ut latè per
Mars.in l.1.§.præterea nu.22.& seq.ff.ad l.Corn.
de Sicar.& Gram.decis.27.num.5.quod etiam in
casu suo admittit Castr.in alleg.cons.364.num.2.
2.uol.in quo vr̄ fieri magnum fundamentum, &
tamen non uidetur ēt loqui in his terminis, sed
quia in inquisitione non concludebatur fuisse cō
missum falsum,ut ibi per eum.

Nihil ēt facere uidetur quod ipse notarius po-
tuerit ea addere propter copiam repertam,& an
tea datam fratribus,quia hoc non constat,& po
sito q̄ constaret sicut ab ea non potuit releuare
publicum instr̄m,ut dicetur inferius super secun-
da falsitate quæ prætenditur commissa,ita etiam
eius uirtute, nō uidetur potuisse illas additiones
facere, uel conualidare dictum instrumentum,
seu prothocollum.

Secundò,dictus notarius ex alio uidetur tene
ri pęna falsi,quia instr̄m publicū releuauit ex co-
pia sibi,ut dr̄ restituta per fratres S.Petri,quę qui
dem copia proculdubio non vr̄ plenè probare
15 immo uidetur scriptura † priuata alio non appa
rente,& q̄ non faciat plenam fidem fatentur oēs
post Bar.in l.admonendi de iureiu.ubi Rip. num.
152.gl.Bar.& Bal.in l.sicut iniquum. C.de fi.instr.
per oēs in auth.si quis in aliquo. C.de eden.& in
c.fi.de fid.instr.Et quando originale habet uitiū,
16 etiam non † ualer leuatum ab eo Alex.cōs.175.
17 7.uol.& q̄ instrumentum non possit releuari † ab
exemplo admittit Rui.cons.131.num.2.& seq.5.
uol.Nec uidetur obesse q̄ ꝓthocollum casu fue-
rit perditum,& combustum,quia id non constat
18 nec † simplici iuramento notarij esset in hoc cre
dendum,ut per Alex.in l.si quis ex argentarijs.§.
prætor ait nu.13.de eden. immo notarius ipsum
19 amittens † posset arbitrio iudicis puniri. Bald.in
d.rub.nu.28.& Lanfran.in d.uerb.instrumentorū
productiones.nu.28. Immo etiam posset torque
ri si est suspicio, & ueritas in dubium reuocet ex
aliqua coniectura, ut uidetur extare in casu isto,
secundum eos ibi. Prout etiam tolli uidetur de-
cis.Bal.& sequaciū, q̄ notarius possit cogere par
tem cui instrumentum tradidit, ad ipsum eidem
resti-

restituendum in casu amissi prothocolli, vt possit
20 alteri † parti ipsum releuare, vt in l.fi.C.de eden.
& in cap.1.de probat.etiam alij trad. nam eo casu ab instrumento authentico releuatur aliud instrumentum, non ab exemplo, vel copia, & id
21 probatur † ex not. in l. si quis ex argentarijs. §. prætor.ff.de eden.sentiunt omnes in d.authen. si quis in aliquo.& Aleiat.in l. procurator in verb. præbendam.colum.2.eo.tit. & expressius Bauer. post alios in §.nihil aũt.num.14. & 17. Institu.de testa. Præterea interuenit notitia vtriusq; partis quo casu nihil notario imputari potest, qui iudice mandante,& partibus scientibus ita releuat, secus in casu in quo altera parte nedum inscia, sed etiam inuita repetit copiam ab vna parte secundum quam reficit, seu releuat instrumẽtum in publicam formam sine iudicis auctoritate, vel licentia, quod non videtur iuridicum,& ad hoc, quia cum debet refici instrumentum casu amissũ
22 exigitur citatio partis, vel cõsensus † ambarum partium, sicut etiam in confectione, vt per Bar.in l.nuptiæ ff.de rit.nuptiarum.& in l.chirographis. ff.de admin.tuto. & in l. ne casu. ubi etiam Io. de Plate.C.de discus.lib.10.Fely.in ca.consuluit de Iudæ.& Boer.decisione 37.nu 1.6.& in proposito trad.Bar.in l.si quis ex argentarijs.§.nec iterũ. per illum tex.num.2.& num.5.& Bal.etiam ibi in §.nec etiam in princ.& Castr. in §.fin, ff.de eden. Ex quibus iunctis his, quæ primo loco abunde deduxit d.primus motiuans, quæ non uidentur adhuc sublata, videtur fore procedendum contra dictum notarium.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho.Bert.

Fuit condemnatus pęna pecuniaria, licèt leui.
Clau.Bertaz

ADDITIONES.

a Non erit alienum ab instituto nostro, & ab vtilitate ma hanc partẽ parum diligentiore,& ampliare sermone explicare.nã D.Consultor succinctè solum perstringit, quæ causæ inseruiebant, nos autem labores hos nostros in communem fructum accommodamus.

Quæro itaq; quando notarius citra crimen falsi possit addere solemnitates in instramento omissas?

Et primò de anno dñi nõ de inuocatione est magna quæstio, an illius omissio vitiat instrm, est itaq; qõ, an notarius qui omisit in instro apponere millesimũ, seu annum Dñi possit corrigendo errorem suum illud addere,& Bar.loquens in die,& sic in tpe omisso in l. Imperator. ff.de stat.hom.& in l.si librarius. ff. de reg.iur.
* quem cõiter * sequuntur Doc. in locis ipsis distinguit, ꝙ aut notarius incontinenti omissum tẽpus apponit, & quia hoc est de concomitantibus necessarijs sine quibus actus fieri non potuit, vt dicit Domi. post Io. And. in c.Abbbate sanè.col.fi.de re iud.lib.6.& propria authoritate potest apponere, si aũt fuit appositum tẽpus, sed in eo erratum, & tunc si non est data copia parti ẽt põr, licèt dicat Domi.vbi suprà esse melius facere nouum prothocollum, seu nouum instrm propter suspicionem, si vero fuerit data copia parti, & tunc authoritas iudicis exigitur.de quo latè hr per Fely. in c.ex lris. de fide iustru.ut per Dec.& Cagnol. in d.l.si librarius, & qa hæc latius sunt discutienda inferius, dum de die disputabimus, ideo hęc distinctio vera sufficit interim.

Scdò quæro, de indictione, & stante illa cõclusione
* vera,& cõi* de qua p Doc.in d.l.librarius,& pręsertim Cagnol.& Dec.& in c.1.de fi.instr.ubi Dec.num.11.q omissione indictionis instrm uitietur, quid si fuit apposita, sed erronee,& corrupte, quia non conueniat cum annis Dñi, an vitietur instrm,& omissa possit addi per notariũ? Et in primo membro concludendum est errorem notarij parti non obesse, quia ex quo est indictio apposita, licet corrupte,& ex annis appositis potest deprehendi certum tps celebrationis cõtractus, & certus error indictionis, & magis præsumendum est notariũ errasse subducendo rõnem indictionis, quod plerique ignorant, quàm annorũ, quod oẽs sciunt, & tũc non vitiatur instrm. ita Dyn.in cons.13.Qõ talis est,& hic in plerisq; locis tenet Bar.& maximè in d.l.si librarius,& in d.l.Imperatores.ff.de stat.hom.& in l.si nominatim
* ff de condi.& demõ.vbi Soci.dicit cõem * opinionem, & cum Bar.idem tenent moder.in d.l. si librarius, ubi Cagnol.nu.23.& seq.& Fely.in c.inter dilectos. nu.14. de fid.instr.& in c.imputari.num.10.eo.& Dec.in d.l.si librarius.& in d.c.1.de fi.instru.nu.11. Mars.sing.431. Dixi tibi & Ias.in repet.l.admonendi.nu.17.in 66.col. ff.de iureiur.licèt aliter videatur tenuisse Io.And.in data libri sexti,& contrariũ tenuerit Comens.in d.l.si nominatim,& Bal.in c.cũ in iure peritus. nu.16.de elect. vr tenuisse omissam esse indictionẽ si notarius specifice,& expresse non apposuerit, sed vsus fuerit his verbis indictione,&c. quod vr sequutus Corn. cõs.93.li.4. qa merito talis decisio reprobat, vt p Alex.cõs.190.2.col. ĩ 6 & p Dec.in d.c.1. cõtra qđ ẽt est decisio ipsius met Bal.in d.c.inter dilectos.nu.14 dicentis, ꝙ si notarius dimisit spaciũ pro indictione, qa tunc non recordabat non cẽsetur omissa,& valet instrm quod sequitur Soc. in d.l.si noĩatim Dec.d.c 1.& Cagnol. ĩ d.l.si librarius. nu 24 opinio aũt Io.And.& aliorũ tenentiũ instrm vitiari ex corrupta appositione indictionis pcedit, qñ de annis non cõstat, ut p Fely.in d.c.inter dilectos.nu.11.

In scdo membro, licèt Io. And. in d. data libri sexti, & nõnulli alij tenuerint, ꝙ notarius post redditum parti instrm indictionẽ per errorẽ, & perperam appositã corrigere nõ possit, secus vero ante, nisi fiat iudicis authoritate, quod tenet Soci.cons.98.num.15.in 3. qđ vr sequi Dec.in d.l.si librarius.nu 6. Tũ qñ notarius corrigit eo modo quo corrigit lex, quia p[...]o præsumit,& ex appositis annis dignoscitur, quęnã indictio sit apponẽda,& tunc uerior,& crebrior
** ** vr opinio tenẽtium ẽt hoc casu propria authoritate posse, ut tenent Bald.& Ang.in d.l. Imperatores ff de stat.ho, Alex.d.cõs 190. Ias.cons.28.li.1.Fely.d.c ex literis.nu.9.4.casu. de fide instrum. Lanfr. in verbo instrumenti productionem. nu.37.in c.quoniam contra.de probat.& Cagnol.in d. l.si librarius num.23.

Quid si notarius ex toto omisit apponere indictionem, an instrm aliquã fidem faciat Bal.in l.admonẽdi. nu.24.vers.Quid si in instro.distinguit, aut notarius viuit, aut mortuus est. Primo casu nullã fidem facit, quandoquidem imputandum sit parti non agẽti contra materiam, ut instrm perfectum reddat, quod faceret tunc notarius saltem authoritate iudicis interueniente, ut latè examinat Ias.in repet.d.l.admonẽdi.col.65.nu.17. aut uero non superest notarius, & tunc tale instrm saltem faceret semiplenã probationem, & hoc dictum Bar.sequitur Butr.in c.fi.de iureiu.Alex.cons.50. Viso processu.col.3.li.2.& dicit Caccialup. in d.l.admonendi.col.

di.colum.29.quod dictum Bar.omnes* sequuntur, ut sequitur Ioan.de Amic.cons.vlt.col.fi.& Fely.in d.cap. num.17.& Alex.in l.de pupillo.§.qui nunciat.nume.7. ff.de oper.nou.nunc,

Tertia qō est de die,& in primis est sciendum,quòd cum dies sit apposita in prothocollo, licèt notarius in instrumento, postea omiserit apponere,valet instrm, vt per Ias.in l.admonendi.num.17.colum.65. Rom.in singul.235.Tu scis,vbi dicit iudicasse in causa magna, sequitur Felyn.in dicto cap.1.num.12. & latius in cap. ex literis.num.2.de fid. instru. nam standum est in dubio originali,& primæ scripturæ,vt per eum ibi, & in cap.quoniam contra.num. 10. vbi Dec. numero 14. de probatio.

Itaque hoc casu non est disputandum, an notarius possit addere propria authoritate, sed quærimus, an possit corrigēdo errorem addere diem omissam in originali,in quo articulo diuersimodè Doct.loquuti sunt, ideo pro clariori doctrina, hæc est in primis adstruenda conclusio. Notarium omittentem apponere diem in instrumento,ex quo est vnū de concomitantibus instrumentum sine quo stare non potest.cap.Abbate sanè ver.præfatus,de re iudica.in 6.quia non est functus officio suo, & posset per partem cogi edere instrumentum cum die, vt trad.Bart,in dicta l.admonendi.numero 34.posse propria authoritate ipsum diē addere, si de eo recordatur.Bart.in dicta l.si librarius. de reg.iu. per iura ibi allata, & in consilio 197.Reperitur instrumentum, sequitur Vital.de Gambilio.in tract.clau. in clausul.de error.nota.secunda colum.& uidetur sequi. Alex.cons.160.nume.5.in 6. & sequitur. Guid. Pap q. 582.Lanfr.in pract.in verbo, instrumentorum productiones,num.37.Domi.in d.cap.Abbate. col.fi.Fely.in d.c.ex literis.4.col.modern.in d.l.si librarius, & Paris. cons.28.nu.4.& seq.in 2.

Primò limita hoc procedere, quando hoc fit incontinenti non autem ex interuallo, secundum vnam opinionem,quam ponit Spec.in §.instrumentum. ver.sed nunquid confecto & sequitur Bart.& Bal. in l.Imperator.prima & secunda lect.ff.de stat.hom.& Bal. in c.publicato.in prin.1.col.de elec.Alexan.cons.70.Viso processu 3.col.in primo, vbi dicit incontinenti, idest intra modicum interuallum,& huius mentis videtur esse.Alciat.in tract.præsump.reg.3.præsump.13.nume.6. ubi dicit cōem * esse doctrinā, q ex post facto notarius instrumentum corrigere non possit,quo ad substantialia hoc ēt expresse, tenet Gram.consil.24.nu.8.Sed contra hanc primam limitationem est decisio præalle. Guid. Pap.vbi tenet etiam post annum notarium posse corrigere errorē omissionis eiusmodi. et propterea melius esset dicere, hoc totum in pectore iudicis residere.l.1. §.fi.ff.de iur.delib. prout in simili not.Doc.de cōpensatione,quæ apposita ad debitū liquidum debet incontinenti probari.l.fi.C.de compensat. nā & illud intelligitur intra tempus arbitrio iudicis moderandum, ut per Io.Fab.Ang.& Ias.in §.In bonæ fidei.Institu.de act. ubi Ias.nu.73.dicit esse cōem * opinionem: ipse ergo arbitrabitur,an sit verisimile notarium potuisse recordari de dicto die,& maxime,quia ex Doc.præallegatis multi intelligunt ex interuallo, scilicet post datam copiam parti,vt infrà dicetur.

Secundò limita hoc procedere,quando non est orta quæstio erroris,tunc enim non potest addere, nisi iudice mandante.Bal.in rubr.C.de fid.instru.col.7.vers.sed pone,quòd tabellio.nu.25.sequitur Lanfr. d.num.32. Fely.d.c.ex literis.nu.8.

Tertio limita,quando adhuc nō est leuatum instrumentum,seu data copia parti,vt per Specu.in d.§.vers. sed nunquid confecto. in secunda opin. Bald. dicta rubrica.num.25.& in l.1.C.de Insti.cod.confir. & in d.l. Imperator. in secunda,& tertia lectu. Vital. dicto tract. char.38.colum.3.Alex.dicto consil.190. num.quinto, & Soci.d.consil.98.num. 17.in tertio.Felyn.d.cap.ex literis.num.8.Dec.in dicta l.si librarius.num.6. & Paris. d.cons.28.num.42.Gramm.dicto consil.24.numero 9. Cagnol.in d.l.si librarius.numero 26. Calcan. consilio 48.colum.fin.

Quarto limitatur, quando dies non esset de substantia,prout in hypothecaria exemplificat.Ang.in dicta l. si Imperator.& sequuntur Dec.& Cagnol. in dicta l.si librarius,hinc est dicendum notarium, qui addidit appostillas in margine instrumenti, si non scripsit eo die additas fuisse non posse, postea addere diem, quia illius appositio est de substantia, siquidem verior,& cōmunior ** est sententia diem non censeri repetitam respectu dictarum additionum, & appostillarum, ut tenet Io.And.in additio.ad Specula.in titu. de instru.editio. §. ostenso in additio. incipien. Dixit Rolandinus Bald.Ange.Paul.& communiter omnes in l. si unus.C. de testam.Paul.de Castr.consilio trigesimooctauo. dubium facit in antiq.Felyn.latè plures allegans in dicto cap.ex literis.num.decimo. 5.declaratio.& in dicto capitulo primo.ad fi.de fid.instru.Corn.consil.60.in hac cōsultatione.colum.secunda.in quarto. Soci.cons.177. colum quinta.versicu.nec obstat. Dec.consil.399.col. tertia.vers.Et augetur suspicio.Marsil.singul. Abb.quoniam multi.Zuchard.in l.fin.numero 291.C.de edicto Diu.Adria.tollen.nisi in subscriptione notarius attestetur dictas appostillas,& additiones dicto tempore addidisse manu propria,ut per Anchar.consil.242. Prius de ui. & per Ias. in dicta l.si unus,& Fely. in d.5.declaratio.& Corn.dicto consilio 60.& per Crauet.consilio 104.numero decimoseptimo limitatur tamen supra dicta communis opinio nō procedere, quando notarius in appostilla adderet datum,ut supra,& constaret fuisse scriptam manu notarij, vel super contentis in appostilla,ut latè trad.Crauet.consilio 89. prima, & secunda colum.ad hæc tamen omnia iud. in dicta l. si unus, & in consil.111.in quarto.Rub.consilio 95.numero 4. Castr.consil.231.secunda colum.in secundo.Alex.consilio 14.num.12.in sexto.& 104.num.5.in septimo.Paris.l.cons.28.nu.45.Crau.cons.228.num.4.& Zuchar, in l.fi.num.288.

In dubio tamen notarius debet adhibere iudicis authoritatē, maximè si non potest facere constare de tempore, vt consulit Spec.in d.vers. sed nunquid confecto, quem commendat ibi Io.And.in addi. & Domi.in d.c. Abbate.& sequitur Bar.in d.l.Imperator.ubi Bal.in prima,& tertia lect.tenet indistinctè iudicis arbitrio opus esse,quod etiam tenet in tit.de pac.const.in §.pacta. & sequitur etiam dictum Spec.Ias.in d.l.admonendi.col. 65.nu 27.& latè Fely.in d.c.ex literis.num. 6. ubi dicit cōmuniter * teneri.Durant.in trac.de art. testan.tit.10. cant.4.qui index,secundum Io.And. Domi.ubi suprà, & Cagnol.numero vigesimoseptimo,in dicta l.si librarius.considerabis,an notarius sit bonæ famæ,an alteratio diei sit allatum præiudicium aduersario,uel non,& similia.

Si uerò notarius non omiserit apponere diem, sed erronee apponeret, an possit corrigere errorem disputatur delendo falsum,& apponendo uerū.& non posse indistinctè,tenet Bar.in d.l.si librarius. sequitur Anto. de Butr.in d.ca.ex literis.ubi Fely.2.col. Vital.in dicto tract.char.38.1.col.sed Dec.in d.l.si librarius. nu.6.& Cagnol.post Domi.num.uigesimoseptimo.& Paris.dicto consil.28.num.41.tenent contrarium, quæ opinio videtur uerior, maxime extra casus limitationum supradictarum.

Sed quid si notarius non apposuit diem certam in instrō, sed retulit se ad diem, qua fuit factus actus notabilis, vt quia dixit actum Romę, die quo fuit coronatus summus Pontifex valet ne instrm? Bar. mouet similem. q. in l. si quis. in §. si initium num. 17. ff. de eden. sed non soluit, uel forte est corruptus, ego crederem instrumentum valere, quia paria sunt aliquid esse certum per se, uel per relationem ad aliud. l. ubi autē. §. illud. ff. de verb. oblig. l. certum. vbi not. ff. si cert. pet. modo cōstet quo die facta fuerit coronatio per testes, vel per authenticam scripturam, cum etiam pro validitate actus soleat fieri interpretatio. l. quoties. ff. de rebus dub. l. quoties. ff. de verbo. obli. secus verò si non posset constare, quia non potest dici instrumentum ad diem certum habere relationem.

Idem est si notarius se retulit ad diem omnino certum, ut quia dixit actum die natiuitatis Dñi anno tali etiam si non sit appositus mensis, ut tenet Barr. in d. §. si initium. nu. 23. tacite enim censetur appositus cū mense Decembris semper illud festum celebretur, secus vero si dies incertus apponeretur, ut aliquis ex illis qui secundum cursum Lunæ variant. Bar. ibid. nu. 23. cui ego non subscribo, quia semper ex publicis ecclesiæ calendarijs habebitur certitudo diei. his ergo omnibus casibus licebit citra falsi pęnam addere expresse diem absque iudicis authoritate.

Et hæc possunt etiam aptari ad loci omissionem, de qua etiam multa hic scribuntur à patente meo, quibus addo, ꝙ neq; etiam excusatur notarius stante consuetudine, ꝙ non apponatur locus, uel dies in instrumento; quia talem consuetudinem non valere est decisio Rot. in antiq. de consuetud. la 6. aliàs est 440 incip. Vtrū valeat consuetudo, sequitur Roma. in l. in illa stipulatione 1. col. de verb. obl. & in l. de pupillo. § qui nunciat. ff. de opē. no. nunc. nititur sustinere. Dec. in d. c. 1. nu. 9. quam etiam approbat Roch. de Cur. in c. fi. 12. char. de consuetu. & cū eo. Paris. cons. 68. nu. 3. in tertio. Didac. lib. prac. c. 20. nu. 3. sed contrarium tenent Alex. in d. §. qui nunciat. nu. 10 Andr. Sicu. in rubr. de fid. instru. 11. char. Fely. in d. c. 1 nu. 6. Et ego huic opinioni inhæreo cum quàlibet iniustam consuetudinem excusare à pœna pluries dictum sit, & plerosq; teneant magis de consuetudine, quàm de iure locum esse apponēdum quos hic non est referre necesse. Et hæc omnia habēt locum in scriptura publica, secus aūt scriptura priuata, q̃ non exigit diē, neq; locū, ut trad. Doct. in d. c. Abbate. Alex. post alios in d. §. qui nunciat. Abb. & Dec. in c. 2. nu. 13. de fid. instr. Paris. d. cons. 68. num. 22.

Quo vero ad testes concludendum est, cum D. Consultor notariū non posse propria authoritate addere testes omissos, ex quo testes non sunt de concomitātibus instrm, quia illud pōt fieri sine testibus, sed sunt de validantib. unde debet interuenire iudicis authoritas, ita Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de instru. edit. §. instrm vēr. sed nunquid confecto, in addi. magna. ad fi. quē sequitur Domi. in d. c. Abbate. col. fi. de re iud. in 6. & Cagnol. hic adductus in d. l. si librarius. nu. 27.

Neq; excusabit notarius si addidit clām (& alijs) inoleuit nanq; practica apud notarios, ut post expressos testes addant semp (& alijs) & illam clām apponunt, ēt, ꝙ nulli alij adsint in loco pter testes descriptos, qđ manifestā continet falsitatem, præterea hęc cl̄a semper est superflua, nā cum exigatur certus numerus testiū in instrō, si testes necessarij sunt descripti illa cl̄a est superflua, si vero non sunt descripti, nō propterea sustinet instrumentum p dictam clām, quia noīa testiū substātialium debent exprimi in instrō, aliàs instrm non ualet, vt in auth. de instru. cau. & fid. §. sed si instra, & incertitudo uitiat instrm. l. duo sunt Titij. ff. de testa. tute. l. ita fidei. ff. de iur. fisc. ita in terminis. Bal. in cons. 108. Dña Ioanna in 5. dub. in tertio. Mars. cons. 20. nu. 25. qui dicit, ꝙ testis qui gnāliter, & in aere non aūt specialiter dat contestes censetur singularis. Nec dicatur, ꝙ virtute talis clausulæ possit probari alios interfuisse, si forte numerus necessarius non fuisset descriptus, quia etiam sine ea hoc fieri poterit, cum semper possit probari omissum in instrumento, nec propterea reprobetur instrumentum, ut referunt Docto. quos hic referre non pertinet ad hanc nostram criminum tractationem.

Ciau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

In casu eodem, de quo supra nullo modo excusari posse notarium ostenditur. & quando liceat notario facere sibi matricem, & quomodo.

SVMMAE.

1 *Testis deponens pro sua ecclesia non probat.*

2 *Exempla, quando possint repeti, vt conficiatur amissum originale.*

3 *Et hoc debet fieri causa cognita, & cum partis citatione, vt mandat tex. in l. si quis ex argentarijs.*

4 *Exemplum probat scriptum manu notarij, si habeat debitas solemnitates, non autem si careat subscriptione, vel signo.*

5 *Et ita exemplum intelligunt tex. & Doct. et ex hoc exemplo potest desumi prothocolum.*

6 *Et exemplum idem est, quod copia, vel sumptum.*

7 *Notarius non excusatur à falso qui facit ex capite suo, quod iudice authorante facere debebat.*

8 *Et idem est quando instrumentum, quod aliàs erat nullum ualidum reddidit.*

9 *Et saltem pro temeritate si dolus cessaret extraordinaria pœna est puniendus.*

CONSILIVM DXLIIII.

In Domino Confido.

POSITO sine veritatis pręiudicio, qđ D. Io. Baptista Scodeboius inquisitus probasset se, verè fuisse rogatū de instrumento, de quo in causa, quod tñ non vr̄ probatum, nisi per vnicum testem, qui ēt eum deponat pro sua ecclesia, non vr̄ omni exce
1 ptione maior, adnotata † in l. admonendi. de iureiuran. & in l. sed si hac. §. patronum, de in ius vocan. & quod etiam probasset librum suorum originalium fuisse incēdio cōsumptū, qđ minus vr̄ constare, cū testes deponentes de incēdio nō videan-

videantur aliquid scire de dicto libro, non tñ vr
posse excusari, vt sibi licuerit impunè releuare
instrumentum anthenticum sine iudicis auctori-
tate, & parte non citata, nõ refecto originali. Nã-
que decisio Doct. tenentiũ notarium, q casu pro-
thocolum amisit posse repetere exempla, vel co-
pias datas instrumentorum, de quibus extitit ro
gatus a partibus, ut aliud conficiat originale, fun
2 dant † se omnes in tex. in l. si quis ex argentarijs.
§. prætor ait. ff. de eden. vt est videre apud Iacob.
Butr. Bald. & alios in l. fi. C. eo. quorum decisio, se-
cundum legem per eos allegatã uenit intelligen-
da, ad notat. per glo. & Bar. in l. non solum. §. si li-
berationis verba. nume. 7. ff. de libera. legat. cum
itaque tex. ipse exigat hoc casu causæ cognitio-
3 nem, ut ibi, & per cõsequens † citationem, ut An
gel. ibi declarat, in §. fi. num. 2. quæ minimè vide
tur interuenisse, licitè non videtur potuisse d. Io.
Baptistam, dictum instrumentum releuare.

Præterea, ut etiam alias fuit dictũ, a copia non
authentica, & non habente solemnitates legiti-
mas non videtur posse aliud instrumentum rele-
uari, Et licèt exemplum scriptum manu eiusdem
notarij de instrumento rogati probet sine exhibi
tione originalis, tamen hoc videtur procedere, si
istud exemplum habet debitas solemnitates, nõ
autem si caret subscriptione, & signo, vel alijs sub
4 stantialibus, & hoc † casu videtur loqui Barto. in
authentico, si quis in aliquo. secunda oppos. C.
de edẽ. & in alijs locis allatis, prout etiam ibi in-
telligunt Bal. Pau. Alex. Soci. Dec. & Claud. num.
decimoquinto. & Card. allegatus, hoc etiam ca-
su loquitur in allegato consilio 72. num. 16. Io. de
Plate. in §. nihil autem. & ibi Bauer. num. 17. dicit
hoc consonare literæ. Instit. de testam. Quibus si
addatur Alciat. in l. procurator. in verb. præben-
dam. C. de eden. optimè declarans. Cur. iun. in l.
fin. num. 12. & ibi Zuchar. num. 77. C. de edic. diu.
Adr. tollen. & Socin. iun. consil. 2. in secundo vol.
in princ. proculdubio constabit hanc opinionẽ,
* * & veriorem, * * & crebriorem fore, quæ secun-
dum iuris regulas procedit, quibus inhærendum
est, gl. in l. omnis diffinitio. de regu. iur. aliàs de fa-
cili posset non obseruatis solemnitatibus validũ
fieri inualidum instrumentum, & q text. præalle-
5 gatus intelligatur loqui de exemplo † valido, &
habente debitas solemnitates vidẽtur expressè
firmare Castr. in dict. authen. secunda colum. &
Socin. num. 15. & Bauer. d. num. 17. Et licèt quan-
doque etiam Doct. appellent huiusmodi instru
menta parti per notarium reddita exempla, vel
copias, non tamen excludunt, quin debeant esse
authẽtica, quia etiam ll. & Doct. promiscuè utun
6 tur his vocabulis, exẽplo, copia, sumpto, † & his
similibus, vt per Rip. in l. admonẽdi prædicta. nu-
me. 147. cum tamen intelligant esse authentica,
& probare. Et quòd inconsulto iudice notarius
amisso originali, nequeat propria auctoritate re-
leuare publicum instrumetum a copia, uel instru
mento alterius, ratio esse potest, ne fingat de-
disse copiam, & retroaccipiat, & secundum eam
releuet ipsimet parti instrumentum in præiudi-
cium tertij, quòd quam absurdum sit, nemo est
qui non videat; Si enim lex statuit causa cogni
ta notariũ repeter huiusmodi instrumenta a par-
tibus, ut sibi originale conficiat, non vt releuet
ipsimet parti, quanto magis id consulto, iudice,
& parte vocata fieri in hoc casu debuit, in quo
releuatio facta fuit ipsi parti, a qua copia, ut asse-
ritur habita fuit, & post motam controuersiam
ab altera parte negante ualiditatem dicti instru-
menti, si igitur notarius ex capite suo facit, quòd
facere deberet iudice auctorante, & causa cogni
7 ta, non uidetur excusandus † a pœna falsi, ut ui-
detur uelle Bald. in l. cum proponebatur. col. fin.
ff. de leg. primo. & clarius, Alex. in addit. ad Bar.
in uerb. recordetur in l. imperator. ff. de stat. ho-
mi. Et idem est quando instrumẽtum, quòd aliàs
8 erat † nullum, ualidum reddidit, ut per Igne. in l.
tertia. §. si quis tabulas. numero cẽtesimoprimo.
ad Syllan. & saltem non videtur excusari, quin
pro temeritate si dolus cessaret, extraordinaria
9 pœna † plectendus sit, ut per Plot. in repetitio. l. si
quando. numero 721. C. vnde ui. Et per hæc sa-
tis colligitur responsio ad allegata, tametsi subti-
liter, & eleganter ad fauorem inquisiti. Omitten-
a do a illum articulum, an etiam falsi pœna teneа-
tur notarius, qui enunciat, atque exprimit nume
rationem pecuniæ, quæ nullam adfuisse proba-
tur per testes, magis enim vrgent supra adductæ
falsitates.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

ADDITIONES.

a Nullo modo est omittenda a nobis hæc tractatio, quia frequentissima est disputatio, & ciuiliter, & crimi naliter. & Primo

Si in instrumento dictum sit (dederunt, soluerunt) non semper probatur numerationem interuenisse, nisi sit expresse dictum, & propterea in casu mutui si dicatur dantem dedisse, & mutuasse, seu (dedit, & mutuauit) licet pecunia non interuenerit, nõ propterea instrumentum tanquam falsum reprobatur, quia potest verificari in confessione, vel delegatione, & sic in mutuo ciuili, ut trad. Bart. in l. singularia num. vigesimosecundo. ff. si certum peta. licèt Ang. dissentiat in l. prædia. ff. de acquir. possess. & cum Bart. concordat Bald. in rubr. C. de fide instrumen. num. 14. & sequitur Castr. qui dicit hanc sententiam humaniorem. num. 8. Alex. nu. 33. Zas. nu. 46. & seq. & Dec. nu. 30. in d. l. singularia Castr. & Alex. in d. l. prædia. Alex. in cons. 179. Visa scriptura. nu. 6. in 2. & Fely. in c. si cautio. nu. 53. de fid. instru.

Secus aũt esset si in instrumento diceremus, quòd vna ex partibus habuit, & recepit) tunc enim cẽseretur facta solutio, & subsequuta numeratio, ut trad. glos. magna in verbo, uel accepit. in l. si ex cautione. C. de non numerata pecunia, quæ in hoc reddit cautos notarios, ut aduertant quomodo scribant, & ibi Bald. tertia quæstio. numero septimo. Saly. in octaua opposi. vbi ẽt admonet inter notarios, ne scribant numerationẽ, uel

verba eam importantia si pecunia non interuenit, & in quinta quæstio. Aret. in §. actionum. nume. decimotertio, & Socin. in consil. tertio, numero vndecimo, in primo, pariter practicos reddens notarios, quomodo debeant scribere in instrumentis, vel confessionem, uel numerationem, quod etiam tenet Alexand. in l. si ita stipulatus. §. Grysogonus. numero vndecimo. ff. de verbo. obligat. & in cons. 179. nu. 3. in 7. & Ias. in d. l. singularia. numero 48.

Si autem in instrumento, seu chirographo debitor, vel contrahens diceret (habui, & recepi) non censeretur facta numeratio, uel actualis solutio dicta l. prędia, ubi Angel. & alij Bartol. in dicta l. si ex cautione. prima lectu. numero primo in fi. & ibi Castr. secunda colum. numero quarto. & idem Castr. in fi. rubricæ. C. de non numer. pecu & Saly. in dicta l. si ex cautione. colum. antepen. amplians etiam si dicatur (ad præsentiam infrascriptorum testium) quod tamen non admittit Fely. in dicto cap. si cautio d. nume. 53. cum illa verba in actu confessionis tantum, salua ratione recti sermonis intelligi non possint, quam opinionem, sequitur Alex in d. §. Grysogonus. num. 12.

Notandum tamen est, quòd quando in instrumento dicitur fuisse solutam pecuniam, tunc de naturali, & vera solutione intelligendum est, non de ficta, & impropria, vt probatur. in l. solutam in princi. ff. de solutio. licèt solutionis verbum compręhendat omnem liberationem quoquomodo factam. l. solutionis verbū. ff. eodem titulo. l. solutionis. & l. liberationis. ff. de ver. significat. secus si de solutione tantum mentio facta, ut absque illa voce (pecunia) vt aduersus Dyn. firmat Bartol. in dicta l solutionis verbum. Bald. & Castr. in dicta l. solutam. & licet Ang. in d. solutionis aliter teneat per tex. in l. quarta §. soluisse iuncto. §. ait prætor. ff de re iudica. cuius opinionem dicit ibi per illum text. veriorē. Alexan. & sequuntur Ias. & Soci. in lectu. noua. ibi tamē opinio Bartol. & communior ** & verior, vt per Socin. consilio sexagesimoquinto, secunda colum. in quarto. Rip in dicto §. soluisse, & Alcia. in d. l. liberationis, qui respondent ad dicto §. soluisse, vt ibi per eos, quā etiā tenet Cagnol. in l. nemo dubitat. nume. trigesimoquarto. de regul. iur. quod admittit Paris. consil. 107. nume. 132. in tertio.

Numeratio autem nullo modo est, scribenda per notarios in instrumento si non interuenerit, quia si est additum istud verbum non potest intelligi de mutuo ciuili per confessionem, vel alio modo, sed instrumentum conuinceretur de falso, ut Bart. trad. in dicta l. singularia. numero vigesimosecūdo. quem communi calculo cæteri sequuntur, ut per Ias. ibi. numero quadragesimosexto, qui admonet notarios, ut caueant hoc verbum in instrumentis describere, si uera numeratio nō interuenit, & Dec. numero trigesimotertio. Felyn. in dicto cap si cautio. nume. quinquagesimotertio. & Castr. in dicta l. prædia. numero quinto. & licet Bartol. in dicta l. prædia. post Iacob. Butr. voluerit etiam notarium excusari a falso hoc casu tamen eius opinio communiter * reijcitur per scribentes ibi, & in dicta l. singularia, per Imol. & alios in dicto cap. si cautio. Angel. Imol. & alij in dict. §. Grysogonus, numeratio enim non potest intelligi, nisi uno modo pro naturali actu. Rayn. de Foroliu. in dicta l. singularia. Bald in dicta rubrica. nume. decimoquarto. Alexand. consil. 179. Visa scriptura. secunda colum. in secundo volum. & Dec. in dicta l. singularia. numero trigesimotertio. Et propterea in dicta rubr. dicto numero decimoquarto. dicit quòd si pecunia sit in marsupio notarius debet instare, ut numeret, & si partes fateantur esse tantam quantitatem cautius agit si magis loquatur per modum confessionis, quam per modum veritatis, quam decisionem, etiā sequitur Ias. in d. l. singularia. nu. 48. Imo secundum Fel. d. num. 53. non sat est si pro parte numeretur, & dicit Bal. in d. l. si ex cautione 7. 9. nu. 21. ꝙ notarius debet ponere verba de visu eius, quod videri potuit, non de numeratione si non vidit numerari, & inferius in d. rub. d. nu. 14. subiungit, ꝙ si pecunia est in sacculo, vel folle, est simile, ac si inter notarium, & contrahentes, & rem de qua contrahitur esset in medio cortina, quæ velaret rem ab oculis suis, & licet excusaret à dolo propter assertionē partium tñ notarius non est multū peritus in arte, nec satis cautus d. l. si ex cautione, & ideo notarij circūspecti, qñ non vident quid, quale, & quātum scribunt per modū confessionis, & per modū præcisæ essentiæ rei in se hæc Bal. & sequuntur Alex. in d. l. prædia. nu. 5. & Ias. d. nu. 48. Et licet qñ est dictum habuit, & recepit, & etiam sit addita clausula, in præsentia mei notarij, & testium suprascriptorum, si pecunia sit præsens, licèt nō numeretur excusetur notarius a falso, tñ non excusatur si etiam diceret fuisse numeratam, vt per Bar. in d. l. singularia. nu. 23. cum quo transeunt alij, vt per Alex. nu. 34. Ias. nu. 52. Dec. ad fi. Cagnol. in l. si librarius. nu. 78. ff. de reg. iu. Bal. in l. si ex prętio. nu. 2. C. si cert. pet. ubi voluit satis esse ad reprobationem instrumenti probare non fuisse factam numerationem, nec pręsumi pecuniam fuisse præsentem, nisi probetur, & idem videtur tenere in d. l. si ex cautione. nu. 10. & tenet Are. i §. actionum. nu. 13. ad fi. instit. de acti. & Fely. d. nu. 53.

Excusaretur tamen notarius a falso si esset consuetudo scribendi solutā pecuniam, qñ ipsa tñ fuit præsens, & non numerata, ut per Bal. in d. rubr. qui tamen loquitur, qñ esset simpliciter dictum (habuit, & recipit,) & idem in alijs terminis, ꝙ confessio excuset in l. uni. nu. 30. C. de confes. Fel. d. nu. 53. in fi. & idem si sit scriptū, numeratam fuisse, secundum Ias. qui dicit, quēdam notarium Placentinū eo casu defendisse, qui scribit numeratam, & nō fuit præsens pecuniā, quod erat fortius in d. l. singularia. nu. 48. & Alcia. ibid. pen. pagi. qui tenet excusari pp consuetudinem, quæ tñ consuetudo nō ꝑcederet, si etiam additum fuisset (numerauit in pñtia mei notarij, & testiū) scdm Dec. ibi, col. fi. quia talis cōsuetudo tanꝗ repugnās iuri, & rōni naturali nō ualeret.

Excusaretur etiā notarius si pp cōsiliū sapientis addidisset illud uerbū in instřo, ut per Ias. ibi, nu. 51. Alc. pen. pagi. Et qñ in instřo est dictum (dedit, & numerauit) debet intelligi tpe contractus. Bald. in d. l. si ex cautione. Alex. cons. 179. num. 5. in 2. sed Dec. in d. l. singularia. nititur concordare opiniones Bar. dissonas in d. l. prædia, & in d. l. singularia. ut prima procedat, quando fuit dictum tantum (dedit, ac numerauit) secunda vero (coram me notario, & testibus) primo casu uult posse excusari notarium a falso secundo vero non, & pro ista concordia citat Rom. in dicta l. prædia. Cæpol. consil. vigesimo, consultationis. colum. 3. & Alex. in d. cōsi. sed forte in practica nō obtineret per communem opinionem, de qua supra, tenentem quando est additū verbum numerauit, non excusari notarium, etiam si pecunia sit pręsens, vt ergo isti euitentur scopuli cōsulo, ut fiat numeratio, & tuto poterit addi, hoc uerbum, & si non fiat, non apponatur.

Adsunt præterea alia verba, quæ ostendunt actum veræ numerationis, quæ si non interuenerit, & addita sint reprobatur instřm, ut de verbo (manualiter) trad. Castr. in d. l. singularia. nu. 9. & de verbo (realiter) & cū effectu Soci. consilio 143. numero quarto, in primo. illa etiā uerba (coram me notario infrascripto, & testib. supradictis) apponuntur ad ostendendum actualē numerationem factam fuisse, ut trad. Saly. in d. l. si ex cautione, colum. 3. 9. opposit. si enim apponantur in instru-

mento

mento in quo sit dictũ, q aliquis confessus fuit habuisse, & recepisse cẽtũ, quę in effectu habuit in p̃sentia &c. probant numeratione non confessionem tm, ut p Bart. in dicta l. si ex cautione. numero primo, vbi Salyc. col. penultima Alexand. consil. 37. Viso instrumento. col. 8. in tertio Aret. in tit. de litera. obliga. institu. numero 9. & in dicto §. actionum. numero decimotertio. Alexan. in dicta l. prædia. Fely. in dicto cap. si cautio. nume. 52. & Socin dicto consil. 143. numero primo. Cagnol. in d. l. si librarius. numero septuagesimooctauo. vbi dicit notarium debere cauere tanquam ab igne ne attestetur numerationem interuenisse. Et si sint addita numerationi nunquam notarius potest excusari à falso, secundum opinionem eorum qui tenent cum Bart. in dicta l. prædia etiam stante consuetudine, ut suprà. Non reprobaretur tamen instrumentum si probaretur statim facta stipulatione instrumenti pecuniam fuisse redditam soluenti, nisi etiam probaretur, quòd à principio actum fuit de reddendo. l. quòd sic. ff. de solutio. cum ex alio contractu, uel ex mera liberalitate creditoris potuisset remanere apud soluentem. l. si quis duos, ff. de solutio. ut trad. Bart. in dicta l singularia. nume. 25. & sequuntur alij ibi, quod tamen limitat Alexand. numero trigesimoquinto. non procedere in contractibus in quibus exigitur numeratio propter præsumptionẽ numerationis, vt in cessione. l. qui diuersas, & l. ab Anastasio. C. manda. quo casu non esset opus probare pactum fuisse ab initio de reddendo; & sequitur Felyn. in dicto ca. numero quinquagesimotertio, opinionem Bart. tenet etiam Aret. in dicto titu. de lit. obliga. num. decimo. ubi dicit, idem procedere etiam si sit additum in instrumento, quòd creditor habuit ac recepit, & ad se traxit pecuniam; & in dicto §. actionum. numero decimotertio in fi. Ias. in l. Titia in princip. nume. 31. ff. de verborum oblig.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Mutuans alienam pecuniam alicui, an cadat in pœnam non solutæ gabellæ, vel dominus pecuniæ teneatur ad eam, quasi quod eius nomine mutuum sit factum.

SVMMAE.

1 *Pecuniam recipiens à dante, in dubio mutuo recipere uidetur.*

2 *Delictum debet esse liquidum, ad hoc, vt quis possit grauari.*

3 *Delictum quando est impunibile, non potest quis ne dum condemnari, sed nec inquiri.*

4 *Delictum, vt excludatur omnis est facienda interpretatio.*

5 *Actus quando potest fieri non simulatus, & habet eundem effectum, non præsumitur simulatus.*

6 *Fraus in dubio non præsumitur.*

7 *Contractus in dubio præsumitur uerus non simulatus.*

CONSILIVM DXLV.

In Domino Confido.

NON põt de iure procedi contra Abramum del Bene Hebræum occasione fraudata gabellę, propter prętensum mutuum factum D. Vincentiæ de Tibertis de suis pecunijs, quia admisso sine veritatis præiudicio, quod pecuniæ fuissent propriè dicti Abrami, cum tamen mutuum factũ fuerit per Dominum Isachum de Fano, vel per eius procuratorẽ eius nomine, & stipulatum sibi reddi mutuam pecuniam, non potest dici ipsum Abramũ mutuasse, uel teneri ad gabellam, quia non consideratur cuius sit pecunia, sed persona mutuum dantis, & stipulantis, vt est tex. & ibi Docto. in l. 2. C. si certum petatur. Quinimò etiam si ipse Abramus suas pecunias mutuo dedisset nomine domini Isachi, ipsi Domino Isacho actio fuisset quæsita, ac si ipse mutuo dedisset. l. certi conditio. §. si numos. ff. eodem titu. eo enim casu cẽsetur mutuo dedisse dicto Isacho, & ipse Dominæ Vincentiæ, vt per Doct. in dicto §. cum ex capitulis banci concessis domino Isacho ipse possit mutuo accipere pecunias, quas postea fęneratur, vt in hoc casu sine aliqua gabellæ solutione, & dando pecunias alienas de voluntate domini censetur eas mutuare a domino per prædicta, & quia in dubio recipiens pecuniam numeratam a dante mu-
1 tuo recipere censetur † Doct. communiter * in l.
* cum quid post glos. ff. eodem tit. proculdubio nõ potest ob hoc vexari Abramus, cum sit regulare non posse procedi contra imputatum de delicto,
2 nisi prius delictum fuisse commissum constet † l. prima. §. item illud. ff. ad Syll. Boss. in tit. de delic. in princ. & quando delictum non est punibile, nõ potest ne dum sequi condemnatio, sed impeditur inquisitio, & litis ingressus. † Bartol. & alij in l. ubi pactum. C. de pact. Marsil. in consilio centesimo. in fi. & 128. numero vigesimoquinto, & seq. Et in dubio semper interpretatio facienda est, nõ
4 esse delictum. † l. merito. ff. pro soc. Barto. in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de oper. nou. nunc. Crauet. consilio sexto, numero sexagesimonono, cũ alijs citatis per Prosper. Carauita in cõsilio centesimo decimosexto, numero uigesimosexto, vlti. tom. consiliorum criminalium, & cum nihil releuat fiscum. constare pecunias fuisse dicti Abrami cum mutuum fuerit factum, & fieri potuerit nomine domini Isachi, vt supra, cui ipse mutuauisse censetur, frustra quæritur cõfessio dicti Abrami, uel probatio per testes cum frustra probatio eius rei fiat, quæ probata, non releuat l. ad probatione. C. de probat.

Nec dicat, q fuerit facta simulatio iter hos Hebræos, qd̃ pecunię remanerẽt Abrami, & darent mutuo, & ad sui vtilitatem D. Vincentiæ, sed tantummodo interpretaretur nomen Domini Isachi,

chi, propter vsuras percipiendas. & vt euitaretur gabella, quia cum recta via ipse Abramus potuisset mutuare pecunias dicto Isacho, & ipse D. Vincentiæ, & exinde locare gratis domum Abramo, non video quare opus esset simulatione, & omnia nõ potuerint facere, verè, & realiter. quando enim actus potest fieri sine simulatione, & babet eundem effectum quem volunt partes nõ est
5 præsumenda † simulatio. Aret. consilio 65. colum. quarta & quinta. Alexand. consilio 28. col. tertia, in ver. & ad propositũ. Corn. in materia gabellarum in consil. 189. post med. penultima col. secundo volum. & Nat. consil. 537. numero 29. & 33. Nam cessante causa simulationis cessat simulatio. Crauet. consilio septuagesimoquinto, nu. 14.
6 Et in dubio non est præsumẽda fraus † Abb. consilio sexagesimooctauo, numero tertio, & vers. 3. probo. secundo volum. & Rolan. à Val. consil. 42. numero 16. tertio volum. & maximè, vt euitetur onus gabellæ odiosum. Dec. consilio quadragesimooctauo, colum. penultima ante fin. Craue. consilio 231. in fi. & Boss. in titu. de vectigal. numero nono, & decimo. Et cum appareant instrumenta publica facta nomine D. Isachi præsumptio est pro eis, quia contractus præsumitur uerus, & nõ
7 simulatus † Bald. in l. rogasti. §. si tibi. ff. si certum peta. Cępol. in tracta. de simul. contract. 26. præsumptio. numero octuagesimoquinto. Crau. consilio quadragesimooctauo. nume. octauo, & 145. numero secundo. ac Rolan. à Val. cons. 96. nu. 11. secundo volum. Et eo casu exigitur fortior, & validior probatio in contrarium cap. quia verisimile. de præsump. glos. & Doct. in l. fin. ff. quod met. causa. Alcia. regula tertia, præsump. 7. num. tertio in tract. præsump.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

Fuit res extincta, sed ignoramus quo modo.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

An qui priuilegium habet vendendi pelles integras, & laboratas teneatur aliqua pœna si uendiderit in frusta secatas, & retaleo, vt dicunt.

SVMMAE.

1 *Adijcitur frustra quidquàm rei satis demonstrata.*

2 *Priuilegium uendendi res integras comprehendit etiam in frusta disiectas, quia beneficium Principis est latissimè interpretandum.*

3 *Minima non sunt in consideratione, hinc falsificans bagatinos, non tenetur falsi.*

4 *Gabella si est soluenda de animalibus de minutis non soluitur.*

5 *Fraus alicuius non est præsumenda.*

6 *Dolus requiritur, ut fraudans gabellam cadat in commissum.*

7 *Gabellarum conductor non potest inquirere de contrabannis factis ante illius conductionem.*

8 *Dictum unius, dictum est nullius.*

9 *Permutatio non continetur in probibitione uendendi.*

10 *Gabellæ fraudationis indicium tollitur ex bona fama.*

11 *Fraus cum sit delictum, debet plenè probari.*

12 *Interpretatio debet fieri contra gabellam.*

CONSILIVM DXLVI.

In Domino Confido.

SCRIPTVM fuit abunde, & per D. procuratorem, & per Excellẽtem D. Aduocatum ad fauorem magistri Iacobi Ruineti pro illius absolutione
1 ab imputatione, & vexatione D. Conductoris ga
2 bellarum, vnde frustra quicquam adijcitur † rei satis demonstratę. l. 1. in fi. ff. de dot. pręalleg. vt tamen mutui meo satisfaciam aliqua ego etiã addam pro confirmatione eorum sententiæ. Dico igitur ex processu constare ipsum magistrũ Iacobum fuisse imputatũ conduci fecisse plures quantitates, & sarcinas, seu ballas pellium ad ciuitatẽ Ferrariæ, & eas vendidisse tam integras, quàm in frusta, & tam non laboratas, quam laboratas ex quibus prætenditur ipsum nedum abusum fuisse priuilegio suo, & propterea amisisse priuilegium ipsum, sed etiam teneri pęnis fraudantium gabellam, & ut ex inuentione, seu denunciatione de eo facta, & ex instantia D. Syndici gabellarum constat. Quoad secundam partem pelliũ laboratarum, de qua primo nunc agam, venditarũ per frusta, & seu retalea ipsarum pellium laboratarum superabundantia pellibus laboratis, & positis in opere, & magisterio ac artificio suo per dictum magistrum Iacobum nõ puto posse fieri aliquod probabile dubiũ ex pluribus. Et primo, quia stante decreto illi concesso, quod possit libere, & sine aliqua solutione gabellæ deferre, & deferri facere pelles forenses, & coria, & illas laborare, & laborari facere ad coria deaurata, & picta, illasque ponere in opere, & vendere emere uolentibus. Dubium non est, quod potuisset etiam uẽdere pelles oẽs laboratas integras vigore dicti

decreti,

decreti; ne dum in partes, & in frusta concisas,
& tanto magis earum retalea superabundantia
pellibus in opere positis, ex quo eadem ratio
est de toto ad totum, quæ est de parte ad par-
tem l. quæ de tota. ff. de rei vendi. Et quia priuile
2 gium † principis latissimè uenit interpretandum
l. penultima. ff. de constit. Princip. Dec. ad propo
situm consilio quadragesimooctauo, columna
penultima. Crauet. consilio centesimo trigesimo
quinto. numero trigesimosexto. Sylua. consilio
nonagesimooctauo, numero decimoquarto, &
Alcia. cons. 18. nu. 5. lib. 4. & 13. nu. 18. & 19.
Secundò, quia si esset soluenda gabella de pel
libus integris nõ esset soluẽda de istis fragmẽtis,
& retaleis tãquã de re minima, q̃ nõ debet esse in
consideratione, vt in statuto de extrahẽte vinũ,
quod non veniat extrahens quid modicũ ex plu
ribus declar. & ex declaratione Alex. consulẽtis
pœna falsificantis monetam, non comprehendi
3 falsificantem bagatinos, † trad. Rip. in trac. de pe
ste. in titu. de præseruati. remed. contra pest. in §.
deuenio nunc ad modum. num. 64. & seq. & ma-
xime. nu. 67. & 68. sic etiam stante statuto, quod
de animalibus soluatur gabella non debet solui
4 de animalibus minutis † Bertach. in tract. de ga-
bel. 8. par. primo memb. 2. quæst. nu. 3. fortius uo-
luit Alber. post Ray. in 2. par. stat. q. 214. quid si
statuto, quod si extet statutum, quod debeat sol-
ui tantum pro qualibet bestia, macellarij qui ven
a dũt bestias per frusta non tenentur a soluere, per
l. mortuo boue. ff. de leg. 2.
Quò ad pelles integras uenditas, de quib. de-
ponunt testes, & fatetur ipse Magister Iacobus, fit
fundamentum per partem aduentitiã in eo quod
ipse debuit iuxta formã illius decreti eligere, &
separare pelles bonas, & aptas ad sui exercitium
in gabella, & illas deferri facere domũ illius non
autẽ etiam alias non aptas, sed certè hoc illi non
obest. Cum ipse magister Iacobus soluerit gabel
lam pro una balla pellium, quæ non essent aptæ
suo exercitio, & vt illas possit vendere, vnde non
video quare possit teneri ex quo institoribus, &
officialibus protestatus fuit se dicta de causa sol-
uere gabellam dictæ ballæ, vt deponunt primus,
& secundus testes, pro eius parte examinati, &
cum officiales receperint gabellam debitã, nec
curauerint quod ipse illas secerneret, & separa-
ret non potest dici, q ipse fecerit fraudẽ, uel abu-
sus fuerit priuilegio, qñ enim non subest causa, &
cessat animus lucrandi, & commodum alicuius
5 non est præsumenda fraus † Crau. cons. decimo,
numero uigesimosecundo. & consilio 75. nume.
16. 17. & 18. Vbi quod dolus nõ præsumitur, uel
falsitas ubi non interuenit lucrum, vel commodũ
committentis, & quod dolus exigatur, ut quis ea
6 dat in commissum in causa gabellæ fraudatæ † vl
tra Abba. citatum per Magnificum Laderchium
coaduocatum in consi. 68. in princi. tenet etiam
Rolan. à Val. consilio quadragesimoseptimo. nu-
mero 15. tertio volum. quo fit, ut cum ipse solue-
rit gabellam pro vna balla istarum pellium, ut il-
las uendere posset, nec constet quod post dictam
solutionem vendiderit pelles, quæ ascendant et
ad numerum pellium unius ballæ, scilicet 300.
quę communiter faciũt ballam, certum est, quòd
nec ex hac causa potest teneri, quia tam priuile-
gium, quam statutum loquitur, quando non sol-
uisset gabellam.
Nec obstat, quòd iam sunt quinque anni, uel
circa, quod ipse dederit, seu vendiderit circa aliã
ballam pellium magistro Io. Mariæ Barato, vt ip-
se deponit in processu, quia ultra quod hoc non
pertinet ad cognitionem dicti Domini Condu-
ctoris gabellarum cum hoc euenerit ante eius cõ
7 ductionem, † vnde sibi non potest aliqua pœna
deberi Io. de Amic. consil. 110. ante fi. & late Boe.
qui alios citat decisione quinta. num. 20. & sequ.
ipse non probat cum sit unicus testis, & dictum
8 vnius dictum nullius est, † l. iurisiurandi. C. de te-
sti. cap. veniens in fi. & cap. licet in fi. eod. titu. de
testi. Et cum ipse magister Iacobus affirmat se nõ
uendidisse pelles dicto Barato, sed permutasse
ex suis cum eo, cum melioribus, & aptioribus ad
eius exercitium non potest dici incidisse in ali-
quam pœnam, quià prohibitio vendendi nõ con
9 tinet † permutationem, maximè in pœnalibus, b
b ut in gabella trad. Bal. in l. prima, numero tertio.
C. de rerum permutat. Fabia. de Monte in tracta.
de emptio. & venditio 2. quæstio. nume. quarto.
Bertachi. in tracta. de gabel. octaua parte, tertio
memb. prima quæstio. numero primo. Iul. Ferret.
in tractatu de gabell. & publica. numero trigesi-
mo sexagesimo octauo.
Et cum ex processu appareat de bona fide di-
cti magistri Iacobi, & bona etiam eius qualitate,
& fama, tollitur etiam indicium contra ipsum exi
10 stens. † Marsil. in practi. criminali. §. diligenter.
numero centesimo nonagesimo sexto. Alb. cons.
quinquagesimosexto, numero 13. & alij in alijs
locis. Vltra quod cũ fraus sit delictum debet ple-
11 nè probari, † & indicijs perspicacibus. Crauet.
cõsilio vigesimoprimo, numero quarto, & in du-
bio debet fieri omnis interpretatio, ut pœna eui
tetur. l. semper in obscuris. ff. de regu. iur. Alciat.
in tract. præsumptio. præsumpt. ultima. Et tanto
12 magis contra gabellam † contra quam debet fie
ri interpretatio. Angel. consilio 385. gabellæ.
numero primo. Boss. de vectigal. numero nono &
decimo. & Alciat. in l. in lege censoria in fol. ma-
gnum in fi. ff. de verb. sign. ultra alias auctoritates
citatas per d. procuratorem.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

Credimus nullam hic adfuisse condemnatio-
nem, sicut nulla adesse debebat.

Clau. Bertaz.

ADDITIONES.

a Et est ratio, nam is qui emit merces in magna summa,& ut uulgo dicit, in grossum, potest sine alia gabella illas uendere ad minutum, ut per Steph. Aufr. in addit.ad decisio. Capel. Tholos. 451. sicut nec macellarij qui vendunt carnes per frusta non tenentur ad gabellã, quæ pro bestijs est soluenda, ut per Alberi. sic allegatũ Bart in l.cum delanionis.in princ. ff. de fund.instr. & Bertach.de gabel.par.8.primo memb.q.5.num.9. 11. Et qui est immunis à gabella in uendendo vinum, põt etiam illud absq; alia solutione uendere ad minutum, vt de clerico trad.Bertach.d.trac.7.par.nu.18.Iul.Ferret.post Cyn.quem citat in tract.de gabel. & publ.nu. 447.quæ tamen habent locum si speciale datium non soluatur pro retaleo, ut dicunt.nam tũc qui nullam habet immunitatem tenetur ad gabellam.& licet omnes decisiones supra adductæ in casibus suis sibi locũ uendicent, aliud tamen est quando aliud datium, uel gabella debetur pro retaleo, sicuti etiam macellarij tenerentur ad aliud dacium pro retaleo carnium de quo nõ loquitur Bar.nec alij supra citati, qui ponunt quæstionẽ de uendente animal puta bouem.& non teneri dicunt, quia vendens animal mortuum non dicitur vẽdere animal, quia mortuum est. Quod aũt diximus de immuni,& exempto, qui potest vendere vinum ad minutum sicut in magna quantitate. habet locum si ipse uendat, secus autem si emptor sit venditor, qui cum habeat rẽ ab immune non habet tamen hanc immunitatem, & hoc diu apud nos est disputatum, & ita obseruatur ꝓpter diuersitatem gabellæ, nam secunda gabella est imposita quodammodo pro mercatione illius qui ad minutum vendit.

Ex his colligitur casum præsentis consultationis esse extra difficultatem. primo, quia hic nullũ adest speciale datium retalei, præterea hic non vendebant ad minutum, sed quædam fragmenta non necessaria arti tradebantur alijs qui illis vti poterant.

Arbitrarer etiam immunem esse cum ab utroq; dacio, cui immunitas concessa est (à toto atq; integro dacio) licèt ipsum dacium duas habeat partes, nam illa dictio (totum) comprehendit omne quod sua integralitate continetur, siue agamus de toto integrali, siue de toto numerali, siue de toto generali quod prædicatur, seu uerificatur, secundum naturam suæ diffinitionis de qualibet specie sub eo cõtenta, uel ratione signi, quod dicitur vniuersale, siue termini vniuersalis. Bal. consil. 335. quædam mulier. num. 3. in primo. & de toto trad. Dec.& Cagnol.& alij in l.in toto. ff.de reg. iu.ubi Cagnol.nu.6.& nu.13. Dicit post Dec. ꝙ tam in toto integrali quàm vniuersali continetur pars. nam secundum Montan. Ferrar. ibi totum dicitur, ꝙ ex suis partibus constat, de quo etiam scribunt Euerar. loco de toto ad partem.col.4.vers.2 istud argumẽtum,& Petr. Gamar. in dialec. lega. c. 14 & dictio (totum) nullam partem reseruat. Menoc. cons 4. nu. 25.& nihil excludit. l. Iulianus ff.de leg.3.Gamar.d.trac.nu.17 & facit venire etiã quæ alioqui non venirent. Alb cons.17.nu.4.& 73.nu. 6. Vnde dr̃ habere totam rem, qui rem integrã habet. l.decem in uerbo tota.ff.de fideicom.libert. Iodoc. Damohud. In Enchirid.par.in ver.totum.fol.498. & importat, ꝙ sine diminutione alicuius partis Decia. cons. 22.nu.15.in 1.idem Decia.cons.5.nu.270.in primo.

Et licet posset obijci hęc esse plura dacia, de uno autem tantum dacio in singulari fieri mentionem in immunitate. tollitur tñ, quia licet fiat mẽtio de uno si plura tamen hñt eandem rationem vr̃ mentio facta exemplariter non respectiuè, ut Bal. trad. in repet. l. de quib. nu.25.circa med.ff.de leg. sequitur Alex. cons. 75. Videtur in principali. nu.4. in 5.& uicissim numerum singularem pro plurali poni trad. Zas. in l.2.nu.32.ff.de ori. iur.& dicit Bal. in l.cum inter veteres.nu.2. C.de fideicom.libert. ꝙ numerus singularis accipitur pro plurali non ex ui numeri, sed ex mente loquentis. sequitur alia citans. Rolan. à Val. cons. 38.nu 49.& 509.in 4. & scribit Affflic. in 3.lib.consti Rẽg. in rubr. 17. de auditor. exigen. ab homi. nu.13.& seq ꝙ sæpe singularis capitur pro plurali,& qñ est eadem ratio nulla est differentia, siue in singulari, siue in plurali loquamur.

Accedat, ꝙ in imunitate,& Principis beneficio sunt verba latissimè interpretanda. Cępol. cons.6. nu.3.& 418.nu.36. Bero. cõs.70.nu.3. in primo. Purp. cõs.402. nu.50. Rol. cõs.42 nu.22. in 2.& 50.nu.41. in 3. Menoc. cons.2.nu.54.& Decia. cons.22.nu.13. in primo.

Et res esset clarissima si subsequuta obseruantia iuuaret hanc interpretationẽ, quæ declarat quid, & quantum sit concessum. Castr. cons. 347. nu.4. in 1. Cuman. cons. 162. Visa copia nu.4 Crau. cons. 277. 4.col. versic. vltra testes,& col. seq. sicuti obseruantia declarat cui pęna fraudatæ gabellæ debeatur. Soci. cons. 36. nume. 20. ver. 12. in 4. sequitur Menoc. cons. 189 nu. 19. & de augendo gabellam. Crau. cõs. 273. col. pen. ver. postremo post no. 13.& de nõ soluendo illã. Dec. cõs. 96. n. 13. 14.

b De hac re superius diximus, sanè etiam in pœnalib. qñ est eadem rõ tunc videntur omnia prohibita, quæ certe nõ ẽst in hoc casu. hinc prohibita extractione frumenti censetur etiã prohibita extractio farinæ, ut tenet Rip. in trac. de pest. in tit. de præseru. remed. c. Deuenio nunc ad modum. nu.43.& seq. Viu. prima par. com mu. opi. 286. statutũ prohibens in prin. Clar. in pract. crim. q. 82. in uerbo statutum 7. ver. præterea.

Ob hoc idem alias defendit pater meus eum, qui ex statuto potest conducere fabricandi gratia lapides, & calcem posse etiam conducere scaleam, tum quia scalea est lapis cum ex lapidicinis oriatur,& propterea resoluit Pileus in sua q.9. quem fuit sequutus Io. And. in addi. ad Spec. in titu. de loca. §. 1. in fi. in vlt. addit. ꝙ si dñs fundi nõ tenetur dare partem dño de lapidicinis, ita nec de calce, quæ ex eis fit. sequitur etiam Bertachi. d. trac de gabel. 8. par. 2. memb. nu. 26. tum quia statutum magis effectum considerat, quàm uerba,& ideo illius dispositio procedit in simili. Nat. cons. 34. num. 4. Addo ego scaleam appellari etiam calcem, licèt nõ coctam, ut in l. arboribus in prin. ff. de vsufr. ibi (quemadmodum calcem coquere) ergo calx appellatur nundũ cocta quem tex. refert Conna. ĩ cõm. iur. li. 4. nu. 6.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

De pęnis. l. si quis maior. C. de transac.& quando quis excusatur, quia minor, & fictione tãtum legis maior, uel si dolo non est contrauentum,& aduersarius prius non obseruauit.

SVMMAE.

1 *Pœnam. l. si quis maior. qui uult habere locum in aduersario, debet obseruasse conuenta.*

2 *Et ad hoc, vt quis in illam incurrat, docendum est illum fuisse maiorem annis 25.*

3 *Et hac ætas est probanda ab eo, cuius est fundamentum.*

4 *Agens ad pęnam. l. si quis maior debet probare aduersarium fuisse maiorem annis 25.*

5 *Qualitas à lege requisita est probanda.*
6 *Testis non probat deponens de iudicio suo.*
7 *Aetas quomodo possit probari per testem. & numero 10.*
8 *Testis, qui deponit per uerbum (credere) non probat.*
9 *Pluralis loquutio duorum numero est contēta.*
11 *Aetas maior non probatur ex robore, uel ex barba.*
12 *Solicitator causæ non probat.*
13 *Fictio legis non habet locum in his quæ sunt facti.*
14 *Statutum in casu uero non habet locum in casu ficto.*
15 *Dictio (tanquam) denotat fictionem.*
16 *Pœnam. l. si quis maior non incurrit a lege fictus maior.*
17 *Idem est si quis dolo non contraueniat.*
18 *Producens testes habet eos cōtra se probantes.*
19 *Dolus non obseruantis probatur ex ipsa inobseruantia.*
20 *Et si quis promissa non seruat.*
21 *Quod procedit etiam si in modico quis deficiat.*
22 *Contractus omnes comprehendit dispositio. l. si quis maior. C. de transac.*
23 *Obseruare nemo tenetur illi, qui nō obseruauit.*

CONSILIVM DXLVIII.

In Domino Confido.

EX processu causæ uertentis inter D. Angelum Bertolaium, ex una, & D. Christophorum Coradinum ex altera, constat, tam ex conuentione, quàm ex reconuentione ipsas partes egisse ad pœnas. l. si quis maior. C. de transac. Vnde uidendum est utra earum obtinere debeat, & primo quo ad conuentionem D. Angeli ipse D. Christoph. venit absoluendus ex pluribus.

Primò, quia non constat ipsum Dom. Christophorum defecisse conuentis, & non obseruasse
1 promissa, q̄ est † unū ex necessariis. d. l. ut ibi (vel non implendo promissa) & illic Cagnol. nu. 92. 9. not. licet n. D. Chistoph. in sua scriptura producta 7. Maij dixerit se nolle perseuerare in societate præsupponendo se fuisse prouocatum a D. Angelo ad diuisionem, & illum interpellauerit ad illam diuidendum, ut in proc. fol. 43. Cum tamen D. Ang. negauerit prouocationem, & recusauerit uelle diuidere societatem imò illum interpellauerit, ad accedēdum ad dictam appothecam, & perseuerandum in societate, ut in sua scriptura registrata in proc. fol. 45. ipse D. Christoph. illi acquieuit, & obtulit se paratum perseuerare vsque in finem, vt in sua scriptura in proc. fol. 52. Quinimo die 12. Iunij. fecit fieri præceptum per mag. D. Prætorem ipsi D. Angelo, qui iam recusauerat illum admittere ad standum in dicta appotheca, & laborandum in ea iuxta conuentionem q̄ deberet illum in ea admittere, vt in proc. fol. 24. cui præcepto dictus D. Ang. se opposuit, nec unquā illum admittere voluit, ut apertissime constat in processu. quo fit ut non tantum non constet ipsum Do. Christophorum non impleuisse conuenta, & promissa per eum, sed potius constet de inobseruantia ipsius D. Angeli.

Præterea ad hoc, ut ipse D. Christoph. in illas pœnas incidisset oportebat docere ipsum fuisse
2 † maiorem annis 25. tempore præstiti iuri, quia talem ætatem exigit lex ipsa, ut per omnes ibi, & tradit Bertrand. in consi. 340. in prin. 2. uol. 1. par. & Anto. Gabr. lib. 3. suarum conclusionum. tit. de transact. conclu. 1. 6. limit. nu. 59. & cum sit fundamentum intentionis suæ debuit ipse D. Ang. eam
3 † ætatem probare Bar. in l. de ætate. num. 12. ff. de minor. in consi. 92. in quæstione uertente. in prin. Alex. consi. 149. uiso processu. num. 16. 5. uol. & in his terminis, q̄ agens ad dictas pœnas teneatur
4 probare aduersarium fuisse maiorem † annis 25. tenet Bertrand. d. consi. num. 3. Parpal. in repet. d. l. si quis maior. 1. uol. nu. 3. & seq. & in 2. not. nu. 8. ubi exigit probationem, q̄ habuerit dictos annos 25. completos, & sequitur etiam Cagnol. ibi in 2. not. nu. 25. & est in iure vulgatissimum, qualitatē
5 † a lege requisitam esse probandam. Plot. latè in l. si quando. nu. 355. C. unde ui. & in proposito ipse actor talem ætatem D. Christoph. non probauit cum nullus ex testib. examinatis sciat certo illius ætatem, nec tempus eius natiuitatis, & tantūmodo deponūt de iudicio suo iudicando ipsum ex aspectu, uel quando uenit habitatum Mirandulam, uel ex tempore præsenti qui quidem aspectus fallacem reddit probationem, ut tradit Bar. in d. l. 1. de ætate, & alij inferius citandi primus enim testis deponit, q̄ suo uidere, & iudicio dictus D. Christoph. excessit annū 25. tempore celebrati instri societatis, quia eum cognouit tpe quo primum uenit Mirandulam, & q̄ poterat habere iudicio ipsius testis decem vel undecim an-
6 nos, sed hic testis non probat, tam † quia de iudicio suo deponit, ut in terminis scribit Alex. in cō sil. 29. nu. 17. uol. & sequitur Crot. in trac. de testibus. nu. 313. tum quia ut aspectus illius probaret eum esse ætatis annorum undecim oportebat,
7 q̄ aspectus illius præseferret illum † esse ætatis annorum 14. uel 15. ut no. declarat Bart. in d. l. de ætate. nu. 10. quem sequuntur Alex. dictis consil. 149. col. fi. & 29. nu. 14. Calcan. consi. 79. licet dubia. col. pen. Castr. & alij in l. si minorem. C. de in integr. restit. minor. & Bertrand. consi. 2. num. 41. 3. uol. 1. par. idem dicendum est de secūdo teste, qui suo iudicio deponit, quod tpe quo illum cognouit puerū erat ex aspectu ætatis annorū 12.

& cre-

& credit illum tempore contractus fuisse maiorē
8 annis 25. Vltra quod testis, qui † deponit per uer bum (credere) non probat. gl. & Doc. in l. testiū. C. de testi. Crot. in d. tract. de testi. nu. 311. Minus etiam probat tertius testis, cum deponat, q per plures annos ante mortem patris testis erat Mirādulæ, & q eius pater obiit iam undecim annis elapsis, & sic concludit de 13. annis, quia plura-
9 lis † loquutio duorum numero est contenta. l. ubi numerus. ff. de testib. c. pluralis. de reg. iur. in 6. & subiungit, q tunc temporis non poterat habere minus 12. annis iudicio suo, quo casu secundum
* doctr. Bar. communiter * receptam, hic testis nō probaret etiam nunc ipsum esse ætatis annorum 12. quartus testis. fol. 79. deponit suo iudicio tenere illum esse ætatis annorum 25. in 28. & ultra q deponit de iudicio suo, ut supra, nō concludit, q ex aspectu sit ætatis perfectæ, quia debuisset
10 deponere, q aspectus illius ostendit eum † esse ętatis annorum 30. ut Bar. trad. in dicta sua distinctione. in d. l. de ætate. nu. 10. sextus, & ultimus testis d. Ang. etiam nihil probat, cum eodem morbo laboret, nam dicit tenere, q habeat annos 26. & ultra, quia quando uenit Mirandulam erat maior, & fortior ipso teste, qui nunc est ætatis annorum 27. & habet maiorem lanuginem, quàm ipse testis. Certum est. n. q iudicat ex aspectu, nec ratio illa de maioritate, & q esset fortior, uel maiorem habeat uel longiorem barbam, concludit, q sit maior ætate, cum minores ætate quādoque
11 in his excedant † maiores, & propterea ætas nō probatur, ut per Bar. in d. cōsi. Alex. & alios supra citatos sunt præterea ferè omnes testes attinētes ipsi producenti, ut ipsi fatentur, sed hic ultimus
12 fuit etiam sollicitator † causæ, & non probat Ro. consi. 420. in præsenti. & Gram. decis. 73. nu. 20. & latè Ant. Gabr. tit. de testi. conclu. 12.

Nec potest fieri fundamentum in statuto Mirādulæ, q quilibet minor 25. annorum maior tamē 20. possit omnes actus, & contractus facere tā in iudicio, quam extra, tum quia dubium est. an statutum illud liget dictum D. Christoph. origine forensem, ad trad. in l. 1. C. de summa triu. & fi. Ca. tho. & in aliis locis, tum quia statutum reddit illum fictè maiorem, non verè, quia in his quæ sunt
13 facti † lex non potest fingere. Bar. in l. si is. qui ꝑ emptore. nu. 33. cum seq. ff. de vsucap. & propter-
14 ea statutum in casu uero non habet locum † in casu ficto, ut ꝑ Bar. ibi. & in l. omnes populi. nu. 62. ff. de iust. & iu. quod in casu ipsius statuti tanto clarius procedit propter dictionem (tanquam) quę
15 denotat † fictionem, & impropriaetatem. c. cum pro causa de senten. excommun. l. 1. §. 1. ff. quòd cuiusque uniuer. nomi. cap. solitæ. ubi Fely. nu. 3. de maiori. & obedien. & Soc. consi. 9. 5. col. 1. uol. & ita in terminis. d. l. si quis maior. quòd fictus
16 maior † non incurrat eius pœnas, ut si impetrauit veniam ætatis, tenent Iaf. Rimin. & Alcia. in dicta l. & Cagnol. num. 40. Dec. consilio 258. col. 3. & Gabr. d. conclusione prima. 14. limit. nume. 69. Et in indiuiduo in minore maiore effecto, ex statuto firmat Cagnol. in dicto numero quadragesimo.

Postremo cum pœnis dictæ constitutionis lo-
17 cus esse non possit, nisi quis † contrauenia do lo Bal. in l. obseruare. §. proficisci. numero quinto. uersic. sed nunquid. ff. de officio proconsul. & lega. Docto. in dicta l. si quis maior. Alexan. in l. fi. ad fin. ff. qui satisda. cogan. & in consilio 92. perspectis. colum. pen. & fi. 1. uolum. Guid. Pap. consil. 31. numero uigesimoquarto. Bertrand. d. consil. 340. num. 6. & Gabr. d. conclusione prima. prima limit. num. 52. Nec constet ipsum Do. Christ. fuisse in dolo, ex quo per ipsum non stetit, quin obseruauerit conuenta, sed per aduer. ut supra, Proculdubio venit absoluēdus cum uictoria expensarum, & hæc quo ad conuentionem.

Quo verò ad reconuentionem D. Christophori, cum ex processu constet de inobseruantia Do. Ang. qui iam extraiudicialiter, quàm iudicialiter interpellatus admittere ipsum D. Christopho. ad prosecutionem ipsius societatis, & ad perseuerādum in appotheca, & societate ipsa recusauit illum admittere iustè censetur in eas pœnas illius. l. si quis maior incidisse, q extraiudicialiter illū requisiuerit d. Christoph. ad eum admittendum, & q noluerit eum admittere, ipse satis videtur fateri respondendo positioni 16. in proc. fol. 6. sed apertius probant testes d. Christoph. affirmantes q d. Ang. eum uolentem ingredi appothecā non admisit, sed ei dixit, q iret ad iustitiam, primus, secundus, & clarius tertius, in proc. 35. & seq. & de confessione ipsiusmet d. Ang. deponunt duo ex suis testib. quartus, & quintus, fol. 77. & 87. in pc.
18 quibus standum est contra † producentem, et si deponerent de auditu, uel credulitate Paris. cōs. 50. nu. 60. in 1. Soc. iun. consi. 69. nu. 12. in primo. Ceph. consi. 65. nu. 55. Craue. consi. 201. nu. 7. Et Gabr. lib. 1. conclusionum. tit. de testi. conclusi. 1. nu. 14. de interpellatione iudiciali, & de præcepto ei facto, vt illum admitteret in socium, & de oppositionib. & denegatione facta aperte cōstat. in proc. fol. 24. & seq. & fol. 52. Vltra contrauētionem factam capitulis societatis, de qua in partilis librorum productis. fol. 55. in processu, super quo non multum insisto, cum non sim plenè edoctus de facto ipso, & quia ex aliis de quib. supra
19 apertissimè apparet de inobseruantia †. quæ probat dolum inobseruantis, ut in d. l. si quis maior. ubi Cagn. d. consi. no. censetur. n. in dolo qui pro-
20 missa † non seruat. Dec. cons. 452. nu. 7. Crau. qui plura citat cōsi. 6. nu. 96. & cōsi. 192. nu. 15. Quòd
21 procedit ēt si in † modico quis deficiat Comes. consi. 179. quędam transactio Rub. Alex. consil. 30. num. 3. & mod. in d. l. & Gabr. d. conclu. 1. nu. quarto. Certum autem est dispositionem illius legis in omnibus contractibus locum sibi vendica
22 re, † ut per omnes ibi, vbi Cagn. nu. 43. & sequē. Dec. d. consi. 452. num. 7. & seq. & Gabr. d. concl. nu. 5. sicut ēt probatum est ipsum D. Ang. fuisse

maiorem

maiorem annis 25. ex confessione sua propria facta ad positionem. 19. in proc.fol.6. Et cum oĩa incumbentia ipsi reconuenienti sint probata merito debet obtinere. Cæterum quo ad punctum, an D.Christoph. teneatur perseuerare in ipsa societate stante contrauentione dicti Ang. de qua supra censeo ipsam non teneri, quia non tenetur obseruare is cui † non obseruatur, & est vulgatis-
23 simum, frangenti fidem fides frangatur eidem. l. cum proponas. la 2. ubi late Ias. post alios. C. de pac. etiam si iuramentum interuenit. c.3. de iureiurando cum vulga.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho.Bert.

ARGVMENTVM.

Publica vox, & fama qualiter intelligi debeat, & an ea sit indicium sufficiens ad torturam? & quid de mendacio, & varietate de taciturnitate Fuga, minis, & aliis coniecturis.

SVMMAE.

1 *Torqueri nemo potest sine legitimis indicijs.*
2 *Quod procedit etiam si iudex liberum haberet arbitrium.*
3 *Fama publica, ut probetur multa exiguntur.*
4 *Fama sola per se non facit indicium ad torturã sine alio adminiculo cum sit res fragilis.*
5 *Fama bona uincit omnem aliam malam.*
6 *Fama ortum habens a personis suspectis non debet attendi.*
7 *Varietas, & mendacium, indicium ad torturã facere videntur, si sit super negocio principali, uel circunstantijs delicti. nu. 8.*
9 *Testes deponentes aliquem fuisse præsentem, & alij negantes, possunt concordari, ut dicatur fuisse præsens corpore, absens uerò animo.*
10 *Exequutoribus referentibus non est plene credendum.*
11 *Fugiens præsumitur aufugere causa euitãdi uexationes, & capturam.*
12 *Fuga post inquisitionem, uel accusationem non facit indicium.*
13 *Taciturnitas an faciat indicium contra reum, si interrogatus non respondeat.*
14 *Probatio debet esse certa, & concludens.*
15 *Verba in bonam partem semper accipiẽda sunt.*
16 *Conuersatio sola etiam cum delinquente non facit indicium.*
17 *Indicia dicuntur purgata si reus sit tortus.*
18 *Indicia mala tolluntur per bonam famam.*
19 *Amicitia dicitur maxima, quę est inter amasiũ, & concubinam.*
20 *Testes domestici admittuntur ad probandum alicuius innocentiam.*
21 *Delictum ut sit cõmissum, debet liquido cõstare.*

CONSILIVM DXLVIII.

In Domino confido.

QVISQVIS uidisset dubia mag. Do. Vicecomitis excitata scitè, quidẽ, & eleganter contra hunc pauperẽ Bernardinum carceratũ, prima facie dubitasset defensionem illius fore difficilem, sed si tñ diligenter processum, ex quo dubia ipsa eliciũtur, intueretur, facilimã, & parũ laboriosam liberationẽ ipsius carcerati fore non dubitaret, multa.n. complexus est mag. motiuans, quæ tñ si perstringantur nihil uel parum officere carcerato cõstabit. Vt igitur clara, & aperta solutio propositorum dubiorum appareat pro fundamento præmittam neminem legitimis indiciis non præcedẽtibus torqueri posse, quod tam iure municipali quã cõi sancitum est, † de quo primo extat statutũ sub rub. de mõ, & forma proced. p inquisitionem, secunda facia. dicto secundo tex. est in l. 1. in prin. & ibi latè Marsi. ff. de qõ. quod ẽt ad atrocissima, & enormissima delicta extenditur, ut per Mars. ibi, & in sua pract. in §. constante. nu. 2. & plures citat Pet. Foller. in sua pract. crim. in 2. par. 2. par. in rub. item quod sororem venenauit. nu. 31.
2 & qđ ẽt pcedit, † & si iudex liberũ arbitriũ hẽat, ut p eos ĩ dictis locis, & Mars. in d. §. cõstãte. n. 29.

Quo iacto fundamento discutiendũ est num extent sufficientia indicia contra hunc inopem carceratũ. Et primo in dubiis p maximo fundamento adducitur extare contra ipsũ famã, & quidẽ uehementẽ de suffocatione in aquis Padi facta Catherinæ Cancelleriæ nũcupatæ, cũ qua cõcurrente leuitate uitæ carcerati indiciũ ad torturã oriri uideatur iurib. in dubiis adductis, hoc indicium ex plurib. tollitur, primo.n. constanter negamus esse probatã famã huius delicti cõtra hũc carceratũ, quæ quidẽ probatio non est ita facilis, sed plura exiguñ, quæ minime in casu isto con-
3 currunt † ut ex trad. per Bar. & Mars. in l. de minore. §. plurimũ. ff. de qõ. cernere est, & ex trad. per Caret. in sua praxi. in loco, in dubiis citato per Blanc. in l. fi. num. 311. & sequ. ff. de quæstio. & in sua pract. crimin. fol. 154. num. 15. & sequ. abunde Foller. in dicta sua pract. prima par. 2. par. in rubrica dicũtur capitula quod suffocauit uxorem. num. 28. 2. omnes uno ore concludunt famam non probari, nisi testes de ea deponentes nominent plures a quibus de ea audiuerint, & quod dicant a maiore parte populi audiuisse, & quod etiam exprimant causam propter quam huiusmodi fama ortum habuerit, quæ cum non concurrant in testibus examinatis consequens est,

vt mi-

vt minime fama ipsa probata dici possit, & si non est probata simplex fama minus est probata fama vehemens, quia esset probata qualitas sine substantia, quod esse non potest. l. secunda. ff. de usufruct.

Secundo, dicitur, quod fama etiam formiter probata non facit indicium per se sola sine alio adminiculo ad torturam, cum sit res fragilis, &
4 perniciosa transmissa ab his qui desiderant, † de hoc famam esse, ut Marsi. tradit in sua pract. in §. diligenter. numero decimooctauo. & sequentib. Iodo. de Amhud. in suo Enchirid. rerum criminalium. cap. 36. numero uigesimotertio. & sequentib. Blanc. Carer. & Foller. locis præallegatis, nec obest reo, ut in dubiis dicitur, quod ipse sit male vitæ, & conditionis, quo casu fama posset iuncta mala vita facere indicium ad torturam secundum Augu. in addit. ad Ang. in tracta. malefi. in uerb. fama publica super versiculo, & an fama sit sufficiens, & Grammat. consilio decimoseptimo. numero decimoseptimo. quia etiam negamus constanter de huiusmodi mala vita carcerati, uel mala fama in genere, quæ ad hoc, ut probaretur exiguntur ea quæ supra tacta fuere, in fama probanda in specie. Præterea, cum ex pluribus testibus examinatis pro eius parte probatum sit de bona eius fama, & uita, & præsertim ex secundo, sexto, & octauo, testibus cessat omnis scrupulus per ea quæ inferius suo loco dicentur, & licet aliqui testes dicant dictum carceratum teneri ab aliquibus pro homine probo, & bonæ vitæ, & a nonnullis aliis pro improbo, & male famæ, & sic varia, & diuersa sit opinio de eo, tamen in dubio
5 dicendum est famam non obesse contrariam, † vt per Iodo. dicto suo Enchirid. cap. trigesimoquinto. numero decimoquarto. & decimoquinto. Et per Carer. in dicta sua pract. in princip. seu in lectura. num. 111. columna tertia. Accedat, quod licet dictus carceratus esset malæ famæ respectu damni dati in agris, uel surreptionis fructuum, nō propterea est inferendum, uel argumentandum ad assassinium, uel ad homicidium, quia regula
a semel malus de reg. iur. in sexto, loquitur in eodem genere mali, & ita tradit Carer. loco pdicto secunda columna. & tradit ēt Franciscus Casonus in suo tracta. de indic. & torment. in tracta. primo. capitulo secundo. numero quinto. ubi dicit omnes ita tenere.

Tertiò, cum per testes examinatos ad defensam pro carcerato sit probatum dictum primum testem examinatum pro curia fuisse attinentem defunctæ, a quo forte habuit originem huiusmodi asserta fama; est enim sororius Catherinæ similiter ille Squarzonus uidetur etiam eidem attinere licet forte longo gradu, ut nonnulli testes deponunt, si qua fama ui deretur probata non esset attendenda cum a personis suspectis ortum
6 habuerit, † ut per Blāc. in prac. dicto numero decimoquinto. fol. 154. & Iodo. loco præallegato. nu. 35. quod ēt Carer. & alij supra citati admittūt.

Secundum obijcitur indicium contra hunc reum mendaciorum, & varietatum quibus ut eon
7 uinci, quæ videntur facere † indicium ad torturam Marsi. in dicto. §. diligenter. nume. 98. Gram. dicto consilio 17. num. nono. fundamētum hoc, quod in huiusmodi indicio fit, tribus ex rationibus sternitur, & omnino tollitur. prima est, quia hæc conditio non est uera, uel communis, quod sine aliis indiciis mendacium, uel uariatio faciat indicium ad torturam, ut per Carer. qui pro e contratio allegatur in dicta sua pract. in princip. numero 119. secunda columna, ubi dicit communiter hanc partem teneri, & contrarium etiam tenet ipsemet Grammat. melius sentiens in consilio uigesimoprimo. nume. uigesimonono. quod tenet Foller. in dicta sua praxi in rub. item quod sororem uenenauit. præallegata. num. 29.

Secunda est ratio, quia non omnis varietas,
b nec omne mēdacium indiciat ad torturam, sed
8 ita demum, si sit super negotio, † & facto principali, uel circunstantiis delicti, ut declarat Blanc. in dicta l. fin. numero. 263. & pluribus sequent. & in dicta sua pract. numero tertio. quarto. fol. 153. & Nouel. in suo tract. ad defens. in tit. an indicia pro reo danda sint. numero quinquagesimosexto. fol. 54. & Foller. dicto numero uigesimonono. Et in proposito uariatio, uel mendacium de delatione tritici, & de actu fugiendi dum executores ipsum capere uellent, nihil habent commune cum delicto de quo imputatur uel de circunstantiis eius.

Tertia est ratio, quod dictus Bernardinus a mendacio, & varietatione defendi potest, vt de eis non dicatur conuictus, nam respectu delationis frumenti ad domum Catherinæ non conuincitur ab unico teste, scilicet Iacobo illo Gallo, quia dictum unius dictum nullius est. l. iurisiurandi. C. de testibus. Præterea licet ipse dicat Iacobum fuisse præsentem, ipse uero Iacobus neget possunt concordari, vt fuerit præsens corpore
9 abesset uero animo, † per ea quæ ad propositum tradit Alexan. in consilio 580. in causa angelorū. prima columna. secundo uolumine. & Gramma. consilio decimonono. numero secundo. & idem est dicendum de testimonio illius Luciæ ab eo in teste citatæ quorum dicta conciliari possunt, ut supra e o. quamuis ipse tanquam melius reminiscens declarauerit dictum Iacobum alia die interfuisse in dicta domo, quod licet reo facere, vt per Foller. loco præallegato. numero uigesimonono. non uidetur propterea attendenda huiusmodi uariatio, uel punienda, seu damnanda talis declaratio respectu uariationis, super fuga certum uidetur non esse plenè credendum exequu-
10 toribus † referentibus, c ut per Alcia. in tracta.
c præsumptio. tertia regula præsumptio. 14. numero quinto. & sequentib. licet etiam ipse carceratus non negauerit se occultasse in camino ne caperetur, ut dixit in primo constituto, siue, ut delu deret exequutores, vt in secundo, quæ iudicio meo

meo nihil faciunt ad rem utcumque res se habeat.

Tertium indicium de fuga minus cæteris obstat, quia non uideo in processu constare de aliqua fuga dicti carcerati. sed contrarium apertè probatū extitit ex pluribus testibus pro eius parte examinatis, & præsertim ex duobus prioribus deponentibus a tempore mortis dictæ Catherinæ, usque ad tempus eius capturæ ipsum stetisse in uilla Buccaleonis, & domi suæ, & licet nixus fuerit se occultare, tempore quo captus fuit ne caperetur, non propterea ista (si fuga esset, uel occultatio facit indicium contra eum, quia præsumitur se occultare velle, vel aufugere ad vitan-
11 dum vexationem, & capturæ, † uel carcerationis ignominiam, ut per Saly. in l. admonendi. numero undecimo. & Rip. ibi. numero 168. ff. de iureiuran. Carer. in dicta sua pract. in princip. numero 113. Blanc. in dicta l. fi. numero 286. & Foller. in dicta rub. numero 30. si enim fugiens post accusationem institutam, uel inquisitionem formatam contra eum uidetur excusandus ne fuga contra eum indicium faciat, cur non magis idem dicendum est, in fugiente, uel fugere uolentē a manibus familiæ iudicis volentis ipsum capere, cum a communiter accidentibus quilibet libenter carcerationem siue iustam, siue iniustam euitare conetur. Quod autem fuga post inquisitio-
12 nē, uel accusationē non faciat indicium † tradūt omnes in locis præallegatis, & Marsi. in dicto §. diligenter. numero quadragesimo secundo. & lodo. dicto tracta. cap. trigesimo sexto. numero vigesimo. sed quod sola fuga etiam non faciat indicium ad torturam, habetur per Docto. in locis præallegatis.

Quartum indicium consideratum, ex taciturnitate dicti rei dum sibi relatum esset inculpari, seu imputari de delicto prædicto, in facto nec in iure non est verum. in facto enim non probatur, quod relata sibi imputatione tacuerit, & nihil responderit. nam illa Domina Laura in cuius dicto fundatur hoc indicium. primo, non exprimit retulisse expresse dicto Bernardino; quod ipse inculparetur de ipso delicto, sed cum ibi adesset eius frater Fabricius, & plures alij dixit erga eos, filij sciatis quod fertur vos fuisse occisores Cancelleriæ, quo casu potuit ipse Bernard. iustè tacere cum ipsum non nominauerit, putans se de
13 alijs ibi existentibus intelligere † nec hoc casu loquuntur Marsi. nec Carer. loco præallegato. numero centesimoquadragesimosecundo. allegati in dubiis. secundo, non concludit ipsa testis, quod licet ipse reus fuerit præsens intellexerit dicta verba, quia præsentia non infert necessariam intelligentiam, ut per Alexan. & Grammat. supra allegatos. tertio, quia non negat ipse testis, quin ipse Bernardinus aliquid fortè inferens negationē respondisset, sed dicit non reccordari quod aliquid responderit, sed reccordatur subrisisse, quo casu non probatur necessario taciturnitas, quia
14 probatio † debet esse certa, & concludens. capit. in præsentia de probatio. & l. cum hoc. C. unde legit. in iure etiam non est vera hæc conclusio, ut late comprobat Blanc. in dicta l. fin. numero ducentesimouigesimoquarto. & Carer. ipse in dicta sua pract. in repert. in uerbo indicium an faciat taciturnitas videtur recedere ab opin. Marsi. & cum Blanc. etiam tenet Franc, Caso. d. tracta. in c. 1. nu me. 4. tracta. 9.

Quintum indicium leuius, est cęteris posito qđ esset uerum, quod dictus Bernard. protulerit illa uerba minatoria contra dictum Iacobum, & fuisset uisus ire etiā per loca deuia cum alijs contra quos, ut dicitur, extant indicia, nescio uidere qđ indicium resultare possit, quod commisserit huiusmodi delictum, uel quomodo fiat hæc illatio. minæ enim factæ dicto primo testi non respiciūt nisi exactionem debiti ab eo fiendam, & licet dixerit incidenter, quod eis qui uellent quærere huiusmodi factum exactionis accideret, quod accidet Cancellerię, non tamen fatetur id ei facto suo euenisse, nec e ex dictis uerbis ullo modo (iudicio meo) inferri potest aliquid de hoc non magis quam si dixisset id ei euenturum, quod alicui occiso euenisset. nam uerba semper in bonam
15 partem accipienda sunt † Bar. in consilio centesimooctauo. in quæstione. in fin. & Ruin. consilio centesimoquadragesimoquinto. numero decimonono. quinto volumine. similiter ire cum dictis imputatis casu per loca etiam inuia alio tempore, quam post commissum in continenti delictum, uel tempore ipsius delicti commissi nihil facit, quia hæc non est conuersatio, præterea non constat, quod tales imputati fuerint participes dicti delicti, quo casu cessat omnis scrupulus cum hoc casu Blanc. allegatus non loquatur, qui etiam non affirmat huiusmodi conuersationem facere indicium ad torturam. & quod sola con-
16 uersatio etiam cum delinquente † non faciat indicium firmat Carer. ex Bald. in dicto princip. numero centesimotrigesimonono. Præterea non est uerum, quod tenet Gramma. in allegato consilio trigesimo secundo. numero decimo. quod testes singulares coniungantur ad faciendum indicium ad torturam. Nec Marsil. allegatus in §. diligenter. numero centesimoquadragesimonono. hoc tenet, sed quamplures citat in contrarium, & tandem hoc dicit, se semper dubitasse de hoc dicto, & idem quod non coniungantur tenet Carer. loco præallegato. numero centesimooctauo. & fædere distinctionis opiniones cōciliat Blanc. in dicta l. fin. numero tricentesimosexagesimooctauo. secūdum quam distinctionem cessat omnis difficultas.

Vltimum fundamētum, quod saltem hæc omnia simul iūcta faciant indicium contra reum tollitur ex adductis per Blanc. loco præallegato. nu. 366. ubi ostendit regulam illam, quæ non possunt singula multa iuuant, non habere locum in criminalibus, etiam respectu torturæ inferendæ.

Ex

Ex quibus apparet indicia considerata non esse sufficientia ad torturam dicti rei, cum sint leuia, & parum urgentia, sed posito, quod fuissent urgentia, cum tamen ipse reus fuerit tortus, satis fuerunt purgata, & elisa etiam quod semel tantũ
17 tortus fuerit † iuxta ea, quæ tradit Foller. in dicta sua pract. 2. parte. 2. par. in rubrica rei indurati torqueantur. num. 17. & Franc. Caso. in dicto tracta. sub rubrica. de tormen. c. 14. & Blanc. in prac. fol. 128. num. 27.

Secundò, etiam si extarent aliquæ reliquiæ (quod non est dicendum per prædicta, stante pro
18 batione bonæ famæ † carcerati probata per eius testes ad defensam examinatos, tollitur omne indicium, quod urgeret contra eum, vt per Marsi. in dicto §. diligenter. num. 196. & consi. 109. nume. 27. Gramma. consi. 35. num. 46. & decisi. 60. num. 12. Paris. consi. 151. num. 13. & 153. nu. 35. 4. uolum.

Tertiò, cum testes curiæ, & dictus etiam reus affirment dictam Catherinam fuisse eius amasiam, quæ de seipsa ei copiam fecit, negari non potest, quin esset ualde amica ipsius rei, non enim leuis est amicitia, quæ est inter amasium, & con-
19 cubinam † ut per Blanc. in sua prac. fol. 115. nume. 29. Et amicitia, amorque rei imputati erga offensum tollit omnem sinistram suspitionem. Nouel. in suo tract. crim. ad defens. in tit. rñsiones reorum in constitutis. num. 39. fol. 74. & Foller. in sua pract. in dicta rub. item, quod sororem ucnenauit. num. 18.

Quarto, & si omnia cessarent adhuc est liberandus dictus reus cum per duos testes, scilicet uxorem, & sororem suas, probauerit ea nocte qua suffocata fuit illa Catherina, quod ipse stetit, & dormiuit in eius domo, & non potuit eo tempore interuenire dicto delicto, quo casu omnis scrupulus penitus sublatus est. & licet testes istæ attineant dicto reo, tamen probãt eius defensam, & innocentiam, quia testes de familia hoc casu
20 admittuntur, † ut per Nouel. qui loquitur in fratre in dicto tract. ad defens. tit. primo. nume. 29. Carer. in dicta sua pract. in princ. num. 165. col. fin. & de parentibus, & fratribus quod admittantur ad probandum defensionem, tradit Ioan. Bap. Plot. in repet. l. si quando, num. 141. C. unde vi.

Illud etiam omittere nolui, quod in casu isto (nisi extent alia acta) non constat delictum fuisse commissum, quod in primis, & ante omnia exi
21 gitur constare † ut per Marsil. in dicta sua pract. in secunda par. in rubrica, capiat informationem. num. 3. & sequen. Et licet constaret ipsam Catherinam suffocatam fuisse in aquis Padi, non propterea necessario, & concludenter constat, id delicto euenisse, cum ipsa casu, & sine facto, uel delicto alterius mergi potuisset, & suffocari, quod non est in cadauere, in quo vulnera, & percussiones apparent, ex similibus exterioribus signis de quibus abunde differunt Docto. in dictis locis.

Concludo itaque non obstantibus subtiliter adductis contra hunc pauperem carceratum ipsum fore, & esse absoluendum, & liberandum.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

Fuit absolutus purgatis indiciis per torturam, & liberatus.

Clau. Bertaz.

ADDITIONES.

a Accedat Alex. consi. 5. in casu inquisitionis. num. 5. lib. 1. Gramma. decisio. 25. num. 7. & uot. 5. num. 54. Nat. cõsilio 42. num. 5. & consi. 36. num. 7. & 8. Clar. in pract. in §. fi. uersic. fama sola. in fi.

Quod autem hoc solum indicium sufficiat ad torquendum uidetur tenere Alex. consi. 77. num. 4. uersic. quintum indicium, in primo. Marsi. in pract. crim. in §. diligenter. num. 99. Foller. in prac. uersic. item, quòd sororem. num. 8. Rolan. consi. 63. num. 35. in 2.

Sed contra Clar. supra adductus in dicto uer. fama sola. in fi. concludit hanc solam præsumptionem non sufficere, & idem Marsi. in d. §. diligenter. nume. 116. qui dicunt hanc tamen præsumptionem iunctam aliis facere indicium sufficiens ad torquẽdum sequitur Carer. in pract. §. decimumquartum indicium. nu. 1. Boss. de indic. num. 65.

In hac re præter alia quæ alias in his libris de hac re gulam scripsisse scio. aduertendum esse censeo semel malem præsumi malum, & in eodem, & in diuerso genere mali. maxima enim est connexio, ut uirtutum, ita uitiorum, & secundum Philosophorum, & theologorum placita abyssus enim abyssum inuocat, & qui in uno offendit factus est omnium reus, ut pulcherrime docet Sanctus Augustin. in Epistola ad Beatum Hyeronymum expositionem petentis de eo, quod scribitur in canonica Iacobi, si quis totam legem seruauerit, &c. cuius etiam facit mentionem idem August. lib. 2. retractatio. sed hoc intelligendum est, quo ad qualitatem non quo ad quantitatem, nam ut hic dicitur ex mala fama respectu damni dati in agris, uel surreptionis fructuum non est arguendum ad assassinium, uel homicidium, secus autem si fama sit mala circa homicidium, quia tunc licet arguere ad aliud homicidium diuersi generis, vel ad aliud diuersum crimen æquale tamen grauitate homicidio.

Secundò est aduertendum, quòd fama mala oritur dupliciter, quandoque creditur aliquem commisisse delictum, quia præter alias coniecturas adest etiam, quia ille est infamis ob alia delicta, quãdoque hæc sola, quia ille malus est, & hoc per raro immo ferè nunquam, nã in quolibet loco semper plures sunt homines mali qui æque secundum hanc rationem essent suspecti, itaque dum iudex hunc ita diffamatum uult torquere uidetur semper posse, quia nunquam habebit solam famam, sed adminiculum alterius famæ, nam & illum malum esse creditur, & hæc est prima fama, & hoc delictum commisisse, & hęc est secunda, quæ ut supra non oritur ex solo nomine ipsius hominis mali, sed ex aliis, quare dum Clar. & Marsi. supra citati dicunt famam solam nõ facere indicium, si intelligimus de hac duplici semper licebit torquere, quia nũquam est sola quæ omnia

intel-

intelligimus habere locum in eo qui nunquam liorem uitam est regressus, de qua re alio diximus loco, & scribit Pau. Gramm. Theorem. 23. in ff. tu cogita diligentius.

b Adde Mandos. ad consilium Roma. 8. lit. D. Simon de Prçt. consi. 105. num. 12. Clar. §. fi. q. 21. uersic. mendacium. Nat. consi. 42. nu. 4. Thob. Non. consi. 99. nu. 21. Bursat. consi 20. num. 23. & consi. 79. num. 1.

c Habet hanc rem tractatam fusissime cum suis ampliationibus, & limitationibus a Pau. Grammat. lib. Theorematum primo. 19. Theorem.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Testis deponens de confessione extraiudiciali rei, si non probet, an teneatur de falso, uel calumnia? & an possit torqueri, ut conuincat reum.

SVMMAE.

1 *Testis deponens de cõfessione extraiudiciali rei, an teneatur de calumnia, uel falso.*

2 *Testes non sunt torquendi in criminalibus.*

3 *Nisi prius extent indicia contra reum.*

4 *Testes non torquentur, prout rei.*

5 *Testis tortus quando non faciat indicium contra reum.*

6 *Confessio extraiudicialis non probatur, ut faciat indicium ad torturam, nisi per duos testes.*

7 *Periuro semel non creditur.*

CONSILIVM DXLIX.

In Domino Confido.

NON video quo iure Dainesius de Farinis possit teneri propter suum testificatum factum de confessione extraiudiciali Ioan. Mariae de Farinis super furto equae, tamquam falsus accusator, uel instigator, uel quòd possit super hoc torqueri cõtra ipsum Ioan. Mariam, negantem ea sibi confessum fuisse, quae ipse deposuit, quia certo certius est ipsum non fuisse accusatorem, uel instigatorem, huius criminis aduersus dictum Ioan. Ma-
1 riam, nel consocium, sed testem, † tantum, quo casu non potest teneri, etiam quòd crimen non fuisset verum cum non ut Accusator illud intenderit. l. 1. in prin. & §. 1. ff. Ad S.C. turpill. & non uideo quomodo suspicari possit illum teneri poena calumniatoris, vel instigatoris, cum non tantum ipse non instigauerit, vel accusauerit, ut supra. Sed etiam iuratus negauerit praedictum Io. Mariam talia sibi dixisse, uel confessum fuisse, & super hoc fuit tortus, & tandem coactus fassus ueritatem, quo fit, ut nullo modo dici possit ipsum propterea sibi in aliquo teneri posse, uel aliqua poena plecti debere, & qui a hoc tã clarum est, ut in dubium iure refricari nequeat super eo non insistam ulterius.

Respecta uerò alterius puncti, an ipse possit torqueri iterum, uel ut conuincat Ioan. Mariam negantem talia sibi dixisse, vel conuincatur ab illo, ut veritas huius delicti habeatur. Dico nullo modo ad talem torturam deueniri posse, pluribus ra-
2 tionibus. Primo, quia habemus regulam claram, quod testes † non sunt torquendi in criminalib. nisi certis casibus, ut per Bart. & Marsi. in l. ex libero. in princ. ff. de quaesti. Brun. in Tract. de Indici. & tortu. 4. quaest. prin. num. 5. & seq. Carer. in sua practi. crim. in princ. num. 180. Foller. in sua prac. etiam crim. lib 2. par. in versic. capiat informationem num. 23. & seq. & Boss. in suis var. Tract. in tit. de Tortu. testi. nu 2. & 8. & seq. & praesertim hoc procedit quando testis negat se scire ea de quib. habet praesumptionem contra se, & conuincitur per alium testem, vt per Brun. Boss. & Foller. in dictis locis, At in casu isto non uersamur in aliquo casu per Docto. expresso, quia iam ipse Dainesius fuit tortus cum negaret se talia à Ioan. Maria audiuisse, & ea dixisse Francisco Farinae contrarium deponenti, & tandem in tortura id fassus fuit, sed quòd iterum sit torquendus negantib. principalibus, nullo iure probatur, nec hic casus à iure, vel Doctoribus est decisus, & nimis esset durum, uel iniquum quòd postquam testes deposuerint veritatem, tenerentur etiam negantibus delinquentibus dictum suum cum tortura confirmare, & pauci equidem testes qui uellent pro curia testificari reperientur, & delicta potius remanerent impunita, nec inquam uidi talia practicari.

3 Secunda est ratio, quòd testes † non debent torqueri, nisi prius extent indicia contra Reum principalem, quae in proposito non uidentur extare, Boss. in d. titu. de tortu. test. nu. 1. & in tit. de manda. ad homici. nu. 3. per l. 1. in prin. ff. de quaest.

4 Tertio est, quia non est procedendum in tortura † testium, prout proceditur in tortura Reorum, quia in reis tortura repeti potest. l. repeti. ff. de quaest. Secus in testibus. qui nisi semel torqueri possunt. Boss. in d. titu. de Manda. ad homicid. nume. 31. At in proposito semel fuit tortus, vnde nõ est repetendus.

Quarta, & vltima ratio est, quòd quoties testis torquendus est, si torqueretur contra reum, non
5 propterea contra ipsum faceret Indicium † ad torturam, nullo modo debet torqueri, cum superuacanea, & frustratoria esset illa testis tortura, quae sola non faceret Indicium contra reum ita in terminis trad. Brun. in dicta 3. quaest. nume. 19. Foller. loco praeallegato, nu. 24. Carer. dicto num. 188. & Boss. in titu. de indi. & consider. an. tort. num. 152. Atqui in casu isto dubium non est quòd testificatus ipsius Dainesij etiam cum tortura

tura nullum indicium faceret contra dictum Io. Mariam, tum quia ipse nō esset nisi unicus testis, qui confessionem illam extraiudicialem non probaret, ut faceret indicium ad torturā, cū debeat probari saltem per duos testes, ut † per Blanc. in l. fin. num. 47. 205. & 206. ff. de quæst. & Carer. in d. princip. num. 121.

7 Tum quia cum ipse Dainesius fuerit † periurus semel sibi non esset credendum contra dictum Ioan. Mariam. cap. sicut. cap. testimonium. de testi. cum aliis de quibus per Dec. in consi. 189. nume. 6. & sequen. Nat. consi. 298. Gram. consil. 46. & Bero. quæstio. 58. & alios quos citat Roland. a Val. consi. 16. num. 9. & sequen. & consi. 73. num. 8. & sequen. primo uolum. Vbi loquuntur in fortiori casu, præter id quòd, ut audio, licet fecisset indicium ad torturam ex eius primo dicto eum prima tortura, quod ex prædictis non uidetur fecisse, fuit satis purgatum omne indicium per torturam ipsius Ioan. Mariæ, & consocij, & propterea nullo modo contra aliquos ex eis procedendum est, sed iustitia ita suadente liberandi sunt.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bert.

Quem exitum habuerit hæc causa prorsus ignoramus.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Iudicans in causa in qua prius, ut aduocatus consuluerat, an pœnam mereatur. & illius sententia quando sit nulla. & hoc licet non opponatur exceptio, uel recusatio a parte, si ignorauit illum fuisse aduocatum.

SVMMAE.

1 *Aduocati debent differre in iudicibus.*

2 *Iudex quidem qui fuit aduocatus in eadem causa, timendum est, ne sit memor præteritæ aduocationis.*

3 *Quod habet locum etiam si non sit idem negotium, sed illi connexum.*

4 *Connexa quando dicantur negotia, & unum ab alio pendere.*

5 *Sententia est nulla lata super negotio connexo, in quo aduocatus prius fuerat ipse iudex.*

6 *Iudex, qui olim in causa fuit aduocatus, potest recusari tanquam suspectus, non autem sententia annullatur.*

7 *Et opus est recusatione, ut sententia annulletur.*

8 *Aliqui sententia ipsa ualida est.*

9 *Quod procedit, quando quis ignoranter elegit aduocatum aduersæ partis in arbitrum.*

10 *Iudex nemo debet esse in sua causa.*

11 *Et iudex habet iurisdictiunem elidibilem.*

12 *Et debet recusari alioqui detecta suspitionis causa sententia non erit nulla.*

13 *Actus factus contra legis prohibitionem nullus est etiam non apposita clausula annullatiua.*

14 *Aduocatus nō potest esse in eadem causa iudex, siue sit ordinarius siue delegatus.*

15 *Et impeditur illius iurisdictio, si statutū loquatur per verbum, non possit.*

16 *Impeditur enim habitus iurisdictionis secus si dicat non debet.*

17 *Et licet possit recusari, attamen secundum aliquos sine recusatione sententia est nulla.*

18 *Iudex delegatus non potest esse in causa in qua fuit aduocatus ex communiori.*

19 *Iudex dicitur delegatam habere iurisdictionē cui unum tantum negotium, & una tantum causa committitur decidenda.*

20 *Arbitri electi loco iudicis recusati dicuntur potius habere delegatam, quàm ordinariam potestatem.*

21 *Quod procedit si statutum in una causa, & uno negotio tantum iurisdictionem concedit, secus si in omnibus.*

22 *Iudicem non recusans an censeatur iuri suo renunciare.*

23 *Sententia quando annulletur detecta suspitione iudicis.*

24 *Et si à principio ignorauit causam suspicionis.*

25 *Forma est seruanda in iudicis electione.*

26 *Alias omnia sunt nulla etiam non addita clausula annullatiua.*

27 *Iudicans in eadem causa in qua fuit aduocatus non præsumitur aliter iudicare, quàm consuluerit.*

CONSILIVM DL.

In Domino Confido.

ARBITROR sententiam latam ad fauorem D. Bartholomei Nigri soli cōtra magnificam Do. Marietam Strozzam de Romeis per Dom. Virgilium de Siluestris iudicem electum de numero confidentium fuisse, & esse nullam, ut pote latam per iudi-

indicem suspectum nempe aduocatum prædicti
Dom.Bartholomei, ut docte, & subtiliter osten-
dit magnificus Dom. Ioan. Rōchegallus amicus
obseruandissimus. Pro cuius sententiæ confirma
tione nonnulla ad demonstrendam nullitatem
prædictam inferius subijciam.

Verum, quia ambigitur super identitate cau-
sæ, in qua consuluerat Dominus Virgilius ad fa-
uorem dicti Dom.Bartholomei, & in qua subin-
de idem factus iudex iudicauit, quasi quod si nō
esset eadem causa, sed diuersa sententia ualeret,
a propterea omisso eo dubio identitatis, [a] vel di-
uersitatis tanquam non necessario ad conuincen
dam nullitatem prædictam, tum etiam, quia nun
quam mei moris fuit aduocare, vel consulere cō
tra aliquem ib causa criminali, solum relictis cæ
teris pœnis super puncto ipsius nullitatis uerba
faciam.

Dico igitur claram esse iuris conclusionem, cū
qui in aliqua causa fuit aduocatus non posse in
eadem iudicis officio fungi, quia inter iudicem,
2 † & patronos oportet esse delectum. tex. est in l.
quisquis. in princip. & ibi omnes. C. de postulan.
& in l. prima. C. de assesso. ubi Imp. in fi. aliam ra-
b tionem, scilicet ne [b] affectionis, uel aduocatio-
nis memor incorrupti iudicis † non possit nomen
præferre, & probatur in l. prætor. ubi glo. & om-
nes. ff. de iurisdic. omnium iud. Et hæc conclusio
ampliatur procedere etiam si causa nō sit eadē,
vel idem negocium in quo quis fuit aduocatus,
c sed eidem [c] connexa, & ab eo † dependens, ut
3 est de mente Abb. in cap. postremo. de appella-
tio. & expresse idem declarat Perusi. ibi secunda
columna. & idem tenet Steph. Aufred. in tract. de
recusatio. numero decimoquarto. inserto in de-
cimotertio uolum. tract. & Capit. in decisione
146. numero secundo. & Anto. Franc. in additio.
ad Abb. Ias. in cap. irrefragabili. in penul. addit.
de officio ordina. Posito igitur, quòd causa in qua
prædictus Dom. Virgilius consuluit non fuerit,
uel sit eadem in qua etiam iudicauit cuius con-
trarium forte probari posset, cum tamen negari
non possit quin saltem negocia sint connexa, &
unum ab altero dependeat, quod ex lectura di-
4 ctæ sententiæ latæ satis liquide † constare uide-
tur iunctis tradit per Felyn. & Dec. in cap. trans-
lato. de constitutio. & in cap. quanto. de iudi. per
Ias. in l. sed & si plures. §. filio. prima columna. ff.
de vulga. & pupil. Aret. consilio uigesimonono.
penult. columna. & Cagnol. in l. secundum natu-
ram. numero tertio. ff. de reg. iur. Et cum eadem
ratione motus fuit prædictus Dominus Virgilius
ad iudicandum qua prius motus fuerat ad consu
5 lendum, quo casu idem est iuris † in vtroque con
nexorum glo. fi. in cap. præterea. de offic. delega.
Paul. de Castr. consilio 259. In causa quæ uerti-
tur. prima columna. in antiquis. & Ias. in dicto §.
filio. concludendum est dictam sententiam ita
fuisse nullam, ut pote latam super negocio conne
xo, & dependente ab eo super quo fuit cōsultū
sicut esset si in vna, & eadem causa lata fuisset per
prædicta.

Sed contra hanc conclusionem plura facere
videntur, & in primis opinio eorum, qui tenent
huiusmodi iudicem iurisdictionē habere licet eli
dibilem, unde si non fuit opposita exceptio, uel
ipse fuit recusatus videtur sententia ualere, ut ui-
detur probari in c. postremo supra allagato, ubi
non dicitur, ꝙ sententia sit nulla, sed quod iudex
6 potest recusari † tanquam suspectus, & expresse
ibi Perus. exigit fieri recusationem, & eiusdē opi
nionis uidentur etiam ibi Abb. & Dec. qui dicūt,
ꝙ talis iudex potest recusari, huius mentis uidē-
tur esse Bart. Bal. Castr. & Soc. in dicta l. præter af-
firmantes hanc esse iustam causam suspicionis, &
expresse ibi Ias. contra Specu. qui uoluit senten-
tiam esse nullam tenet opus esse recusatione, vt
7 sententia annulletur. † & idem uidetur tenere Au
fred. & Capit. in locis prææallegatis. idem uidetur
firmare Bal. Pau. de Castr. Salyc. & Ias. in l. cum a-
pertissimi. C. de iudic. Lanfranc. in cap. quoniam
contra in uerbo recusationes, num. 9. de probat.
8 & quòd ualeat † sentētia tenet Paris. de Put. post
Bald. quem allegat in tracta. syndica. in cap. Po-
testas cum esset in officio. numero undecimo. fol.
mihi 63. & idem etiam tenet Pau. de Castr. lo-
5 quens in fortiori casu, scilicet quando † quis
ignoranter elegit aduocatum aduersæ partis in
arbitrum. in consilio quadricentesimoquadrage
simoprimo. Viso puncto. numero quarto. secun-
da parte nouissimorum.

10 Cōfirmatur, quod uidemus, quod quis in † sua
causa non debet esse iudex. l. 1. C. ne quis in sua
cau. iud. nec in causa suorum. l. qui iurisdictione.
ff. de iurisd. om. iud. & tamen secundum magis cō
munem opinionem Docto. in d. l. qui iurisdictio-
ne. post Pau. de Castr. potest iudex iudicare nisi re
cusetur, & ualet sententia. & idem tenet Felyin. &
Dec. in c. causam quæ. de offic. delega. & hoc quia
11 iurisdictionem † habet iudex licet elidibilē, qđ
& tenet Perus. in d. c. postremo. 2. col. & qn̄ iuris-
dictio cōpetit, licet sit exceptione, uel recusatio-
ne elidibilis, tn̄ tenet sn̄ia, ut per eos in locis præ-
allegatis, de quo per Paris. consi. 109. nu. 4. in 4.

Nec videtur excusanda pars quæ talem Do-
ctorem ignoranter pro confidente dedit, quia
sententia lata non uidetur posse rescindi detecta
12 † suspicione, ut decidit Abb. reprobata gl. ibi in c.
cum inter. nu. 23. de excep. & eius mentis uidetur
esse Castr. in d. consi. & Abb. sequitur etiam Bar-
ba. in trac. de card. lega. à later. quinta quęstio. ba
silicæ. num. 7.

Quibus tamen non obstantibus adhuc arbi-
tror sententiam ipsam non ualere, per ea quæ
supra dixi, & maxime per tex. in dicta l. quisquis.
qui resistit potentiæ, & habitui iurisdictionis,
ut ibi (non in eodem negocio sit aduocatus, &
iudex) & quando lex prohibet actū, uel aliquid

13 fieri si fiat est nullus etiam † nulla addita clausu-
la annullatiua, ut per omnes in l. non dubium. C.
de leg. ubi Ias. octauo nota. & in simili tradit Bar.
& alij. in l. cum lex. ff. de fideiusso. quòd non oria-
tur obligatio etiam naturalis si lex principio resi-
stat de quo etiam per Docto. in l. si non sortem. in
princip. ff. de conditio. indeb. & propterea pleri-
que in hac materia loquentes affirmant, quòd
14 aduocatus non potest esse in eadem † causa iu-
dex, ut Specu. in titulo de assesso. in fin. qui sequu-
tus Vbert. tenet sententiam esse nullam, & cum
eo transire videtur Bald. ad illum se referens in
dicta l. prætor. in secunda lectura, & expresse se-
quitur Dec. loquens per verba uon potest. in l. pe
nult. ff. de offic. assesso. & per eadem verba loqui-
tur gloss. in verbo, vel cognitor. in capitulo statu-
tum., secunda. quęstio. sexta. & dicit Rofred. in tra
cta. de libel. in titulo, quis possit esse iudex ordina
rius, uel delegatus. numero vndecimo, qnòd non
erit iudex si fuerit aduocatus in cansa illa, & sic
sentit, quod impediatur iurisdictio hoc idem
15 † etiam uidetur firmare gloss. in dicta l. prætor
declarans illum tex. dicentem, quòd est iusta cau
sa delegandi si iudex primo in ea causa alterius
partis fuerit aduocatus dicens, quòd hodie est
necessaria huiusmodi delegatio per l. fin. supra
allegatam de assesso. in Cod. quasi uenit inferre,
quòd volens etiam non possit iudicare sic etiam
Barto. in dicta l. quisquis. loquitur per verba (nõ
potest) subdens, quòd habet præsumptionem
contra se, & ita etiam per uerba, non potest, lo-
quuntur. ff. lex. in dicta l. cum prætor, & Fely. in
in dicto capitulo irrefragabili. numero quarto.
& Nepos à monte Alba. in tracta. de exceptio. ar-
ticulo tertio, in rubrica exceptiones contra iudi
ces. numero duodecimo. & idem tradit Innocen
centius Quartus in eodem simili tractat in rubri-
ca de exceptio. contra iudic. numero primo. ubi
dicit, quòd non debet se intromittere in causa,
qui quidem tracta. est impressas ante proceden-
tem supra allegatum. ex quibus liquido constat
(iudicio meo) dictum Dominum Virgilium nõ
potuisse esse iudicem in dicta causa, ex quo lex re
sistit potentiæ, ut supra, & tot ac tanti patres eo
modo loquuntur. & quando lex loquitur per ver
* bum (non potest) tunc communi * consensu
16 habitus iurisdictionis † impeditur secus si dicat
(non debet) vt post Castren. in dicta l. qui iu-
risdictioni, & Modernio. in dicto capitu. causam.
quæ tradit Doct. supra allegati qui se fundant in
uerbis dicta l. qui iurisdictioni. scilicet nnn de-
bet, & sic cessat illorum decisio in casu nostro in
quo lex loquitur, per verba (non sit) ut supra, &
text. in dicto capitulo postremò, ac Docto. dicen
tes huiusmodi iudicem posse recusare non ne-
17 gant nullitatem † sententiæ expresse præter Pa-
rid. Perusi. & Ias. supra allegatos, & difficultatem
nullam facere videtur. dicto capitulo, quia ibi
ratio dubitandi erat, quod commissa erat cau-
sa appellatione remota, vnde dubitabatur nun-
quid locus esset recusationi, quod dubium sum.
Ponti. ibi tollit decidens, quod sic, & propte-
rea alleg. text. non procedit in alijs causis in qui-
bus talis clausula non inerat, & cessat dubitandi
ratio, & ita ex diuersis non infertur. l. Papinia-
nus. ff. de mino. & l. fi. ff. de calumnia.

Secundo, quicquid sit in ordinario tamen in
delegato, quod non possit esse iudex, qui fuit ad-
** uocatus receptior ** uidetur sententia, quam
tenet Specul. post Vinc. Docto. antiquum in titu
lo de iudi. delega. §. superest. versiculo item si fue
18 rit aduocatus. quem † uidetur sequi Bald. ad ip-
sum se remittens in dicta l. prætor. secunda lect.
& ita expresse eum sequentes tenent Paulus de
Castr. & Aret. in dicta l. quisquis. & licèt in casu
isto prædictus Dominus Virgilius fuerit surro-
gatus in locum iudicis ordinarij, tamen non ui-
detur quod possit dici fuisse ordinarium, sed ma
gis delegatam iurisdictionem habuisse ex eo,
quod una tantum causa, & unum tantum nego-
19 tium † sibi cõmissum fuit iuxta notabilem theo-
* ricam Bartol. ab omnibus * receptam in l. more
maiorum. numero octauo. ff. de iurisdictio. omn.
iudic. Et facit, quod de arbitris electis loco iudi-
cis recusati in dicta l. cum apertissimi. habetur,
& per Bartol. in l. finali. C. de iudic. qui dicit eos
habere magis delegatam, quam ordinariam
20 † potestatem, & etiam tenet Abbas, & Felyn.
in capitulo finali. de senten. & re iudica. & pa-
tet ex allegatis per Blanc. in tractatu de compro
miss. in secunda quæstio. sexta quæstio. principa.
** quæ opinio est magis communis ** secundem
Ias. in l. duo iudices. columna tertia. ff. de re iu-
dic. & licèt Blanc. ubi suprà videatur tenere con
trariam opinionem tamen vltra, quod est contra
communiorem non contradicit etiam in hoc ca
su, quando scilicet statutum in una causa, & u-
no negotio tantum iurisdictionem concedit,
21 secus si in criminalibus, † ut in casu suo, & sic
remanet uera conclusio, quod ipse D. iudicans
iurisdictionem delegatam, magis quàm ordina-
riam habebat, & propterea nullo modo poterat
iudicare in ea causa.

Tertio, quando pars ignorauit iudicem ordi
narium, uel delegatum fuisse aduocatum par-
tis aduersæ videntur cessare omnes difficultates,
quia non est quid imputetur eidem si ipsum non
recusauit tanquam suspectum, & cessat ratio Do-
ctorum contrariam opinionem tenentium, quòd
22 censeatur iuri suo renunciare † non recusans, vt
per Pau. de Castr. in dicto consilio. 441. numero
quarto. quia ignorans non censetur consentire. l.
si per errorem. ff. de iurisdict. omnium iud. cum a-
liis allegatis per Paris. consi. 20. numero 63. 89. &
sequen. in primo. de quo etiam fecit uerba prædi
ctus magnificus Ronchegallus, & quod de recta
23 suspicione † annulletur sententia tenet glo. in di
cto cap. cum inter quam sequitur Abb. sibi con-
tra-

trarius in capitu.si quis contra clericum in repe-
titio. columna quinta. numero decimosexto. de
foro competen.ubi alia allegat,& idem etiam te
net ille qui addidit Abb.in dicto cap. cum inter.
numero trigesimotertio.lit.d.& eam etiam tenet
Lud.Montal.in tracta.de reprobatio.senten.Pila.
numero 54. Nec Pau.de Castr. in allegato consi-
lio contradicit,namque is decidit sententiam va
lidam in casu in quo pars ignorauit tempore ele-
ctionis illum arbitrum electum fuisse aduocatum
partis aduersæ, & ex post ante sententiam latam
sciuit,& non recusauit coram iudice,uel reuoca-
uit parte vocata; sed non loquitur quando scien-
tia post sententiam superuenit quo casu non est
quid imputetur parti,si eum non remouit, uel re-
uocauit,hoc enim nimis esset iniquum, quòd ta
lis sententia ualeret, & hæc opinio tanquam æ-
24 quior,† quæ etiam ex prædictis verior videtur
est amplectenda,iuxta not.per Dec.& alios in l.in
omnibus quidem.ff.de reg.iur.;& Neuiz. in Sylu.
nupt.lib.5.num.68.

Cæterum cum ex forma statutorum ciuitatis
Ferrariæ.sub rubrica de recusat.iudic.fol.42. iun
cta rubrica de form.proceden. in cau.l lib. ro.
pag. vigesimasecunda. disponatur, quòd solum
dentur confidentes Docto.& non suspecti,qui iu
d rent d non fuisse aduocatos, & in casu isto datus
fuerit proculdubio suspectus,non videtur quo-
uis modo posse defendi quin sententia lata nulla
dicatur per ea quæ tradit dictus magnificus Ron
chegallus,quibus addo, quòd in electione dicti
25 iudicis omnino erat forma † seruanda, ut late in
simili per Socin.in consilio trigesimotertio,secū-
da & tertia columna. in primo. Et quia hoc casu
statutum eiusmodi electo per partes iurisdictio-
nem nouam tradit debet omnino eius forma ser-
uari alias actus esset omnino nullus etiam si in sta
26 tuto clausula annullatiua † non apponatur,ut est
a glo.notab.ab omnibus a ibi approbata in clem.
prima .in uerbo inhibentes post med.de iure pa-
tro.& idem tradit Abb.eum sequens in consilio
sexagesimosexto.quanquam multa in fi. secunda
parte. & Roma. consilio ducentesimotrigesimo-
quinto. Vt præmissa.secunda columna,uersic. se-
cundo.sequitur Paris. consilio quadragesimopri
mo.numero uigesimosecundo.in quarto.Craue.
consilio centesimoseptuagesimo. numero unde-
cimo.uersic.tertio.respondeo. Cum igitur in pro
posito prædictus Dom. Virgilius consuluisset ad
fauorem prędicti Dom.Bartholomei legitimam,
matri, & eius hæredibus deberi in bonis uoius fi
lij,qui alteri filio successerat proculdubio erat su
spectus in causa in qua tractabatur de eodem pū
cto,scilicet, de legitima debita in bonis alterius
filij,quia erat causa connexa dependens, uel sal-
tem similis adeo, quòd non erat uerisimile eum
27 alio modo iudicaturum,quàm iuxta † consilium,
iuxta no. per Arct. in dicto consilio vigesimono-
no.colum.antepen.& per Bald. in dicta l. apertis-
simi.numero sexto,ubi dicit, quòd iudex semper
est suspectus,quando non est uerisimile, quòd es-
set sibi contrarius.& tradit Docto.in dicto. in di-
cto cap.posttemo. Et propterea cum fuerit datus
pro confidente contra formam statuti prædicti
non acquisiuit iurisdictionem, & sententia per
eum lata non ualuit.

Laus Deo Opt.Max.

Bartho.Bert.

Omnino ignoramus exitum huius controuer-
siæ, quia nec Ferrariæ hæc scripsit Parens meus.

Clau.Bertaz.

ADDITIONES.

a Dicemus nos de hac identitate causæ, & de cæteris de quibus in facti contingentia disputari facilime potest, cum hoc infelici seculo omnia in iure nostro sursum deorsum quæ misceantur.

Identitas itaque causæ est necessaria ad hoc, ut puniri possit ille, qui primo fuit aduocatus deinde iudex. l.fi.C.de accesso.in fi.hoc est oportet, q causa in qua lata est sententia dicipossit, quod sit eadem in qua idē iudex consuluisse demonstratur, ut autem hoc cognoscatur considerandum est, quod identitas causæ cognoscitur ex tribus, ex eadem personarum conditione ex eadem rei petitione, & ex eadem causa petendi, vt in tex.in l.cum quæritur. & in l. sequenti. & in l. cum de hoc.ff.de exceptio.rei iudica. & not. glo in cap. aduersario.de exceptio.& ponit Barto.in l.& an eadem.§.qui cum partem.& Pau.de Castr. in dicta l. cum quæritur. de exceptio rei iudica.consuluit Ioan. de Anan. consilio nono, & Abb .consilio quinquagesimo. in primo. Dec.consilio nonagesimosexto.colum.2.

Quo ad primam qualitatem concurrit eadem personarum conditio,non solum quando sunt eędem personę,sed sunt diuersę idem ius habentes,ut cohęredes, collegatarij,hæredes,hęredum hæredes,& legatarij habentes idem ius,uel onus,nam hęres hęredis dicitur hęres testatoris.l.secunda,& tertia.ff.de petitio. hęredita. l.paterfamilias.ff.de vulgar.& pupilla. l. si quis filium. §.fin.ff.de acquiren.hęredita.l.fin. C. de hęredib. instituend.& hęres hęredis dicitur hęres testatoris in ea parte in qua fuit institutus primus hæres Bald.in l.fi, octaua quæstio.& ibi Corn. declarat columna secunda. C. de hęredibus instituend. sequitur Cagnol. in l. qui per successionem.numero septimo. ff. de regul. iur. Item, quia quicquid fit contra hæredes nocet legatariis. l.Papinianus.§.si ex causa.l.si suspecta.ff.de inoffic. testam. l.si a sententia.§.cum hæres.l.si perlusorio. ff.de appellatio.not.Barto.in l.secunda. ff.de excep. rei iudica. Et in sententia falsitatis, & nullitatis testamenti, & in petitione hęreditatis quando lata est contra hæredem se defendentem,& sine culpa hæredis,quia illa nocet legatariis,ut per Barto.& Alexan. in l.si seruum plurium. §.primo.ff.de legat.primo.& per Alexan. in l. sæpe. ff. de re iudi. columna sexta. & in consilio 85. & consilio 255 in 2.

Confirmat, q̄a qñ q̄rit an eadē sit cōdō p̄sonarū nō est adhibēda stricta iterp̄taōo,sed ea . ē cōdō p̄sonarū largo modo consideranda est,unde ex parte actoria ueniunt omnes qui rem in iudicium deducere possunt. l.

rei iudicatæ.l.si mater.§.hoc iure utimur. ff. de except. rei iudi. ubi ueniunt tutor procurator actor, & similes, ex persona rei uenit defensor, idem si agatur contra filium postea contra patrem eadem dicitur concurrere personarum conditio.dicta l.si mater. § se hominem, si actum sit contra uenditorem postea contra emptorem ibi dicitur eadem personarum conditio concurrere.dicta l.si mater.§.si egero. & §.item si rem, & in l.si n te §.Iulianus.de exceptio.rei iudica. & propterea glo. in l.& an eadem. §.primo.dixit, quòd large accipitur eadem conditio personarum, & ueniunt vniuersales successores item etiam successores in rem itemque, & quandoque personæ extraneæ de quibus in l. sæpe. ff. de re iudica.& dixit Barto. dicta l. & an eadem, quòd sufficit eadem conditio personarum uerè, uel interpretatiue, quod etiam dixit Socin.in l.rei iudicatæ.eod.tit. & consilio decimooctauo. columna fi.in primo.

Declaramus tamen non loqui nos quando omnium circunstantiarum, vel qualitatum identitatis causæ est controuersia, sed quando de hac prima, quia cæteræ claræ sunt; & certę in hac enim eo casu licet uti lata hac, & non impropria significatione, & interpretatione.

Pręterea loquimur quando agitur de nullitate sententiæ, ut in casu huius consultationis secus fortasse quando ageretur de pęna periurij, vel alia iuris, & statutorum, quia regulariter in pęnalibus stricta fit Interpretatio, ut per Angel in §. ius autem ciuil. Institut. de iure naturali gentium, & ciuil. cum vulgar. licet etiam in hoc casu animaduersa statutorum dispositione, & delinquentis qualitate hęc possent procedere, quę omnia certę requirunt boni iudicis arbitrium facile est enim hęc ętate non solum aliis, sed sibi ipsi obsistere cum omnia sint controuersa, & caliginis plena, & plerumque etiam inuiti cogamur ob multitudinem Doctorum a nostra uetere opinione, & ueritate discedere, & cum etiam ex modica mutatione facti totum ius mutetur, ut est vulgatum uerbum Alberi. magni practici, sed de his aliqua inferius.

Omnium autem supra dictorum est, ratio quia ubi fit cognitio eiusdem super eadem re, & in eodem facto super eisdem defensionibus stultum esset dicere, quòd unum animum pręsumeretur habere iudex respectu unius personę, & alium respectu alterius, & ita argumentatur Franc. Aret. in consilio uigesimonono. columna penultima, in fi. ad quod allegat capitulum si quis iusto, quod est penult §.porrò. ubi glo. in uerbo nihil agit de electionibus, & dictum Butr. in capit. causam. il secundo, de iudic. ubi dicit, quòd si iudex delegatus, uti priuatus habeat causam similem causę sibi commissę, quòd poterit uti suspectus recusari, quia non est uerisimile, quod in eodem facto habeat diuersum animum respectu diuersitatum personarum, addit etiã dictum Innocen. in cap. irrefragabili extra de offic. ordin. qui dicit eum qui semel consuluit in causa posse recusari, & alia, ut ibi per eum.

Secundum est requisitum, ut concurrat eiusdem rei petitio ex hoc enim constituitur identitas causæ, quod habet locum etiam, quòd res non uideatur esse eadem, quia sit facta alterius personæ, axemplum petemus ex hac consultatione, mater duos habet filios Angelum, & Andream, moritur Andreas cuius remanet hęres Angelus, qui & ipse postea moritur, mater petit consilium primo, an possit habere legitimam in bonis Angeli respondet Dom. Virgilius, quòd sic postea petit in iudicio legitimam in bonis Andreæ, & idem consultor iudicat deberi utique hic adest rei eiusdem petitio, quod demonstratur, quia consilium loquitur de legitima in bonis Angeli, in bonis autem Angeli ueniunt etiam bona Andreæ, nam cum præsupponatur, quòd Angelus sit hæres Andreæ, & boná Andreæ peruenerint ad Angelum, & Angelus adiuerit hæreditatem, iam bona Andreæ dicuntur bona Angeli, quia propter aditioné sunt facta ipsius Angeli, & de illius patrimonio. l. sed si plures. §. filio. ff. de uulgar. l. quod tibi. ff. de his qui ut indig. l. paterfamilias ff. de priui. credito. l. fin. C. de inoffic. testamen. not. Alexan. in l. in ratione. §. quod vulgo. ff. ad leg. Falcid. Alexan. idem in l. prima. § ueteres. ff. de acquiren possess. propterea dum in consilio Dom. Virgilij agitur de legitima in bonis Angeli dicitur etiá agi de bonis, quæ fuerunt Andreæ, & sic de legitima debita matri in bonis Andreæ, & de qua legitima agitur in causa sententiæ, quod etiam confirmatur, quia si fuit debita legitima matri in bonis Andreæ sicut filius dicitur creditor Patris in legitima. l. Papinianus. §. si quis impubes. ff. de inoffic. testamen. l. cum ratio. ff. de bo. damn. l. si quis legatum. §. fin. ff. ad leg. Falcid. & per Barto. in l. si patronus. ff. de donatio. per Alexan. consilio sexagesimonono. in primo. per Curt. sen. consilio decimotertio. & Aret. consilio centesimoquinquagesimoquinto. cum similibus. Ideo onus soluendi legitimam Andreæ pertinet ad Angelum, & Angeli hæredes, quia ex l. duodecim. tab. hæres tenetur satisfacere creditoribus defuncti. l. prima. C. si certum petatur. l. prima. & secunda. C, de hæred. actionibus. & in specie in legitima est tex. in §. cæterum. in Authen. ut cum de appe latio. cognosci. & licet Barto. in l. in quartam. ff. ad legem Falcid. uelit, quòd etiam. contra legatarios agi possit tamen eius opinio procedit quando alias hęreditas non esset soluendo, sed si hæreditas non est soluendo non agitur contra legatarios, sed contra hęredem, vt declarat in effectu Alexan. in dicta l. in quartam. & ibi Rip. unde alio non constito regulariter hęres tenetur soluere legitimam. itaque dum in consilio agitur de legitima matris contra hæredes Angeli, uel Angelum, qui tenentur etiam ad legitimam ex persona Andreę sequitur, quòd in consilio etiã dicitur actum de legitima matris ex persona Andreę de qua legitima loquitur sententia, & sic in utroque casu agitur de eadem re, & de eadem legitima.

Confirmatur hoc alia ratione, ex quo bona Andreę sunt iuncta cum bonis Angeli, & sic istorum bonorum facta est contributio sequitur quod matri vna tantum legitima debita reperitur quę tota residet super bonis Angeli, tam ex personis Angeli, quàm ex persona Andreę, ut probatur in dicta l. in ratione. §. quod vulgo. ff. ad legem Falcid. ubi quando duæ hęreditates simul iunguntur pure patris, & filij si est detrahenda Falcidia non detrahuntur duę Falcidię, quasi ex duabus hæreditatibus, iuxta l. in duplicibus ff. eod. sed detrahitur una tantum falcidia, quæ hæreditates dicuntur unitæ, & facta dicitur bonorum & legatorum contributio, ut ibi per Bart. glo. & Docto. per quam legem uoluerunt Docto. quòd de iure ciuili filius grauatus unam tantũ quartam detrahat non duas scilicet Trebellianicam, & legitimam, ut dicit glo. in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffic. testam. in l. cohæredi. §. cum filius. ff. de uulgar. l. quanquam C. ad l. Falcid & habetur per Alexã. in dicto §. quod uulgo, ubi uoluit etiam, quòd de iure canonico filius duas quartas possit detrahere ca. Raynutius. cap. Raynaldus. de test. ſm opinioné quæ in foro, & in scholis practicat, tñ qñ ascendens grauat fideicómisso solũ uná quartá, detrahit ñ duas quartas, ut uoluit Bal. in l. si a milite. §. fin. de testamen. milita. & tenet Alexã, in dicta l. in rationem. dicto §. quod vulgo, & licet in hoc casu Crauet. consilio centesimodecimo. tenuent, quòd mater possit duas quartas habere, tamen quando bona vtriusque filij sunt coniuncta non uidetur, quod

possit

possit habere duas legitimas. Itaque in re nostra cum una tantum legitima debeatur, & consilium Dom. Virgilij loquens de legitima debeat intelligi de tota, sicut rem petens dicitur totam rem petere. Barto. in l. de pupillo §. qui nunciatur. ff. de oper. nou. nuncia. Socin. in l. si quis cum totam. ff. de exceptio. rei uendicatio. sequitur, quod cõsilium tam de legitima quæ venit ex bonis Andreę, quàm de illa quæ venit ex bonis Angeli, ex quo ius utriusque legitimæ onitum est in bonis Angeli hæredis Andreæ. & propterea, quia sententia loquitur de legitima Andreæ, & de eadem loquitur etiam consilium, merito in utraque concurrere videtur eiusdem rei petitio. Hæc ita fuse expolui, quia ex decisione huius controuersiæ poterunt aliæ non absimiles decidi.

Non omitto, quòd in hac materia petitio eiusdem rei non est accipienda strictè, sed largè est tex. in dicta l. sed an eandem, ubi non intelligitur quod idem corpus petatur cum omni pristina quantitate, uel qualitate nulla adiectione, uel diminutione facta, sed pinguius accipi debet pro communi vtilitate, ut patet in tex. ideo eadem res peti uidetur si primo totum fundum quis petat postea partem, si primo fundum postea arbores excisas ab eo, si primo duo corpora postea unum corpus, si primo insulam deinde aream petat, si nauem postea tabulas si ancillam postea partum, in toto enim pars est, & pro eadem re accipitur. l. si quis cum totus. ff. de exceptio. rei iudica. Idem si primo hæreditatem postea singulas res petam, uel econtra. l. Iulianus. ff. de exceptio rei iudica. l. si quis in totum. § generaliter. ff. eodem. idem si quis petat unam rem hæreditariam postea hęreditatem, ut uoluit glos. in dicto § & generaliter, & ibi Barto. & declarat Soci. idem si quis petat semissem hęreditatis postea sextantem idem uidetur petere. l. si extante. ff. eodem titulo. & sic constat, quòd petitio eiusdem rei largo modo accipi debet.

Accedat fortiùs, quòd etiam si agatur de re diuersa, tamen quando eadem quæstio super qua factum est consilium uertitur in causa sententiæ, adhuc sententia, & consilium dicuntur continere eandem causam, ut probat tex. in l. si quis in totum. §. si ancillam. uersicu. & quidem ita diffiniri, ubi tex. decidit, toties eandem rem agi quoties apud iudicem posteriorem id quęritur, qđ apud priorem quęsitum est, ita est ibi tex. quem intelligit Pau. de Castr. ibi, & in l. cum quęr tur. etiam si agatur de re diuersa dummodo illud, quod fuit determinatum in primo iudicio disputetur in secundo iudicio, ut in casibus dictę l. si quis in totum ubi si primo agitur de fundo postea de arboribus eiusdem fundi, quę diuersa sunt, sed quia oportet disputare de eodem dominio eadem causa dicitur, ut ibi per Pau. de Castr. qui infert ad declarationem dicta l. cum quęritur, ut per eum, & sęquitur etiam Com. consilio centesimouigesimosexto. in quarto. dum allegat tex. in dicto §. generaliter, & licet Socin. ibi dicat, quòd dictum Castr. non est absolute uerum, quia non procederet quando quis primo partem fundi postea aliam partem peteret, quia res sunt diuersæ licet de eodem dominio agatur. tamen secus est, ut in hoc casu, quia agitur de eadem legitima licet super diuersis rebus in quibus petitur deductio, & agitur etiam de eadem quæstione, quia utrobique quæritur, & a consulente, & a iudice, & idem deciditur ab eodem, primo aduocati, postea iudicis munus subeunte, an matri legitima debeatur non obstante statuto, & sic eadem quæstio uersatur in utraque causa, in casu autem Socin. agebatur uere de re diuersa, ut de parte fundi postea de alia parte.

Vltimo dicebamus identitatem demonstrari ex cõcursu eiusdem causæ petendi. In qua re necesse est, ut consideremus, quòd causa petendi idem est, quod origo actionis, quæ competit. l. si mater. §. eandem causam. ff de exceptio. rei iudi. ubi eandem causam facit origo petitionis, & origo petitionis est, quòd causa petitionis, ut ibi per glo & in l & an eadem. & in l. cum hoc. et d. titulo, ubi tex. loquitur de causa, & loquitur de causa proxima actionis idest, de causa petendi ex qua actio procedit, ut ibi per gloss. & licet Placent. & glo. uoluerit, quòd causa, & actio idem sint, tamen hęc opinio reprobatur per Accus. in l. 1. ff. de eden. quia causa, & actio differunt sicut causa, & causatum actio enim oritur ex obligatione, quæ dicitur mater actionis. l. licet. § ao obligatio. ff. de procura. & obligatio oritur ex contractu, ita quòd contractus, & obligatio dicuntur causa actionis, ut per gloss. & Barto. in l. 1. ff. de eden. & late declarat Bald. in l. edita. C. eod. Vnde sic apparet, quòd actio habet duas causas, scilicet proximam quę est obligatio, & remotam quę est contractus, & hoc procedit in actione personali. ut declarat Cyn. in l. edita. columna quarta. Barto. in l. cum eandem. §. actiones. colum penult ff de exceptio. rei iudic. Alexã. in l. prima. columna quinta. ff. de eden. In actione autem reali causę proxima est dominium, remota uero contractus, uel titulus acquisitionis, ut not glo. in l. prima. ff. de eden. Cyn. in dicta l. edita. Barto. in dicto §. actiones. Alexan. in d. l. prima. de eden. & licet glos. in l. cum de hoc dicat titulum causam proximam, & dominium remotam tamen Barto. ibi concordare uidetur, quod attento ordine originis procedit glo. in dicta l prima. & attento ordine propositionis procedit glo. in dicta l cum de hoc. Et si agatur actione personali causa debet exprimi remota, in actione uero reali proxima, ut per Cyn. in dicta l. edita. per Barto. in dicto. § actiones. columna prima. per Castr. ibi columna prima per Alexan. dicta l. prima. ff. de edeo. ubi autem exprimitur causa non est necesse, quòd exprimantur qualitates causæ, unde si petam ex testamento nõ oportet dicere, quòd testamentum sit signatum numero testium, uel si peto mutuum ab ecclesia non est necesse dicere, quòd fuit conuersum in utilitatem ecclesiæ, ut declarat Barto. & Alexan. io dicta l. prima. ff. de eden. Et ubi proponitur actio realis expressa causa proxima dominij tunc illa sententia lata super illa actione nocet etiam si postea prætendam dominium ex quacunque alia causa, quia ex quo primo loco deduxi dominium dicor omne ius meum deduxisse qualecunque, & undecunque acquisitum, dicta l. si mater. §. eandem causam. glo. in dicta l. 1. de eden. & in l. nunquam. C. ad exibendum not. Barto. in dicto §. actiones. in materia realis actionis. colum. tertia. Vbi uero proponitur personalis actio, tunc si quidem proponatur simpliciter sententia obstat in omnibus causis. l. fin. C. de annalib. exceptio. in dicta l. prima. & in dicta l. neque. & in dicta l. si mater. §. denique. & Barto. in dicto §. actiones. columna secunda. & dicit ibi Castr. in primo casu, quod procedit etiam si proposita sit una actio uniuersalis, uel generalis, quia nocet in omnibus capitulis quæ sub actione cõtinentur, quia uideor õmnes causas in iudicio deduxisse. si vero fuerit expressa causa in petitione, tunc sententia quidem non nocet in alia actione descendente ex alia causa, dicto §. actiones, quia singulas obligationes singulæ causæ sequuntur, sed bene nocet in eadem actione etiam si proponatur cum alia qualitate. l. in delictis. §. detractori. ff. de noxa. actio. nisi per uiam restitutionis. d. l. si mater. in princip. & declarat Barto. in dicto §. actiones. columna secunda. uersic. si uero in iudicio.

His explicatis non egrediendo thema propositum

de legitima matri debita, si dicamus, quòd pro legitima competat petitio hæreditatis, ut uoluit Odofred. & Bald. in l. omnino. & in l. si quis filium. C. de inoffic. testam. & in l. non est. C. fam. herciscun. & in l. pater filiũ. ff. de inoffic. testam. & per Alex. in l. plane. §. duobus. de legat. primo. Corn. consilio 190. in primo. & consilio 148. in quarto. quia petitio hæreditatis est actio realis. l. sed & si lege. §. petitio ff. de petitio. hæredita. Ideo si præsupponatur, quòd consultori sit expressa causa proxima dominij, quia sibi competat ius legitimæ ex persona sua, & etiam causa remota, quia mater, & secũdum hoc dicitur deductum omne ius suum quomodo cunque, & undecunque acquisitum, prout dicitur propositum in alia actione reali, ut in dicta l. si mater. & per glos. & Barto. ubi supra, & secundum hoc, quia etiã in casu sententiæ præsupponitur, quòd sit eadem mater cui debita sit legitima: ideo quo ad actionem realem eadem est causa petendi in utroque casu.

Et hoc idem habere locum crederem etiam in hærede matris petente consilium, quia in eum ius petendi legitimam matris, uel supplementum trasfertur Sal. in l. scimus. C. de inoffic. testam. Alexan. consilio 55. in secundo. Dec. consilio 81. & consilio 219. & 302. cum similibus. quod ius matri competebat, ut per Anto. de Butr. consilio duodecimo. & per Ias. consilio 151. in quarto. si quidem, & ipse exprimet causam proximam dominij, quia sibi competat ius dominij ex persona matris, & etiam causam remotam, quia hæres.

Si vero in casu consilij dicatur proposita actio personalis prout est conditio ex lege, quæ etiam competit pro legitima, ut per glo. in l. Papinianus. § si conditioni. ff. de inoffic. testam. & per Bald. ubi supra, & quæ actio etiam dicitur in rem scripta, & competit contra legatarios in subsidium Bald. in authen. presbyteros. C. de sacrosanct. eccles. in l. in quartam. Alexand. & Rip. ff. ad leg. Falcidiam, tunc quia casus consilij continet etiã causam remotam, quia mater; & proximam, quia prætendit legitimam sibi esse debitam. & sic Angelum filium, uel illius hæredes sibi esse obligatos, ideo si idẽ contineatur in sententia aderit eadem causa petendi, itaque si ageretur alia actione ex alia causa sententia lata in prima non obstaret in alia dicto §. actiones, sed si eadem actione agatur etiam cum alia qualitate tunc obstat exceptio, quia eadem causam esse uidetur licet habeat aliam qualitatem, ut declarat Barto. in dicto §. actiones, & hæc quo ad identitatem de qua pluribus disserui, quia non uidi aliquem in his terminis, de hac re tractantem.

b Hæc est ratio ne memor aduocationis suæ nomen incorrupti iudicis non proferat, ut declarat Fulgo. in l. quisquis. C. de postulan. sed quid si consilium per longissimum temporis spacium præcessit sententiam, cum tempus decennij ignorantiam præsumi faciat etiam in facto proprio, ut per Alexan. consilio centesimotrigesimoquarto. numero octauo. in primo? In hac re nõ auderem generaliter quid certi pronunciare cum uaria sint hominum ingenia uariæ etiã memoriæ. alij enim quicquid respondent literis consignãt, & plerumque etiam typis, alij omnia lacerant, & obliuione obrui præcipiunt, alij memoriter, & diligenter interrogantiũ nomenclationem, & geneologias referunt alij nomina etiam ipsa mentiuntur, vt uideantur pro iuris magnæ nobilitatis consulere. itaque omni casu fauerem maxime uero inculpatæ vitæ, & ad euitandum delictum. l. in bonæ fidei. ff. de rei uendicatio. Felyn. in capit. causam quæ. il secundo. de iudic. hinc nunquam satis laudari poterit Dom. Consultor Pater meus, qui ita fuit iudex, ut nullo modo aduocatus: ita aduocatus ẽ, vt iudicandi muneri penitus se subtraxerit. hunc morem probarunt olim antiquæ politicæ obseruationes, & nũc bene institutæ Reipublicæ.

c Maxime etiam est inspicienda connexitas, & debet a Christiano aduocato maxime aduerti, de qua re præter Aret. hic allegatum consilio uigesimonono. scribit Marsi. singu. 251. & Marant. in Specu. in ult. par. in 11. caus.

d Hoc etiam iuramentum de quo in statuto est dignissimum consideratione, quia cum recipiat præteritum, & illud quod est alteri nociuum facit, ut iurans incidat in periurium, & quidem punibile, ut habet communis
* opinio * de qua Cagnol. in l. si quis maior. numero centesimouigesimosecundo. C. de transact. unde sententia ab eo lata tanquam ab infami est nulla. sexta quæst. 1. §. infamis. in l. Pædius. C. de recept. arbitr. in l. 1. C. de infam. lib. 10. & alibi passim.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Pęna quæ fit mariti adulteri, & sæui, & an priuetur priuilegio, quod non teneatur nisi in quan tum facere potest.

SVMMAE.

1 *Maritus non tenetur nisi in quantum facere potest.*

2 *In qua re est considerandum, an ipse sciat, & possit in aliqua re se exercere.*

3 *Exceptio illa non est in consideratione post actũ quæ ante actum ex statuto competebat.*

4 *Adulter maritus potest cogi uiuente uxore dotem restituere.*

5 *Idem est propter sæuitias nec habet priuilegiũ, ut non teneatur nisi in quantum facere potest.*

6 *Iniuriam remisisse non dicitur qui mandatum fecit ad agendum.*

7 *Lucrũ dotis amittit maritus ingratus, sæuus, & adulter.*

8 *Ingratitudo mariti efficit, ut amittat beneficiũ, quod non teneatur nisi in quantum facere potest.*

CONSILIVM DLI.

In Domino Confido.

EXECVTIO commissa contra Dom. Achillem Ghrillinum ad fauorem D. Chaterinæ de Vecchiis, omnino contra eum est facienda non obstante exceptione opposita pro eius parte, quòd non te-
1 neatur nisi † in quantum facere potest. l. maritum cum similibus. ff. solut. matrimo. quia præter id quod ipse habet bona satis notabilis redditus, & po-

& potest operari, & lucrari sibi victũ, prout aliàs
fecit exercendo officium notarij iudicis aggerũ,
quod in hoc casu considerandum est, vt dicatur
2 facere † posse, vt uoluit Alex. in d. l. marium. 2. co
lum. 15. fallen. Soci. in reg. 314. maritus in ult. fall.
& Nouel. in reg. 95. in 6. fallen. nu. 6. Duo sunt fun
damenta, quibus ille oĩno excluditur. primũ est,
quia hæc exceptio non fuit opposita ante cõmis-
sam executionem, sed post, quo tẽpore nulla põt
opponi quę non emerserit post præceptum factũ
de soluendo, vt deponit statutum nr̃m de modo,
& forma procedendũ, quãdo de debito apparet
per publicum instrumentum. tertia pag. uersic. ꝙ
si opposuerit fol. 32. Igitur de ea non potest habe
ri consideratio aliqua statuto aliàs exceptiones
3 excludente, quæ ante præceptum † competebãt,
& ita in indiuiduo trad. Corn. in consil. 128. ante
fin. 3. volum.

Alterum, & secundũ est fundamentum, ꝙ cum
ipse D. Achilles fuerit ingratus uxori committen
do adulterium, & tenendo cõcubinam in domo
cum vxore, & sęuiẽdo in eam adeo, ꝙ opus ei fuit
aufugere ab eius manibus, prout aufugit ad do-
mum matris, in qua tandẽ obijt, ut deponunt plu
res testes examinati; certè vt indignus non mere-
4 tur hoc beneficiũ, quia si poterat cogi † ea uiuen
a te ad restituendũ dotem a propter adulterium, ut
in c. tuæ. de procur. & in cap. 1. ut lit. non contest.
Soc. iun. cons. 32. col. 1. 1. vol. Didac. Couaru. in
epitom. in quartum decret. 2. par. c. 7. §. 6. nu. 6. &
* est cõis * opin. ut per Clar. in §. adulteriũ. vers. alia
quoque. & vers. seq. Rol. cons. 50. 1. uol. & Viuia.
prima par. suarum cõmu. opin. opinione 212. mu
5 lier. & pp sęuitias quibus affecit † uxorẽ, ut in ca.
ex transmissa. de resti. spol. & in c. lras in fi. ubi gl.
& oẽs. eo. tit. Didac. d. c. 7. §. 5. nu. 1. Idem ẽt est di
cendum ea defuncta, & maxime, quia ad eã dotẽ
recipiendã ipsa uxor viuens se pręparauerat con
stituendo procuratorem ad eam repetendum, ut
in mandato producto, sed morte id expedire nõ
potuit, & satis probat mandatum ipsum illã iniu-
6 riam † non remisisse, ex quo habuit animũ agen-
di, ut per Rip. in l. fi. nu. 204. C. de reuocan. dona.
& Didac. d. c. 7. §. 6. nu. 9. nam & hoc casu amittit
7 etiam dotis † lucrum. Rolan. d. cons. 50. nume. 11.
quod tenent ẽt alij in alijs locis. Et ad propositũ,
8 quòd maritus amittat hoc beneficium † propter
ingratitudinem trad. Aret. in §. sed & si quis. nu. 3.
& ibi Ias. nu. 5. Instit. de actio. Rip. in d. l. fi. in prin.
num. 11. & Guliel. Mayner. in l. in omnibus cau-
sis. nu. 13. ff. de reg. iur.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

ADDITIONES.

a Idem est propter bannum, & confiscationem bono-
rũ ita non quasi marito vergente ad inopiam, eo enim
casu licere admittunt Barto. & alij in l. si constante. in
princip. ubi Rip. numero quadragesimosecundo. Crot. in 1. lectu numero uigesimoquinto. & sequen. & nu. 47. in a. ff. solu. matrim. quo casu si de bonis uiri fiat datio in solutũ uxor efficitur Domina ipsius rei, ut per Bart. in dicta l. num. 92. & Crot. in secunda lectura. in dicta l. num. 109. alias num. 155. secundum aliam impresio. & Campez. in tract. de dot. 3. par. quæstio. quinquagesimatertia. Et hoc casu commodum, & incommodum ad uxorem pertinet si res deterioretur, uel melioretur & maioris pretij efficiatur, ut per Barto. ibid. nu. 209. alias numero 153. quinta quæstio. ultimæ par. & ibi Crot. dicta secunda lectura. num. 159. Fulgo. in l. si ex noxalibus. §. est autem. ff. de pecul. & Campez. dicta tertia par. quæstio. 53. Quo fit, ut sic acquiritur mulieri, id quòd ex tempore, uel aliter fuerit pretio aucta res in solutum pro dote data, ut per Aret. in consilio 159. numero duodecimo. uersic. hoc præmisso, & Ceph. consi. 550. numero 19. 20. ita dici potest illud augumentum acquiri mulieri, & successiue eius hæredibus quibus restituenda uenit dos soluto matrimonio Rolan. a Val. in tracta. de lucr. dot. quæstio. 90. & plene etiam Phanut. in simil. tract. glo. quarta. numero nono. fol. 195. ubi dicit, quod defertur iure particulari, tanquam æs alienum. Et licet dos restituta mulieri ob inopiam uiri debeat inseruire oneribus matrimonij, cum ex fructibus eius etiam maritus ali debeat, nec possit alienari per mulierem, ut in l. ubi adhuc. C. de iur. dot. & in dicta l. si constante: non tamen sequitur, quòd non sit in dominio mulieris, & quòd illius deterioratio, & augumentum ad illam pertineat. Quinimo nec maritus ad pinguiorem fortunã rediens posset dotem recuperare, secundum Barto. in dicta l. si constante. quæst. 9. ante fi. Cuma. consilio 93. Viso supradicto casu. num. primo. & licet aliqui contradicant, quando tamen fuit facta datio in solutum hanc opinionem esse seruandã post multa hinc inde deducta resoluit Tiraquel. in tracta. cessant. cau. cessa. effect. limita. 14. ad fi.

Ob hæc cum olim in his terminis disputaretur, an fiscus posset confiscato ex statuti dispositione lucro dotis habere etiam hoc augumentum, stante statuto disponente, quòd lucrum dotis debeatur etiam in augumento dotis, quod etiam de iure communi uidetur decisum, ut latè per Rolan. in d. tracta. quæst. 100. & alios alibi, respondimus fiscum nullum ius fouere, quia statutum loquitur in augumento, quod fit doti cum dos est apud uirum, & in dominio suo, ut est dos. l. dote ancillam. C. de rei uindica. uel in illo augumento, quod ab alio statuto introduceretur, & permitteretur, ut est apud nos statutum, quòd confessio de dote recepta ualeat, nam de tali augumento statutum primum de lucro dotis esset intelligendum, ex quo statutum magis recipit interpretationem ab alio statuto, quàm a iure communi Ancha. consi. 98. Ista domina Ioãna. colum. fin & in consi. 422. Viso puncto, & Dec. consi. 65. nu. 4. secus uero quãdo dos est restituta mulieri, & est in eius dominio, & damnum, & commodum seu augumentum illius ad illam pertinet, ut supra, quod etiam apertius appareret quando statutum loquens de lucro augumenti, loqueretur quando per maritum venit restituenda res mulieri, vel eius hæredibus, & in casu isto non sumus proprie in restitutione dotis, quæ iam fuit restituta, & soluta mulieri. & cum statutum sit iuris cõmunis correctoriam est restringendum, & stricte interpretandum Rol. d. trac. q. 2. nu. 1. & seq. & in q. 34. nu. 4.

Et licet dos ius sit uniuersale, ut per Bar. & alios in in rub. ff. solu. mat. attamen ultra, ꝙ hoc non admittit per plures, & contrarium satis vr̃ probare Phanuc. in d. tract. in princ. per multas paginas, & numero 24. negat augumentum dari in dotem prout in hr̃editate, põt

responderi illud procedere posse cum dos est in dominio uiri, secus si io dominio uxoris, & licet sit etiam hoc caso ius uniuersale, cum tamen ad ipsam omne augumentum, & diminutio pertineat, vt supra est comprobatum, & statutum loquatur de augumento facto doti datæ uiro, & penes eum existenti, & ad cuius restitutionem tenetur nec ad alium casum statutũ extendendum est ut supra cessat dubium.

Sic etiam parum obest, quòd io uniuersalibus vna res succedat in locum alterius. l. si & rem. ff. de petitio. hæredita. & l. Imperator. §. fin cum l. sequent. ff. de leg. secundo. & tradit Tiraquel. in tracta. de retract. titu. primo. §. 32. glo. prima. nomero uigesimoprimo. & tanquam res surrogata in locum prioris dotis debet sapere naturam illius io cuius locum succedit. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si qnis cautio. Tiraquel. obi supra numero duodecimo. Namque respondetur, qoòd cum res, quæ datur in solotum oxori habeat diuersam naturam in alijs, quàm in his, quæ sunt in lege expressa, ut quia transit io dominium mulieris cum esset in dominio uri, & omnis diminutio, ac omne augumentum ad illam pertineat, quæ ad maritum prius pertinebant, ut supra ostensum est, non potest dici proprie succedere io locum dotis datæ, & esse surrogatam adeo in locum illios, vt in omoibus sapiat naturam eiusdem, regula enim illa, quæ continet materiam brocardicam, ut per Ioan. Fab. in §. fuerat. in fi. institut. de actio. multas patitur limitatiònes, & exceptiones, nt per moderniores ibi, & per Anto. Gabriel. in titu. de reg. iur. libro sexto. conclusio. secunda. quarum plures conueniunt huic casui. nam quando id quod surrogatur habet diuersam naturam, & diuersam qualitatem ab eo in cuius locum surrogatur regula ipsa non procedit. l. cum in fundo. §. si fundus. ff de iur. dor. Alexan. consilio centesimosexto numero decimoseptimo. in tertio. Gomes. in dicto §. fuerat. oumero decimotertio. scilicet limitatio. & Gabriel. dicta conclus. sexta limitatio. numero sexagesimosexto. & idem est quando expresse plus, uel minus dispositum est in sorrogato, quàm in eo in cuius locum surrogatum est Gomes. dicto numero decimotertio. sexta limitatio Gabriel. dicta conclu. limitatio duodecima. numero septuagesimoseptimo & quando inter vnom & alterum est diuersa ratio regula etiã non procedit, et ibi per eum. numero septuagesimosexto. casus est singularis, & hac tempestate potest facile euenire, cum fiscales suis constitutionibus, ac consuetudinibus magno omnium incommodo quæcunque bona etiam coodicionalia, & in spe comprehendere enitantur.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Tondens monetam, an incidat in pœnam statuti de falsa moneta, si illæ erant parui momenti, nec eas expendit, sed misit ad Ziccham.

SVMMAE.

1 *Falsificans monetas parui ualoris pro modica quantitate a pœna ordinaria excusatur.*

2 *Tondens monetas si in tondendo super lucretur quinque, uel sex aureos tantummodo dicitur rem esse modicam, & ita fuit indicatum.*

4 *Falsitas quæ nulli est nocibilis non debet puniri vera pœna delicti.*

5 *Curia debet probare fundamenta sua in quibus innititur.*

6 *Monetarum forma si reperiatur apud aliquẽ, qui sit bonæ uitæ, & famæ talis inuentio nõ facit indicium contra eum.*

7 *Iudex ex quibus possit mitius agere cum inquisito post habitam informationem de qualitate inquisiti, & ipsius criminis.*

8 *Iudex in pœnalibus semper debet declinare in mitiorem partem.*

CONSILIVM DLII.

In Domino Confido.

INQVIRITVR Dommus A. quod totonderit nonnullos caballotos argenteos, quos misit ad Zicham, & prætenditur ipsum incurrisse pœnam statuti de moneta falsa. contrarium tamen prætenditur pro parte inquisiti, quod dicta pœna puniri non possit ex duobus. & primo, quia quatenus verum esset quod tale quid egisset, cum id fuerit in re modica, & minimi nomenti, cum totum id quod fuisset rasum a dictis caballotis non perueniat ad ualorem aurei non potest puniri de falsitate, & pœna ordinaria statuti, ut ad propositum in falsante bagatinos † tradit Alexand. in cõ 1
silio centesimoquarto. statutum. ante fin. primo uolumine. & in expendente quatrinos falsos. in consilio centesimouigesimoprimo. numero quarto. septimo uolum. Idem ante ipsum uoluit Bald. in consilio centesimoquinquagesimoquinto. reperitur. tertio uolumine, ubi nedum considerat rei quantitatem in qua falsitas sit commissa, sed qualitas hominis, & animus illius, & an falsitas potuisset nocere nec ne? idem in materia monetarum tõsarum tradit Mars. in indiuiduo in consilio octuagesimoprimo. numero primo. & sequẽt. ubi moneta non excedebat tres aureos, & Iul. Scarlat. in primo tom. crimi. consilio centesimodecimoquinto. numero undecimo. uersic. quinta ubi respondit rem esse modicam si tantummodo tonsor lucratus fuit quinque, vel sex aureos.
2 † & secundum istam opinionem dicit Boss. in tit. de fals. monet. numero quarto fuisse iudicatum, & liberatos nonnullos qui cudebant quadrantes falsos, & hoc magna cum ratione procedit, nam non præsumitur quis pro minimo commo-
3 do falsum committere. † Barto. consilio octauo. numero sexto. & septimo. & in dicto ultimo tom. consiliorum crim. alias est primus tomus poster. Alex. consilio septuagesimoquarto. Viso testamẽto. secunda columna. in fi. primo uolumine. Rub. Alexan. consilio decimoquinto. numero sexto. ad fin. Craue. consilio septuagesimoquinto. numero

mero decimosexto . & Roland. a Vall. consilio
trigesimoquinto. numero trigesimosexto. primo
uolumine.

Alterum, & secundum est. quòd quatenus ipse
D. Iulius dictas monetas totondisset, cum tamen
illas non expendisset, sed miserit ad Zicam, pro-
ut mittuntur aliæ monetæ non expendibiles, uel
tonsæ, & aliæ huiusmodi, non potest dici hanc fal
sitatem, si talis falsitas appellari potest alicui no
cuisse, ideo nō debet puniri saltem vera pœna de
4 licti. † Decius consilio centesimoseptuagesimo-
qninto numero septimo. versic. præterea. & se-
cundo. Ruin. consilio octuagesimotertio. nume-
ro septimo in quarto, & decimoquinto, numero
octauo. in quinto volumine, & ad propositum, ac
in terminis. Alciat. consilio decimoquarto, nu-
mero 25. lib. 7.

Et tanto minus respectu cōfiscationis domus,
iuxta dispositionem dicti statuti ipse potest tene-
ri dicta pœna statutaria, ex quo nullum potest es-
se inditium, quod talem tonsuram fecerit in eius
domo, & cum sit fundamentum curiæ id probare
5 debet † iux. not. per Bar. & alios in l. non solum. §.
sed ut probari. ff. de oper. nou. nuncia. & Alcia. in
trac. præsump. reg. 3. præsump. 1. nume. 2. de quo
etiam per Bar. in l. libellorum. num. 3. ff. de accus.
Et licet, ut audio fuerint repertæ nonnullæ forfi-
ces in eius domo, cum tamē nō sint aptę (ut intel
lexi) ad huiusmodi tonsuram faciendam nō sunt
in aliqua consideratione, maxime cum D. A. sit
homo bonæ vitæ, & famæ, nec constare potest il-
lum vnquā deliquisse. Nam licet stampæ, seu for-
mæ monetarum reperiantur penes aliquem, si ta
men sit homo bonæ famæ talis inuentio non fa-
6 cit indicium contra eum. † Mars. in l. qui falsam.
num. 114. & seq. ff. ad l. Corn. de fals. Nouel. in sua
pract. crim. super inquisitione cōtra monetarios.
num. 11. fol. 107. & Boss. in titu. de fals. mone. nu.
septimo. Quanto minus igitur, si tātummodo for-
fices aptæ ad alia obsequia fuerint repertę in do-
mo ipsa, vltra quod potuissent ex alio loco illuc
deferri non probat hoc esse, quod ab hoc contin
git abesse. Quo fit, ut multum debeat esse circun-
spectus Magnif. Prætor ne iniustè grauet d. D. A.
Et licet sciam in hac causa non esse admittendū
Procuratorem, nisi reo se constituente in carce-
ribus. Non est tamen quin dominus Prætor pos-
sit, & debeat se informare de qualitate facti, etsi
viderit ex indicijs receptis reum non esse culpa-
bilem, uel in modico deliquisse potest, secun-
dum id, quod sibi constiterit illum condemnare,
uel absoluere, ut in statuto Regij qualiter, & quā
do Procurator interuenire poss. in caus. crimin. in
7 ver. adijcientes, & idem † est faciendum de iure
communi. l. si non defendantur. ff. de pœn. & l. pri
ma. §. fin. ff. de quæst. Grammat. consilio primo.
numero septuagesimo, impresso post suas deci-
siones Mars. consilij 73. numero decimoseptimo,
nonagesimo. numero vigesimoquinto, & pluri-
bus alijs consilijs, & in dubio in pœnalibus sem-
8 per debet inclinare in mitiorem partem, † ut per
Alcia. ad propositum dicto cons. 14. ad fi.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

Fuit imposita quædam pęna, qualis autem fue
rit ignoramus.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Testes in criminalibus non deponentes de cer
to tempore, non probant, puta si deponant iu-
dicio suo, maximè quando in inquisitione con-
stat de tempore.

Ad hoc, vt testes examinati præiudicent Reo,
& probent tam ad condemnationem, quam ad
torturam debent examinari parte citata, & co-
pia testificatus dari, cum nomine, & cognomine
si petatur.

SVMMAE.

1 *Testis deponens iudicio suo in criminalibus, non probat.*
2 *Debet enim constare de tempore.*
3 *Maximè, quando est appositum in inquisitione.*
4 *Pœna statuti non potest imponi, quando non est seruata illius statuti forma.*
5 *Testes examinari debent parte citata, vt præiudicent.*
6 *Et dari eius copia, cum nomine, & cognomine si petatur.*
7 *Indicia tolluntur per probationem bonæ famæ.*
8 *Accusatores, & instigatores curiæ non probantes, debent in expensis condemnari.*

CONSILIVM DLV.

In Domino Confido.

IACOBVS trombatus, de blasphemia
inquisitus pluribus medijs, venit ab in-
quisitione absoluēdus. Primò, quia fuit
inquisitus de anno præsenti, & de mense Iulij bla
a sphemasse a nomen omnipotentis Dei, quod ip-
se respondendo Inquisitioni expressè negauit.
Et tam in processu huiusmodi delictū dicto tem-
pore fuisse perpetratum non est probatum. Nam
1 testis † ante Inquisitionem examinatus, & post
repetitus non deposuit prædictum Inquisitum di-
cto tempore blasphemasse, sed incertè testificatū

per

per verbum:iudicio suo, & sic non probat de dicto tempore. Angel.in l.sciendum. 2.char.ff.de ver.oblig.Alexan. in consil.74. Viso testamento Ioannis.tertia colum.primo volum.& in consilio 147. ponderatis his.4.colum.2.volum. Io.Crot. tract.de testa.num.313. Paris.consil.104. nume. trigesimoseptimo,primo volum.67.nume.66.in tertio,& 54.num.20.in quarto vol.Io.de Amic. * consil.45.num.15.& est vera,& communis * doctrina,secundum Curt.iun.in consil. 165.nu. 17. Et quòd testis deponēs per verbum indicio suo, in causa criminali non probet,decidit Paris. con silio 152.numero 15.quarto volum.Gramm.con silio 12.num.13.Ruin.consil.14.nume.8. quinto uolum.Dec.in consil.256.num.5.Mars.consi.20. num.34.51.num.9.& consil.65.num.32.& in ter minis terminantibus, quando testis deponit sup Inquisitione,vel accusatione super tempore com missi delicti per verbū,indicio suo, quòd nō probet,decidit idem Ruin.consil.12.num.14.eo.vo

2 lum.Testes† enim,qui in criminalibus causis deponunt ad hoc,ut probent de certo tempore deponere tenent.Bald.consil.399. præsuppono, ꝙ in ciuitate.primo volum.& consil.420. quia non probatur.4.volum, cum alijs adductis per Crau. consil.9.num. 19.Et in teste loquente de tempore.& non exprimente de certo mense trad. Bald. in consil.353.proponitur.num.2. quinto volu.& Corn.consi.100.colu.fi.2.volum.Et quando tem

3 pus †certum est appositum in inquisitione debet probari,aliàs si probaretur de diuerso tempore, debet sequi absolutio.Bart.in l.denunciasse.§.q̃d tamen.secunda colu.ff.de adult.Castr.in l.si com munem.§.primo.ff.quem.seruit.amit.Mars.in l.si quis,ne qō.nume.131.ff.de quæstio.& in sua pra. crim.§.quoniam.num.52.& in §.& quia.num.11. latè Alexā.consil.175. Inspecto diligenter.col.3. & 4.secundo vol.& Io.de Amic.cōsi.127.nu.19. Quod tantò magis in causa ista procedit in qua ex forma statutorum tam terræ Finalis,quam ciuitatis Ferrarien.dispositum est, testem huiusmo

4 di deponere debere de tempore, vnde pœna †illius statuti,nunquā potest sibi locum vendicare, nisi eius forma obseruata,cum actus,& processus reddatur nullus,ut per Anch.in cōs.36.Visa quadam petitione.prima col.& Dec.consil.11.nu.9. & plura ponit.Mars.probans, ꝙ statuti forma nō obseruata processus reddimr nullus, in cons.65. in princ.117.nu.14.131.in prin.& plurib. alii cōsilijs.Et de qualitate statuti requisiti,ꝙ debeat ꝑbari plura adducit in sua pra.crim.in §.quoniam. nu.52.in d.l.si quis ne qō.num.130.de qō. Nam,& qui intentat condemnationem alicuius statuti,& in eo se fundat,debet vti seruare, & pro bare verba,& qualitates statuti.Socin.cons.55.in prin.& cons.63.4.col.

Secundo dato, ꝙ testis prædictus deposuisset de tpe certo, tamen dictus testis nō probauit cōtēta in inquisitione,nec valuit, uel ualet eius depositio,cū facta fuerit parte non citata,uel moni ta,ad uidēdū ipsum iurare.licèt.n,quò ad forman dum inquisitionē, testes parte non citata recipi possint de iure cōi,& ex forma statutorū Ferrariæ. sub rubr.de modo & for.proced.per inquisitionē tñ qū per inquisitū est rñsum inquisitioni,ad hoc,

5 vt testes †examinati præiudicent Reo,& probent, tam ad condemnationē,quam ad torturā, debēt examinari parte pñte,uel legitime citata,alias ei in aliquo non nocent,ut trad.Bar.in l.fin.ff.de qō. & Saly.in l.fi.C.eo.Aret.in tract.malefi. in ver.fama publica.5.col.ver.qualiter probet indiciū, & in ver.Cōparuerunt dicti inquisiti. & negauerunt totū.2.col.Alex.cons.189.In cā Angelorū.3.col. 2.uol.Mars.in l.1.in prin.nu.4.ff.de qō.& in §.nūc videndū.num.28,vbi dicit vidisse in hoc doctissimos viros,inexpertos tñ errare,quod,& ipse latè trad.in cons.18.nu.9.46.nu.4.2.nu.36.51.nu.13. 120.nu.20.& nu.32.123.nu.4.128.nu.13.& 130. nu.29.Io.de Ana.in cons.85.ad fi.Gram.qui ampliat et procedere in eā, ubi de Assassinio agitur, in vot.11.nu.16.& in cōs.30.nu.7.& seq. ubi dicit hoc procedere etsi essent mille testes, quia nihilo magis probarent, & idē tenet in cons.64.in prin.Et tantò magis in casu isto hoc fundamentū tutissimum est, cum per statutū Finalis intētatum expressè dispositū sit Reū citari debere,ad uidendum dictū testem iurare. quo casu proculdubio hoc non seruato non probat.Mars.d.cons.18.nu mero nono. Et ad hoc faciunt, ea quæ supra dixi in præcedenti fundamento de forma non seruata.

6 Tertiò, dictus testis non nocet in aliquo dicto inquisito,ex quo eius copia†cū noīe,& cognomine non fuit data Reo, qui iam petijt cū protestatione nullitatis,quæ danda erat.c.qualiter,& ij.el 2.ver.debet.de accus. parte.n.opponente non tenet pcessus,ut vř uelle gl. quā ibi sequit Domi. iu c.si.ver.iudicijs.de hære.in 6. quod proculdubio procedit,cū dictus Iacobus inquisitus nō sit persona potens,uel magnus aliquis, adeo ꝙ ueri similiter crimen esset ipsum offensurum dictū testem,ut no.declarant. Doct.in d.cap.qualiter,& quando.

7 Quartò,& pro nunc vltimò, & si dictus testis aliquod indiciū fecisset, uel faceret contra dictū Pium,quod nullo modo dici pōt per prędicta,illud per probationem bonæ famæ † inquisiti, de qua duo testes ad eius defensionem examinati deponūt,sublatum,& elisum est, & inquisitus ab soluendus est, ut trad. Marsil. in §. diligenter. in sua pract.crimin.numero 196.consil.109.nume. 27.117.nume.47.120.numero 36.37. Gramma. consilio trigesimoquinto, nu.46. & consilio 61. in prin.Paris.consil.151.num.13.& 153.num.35. quarto uolum.In quibus locis plures alij allegan tur,quos aliter non transcribo, cum uideri possint.Et quia res adeo tuta est, & clara,ut nulla ter giuersatione possit absolutio denegari, nedum debet inquisitus diffinitiuè absolui,sed etiam ac

8 cusatorem, † ac instigatores, & curiæ promotores

res quoscunque debent in expensis condemnari, iux.not.Docto.Marsil.in dicta sua pract. §. Superest.prima colum.& seq.

Laus Deo Opt.Max.

Bartho.Bertaz.

Fuit iste absolutus ob non probationem criminis cuius uerè non fuerat reus.

Clau.Bertaz.

ADDITIONES.

a De blasphemia crimine maximo scripserunt plures ex recentioribus, qui de industria rem ipsam fusissimè explicarunt, ut in cap. 2. de maledic. Maria. Soci. recens emissus Reperto. inquisito. in ver. blasphemus. Albert. in trac. de agnoscẽ. assertio. q. 27. & q. 6. nu. 14. & q. 202. nu. 63. Fran. Squillacẽ. in trac. de fid. cath. c. 16. Simanc. de cath. institut. c. 8. & in Enchir. uiolat relig. tit. 9. Conrad. Brun. li. 5. de hæret. cap. 20. Ioan. Royas de hæret. 2. par. assertio. 12. Alf. de Castr. de inst. hæret. punit. lib. 1. c. 12. Eymeric. in director. 2. par. q. 41. Alexan. Rom. in pragm. regn. de blasphe. q. 8. Vmbert. locat. in suo ope. iudicia. in verb. blasphemia. Clar. in §. blasphemia. per tot. Menoch. de arbitr. casu 375. Ioseph. Mascar. in trac. de probat. in verbo blasphemia. conclu. 194. & 195. Caballin. ad Aegidia. constit. li. 1. c. 21. & li. 4. c. 92.

Sed liceat nobis aliqua addere ab alijs omissa, tanquam non satis digna in quibus, tempus insumeretur, & quæ nostræ sunt tenuitati, maxime cõsona, & primo de his, qui pœnam incurrunt dicamus. secundo de pœna ipsa.

Primum itaq; occurrit illud, quod ab Alex. scriptũ est cons. 15. nu. 7. in 3. & Soci. sen. cons. 102. in primo, nẽpe non blasphemasse illum, qui dixit (Deũ efficere non posse, q rem vnam permutauerit cũ altera) cũ non permutasset, quod euenire ea ratione dicit. Menoc. d. casu 375. nume. 5. quia verba sunt probata super illo facto, qd nec ipse Deus potest, ut de virgine semel corrupta dicitur 32. q. 5. c. si Paulus Tiraquel. qui multa. de consti. par. 3. limit. 7. nu. 6. 7. Ego uerò istis non subscribo, sed arbitror blasphemiã esse in suo genere, & moueor, qa vnde blasphemia sit omne, quod in contumeliam creatoris, uel sanctorum eius profertur, vt tenet D. Thom. cõiter receptus 2. secundę q. 13 ar. 1. 2. 3. hic dr̃ blasphemare, qa non simplr̃ addunt Dei potentiã, sed illius impotentiam contumeliosè vult detegere, & illã coutẽdit esse testem suæ opinionis, quod est nefandissima execratio. alioquin liceret ẽt dicere (inuito Deo rem nõ fuisse permutatam) quia verè eo inuito res facta non põt esse non facta, consideratur ergo non veritas circa rem, sed modus, & affectus loquentis, dicere aũt (al dispetto di Dio) est blasphemare, vt nõ solum oĩs rõ suadet, sed est iudicatũ per curiã Burdegalẽsem teste Boer. decis. 301. & Senatũ Mediolani, ut per Clar. in §. blasphemia. ver. sed nũquid contra Bal. & Gram. cũ alijs quos ibi refert iudicauit idem, ut in sua decis. 50. quã sniam ita amplector, ut uix credam alios, nempè Fely. Alexã. Ang. post Bal. ita turpiter potuisse à sensu cõi deflectere, vt crediderint contumeliã non esse maledictionẽ, cum explicite doceat D. Th. 2. 2. q. 67. ar. 1. & postea Dom. Sot. li. 5. de iust & iur. q. 12. art. & ipsa ratio deniq, maledicere, idem esse, quod multum dicere, & interdum pertinere ad detractionem, & contumeliã, quo fit, ut cũ maledictio sit. quid oppositũ genere suo charitati, cuius est ingenitũ bona optare omnia alteri. tanto erit grauior maledictio quanto & psonã charius amare tenemur, quantum uero teneamur Deo ipse scit, nos enim cogitando obruimur.

Omnium est ratio, quia in crimen blasphemiæ facilius incurrimus, quàm existimet infelix ista ætas, & superior existimauerit longè infelicior, hinc, vt pientissimè conijciunt viri eruditi Deus simplr̃ pręcepit (nõ assumes nomen Dei tui in uanũ) non exprimendo formã aliquam blasphemiæ, ut tacẽdo diceret, eousq; omnes abominari, vt neq; in lege nominandas esse duceret, ut nos intelligeremus non timere, & sine causa Dei nomẽ esse depromendum. hinc, ut in lib. 2. bibliothecæ sãctæ in verbo Iezabella, sunt qui dicunt Iudęis antiquiorib. adeo inuisam fuisse blasphemiæ, & maledictionis nomen, ut illud voce exprimere nõ audentes, per contrariam benedictionis vocem significauerint, ut li. 3. reg. c. 21. & in Iob sępissimè. Non immeritò ergo ob criminis grauitatem tenemur acriter corrigere blasphemantem, quãuis emendatio non speretur, ut sancitum est à Concilio Lateranensi, sub Leone X. sessio. 5. ad Abolendam, quam constitutionem refert Menoc. in d. cas. 375. nu. 29. & interpretatur, atq; elucidat Doct. Nauar. in c. inter uerba. 11. q. 3. cõclus. 6. nu. 612. & in manual. c. 12. nu. 83. sed ne continere nõ possum, quin referam Chrysost. homil. 1. ad pop. Antioche. rigidè admodũ, & acriter in huius criminis reos eloquentem, Sed postquam (ait os illud aureum) de blasphemia vobis verba sunt facta vnã uos oẽs petere volo retributionẽ pro cõcione, hac atq; sermone, ut in ciuitate blasphemantes mihi castigetis, & si quempiã in biuio, uel foro Deum blasphemantem audieris, accede, increpa, etsi verbera intelligere oporteat ne recuses, ipsius faciem alapa percute, contere os ipsius, percussione manum tuam sanctifica, & si ulli accusauerint, & si in carcerem traxerint, sequitor, & si pœnas iudex pro tribunali repoposcerit dic cum libertate, q angelorum regem blasphemauit.

Ex his constat iustè parentem meum dum Regij Lepidi prætorem agere, conuenisse in sententiam aliorũ qui iudicarunt eum in hoc crimen incidisse, qui dixerat (D.o pouerinazzo) licèt verum sit quodã mõ Deum pauperem esse, cum & paupertatem, & pauperes dilexerit, atq; amplexus fuerit, nam quęcunq; de Christo nostro seruatore dicimus de Deo affirare possumus, si quidem, vt docet Catechismus ad parochos, in symbo. Apost. ad verba (mortuus & sepultus) ex fidei catholicæ regula verissimè dic mus Deum mortuum, & ex virgine natum fuisse, hinc dicere (ad corpus Dei) vel (ad sanguinem Dei) non est mortale, ut docet Gaie. in sum. in verbo blasphemia, & refert Nauar. in manual. c. 12. nu. 85. de qua re, ego dubito, tum quia sciam Gaietanũ laxius in materia peccatorum processisse, tum quia, licet materialiter non sit blasphemia, ut illius rõ concludit formalis autem esse potest propter irreuerentiã, & ideo sine aliqua animaduersione non prætereunda, per ea quæ supra diximus, & maximè stante statuto, ut apud nos disponente in odium blasphemi verba in deteriorem partem interpretari.

Ratio aũt paternæ decisionis fuit, quia etiam veritas de Deo enunciata contumeliosè, & per contemptum est blasphemia, hoc aũt argumento, si erat in illo casu, quia uerbum detinebat in sonum (azzo) qui vt quotidiana obseruatione intelligimus demonstrat contemptum, idem est dicendum, si quis utatur diminutiuo, vel si fœminino vocabulo masculũ appellet per l. si ita scriptum. ff. de leg. 2. & ea quæ scribit Alciat. ad illum tex. li. 2. parer. c. 48.

Ob hæc concurro in sententiam. Didac. qui in cap. quamuis pactum. de pact. in 6. par. 1. §. 7. nu. 8. & sequ. quem sequitur Royas d. 2. par. num. 74. blasphemiam

esse

esse si quis dicat(non credo in Deum, nisi verum dico) quia est blasphemia, quidem conditionalis, sed quę habet in se puram affirmatiuam implicitam; hinc si quis dicat(sicut Deus est, & sicut natus est ex virgine, ita, quod assero uerum est) est blasphemia, vel proxime accedit, non velle nostras veritates lubricas, ac fluxas conferre, cum sempiternis illis veritatibus omnium veritatum fontibus superbia est maxima, & coercēda arrogātia, ita Dom.Sot.li.8.de iust.& iu q.2.art.3.col 4.in fi. Sed hæc pertinent ad illas blasphemias, quæ iuro coniunguntur. de quibus non hic, sed inferius mox dicturi sumus, ita sunt eiusdem generis, quæ referunt à Didac.d. §.7.nu.9.& à Menoc.d.casu 375.nu.12.cum seq. per Dei vitam, per caput Dei, per Dei param virginē, illud autem, Deum tædeat, vel displiceat Deo, de quo per Didac.d.nu 9.& Menoch.num.11.ea ratione blasphemia est, quia ita loquens prauum affectum Deo impingit, & interim fidem quam de alio concepit in creatorem euomet, vt per Sot.d.art.3.col 4 in prin. hinc tm̄ abest, vt sit blasphemia dicere, displiceat Deo, quod fœnus exerceam, vel adulterium cōmittā, vt crediderim esse christianissimam precationem, ideo non satis aptè. Menoc. d.nu.11.hanc rem declarat omni luce clariorē, nanque licèt exēplo sacræ paginæ affectus nostros Deo tribuere ab effectu, neq;.n.alio modo loqui, aut cogitare possumus nos homunculi, dubitabilior esset quæstio si quis diceret, placeat Deo, vt fœnus exerceam, & ego aliquo casu blasphemiam esse crederem.

Restat, ut rñdeam adductis supra ex Tiraquel.de cōstit.& ex Menoch.nu.7.illius cas.375.Si quidem nō est verum, quod ex parte Dei adsit aliqua impotētia, vel Deus priuetur aliquo, quia non est impossibile apud Deum omne verbum, quod si facta non possunt esse non facta, illud euenit, quia implicat contradictionem, vt rectè docet.Thom.in prima pat.sum.ar.25.q.3 & August li.26. contra Faust.li.5.ait, si dicis Deus non est omnipotens, quia quæ facta sunt non potest facere, quod facta non fuerint, dicis quod Deus non est omnipotēs, quia non pōt facere, vt ea, quæ vera sunt eo ipso, quod vera sunt falsa sint, impiè ergo ille loquitur dum rei impotentiam in Deū conijcit, qui est omnipotens, licèt mentiri, peccare interire, aut ignorare non possit, hæc enim in eam naturā cadunt cuius imperfecta actio est, igitur hæc Deus cuius perfectissima semper est actio, non posse dicitur, quia posse ea infirmitatis est non summæ, aut infinitæ omnium rerum potestatis.

De secunda parte est dicendum, & sic de pœna blasphemiæ, & loquendo de illa, quæ importatur à iure ciuili, quia de reliquis nullum ferè est dissidium, communis* est opinio à qua nemo discrepat, quod de iure ciuili sit pęna mortis, ut per Clar.in d.§.blasphemia.ver sed quęro, quæ sit. Menoch.d.cas.num.25.& hoc per tex.in auth.ut non luxurien.contr.natu.collat.6. Ego verò ab his recedo, neq; arbitror illū tex procedere in blasphemia simplici, sed in blasphemia annexa iuramento, nemo enim dubitat, plerunq; iuro inesse blasphemiā, nā cum iurare sit affirmando, vel negādo adducere expresse, vel tacite Deum in testem, tanquā veritatem infallibilem, ut trad.omnes in rubr.de iureiur.& D. Th. in 2. 2.q.79.art.3.& in tertium senten.ubi omnes distinctio. 39.q.1.& Dom.Sot.li.8 de iust.& iu.q.1 art.1.& est actus religionis, atq; latriæ, quo diuinū honorem illi per quem iuramus exhibetur c.a nobis.de sen.excom.c.etsi Christus.de iureiu.& D.Th.ubi suprà q.89.ar.4.Dom. Sot.ibid.art.4.ideo si non fiat cum reuerentia Deo debita peccatum est c.& iurabunt.22.q.1.& d.c.etsi Christus. Tho.d.q.89.art.2.& 3.uel si fiat per creaturas nulla Dei habita rōne, uel per capillum, aut caput Dñi est blasphemia, sicut quidem si in c.clericum.22.q.1.concil. Carthag. prohibet iurari per creaturas prohibetur iuratio ad blasphemiam infidelitatis pertinens, tunc enim, vt ait D.Th.d.q.89.art.6.cum christiani inter infideles uiuerent, illa forte pellicebātur iurandi forma per Solem, per Mercurium, & per alia id genus, quæ gentilitas pro dijs colebat, item si in c. si quis per capillum, ca.22.q.1.declarat blasphemiam esse cōtra Deum iurare per capillum, & caput Dei, sic nimirū de Deo loquendo, acsi caput haberet, ac capillos, illud euenit, quia maxima est irreuerentia, & proxima infidelitati Deus enim spiritus est, & licèt Ang.de Clauas Syluest. Ray.teneāt theologice non esse blasphemiā, si ex cōtemptu nō fiat, vt refert Alberti.de agnosc.assert.q.27.nu.26. tn̄ repugnat tex.in d.c.si quis per capillum, & ita intelligūt Archid.Bellam.& Io.de Turrecrem.& Albert.d.num.26. Concludo itaq; blasphemiam coniunctam iuramento tanquā crimen grauissimū, & infidelitati, ac superstitioni affine prohiben.sub capitali pœna in constitutione illa Iustiniani, non autem simpliciter blasphemiam.

Moueor primò ex coniectura, quia absurdum esset blasphemos omnes morte coercere, licèt alioqui remotos ab omni infidelitate, & irreuerentia, quod non euenit in illis qui grande facinus patrent, ut suprà docui.

Secundò, verba ipsa non aliud sentiunt, quàm hunc intellectum, sunt enim. Et quoniam quidā ad hęc, quæ diximus, & blasphema verba, & sacramenta de Deo iurant, Deum ad iracundiam prouocantes, istis iniungimus abstinere ab huiusmodi, & alijs blasphemis verbis, & non iurare per capillos, & caput, & his proxima verba.

Tertiò moueor, alia coniectura apud me maxima, nam illa constitutio legitur apud omnes, illam namq; nec reijcit Seringe, nec Haloāder, nec Iulianus, aut Cuiacius, uel Contius, sed nonnulli inscribunt rubricam alio modo, Contius nanq; & Haloander, sequūtur uulgatam inscriptionem assutam à Burgūtio illo interprete, si Ant.Augustino credimus, quæ repugnat tamen verbis Græcis, sed Cuiacius inscribit, de impudicis, & iuratoribus, ut nouel.77.& subdit, quod iunguntur etiam his, qui per capillum Dei, uel per caput, uel alio modo deierant contumeliosè. Iulianus verò patrititius inscribit cōstitutionem septuagesimamprimam. De his, qui per capillum Dei, aut caput iurant, uel alio modo blasphemia contra Deum immortalem utuntur, ergo non agitur de blasphemia simplici, sed iuncta iuri iurando, nec turbant hunc intellectum illa verba Iuliani, quę leguntur etiam in d.ca.si quis per capillum, uel alio modo blasphemia contra Deum vsus fuerit. quia intelligitur in iuramento, & sic in re simili, & ita intelligūt omnes in d.c. & inferunt ad quæstionem de membris pudibundis. prætcrea uerba illa leguntur in d.c. in tractatu iuramenti non blasphemiæ, sed illud miror maxime quomodo eadem fere verba legātur, & apud Pium Pontificem, & apud Iulianum interpretem constitutionum Imperialium, sanè nō tantum est opinandum, cū Menoch.dicto cap.375.num 27.Pium illum fuisse huius nominis primum, sed credendum, tum quia Pius Secundus sedit longe post omissum Decretorum librum, tum quia eadem verba leguntur ex decretis Pij Primi, apud Burchardum.cap.72. itaque necessariò est fatendum Iulianum legisse Pontificium illam sanctionem, mutationem, ac diuersitatem pœnæ non minor, sed verborum identitatem, miror præterea ita increbruisse diuersis temporibus consuetudinem iurandi per capillos, & caput Dei, ut sub grauissimis pœnis, primo necessaria fuerit constitutio Pontificia, deinde Imperialis, latet certè aliquid arcanum, quod explicare non potui, licèt multa legerim de iuramento priscorum, sed præstat iam finem imponere his, quæ magis scholam olēt,

quam

quam forum libenter, tamen adduxi, ut intelligas non semper insistendum comam in opinioni, quia quandoque est error communis, & falluntur plerunque illi, in quibus alioqui sanum agnoscens iudicium.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Qui necessitate ductus emit corrigias corij, pro iugo boum in aliquo loco, & eas duxit in territorium prohibitum, an excusatur a poena edicti, vel banni prohibentis rem aliquam ad aliquem locum deferri.

SVMMAE.

1 *Necessitas, excusat contrafacientem, ut non incidat in poenam aliquam.*

2 *Item eum qui vi ventorum nauem, vel merces, in portum vehit.*

3 *Item eum qui ob penuriam aquæ ducunt frumentum in alium territorium, ut non teneatur ad gabellam.*

4 *Item excusat à periurio.*

5 *Statuto contraueniens urgente necessitate contrauenisse non dicitur.*

6 *Actus necessarius semper censetur exclusus à quacunque prohibitione generali.*

7 *Necessitas legem non habet.*

8 *Necessitatis causa si quis credat sibi quid licere excusatur à poena.*

9 *Et maxime si agatur de re minima.*

CONSILIVM DLIIII.

In Domino Confido.

NON possum, non valde mirari, quomodo D. Iudex a quo tam parum iuste, & tam parum piè condemnauerit hunc pauperem rusticum Ioaninum Fermigonum in poena scutorum quinquaginta pro corrigijs Iugorum bouum corij nuncupati Suati, seu Mascaditij emptis in terra Centi, & delatis in territorio Ferrariæ, cum id factum fuerit, non ut contraueniretur edicto Principis, sed ex mera necessitate, cum antiquæ corrigiæ iugorum fractæ fuerint, & non posset sine alijs nouis boues cum curru onusto domũ reducere, hoc enim plenissimè est probatũ per duos testes, qui illi facto interfuerunt, vnde debebat omnino sequi absolutio igitur pronuntiandum est malè fuisse, & esse iudicatum, & bene appellatum per dictum Reũ, cum certissimi sit iuris regula necessitatẽ excusare contrafacientem, ut non incidat in poenã edicti, vel banni prohibentis rem aliquam ad aliquẽ
1 locum deferri, † vt probatur in l. Cæsar, & illic Doct. ff. de publica. & in l. fi. §. si propter necessitatem, & illic Cast. qui loquitur de introducente animalia in territorium metu latronum. ff. de publica. & vectiga. quod ad propositum admittit. Bal. in statuto Tergesti prohibente introduci vinum in territorium. in consil. 298. statutum ciuitatis. nu. 5. in 2. Quod & in statuto Anconæ voluit Benuenut. Strach. in tract. de mercato. quarta par. nu. 48. & in trac. de nauib. 2. par. nu. 26. Idem ad propositum, quod excusetur is qui vi uentorum, uel timore hostium, vel aliqua urgẽte necessitate nauim, uel merces in portum, uel territorium, ve-
2 hit † trad. Bart. in l. 1. C. de naufr. lib. 10. Alex. cõsilio 7. Viso themate. prima col. 3. vol. Bertach. in tract. de gabel. 2. par. seu membr. 8, par. 7. q. num. 10. Fely. in ca. querelam. nu. 11. de iureiu. Ferret. in tract. de gabel. & uectig. num. 115. Rip. in tract. de peste. in tit. de priuil. contractu. nu. 158. 161. & seq. & Benuenut. d. num. 26. qui nõ tantum uolũt eo casu intromittentem excusari a pęna, sed nec etiam teneri ad gabellam (quod fortius est) sic ẽt propter necessitatem aquæ exteri euntes ad molendinum grana ad molendina alterius territorij
4 non tenentur ad gabellam † Bar. Rip. & Ferret. in dictis locis, & idem Ferret. eod. tract. nu. 106. sic
4 etiam necessitas excusat a periurio † d. c. querelã. ubi glo. & Doc. & Fely. illic latè. num. 11. Vbi dicit, q̃ propter necessitatem statutum efficitur, non statutum, & quod ille qui necessitate ductus statu
5 to contrauenit contrauenire nõ censeatur † trad. Rip. in c. cum M. Ferrar. 17. not. nu. 24. de constit. & Rol. a Val. in cons. 30. nu. 28. 3. uol. hic ẽt necessitas facit probabilem, quod alias non esset, & in quacunque prohibitione, licèt gñali censet sem-
6 per exclusus actus necessarius. † Mant. cons. 26. in additis ad secundũ uol. alias 327. nu. 1, 2, & illicitum licitum facit decis. Pedem. 68. nu. 26, & seq.
a Et uulgatissimum est necessitatem legem a non ha-
7 bere † l. quæ propter necessitatem. ff. de regu. iur. ubi Doc. & Cagn. & tenent ẽt plures ex supra, & infra citatis, & de necessitate, q̃d excuset a poena latiss. scribit Tiraq. in trac. de pęn. casu 33.

Et saltem negari non põt, quin quis excusetur a poena credens sibi id licere p̃p necessitatem, ut
8 uoluit Plot. in cons. 108. nu. 48. & seq. in 1. uol. cõsiliorum crim. primo impressorũ, & quòd necessitas ipsa excludat suspitionẽ fraudis, Iacob. Emil. in cons. 141. nu. 10.

Et cum ageretur de re minima tanto celerius
9 erat † reus absoluendus. Mars. sing. 276. parum, & nihil, & Plot. in d. cons. nu. 72. & seq.

Laus Deo Opt. Max.

Bartho. Bertaz.

Vt intelligas quantum sit fidendum rei iudicatæ legis fuisse condemnatum hunc rusticum, quę iniustitia, denique æquiore sententia est reiecta, & sic fuit liberatus.

Clau. Bertaz.

ADDI-

ADDITIONES.

a Necesse est, si plura de necessitate quæris, ut adeas recentiores, qui alios quærendi te in maiorem fortasse coniicient necessitatem. Menoc. de arbitr. iud. cas. 182. Sebast. Medic in trac. de fortui. casi. par. 1. q. 6. Camil. Galin. de verb. sign. lib. 10. cap. 32.

Ego interim sententię C. Consulētis subscribo, quā etiam amplio in duobus casibus Primo, ut procedat ēt. si non sint fractæ corrigię ista aut ligulæ coriaceę, sed examinatæ excisæ, atque detritæ, adeo ut iustę sint coniecturæ ne frangantur in itinere, nam etiam quis dicitur esse in extrema necessitate, cum probabilia indicia adsint eo deuenturum iux. Thom. in quartum sen. dist. 5. q. 2. art. 4. q. 4. & Caiet. in tracta. de pręcepto eleemosinæ. c. 2. Nauar. in manual. c. 24. num. 3.

Hinc secundo amplio, ut idem procedat etiam si potuisset pūidere futuram fractionem, moueor, quia semper timendum est, ne etiam nouæ ligulę frangantur in itinere, quod sæpe euenit cum alię fractioni proximæ, vt uidetur qñque inseruiant per longissimum tempus, & ideo necessitas non potest esse culpa annexa, pręterea rusticitas debet excusare in his; quæ uix perspicacissimi imaginarentur. accedat, q̄ ista proclamata sunt contra ius naturæ, & monopolia iniusta contra mutuos regionum nexus, & promiscua gentium eiusdem Principis commercia, & quę eludere licèt absque macula lætalis criminis, ut scio me scripsisse in primo libro; & denique fauendum est agriculturę, cuius ita studiosi fuerunt maiores nostri. quę omnia possem longissima nostrorum Doctorum nomenclatura confirmare, sed præstat in re ista naturali, ita solo naturali lumine controuersiam dirimere.

Clau. Bertaz.

ARGVMENTVM.

Qui accusatus est, quòd fabricauerit falsa capitula, & falsos testes produxerit, quando possit excusari a pœna, quia aliqua interpretatione hunc falsum non dixisse sustineri possit?

SVMMAE.

1 *Testes falsos inductos fuisse liquido est probandum.*

2 *Et ut excusentur omnis interpretatio possibilis est facienda.*

3 *Et debent impropriari uerba, ut saluentur testimonia.*

4 *Testis pro parte falsus est in totum reijciendus.*

5 *Et maximè si pro parte non debet admitti, uel ei credi.*

6 *Fratris appellatione largo modo uenit frater patruelis.*

7 *Nepos etiam appellatur filius fratris.*

8 *Dicta testium, secundum usum loquendi sunt interpretanda.*

9 *Soror est a gnata sicut cæteræ mulieres ex masculis descendentes.*

10 *Taxatiua in teste non est subaudienda, saltem ut periurium euitetur.*

11 *Testis non potest puniri de falso, si in eius dicto non subsistit negotij victoria, & causæ.*

12 *Contrarietas modica inter testes, non est magnifacienda.*

13 *Testis si asseuerat aliquid esse, uel non esse intelligendum est, quòd ipse sciat.*

14 *Falsitas non nociua, non est punibilis.*

15 *Et si ab ea nulla utilitas parti acquiritur, aut testi.*

16 *Et maxime super facto de longinquo.*

17 *Testis non dicitur falsus, quando errat in nomine, non in corpore.*

18 *Idem quando errat in pronomine, uel agnatione.*

19 *Et si se correxerit non uidetur teneri de falso.*

20 *Consobrinus est etiam filius patris.*

21 *Falsitas nulla sequitur, possibili ueritate in esse posita.*

22 *Affinium appellatione, quandoque ueniunt consanguinei.*

23 *Testis ut falsus non punitur, qui falsum dicit, circa attinentiam, quam habet cum principali.*

24 *Idem est si deponens de fama, uel agnatione ignoret tamen quid, sit fama, uel agnatio.*

25 *Et si ex dictis testium res est, satis declarata.*

26 *Possessio præsumitur, & probatur, ex detentione facti.*

27 *Falsum deponens plus peccat, quàm falso utens.*

CONSILIVM DLV.

In Domino Confido.

ABSOLVENDVS videtur Natalis de Regio accusatus de fabricatione falsorum capitulorum, & vsu falsorū testium pro parte D. Magdalenæ de Gallinarijs, ex vulgata regula accusatore non pro
a bante reus est absoluendus. a l. qui accusare. C. de eden. nanq; non videtur necessario, & cōcludenter probatum testes inductos, pro D. Natale falso
1 deposuisse † in causa, quod tamē liquido probandum erat, l. fi. C. de probat. trad. oēs in l. iurisgentium. §. q. ferè. ff. de pac. Alexā. cons. 70. Viso processu. 2. col. 1. vol. Gram. cons. 23. nu. 2. 34. nu. 15.

& in

& in pluribus alijs cõsilijs, immo omnis interpretatio possibilis est facienda, ut testes excusentur
2 † a falso, vt per Alcia. in tract. præsump. 2. reg. 3 1. præsump. nu. 2. & præsump. 2 8. nu. 1 0. Gram. vot. 26. cõs. 19. 2 3. in plurib. alijs cõsilijs. Aret. in tract.
3 malef. in ver. falsaria. in prin. & debet † impropria ri verba, ut saluentur testimonia ipsorum. Gram. post alios quos citat cõs. 4 1. nu. 9. & Crot. in trac. de testi. nu. 3 3 8. & percunctando dicta singulorũ testium de falso imputatorum omnes de facili videntur, posse saluari a falso.

Primus enim testis Dñs Hieronymus Calcaneus non videtur habendus in cõsideratione, cũ eius testimonio videatur renunciatum, ut in processu, & licèt in responsione fuerit dictum de illa parte in qua deposuit Simonem fuisse fratrẽ Lu-
4 douici, &c. & testis pro parte falsus in totum † reijci uidetur, habetur in l. si ex falsis. C. de transact. non tñ videtur posse teneri accusator de eo, quia expressè noluit eo uti in ea parte, & magis dicendum est, ꝙ in totum cẽseatur reiectus ex quo pro
5 parte non uidetur ei credi debere, † uel admitti posse, ut trad. Igne. in l. 3. §. si quis tabulas. nu. 1 3 8. quia ꝙ censeatur in totum admissus per responsdentem, nec contrarium vř dicete. Ias. allegatus in d. l. si ex falsis. in fi. uel Rui. in allegato cons. 36. num. 3. in 4. uol.

Sed posito sine præiudicio ueritatis, quod non censeretur eidem renũciatum adhuc uidetur defendi posse intelligendo uerbum (fratris) largo modo, & impropriè, scilicèt patruelis, ut omnes testes affirmant, fuisse Simonem, & Ludouicum
6 fratres patrueles, nã appellatione fratris † largo modo uenit frater patruelis. l. 2. §. codem gradu. ff. de grad. affin. & l. si frater. C. qui testa. face. pos. plures citat Brun. in tract. super statuto stanti. masculi. fẽmi. non succed. 1 0. art. 9. 16. nu. 1 1 7. & seq. & in indiuiduo trad. Bar. in l. Lucius. §. quæsitum. ff. de leg. 3.

Et intelligendo hoc modo dictum huius testis poterit etiam saluari, ꝙ Natalis esset nepos dicti
7 Ludouici, quia filius fratris etiam nepos † appellari potest saltem ex communi usu loquendi, ut p omnes in l. a. ubi Doc. C. de succes. edi. & ibi Cur. iun. nu. 1 4. & in proposito dicta testium, secundũ
8 cõem usum loquendi † ueniũt interpretanda. Calcan. cõs. 76. col. 7. & idem est generaliter in interpretatione omnium uerborũ. Crau. cõs. 9. nu. 3 0. Immo etiam pronepos ex fratre posset comprehendi ex coniecturata mente loquentis, ut in casu isto, uel ex dicto cõmuni usu loquendi, ut Doc. trad. in d. l. 1. nu. 1 2.

Dictum uerò eiusdem met primi testis dicẽtis, ꝙ agnatus intelligitur nepos fratris, uel sororis facilè defenditur, quia non dicit, ꝙ filius sororis sit agnatus, scilicet nepos fratris, & sororis est agnatus, & hoc uerissimum uidetur cum soror ipsa, ꝫ
